G.4.nº 1.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 H
5

17

13-1.C.10

E
V
1

Applicato d.o P. Mro Angelo da Ravenna alla Libraria de Cappuccini
di Roma

Digitized by Google

Digitized by Google

LVX PRÆLATORVM,

PRÆSERTIM REGVLARIVM,

Necnon etiam CVRIÆ SÆCVLARIS foro Criminali tum theoricè, tum practicè accenſa

A R.P. DIDACO SGROI A MESSANA

Ordinis Fratrum Minorum S.Franciſci Capuccinorum Concionatore, S. Theologiæ Profeſſore, & olim in Meſſanenſi Prouincia ſemel, & iterum Prouinciali;

QVA

IVDICIBVS, ACTORIBVS, TESTIBVS, ac REIS

Quæcumque in Iure procedendi via communicatur.

DECRETORVM, EXAMINVM, SENTENTIARVM, ACTVVMQVE OMNIVM Formulis quibuslibet poſt vberem Theoriam ad exactiſſimam Praxim ſparſim proprio loco adiectis.


Vnà cum Summariis, necnon Capitum, ac rerum Indicibus locupletiſſimis.

Opus ſanè non minùs addiſcentium labori tollendo, quàm Iudicantium commodo promouendo concinnatum.

Eminent. ac Reu. Principi, & S.R.E. Card. D.D.

IACOBO ROSPILIOSO

DICATVM.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, Typis Brigoncijs, M.DC.LXXIII.

Superiorum vtriuſque Curiæ annutu.

Digitized by Google

Eminentiſſimo Principi
S. R. E. CARDINALI AMPLISS. D. D.

IACOBO ROSPILIOSO

Religionis Capuccinorum amantiſſimo Protectori.

RAtionabile, immò debitum veræ pietatis obſequium eſt, Eminentiſſime Prçſul, beneficia nobis exhibita dignis verborum, operumque proteſtationibus compenſare, quæ ſi ſegniter prætereantur, ingrati animi notam impingunt, & ad ampliora ſuſcipienda nos minimè reddunt accommodatos. Quapropter E. T. cuius beneficentijs obſtringimur, haud immemores, cùm hoc Volumen in commune commodum inſtitutum, ad omnium vtilitatem in lucem prodere, ac typis demandare prouidè ſtatuerimus, Tu prç cæteris hoc munere digniſſimus occurrebas, quod proindè tamquam efficax, licèt exiguum gratitudinis argumentum, munificentiæ tuæ amplitudini erga noſtram Religionem ſatis impenſæ, volumus conſecratum, vt quam ſperamus fçliciter regnaturam in Cœlis, hæc ſu-

pra Codices eruditis coloribus exarata, & in terris conſignetur æternitatis memoriæ. Sanè quidem E.T. altitudinem ſpeculantes, eam attingere, fortè ſubituros fecari lapſus, prohibebat timor, ſpe tamen erecti ad inſtar aquilæ, cuius innouatam legimus iuuentutem, pennas ad volatus aſſumpſimus, radios ſolares minimè formidantes, qui E.T. lucidiſſimum Solem tamquam noſtræ fælicitatis horoſcopum contemplamur, nec amplius exiguitate muneris deterremur, qua benignitatem tuam æmulam Diuinitatis haud eſſe dedignaturam ſperamus; ea eſt enim Diuini conſilij ratio, vt prouidentiæ ſuæ admirabili Sacramento infirma mundi eligat Deus, in quibus magis quàm in fortioribus benignitatis ſuæ pompam præfefert; ſic ſublimitas tua haſce lucubrationes excipiens, dum ſe inclinat erigitur, ac in ipſa dignationis humilitate grandeſcit. Iam igitur Liber hic, qui, etſi poſt mortem ſui Auctoris prodeat vitalibus rudimentis vndique plenus, vitæ liber inſcribitur, ad ſinum patrocinij tui lętus accurrit, qui obſeruantiæ erga te noſtræ probatiſſimum monimentum intra purpuram tuam, pietate magis, quàm ſanguine ſaturatam aura deuotionis impellitur; in vnius opere elaborato E.T. omnium noſtrum legat obſequium, qui te & Eccleſiæ meritiſſimum Principem, & Religionis Patronum, in quo ſolo præcedentium vnita beneuolentiæ claritas eniteſcit, promptis animis adoramus; huic arrideat, & ſuffragetur auctoritas tua, & ſimul ſacratos animos amplectatur, qui fortunas ſuas in terris, ſed amplius in cœlo credunt firmare, ſupremo Eccleſiæ cardine ſolidati; hunc librum ponimus in dex-

tera

tera ſedentis, vt hæc lineas, characteres, ac verba imbre ſuæ benedictionis inſpergat, cuius priuilegio grauidatæ lucubrationes, vt olim tellus inculta, quæ in ipſo mundi primordio diuinæ benedictionis oraculo fœcundata eſt, conceptuum redundantia ad poſterorum vtilitatem exuberent. Aperiatur itaque æquitatis liber titulo tui nominis, quaſi Titane, qui ſub Æquatore ſtatuitur, inſignitus, & omnium oculis reuelatus, & noſtram erga te toti mundo obſeruantiam teſtetur, & purpureo pennicillo ſignatus, meritorum tuorum rubricatis titulis prædicet Eminentiam, vt neminem Lectorem prætereat, te à Nobiliſſima Roſpilioſorum Familia originem traduxiſſe, apud quam, inter cętera ſuę claritatis indicia, Religione nihil fuit antiquius. Te Patruum SS. Clementem IX. habuiſſe, cuius Clementiam, Sanctitatem, beneficentiam in pauperes, aliaque illius Pontificis præſtantiſſima cuncta ſæcula conclamabunt, teque Patris tui Excellentiſs. D. Camilli numeris omnibus abſoluti digniſsimum filium à Progenitorum præſtantia minimè degenerem deflexiſſe, ſed eorum altitudini penitùs coaptatum ampliſsimos Cardinalis honores, & meritò fuiſſe aſſecutum, adeòque virtutes animi, dignitatis culmini maritaſſe, vt Purpurę ſplendor adumbratus lumine meritorum minus in te rutilare, & penè etiam nunc palleſcere videatur; pietas enim erga pauperes tua, res apud exteras regiones apprimè geſtæ, & quæ nunc erga Dei Eccleſiam, & Religionem noſtram geruntur præſidij, ac defenſionis officia, cęteraque, quę in te vigent decoramenta virtutum ſatis fatentur, te non ab alijs emendicata ſola animi tui

Emi-

Eminentia grandeſcere:hæc tetigiſſe ſit ſatis,erubeſcimus enim in tua Purpura vberiùs inſcribere tuarum virtutum imagines,ne iſtarum maieſtatem imminuere videamur,quæ ſe ſuæ lucis incremento reuelans, nullo indiget,vt prodeat elocutionis ornatæ miniſterio. Reſtat igitur ſolùm,vt E.T. ea animi alacritate, qua Religionem defendendam ſuſcepit, ea prorſus hoc munuſculum accipiat, & hanc Prouinciam noſtram tuis potiſsimùm mancipatam obſequijs perpetuò conceptæ iamdiu beneuolentiæ præſidio tuearis,ac ſerues. Hoc interim nos Diuinam clementiam notis omnibus imploramus, vt te diu in terris cuſtodiat incolumem, & conſtituat immortalem in cœlis, & ſic inter fęlicißima tuæ immortalitatis auſpicia Prouincia noſtra ſublimitati E.T. ambitioſa ſe ſubijcit, & debito reuerentiæ cultu adoratam Purpuram veneratur.

Venetijs 15. Iunij 1673.

Em. Tuæ Reuerendiſs.

Humilimac Obſequentiſs. ſeruus

Fr. Auguſtinus à Tiſana Prouincialis Capuccinorum in Prouincia Venetiarum.

LE-

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

ATtonitis hærentem animis te apprimè intueri mihi videtur, ò amice Lector, dum ab Auctoris præciſo vitali ſtamine, obliuionis in tenebris conſepeliendum hoc opus, lucis attamen nemine inſignitum, erumpens ex inopinato animaduertis. Attonitis equidem inhiare animis, nam lucis huius proprio occidente Sole, quod adhuc eius non minùs cæcutiant, quam ſplendeſcant radij, quem ſtupore non afficient? Eliminetur enimvero ſtupor; & mirum, dum & ipſi à ſemper prouida matre Natura appoſthumorum in catalogo candelabrum ad eluceſcendum aptatur; Et ſi quid mirum tibi remanendum occurrerit, mirare, quòd à tot infortuniorum torrente erumpat; torrentem, dixi, infortuniorum, ex eo quod eius cœli ceſſante motu, quis non ſciet omnibus benignis influentijs iri viduandum, ſin verò & benignis, & malignis ob eius in nihilo reſolutionem ditandum? Poſthumus tamen eſt, hoc eſt poſt mortem patris naſcitur, non matris; nullum quapropter mirum ſi penitùs, ac penitus non abſorbeatur, & mater eius ſicuti mea Religio, Capuccinorum, ſcilicet, geminæ charitatis fulcita ſubſtentaculis, necnon depaſta ferculis ad Obſtetricis, ac nutricis opus amore languida præcingatur.

En ergo huius in ſæculi foribus à Capuccinorum gremio eructans, Lux Prælatorum præſertim Regularium accenſa, &c. Nec nouam tibi admirandi ſuppeditet copiam argumentum huiuſcemodi a Capuccinis propoſitum, nec eo minus Auctoris increpandi, obiurgandiue, vt indebitam ſuperuacaneam, fruſtraneamque (Capuccino ſaltem) ſuſceptam prouinciam; Te nimirum dicente; Quidni poſt tot luſtrorum tanti Patris obitum in elargiendo cœleſtis pabuli penu, in tot Philoſophiæ, ac Theologiæ perſtricandis nodis, in Concionatorum depromendis floſculis veriùs labori coæquali non indulſit? quàm Iuris peritorum inſcriptam Cathacheſim potiùs Roſtri verboſitati quàm Clauſtri taciturnitati conſentaneam medio prælo, exponendo inſudare, et ita inſudare, vt extremos mortis emiſerit ſudores! Iam ne videbat, iam ne ſentiebat nullam cum Choro forum, cum pace bellum, cum obedientia inobedientiam, cum Oratorio imprecatorium, cum ſolitudine diſſolitudinem, cum cella, quaſi cœlo, non cœlum, ſed tellus; cum Religione tandem verius conuentionem nullam præſeferre? Præterea iamne tum non commendarat famigeratum illud nimis adagium Horatij; *In ſiluam ne ligna feras?* quod fortaſſis erit, dum Clari, Menochij, Farinacij, Maſcardi, aliarumque rerum Criminalium cupiſſimis, vt ita dicam, pelagis guttulam propriam addere, ſiue immenſis nemoribus faſciculum agglomerare non deſtitit?

Vera profectò, ac te digna ſententia, ò præfulgidum Eccleſiæ luminare, ò Hie-

ò Hieronyme,inquam,illa fuit hic,et vbique diuerſis licèt decantata terminis,quando per Epiſt. ad Furiam lib.2.contra Ruffin. et per 2.ad Nepotian. te ſcriptitante, dixiſti;Opus ſuum edere eſt,ac in ardentiſſimam flammam manum inijcere, et confodientium linguis ſe proferre, ac Gloſemantium tela in ſe contorquere, ad cuius nutum, vt expertus D. Pamphilus martyr aſtipulatur. Nihil vmquam in lucem mittere,quàm tot ferientium aculeos pati, tot mordentium dentes ferre; quod et Auctori noſtro nunc obueniſſe conſpicio. Sed tibi amantiſſimo Lectori vt reſpondèam. An ne ignoras, quòd Spiritus vbi vult ſpirat, et quòd alij datur per Spiritum ſermo ſapientiæ,alii ſermo ſcientiæ ſecundùm eumdem Spiritum; alii gratia ſanitatum, alij operatio virtutum,alij prophetia,alij diſcretio ſpirituum,alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus,atque idem Spiritus,diuidens ſingulis prout vult? Quid mirum ergo, ſi Theorim ſimul, & Praxim ad exercendam iuſtitiam Capuccinus etiam tradiderit Coripheus? qui ex variis ſemel, & iterum repetitis caſibus ſibi, aliiſque tum Regularibus,tum Sæcularibus aduentantibus in hac ſubiecta materia, dum ad diuerſas Orbis partes greſſus dirigebat, perneceſſarium duxit vtrique Curiæ hoc lumen præſtolari? præterquamquod qualibus increpationibus ſeruum, ſcilicet Auctorem, Dominus talentorum non obiurgaſſet,dum in ſæculo vſque Iuris talis laurea perſonatus impertitum adhuc talentum ſuffodiſſet in terra?

Tale igitur opus tibi Lectori pacato animo rimari volenti omnibus ſolutum numeris minimus Capuccinorum cœtus exponit. Opus inerme quidem ad ſui tutelam non contra peritos,ſed contra quoſdam, quorum verba ſuis potius innixa ſententiis, quàm rationi conſentanea audire quandoque contingit iuxta Auſonii dictum;

Et correcta magis, quàm condemnata vocabo,
Apponet docti quæ mihi lima viri.

Non ſpernendum, non faſtidiendum ob generalem homogeneitatem, quoad cæterorum Criminaliſtarum quiditatem,dum Etherogeneitas in ordine,modo,& figura, in modo facilitas, in dictione breuitas, in figura claritas,in ordine,& methodo à ſuperfluis mutilatio,a tot phraſium,elegantiarum,conceptuumque floſculis, quaſi non aſlonis cinericio Religionis calamo exſiccatio plauſus menti præſtabit acceptos, recentiorumque paſſim Doctorum varietas admirabundum rediget animum.

In modo facilitatem te eſſe comperturum non dubito, quia ſingula diſcriminatim per proprias repoſita cathegorias,de facili ad illa præ manibus habenda conſiſtunt; imò a locupletiſſimis indicibus reuocata in exordiis pateſcunt,vt præcipiti eruditione egenus nimiùm temporis haud fruſtreris emendicando.

In dictione breuitatem intueberis, ne tædio ſtudioſorum animi afficiantur;nec tamen à tanta breuitate originari illud autumes, quod D. Hilarius

rius

r'us lib. *de* Synodis non perperam eſt affatus; Fallit plerumque audientes, & docentes breuitas verborum, & compendio ſermonum aut non intelligi poteſt quod requiritur, aut etiam corrumpitur quod ſignificatur, quàm enarratum rationis abſolutione non conſtat.

Claritatem in methodo non ignoratam experieris, licèt liliata dicendi arte ieiunam; quippè quod talis elocutionis generi ſe applicuit Auctor, vt quaſi abſtinentia quadam correptus, non adeò laſciuiens, & comptus videretur, vt in re tam ſeria cum pueris ludere velle demonſtraret.

In ordine, ita omnia concinnata, & diſtincta ſpeculaberis, vt ſcalæ adinſtar primus ad ſecundum materiei gradum pedetentim tranſmittat; actio etenim Actorem non præuenit; modus procedendi Iudicem non præcedit; inditia teſtes non præoccupant, nec perſonam Rei, eiuſdem Rei defenſio antecedit; imò omnia proportionatas diſtributa per partes.

Auctoritates tandem, quia innumeras, ideò Antiquorum, Neotericorum, iuriſque Pontificii, & Ciuilis promiſſas quantum fieri licuit, breuiter depromptas inuenies, vt ad illos facilis ſit regreſſus, ſi plura diſcupias.

Quod ſi inter legendum nonnullos, qui ineuitabiles irrepſere, errores offendere contigerit, releuare, non culpare crimina, miſereſcere orphanum, non culpam dare Patri; admirare euentus, non accuſare caſus, quos impreſſores præter intentum paſſim permittere conſueſcunt.

Omni tandem tuæ benignitati ſuppoſita, necnon prępſtita fide, quemcumque Rhethoris laborem inanem amplius arbitror, quo medio tuæ mentis laboribus quaſi calcaria admouens excitem, atque ſtimulem ad hoc percurrendum opus, præuia ſemper charitate in horoſcopum, & eò magis, quo prodromus tibi Eminentiſſimus Roſpilioſus adſcribitur, cuius licèt cardo cum Patruo Beatiſſimo quamvis ſolum, & Polum aſſuetus deportare, attamen & Orbi huic paruulo, imò & minimo huius Orbis effectui, Luci nimirum *Prælatorum* accenſæ, &c. Atlanticos humeros ſubmittere minimè dedignatur, ſicuti incolumem te, & memorem mei præſeruare non deneget D. O. M. Cui laus, & Imperium. Vale.

b Opus;

OPus, cui titulus, Lux Prælatorum, &c. R. P. Didaci à Meſſana, &c. reuiſionis gratia mihi à Reuerendiſs. P. Stephano à Cæſena noſtri Ordinis Generali, demandatum; nudis oculis, ceu mente ſincera ſedulò perluſtraui. Cùmque omnia ad ſtylum fori iudicialis tum theoricè, tum practicè in eo exarata, nedum Orthodoxæ fidei, morumque rectitudini, ac Principum legibus conſona; verùm & ab omni quæſtionum præiudicio libera, obſcuritateque purgata meliorem diem Iuſtitiæ aperiant; communi bono certè profuturum cenſeo, ſi typis mandari contigerit; nouam quippè artem, qua lucem a tenebris ſapientiſſimè nouit diuidere Auctor, edocebit cunctos, qui iudicaturi terram, puro hoc in lumine erudientur ad iuſtitiam.

Datum Meſſanæ die 20. Aprilis 1672.

Fr. Marius à Lippari Meſſanenſis Prouinciæ Miniſter Prouincialis.

IVſſu Reuerendiſs. P. Stephani à Cæſena noſtri Ordinis Miniſtri Generalis attentè vidi, accuratè perluſtraui, ſummaque animi voluptate perlegi volumen, quod inſcribitur, Lux Prælatorum, præſertim Regularium, à R. P. Didaco à Meſſana ſemel, ac iterum in Meſſanenſi Prouincia olim Prouinciali, non exigua cum Authoris laude elucubratum; nec in eo quicquam fidei Catholicæ, diuiniſque legibus, aut humanis ſanctionibus non conforme, ſed obuiantes ſibi in omnibus Iuſtitiam, & Veritatem inueni; quapropter prælo inoffenſo pede quamprimum committi, nedum, poſſe iudico, ſed debere, hac ſiquidem præeunte luce Iudicibus, Actoribus, Teſtibus, Nocentibus, Innocentibus ab offendiculo quocumque Iuris tutiſſima ſemita commonſtratur, adeòvt ipſa duce eos tantùm, qui velint, à recta cenſeam errare poſſe, non alios. In quorum fidem, &c.

Datum Meſſanæ die 15. Maij 1672.

Fr. Cherubinus à Meſſana Concionator Capuccinus Exprouincialis, & Guardianus Conuentus Meſſanæ.

Opus,

OPus, cui titulus eſt, Lux Prælatorum, præſertim Regularium à R.P.Didaco à Meſſana dudum in Meſſanenſi Prouincia non ſemel Prouinciali, ſummo ingenij acumine elaboratum nutibus Reuer. P. Stephani à Cæſena noſtri Ordinis Generalis obſecuturus accuratè perlegi:cùmque in eo nihil aut Orthodoxæ fidei,aut Principum Maieſtati,aut probitati morum inuenerim diſſonum, ſed grauiſſimis difficultatibus clara methodo enucleatis, necnon ſubtiliſſima theoria ad praxim applicata,vndequaque refertum (eſt enim Iudicibus arx fortitudinis, Reis Templum, Reorumque Conſultoribus gloriæ ſimulacrum) idcircò ſicuti nulla eſt exceptione dignum, ſic ad publicam vtilitatem typis digniſſimum cenſeo. In quorum fidem, &c.

Datum Meſſanæ die 10. Martij 1672.

Fr.Petrus à Meſſana Concionator Capuccinus S.Theol. Profeſſor, & Diffin. Prouinciæ Meſſanenſis.

b 2 Nos

NOs Fr. Stephanus à Cæſena totius Ord. Fr. Min. S. Franciſci Capuccinorum Generalis Miniſter, Lim. Opus, quod inſcribitur, Lux Prælatorum, præcipuè Regularium, compoſitum à R. P. Didaco à Meſſana Concionatore, ac Theol. Profeſſ. à viris doctis noſtræ Religionis ad id deputatis perlectum, & approbatum, typis mandari concedimus, ſi ijs, ad quos ſpectat, viſum fuerit. Datum Romæ die 15. Auguſti 1671.

Fr. Steph. Min. Gener.

Noi Riformatori dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del P. Inquiſitore, nel Libro intitolato, Lux Prælatorum del R. P. F. Didaco da Meſſina Capuccino, non eſſerui coſa alcuna contro la Santa Fede Catolica; e parimente per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concediamo licenza à Gio: Pietro Brigonci di poterlo ſtampare, oſſeruando gli ordini, &c.

Data 18. Luglio 1672.

(Aluiſe Contarini Cau. Proc. Rif.
(Nicolò Sagredo Cau. Proc. Rif.
(

Angelo Nicoloſi Segretario.

SE-

SERIES OMNIVM OCTO PARTIVM,

Et Capitulorum in hoc Volumine contentorum.

Pars Prima Prohemialis.

Cap. 1. *De legitima poteſtate, ſeu iuriſdictione ordinaria Iudicis Regularis, vel alterius contra Regulares,* 3

Cap. 2. *De poteſtate Cuſtodum, Guardianorum, & Diffinitorum,* 49

Cap. 3. *De veritate in Iudice neceſſaria,* 60

Cap. 4. *De ſcientia, & litterarum peritia Iudicibus, ac Prælatis neceſſaria,* 68

Cap. 5. *De vitæ bonitate, ac puritate in Iudice, ac Prælato neceſſaria,* 78

Cap. 6. *De Dei timore neceſſario Prælatis, ac Iudicibus,* 84

Cap. 7. *De prudentia Iudicibus, & Prælatis neceſſaria,* 86

Pars Secunda.

De Criminibus, ac Iudicijs in genere.

Cap. 1. *De criminum diſtinctione, ac de iudicio ritè, & rectè inſtituendo,* 90

Cap. 2. *De negligentijs Prælatorum, & eorum pœnis in non corrigendis exceſſibus ſubditorum,* 101

Cap. 3. *De Iudicij definitione, & eius cauſis,* 115

Cap. 4. *Summariè, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedendi facultas quid operetur,* 121

Cap. 5. *De ſubſtantialibus Iudicij ſeruandis à Prælatis, & Iudicibus Regularibus,* 125

Pars Tertia.

De varijs modis procedendi contra delinquentem.

Cap. 1. *De Accuſatore, & eius neceſſarijs requiſitis,* 157

Cap. 2. *An quilibet pro quolibet delicto accuſari poſſit, & ipſius accuſatio admitti debeat,* 176

Cap. 3. *An accuſatus poſſit ſuum accuſatorem reaccuſare,* 181

Cap. 4. *Accuſatus, Denunciatus, vel Inquiſitus an poſſit eligi ad Eccleſiaſticas dignitates,* 184

Cap. 5. *Prælatus Regularis accuſatus, vel denunciatus an poſſit à ſuo Superiore priuari ſine rationabili cauſa, & eo non priùs citato, & audito,* 198

Cap. 6. *Superiori Regulari per electionem aſſumpto accuſato, vel denunciato, an cauſa pendente ſit ei interdicenda adminiſtratio,* 205

Cap. 7. *Formæ variæ accuſationum delictorum facti tranſeuntis, vel permanentis coram Iudice Ordinario,* 207

Cap. 8.

Digitized by Google

Cap.8. De modo procedendi per viam denunciationis,cum ſuis formis, 211
§. *II. De Inquiſitione ſpeciali,* 238
§. *III. De Inquiſitione ſpeciali infamia non præcedente, quando in generali inquiſitione auctor delicti proditur,* 256
§. *IV. De Inquiſitione mixta, ſcilicet generali quoad perſonas, & ſpeciali quoad delictum,vel è contra,* 262
§. *V. De Inquiſitione ſpeciali pro delictis incidenter in iudicio detectis,* 268
§. *VI. De Inquiſitione ſpeciali pro delicto commiſſo in iudicio, infamia non præcedente,* 272
§. *VII. De ſpeciali Inquiſitione coram Iudice,ac teſtibus patrato,* 274
§. *VIII. De ſpeciali Inquiſitione pro delicto notoriè patrato,* 276
§. *IX. De Inquiſitione ſpeciali pro delicto in flagranti patrato,* 287
§. *X. De Inquiſitione facienda à Iudice via rebellionis,* 290
§. *XI. De ſpeciali Inquiſitione, quando in aliquo monaſterio commiſſum eſt delictum, & ignoratur auctor,* 293
§. *XII. De ſpeciali Inquiſitione formanda ad euitandum malum futurum,* 295
§. *XIII. De alijs Inquiſitionibus ſpecialibus validè formandis, infamia non præcedente,* 297
§. *XIV. De exceptione aperiente viam inquiſitioni ſpeciali,* 303

Pars Quarta.

De Teſtibus.

Cap.1. De requiſitis,quæ debent interuenire in teſtium receptione, 307
Cap.2. De teſtibus omni exceptione maioribus, 316
Cap. 3. De teſtibus inhabilibus admittendis,vel non admittendis, 321
Cap. 4. De teſtibus conteſtibus, 342
Cap.5. De teſtibus ſingularibus, 346
Cap.6. De teſte vnico, 357
Cap.7. De teſtibus ex auditu deponentibus, 361
Cap.8. De teſtibus de credulitate deponentibus, 368
Cap.9. De teſtibus inimicis, 372
Cap.10. De teſtibus falſis, 384
Cap.11. De teſte ſibi vario,vacillante,contradicente,dubio,& obſcuro, 392
Cap.12. De teſtibus inter ſe cõtrarijs, 407
Cap. 13. De teſtibus corruptis, 413
Cap.14. De pluribus alijs teſtibus ſuſpectis, 418
Cap.15. De teſtibus,qui cogi poſſunt, vel non poſſunt à Iudice ad veritatem deponendam, 424
Cap.16. §. *I. De varijs formis interrogandi teſtes,* 429
§. *II. De tortura teſtium, qui facto interfuerunt, & hoc negant, vel negant vidiſſe delinquentem committere delictum,* 436
§. *III. De tortura inferenda domeſticis, & familiaribus ad eruendam veritatem de delicto commiſſo in domo,* 442
Cap.17. De captura,ſeu carceratione reorum de fuga ſuſpectorum, 446

Pars Quinta.

Cap.1. De exceptionibus dilatorijs,& declinatorijs proponendis à querelato, antequam reſpondeat Iudici interroganti, 460
Cap.2. De ijs,quæ ſeruanda à Iudice ſunt ante interrogationem reorum, 491

Cap.3.

Digitized by Google

Cap.3. *De indicijs, quæ præcedere debent interrogationem, & torturam reorum* 496
Cap.4. *De indicijs, & probatione copulæ carnalis,* 550
Cap.5. *De ijs, quę ſeruanda ſunt à Iudice in actu interrogationis reorum,* 565
Cap.6. *De debita reſponſione facienda reo in actu iuridici examinis,* 594
Cap.7. *De confeſſione rei facta ad Iudicis legitimam interrogationem in iudicio,* 599
Cap.8. *An, & quando in iudicio regulari facienda ſit recognitio Rei; & quando confrontatio cum teſtibus,* 616

Pars Sexta.

De tortura reorum, eiuſque effectu.

Cap.1. *De diffinitione torturæ, & de termino ante torturam reo dando ad ſuas defenſiones faciendas cum copia proceſſus, & indiciorum,* 631
Cap.2. *De articulis conficiendis ad fauorem reorum in termino ipſis dato ante torturam,* 642
Cap.3. *An Iudex poſſit ſuo arbitrio reum indicijs grauatum vel torquere, vel extraordinariè punire omiſſa tortura,* 673
Cap.4. *De torquendis criminis ſocijs, & de nonnullis alijs, quæ pręcedere debent Rei torturam,* 681
Cap.5. *De ijs, quæ concernunt ea, quæ debent concomitari torturam,* 692

Pars Septima.

De Sententijs, & Pœnis.

Cap.1. *De termino defenſionis dando Reo ante diffinitiuam ſententiam,* 716
Cap.2. *De defenſionibus reorum ante condemnationem,* 720
Cap.3. *De pœnis per ſententiam infligendis in genere,* 752
Cap.4. *De pœnis imponendis de iure ob diuerſa delicta in ſpecie, ordine alphabetico enumerato,* 851
Cap.5. *An Religioſus Sacerdos veniat puniendus, ſi celebret miſſas, mediante ſtipendio donando alicui conſanguineo pauperi,* 912
Cap.6. *Pœnæ ſiue corporales ſint, ſiue non corporales, ſi ex cauſa ſint augendæ, vel minuendæ, an poſſint minui, vel augeri infra eandem ſpeciem,* 916
Cap.7. *An ſemel abſolutus pro aliquo delicto poſſit pro eodem delicto iterum moleſtari,* 920
Cap.8. *Punitus ſemel an poſſit pro eodem delicto iterum puniri,* 930
Cap.9. *De ſententijs ferendis,* 936
Cap.10. *Sententia an debeat eſſe conformis libello,* 942
Cap.11. *De ſententia plurium Iudicum diſcordantium in condemnatione reorum, & de ſententijs vnius, aut diuerſorum Iudicum contrarijs,* 945
Cap.12. *De ſubſtantialibus Iudicij ſeruandis in ſententia proferenda pro eius validitate,* 949
Cap.13. *De nullitate aduersùs ſententiam,* 952
Cap.14. *De varijs formis ſententiarum,* 961

Pars Octaua.

De Appellationibus.

Cap.1. *Appellatio quid ſit, & de eius diuiſione in appellationem iudicialem, & extraiudicialem, ac de earum con-*

conuenientijs, & differentijs, 974
Cap. 2. De appellatione iudiciali à ſententia diffinitiua, 983
Cap. 3. De differentijs inter appellationẽ à ſententia diffinitiua, & appellationem ab interlocutoria, 997
Cap. 4. Appellatio coram quo Iudice proponi debeat, 106
Cap. 5. Appellationis libellus quæ continere debeat, 1013
Cap. 6. Iudex à quo an poſſit aliqua facere poſt appellationem contra ſuam ſententiam diffinitiuam, aut interlocutoriam, 1019
Cap. 7. De ijs, quæ poteſt facere, aut non facere Iudex appellationis, 1032
Cap. 8. Soluuntur aliqua dubia, 1044
Cap. 9. An in caſibus, vbi prohibetur appellatio, reus excludatur à quibuſcumque alijs remedijs, 1052
Cap. 10. Religioſis an liceat appellare, 1054
Cap. 11. An nullitas poſſit cumulari cum appellatione, 1058
Cap. 12. Ad quem ſpectet executio ſententiæ, 1060
Cap. 13. Formæ variæ appellationum, 1061

PRÆFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Solonis philoſophi dictum notabile.*
2 *Facinoroſi dum non puniuntur, publica lætitia turbatur.*
3 *Iuſtitiam de criminoſis facere, ſanctiſſimum eſt.*
4 *Reipublicæ intereſt delicta puniri.*
5 *Iniquum eſt delicta impunita relinquere.*
6 *Summa pietas eſt in delinquentes ſęuire.*
7 *Munus principale Prelatorum eſt expurgare Congregationem à malis.*
8 *Melius eſt, vt pro multorum ſalute vnus cõdemnetur, quàm per vnius licentiam multi periclitentur.*
9 *Vnus ſolus facinoroſus, incorrectus maculat totam Religionem.*
10 *Peccata manifeſta, non ſunt occulta correctione purganda.*
11 *Religiones per rectum vſum iudiciorum bonum nomen conſeruant.*

1 SOlon vnus ex ſeptem Sapientibus Græciæ, Rempublicã duobus con tineri putauit; videlicet præmio, & pœna; vt per præmium boni ad virtutes excitentur, & per pœnam mali à flagitijs arceantur: Nam vnius pœna, metus multorum eſſe ſolet: dicit tex. in l.1. C. ad leg.Iul.
2 repetund. Et dum facinoroſi non puniuntur, publica hominum lætitia turbatur, & ira Dei in nos prouocatur, l. nemo, & ibi Bald.C. de Epiſc.audien. Grammat. deciſ. 36.n.1. Baiard. ad Clar.q.64.n.118. Chartar. de execut.ſent. cap.bannit. cap.fin. n.411. Caualcan. de brach.reg.par.1. n.128. Ball. q.10.
3 n.18. Farinac.q.17.n.3. Et ideo iuſtitiam de criminoſis facere, ſanctiſſimum eſt; & inter eleemoſinarum genera connumeratur; Nec pinguior Deo mactatur victima, quàm homo iniquus; vt probat Caball.reſ.crim.caſu 1. in fine. Hinc eſt, quòd pro delictorum punitione venia à Deo ſperatur, & per cõſequens populi incolumitas procuratur; l. Prouinciarum, C. de ferijs. Angel.in l.cum reis, in fine, C. de pœnis. Clar.§.fin. q.97 in fine, Gramm.vbi ſup.n.11.& Chart.d.n.
4 411. Et ideò Reipublicæ intereſt, ne delicta impunita remaneant, & vt malis hominibus careat; l.ita vulneratus, in 1. reſponſ. in fine, ff. ad leg.Aquil.cum alijs concordantibus, citatis à Gloſa ibid. & alijs citatis à Petr. a Palac. in epit. de-

lib.c.21.in princip. Lancellot. in
præfat.tract.de attentat. n.9. Fari-
nac.qu.17.nu.2.q.103.nu.2.& 3.&
Conſil.27.n.2. Tuſc. litt.D. concl.
157.n.21.litt.M. concl.66.n.14. &
litt.P. concl.960. quia dum delicta
puniuntur, Reſpublica manet in-
quiete. Bart.in l.quemadmodum,
n.4.C.de Agricult. & conſit.lib.11.
Alder. Maſcard. de generali ſtatut.
5 interpretat. concl. 4. n. 149. Fari-
nac.conſ.65.n.75. ſine qua ſtare nõ
6 poteſt; Idcircò ſumma pietas eſt in
delinquentes ſęuire, ſicut iniquum
eſt delicta impunita relinquere. l.in
delict.§.cũ Dominus,ff.de noxalib.
quia cum vni facinoroſo indulge-
tur, ad prolapſi contagium prouo-
camur vniuerſi, C. eſt inhibendum
de cohabitat.Cleric. ac mulierum,
Ioan.de Monteferrat. ante rapit. in
l.ſi quis pro emptore, ff.de vſucap.
& delinquentiũ craſſatur iniquitas
ſi eorum præſumptio tranſit impu-
nis, Baiard. ad Clar. d.q.64.n.118.
cum impunitas in exemplum tran-
ſeat;Caualc.de brach.reg.part.1.n.
127.& intereſt etiam Reipublicæ,
vt tollatur aliis occaſio delinquẽdi
Param.de orig.Inquiſit. fol.746.n.
104.vndè fauor publicæ diſciplinę
ſuadet,vt maleficia puniantur, l.lo-
catio,alias licitatio,§ quod illicitè
in fine ff.de public.vectigalibus, &
prouinciæ malis hominibus pur-
gẽtur, l.cõgruit de offic. Præſidis;
Et ſi intereſt ſæculari Reipublicæ
delicta puniri; multo magis inte-
reſt Reipublicæ Eccleſiaſticæ, &
7 maximè Regulari, munus prin-
cipale Prælatorum eſt expurgare
ſuam congregationem à malis, eos
exterminando, vt alii poſſint quie-
tè, pacificè, & religioſè viuere, ita
Roderiq. tom.3.qq. regul.34. ar.9.
Roderic. à Cunha in comm.ad c.1.
n.3. diſt.86. Baboſ. in collect. ad c.
8 eaque n.7.de ſtatu monac. Melius
enim eſt, vt pro multorum ſalute
vnus condemnetur; quam per v-
nius licentiam multi periclitentur,
dicit Bernard. lib. de bene viuendi
modo,ſerm.18.& delicta tanto ſunt
grauiora, & digna animaduerſio-
ne, quanto perſona, & locus ſunt
ſanctiora, l.ſi quis in hoc genus ſa-
crilegii, C.de Epiſc.& Cleric.C.fe-
9 licis de pœnis 6. Vnus ſolus faci-
noroſus,incorrectus maculat,con-
taminat,& corrumpit totam Reli-
10 gionem; In qua multo magis,
quam apud ſæculares peccata ma-
nifeſta,non ſunt occulta correctio-
ne purganda,c.1.de punit.& remiſ.
ſed publica correctione debet Iu-
dex ſuccurrere aliorum ſcandalo,
iuxta illud Pauli 1. ad Timoth. 5.
peccantes coram hominibus ar-
gue,& in C. qualiter,& quando cl.
2.§. ad corrigendas de accuſat. ità
habetur; Ad corrigendos ſubdito-
rum exceſſus tanto diligentius de-
bet Prælatus aſſurgere, quantò
damnabilius eorum offenſas deſe-
reret incorrectas, Religiones ergo
per rectum vſum Iudiciorum bo-
num nomen, & odorem non ſolum
non perdunt,ſed potius conſeruãt.
11 Et quia ad Prælatos Regulares
pertinet ſuos ſubditos corrigere,&
punire; qui non ſolum ſunt Patres,
ſed & iudices; vt in cap. ſequenti
dicetur; & merum,& mixtum Im-
perium habent, & tanquam Iudi-
ces

ces ordinarii, aut delegati in criminoſos animaduertere poſſunt, & debent, præterquam in crimine hæreſis, & in cauſis fidei; Nam Iudex ſecundũ ſui nominis ethimologiam à iudicando, ſiuè à iuſdicendo, dicitur, quaſi Ius dicens; ſiue ab eo, quod iurè diſceptet; iurè autem diſceptare, iuſtè iudicare eſt, vt habetur in c.23.q.2.c.1. & in C.forus, verb. Iudex de verb.ſignif. D.Thomas 2.2. q.60. art.1. eſt ideo Iudex perſona humana ſibi quoquomodo ſubiectis iuſtitiã adminiſtrans; Vt autem rectè iudex, & abſque peccato cauſas cognoſcere, iuſtitiam adminiſtrare, ac iudicare poſſit, omnibus virtutibus excellere debet, quæ perfectum iudicem conſtituunt, necnon infraſcriptas conditiones habere debet: Prima conditio eſt, legitima poteſtas, ſeu iuriſdictio; Secunda eſt veritas; Tertia ſcientia, & litterarum peritia; Quarta eſt vitæ puritas; Quinta eſt timor Dei; Et ſexta prudentia.

CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTVM.

De legitima poteſtate, ſeu Iuriſdictione ordinaria, vel delegata Iudicis Regularis, vel alterius contra Regulares.

SVMMARIVM.

1 *Ius nemo dicere poteſt, niſi poteſtatem habeat iudicandi.*

2 *Iudicis legitima poteſtas, quadruplex eſt.*

3 *Ordinaria poteſtas, quæ ſit.*

4 *Ordinariam poteſtatem habentes enumerantur.*

5 *Superiores regulares omnia poſſunt exercere in ſuos ſubditos, quæ Epiſcopi in ſuos.*

6 *Prælati regulares poſſunt ſuos ſubditos ab Eccleſia extrahere.*

7 *Regulares ſunt exempti à iuriſdictione Epiſcoporum etiam de iure communi, priuatiuè ad Epiſcopos.*

8 *Caſtigatio monaci, & regularis, etiam via iuris & ordinaria pertinet priuatiuè ad ſuum Superiorem.*

9 *Epiſcopus non poteſt acceptare querelas alterius regularis.*

10 *Et regulares ad Epiſcopum recurrentes poſſunt puniri.*

11 *Farin. conſ. 15. reijcitur.*

12 *Iuriſdictio conceſſa Prælatis regularibus, intelligitur conceſſa priuatiuè ad Epiſcopos.*

13 *Religioſi non poſſunt renunciare priuilegium exemptionis.*

14 *Monaſteria regularium ſunt exempta à iuriſdictione Ordinarij.*

15 *Epiſcopus non poteſt exercere iuriſdictiones contentioſas in ſuos ſubditos in monaſterijs regularium.*

16 *Epiſcopus non poteſt extrahere Clericum delinquentem ab Eccleſijs, & monaſterijs regularium.*

17 *Prohibetur Epiſcopis in monaſterijs regularium exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis.*

18 *Delegata poteſtas quæ ſit.*

19 *Delegati in religionibus qui ſunt.*

20 *Delegatus delinquens punitur ab Ordinario.*

21 *Arbitraria poteſtas duplex.*

22 *Acceſſoria poteſtas quæ ſit.*

23 *Delinquens in aliena Prouincia ab* Ord.

Ordinario illius loci punitur, vbi deliquit.

24 *Pœna imponenda à Iudice loci originis delinquenti extra Prouinciam, qualis eſſe debet.*

25 *Pœna imponenda à Iudice loci delicti, qualis eſſe debet.*

26 *Iudices appellationis extra religionem, qui ſunt.*

27 *Epiſcopi quando poſſunt punire religioſos delinquentes extra clauſtra.*

28 *Qualitates requiſitæ à ſacro Concil. Trid. vt Epiſcopus poſſit punire religioſos delinquẽtes extra clauſtra, an ſint probandæ ab Ordinario.*

29 *Barboſ. in Coll. ad Concil. Trident. Seſſ. 25. c. 14. n. 7. reijcitur.*

30 *Qualitas tribuens iuriſdictionem non præſumptiuè, & per indicia, ſed concludenter eſt probanda.*

31 *Qualitas quando eſt fundamentum intentionis debet præcisè probari.*

32 *Agens ex aliqua lege, vel ſtatuto debet probare qualitatem ab ipſa lege, vel ſtatuto requiſitam.*

33 *Statutum, vel lex noua præiudicans ius tertij, debet ſtrictè, & propriè intelligi.*

34 *Iuriſdictio Epiſcopi contra Regulares eſt contra iuris præſumptionẽ; & ideò in caſu particulari conceſſa, debet concludenter probari.*

35 *Summaria informatio non excludit plenam, & concludentem probationem.*

36 *Dictio* ita, *iuncta dictioni* vt, *modum determinatum cum expreſſis qualitatibus includit, & conditionem inducit.*

7 *Epiſcopus nulliter procedit contra Regulares, non probato priùs delicto notoriè commiſſo, & cum ſcandalo populi.*

38 *Prælatus Regularis cum ſolo proceſſu Epiſcopi poteſt, ſi vult, delinquentes ſuos punire.*

39 *Epiſcopus quid facere debeat, quãdo Regularis delinquit notoriè extra clauſtra, & cum populi ſcandalo.*

40 *Epiſcopus ſi differt capere informationem, & regularem petentẽ, nollet remittere, non euitabit excommunicationem.*

41 *Terminus datus Superiori regulari ab Epiſcopo, vt puniat delinquentes, non currit impedito.*

42 *Terminus aſſignatus ab Epiſcopo, non debet eſſe breuis, ſed congruus & competens; aliàs, à breuitate temporis, datur appellatio.*

43 *Appellatione pendente, terminus non currit.*

44 *Appellatio ab Epiſcopo, tamquam delegato, fit ad Papam.*

45 *Termino congruo elapſo, ius puniendi delinquentem regularem, reuoluitur ad Ordinarium.*

46 *Pœna contra Superiores non punientes ſubditum delinquentem, non incurritur abſque declaratoria.*

47 *Superiores, ſi non infligunt delinquẽti condignam pœnam, alias, Ordinarius vel dignam pœnam denuò infligere poterit, vel iterum inſtare, vt Superior condignam pœnam imponat.*

48 *Quod dictum eſt de Religioſis profeſſis, dicendum eſt etiam de nouitijs.*

49 *Formula, qua Prælatus regularis debet monere Epiſcopum de punitione regularis delinquentis.*

Solo-

Ordinarius non poteſt punire regulares delinquentes, qui viuunt extra clauſtra.

Regularis manens in aliquo membro, vel grancia ſui Monaſterij de Superioris licentia, non poteſt puniri ab Ordinario, ſi delinquit.

Caſus qui ſunt, in quibus Regulares ſubduntur Epiſcopis, remiſſiuè.

Regulares an poſſint ab Epiſcopo cenſuris multari.

Epiſcopus in caſibus, in quibus poteſt compellere Regulares, non poteſt cenſuris multare.

Poſſunt ſimul ſtare, quòd Epiſcopus poſſit compellere Regulares, & nõ poſſit compellere per cenſuras.

Lex noua recipit determinationem à lege veteri.

Genus per ſpecies derogatur.

Epiſcopi regulariter non poſſunt compellere regulares per cenſuras ſed tantum alijs pęnis, quando conceſſum eſt eis punire regulares.

Excommunicatio lata ab Epiſcopo regularibus in caſibus expreſsè nõ conceſſis, eſt nulla.

Epiſcopi non poſſunt denunciare excommunicatos regulares.

Ampliatur in notorijs.

Epiſcopi non poſſunt abſoluere regulares excommunicatos.

Epiſcopi an poſſint extrahere delinquentes à monaſterijs regularium.

Iudices ſæculares an habeant iuriſdictionem in regulares.

Iudex ſæcularis non poteſt procedere contra regularem etiam in fraude factum poſt delictum; & quid ſi eſſet carceratus, vel habilitatus, aut degradatione dignus. Et multa exempla traduntur circa hoc, & decisiones.

66 *Iudex ſæcularis an poſſit procedere contra Tertiarium factum poſt delictum commiſſum.*

67 *Iudex ſæcularis an poſſit procedere contra nouitium factum poſt delictum commiſſum.*

68 *Ordinarius Iudex an ſemper cenſeatur procedere vt Ordinarius.*

69 *Iudex ordinarius remanet ordinarius, quãdo in reſcripto nihil additur, vel minuitur ſuæ ordinariæ iuriſdictioni.*

70 *Commiſſio facta Iudici ordinario, intelligitur excitatiua iuriſdictionis.*

71 *Triuiſ. par. 1. deciſ. 1. reijcitur.*

72 *Clauſula*, iubemus, *vel* pręcipimus, *non facit iudicem ordinarium, delegatum.*

73 *Clauſula*, ſummariè procedens, *an faciat iudicem ordinarium delegatum.*

74 *Delegatus an efficiatur ordinarius, quando committitur cauſa, quæ non cadit ſub eius iuriſdictione ordinaria.*

75 *Iuriſdictio data ordinario contra religioſos exemptos non facit ordinarium delegatum, ſed contrarium verius.*

76 *Res ad ſuam naturam facile reuertitur.*

77 *Si Papa concedit Ordinario, vt procedat contra exemptos de hæreſi, efficitur delegatus: Idem ſi conceditur ordinario, vt procedat contra regulares exemptos.*

78 *Clauſula*, faciẽs auctoritate noſtra, *facit ordinarium delegatum; Idem facit clauſula*, auctoritate noſtra, & tua.

79 *Quando iudici ordinario additur, vel*

deira.

Digitized by Google

detrahitur, aut datur forma iuriſdictionis ordinariæ, efficitur delegatus.

80 *Verbum* delegamus, *vel* committimus, *facit ordinarium, delegatum.*

81 *Verbum ſummariè procedas quando facit ordinarium delegatum.*

82 *Iuriſdictio ordinarij quando alteratur in procedendo, erit delegatus quantum ad procedendum, ſed ad ſententiandum erit ordinarius.*

83 *A iudice delegato appellatur ad delegantem, ſed ab ordinario iudice appellatur ad immediatum ſuperiorem.*

84 *Ordinarius iudex poteſt delegare, ſed non delegatus.*

85 *Iuriſdictio iudicis ordinarij non ceſſat per mortem eius, qui eum conſtituit.*

86 *Delegatio ceſſat per mortem, aut per mutationem, vel depoſitionem delegantis.*

87 *Geſta per delegatum poſt mortem delegantis re integra ſunt nulla, & quando ſecus.*

88 *Commiſſio in dubio cenſetur facta nomine perſonæ.*

89 *Iuriſdictio re non integra, non expirat morte delegantis.*

90 *Iuriſdictio per mortem iudicis ordinarij tranſit ad ſucceſſorem, ſed iuriſdictio iudicis delegati expirat.*

91 *Cauſa effecta ſemel delegabilis, ſemper remanet delegabilis.*

92 *Iudex ordinarius procedit contra non ſubditum delinquentem in ſuo territorio.*

93 *Viſitator ad cauſas non poteſt procedere contra non ſubditum delinquentem, ſed ad Prouincialem ſpectat procedere.*

94 *Iuriſdictio ordinaria, & delegata differunt in ſubſtantia, & quomodo, declaratur.*

95 *Delegatus repræſentat perſonam delegantis.*

96 *Delegata poteſtas non extenditur de caſu expreſſo, ad non expreſſum.*

97 *Delegatus ad vnam cauſam, cenſetur delegatus ad omnia acceſſoria, & dependentia, ſine quibus negotium commiſſum expediri non poteſt.*

98 *Delegatus poteſt rebelles, & contumaces in carcerem detrudere, & excommunicationem fulminare, & multa alia facere pro cauſa expeditione.*

Iuriſdictionem ordinarij, vel delegati impedientes qua pœna puniri poſſint.

99 *Poteſt delegatus cognoſcere de iniuria facta ſuo officiali, ex cauſa officij, teſtes falſos coram eo punire, & alia ſimilia facere.*

100 *Delegatus inferior à Principe, non poteſt ſubdelegare.*

101 *Poteſtas ſubdelegandi fundatur in perſona delegantis, & non delegati.*

102 *Delegatus articulum cauſæ, ſubdelegare poteſt.*

Delegatus ad recipiendum examen teſtium an poſſit ſubdelegare.

103 *Nudum miniſterium non poteſt ſubdelegari.*

104 *Delegatus ſupremi Principis poteſt ſubdelegare.*

105 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare cauſas par-*

particulares .

6 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quis ſit .*

7 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quando ſufficit inchoare vnam cauſam .*

8 *Delegans ſi accedit ad locum delegati , quando facit ceſſare delegationem .*

Delegatus tantum ad viſitandum, & non ad celebrandum Capitulum , mortuo delegante non poteſt celebrare Capitulum .

Induſtria perſonæ, quando cenſetur electa .

Delegatio quando facta eſt officio, tranſit ad ſucceſſorem .

Delegatus non habet iuriſdictionem ante litterarum præſentationem .

Delegato nemo tenetur obedire, niſi conſtet de delegatione .

Prælatus monaſterij poteſt reſiſtere delegato, ſi non oſtendit delegationem .

Delegatus debet in principio proceſſus inſerere tenorem commiſſionis.

Reus poteſt exigere à delegato reſcriptum originale .

Delegatus debet commiſſionem ſuam ſuperioribus loci, vbi debet aſſumere informationes, oſtendere.

Delegatus debet tenorem integrum ſuæ commiſſionis publicè legi facere .

Commiſſarius Generalis poſt publicatam commiſſionem debet expedire litteras per omnes conuentus ſuæ commiſſionis, vt ſuum aduentum notificet .

Per ſolam præſentationem litterarum factam Ordinario non cenſetur præuenta iuriſdictio delegata .

120 *Iuriſdictio iudicis delegati vt perpetuetur, requirit litis conteſtationem, aut citationem partis, ante mortem delegantis .*

121 122 123 *Ampliatur .*

124 *Iuriſdictio delegati vniuerſalis quando dicitur cœpta, & res non integra, ita vt mortuo Delegante non expiret, & n. ſeq.*

126 *Delegatus ſi ante cœptum iudicium habet moralem certitudinem de morte celebrantis , expirat delegatio , & non poteſt litteras publicare , ſecus ſi ſolum rumorem audiat .*

127 *Error communis cum titulo colorato ſufficit ad validitatem actorũ , etiam ſi delegatus ſciret delegationem expiratam fuiſſe .*

128 *Duæ conditiones requiruntur ad validitatem actorum .*

129 *Acta Prælati , qui accepit Prælaturam in excommunicatione , vel alio impedimento occulto ſunt valida, ſtante errore communi .*

130 *Error communis ſine titulo nihil operatur, & idem eſt ſi eſſet datus ab eo, qui non eſt legitimus ſuperior, & non facultatem dandi, & idem eſt in foro Sacramentali, & conſcientiæ, vt infrà n. 137.*

131 *Opinio probabilis Doctorum, idem operatur, quod error communis .*

132 *Error communis debet eſſe probabilis, & non ſupinus vt ſufficiat ad validitatem actorum .*

133 *Acta non valent in fauorem eius , qui ſcit inualiditatem facientis .*

134 *Error communis , & titulus coloratus ſufficiunt ad validitatem geſtorum, etiam in foro Sacramentali,*

tali,& conſcientia.

135 *Error non ſufficit ſi ſit vnius, aut alterius, ſed debet eſſe communis, & ſufficit ſi communis ſit in eo loco vbi confeſſio facta ſit, licet in alio loco notoria eſſet inhabilitas confeſſarij.*

136 *Titulus officij exerciti etiam ſi ſit inualidus propter inhabilitatem recipientis, ſi inualiditas ſit occulta ſufficit ad validitatem actorum.*

138 *Dian par. 2. tract. 16. reſ. 43. & par. 3. tr. 4 reſ. 122. reijcitur.*

Pellizar. in manual. tr. 8. c. 3. num. 62. reijcitur.

139 *Indulgentiæ conceſſæ à falſis Prælatis ſunt irritæ.*

140 *Solus communis error ſine titulo an quo ad Deum ſufficiat ad ſalutem conſitentis? In additione in fine dicti capituli.*

141 *Pœnitens ſciens confeſſarium priuatum iuriſdictione, ſi petat ab eo abſolutionem, an ſit valida. In additione, vbi ſupra.*

142 *Diana par. 3. tr. 4. reſ. 122. reijcitur.*

143 *Titulum non dicitur habere, qui eſt electus ante confirmationem; & quid, quando in electione non ſeruatur forma præſcripta à iure?*

CAPVT I.

1 ET quoad primam conditionẽ; Nemo ius dicere poteſt, niſi poteſtatem habeat iudicandi, ſeu iuriſdictionem, ſine qua totum iudicium corruit, & proceſſus eſt nullus, ac nulla ipſo iure eſt ſententia, cap. at ſi Clerici, de iudic. cum ſuis concord. Iuriſdictionis enim defectus maximus eſt, & inſanabilis; quia iuriſdictio dicitur baſis, & lapis angularis totius iudicij, qua ſublata, cætera ædificata corruunt. Vnde iudicatum dici nõ poteſt ab eo, qui ius dicẽdi non habuit, l. 1. ff. ad Tertull. l. 1. § Hæc autem verba, ff. quod quiſque iuris, l. 2. in fine de pun. Vant. de nullitate, rubr. de nullit. ex defectu iuriſdict. Scacc. de iudic. t. 1. c. 66. nu. 171. Sylu. in verbo Iudicium, n. 6. & Nauar. conſil. 1. de foro compet. n. 2. t. 1. ex l. vlt. ff. de iuriſdict. omn. iudic. inquit, & iuris naturalis per ſe etiam noti eſſe, aliquem iuſtè ſine iuriſdictione ius dicere minimè poſſe. Et præterquamquod iudicium ſine iuriſdictione inualidum erit; Iudex, qui ſine iuriſdictione iudicare præſumpſerit, mortale peccatum committet ex genere ſuo: & obligatur ad reſtitutionem damni, ſi quod interuenerit. Lar. l. 3. de iuſt. & iur. art. 2. Nauarr. in Manual. c. 25. n. 13. Silueſ. verb. iudicium, n. 5. Tol. l. 5. inſtruct. Sacerd. c. 56. n. 5.

2 Hanc autem legitimam iudicis poteſtatem quadruplicem eſſe dicimus; videlicet, Ordinariam, delegatam, arbitrariam, & acceſſoriã.

3 Ordinaria poteſtas eſt illa, quæ alicui iure ſuo aut ex dignitate, aut ex officio iuriſdictionem annexam habente competit. Et ordinarius iudex dicitur, qui ſuo iure iudicãdi poteſtatẽ habet. Gabriel. in 4. ſent. diſt. 15. q. 6. ar. 1. Lar. de iuſt. & iure, lib. 5. q. 4 ar. 1. concl. 2. Valent. t. 3. diſp. 5. q 11. pun. 1. Tol. inſtruct. Sacerd.

:erd. c.56.n.5. Et etiam qui habet lignitatem, vel officium, cui à iure, el conſuetudine, vel præſcriptio e, vel etiam ſpeciali priuilegio à ire, vel Canone annexa eſt iuriſ ictio Eccleſiaſtica, cenſetur iudex rdinarius. Ita ex Abb. & Felin. in ip. libet, de officio deleg. Couarr. ɔ.3. var. c.20. n.6. Azzor. p.3. l.13. 3. verſ.5. Aur. inſtit. moral. p.3. li. 3. c.13. Dicitur etiam ordinarius ıdex is, cui iuriſdictio alicuius di- rictus, ſeu territorij, ſeu Prouin- æ, ſeu Ciuitatis, Terræ, Caſtri, : Monaſterij attributa eſt. Ma ınt. in ſuo ſpeculo, p.4. diſt.5. n.2. ceſtr. in ſua pract. l.3 c.3. Vant. de ullit. rubr. de null. defect. iuriſd. n. 1. Bart. & DD. in l. more maiorũ, : l. quia, ff. de iuriſd. omn. iud. Ca oniſtæ in cap. quoniam ne Præ. t. in cap. ſuas. Ita Pontifex O.M. x dignitate, qua Chriſti vicem erit in terris, ordinariam in toto rbe terrarum ſupra omnes fideles ı ſpiritualibus poteſtatem habet. tque etiam in temporalibus ſpi tualium illis annexorum ratione. lem Papa, Imperator, Reges, rincipes, ac Reſpublicæ ſæcu ıres ſuæ iuriſdictioni ſubiectos, rdinariam in temporalibus poſ dent poteſtatem, Epiſcopus in ropria Diœceſi, in ſpiritualibus rdinarius dicitur. Inter Religio :s, Capitulum Generale, in toto lo tempore, quo celebratur, ordi ariam poteſtatem habet. Suar. to de Relig. l.2. c.8. n.4. Lezzana to. c.12. nu.6 P. Generalis Miniſter Ordinariam in tota ſua religione oteſtatem habet, & P. Procurator Curiæ Romanæ ſecundum P. Bo- uerium, & Prouinciales in tota ſua Prouincia. Item Abbates, Priores locorũ, præpoſiti, Rectores, Guar- diani in ſuo quoque Monaſterio ordinariam iuriſdictionem in ſibi ſubiectos habent. Vicarij defunctis Guardianis, aut in locis, in quibus Guardiani non ſunt inſtituti, ordi- nàriam poteſtatem exercent. Bo- uer. in direct. c.4. verſ. Porro, Clar. in fine q. 35. ver. quæro quis ſit iu- dex Monacorum. De hac poteſtate ordinaria pertractatur in lib. tum Decretal., tum Sexti, tum Clemen- tinarum, tum Extrauagantium cõ- muniũ, ſub titulo de Officio iudicis ordinarij, S. Anton. in p.3. titul.9 §. 5. trat. 5. Sylueſt. verbo Iudex; Al- ciat. in rubr. de officio ordinarij, & de iuriſdictione ordinaria Abbatũ, & Superiorum Monaſteriorum lo- quũtur c. ea, quæ, & ibi Panormit. de ſtatu Monacor. & in c. ne Reli- gioſi de regular. ſpecul. de Officio Ordinarij §. 1. Roderiquez qq. re- gul. tom. 1. q.21. art.11. & tom 2. q. 2. ar.10. Ghiſler. de Iudice reg. c.9. n.7. Azor. inſtit. moral. par.3 lib.13. c.13. & latè Triuiſan. trac. de mo- do, & ordine criminaliter proce-

5 dendi inter regular. c.4 & deciſ.36. par.1. Nam Superiores Regulares omnia poſſunt exercere in ſuos ſubditos, quæ Epiſcopi in ſuos. Nauar. conſ.23. de priuileg. in no- uis, Sayr. in florib. deciſ. 25. ſub tit. de priuileg. Cochier. de iuriſd. or- din. in exemptos par 1 q 17. n.25.

6 Imò poſſunt Prælati regulares ſuos ſubditos extra prouinciam de- linquentes punire, vt infra dicetur

B par.

par.5.cap.1.à n.55. & ſeqq & poſſunt ipſos ſubditos ab Eccleſia ex
7 trahere.Ricc.dec.182.n.7.p.3.Sunt etiam exempti Regul.ab Epiſcop. correctione,& iuriſdict.non ſolum virtute priuilegiorum à pluribus Summis Pontificibus ipſis conceſſorum;ſed etiam de iure communi; ex quo iure conceſſa eſt Prælatis regularibus iuriſdictio ſupra ſuos ſubditos priuatiuè ad Epiſcopos. Quod non ſolum in his,quæ concernunt Regulam, & regularem diſciplinam, ſed etiam in grauioribus criminibus, procedendo ad pœnam iuris via iuridica, cap. ea quæ de ſtatu monacor. & ibi gl. in verb. Abbatem, Abb. in c. Paſtoralis nu. 6. de officio ordin. & in c.cum Eccleſiarum n. 10. eodem titul.& in repert. c. ſi quis cōtra Clericum n.50.de foro compet. Felin.in dicto cap.Paſtoralis nu.4. & ibi additio marginalis, c. nimis iniqua, & c. nimis praua de exceſſib. prælat. Coſta in Pragm. Sanct. tit. de Concubin. § quod ſi hi, in gl. verbo,pertinet,iuxta finem fol. 181. col. 2. in principio,Foller.in praxi crim. canon. in vltima parte tit. de ordine procedendi contra monachos,ex n. 39. Capra in com. opin. verbo monachi clauſtralis correctionem, pag. 507. & in rep. 84. Rom.conſ.375.nu.1. Cened. in 2.p.collect.87.n 4.Io:Valer.de different.vtriuſque fori differ.6.nu.3. Triuiſ. deciſ.36. nu 4. Guid. Papa deciſ.559.Clar.q.35.num.15. Ricc. dec.202. n.4.par.4 & de hac re latè Borzon. in proprijs terminis in ſuis conſil.Regul.reſ. 7. Ceſped. de exempt.regular.dub.391.
8 Qui omnes Doctores dicunt,quod caſtigatio monaci, & regularis in criminalibus, etiam ſi agatur ad pœnam via Iuris,& via ordinaria, ſpectat ad Abbatem, ſeù ſuperiorē illius loci, vbi monacus, vel regularis delinquens profeſſus fuit, & non ad Epiſcopum loci commiſſi delicti,& priuatiuè ad Epiſcopum, etiam de Iure communi. Vt expreſsè dicunt etiam Capra tom. 1. com.opin.lib.1.tit 11. nu. 26. pag. 144.Barboſ.in collect.ad c.ea quæ, nu.5.de ſtatu monac. Ideo religioſus pro furto ab eo commiſſo, non punitur niſi à ſuo ſuperiore, dicit additio ad Felin.dicto n 4 & in crimine vſuræ, idem dicit Coiter. de Iuriſdictione in exemptos trac. 4. q. 67. & in omni crimine degradatione verbali, ſeu depoſitione digno. Lezana verbo degradatio nu. 3. & de regulari delinquente ſimul cum Clerico,furando, occidendo, & ſimilia faciendo,quod debet puniri vnuſquiſque à ſuo ſuperiore; ſcilicet Clericus ab Epiſcopo; & regularis à ſuo ſuperiore regulari,
9 Ceſpend.de except.regul.dub.265. Imo Epiſcopus non poteſt acceptare querelam alterius regularis
10 Bordon.reſ. 7. & Prælati regulares poſſunt punire ſubditos,qui recurrunt ad Epiſcopos.Ceſpend. de except.regul.dub.273.n.2. vbi etiā quod recurrentes ſunt excommunicati per Conſtit. Pontific. 9. & Leon.X.Peyr.tom.1.religioſ.q.1.c. 20.concl.3.
11 Vnde non bene loquitur Farin. conſ.15.oppoſitum exiſtimantem.

Et

Et facit etiam ad hoc, quod quando conceditur Prælatis regularibus iuriſdictio in ſuos monachos, vel fratres, ea præſumitur conceſſa priuatiuè ad Epiſcopum, Cened. loc.c. ex Menoch. de preſ.l.2.præſ. 18.nu.22.& punt.deciſ. 239. lib. 3. dicentes, ſic intelligi debere Sacr. Conc.Trid.ſeſſ.6. de Reform.c. 3. vbi tribuitur Prælatis iuriſdictio corrigendi exceſſus ſubditorum,

vt intelligatur conceſſiſſe Prælatis regularium priuatiuè ad Ordinarium, & Concil. Trid. ſeſſ. 25.c. 14 vt tantum ſubditus delinquens ſit a ſuo regulari Prælato punitus; Et tantum in defectum prælati ab Epiſcopo, quando religioſus notoriè delinquit; itaut populo ſcandalo ſit, vt infra dicetur, n.27.& ſeqq. Et quod de Iure eſt conceſſa iuriſdictio Prælatis in ſuos Monachos, probant tex. in c. Abbates §. Monachi 18.q.2.c. ad noſtram, c. reprehenſibilis in fine de appell. Gl. in verbo, ſi Prælati in c. quanto de officio ordin.c.ea quę de ſtatu Monach. Cened. vbi ſupra.

Nec poſſunt renunciare religioſi hoc priuilegium exemptionis à iuriſdictione Epiſcopi. Nec ſuperior renunciare huic priuilegio poteſt. Nec poteſt dare licentiam ſuo ſubdito religioſo ad id faciendum. Abb. in c. cum tempore, n. 2. de arbitr. & in c. ſignificaſti n. 9. & in c. fin. nu. 31. de foro compet. Henriq tit. de Indulgent. cap. 25. §. 1. Hieron. Roderiq. in compend. qq. regul. reſ. 63. n. 23. Diana par. 3. trac. 2. de dub. regul. reſ. 134. vbi citat Barboſam referentem, ita deciſum à Sac. Congreg. quicquid dicat Triuiſan. deciſ. 36 n.2. in fine.

Sed an etiam monaſteria regularium ſint exempta à iuriſdictione Epiſcoporum? Vna opinio tenet quod impropriè, & per accidens ratione tantum perſonarum exemptarum dicuntur exempta, & ideo poteſt ordinarius in dictis monaſterijs exercere iuriſdictionem contentioſam, licèt non contra dictas perſonas exemptas, ita dicũt Anchar. in c. poſtulaſti n. 44. & 45. de foro competẽti, D. Antonin. 3. par. ſummæ tit. 24 c. 25 §. 1. Salas de legibus diſp. 14 ſect. 6. n. 84. Suarez de cenſur. diſp. 5 ſect 4. n. 5. Aur. par. 1. lib. 5. c. 25. quæſit. 4. Alter. lib. 3. diſp. 9. c. 5. ver. hoc autem, Hurtad. de cenſur. in communi n. 33. Coninch. de cenſur. diſp. 13. n. 63. Filliuc. tr. 9. n. 149. Caſtr. Pal. par. 3. tr. 3. diſp. 1. pun 24. Layman lib. 1. tr. 5. c. 4. n. 6. ver. corrolarium 3. Ciarlin. controuerſ. c. 61.

Sed contrarium, quod non ſolum perſonæ, ſed etiam monaſteria, & loca regularium ſunt exempta a iuriſdictione Epiſcoporum, dicunt Dominic. à S. Geminiano in c. cum Epiſcopus de offic. ordin. Sanch. in opuſc. Molar. lib. 6. c. 9. dub. 1. n. 37. Tamburin. de iure Abbat. tom. 1. diſp 25. quæſ. 14. Sylu. verbo excommunicatio 2. n. 12. Auila par. 2. c. 3. diſp. 2. dub. 7. & poſt Vgolinum
14 Bonacin. diſp. 1. q 1. pun. 9. num. 8. Megal. par. 3. lib. 1 c. 3. nu. 36. poſt alios quos citat, poſt Graſſium, & Capuccinum Marcell. Vulp. in ſua praxi c. 1. n. 33. Diana par. 3. trac. 5. reſ. 14. verſ. dico igitur ad finem,

& cum Theophilo Raynaldo idem Diana par.5.trac.9.reſ.36.vbi ex propoſito hanc opinionem vocat probabilem,& reſol.66.dicit,hanc ſententiã tutò ſequi poſſe in praxi. Et ideo ſecundum hanc ſententiam non poſſunt Epiſcopi in dictis locis iuriſdictionem contentioſam exercere, nec ſuos ſubditos pu-
15 nire in locis regularium exemptis; vnde Clerici delinquentes in monaſterijs regularium, non poſſunt dum ibi exiſtũt puniri ab Epiſcopo.Auila par.2.c.3.diſp.2.dub.7.Bonac.diſput.1.de cenſur.q.1.pun.11.nu.8. Megala dicta par.3.lib.1.c.3.nu.3. Alfonſ.de Leon de cenſur.regul.2.n.323.Paſqualig.de Ieiun.deciſ.196.nu.9.Ceſped.de exempt.regul.dub.231.qui reſpon-
16 det contrarijs. Nec poteſt Epiſcopus extrahere clericum delinquentem ab Eccleſijs, & Monaſterijs regularium, etiam vbi viget conſuetudo, vt Clerici extrahi poſſint ab Eccleſiis ab eorum Ordinariis, niſi conſentiente Prælato regulari. Vel tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus in caſibus exceptuatis; per Conſtitutionem Greg.I.Ita cõtra Riccium deciſ.326.par.3.tenent,Nauar.in ſumma Bullar.par.2.de Immunit.Eccleſ.n.6.Ceſped.de excepr.regular.dub.228.Pellizar.in Manual.regul.trac 8.cap.5.
17 n.44.Prohibetur etiam Epiſcopis in Eccleſiis regularium celebrare ordinationes.Quia ſunt iuriſdictionis;Nouar.in ſumma Bullar.par.1.de Baldachino erigendo,nu.6.Nec poſſunt Cathedram iudicialem collocare; Nouar.cum aliis ab eo citatis ibidem n.7. Nec chriſmare, idem n.8.Nec degradare,idem n.9. Nec remiſſiones,& Indulgentias dare;Idem n.10. Nec poteſt interdicere Eccleſias exemptas per interdictum ſpeciale, Conc.Trid.ſeſſ.25.de regular.ſeſſ.12.& 22. Baſſeus verbo interdictum 1.num.8.

18 Delegata poteſtas ea eſt,quæ non ex proprio Iure competit, ſed ex iudicis ordinarii mandato,ac commiſſione manat, vt in 6. Decret. in tor.ſit de officio,& poteſtate iudicis delegati. Et delegatus dicitur is, qui ex alterius commiſſione recipit alicuius cauſę iudicialem cognitionem.Spec.lib.1.p.1.tit.de iudice delegato, §.1. Vel dicitur is, cui aliqua cauſa,vel cauſarum ſpecies committitur; Marant. in ſpec. p.4.diſt.5.n.4.Scacc.de iudic.p.1.
19 c.16.nu.6. Hac poteſtate præditi ſunt commiſſarii cõſtituti à P. Generali,& à PP. Prouincialibus,Vicarii Prouinciales. Prouincialibus Miniſtris,vel abſentibus, vel infirmitate detentis.Sed huiuſmodi Vicarii Prouinciales ob mortem, vel abſentiam Prouincialium, ſi ſunt creati per modum præſcriptum à ſtatutis Generalibus, habent iuriſdictionem ordinariam,& poſſũt ſubdelegare, quia illam habent à lege,Peyrin.tom.2.de Prælato q.1.c.4.§.4.nu.74.Fr. Ant. a Spir. Sancto trac.2.diſp.1.ſect.1.num.4. Portell.verb.Prouincialis num.5. vbi, quod poteſt recipere nouitios, & prouinciales non poſſunt arctare eorum iuriſdictionem, Miranda in Manual.prælat.tom.2.q.15.ar.1.concl.4.Compend.ad qq.regul. re-

ſol-

ſol.29.n.11.vbi citat Roderiq.tom.1.q.54.ar.2.& Mirand.loco citato. verò ſolus prouincialis exiens à Prouincia committit alicui regimen illius,eſt delegatus,quia iuriſdictionem ſuam accipit ab homine,& non a lege,& non poteſt eam ſubdelegare.Portell. verbo prælati poteſtas in addit.n.3.& verbo Prouincialis n.4.

icarii locales, ſeu ſubpriores non ſunt ordinarii, ſed delegati, quando tamen apponuntur in conuentibus à prouincialibus propter mortem, aut longam abſentiam Guardianorum habent iuriſdictionem ordinariam, & poſſunt facere omnia quæ Guardiani efficere poſſunt. Miranda tom.2. q.20. art. 1. concl.2. Roderiq.tom.3.q.86.art.1. Suarez de Religion. tom.4. c.22. lib.2.tr.8.n.6.Fr.Ant.a Spir.Sancto in direct.tr.2.diſp.1.ſect.1.n.5.Imò Vicarius localis abſente Guardiano per diem naturalem, eſt abſolutus ſuperior domus,Peyr. in priuileg.minim.tom.1.conſt.4.Sixt.5.§.6.n.16.Roderiq.tom.1.q.20.ar.2. Paſqualig.deciſ.99. nu.2. Delbene tom.2.c.15.dub.7.num.34.& c.14 dub.19.Fr.Ant.a Spir.Sanct. vbi ſupra nu.7. nec Guardiani abſentes poſſunt ſuorum Vicariorum auctoritatem limitare,quia in eorum abſentiam habent eandem poteſtatem quam ipſi, per conceſſionem Iul.II.Miranda dicta concl.2.

iſitatores Generales ordinariam poteſtatem habent ſecundum P. Bouer.dicto c.4. Sed contrarium dicunt Io:de Anan.in c. in ſingulis de ſtatu monacorum, vbi quod delegatam, & non ordinariam habēt iuriſdictionem Lezana in ſumma par.2.c.13.n.16 Suarez tom.4. de relig.tr.8.lib.2.c.2.n.6.Portell.verbo Prælati poteſtas ad diſpenſandum n.20.& 21.Alfonſ.de Leon. de cenſur.recol.2.n.5. & 3.& recoll.6. n.966.cum illa proficiſcatur ab homine, & eius morte expirat, licet tamquam delegati ad vniuerſitatē cauſarum ſubdelegare poſſunt. gl. in c. cum cauſam de appell. Sylu. verbo delegat.nu.12. Roderiq.qq. reg.51.ar.3.& 4. Lezana dicto nu. 16.in fine: de hac poteſtate delegata loquuntur l.1.Decretal.& Sexti, & Extrauag.ſub titulo de officio, & poteſtate Iudic.delegat.& Canoniſtæ in dictis locis; Delegatus etiam dicitur Iudex,qui eſt adiunctus Ordinario,Anton.Faber.deciſ. 3.c.de iuriſdict. omn. iudic. Rubin. deciſ. 21. Nec per talē adiunctionem intelligitur alterata iuriſdictio Ordinarii,Theſſ.dec.25.6.Gayl.obſ. 35. l.1. Quo adiuncto mortuo, licitum eſt iudicibus, quibus fuerit adiunctus procedere in cauſa, Franc. del Caſtell.deciſ.87.Ricc. Collect.1.3. 65 Delegatus autem licet ſit priuilegiatus, & maior Ordinario in cauſis Delegatis, ex quo fungitur vice Delegantis; l. & ſi Prætor, ff.
20 de officio eius,cui mandata eſt iuriſdictio; tamen ſi delinquit, qualitercunque delinquit, ſiuè in iuriſdictione ſibi demandata,ſiuè quocunque alio modo, ratione illius delicti poteſt puniri per Ordinariū loci,in quo delinquit: auth. qua in Prouincia, c. ſibi de crimin. agi oportet Cyn.col.fin.& Bald.ibidem n.10.

n.10. latè Cabal.caſu 53.per tot.& nu.9.dicit, Cum Anchar.in Clem. 1.de foro compet.& Clar. q. 35. n. 14. dicit, quod ſi Archiepiſcopus delinquit in Diœceſi alicuius Epiſcopi, poteſt puniri ab illo Epiſcopo. Et legatus, qui delinquit in agendo poteſt puniri per ordinarium loci. Sed Riccius in praxi variar.reſol.492.n.3. dicit, quod ſi delinquit in procedendo, puniri debet à delegante, ſi verò delinquit in agendo, puniri debet ab ordinario loci, ibi n.4.

21 Arbitraria poteſtas duplex eſt; vna dicitur, quæ ex diſſidentium partium conſenſu alicui tribuitur, ex quo iudices arbitrarij, vel potius compromiſſarij nuncupantur, lib.1. Decret. & Sexti ſub tit.de arbitr.& ibi DD. l.1. ff.de arbitrio, c. à iudicibus 2.q.6.c.peruenit,& c.ſi Sacerdos 11.q.1. Altera eſt iuris; quia à iure poteſtatem habet, poſtquam ſunt electi, vt procedant in cauſa ſuſpicionis iudicum; de qua re infra ſuo loco.

22 Acceſſoria poteſtas illa eſt, quæ ratione alicuius facti, vel delicti, aut cauſæ contingentis à iudice Ordinario, ſiue Delegato in non ſibi ſubditos acquiritur, vt in auth. qua in Prouincia, vbi de crimine agi oportet; hac poteſtate Romanæ

23 Curiæ ſubiectus ſi delictũ in Sicilia committat, a Prorege Siciliæ ratione delicti puniri poteſt; & ea

24 pœna, quæ eſt impoſita à ſtatuto Siciliæ, vbi deliquit, c. placuit 6. q. 3.c.1.de rapt.l.alterius, ff. de accuſat. c.fin. de foro compet. de qua re latè Clar.q.39.n.4.& q.85.n.2.ver. 5.ſecundus caſus, & Farin.q 7. à n. 19.vſque ad 26. vbi ponit quæſtionem cum nonnullis limitationibus. Quando delinquens eſt puniendus à iudice loci originis, tunc ſi ſtatutum loci originis expreſsè loquitur de delinquentibus extra territoriũ, pœna debet imponi ſecundùm ſtatutum loci originis, vel domicilij. Clar.q. 83.n.4.ex Bart.in l.Cunctos populos, de Summ.Trinit. & addit Baiard.ibid.n.1. ex eod. Bart. quòd iudex debet dicere in concluſione ſuper quibus omnibus, & ſingulis procedere, & inquirere intendit ſecundùm formam ſtatutorum huius loci, & eum culpabilem punire, & condemnare ſecundùm formam iuris, &c. Sed quando ſtatutum originis ſimpliciter loquitur, tunc iudex originis, vel domicilij non poteſt punire ſubditum delinquentem extra territorium, niſi ſecundùm pœnam impoſitam à iure cõmuni, vel ſecundùm ſtatuta loci, in quo deliquit. Non autem ſecundùm ſtatuta ipſius loci originis,

25 vel domicilij. Nec diſſentit Farin. d.q 7.n.21. Sed quando delinquens eſt puniendus à iudice loci delicti, & delictum non eſt prohibitum de iure communi, ſed ſolummodò, ſecundùm ſtatuta loci delicti; tunc non punitur delinquens à iudice loci delicti pœna impoſita à ſtatuto; quia foreniis non tenetur ſeruare leges proprias loci, per quem obiter tranſit; latè Laym.l.1.tr.4. c.12.n.4. quam ſequitur Pellizz. in Manual.regul.trac.7.c.1.nu.20.vbi nonnullos citat, ſed clariùs Clarus in d.q.85.n.2.ex Bart.in d.l.Cũctos

popu-

populos, n.21. Niſi fuiſſet ſciens, vel ignorans, ignorantia ſupina. Et ſubdit Clarus ibidem nu.3. quod ſtãdum eſt in hoc iudicis arbitrio, qui inſpecta facti, & perſonarum qualitate decernit; an forenſis, tanquam ignarus ſit in totum excuſãdus; vel tanquam ſciens ſit plectendus pœna ſtatuti illius loci, in quo deliquit; vel ex aliqua cauſa temperanda pœna in aliqua parte ſit.

Iudices appellationis extra Religionem ſunt Eminentiſſimi Cardinales Protectores, Eminẽtiſſimi Cardinales Sacræ Congregationis ſuper negotijs Epiſcop. & Regul. per Decretum ſacræ Congregationis de anno 1587. Corduba in compend. priuileg. verb. appellatio in annot. Cappuc. Legati verò, Vicelegati, Nuncij Apoſtolici, locorum Ordinarij, cæteriq; iudices quocumque nomine nuncupantur, Regulares minimè iudicare queunt. Ghisl. d.c.9.n.8.& 9. Bouer. in direct. p.1.c.4. verſ. poſtremo. Compendio priuil. ver. exemptio.

Epiſcopi, Religioſos extra Clauſtra notoriè delinquentes, vt populo ſcandalo ſint, punire poſſunt, ſi eorum Superiores admoniti intra temporis ſpatium ab Epiſcopo præfigendum, eos corrigere neglexerint, ex Conc. Trid. ſeſſ.25. de Regul. c.14. & ex Clem.8. conceſſion. quæ incipit: Suſcepti muneris officium eſt. Ampliatur, vt punire eos etiam valeant Epiſcopi, qui abſque Superioris mandato in ſcriptis obtento à Conuentibus recedentes reperti fuerint. Rodriq. qq. regul.63. ar.11. to.2. Ghisl. d.c.9 n.11. Bouer. d.c.4. in fine. Quod Sacrum Concil. Trident. ita dicit, quod Regularis non ſubditus Epiſcopo, qui intra Clauſtra Monaſterij degit, & extra ea ita notoriè deliquit, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, à ſuo Superiore intra tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuerè puniatur, ac de punitione Epiſcopũ certiorẽ faciat; ſin minus, à ſuo Superiore officio priuetur; & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit. Modò quærendũ eſt primò, an iſtæ duæ qualitates requiſitæ à S. Concil. nempè, quòd Regularis notoriè delinquat, & etiam cum ſcandalo populi; ſint neceſſariò probandæ ab Epiſcopo? negat Barboſa in Collect. ad Sacr. Concil. d. cap.14. n.7. dicens, quòd nulla qualitas eſt probanda, ſed ſufficit eã allegare, & ad hoc probandum nullam rationem, nec auctoritatem adducit; ſed tantùm adducit Riccium reſol.546. qui nihil de hoc dicit: imò reſol.650. in paruis, oppoſitum aſſerit.

29 Veritas tamen eſt, quòd ſupradictæ duæ qualitates debent copulatiuè plenè, & concludenter probari. Nec ſufficit probare delictum notoriè commiſſum, ſi populo ſcãdalo non ſit; nec ſufficit probare ſcandalum datum populo, ſi delictũ notoriè commiſſum non ſit. Probatur primò, quia Sac. Concil. non tribuit iuriſdictionem delegatam Ordinarijs Epiſcopis, nec tollit, aut coarctat iuriſdictionem Superiorum Regularium, niſi in caſu, quo Regularis notoriè deliquit, ita vt populo ſcandalo ſit: ergo antequam

quam plenè, & concludenter probentur iſtæ duæ qualitates, Epiſcopus nullam iuriſdictionē habet in Regulares. Imò ſecundùm Peyrin.in prompt. Prælat.c.8. & Portell.verb. Epiſcopus, n.2 quatuor requiruntur, vt Epiſcopus in hoc caſu poſſit punire Regulares delinquētes extra clauſtra. Primò, quòd delictum ſit extra clauſtra cōmiſſum; ſecundò, quòd ſit notorium, hoc eſt notoriè commiſſum; tertiò, quòd ſit ſcandaloſum; & quartò, quòd Epiſcopus inſtiterit, quòd puniatur à proprio Superiore.

30 Et eſt trita iuris regula, quòd qualitas tribuens iuriſdictionem, non præſumptiuè, vel per inditia; ſed concludenter eſt probanda, l.2. §.ſed & ſi dubitetur, ff.de iudic. l.ſi quis aliena, C.eodem, l.1.§.ait Prætor, ff. ne quid in flumine publico; Abb.in c. ſi Clericus laicum, de foro compet. Pariſ. deput.de Syndic. in verb.videre, c.2. n.13. Benintēd. deciſ.8.n.3. Andreas Gayl.de pace publ.c.13.n.12.l.1. Farin.in praxi q.8.n.86.& conſ.74.n.4.l.1. Bened. Beal.conſ.168.nu.8.l.2.Schrader de feud.p.10. lect.2.n.32. & ſeſſ.6.nu. 33. Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucenſ. 52.n.8.p.1.Ambroſin. de immunit. c.9.n.4. ver.2. Peregr.de immunit. c.3. n.5. ver.3. Ergo quando Epiſcopus vult carceribus mancipare Religioſum exemptum, vel ipſum punire, debet delictum cum qualitatibus requiſitis per Concilium Tridentinum plenè probare; Ricc. in praxi var.reſol.38. n.2.

31 Secundò probatur; quia iuriſdictio Epiſcopi ſuper Regulares fundatur in dictis qualitatibus, quibus ceſſantibus, ceſſat iuriſdictio. Sed quando qualitas eſt fundamentum intentionis, debet præciſè probari; Curtius iun.conſ.124. n.1. Soccin. iun.conſ.22.n.9.l.1.Pariſ.cōſ.166. n.8.l.4. Ceph.conſ.256.in fine; Crauet.conſ.112.nu.6.Oſaſc deciſ. 174.n.5.Mar.Ital. de Immunit. lib. 1.c.5.ſeſſ.1.n.122.123.Farin. deciſ. 402.n.4.in fine; Gratian. Diſcept. for.lib.4.c.619.nu.18.19. Beltram. ad Ludouiſ.deciſ.53 nu. 5.Cyriac. controuer.245 nu 5 Peregr.dicto cap.3.nu.5.verſ.3.& probari debet ab eo, qui ſe fundat in ea, Bart.in l. 1.§ 1.Ne quid in flumine publico, Alex conſ.161.in princ.cōſt.5.Oſaſc.deciſ.71.n.21.& ſeq.& deciſ. 88. n.16. Priſtin. iun.conſ.216. n. 155. lib.2.

32 Tertiò, agens ex aliqua lege, vel ſtatuto, debet probare qualitatem ab ipſa lege, vel ſtatuto requiſitam; ità vt ſi plures requirantur qualitates, omnes ad vnguem ſunt verificandæ, Marſil. ſign. 187.& in l. ſi quis ne quæſtio n.130.& ſeqq.ff.de quæſt.& conſ.96.n.2.Soccin. conſ. 274.n.11. lib. 2. quæ qualitates requiſitæ contra delinquentes à lege, vel ſtatuto debent probari plenè, & formaliter, non præſumptiuè, c. 1.vbi diſt.de homicid.in 6. Bald. in l.ſi quando n.2.c.vndeui.Corſett in ſing. verb. qualitas, Gram. conſ. 1. n. 31. impreſſ. poſt eius deciſ. & deciſ.65.n.2.Benint.deciſ.18.nu. 3. Nauar.conſ.581.n. 20. Ioſeph Ludouic.deciſ.52. nu. 28. cum alijs ab eo citatis; nam diſpoſitio loquens cum certa qualitate non habet locum,

cum,niſi illa qualitas plenè probetur,l. Falcidia §.ex quibus cauſis in poſſeſſ.eatur,Bald.in ff.ſi quando c. unde vi Benedict. Boel. conſ. 168. lib.2.num.8. Farin. conſ. 10. num. 3.& 24.Pacian.conſ.32.num.3.& ſic Concil.Trid.non habet locum, niſi illæ qualitates delicti notorij, & e.plenè probentur.

Quartò, quia Concil. Trid. præiudicat iuriſdictionem ſuperioris regularis, & etiam ipſum ſubditum regularem, vt poſſit capi ab Epiſcopo, & ab eo etiam puniri, Prælato ad eius inſtantiam non puniente; Dum ergo lædit Ius tertij, propriè,præciſè,& ſtrictè eſt intelligendum, & reſtringendum in caſu quo verè, & concludenter probatur qualitas requiſita à Concilio, Senat.Pedamont.deciſ. 27. nu. 12.

Quintò, Prælatus Regularis habet regulã pro ſe;quòd ad ipſum,& nõ ad alios ſpectat punire ſuos ſubditos delinquentes,c.1 § fi. & c. neq; aliqui de priuileg.in 6. & qui habet regulam Iuris pro ſe, per conſequens habet pro ſe Iuris præſumptionem, l. ab ea parte, ff. de probat; Glo. in rubr. de Reg. iur. in 6. Alciat. de præſum. reg. 1.præſ.28. n.6.Epiſcopus autem.E cõtra habet cõtra,ſe iuris præſumptionem; quod nõ poteſt Regulares exẽptos punire, & carceribus mancipare; quia nullam iuriſdictionem habet in regulares, iuxta tradita ſuperius, ergo Epiſcopus qui vult capere regularem delinquentem, carceribus mancipare, & in defectum ſuperiorum punire contra Iuris præſumptionem, debet ſuam iuriſdictionem probare concludentiſſimè,& euidentiſſimè,l. fin. in fine princ.ff.quod met.cauſ. Abb. in c. quia veriſimile in 2. notab. de præſump.Crauet. de antiq par. 2. ſect.ex præmiſſis num. 46. & ſeqq.

35 Farin.conſ.76.num.3. Et licet ſufficiat quod Epiſcopus ſummariam facti informationem capiat, & ſuperiori regulari mittat ad hoc, vt hic facti informationem habens poſſit contra ſuum ſubditum iuridicè procedere; Aldret. de diſcipl. religioſa c.3.nu.39.Peyrin. de priuileg.tom. 3 c. 2. num. 31. non tamen ſequitur, quòd non debent plenè, & concludenter qualitates probari, Alex.conſ.1 num.8.lib. 5. Felin. in c.ſi Clericus, col. 2. verſ. prima concluſio de foro compet. Crauet.conſ.196.col.2.in fine, Afflict.deciſ.196.

36 Sextò,illa dictio, *ita*, iuncta dictioni, *vt*, qua vtitur Concil. Trid. modum determinatum cum dictis expreſſis qualitatibus includit; & conditionem inducit, l Iulianus, & ibi Glo.ff. de condit. & demonſtrat.Grat.conſ. 126. num. 31. vol. 1. Pariſ. conſ. 17. num. 19. Cened. ſing.39.num.3. & ſic non verificata conditione non poteſt Epiſcopus procedere contra Regulares, &c.

37 Tandem quod prædictæ qualitates debent ab Epiſcopo concludenter probari, vt Epiſcopus vigore dicti Concil.Trident. ſeſſ.25. c.14.poſſit Regularem punire, expreſsè in proprijs terminis tenet Nouar.in Bullar.par.1. tit. de Re-

C gu-

gularibus delinquentibus ſuper Bulla Clem.8 num.22 fol.527. vbi citat Ricc. par. 1. in antiquis, reſ. 656.& deciſ.650.in 4.folio,& magis clarè,& diffusè deciſ. 381. par. 4. & quod ſententia aliàs eſſet nullas tenet,Peyrin.dict.c.2. num. 30. & ſequitur Ceſped. de exempt. regul.dub.245.num. 3. Ricc. dicta deciſ.381.in fine.

38 Et hac occaſione dico, quod Prælatus Regularis cum ſolo proceſſu ab Epiſcopo formato, (poſita probatione concludenti de notorietate commiſſi delicti, & de ſcandolo populo dato,) poteſt delinquentem ſubditum punire,Portell. in addit. ad dub. regul. verbo punitio Religioſi, dummodo religioſus citetur, & audiatur iuxta Iuris ordinem; licet Hieronymus

39 Rodriq. reſol. 62. num. 8. teneat contrarium. Debet tamen Epiſcopus omnem conatum adhibere ad quam primum informationem capiendam,& quàto cius illam remittere eadem die quo fuerit ca

40 pta,vel ſequenti. Si enim Epiſcopus differret capere informationem, & regularem petentem nollet remittere,non euitabit excommunicationem, tanquam iniuſtè carceratum detinens,iuxta gloſ.in Clem.frequens verbo capiunt de exceſſ.Prælat. Nouar. vbi ſupra n. 9.verſ.debet.fol.524.

41 Terminus aſſignatus ab Epiſcopo ſuperiori regulari ad effectum puniendi ſubditum delinquentem, non currit,ſi ſuperior ex aliqua legitima cauſa eſt impeditus, l. 1. c. de ann.except. c. 2. de eo qui mitt. in poſſeſ.nã impeditus,non dicitur negligens. Et excuſatur à contumacia,pœna,& mora, Nouar. vbi ſupra num.10 fol.525. vbi num. 9. ſubdit, ſuperiori non ſufficiente allegare impedimentum, ſed tenetur illud probare fuiſſe tale, quod remoueri non potuerit,ex Seraph. deciſ. 1206.quia non dicitur impeditus, qui faciliter poteſt impedimentum tollere,c. fin. de elect. Seraph. vbi ſupra, Gratian. diſcept. for.798.num.7. tom. 3. & quomodo probetur, Tuſc. litt. 1. concl. 30.

42 Terminus autem ſupradictus aſſignandus, non debet eſſe breuis, ſed competens, & congruus, vt poſſit ſuperior audire defenſiones ſubditi, & probare quæ ſunt probanda in termino ſibi dato, & ſeruare omnia ſeruanda. Et ſi Regularis delinquens eſſet translatus in alium locum; terminus debet eſſe talis vt poſſit ille redire, comparere,& ſe defendere,arg.tex. c. 1. & 2.& c.ſi Primates 5.q.2.Nauar.vbi ſupra num. 12. alias, ſi terminus non eſſet congruus,& competens, ſed breuis; Superior regularis poteſt appellare, quia à breuitate præfixionis termini datur appellatio.Put.deciſ.150. num. 3. lib. 3. Gonzal.ad reg.8.Cancell gl.9.§ 1. num.192 Creſc. deciſ. 6. de Dolo, & contumac.Portel. conſ. 31. Nouar.vbi ſupra num. 13. & penden-

43 te appellatione terminus non currit,Auth.& qui,appellat,Auth. ſed & ſi lis,de tempor. appell. Auth.ſi tamen de appellat Hartam.

44 obſer. 2. eodem tit. & Appellatio fit

it ad Papam,& non ad Metropo itanum, quoties appellatur ab ;piſcopo procedente tanquam)elegato Sedis Apoſtolicæ. Ce ed.canon.qq 34. num. 7. Nouar. bi ſupra num. 23. Quando verò ;rminus eſt congruus, eo elapſo; us puniendi reuoluitur ad Ordi arium. Nouar. vbi ſupra num. 15. Pœna autem inflicta per Sacr. Concil. Superioribus Regularibus on punientibus ſubditos, aut non euocantibus eos à loco ad quem ıerunt tranſmiſſi, non incurritur bſque declaratoria. Nouar. vbi ıpra.num.21.

Et aduertant Superiores vt non nfligant leuem pœnam regulari elinquenti, ob delictum graue. ied condignam pœnam infligant; ılias, Ordinarius dignam pœnam enuo infligere poterit regulari euiter punito. Nouar. vbi ſupra. nu. 24 Et quod dictum eſt de Re- igioſis profeſſis delinquentibus extra clauſtra, dicendum eſt etiam le Nouitijs, Ricc.deciſ.119 par. 2. Formula qua Prælatus regularis lebet monere Epiſcopum de pu- nitione Regularis delinquentis, traditur à Peyrino litt.P.c. 7. & eſt infraſcripta.

Charitatis, & iuſtitiæ zelo re- fertas accepimus, Illuſtriſſimæ Dominationis veſtræ litteras, qui- bus inſtabat, vt Frater N. indi gnum ordinis noſtri religioſum, qui præteritis diebus in honeſtum, & grauem virum N. in publica Ciuitatis huius platea magno cũ populi ſcandolo manus inferre auſus eſt, digna eius ſcelere ani maduerſione pœna mulctetur. De qua Dominationem veſtram intra menſis ſpatium redderemus certiorem. Nos qui Illuſtriſſimam Dominationem veſtram, ea, quæ par eſt, obſeruantia colimus, ac veneramur, ad eiuſmodi delicti in- quiſitionẽ, prout de notorio iura deponunt, perſpectis illico litteris proceſſimus Cumque eundem re- ligioſum N. grauiter deliquiſſe compertmus ex noſtrarum conſti- tutionum præſcripto carceribus per annum mancipandum fore, iudicamus, ac re ipſa mancipani- mus actiua, & paſſiua vocibus per biennium etiam priuantes. Cuius quidem noſtræ Definitionis, ac ſententiæ, vt Apoſtolicis parere- mus mandatis, Illuſtriſſimam Do- minationem veſtram litteris cen- ſuimus commonendam. Cui etiam fauſta cuncta à Deo precamur. Datum, &c.

50 Quæritur etiam hic; an Ordi- narius loci poſſit punire Regula- res delinquentes, qui viuunt extra clauſtra, tanquam à Sede Apoſto- lica delegatus? Affirmatiuè reſpõ- dent Piaſec. in praxi epiſt. part. 2. c. 3. num. 42. Campanil. in diuerſ. Iuris Canon. rub. 12. c. 13. num. 22. Barboſ. alleg. 105. num. 16. & in collect. ad c. Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 3. num. 4. Genuenſ. in praxi cur. Arch. c. 59. Ciarlin. deciſ. 50. Ricc. deciſ. 223. par. 1. & ampliant, vt poſſit etiam Ordinarius punire Regulares delinquentes exiſtentes in aliqua domo ad erectionem mo- naſterij deſtinata. Si non ibi habe- ret Priorem, vel Guardianum, &

Digitized by Google

non viuerent iuxta inſtitutum regulæ illius religionis.

Contrarium tamen, quando Regulares viuunt extra clauſtra de licentia Superiorum, tenent Peyr. in conſt.2.Sixti 4.§.11.num.22.& Ceſped.de exempt.regul. dub. 241. Sed poſita etiam prima opinione, non debet intelligi; quòd Epiſcopus habet iuriſdictionem priuatiuam puniendi regulares extra clauſtra degentes, & delinquentes ſed tantum cumulatiuam cum prælatis propriæ religionis; Qui in puniendo ſuos ſubditos præuenire poſſunt, & ſecundum hanc opinionem habet locum præuentio inter Epiſcopos, & Prælatos regulares, iuxta c.ad noſtram de ſtatu monachor.1.repræhenſibilis de Appellat. Cardin.Zabarel.conſ. 5.& ita procedit Concil. Trident. ſeſſ. 6.cap. 3. vt aſſerit in proprijs terminis Vuamenſius tom.2. conſil 465. quem citat,& ſequitur Ceſped.dub.243.

51 Quando tamen Regularis manet de licentia ſui Superioris in aliquo membro, vel Grancia ſui Monaſterij pro religionis ſeruitio, ſub regulari obſeruantia; Si delinquat, à ſuo Superiore debet puniri.Barboſ.in Collet.ad dictum Concil.Trident.ſeſſ.6.cap. 3. num. 5.& alleg.105.num. 7.Ricc. deciſ. 231.n.4 par.4. Et licet Ciarlin. deciſ.50.n.8. oppoſitum dicat:tamen reijcitur à Ceſpede vbi ſupra,nu.8. & ſicut Epiſcopus non poteſt viſitare Monaſterium religioſorum, nec grancia, quæ eſt pars Monaſterij,inqua viget obſeruantia.

52 Et quia ſunt multi caſus in quibus Regulares vi Concil. Trident. ſubduntur Epiſcopis,de quibus loquuntur Pariſ.lib.3. de Reſign. benefic. cap. 9. num. 9. Portel. verbo Epiſcop. Lezzana par. 1. cap. 9. ad finem,& cap. 11. an. 7. Sanch. opuſc. lib. 6. cap. 9 dub. 2. Barboſ. alleg. 105. an. 13. Vulp. in ſua Praxi cap. 42. & magis latè Ceſped.de exempt.regul.per totũ.

53 Quæritur modo, an in dictis caſibus, in quibus Regulares ſubduntur Epiſcopis, ita vt ab eis compelli poſſint, & non expreſſo à Concil. Trident. nec à Conſtitutionibus ſummorum Pontificum, vt poſſint cenſuris multari; Stante dicta facultate quam habent eos compellendi, poſſint cenſuris multari? eſt quæſtio inter Doctores; Affirmatiuam opinionem tenent, Ricc. & Genuenſ. quos refert, & ſequitur Barboſa alleg. 105. num. 13.par.3.Macerat. reſol. 112. caſu 35.ad finem lib. 1. Nouàr. in ſumma Bullar.tit. de proceſſionib. nu. 6.& 7.Fallit. qui loquuntur in caſu proceſſionum; idem dicunt Bordonus reſ.7.q.6.an.9. Ciarlin.c.50. n 20.& alij citati a Nouar.Lucern. regul. verbo excommunicare n. 1.

54 Negatiuam verò, & rationabiliter, Sanch. vbi ſupra numer. 23.& lib. 6. ſummæ cap. 1 num. 14. Tamburin. Scortia, & alij quos citat, & ſequitur Diana par. 3. tract. 2. reſol. 76. idem Diana par. 5. tract.9.reſol.43. & par.7. tract. 12. reſol.29. Portel. verbo Epiſcopus num. 5. Quaranta, Gambarus, & Henriq. quos citat

tat,& ſequitur Lezzana par.1.c 11. nu.14. Marcel. Vulp. in ſua praxi c. 42.nu.26. Villalob. par. 2. ſummæ tract.35.diffic.5.nu. 17. Auguſt. de Bull.in ſua allegat.par. 1.aſſunt.5.n. 5. & ſeq. Cotton. in ſumma Dian. verbo Epiſcopi iuriſd.n. 8. Ceſped. de exempt.Regul.dub.274.Nouar. Lucerna regul.dicto verbo excommunicare n. 5. Alfonſ. de Leon. de cenſur.recoll. 2. num. 488. nam de iure Epiſcopus non poteſt regulares cenſuris multare,cap.1. de priuileg.in 6.Felin.in cap.dilectus nu. 7. de Reſcript. addit. ad Capell. Tholoſ. q. 485. Henriq. in ſum. Theolog.moral.lib.7.cap.25.num. 7.& etiam ex diuerſis conſtitutionibus ſummorum Pontificum, vt in Compedijs priuilegiorum Mendicantium, Sanctæ Mariæ Fultenſis, Religionis Clericorũ regularium,& aliorum, vt in verbo exẽptio, & verbo excommunicatio. Licet enim data ſit facultas Epiſcopis compellendi Regulares in aliquibus caſibus; non ſequitur quod cenſetur data compellendi per cẽſuras. Quia ſuper hanc ſpecialem compulſionem per cenſuras Regulares habent ſpecialia priuilegia,
55 quod non poſſunt compelli. Nam poſſunt ſimul ſtare, quod Epiſcopus compellat Regulares, & non compellat per cenſuras, ſed alijs pœnis. Et lex noua recipit deter-
56 minationem à lege veteri,l. ſciendum,ff. qui ſatiſdare cogantur, auth.offeratur C.de litis conteſt.ergò quando datur à Sac. Concil. Trid. facultas compellendi Regulares, debet intelligi iuxta leges antiquas,ſcilicet,non per cenſuras.
57 Inſuper poteſtas compellendi generaliter derogatur per ſpeciale priuilegium, non compellendi per cenſuras, quia Genus per ſpeciem derogatur, vulgatis iuribus; Nec obſtat quod Conc.Trid. ſeſſ.25. de Regul.c. 25. in finem mandat obſeruari omnia decreta de eis loquentia, non obſtantibus priuilegijs,&c. Quia Conc.Trid. loquitur de decretis contentis in dicta ſeſſione, & etiam dato quod loqueretur de omnibus Decretis,non ſequitur quòd Epiſcopus poſſet procedere per cenſuras; quia poteſt procedere per alias pœnas. Concluſio ergo eſt; quod Epiſcopi nullam iuriſdictionem regulariter habent in Regulares eos puniendo,niſi ſpecialiter ipſis conceſſa ſit à ſummo Pontifice, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis;& quando ipſis conceditur facultas puniendi Regulares, vel compellendi generaliter, & indeterminatè, non cenſetur data facultas eos multandi per cenſuras, niſi ſpecialiter,etiam hoc conceſsũ eſſet vt patet ex dictis.
58 Quia quoties Conc.Trid. voluit dare hanc ſpecialem facultatem Epiſcopis procedendi per cenſuras contra Religioſos exemptos,id explicuit,vt dicta ſeſſ.25.c.5 c. 16. & ſeſſ. 22. ergo ſignum eſt in aliis locis,& caſibus,in quibus non explicuit talem authoritatem concedendi Epiſcopis ſupra religioſos exẽptos,noluiſſe illam tribuere. Ita Sanch.lib.7.de Matrim.diſp.33.nu. 22. & dicto lib. 6. ſummæ cap. 1. num 14 Lezzana dicto c.11.n. 14. Marcel.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Marcel.Vulp.dicto c.42. num.26. Nouar.Lucer. dicto verbo excommunicare num.5.

59 Ex hoc ſequitur, quod excommunicatio, vel alia cenſura lata à Diœceſano contra Regulares exẽptos eſt nulla, tanquam lata ſine iuriſdictione, Auila p.2.c.6.diſp.1. dub.1.Sanch.opuſc.lib.6. c.9. dub. 1.num 28. Vgolin. de cenſur. dub. 1.cap.2.§.12. num.4. niſi expreſsè à Sac Concil.Trid.vel a Conſt.ſum. mor Pontificum concedatur hæc facultas ipſi Epiſcopo, prout in ſeſſ.25.c. 16. de Reform. & eadem ſeſſ.c.5.& ſeſſ.22.ad finem.

60 Sed an Epiſcopus poſſit denunciare excommunicatum Regularem ob crimen (cui à Iure, vel Apoſtolicis conſtitutionibus eſt annexa ipſo iure excommunicatio) ab eo commiſſum, vt à fidelibus vitetur? Affirmatiuam opinionem tenent. Quaranta in ſumma Bullar. verbo Monaſter. Monial. verſ. hic tangenda veniunt,Ricc.par. 1. praxi deciſ.654.nu. 3.& par. 2. deciſ.275.Genuenſ.in praxi cap. 57. Nouar. Lucerna regular. 15. excommunicare num.6. Ceſped. addit pro hac opinione,Cened.Alter. Triuiſ. Henriq. Piaſec. & Moder. 9 Fuſc.de Viſit.lib.2.c.8.num.8.

Sed contraria opinio eſt verior. Quia non poteſt quis denunciari excõmunicatus, niſi prius declaretur in excommunicationem incidiſſe; ad quam declaratoriam ſententiam ferendam requiritur iuriſdictio. Sed Epiſcopus non habet iuriſdictionem in Regulares, ergo non poteſt declarare, nec denunciare eos excommunicatos; Ita Nauarr Thomas Zerola, & Peyrin. apud Dianam par.3.trac.2.reſ.35.etiam Portell. verbo Epiſcopus num. 9. Lezzana par.1.c.11.num 15. Marcell. Vulp. in praxi c. 42. num. 25. Alphonſ.de Leon. de cenſur.recoll. 2.num.491.Ceſped. de exempt. regul.dub.295. nec adeſt aliqua conſtitutio, qua poſſunt regulares declarari excommunicati ab Epiſcopo.

Quando tamen delictum habens annexam excommunicationem eſt notorium, tunc poteſt Epiſcopus regularem delinquentem declarare excommunicatum, & denunciare ita Vgolin.& Barboſ. quos refert,& ſequitur Dian.par.3.trac.2. reſ.35. Tamburin. de iure Abbat. diſp.15.q.7. num. 38.Sanch.opuſc. Moral.lib.6.c.9.dub.1.num 29. vbi extendit etiam ob delictum commiſſum intra clauſtra notoriè.

Contrarium tamen tenent Nauar. conſ.2.de ſent.excom. Lezana par. 1.c.11.num.15.Alfonſ.de Leon. de cenſur. recoll. 2. num. 492. & ſeq. Ceſped.de exempt.regul.dub. 295. num.4.quia in notorijs tutius eſt quod declaratio excommunicationis etiam in notorijs fiat parte citata addicendum cauſam quare non debeat declarari excommunicatus, cum multa dicantur notoria quæ non ſunt, Genuenſ. in practic. c.24.ſub.nu.16 & Villagur in ſua practica lib. 3. tract. de modo procedendi in notorijs c. vnico concl.4.vbi dicit,quod in criminibus notorijs ex conſuetudine hodie obſeruatur in practica, vt omnino

nino requiratur ſententia declaratoria illud fuiſſe notorium crimen, & per conſequens requiritur vt citetur ipſe reus, & hoc probat à practica Curiarum, necnon authoritate Iul.Clar.qu.9. nu. 4. verſ. quæro numquid in notorijs, & Dian.par.5.trac. 9. de excom.reſ. 61.inquit, publicum, & notorium clerici percuſſorem non eſſe denunciandum donec declaratur excommunicatus, quia ſemper aliqua excuſatio poteſt eſſe, quam adducat delinquens, & citat Cęleſtinum in compend.Theolog.moral. trac.3.c.9. difficult. 3. & Couar. in c. Alma mater par. 1. §. 2. num. 2. Sed quia Epiſcopus non poteſt citare religioſos, quia citatio eſt actio iuriſdictionalis, ergo, &c.

Sed pro concordia harum opinionū ita puto eſſe dicendum; quod prima opinio procedit quando delictum eſt ita notorium, quod alia declaratione opus non eſt, aut quando declaratio fieri poteſt ſine ſtrepitu iudicij, & ſine citatione, ſcilicet, quando notorium eſt tale, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, iuxta dicenda par. 7. c. 16. num.8, in fine, & melius, & clarius par. 8. c. 6. num. 34. & in hoc caſu procedit declaratio Sacræ Congr. edita anno 1633. in qua habetur; hæc verba; Epiſcopi poſſunt declarare excommunicatos Regulares ob delictum notoriè extra clauſtra commiſſum vt ab alijs euitentur, refert Barboſ. in collect. Bullar. verbo Regulares, & Epiſcopus.

Secunda vero opinio procedit quando notorium poteſt aliqua tergiuerſatione celari, & offuſcari, ſcilicet quando conſtat factum eſſe tale quod cadere poteſt aliqua excuſatio, vel defenſio iuxta dicenda par. 3. cap. 9. §. 9. num.... tunc quia in hoc caſu requiritur vt reus ante declarationem excommunicationis citetur, & audiatur, ſequitur quod Epiſcopus in hoc caſu non poteſt declarare religioſum excommunicatum.

61 Barboſ. in collect. Bullar. & Decretor. verbo Regulares, & Epiſcopus, adducat declarationem Sacræ Congregat. de anno 1633. tenoris ſequentis; Epiſcopi poſſunt declarare excommunicatos Regulares ob delictum notoriè extra Clauſtra commiſſum, vt ab alijs

62 euitentur, tamen ſi hæc declaratio eſt vera, licet poſſint Epiſcopi in hoc caſu declarare Regulares excommunicatos, non per hoc ſequitur, quod ab ipſis poſſint abſolui; ſed ſolum à ſuis ſuperioribus, Abb. in c. ſignificaſti de foro compet. num. 11. Piaſec. in prax. Epiſc. par. 2. c. 3. Peyr. apud Tambur. diſp. 14. tom. 2. q. 5. num. 8. Vnde Epiſcopi habita fide à Superioribus de tali abſolutione debent Cædulones amouere; Alfonſ. de Leon. vbi ſupra num. 194. & Ceſpede loco citato. Quomodo autem Regulares ſe defendere debeant, quando ordinarius extrà caſus permiſſos, vel in illis excedendo, procederet, videndus eſt Sanc. opuſc. lib. 6. c. 9. dubio 4. & 5.

63 An autem Epiſcopi poſſint extrahere delinquentes à Monaſterijs Regularium ibi refugiatos. Reſpon-

Reſpondetur affirmatiuè poſt Conſt. Gregor. 14. in caſibus tamen ibi exceptuatis, tanquam a Sede Apoſtolica Delegati. In non exceptuatis autem non poſſunt. Et non ſolum non poſſunt extrahere ſæculares, ſed nec etiam Clericos. Ceſped. de except. regul. dicto dub. 218. & Sacra Congr. 17. Auguſti 1618. quod Clerici gaudēt immunitate Eccleſiaſtica, niſi in caſibus degradatione dignis, refert Barboſ. in Collect. Bullar. verbo Clericis, fol. 179. in fine, Nouar. in ſumma Bullar. par. 2. de immunitat. Eccleſ. num. 2.

Et licet regulares ſubditi non ſint Epiſcopis, tenentur tamen obedire Conſtitutionibus Synodalibus cōcernentibus actiones communes totius populi, & obſeruantiæ regulari non derogantibus, vt de ieiunijs ſeruandis, celebrandis aliquibus feſtis, & alijs huiuſmodi, non quidem debito obedientiæ, ſed debito, & iure naturali, quo ſicut partes, & membra illius populi, tenentur ſe toti corpori conformare. Vaſq. c. 2. diſp. 167. num. 33. Sanch. lib. 4. in decalog. cap. 15. nu. 21. Lezzana tom. 1. cap. 11. num. 13. & propter eandem rationem tenentur regulares ſeruare vota & promiſſiones factas à populis, vel ciuitatibus, in quibus morantur. Sanch. & Lezzana ibidem.

64 Iudices ſæculares nullam iuriſdictionem habent in Monaci perſonam etiam ſi in fraudèm; nempè ſi poſtquam fuiſſet accuſatus de delicto ab eo patrato, vel denuntiatus, vel inquiſitus, vel diffamatus, aut ſtatim poſt delictum commiſſum Monacus factus eſſet, Bart. in l. 1. ff. de Pœn. Bald. in l. 1. num. 7. & 8 verſ. & iſta faciunt; C. an ſer. ex ſuo fact. Boſſ. in tit. de foro competnum. 144. Ciril. Fulg. in ſumma crim. in prima partic. Rub. 2. vbi de Crimine agi oportet, §. vnico ad finem num. 20. verſ. quid ſi poſt delictum; Couar. pract. qq. cap. 32. ſub numer. 4. verſ. tertia Concluſ. Clar. q. 36. verſ. ſæpe numero, Farin. q. 8. num. 107. Cabal. caſu 108. num. 4. Vech. in praxi nouit. diſp. 11. dub. 12. num. 5. quod debet intelligi poſt profeſſionem vt infra dicetur. Erit tamen eo caſu ſæcularis Iudex tantum cauſæ; Scilicet quò ad pœnam pecuniariam, & quo ad amiſſionem bonorum; ita Doctores ſupra citati. Cabal. vbi ſupra num. 2. Vinc. de Franch. deciſ. 209. & 384. docentes de communi, ſecus ſi abſque fraude, & dolo, Monachus factus eſſet, quia eſſet omnino liberatus à iuriſdictione Iudicis ſæcularis. Cabal. vbi ſupra num. 1. & 12. Et in dubio fraus non præſumitur. Si autem delictum eſſet degradatione dignum; tunc Monachus in fraudem factus debet degradari, & tradi Curiæ ſæculari. Et ante actualem degradationem non habet Iudex ſæcularis iuriſdictionem contra eum. Farin. dicta q. 8. numer. 108. & ſeq. Cabal. dicto caſu 108. num. 5. & 6. Et licet de carcerato profitente in aliqua religione, quod non ſe eximat à iuriſdictione primi iudicis, de Franch. dec. 190. & de habilitato profitente idem, ex Anna conſ. fin. vol. 2. dicat

2. dicat Ricc. deciſ. 264. num. 9. par. 2. tamen quando non eſt formaliter carceratus ſed extra carcerem, etiam ſi ſit habilitatus, quo ad diſtrictionem perſonalem eſt remittendus ad iudicem Eccleſiaſticum vt poſt alios (loquendo de religioſo) dicit Io: Anton. Nouar. in ſumma Bullar. par. 2. tit. de delict. Nouitior. num. 8. Item etiam habilitatus cauſa infirmitatis cum cautione de tenenda Domo loco carceris, ſi habilitatione pendente ordines ſuſcepit, eximitur à poteſtate iudicis Laici, & iudex perſonæ erit iudex Eccleſiaſticus, deciſum refert Sanfelic. deciſ. 2. num. 26. De Franch. deciſ. 384. in fine, Carol. Tap. in Conſt. Regni Neap. de perſonis, & Sacro ſanct. Eccleſ. Giurba conſ. 15. num. 34. pariter Laicus condemnatus in exilium à iudice ſęculari, ſi fiat Clericus, & rumpat exilium, ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet cognoſcere de dicta fractura, Diana cum alijs ab eo citatis par. 4. tract. 1. reſol. 22. (licet contrarium dicendum ſit, de Clerico exiliato, & effecto Laico in exilio, in quo frangit exiliũ, vt contra Franch. deciſ. 395. tenet Genuenſ. in praxi c. 8. num. 3 & Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. c. 39. num. 100. & de pot. Epiſc. par. 2. alleg. 12. num. 16. Sayr. in Clau. reg. lib. 12 c. 7. num. 9. Bonacin. in Bulla Cœn. Domini. diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punc. 3. num. 14.) Idem obſeruatum fuit cum alio qui fecit profeſſionem in Religione Melitenſi poſt ſententiam foriudicationis, cuius profeſſio fuit declarata valida, & remiſſus ad iudicem Eccleſiaſticum Sanfelic. dicta deciſ. 2. num. 28. & 29. vbi idem dicit de initiato prima tonſura, niſi eſſet ordinatus cum falſis dimiſſorijs, aut eſſet bigamus. Nulliter etiam ad ordines promotus vel quia erat illegitimus, vel quia irregularis, quod gaudet priuilegio fori, & ad iudicem Eccleſiaſticum eſt remittendus per impreſſionem caracteris, quamuis eſſet ſuſpenſus, Sanfelic. vbi ſupra num. 30. vbi refert deciſionem Sacræ Congregationis Conc. Trident. die 17. Septembris. 1611. quia dato quod ratione præuentionis, & fraudis amittat priuilegium fori, non tamen amittit priuilegium canonis, ſi quis ſuadente Diabolo 17. q. 4. cuius virtute Iudex Laicus Clerici, & religioſi perſonam tangere non poteſt, Barboſ. in coll. ad dict. l. ſi quis poſtea, num. 233. ff. de in officioſ. teſtam. Iul. Chartar. deciſ. 17. num. 26. & ſeq. vbi loquitur de Clerico in fraudem facto ad declinandam iuriſdictionem iudicis ſæcularis, & non ſolum iudex ſæcularis non poteſt procedere contra religioſum profeſſum etiam in fraudem factum, ſed nec etiam Epiſcopus, ſi talis profeſſus ante ingreſſum Religionis erat Clericus, ita Io: Ant. Nouar. in ſumma Bullar. par. 2. tit. de delict. nouitior. num. 9. vbi ampliat etiam ſi talis profeſſus inualidè eſſet profeſſus, quia poteſt publicè talem profeſſionem ratificare, ſaltem coram duobus teſtibus, & ſic eludere iudicem extraneum, ita dictus Nouar. ex Socin. Boſſ.

Farin. & Vecch. locis ab eo citatis, contrarium tamen ſi regularis profeſſus erat Clericus ante ingreſſum religionis, & de delictis erat iam inquiſitus ante ipſum in greſſum ab Epiſcopo tenent Abb. in c. veniens num. 3. de eo, qui furt. ordin. Bert. in praxi tit. 1. c. 2. num. 22. per l. ſi quis poſtea, ff. de iudic. & l. quædam puella, ff. de iuriſd. omn. iudic. & ſequitur Ceſped. de exempt. regul. dub. 262. num. 3.

Quo verò ad nouitios ſi ante receptionem habitus deliquerunt, & de delictis fuerint inquiſiti, & eſſet iam capta informatio ante ingreſſum religionis, ſi erant Clerici poterunt puniri ab eorum ordinarijs, ſi autem Laici à iudicibus Laicis competentibus, quia huiuſmodi receptio ad habitum fuit in hoc caſu irritata à Sixto Quinto per Bullam incip. cum in omnibus §. ceterum, edita anno 1587. ſexto Kalendas Decembr. in ordine 73. & per aliam Bullam eiuſdem Pontificis declaratoriam, incip. Ad Romanum ſpectat Pontificem §. contra criminoſos, Quæ Bullæ a Clem. 8. in ſua Conſt. incip. Suprema Eccleſia, fuerunt tantum derogatæ quantum impediebant validitatem profeſſionis, vt obſeruauit Sanch. li. 4 cap. 16. num. 39. in fine, quo vero ad reliquas diſpoſitiones reliquit in ſuo robore, & per conſequens iudices præfati poſſunt adhuc procedere, contra nouitios ante profeſſionem, dictus Nouar. vbi ſupra num. 1. 2. 3. & 4. & ſequitur Ceſped. vbi ſupra dub. 272. nu. 2. & 3. vbi num. 4. addit, quod idem erat de iure communi, & Nouar. loco citato num. 5. Contra Nouitium autem criminoſum, ſi ante ingreſſum non erat quærelatus, vel inquiſitus ſpecialiter, & non in communi, & de dicta quærela, vel inquiſitione ex actis publicis factis ante ingreſſum Religionis, non conſtat, nullus iudex neque Laicus, neque Eccleſiaſticus contra eum procedere poteſt, quia gaudet priuilegio fori, & Canonis, Nouar. ſupra num. 7. ex Nauar. conſ. 5. & 6. de foro compet. & Sanch. lib. 4. c. 10. num. 11. Ceſped. vbi ſupra nu. 5. Cabal. caſu 108. num. 20. Bonacin. de legib. diſp. 70. q. 2. pun 1.

De Nouitio delinquente dum eſt in actu Nouitius dicetur infra par. 7. c. 4. num. 109.

66 Tertiarij Religionum gaudent priuilegio fori, & canonis, quando cum clauſtralibus habitant, & dũ manent in ſeruitio religioſorum, ex Bulla Sixti 4. refert Ricc. deciſ. 88. par. 2 Ciarlin. contr. 18. numer. 16. ac etiam illi, qui habitum Religionis induti inſeruiunt monialibus. Bonacin. in Bulla Cœnæ diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punc. 3. num. 18. Diana par. 4. tract. 1. reſ. 31. Barboſ. de iure Eccleſiaſt. vniuerſ. c. 39. num. 52. cum alijs per eos citatis, tamen ſi poſt debitum commiſſum eſſet factus tantum Tertiarius, ſeu Cõuerſus, & ſine profeſſione vult in religione permanere, non euadit ſæculare forum, quamuis aliàs eſſet exemptus à iuriſdictione iudicis ſæcularis. Iaſ. in l. cum quædam puella, quæ eſt penult. num. 3. verſ. ff. de iuriſd. omn. iudic. & poſt Mariã.

rian. Socc. tradit Boſſ. tit. de foro compet. num. 144. & 145. Farin. vbi ſupra num. 106. Cabal. dicto caſu 108. num. 18. & 19. vbi cum Bart. dicta l. 1. num. 4. verſ. Item prædi-
67 cta, ff. de Pœn. credit quod debet exauthorari, ideſt priuari inſigni illius ordinis. Imò Sanfelic. deciſ. 217. refert, quod quidam qui furtum commiſit cum homicidio, fuit depræhenſus cum re furtiua in habitu monachali, & non fuit remiſſus niſi probata prius profeſſione.

Et quamuis Religioſi exempti ſint à ſæcularium iudicum iuriſdictione; Nihilominus non ſunt exempti à legibus ciuilibus, quæ non ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed ad bonam Reipublicæ adminiſtrationem; quia Religioſi, ſicut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, ſunt ciues, & membra Reipublicæ ſæcularis. Victoria de poteſt Eccleſiaſtic. q. 2. tit. vtrum Eccleſ. ſint exempti propoſit 4. Molin. tom. 1. de iuſt. diſp. 31. concl. 6. & ideo ſtare debent Religioſi legibus taxantibus pretia rerum, aut prohibentibus venationem certo tempore, vel extrahere triticum, vel granum extra Regnum, vel prouinciam tempore penuriæ, & alijs ſimilibus. Tranſgreſſores tamen, non ſunt deferendi ad iudices ſæculares, ſed ad ſuos tantum Prælatos, qui pro grauitate tranſgreſſionis, & ſcandali in re ſequuti, illos punire debent. Lezzana tom. 1. c. 11. num. 16. & 17.

68 Ordinarius iudex ſemper vt Ordinarius procedere cenſetur, ſi ipſi patentes litteræ à Superiore dirigantur, quibus iuriſdictio circa illa committitur, quæ circumſcripta commiſſione ad illius iuriſdictionem, & poteſtatem pertinent. Nam tunc illa commiſſio dicitur excitatiua iuriſdictionis, quam iam habebat, C. licet in corrigendis vbi Abb. num. 2. de officio Ordinarij, in principio, Lop. alleg 88. Anchar. conſ. 201. nu. 2. verſ. non obſtat commiſſio, vbi quod commiſſio excitat iuriſdictionem, Roman. conſ. 285. omnia, num. 2. Iaſ. in l. Ius ciuile, num. 2 ff. de Iuſtit. & iure. Quarant. in ſumma Bullar. in verbo Archiepiſcopi authoritas, Menoch. de Præſum. lib. 2. præſ. 16. nu. 24. Boer. 151. num. 6. Petr. Barboſ. in l. Cum prætor, §. 1. num. 34 ff. de iudic. & Auguſ. Barboſ. par. 3. de officio & Poteſtate Epiſcopi alleg. 92. num. 8. & eſt text. in C. licet, de officio iudic. Ordinar. vbi poſt gl. communiter notant Doctores. Bero conſ. 109. num. 2. Cened. ad decret. collect. 157. nu. 10 Ricc. collect 413.

69 Quia quando ex reſcripto non additur, neque diminuitur aliquid Ordinariæ iuriſdictioni, iudex ſemper remanet Ordinarius. Homod. conſ. 39. in quæſt. vertente in principio, verſ. quarto præmitto, Tuſc. litt. I. concl. 426. num. 9. qui num. 7. ex Bald. conſ. 364. lib. 1. dicit, Quod ſi Antiani Ciuitatis ex iuriſdictione Ordinaria poſſunt recipere in ciues, quos voluerint, licet Princeps eis committat receptionem certæ perſonæ in Ciuem, non deſinunt eſſe Ordinarij.

70 Et in dubio Commiſſio facta iu-
dici Ordinario, quod faciat iuſti
tiam, intelligitur excitatoria iu
riſdictionis, non autem vt faciat
eum delegatum. Doctor. in l. &
quia, ff. de iuriſdictione omn. iudic.
Felin. in cap. licet de Officio Ordi-
narij, Dec. conſ. 404. Viſo elegan-
ti num. 10. Boer. dicta deciſ. 151.
verſ. & primo conſtat; Etiam
ſi in commiſſione eſſet verbum,
præcipimus, vel iubemus, ita
Iaſ. Menoch. Petr. Barboſ. & alij
71 ſupra citati, in dicta l. Cum Præ
tor. Abb. in dicto cap. licet, num.
8. Felin. num. 3. & in cap. eam te
num. 11. de Reſcript. Guglielm.
in l. ſæpe, de Officio Præſidis con-
tra Gloſſam ibi, quos citat, &
ſequitur Barboſ. in collect. ad-
72 dit. cap. licet, num. 2. Vnde reij-
ciendus eſt Thomas Triuiſ. par. 1.
deciſ. num. 23. Ac etiam ſi adda
tur quod procedat ſummariè, non
73 obſtantibus ferijs. Adhuc eſt Or-
dinarius, quando ſummaria con
gnitio refertur ad Ius. Ancard.
dicto conſ. numer. 4 Tuſc. vbi ſu
74 pra num. 11. & 16. quod intelli-
ge vt infra. Ac etiam ſi commiſ-
ſio fiat alicui Ordinario de cauſa,
quæ non cadat ſub eius iuriſdictio-
ne ordinaria. Quia dicitur Com-
miſſio prorogans iuriſdictionem.
Nam ſicut prorogatio fit de per-
ſona ad perſonam, ita etiam de
cauſa ad cauſam. Angel. dicto
conſ. 214. in princ. Lap. allegat.
88. num. 4. in fine, Ioann. Batt. à
S. Seuer. in l. more, numer. 26. &
161. Dec. num. 36. ff. de iuriſdict.
omn. iudic. Franc. peruin. de Offi-
cio & poteſtate cap. Sede vac. par.
1. q. 2. verſ. Statuta, & part 29. co.
numer. 29. Succ. ſen. in l. 1. §. Si quis
ſimpliciter, numer. 13 de verbor.
obligat. Barboſ. qui alios citat di-
cta allegat. 92. num. 9. quod intel-
ligitur quando Commiſſio fieret
Officio, non perſonæ, & ille, qui
cauſam commiſit poterat proro-
gare; Secus ſi fieret perſonæ, vel
ille, qui commiſit non poterat
prorogare, Lup. dicto numer. 4. in
fine, Tuſc. vbi ſupra, num. 13. quia
tunc quando Ordinario commit-
titur cauſa, in qua citra commiſ-
ſionem, poteſtatem non habebat,
tunc delegatus in illa efficitur. Ex
hoc ſequitur quod ſi P. Generalis
committat cauſam Prouinciali
Meſſanæ, vt Prouinciali, quam
non cadit ſub eius iuriſdictione,
ſed ſub iuriſdictione alterius Pro-
uinciæ; tunc quia Generalis poteſt
prorogare iuriſdictionem Prouin-
cialis Meſſanæ, vt Ordinarius in
tali caſu procedit: Secus ſi commiſ-
ſio non eſſet facta Prouinciali Meſ-
ſanæ, vt Prouinciali, ſed vt Pater
talis; quia tunc delegatus efficitur.
Quamuis contrarium quod in tali
caſu ſemper cenſeatur delegatus;
dicat Menoch. de præſ. l. 2. præſ.
16. n. 25. vbi pro hac opinione citat
Bart. in dicta l. more, n. 8. & Abb. in
l. ſæpe de Offic. Præſid. Et ſi Epiſco-
pis aliqua poteſtas ſpecialiter cō-
ceditur ſimpliciter nulla adiecta
clauſula, vt ſeſſ. 24. c. 6. de Refor. cū
ſimilibus. Tunc ſi non perſonæ, ſed
muneri, & dignitati perpetuo da-
tur, licet ſpecialiter detur, Ordina-
ria Poteſtas dicitur, gl. 1. c. vlt. de
Officio

Offic.Ordin.Sāch.qui multos citat de matrim.l.2.diſp.40.nu.14.& l.8. diſp 2.n.10.Barb.dicta alleg.92.n.16

75 Si Pontifex mandat Ordinario ſimpliciter, vt procedat contra exemptos,vel priuilegiatos, ſiue pro illa vita,ſiuè in perpetuum,dicunt aliqui non per hoc videtur dare iuriſdictionem delegatam procedendi, ſed tantum remouere obſtaculum exemptionis, & ideo non dat nouam iuriſdictionem, ſed impeditam per exemptionem iterum concedit, vndè remanet Ordinarius poſt commiſſionem vt prius ita Rom.conſ. 247. primo dici poteſt numer.4. Thomas Triuiſ.dicta deciſ.1.numer.6.l.1.& videtur ſentire Felinus in cap. Cum acceſſiſſet, de Conſtit. numer. 5. vbi loquendo de ſtatuentibus, an poſſint tollere ſtatutum ſine authoritate Superioris, dicit; quod ſi tollendo ſtatutum rediret ad Ius commune, quod poſſunt facere; quia tunc res repetitur ad ſuum principium, & ad Ius vt antè erat, ex gloſ. in cap. ſtatutum, in verbo enumerandum de præb. in 6. vbi dicit; quod vbicunque fit aliqua conceſſio, per quam recedimus à Iure ſpeciali, & redimus ad Ius commune, ſemper fit latiſſima interpretatio, etiam contra propriam naturam. Et Rim. iun. conſ. 32. numer. 33. aſſerit; quod vbi in commiſſione mutatio non contingit circa ſubſtantiam iuriſdictionis, ſed tendit ad remouendum obſtaculum exercitij iuriſdictionis,tunc ex ea iudex non fit delegatus, ſed remanet Ordinarius. Et ponit exemplū;Si Princeps concedit Ordinario quod procedat,nō obſtantibus Ferijs, non ex hoc fit delegatus,ſed remanet Ordinarius; Quia mutatio non conſiſtit circa ſubſtantiam iuriſdictionis, ſed tantum remouet obſtaculum exercitij iuriſdictionis; Et hanc opinionem ſubſtinet Barboſ. de Officio, & Poteſt.Epiſcop.alleg.92.num.2.

76 q. 15. Nam res ad ſuam naturam facilè reuertitur, cap ab exordio 35. diſt. l. Vnus, §. Pæt., & ibi Iaſ.num.6. de pact. & c. 1. de pact. in 6. & fauorabile eſt redire ad Ius commune, Felin. in c. Cum omnes n.8. de Conſtitutionibus.

77 Contrariam tamen opinionem tenet idem Felin. in cap. licet incorrigendis num.1.vbi ex Petro de Anchar.in c. Hi qui,de præb. in 6. qui per gloſ.fin. 16. dicit; quod ſi Papa concedit alicui Ordinario quod procedat contra exemptos de hæreſi, erit delegatus. Quia addit aliquid iuriſdictioni Ordinariæ.Et ſequitur Domin.ibi ad finem;idem dicit Alciat.in l. 1.§.Si quis ſimpliciter n. 12.ff. de verborum obligat. & nō eſt remouere obſtaculū.Hinc eſt, quod ſi Summus Pontifex concedit alicui Epiſcopo procedere contra aliquem Regularem exemptū; Epiſcopus in hoc efficitur delegatus.Quia priuilegia eximentia à iuriſdictione Epiſcopi Regulares,ſunt inſerta in corpore Iuris,vt ex ſupradictis patet. Et videntur exempti de Iure communi,vt dicit etiam Ceſped.de exēptione Regul. dub.391.c.24. f. 886. Nam priuilegia inſerta in Iure communi, ſunt

Ius

Ius commune, l. Eius militis §. eius militia miſtus de teſtam. milit. gl. in authent. qua in Prouincia, vbi de crimine agi oportet, Barboſ. ibidem in collect. Doctor. num. 23. Iaſ. in l. 1. num. 16 de conſt. Henriquez, lib. 6. c. 6. num. 4. Laym. in Theolog. mor. lib. 1. tract 4. c. 23. n. 16. & lib. 4. tract. 6. c. 11. num 5. & alij quos refert Diana p. 3 tract. 2 de dub. Regul. reſpon. 1. verſ. Sed contrariam, Menoch. de Præſ. lib. 6. præſ 40. num. 25. Vnde tali Epiſcopo per hanc commiſſionem, cum addatur aliquid vltra ſuam iuriſdictionem; in hoc non vtitur Iure ſuo, ſed Iure alieno, nempè Pontificio, cui immediatè ſubdu ntur Regulares.

78 Et quando in Delegatione facta a lege, vel à Principe, etiam ad vniuerſitatem cauſarum, additur clauſula; authoritate noſtra facias, & tunc licet commiſſio directa ſit iudici ordinario, tamen non dicitur habere Ordinariam poteſtatem, ſed tantum Delegatam, Angel. conſ. 327. num. 3. vſque in fine, Bero vbi ſupra, Roman. conſon. 238. pro habenda, num. 11. vbi Apoſtilla in verbo Delegatum, Idem Rom. conſ. 285. num. 2. Boer. deciſ. 151. Felin. in dicto c. licet. in corrigendis num 1 in fine, Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 120. à num. 4. Tuſc. vbi ſupra numer. 5. & 21. Barb. d. alleg. 92. num. 8. per text. in l. 1. §. Si quis ſimpliciter, verſ. Cum dicitur, ff. de Verborum obligatione, & ex cap. Cum aliquibus, verſ. Niſi de Reſcript. in 6. vbi alios citat, Idem etiam eſt ſi dicatur in Commiſſio ne, procedas authoritate noſtra, & tua. Felin. dicto c. licet, numer. 2. Hoſtienſ. in c. ſignificauit de corpor. vit. num. 3. in fine, & ibi Io. Andr. nu. 9. quod Ordinarius tunc efficitur Delegatus, & Idem replicat idem Barboſ. numer. 10. 11. 12. Addit etiam, quod in dicta Clauſula adijciatur particula, etiam authoritate noſtra; quia tunc dicitur habere poteſtatem ordinariam, & delegatam, & appellatio ad Metropolitanum fit, non ad Papam delegantem. Barboſ. ibidem, num. 3. Azeued. in rubric tit. 9. num. 17. & 18. lib. 3. nouæ recopil. Molin. tom. 6. tract. 5. diſp. 14. num. 15. verſ. quando verò, Petr. Barb. in l. Cum Prætor §. 1. num. 35. Cochier. de iuriſdict. Ordinar. in exempt. p. 2 q. 14. Ricc. collect. 413. Menoch. de Arbitrar. lib. 1. q. 12. num. 4 Declarat Tuſc vbi ſupra num. 22. niſi illa clauſula, authoritate noſtra, haberet relationem ad aliud, quam ad iuriſdictionem, vel factum iudicis; Vel niſi conſtet de mente, quòd voluit tantum iuriſdictionē excitare; vel niſi agatur de materia peccati, extenſiua in dubio, ex Roman. in dicto conſil. 285. num. 3. & per totum. Et ideo dicit Felin. in dictō cap. licet, n. 7. quod clauſula (authoritate noſtra cognoſcas,) importat Delegatam iuriſdictionem, ſed ſi clauſula authoritate noſtra apponetur in confirmatione diſpoſitionis, iudex remanet Ordinarius; quia acceſſoria non mutat naturam principalis. Ricc. deciſ. 205. num. 3.

79 Idem etiam dicitur, vbicumque per

per commiſſionem factam iudici Ordinario additur, vel detrahitur, aut datur forma iuriſdictionis ordinariæ. Quia tunc dicitur iudex Delegatus Signorel. Homod. conſ. 5. cum inter Gabrielem, num. 5. & 6. Nam quoties in reſcripto, vel commiſſione ſunt verba alterantia, vrgentia, vel minuentia iuriſdictionem ordinariam, Ordinarius efficitur Delegatus. Iaſ. in dicta l. Ius ciuile, num. 2. ff. de Iuſtitia, & Iure, Abb. in dicto c. licet, num. 2. de Officio ordinar. & ibi Felin. nu. 1. Boer. q 151. num. 5. Rota Rom. referente Verallo deciſ. 60. p. 1. & alij citati à Menoch. de Præſumpt. lib. 2. præſ. 16 num. 24. Vicei. in comm. opin. verbo iudex Ordinarius, Bart. deciſ. Bonon. 150. Iaffred. deciſ. 49. Achil. de Graſſ. deciſ 2. de Reſcript. Ricc. collect. 413. & deciſ. 205. num. 3.

80 Multo magis, quando Princeps vſus eſſet, verbo, Delegamus, vel Committimus. Gratian. deciſ. 44. Ricc. dicta collect. 413. & deciſ. 305. num. 3. ex Iaſon. in dicta l. Ius Ciuile, num. 11. de Iuſtitia & Iure, Carcius iun. in l. Mandata, num. 5. ff. de Officio eius Villalob. com. opin. litt. O. num. 13.

81 Et idem quando vtitur verbo ſummariè poſito in Commiſſione facta iudici, alias competenti; quia tunc facit eum Delegatum; quando tamen cauſa de ſui natura non eſt ſummaria. Felin. cum alijs ab eo citat. in dicto cap. licet in corri-
82 gendis, num 4. de Officio Ordin. & ibi addit. litt. B. Ricc. deciſ. 205. in fine, par. 1. Declarat Felin. quod quando alteratur iuriſdictio ordinaria in procedendo, erit tunc Delegatus quantum ad procedēdum, ſed Ordinarius quantum ad ſententiandum; dat exemplum: Si Papa delegat Epiſcopo cauſam vertentem inter duos cleros, quæ omnia erant de ſua iuriſdictione, & mandat vt in ea ſummariè procedatur, & ſine dubio decidat, tunc quantum ad proceſſum erit Delegatus, quia ſolum in procedendo commiſſio diſcrepat à Iure communi; Sed in decidendo erit Ordinarius, vndè ſi appelletur ab aliquo actu, circa proceſſus, debet appellari ad Papam; quia quantum ad proceſſum dicitur Delegatus Papæ; Sed lata ſententia diffinitiua, in qua cenſetur Ordinarius, appellatur ad Metropolitanū; Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſ Neap. 205. in fine, par. 1.

Et eſt vtile ſcire; an iudex procedat, vt Ordinarius, vel ſolum vt Delegatus; non ſolum quia differunt in ſubſtantia iuriſdictio Ordinaria, & Delegata; Sed propter varios etiā & diuerſos effectus, quos enumerat Marant inſpec. par 4 diſt. 5. Et
83 inter cæteros effectus diuerſos, ſunt infraſcripta, videlicet, quod à Delegato appellatur ad Delegantem; Sed ab Ordinario appellatur ad immediatum Superiorem. Abb. in c. ad Abolendam, num. 5. in fine, & Firin. num. 3. de hæret; idem Abb. in c. ex Officio num. 18. in fine de præſcript. Alex. l. More Maiorum, numer. 18. de iuriſdict. Omn. iudic. Viui. Com. Opin. lib. 1. in verbo, iudex Ordinarius in fine, Iaſon.

Iaſon.in l.Ius ciuile num.3. ff. de Iuſtitia & iure, Paul. de Caſtro. in l. ſi Prætor. in princ. ff. de Offic. eius.

84 Item Ordinarius poteſt delegare, c. Cum Epiſc. de Officio iudic. ordin. & de conſuetudine, omnes cauſæ indiſtinctæ ab Ordinarijs delegantur.Clar. q. 41. in princ. & poteſt committere iuriſdictionem cui, & quando vult cap. inter cætera de Officio Ordin. Portel. in dub.Regul.verbo Prælati poteſtas in addict.num.6.Azzor.inſtit.mor. par.3.lib. 13. verſiculo 3. differt. Sed quando procedit vt delegatus, non poteſt delegare, tradunt DD. in l.1.ff. de Officio eius,& in l. more, ff. de iuriſdictione omn. iudic. Bart.in l. Sæpe, ff. de Officio Præſid.nu.1.& ibi Bald.& Gloſ.Thom. Triuiſ.dicto deciſ.1.nu. 23. Azzor. & Portell.vbi ſupra.

85 Item per mortem eius,qui conſtituit iudicem Ordinarium iuriſdictio iudicis non ceſſat,l.& quia ff.de iuriſdict. omn.iudic. c. Legat. in fine, de Officio Delegati lib. 6.Oſtienſ.in c. Quoniam Abbas, de Officio Delegati Abb.in c.relatum eodem titulo,Martat. inſpec. dicta p.4.diſt.num.16. Sanch. lib. 8. de Matrimon.diſput.28. num. 4. & 5. Nec quando iuriſdictio Ordinaria eſt conceſſa ad beneplacitum Principis, per mortem ipſius Principis ceſſat,Vant.de null. ex defect. Delegat.num.104. Menoch. de Arbitrar q 69.Maſcard.de Probat. concl.188.numer. 1.Claud. Berraz. ad Patrem,conſ 22.litt.B.lib.1 Guaz. defenſ Reor.13.cap. 9. num. 5. Sed

86 per mortem Delegantis, vel per mutationem, vel receſſum, vel depoſitionẽ, & huiuſmodi re integra expirat Commiſſio, & Delegatio, c. licet, de Officio Deleg. etiam ſi Delegatus mortem Delegantis, vel receſſum, aut mutationẽ ignoraret.Guazz.qui multos DD. citat Defenſ.Reor.13.c.9.num. 5. Burg. de modo proced.ex Abr.q.87.num. 9.& ante eos Abb.in C. gratum nu. 10.de Officio deleg. ipſo iure,Sanch.lib.3.de matrim.diſp.20.nu. 41. quia ignorantia non poteſt tribuere iuriſdictionem non habenti l. priuatorum C. de iuriſdictio. omn. iudic. c. ſignificaſti de foro compet.

87 Nec valent geſta per eum, ex l. Barbar.ff.de Officio Prætoris;quia extincta iuriſdictione per mortem Delegantis, remanet ſolum error; qui non poteſt tribuere iuriſdictionem,vt dicit Abb. in dicto c. Gratum, num. 11.niſi Delegatio eſſet facta alicui ſub nomine Officij,vel dignitatis; quia tunc non expirat per mortem delegantis, c. Si gratioſè de Reſcript. lib. 6. l. Centeſimis,ff.de verbor.obligat.c. relatum num. 3. de officio delegat. Franc. Marc.deciſ.780.nu.2. Maur. Burg. dicta q. 87. num. 9. Guazz. dicta Defenſ.Reor.13.c.9. num. 5. Ricc. deciſ.Curiæ Archiep.p.2. num.... Sed quando commiſſio fuit facta nomine proprio,& non dignitatis, expirat re integra per mortem delegantis, & in dub. commiſ. cenſetur perſonalis, licet ſit expreſſum nomen appellatiuum; Gloſ. &
88 Oſtienſ. in c. licet de Officio delegat.

gat.Abb.dicto cap.relatum num.3. vbi ait; Quod in dubio delegatio, cenſetur facta nomine perſonæ, & non dignitatis; & item dicitur, ſi delegans præmittit nomen proprium, & ſubiungit nomen appellatiuum,Abb.in dicto cap.licet nu. 7.Re autem non integra non expirat.Cappel.Tholoſ.deciſ. 341. &
89 ſufficit vt res non dicatur integra, quod citatio decretata eſſet in vita delegantis, quamuis executa non eſſet,niſi poſt mortem,Veral.deciſ. 125.par.1.Ricc.var.reſ.401.p.1.

90 Item, morte Ordinarij iudicis, iuriſdictio tranſit ad ſucceſſorem. Sed morte iudicis delegati iuriſdictio non tranſit, ſed expirat. Tuſc.litt.I.concl 555.num.1.& ſua iuriſdictio non redit ad iudicem ordinarium loci, ſed ad delegantem,Decian.tract.crimin. lib. 4. c. 25.num.50.& 61.Tuſc.litt.M.concl 76.num 4. & ſequent. Menoch. de Arbitrar.lib.1.q.12. in fine; Vndè ſi fuerit facta delegatio Epiſcopo cum qualitate tamen, ex qua videtur habere reſpectum ad perſonam, & non ad dignitatem, non tranſit ad ſucceſſorem. Ricc. in prax.var. reſ. 318. num. 3. ex Rota Romana in vna Capuana de anno 1552. coram Domino Roſano, & quoties cauſa pendet coram Ordinario via delegationis, ſemper re
91 dit ad delegantem. Nam cauſa ſemel effecta delegabilis, ſemper remanet delegabilis. Caualcan. de brach.reg.p.1. numer. 250. & 252. Burg. de modo proced. ex Abrupt. q.82.num.7.& ſequenti,Farinac. q. 77.num.165.Guazz. Defen. Reor. 13.c.9.num. 5. vndè Prouincialis ſi procedit in cauſa vt delegatus,non poteſt poſt eius obitum cauſa expediri à Succeſſore in iuriſdictione Ordinaria, quia ſucceſſor reſpectu iuriſdictionis Ordinariæ, non eſt ſucceſſor reſpectu iuriſdictionis delegatæ, & vltra citatos DD. addo Abb. in c. cum olim colum. penultima verſ. 5. de maioritate, & Obedientia,Felinus in c. eam te numer.17.de Reſcript. Ricc. deciſ. Curiæ Archiepiſc.Neapol. 38.nu. 3.p 1.

92 Item, iudex Ordinarius tanquā habens territorium procedit contra non ſubditum delinquentem in ſuo territorio; quia ratione delicti efficitur de foro illius iudicis, vbi deliquit, iuxta cap. 1. de Reſcript. hinc eſt quod ſi Religioſus alicuius prouinciæ deliquerit in alia prouincia, Prouincialis illius prouinciæ vbi deliquit, poteſt condemnare,& punire delinquentem, & procedere poteſt etiam cum Prælatione ad quoſcunque alios iudices.Rouit. conſ. deciſ. 22. vo-
93 lum. 2. & etiam ſi quilibet iudex præueniſſet in captura iudicem loci delicti.Franc.deciſ. 37.Coppenſ. deciſ.Rotæ German.43. Ricc. collect.32.89. ſecus ſi eſt delegatus ad viſitandum aliqua Monaſteria certæ Prouinciæ; quia non poteſt religioſos alterius prouinciæ viſitare,nec punire,quamuis delinquant in prouincia ipſius Viſitantis, Federicus de Seniſ.conſ. 145. num. 5. in fine verſ. Si verò aliqui, num. 6. Tuſc.litt.I.conc.428.num.3. Graff. deciſ.aurea par.2. lib. 3. de Viſita-

toribus,cap.28.num.112.Vndè patet quod talis punitio fratrum ad uenarum,ad Prouincialem, qui eſt Ordinarius loci ſpectat, & non ad Viſitatorem qui eſt delegatus.

94 Item, iuriſdictio Ordinaria, & delegata differunt in ſubſtantia, quia Ordinarius Iure ſuo vtitur, delegatus verò, Iure alieno, & iuriſdictionem propriam non habet, l. Prætor, & l. Quæcunque §. qui mandatum, ff. de Officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio, l. more maiorum, ff de iuriſdictione omn. iudic.R iminal.iun. conſ. 32. num. 32.lib.1.quam differentiam intelligit hoc modo Azzor. inſtit.moral. p.3.l.13.c.13.verſ. ſecundo differt. Nempe quod Ordinarius habet iuriſdictionem non reuocabilem ad nutum eius, qui conſtituit illum, ſed tantum iuſtis ex cauſis. At delegatus habet iuriſdictionem reuocabilem ad nutum delegantis, & idem dicit Portell. in dub. regul. verbo Prælati poteſtas in addict. num.7.

95 Item delegatus repræſentat perſonam delegantis, c. Sanè de Officio deleg. lib. 1. ff. de Officio eius, Burg. de modo procedendi, exempt.q.34.num.27. & q. 62. num. 18. Guazz.ad defenſ.Reorum,1.c.1.n. 12. & facta à Delegato iuſtè, & legitimè, dicuntur facta à delegante Dec.con. 143. num.3.Paul. de Caſtr.conſ.148.colum.vltim.verſ. Sed dicetur,Decian.tract.crimin. tom. 1.lib.4 c.25.numer.3. verſ. Debet, quæ poteſtas delegata non poteſt

96 extendi de caſu expreſſo, ad non expreſſum, quia delegata poteſtas cum deroget Ordinariæ odioſa eſt, & ſic ſtrictè interpretanda eſt, ſolum quantum verba ſonant. Sanch.de matrimon.l.3.diſp.35.n.9.& lib.8.diſp.1.numer.13.Portell.p.2.

97 caſ.21. num. 1. Verum etiam ſi ad vnam cauſam delegatus quis ſit, videtur delegatus in omnibus incidentibus acceſſorijs, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ſinè quibus negotium commiſſum commodè expedire non poteſt. Gloſſ. in c. Cum dilectus de arbitrar.Felin. in c. Præterea de Officio delegat. Vanc. de nullit.Rubric.14. à num. 66. vſque ad numerum 70.Barboſ. in collect. ad dictum cap.Præter in num. 1. l. cui iuriſdictio,ff.de iuriſdictione omn.iudic.Magal. in Pronptuario

98 verbo,carcer,n.8.in fine vbi,habet quòd poteſt,ob id delegatus rebelles,& contumaces in carcerem detrudere, & punire, & poteſt fulminare excommunicationem, prò cauſæ expeditione. Portell. in verbo Prælati poteſtas, in addict. numer.12.& ex dict.c. Præterea, dummodo perſona, contra quam vult fulminare excommunicationem non ſit priuilegiata. Et licet nemo poteſt eſſe iudex,& cenſuras ferre per modũ iudicij in cauſa propria 23.q 4.Dian.p.5.trac.9.reſ.52. tamẽ per modũ defẽſionis poſſunt? Hinc eſt quod iuriſdictio Viſitatoris delegati Fratrum Minorum ad viſitandam aliquam prouinciam, extenditur ad omnes, qui eius iuriſdictionem impediunt, licet de his in litteris non fiat mentio, cap. 1. de Officio iudicis delegat.

gat. Et poteſt punire extraneas perſonas delinquentes in eius perſonam, etiam ſi non ponatur in reſcripto; ſi per hoc contingat ſuam iuriſdictionem turbari, c.1. & 161. Gloſſ. final Abb. num. 1. & 6. Felin. nu. 1. 14 & 15. de Officio delegat. c. Prudentiam, c. præterea, c. ſuſpicionis, c. Paſtoralis, §. Idem, & §. fin. & c. ex litteris eodem titulo Hoſtienſis, in c. dilectus, numer. 3. & 4. de pœnis, Abb. in cap. Cum veniſſent num. 11. de iudicijs, & in c. ſignificaſti, num. 5. de Officio delegat. & per Eccleſiaſticas cenſuras, & per excommunicationem, etiam maiorem iuriſdictionis turbatores, & impedientes coercere poteſt, quoties ſecundum perſonarum, & negotij qualitatem viderit expedire; quamuis in reſcripto delegationis nulla ſit mentio cenſurarum; Barboſ. cum alijs ab eo citat. in Collect. ad cap. Quia quæſitum, nu. 12. & 13. de Officio, & Poteſt. iudic. delegat. & etiam aduerſus Ordinarium cenſuris agere poteſt. Idem Barboſ. ad cap. ſignificaſti num. 3. eodem titul. per Molinam de Brach. ſęcul. num. 12. c. 6. Nam iuriſdictio delegati prædicti extenditur ad omnes, qui eius iuriſdictionem impediunt, licet de his nulla fiat mentio, c. 1. de poteſtate, & Officio iudicis delegati, & patet per Gregor. XIII. in Bulla, quæ incipit, Quoniam noſtro Paſtoral. officio; allegata a Roderiquez, tom. 1. qq. Regul 54. art. 4. Lezzan. tom. 2. c. 13. num. 32. Portell. dub. Regul. in verbo Commiſſarius Prouinciæ num. 1. Mirand. tom. 2. q. 15. art. 3. Hieron. Roderiq. q. Regul. 29. nu. 13. Quam excommunicationem, ipſo Iure, Papæ reſeruatam incurrunt Regulares, ſi ſe rebellant à Viſitatorib. Ordinis, aut eis contradicunt, opponunt, vel perturbant, aut reſiſtunt, vna cum priuatione officiorum quæ actu habent, & inhabilitate ad futura habenda; necnon cum priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ. Et pro rebellare, intelligitur idem ac nolle recipere, & cognoſcere pro Viſitatore eum, qui à legitimo Superiore deſtinatur ad tale munus; quomodo ſubditus dicitur rebellare à ſuo Principe, qui renuit illum agnoſcere pro Principe. Pellizz. man. regul. tract. 7. c. 2. ſect. 2. num. 158. & hæc Bulla continetur in Manipulo Fratrum Minor. 10. part. f. 325. Romæ data 8. Aprilis 1575. Et Viſitator viſitans procedere poteſt in viſitatione contra reſiſtentes, ſinè monitione, & ſinè ſcriptura, & eos de facto excommunicare, & Cedulones contra eos affligere, pro Iurium defenſione dicit Ricc. Cur. Archiep. deciſ. 240. num. 2. p. 2. qui licet loquatur de Epiſcopis viſitantibus, tamen idem procedit de Prouincialibus, & Viſitatoribus. Et ſi eſt Viſitator quando excommunicat inobedientes, & reſiſtentes pro iurium defenſione; Actuarius poteſt ſcribere ſic. Die tali, dum R. P. N. voluit viſitare hunc locum, & ſuam iuriſdictionem exercere iuxta commiſſionem Adm. R. P. Generalis, datam Die, &c. lectam in publico Refectorio, Die &c. vel intimatam, & notificatam per P. N.

de N.&c.aut exhibitã per P. N. de N Nihilominus prædicti PP.N.N. de facto reſiſtunt, ſe opponunt, & nolunt eundem Viſitatorem acceptare, & pro Viſitatore cognoſcere, aut viſitationi reſiſtunt, dicendo, vel faciendo hoc, & hoc &c. Ideo R. P. Viſitator pro manifeſta violentia ſibi illata, & pro ſui iurium defenſione excommunicauit, & excommunicat, & Cedulones affigi mandauit, & mandat, vt à Chriſti fidelibus euitentur, & inſuper declarauit incurriſſe in omnes pœnas in Bulla Gregor. XIII. contentas,&c. Et licet ſumm. Pontifex Gregor. X II. in dicta Bulla non loquatur de Prouincialibus, ſed de Viſitatoribus, ideo quod, non extendatur ad Prouinciales, nec ad Viſitatores Apoſtolicos, dicat Pellizz. ſupra citat. num. 158. nec quando Viſitator facit aliquod prohibitum a Conſtitutionibus, Roderiq. vbi ſupra. Tamen quia Epiſcop. poſſunt idem facere de Iure contra eos, qui de facto reſiſtunt ſuæ iuriſdictioni in actu viſitationis, per c. dilect. de ſent. excommunicationis in 6. de qua re loquitur Ricc. Dec. 240. part. 2. & Prouinciales ęquiparantur Epiſcopis,(vt ſupradiximus) poſſunt ſicut Epiſcopi quando ſuas Prouincias viſitant, ſi in actu viſitationis viſitati reſiſtunt, ſuam iuriſdictionem contra reſiſtentes, & contumaces etiam defendere gladio Spirituali, circumſcripta Bulla Gregor. XIII. & ideo Prouinciales poſſunt nulla præcedente monitione, ſicut Epiſcopi, & nullo iuris ordine ſeruato illis de facto reſiſtere, & probationē, aut appellationem non admittere, cum non vt iudices, ſed vt pars, pro ſuo iure ſeruando procedāt, iuxta dictum c. dilecti, Ricc. reſol 497. num. 3. par. 3 qui & ſi loquuntur de Epiſcopis, idem tamen intelligi debet de prouincialibus, & de iure omnibus Magiſtratibus ſecundum Ius ſuæ poteſtatis, conceſſum eſt ſuam iuriſdictionem defendere iudicio pęnali, l 1. ff. ſi quis in Ius dicen. non obtemperauit. Marta de iuriſdict. p. 3. c. 1. num. 1. & ſic non ſolum Epiſcopi, ſed et ā Prouinciales, non habentes contra reſiſtentes, & perturbatores ſufficientem temporalem defenſionem; poſſunt vti gladio ſpirituali, & perturbatores poſſunt coerceri cenſuris, vt habetur in dicto c. dilecti; quam ſent. firmarunt Ioan: Andre. Gemi, & Franch. Socc. in c. perpendimus num. 122. de ſent. excōmun. Lapuſ. alleg. 37. Decius, in c. repręhenſibilis col. 2. de Appellat. Anton. Butr. c. venerabilis, c. 2. de cenſib. Marta vbi ſupra nu. 2 & quamuis dict. cap. dilecti, loqueretur, de defenſione perſonæ, & bonorum Eccleſię, multo magis procedit in defenſ. iuriſdict. Eccleſiaſticæ. Innocent. in c. dilectus de pœnis, Auferius de pot. ſęcular. ſuper Eccleſ. 23. Lop. in pract. crim. c. 3. num. 7. Mart. ibidem, num. 3. & 4. Cockier par. 3. de iuriſd. in exēptos, q. 41. n. 4. to. 2. Ceſped. de exempt. reg. dub. 292. nu. 4. Barboſ. in dicto c. dilecto n. 6. Ricc. in praxi rerū quotidian. reſ. 231. n. 3. & Bonac. cōmun. opin.

crimin. par. 1. verbo multa, Farinac. q. 114 à num. 26. Barboſ. in collect. ad cap. quia quæſitum num. 11. de Officio delegat. ergo ſi Epiſcopi de iure pro defenſione ſuæ iuriſdictionis poſſunt vti dicto gladio ſpirituali extraiudicialiter procedendo; Barboſ. ibidem num. 8. Marant. de ordin. iudiciar. par. 4. verb. ſæculare, vel Eccleſiaſticum numer. 26. Caualc. deciſ. 28. numer. 40. part. 1. Ricciul. de iure perſonar. lib. 4. cap. 61. num. 2. & alij ſupra citati, ita pariter Prouinciales de iure, circumſcripta Bulla prædicta Greg. 13. poſſunt modo, & forma qua ſupra excommunicare reſiſtentes, & conturbantes ſuam iuriſdictionem, licet iſti non incurrant alias pœnas inflictas à Greg. XIII.

Et quo ad monitionem, de qua ſupra, quamuis communiter Doctores teneant quod non requiratur monitio quando cenſura fertur non per modum iudicij, ſed per modum defenſionis; quos citat, Couar. in cap. Alma mater par. 1. §. 9. num. 6. & Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 12. numer. 20. Ricc. in praxi rer. quotidian. reſol. 231. numer. 4. & dicta deciſ. 240. numer. 2. part. 2. Barboſ. in dicto cap. dilecto num. 6. vbi pro ſe citat Couar. ſed male, ipſe tamen Couar. loco citato tenet contrarium, ita etiam tenet Sayr. dicto numer. 20. vbi alios citat, Filliuc. tract. 11. numer. 96. Suarez diſput. 3. ſect. 10. numer. 10. exemplificant in parocho, vel Abbate nolente admittere viſitationes Epiſcopi, qui iam eſt in poſſeſſione viſitandi illam Eccleſiam, quod debet imponere ante cenſuram præceptum ſub aliquo termino peremptorio, intra quem ſi parochus, vel Abbas non impleat quod debet; ipſo iure incurrat cenſuram, & ſic quòd debet interuenire ad monitionem ſaltem incluſam in dicto præcepto. Sub comminatione cenſuræ ipſo facto incurrendæ, qui terminus ſeu tempus apponi debet, quantum arbitrio boni viri iuxta negotij, & cauſæ qualitatem moraliter ſufficeret ad deliberandum, & humano modo agendum, & ſequitur Alfonſ. de Leon. de cenſur. reſol. 2. numer. 611. & ſecundum hanc opinionem, licet debeat præcedere præceptum, & monitio incluſa in præcepto, non tamen requiritur clauſula iuſtificatiua. Quia non procedit ſuperior vt iudex, ſed vt pars pro defenſione iuris ſui, & extraiudicialiter, vt dictum eſt.

Elapſo menſe à die reſiſtentiæ, nec Epiſcopus, nec prouincialis pro defenſione ſuorum iurium poſſunt moleſtantes excommunicare abſque monitione. Ricc. reſol. 495. par. 3.

99 Et redeundo ad delegatum, poteſt etiam delegatus cognoſcere de iniuria facta ſuo Officiali, ex cauſa officij. Secus ſi ex alia cauſa, quia tunc iudex Ordinarius cognoſcet. Boer. deciſion. Curiæ Archiepiſcop.

54.

54.numer.10.p. 1. Guazz. Defenſ. Reor.1.c.1.num.12.verſ.ac etiam, vbi quod delegatus poteſt punire offendentes nuncios, & Officiales ſuos, ſibi miniſtrantes in cauſa delegata. Cum poſſit ex officio ſuam iuriſdictionem tueri, ex l. 2 ff. de iuriſdict. omn. iudic.& Specul. tit. de iudice delegat. §. ſequitur num. 3.& poteſt impedientes productionem, ſiuè examen teſtium punire, c.tam litteris, C. Cum cauſam,& c. Conſtitutis de teſtibus, & ſi teſtes falſum coram eo committunt, poteſt eos punire pœna falſi; c. Præterea, & ibi Bald. & Panormit. & de Officio deleg. Bart. in l. nullum numer. 3.c.de Teſtibus, Ricc. deciſ. 258.num.8.p. 2. non ordinaria, ſed extraordinaria.Couar.pract. reſol. 18.num.8.Caball.reſol. crimin. ca ſu 261.num.9. qui teſtes puniti ali pœna extraordinaria adhuc poſſunt à ſuo Ordinario iudice puniri pœna ordinaria, l. Com. de Falſis, Cabal.ibidem num. 10.

Verum ſi excommunicat non obedientes ſibi, petentes vt delegationis litteras exhibeat, eaſque non exhibens, non tenet excommunicatio, & in culpa non eſt tunc, qui non obedit.Panorm. in c. Cum in Iure de Officio deleg.num.31 Butr. ibi num.32. Archidiac. ab initio, Felin.num.3.Innocent. in c. Venerabili de Cenſibus, num. 5. Syluest. verbo delegat. q. 4. Sanch. conſon. mor.tom.1.lib.3. c. vnico, dub. 28. num.9. Alfonſ. de Leon. de cenſur. recoll.2.num.67.Bert. in ſua praxi crimin.regul.tit.4.c.23. numer. 4. fol.mihi 141.

100 Delegatus inferior à Principe, non poteſt ſubdelegare, tam ex Iure Canonico, quam ex Iure Ciuili, l. final. ff. de Officio eius, l. iudice c.de iudicijs, l.more Maiorum, ff.de iuriſdict.omn.iudicum, c.Cum cauſam de Appellationibus c. licet de Officio iudicis delegat.Sanch.de Matrimon.l.3.diſp.31.num 1. Couar.l.3.variarum,c.20. numer. 10. verſ.ſupereſt.& verſ.Profecto, Barboſ. in collect. DD. ad cap. Cum cauſam 62. de Appellat. num. 4. & 5.& in dicta l.à iudic.num 1.2.& 3. Marant.in ſuo ſpec.p.4. diſt.5 etiã ſi impeditus ſit morbo, aut iuſta abſentia, Syluest.verb.delegat.q. 8. verſ.3.Azzor.p.3. inſt. moral.l. 13. c.13.verſic.Si quæras; Niſi hoc habeat conſuetudo.Barboſ. in coll. ad dictum cap.Cum cauſam, numer.4. & alij ab eo citati; aut Ordinarius delegans conceſſit illi ſubdelegandi poteſtatem, Sanchez in dicta diſput.3.num.5.& 6. Barb. in dicta l. iudice, num. 4 Et ſufficit ad hoc ſcientia tacita, vt quando delegatus ſcienter, & patienter deleganti ſubdelegat, & quando ex vſu, aut coniecturis ſufficientibus apparet id velle delegantem. Sanch. vbi ſupra num.7.vbi etiam quod hæc rati habitio debet eſſe de præſenti vt iuriſdictionem ſubdelegato confe-
101 rat, non de futuro,& num. 8. ſubdit; quod poteſtas ſubdelegandi non poteſt fundari in perſonam delegati, nomine ipſius delegati, ſed nomine ipſius delegantis; Nec poteſt huiuſmodi delegatus ad vnã cauſam, totã illam ſubdelegare, nec articulum iuriſdictionem continentem,

nentem, aut cauſæ cognitionem. Cappell. Tholoſ. deciſ. 13. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 429. in princip. verſic. tandem, & numer. 3. verſ. nec denique obſtat; poteſt tamen ſubdelegare articulum, qui nudi miniſterij ſit, c. Cum Bert. de ſententia, & re iudic. Abb. num. 19. Sanch. dicto c. 21. numer. 10. & 20. Molin. de iuſt. tit. 6. diſput. 5. numer. 4. verſ. vt habetur; Barb. in collect. ad dictum c. Cum Bertol. num. 4. vbi citat, & in collect. ad dictum c. Cum cauſam num. 4. vbi indiſtinctè
102 dicit, quod huiuſmodi delegatus articulum cauſæ ſubdelegare poteſt; quamuis non totam cauſam. Ferin. in fragm. crim. litt. D. num. 86 vbi ratione exempli dicit; quod teſtium examinationem, accuſationis executionem poteſt delegare, delegatus deſtinatus ad recipiendum examen ſuper proceſſu informatiuo, ſed in criminali non poteſt alteri dictum examen ſubdelegare. Guazz. Defenſ. Reorum
103 13. per totum. Nec poteſt quis ſubdelegare alteri nudum miniſterium ſibi commiſſum, fallit tamen primò quando alicui ex priuilegio, nudum miniſterium ſit delegatum. Fallit ſecundo quando nudum miniſterium alicui competit ratione dignitatis, cui conceſſum fuit priuilegium perpetuum. Fallit tertiò quando in eo non exigitur induſtria perſonæ. Magal. tom. 1. reſol. moral. 94.
104 Delegatus ſupremi Principis, nempè Papæ, Proconſulis populi non recognoſcentis ſuperiorem, &c. poteſt ſubdelegare, l. à iudice C. de iudic. Sanch. de matrimon. l. 3. diſp. 31. num. 1. & 31. Barboſ. in collect. Doctor. in dicta l. à iudic. num. 5. 6. & 8. cum alijs ab eo citat. Bart. in l. vnica C. qui prò ſua iuriſdict. Boer. Dec. 6. Guid. pap. q. 624. Balb. deciſ. 342. Menoch. de arbitr. l. 1. q. 54. Qui loquuntur, etiam in cauſa criminali. Idem dicunt de delegato à Generali Religionum. Bouer. in direct. par. 2. c. 2. verſ. Verumtamen, Magal. in practic. crim. c. 8 num. 11. niſi in litteris commiſſionis ſit aliqua clauſula, ex qua videtur electa induſtria perſonæ. Capic. deciſ. 151. num. 6. Balb. deciſ. 59. vel fides, prò vt quando dicitur, confidimus de tua induſtria. Vel fide, vel Committimus vt exequaris perſonaliter per te ipſum. Aur. inſt. moral. p. 3. l. 13. c. 13. verſ. 3. Differt; Nec poteſt huiuſmodi delegatus, etiam quod non ſit electa induſtria perſonæ, ſubdelegato committere, vt etiam ſubdelegatam deputet. Ne res in infinitum trahatur. Vant. de nullit. Defenſ. iuriſdict. deleg. num. 26. vbi teſtatur de communi, etiam ſi vices ſuas in totum dicto delegato Princeps conceſſerit, vt poſſit alteri dictam cauſam ſubdelegare. Caualc. de brach. Reg. p. 1. num. 233. vbi ſubdit quod talis delegatus non poteſt ratificare proceſſum factū à dicto ſubdelegato, propter defectum inſanabilem iuriſdictionis. Vant. de nullitat. ex defectu iuriſdict. num. 140. cum in iuriſdictione non habeat locum Ratihabitio. C. Cum cauſam, de Appellat. & ſolū Princeps poteſt ratificare ſententiam latam

cx

ex defectu iuriſdictionis,Gloſ. nu. 9. c. 2. de Officio delegat. Vant. in tit.Qualiter ſententia,numer. 7. & 25. Guazz. Defenſ. Reorum 13. c. 11.circa finem.

105 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum , quando non eſt electa induſtria perſonæ poteſt delegare vnam , vel aliquas cauſas particulares, quia reputatur , quaſi Ordinarius, c. Cum cauſam in gloſ. ibi in verbo delegatus de appellat. Guaz.in Defenſ.reor.1.c.1.numer. 12. verſ. Ac etiam, non tamen poterit delegare omnem ſuam delegationem , alios pro ſe in totum ſubſtituendo,Sanch.lib. 2. decalogi diſput.31 à num.2.& num. 13. Bouer.in direct.par.2.c.2.verſ.ex quo. Roderiq.qq Regul.tom.2.q. 4. art. 3.Lezzan.p.2. c. 13. num. 31. Nec poſſunt ſubdelegare quando committitur facultas viſitandi perſonaliter aliquod Monaſterium . Quia videtur electa induſtria perſonæ Lezzana dicto num. 31. De

106 legatus ad vniuerſitatem cauſarum dicitur ille, cui committuntur cauſæ in generali,licet ſit ſpecialis commiſſio , quoad locum , nempè ad Prouinciam, Monaſterium, Ciuitatem, Villam, Caſtrum , Eccleſiam,&c. Vel quo ad tempus , vt ſi committantur cauſæ tali anno occurrentes ; vel cauſæ quo ad quantitatem;vt decem librorum.Sanch. & Azzor. vbi ſupra,Portell. In dub. Regul. verbo Prælati poteſtas in addict.numer.4 Barboſ. in dicto c.

107 Cum cauſam num.5. Et quando eſſet generalis cauſarum commiſſio facta generaliter , & per modum vnius . Modus hic vnitatis commiſſionis efficit , vt ſufficiat inchoaſſe vnam cauſam , vt res dicatur cæpta quo ad omnes, quamuis diuerſas perſonas.Sanch. lib. 8. de matrim.diſp.28.nu. 27. Portell.

108 vbi ſupra num. 18. Et accedens ad locum vbi fuerat deſtinatus , ſi ad eundem locum accedit delegãs, tamquam lumen maius facit ceſſare iuriſdictionem in ſubdelegato . Tuſc. litt. L. concl. 458.Afflict. in conſt.regul. Neapol. honorem nu. 1.Muta in c.Reg. Alfonſ.22. num. Caualc.de Brach.reg.part. 1. num. 240.Guazz.Defenſ.Reorum 13. c. 4.num.5.Sed contrarium;quod delegati iuriſdictio non expirat per delegantis præſentiam, niſi fuiſſet facta delegatio propter ipſius delegantis abſentiam futuram, affirmant Bald.deciſ.488.Reyger.theſ. iuriſ. verbo delegatus numer. 6. &

109 delegatus Viſitans Prouinciam, viuente Generali, ita vt Capitulũ celebretur à Generali , ſi moritur Generalis non poteſt celebrare Capitulum , quia iam functus eſt officio ſuo . Portell. vbi ſupra à nu. 21.ex Rodoriq quæſt.regul.9. art. 1.& Aldret.l.1. de diſcipl. religioſ. c.3.num.30.& ſeqq.

110 Induſtria perſonæ cenſetur electa in delegatione, Primò quando dicitur,de induſtria, & circumſpectione tua confidentes.Ricc. deciſ. Cur.Archiep.88.num. 1. p. 1.cum alijs ibi citatis, Secundò,ſi quando dicitur,perſonaliter cognoſcas, facias,vel exequaris Ricc. ibidem,& deciſ.269.num.1.& 2.p.2. Tertiò ſi dicitur per te ipſum cognoſcas .

Ricc.dicta deciſ.88.& deciſ.270. n. 3. Quartò quando alicui committitur cauſa ratione confidentiæ, quia confidimus, vel confiſi de induſtria, legalitate, vel bonitate tua.Ricc.dicta deciſ.88.num. 1.& deciſ.270.num.4.Sanch.lib 8. de matrim.diſp.23.à num.2.& ſeqq.& diſp.4.num.10.Portell.part. 2. caſ. 14.num.1. Barboſ.in c. Quoniam, de Officio deleg. Quintò quando negotium non determinatum committitur, vt quando dicitur, vt tibi videtur, vel arbitrio tuo. Ricc. dicta deciſ.88.numer.2.& deciſ. 270. numer.5. Sextò quando eſſet commiſſum, officium ſinè iuriſdictione, vt actus nudi miniſterij, dicta deciſ. 88. num. 3. Septimo quando Princeps committit ea, quæ ſibi ſunt reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis.Ricc. dicta deciſ. 88. num. 4.Octauo ſi dictum eſſet in quo, vel ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, dicta deciſ.88.numer.4. Sed contra idem Ricc.dicta deciſ. 269. numer.10.Nono ſi dicitur, tu expedias, & non alius. Ricc. dicta deciſ. 88.numer.5.& deciſ.269.numer. 7. Decimo, ſi eſſet dictum tuis manibus expedias. Ricc. dicta deciſ. 88. num.5. Vndecimo, ſi eſſet dictum, Tu, vel per te cognoſcas, dicta deciſ.88.num. 5. Barboſ. vbi ſupra. Duodecimo. Quando commiſſum eſſet arduum negotium. Ricc. dicta deciſ.88.numer.6.& deciſ. 269. num 9.& Barboſ. vbi ſupra, Farin. deciſ.Rotæ Rom.234.num. 3. par. 1. & quando cauſa eſt grauis, factum variabile, & non committitur res determinata, cenſetur electa induſtria perſonæ.Iaſ. in l.more, num 65.ff. de iuriſdict. omn. iudic.Menoch.de Præſ.lib.2.q.21.nu. 4. Ricc. in praxi for. Eccleſ. re. 112. num. 3.& iudicis arbitrio remittitur quando arduum eſſet negotium.Menoch.de arbit.caſu 205. num.3.& Ricc. deciſ. 269. num. 9. Et dicitur ardùum negotium, quādo in commiſſione dicitur fidei, & diligentiæ tuæ tanti momenti negotium committimus Barboſ. vbi ſupra. Cenſetur etiam electa induſtria perſonæ, quando in commiſſione dicitur, confiſi de tua prudentia, & dexteritate conſcientiæ tuæ mandamus, vel diſcretioni tuæ mandamus. Ricc.dicta deciſ. 269.nu.5.Menoch.de arbitr. iudic. caſu 205.num.3.

111 Delegatio quoties non eſt facta perſonæ deſignatæ, ſed Officio, vel ſub titulo dignitatis, mortuo delegato, ſucceſſor in Officio, vel in dignitate de eadem cauſa cognoſcit.Sanch.de matrim.lib.8. diſput. 23.à num.2.& ſeqq.& diſp.4 num. 10.Menoch. de Arbitr. caſu 68.nu. 21.Portell.p.2. caſu 14.nu.1.Ricc, deciſ.Cur.Archiep.11.num.5. & 6. p.2.Guazz.Deſenſ.Reor.13.c.9. n. 7.& poteſt ſucceſſor punire teſtes qui falſum depoſuerunt coram prædeceſſore. Ricc. deciſ. 176. par.2.

112 Delegatus non habet poteſtatem, aut exercitium, aut iuriſdictionem ante litterarum præſentationem, c. Cum in iure, de Officio, & poteſt iudic. deleg. C. Super eo, & l. 2. de Appell. Caſſan. conſ. 10.num.18. Guid. Pap. quæſt. 286.

Ant.Gabriel comm.lib. 2. de Execut.rei iudic.concl. 3.num.4.Grancia de benef.part.6.c.2.num.7.cum ſequent. Flamin. de Reſign. lib. 1. quæſt.21.num.16. 17. Menoch. remed.4.adipiſc.num.410.Barboſ.in collect.DD.ad dict. 1. ſuper eo nu. 5.Rota deciſ.242.287. & ſeq. in antiq.& 293.in nouiſ.Ricc.collect. 532.Miranda de ordin.iudic. tom. 1.q.2.art.10.num.98.

113 Et nemo cogitur exequi, quæ mandantur à delegato, niſi conſtet, ſeù probetur de delegatione, dicto c. Cum in iure, de Officio iudic.deleg. Panorm.ibidem;& ſi non conſtet de patente, ſeù commiſſione, minimè parendum eſt, l. Vnica, & ibi Bart. c.de mandat. Principi, & delegato aſſerenti ſe habere mādatum delegationis, non creditur; niſi eo præſentato; Maſcard. de probat.concl.949.num.18. & concl.1405.num.3.& ſeqq.Perez.lib.2. Gloſ.1.ſit.1 lib.8 Ordin. Sanch. de matrim.lib.8.diſp.17.nu.17. Ricc. dicta coll.532.Menoch.q.76. num. 8. lib. 1. de Arbitr. & de præſump. l.2 præſ.15.n.2.Farin.q.97.n.52. & 54.Laur.de iudice ſuſpecto cap.12. num.25 Bertaz.conſ. 341. num. 7. Vndè ſi Epiſcopus accedit ad viſitandum aliquod Monaſterium exemptum, & afferat id facere ex ſpeciali delegatione Summi Pontificis, non creditur; niſi oſtendat litteras authenticas talis delegationis.Peyrin.de ſubdit. q.1 § 3. c. 18 Graff.tom.2 conſ.lib.1. de Offi-

114 cio deleg.conſ.2.à nu.9.vbi dicit. Quod Prælatus Monaſterij alias reſiſtere poteſt, non ſolùm verbo, ſed etiam facto; Si ex tali reſiſtentia ſcandalum non eſſet ſecuturū; Et in principio proceſſus, & in citatione debet inſerere tenorem commiſſionis, & litterarum, aliàs proceſſus non valeret. Nec citatus a delegato tenetur comparere, Marant.de ordin.iudic.p.4.diſt. 5. Maſtiag conſ.3.obſer.11. Ricc. dicta collect.532.Aſin.in praxi Flor.§. 5. c.2.num.3.Decian.tract.crim.lib.4. c.25.numer.12.Menoch.conſ. 790. n.6.de Præſumpt. l.2. præſūpt. 15. nu.2. Lancellot.de Attentat.c.4. in præfat.n.166. & ſeqq.par.2. Raudenſ.conſ.13.n.13.col.1.Borrel.cōſ. 68.n.5.Petr. Barboſ. in l. Si quis ex aliena num.9.de iudic. Molin. de iuſtit.tom.6.tract.5.diſp.25.num.1. Ricc.in praxi aurea reſ.414.Guaz. Defenſ.Reor.13.cap.2. numer. 16. Maur. Burg. de modo procedendi ex abrupt.quæſt. 90. numer. 13. & ſeqq.Sed Farin.Pragm.crim.litt.D. à num. 90. & ſeqq. adducit prò, & contra DD. & in fine tres limitationes adducit, aliàs non efficitur contumax, ſi non compareat. Anna alleg. 147. Sufficit tamen in citatione, vt inſeratur tenor delegationis, & non eſt neceſſaria tranſmiſſio Originalis. Ricc. ibidem num.2.& 3.Maur.Burg.vbi ſupra, & Guazz. dicto cap. 2. numer. 16. quod intelligit quo ad comparendum, non autem quo ad reſpondendum, ex Archidiacon.in cap. ſi Epiſcop.8.q.2.Idem Ricc. in praxi foro Eccleſ.reſol.62.p.2.num.1. &

115 2.& reſol.424. num. 4. quia tunc Reus comparens coram delegato, poteſt exigere reſcriptum Originale,

nale, & delegatus Reo petenti Originale, tenetur dare, Miſſing. contr. 3. deciſ. 1. Guazz. d. icto c. nu. 16. & excommunicatio lata à delegato, quia copiam ſuæ delegationis petenti non dedit, eſt nulla, vt ſupra dictum eſt, & dicunt etiam Syluest. in verbo delegat. numer. 5. Nauar. conſ. 9. in antiq. aliàs 5. in nouis de ſentent. excommunicat Sayr. in flor. deciſ. ſub eodem titul. deciſ. 10. Miranda de ordine iudic. tom. 1. q. 2. num. 99. vbi quod ſecus ſi Ordinarius malitiosè aſſereret ſe de mandato dubitare, in id allegando aliquas rationes friuolas,
116 maximè reſcripti falſitatem. Ideo Commiſſarius deſtinatus debet commiſſionem ſuam ſuperioribus loci, vbi aſſumere debet informationes oſtendere, & regiſtrari facere, vt dicti Superiores loci cognoſcant eius poteſtatem, & authoritatem. Oſaſc. deciſ. 65. numer. 20. Menoch. dicta præſumpt. 15. 8. Maur. Burg. vbi ſupra c. 82. numer. 35. Guazz. dicta Defenſ. Reor. 13. c. 1. num. 5. Et in proceſſu formando non ſolum debet inſerere tenorē integrum ſuæ commiſſionis de-
117 clarando Actuarij in illa cauſa deſtinationem, ſed eſt neceſſarium vt prius litteras patentes ſuæ delegationis, & commiſſionis, publicè legere faciat in Cōuentu, ad quem eſt deſtinatus, & ſi eſt deſtinatus ad vniuerſitatem cauſarum, in vno ſaltem Conuentu Prouinciæ; Et non publicata facultate, quam habet; ei non eſt obediendum, niſi
118 notorium eſſet, eſſe Commiſſarium, aut Viſitatorem; Et publicata commiſſione expedire debet litteras per omnes Conuentus ſuæ iuriſdictionis, quibus ſuum aduentum notificet, Viſitationem indicat, orationes ſpeciales, & ſuffragia iniūgat, exitus Fratribus extra ſui Conuentus limites interdicat, obedientias omnes Prouincialis ſuſpendat, aliaque mandet, quæ ex præſcripto Religionis legum, & probatæ conſuetudinis fieri debet, inſerendo in exordio tenorem integrum ſuæ Commiſſionis.

119 Per ſolam præſentationem litterarum factam Ordinario, non videtur præuenta iuriſdictio delegata, nec deſinit res eſſe integra. Vt contra alios tenet Sanch. de matrim. lib 8. diſp. 28. numer. 19. Maſcard. de probat. concl. 1226. n. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. § 5. procem. n. 101. Cald. Perier. de poteſt. eligendi c. 10. numer. 15. Petr. Barboſ. in l. ſi quis poſtea quam nu. 45. de iudic. Auguſ. Barboſ. in coll. DD. ad c. Gratum, num. 6 de Officio deleg.

120 Sed ad perpetuandam iuriſdictionem iudicis delegati, & vt deſinat rem eſſe integram, requiritur aut litis conteſtatio c. Relatum de Officio iudicis deleg. aut citatio partis, ſiuè Rei, etiam antè litis conteſtationem, ita vt ſi lis ſit conteſtata, aut pars ſit citata poſt obitum delegantis, delegatio non expirat. Quia per citationem dicitur ceptum iudicium, c. gratum eodem titul. Abb. ibidem num. 4. & 6. Dec. num. 29. cum ſeqq. in noua edit. Felin. num. 12. Bar. in l. more, numer. 12. ff. de iuriſdict. omn. iud. Fulgoſ.

F 2 ibi

ibi num 20.Roman.num. 14. Dec.
à num.46.Alex. num. 36. Iaſ. num.
58.Soccin. num. 78. Caccia ſup. nu.
41 Sanch.dicta diſp.28. numer. 10.
Barboſ. cum alijs ibi citatis in col-
lect.ad dictum C.gratum num.3.&
ſeqq.Conoc.deciſ.29.numer. 12. &
ſeqq.Gratian.deciſ.108.numer. 11.
Maſtrill.deciſ.6.num.12.l.aur. de
iudice ſuſpecto c.16. num. 41. Por-
tell.in dub.Regul. verbo. Prælati
poteſtas,in addit. num. 15. & ſeqq.
Burg.de modo procedendi ex ab-
rupt q.87.num.11 Azor.inſtit. mo-
ral.p.3.lib.13.c.14.verſ.Res autem.
121 Imò ſufficit ad hoc ſola commiſ-
ſio de citando,quamuis citatio non
ſit exequuta, neque intimata cita-
to,& reproducta,Gloſ. in verbo ad
partem in Clem. 2. vt lit. pendent.
Abb.in dicto cap.gratum numer.3.
Felin.num.5.Dec. num. 6. in noua
edit.Curt. Iun. in dicta l. more, nu.
78. & ſeqq. & Dec. ibi,numer. 48.
Bart.Soccin. num.79. Roman. nu.
14 Silueſt.verbo delegat.q 6. num.
8.Veral.deciſ. 115. p. 1. Ricc. col-
let.975.verſ.amplia primo, Sanch.
dicta diſp.28.num.13.Petr.Barboſ.
vbi ſupra num.34. Auguſt. Barboſ.
in dicto cap. Gratum num. 5. & in
c.licet vndique. num.2. eodem tit.
per Gabrielem com.opin. lib. 2. de
citat.concl. 2. & alios ibi citatos,
Portell. vbi ſupra num. 15. Caroc.
dicta deciſ.79.num.14.Guazz. De-
fenſ.Reor.13.cap.9.numer.6.Gra-
tian.deciſ.March. 209. non enim
122 eſt neceſſaria executio, neque
nuncij relatio, qui fuit in mora re-
ferendi, & exequendi citationem;
quia ſola commiſſio citationis fa-
cta à iudice, dicitur interlocuto-
ria; Et quoad delegatum, qui eam
commiſit, citatio præſumitur per-
fecta,Caroc. dicto num. 18. Maur.
Burg.dicta q.78 num. 12. Portell.
123 dicto nu.15.Sed prædicta proce-
dunt, quando delegatur cauſa ali-
qua particularis; quia in hac per-
petuatione requiritur quod dele-
gatus vti cæperit iuriſdictione, &
vt perpetuatio fiat reſpectu par-
tium, oportet vt interueniat ali-
quis actus cum parte; Sed quia ci-
tatio eſt principium, & fundamẽ-
tum iuriſdictionis contentioſæ,in-
ſtit.de pœn.temer.litig.§.fin.c.con-
tingit de probat. ideo neceſſario
requiritur quod præcedat citatio.
124 Quando autem negotium com-
miſſum non habet partem,vel Reũ
vt lis cũ eo conteſtetur,vt pars, vel
Reus citetur, quando ſcilicet dele-
gatio facta ad vniuerſitatem cau-
ſarum,quando Generalis Miniſter
alicuius Religionis committit ali-
cui Patri eiuſdem Religionis, vt
aliquam Prouinciam viſitet, hæc
viſitatio cum non habeat par-
tem, poteſt exequi, & expediri ſinè
aliqua litis conteſtatione, aut
partis citatione. Vt patet quando
nullum proceſſum contra aliquem
particularem delinquẽtem in diſ-
curſu viſitæ formare occurrit, &
hæc vniuerſalis delegatio dicitur
cepta,ita vt res nõ dicatur amplius
integra,ſi in aliquo conuentu Pro-
uinciæ ſibi delegatæ litteræ com-
miſſionis publicè coram Fratribus
illius Conuentus fuiſſent lectæ; &
proindè, ſi poſt illarum litterarum
publicationem mors delegantis

eſſet

eſſet nunciata, non expiraret dele-
gatio; quia res non eſt integra, ſed
inchoata. Et in hunc ſenſum puto,
benè dixiſſe Hoſtienſ. in c. licet de
125 Officio delegat. aſſerentem,
quod Res non dicitur integra,
quando delegatus vocauit Tabel
lionem, & Teſtes, & publicauit
commiſſionem ſibi factam, tan-
quam delegatus animo continuan-
di, & perpetuandi iuriſdictionem.
Quia per electionem notarij, ſeu
actuarij, aut Nuntij, res non dici-
tur integra, & iuriſdictio delegati
poteſt perpetuari; quia prædicti
actus ſunt iuriſdictionales, & exer
ceri non poſſunt abſque iuriſdi-
ctione. Hoſtienſ. in dicto cap. licet,
Alex. de Neuo. in addit. ad Abbat.
in dicto c. gratum, litt. A. Laurent.
in tract. de iudice ſuſpecto c. 6. nu.
41. Burg. de modo procedendi ex
abrupt. q. 87. num. 12. Guazz. De
ſen. Reor. 13 c. 9. numer. 6. & tunc
delegatus dicitur cœpiſſe vti iuriſ
dictione, Portell. dub. Regul. in
verbo Prælat. poteſtas in addit.
num. 16. & ſequitur Peyrin. de
priuileg. cap. 4. numer. 10. Et non
eſt vera opinio illorum aſſeren-
tium, quod vt res dicatur non in
tegra, requiratur ſemper litis con
teſtatio, aut citatio; quia ſequere
tur, quod ſemper eſſet integra
res, quando negotium commiſ-
ſum non haberet partes, neque
Reos. Et nunquam perpetuare-
tur iuriſdictio talis delegati per
alia acta iuriſdictionalia, ci-
tra citationem. Sed veriſſima in
hoc caſu eſt illorum ſententia,
quod res dicitur non integra,
ſed cœpta, per quemcumque actum
iuriſdictionalem factum à delega-
to citra citationem, iuxta cap. l. de
Officio delegati; ibi, ſi iuriſdictio-
ne à ſuo ſibi collega vti non cæ-
perit, & iuxta l. & quia 6. ff. de
iuriſdict. Omn. iudic. ibi, ante-
quam ab eo, cui mandatum eſt,
iuriſdictio geri cœperit, & iux-
ta cap. pen. de Officio deleg. in
Sexto, ibi, antequam per ipſum
delegatum in aliquo proceſſu fue-
rit, pro vt tenent Gloſſ. in c. ne
aliqui, verbo incępta de hæret.
in 6. cap. Quamuis, verbo, vſus,
& c. Cum plures, verbo inchoan-
te, de Officio deleg. in 6. Ioan:
Andr. in dicto cap. Quamuis,
in fine, & ibi Anchar. notab. 2.
Franc. num. 4. Hoſtienſ. in dicto
c. licet num. 2. Anchar. q. 1. Hen-
ric. num. 3. Hoſtienſ. in ſumma
titul. de Officio deleg. §. Quibus
modis finitur num. 10. verſ. quod
ſi mortuus, in fine, Ant. in dicto
c. relatum num. 9. & c. gratum
num. 13. de Officio deleg. & in c.
finali eodem tit. num. 10. Bald. in
l. more, in Prima lectura ad fi-
nem, ff. de iuriſdict. omn. iudic.
& ibi Paul. num. 9. Syluest. verbo
delegat. 96. num. 8. Tabien. verbo
delegare q. 12. num. 13. in fine,
Bart. in dicta l. & quia, & ibi
Alex. colum. 10. Alex. de Neuo
in addit. ad Abbatem in cap. gra-
126 tum litt. R. Si autem delega-
tus dum pergit ad viſitandam
Prouinciam ſibi commiſſam
habeat certitudinem de mor-
te delegantis, antequam litte-
ras commiſſionis publicauerit,
non

non poterit amplius dictas litteras publicare, nec negotium viſitationis proſequi. Secus ſi ſolum rumorem audiat. Quia rumor non facit moralem certitudinem, & tunc poterit proſequi delegationem; & idem dicitur de rumore quod delegans re non integra reuocaſſet delegato commiſſionem; quia non ſatis eſt qualiſcunque notitia reuocationis, ſed requiritur vt delegatus certior fiat de reuocatione delegationis per ipſum delegantem, aut per eius Epiſtolam; aut per Nuntium ab ipſo delegante ad id deſtinatum; aut per alium nomine eius. Et interim dum non eſt certior factus de reuocatione, acta facta per eum tenent. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 30. num. 13. in fine iuncto num. 11. ratio eſt; quia quoties delegatus cœpit vti ſua iuriſdictione ante reuocationem delegationis, quamuis poſtea delegatio fuerit reuocata, ſemper tamen dicitur habere titulum coloratũ ante certitudinem reuocationis; & titulus coloratus cũ errore cõmuni ſufficit ad validitatem actorum. Secus tamen eſſet ſi re integra, ſcilicet, antequam delegatus cæpiſſet vti iuriſdictione, reuocatio facta eſſet, aut delegans moreretur, aut ceſſaret ab officio, quia tunc nullus color eſſet in titulo, & communis error ſolus non ſufficit ad actorum
127 validitatem. Et ſi Lezzana verbo commiſſio num. 5. in fine dicat, cum Sanch. lib. 3. de matrim. diſp. 22. num. 59. & alijs, quòd in prædictis caſibus, quando eſt communis error, aut ignorantia mortis, vel ceſſationis ab Officio delegantis commiſſionem, ſiue delegatus id ſciat, ſiue non, valebunt geſta ab ipſo, per l. barbarius, ff. de officio præt. Sed quia in dicta lege requiritur etiã titulus coloratus, debet intelligi dũmodo ab alijs cõmuniter ignoretur, & credatur delegatũ manere in eodem iuſto titulo. Nam iſte cõmunis error cum titulo colorato ſufficit ad tribuendam iuriſdictionem, & ad validitatem actorum, Doctores in c. nihil 44. de elect. & in l. Barbarius de officio prætor. Leſſius qui multos citat de viſit. lib. 2. c 29. num. 65. Garzia de benefic. qui alios citat par. 5. cap. 4. num 281. Maſcard. concl. 649. nu. 91. & 101. Barboſ. qui etiam alios citat. alleg. 25. numer. 44. ratio eſt; quia niſi huiuſmodi acta eſſent valida, magna ſequeretur in Republica, & populo Chriſtiano perturbatio; Nam omnes ſententiæ, collationes officiorum, & beneficiorum, præſentationes, electiones, & alia huiuſmodi deberent reſcindi,
128 vt aſſerit Leſſ. dicto num. 65. Vbi notat poſt Panor. & Caiet. & alios, quòd duæ conditiones ad hoc concurrere debent; Alteram ex parte iudicis, vt habeat titulum; Alteram ex parte populi, vt communi
129 errore putetur legitimus Superior; Et ex his ſequitur, acta Prælati, qui accepit prælaturam in excommunicatione, vel alio impedimento occulto eſſe valida ratione publici officij, ſi communi errore facti habetur pro vero Prælato. Innoc. in c. cum dilectus circa finem de conſuet. Felin. in cap. ad

pro-

probationem col. 2. de re iudicata Gabr.com.opin.lib. 1. tit. de probat.num.28. in fine Leſſ. vbi ſupra num. 66. vbi quod valida erit ſententia excommunicationis ab eo lata,& abſolutionis,& collatio beneficij, delegatio iuriſdictionis etiam ad cauſas particulares, & c. ſequitur etiam,quod ſi alicui iuriſdictio occultè eſt ablata, & ille nihilominus ſe pro Superiore gerit, & communi errore talis habetur, acta etiam valent; Siue hoc contingat, quia beneficium ipſo iure vacat,ſiue per mortem delegantis, ſiue per ſuſpenſionem iuriſdictionis delegantis. Leſſ. vbi ſupra num.
130 67. Sine titulo communis error non ſufficit, & nihil operatur, aut cum titulo dato ab eo, qui non eſt legitimus ſuperior, & non habet facultatem dandi, Gabr. vbi ſupra num.21.& 22.& Maſcard.dicto nu. 91 Leſſ.num.65.Sanch.num. 50.&
131 51. Quod dicitur de errore communi, idem etiam eſt dicendum de probabili Doctorum opinione. Doctores in c.nihil de elect. Sanch. dicta diſp.22.num.65. vbi infert ad multa.Leſſ.dicto dub. 29. num. 69. qui etiam infert ad multa. Baſil. Pont.de matrim.lib.5.c. 2. num. 2. Caſpenſ.de pęnit. tract.24 diſp. 5. ſect.7.num.2. Sed non ſufficit ſupinus.Gabr.vbi ſupra numer.31. Si is
132 ad cuius fauorem acta deberent validari ſciuerit eius qui acta fecit inhabilitatem, acta non valent in eius fauorem, ſed tantum in eius odium Gabr. vbi ſupra numer. 32.
133 Et ſupradicta de actus validitate locum habent non ſolum in foro contentioſo, ſed etiam in Sacramentali, & conſcientiæ; quia ea-
134 dem,& maiora inconuenientia, & ſcandala ſequerentur in foro interno, niſi actus in illo geſti eſſent validi; ita poſt Paludan. Nauar. & alios docet Leſſ.num.67.verſ. Sexto ſequitur,& contra alios,Fagundez.numer.76.in reſpon. ad ſecundum argumentum Sanch. num. 49. Barboſ.ad Conc.Trid.ſeſſ.23.c.15. num.23. Vnde ſi cum communi errore concurrat titulus approbationis à legitimo ſuperiore, ſi non verus, ſaltem coloratus ex parte Sacerdotis; aut quia habetur communiter pro parocho, licet titulum iam amiſerit, quia renunciauit beneficium parochiale; aut quia re vera prius approbatus fuerit ab Epiſcopo, & ignoratur poſtea à populo reuocatam eſſe ex cauſa approbationem; aut quia approbatus fuit ad tempus, quod elapſum, communiter putatur adhuc durare, quamuis Sacerdos ſciat eſſe elapſum; confeſſio valet; quia,& ſi ille decipiebat, populus non decipiebatur, dum deceptionem ignorabat,& bona ſi le verum paſtorem eſſe putabat. Fagundez
135 ſupra num.73.& 76. in reſp. ad tertium. Error tamen non ſufficit vt ſit vnius aut alterius hominis; Sed debet eſſe communis in eo loco vbi confeſſio facta eſt, quia ibi communiter ignorabatur denunciatio, vel impedimentum, & occultum erat, licet in alio loco notorium eſſet,ita Sanch. dicto lib. 3. diſp.21.num.9 & dicta diſp.22. nu. 46.Leſſ.num 66.Fagund. num 77.

Et

136 Et titulus officij exerciti, etiam ſi ſit inualidus propter inhabilitatem recipientis, dummodo inualiditas ſit occulta ſufficit ad validitatem geſtorum, ita poſt alios
137 Barboſ.alleg. 25. num. 43. error autem ſine titulo non ſufficit in foro pœnitentiali, quare cum aliquis ſine titulo, & authoritate ſuperioris in officium iudicis, parochi, aut confeſſoris ſe intruſit, licet communis error facti accedat, geſta per illum ad vtrumque forum pertinentia ſunt prorſus inualida, & oppoſitum non eſt probabile, ita Sanch. dicto numer. 49. & alij Doctores citati à Barboſ. ad Conc. Trid. dicta ſeſſ. 23. cap. 15 num. 23. Maſcard. dicto num. 91. Diana par. 2. tract. 16. reſp. 43. & par. 3. tract. 4. reſ. 122. Garz. de benef. par. 5. c. 4. num. 281. vbi multos citat, & reijcit Morlam, & alios num. 282. Homobon. de examin. Eccl. part. 1. tract. 5. c. 3. q. 20. Megal. par. 1. lib.
138 5. cap. 19. num. 12. Vnde reijciendus eſt Diana tenens improbabiliter oppoſitum. Et pariter Pellizz.
139 tract. 8. c. 3. num. 62. indulgentiæ conceſſæ à falſis Prælatis, ſunt irritæ, ita poſt Anchar. Oldrad. Card. Sanch. ſupra num. 54. Barboſ. allegat. 25. num. 44. vbi repræhendit Maſcardum concl. 649. num. 4. in fine quia de hoc dubitat. Et licet
140 ſolus communis error ſine titulo ſaltem colorato non ſufficiat ad validitatem confeſſionis, vt dictum eſt, ſecundum communem, de qua, Innoc. in cap. dudum de elect. el 2. arg. 2 & in cap. nonne 8. q. 4. & ibi Panorm. Nauar. in Manual. latino c. 9. num. 8. & alij ſupra citati; nihilominus hoc procedit in confeſſione ſecundum ſe conſiderata; Sed quo ad Deum Patrem miſericordiæ aliter dicendum eſt, vbi ex parte confitentis interuenit bona fides; Et ideo Abbas in Clem. dudum de ſepulturis num. 25. ita dicit; Si Frater non electus ad confeſſiones audiendas, ſe ingerat: Et bona fide confitentem, audiat abſolutum eſſe quo ad Deum: & idem ſi eſt electus ad certum oppidum audiat confeſſiones in alio. Eiuſdem ſententiæ eſt Nauar. dict. c. 9. num. 8. vbi aſſerit; qui bona fide confitetur ei qui nullum titulum, nec bonum, nec malum habuit, vel illi qui notoriè amiſit illum, quandiu in bona fide perſeuerat, ſaluabitur. Si tamen poſtea eam bonam fidem amiſerit, confeſſio erit reiteranda, ſecundum Panorm. in dicto c. nihil, & in dicto c. dudum, ita Nauar. Sed Barboſ. alleg. 25. num. 43. requirit, quod illa bona fides perueniat ad perfectam contritionem; Sed per ſupradictos Doctores videtur ſufficere attritionem, ſicut quando confeſſarius habet titulum approbationis à legitimo ſuperiore; quia dum pœnitens illum defectum ignorat, & examinare non valet, bona fides excuſat, & cum ea ſecurus remanet dum eam non amittit: Habens poſtea ſcientiam inhabilitatis confeſſarij, tunc tenetur reiterare confeſſionem. Et confirmatur ex reuelatione B. Brigittæ lib. 6. cap. 79. vbi loquēdo de quodam Sacerdote ficto, & non verè ordinato, & ad æternum

um ſupplicium propter hoc con-
emnato; non per hoc populus qui
ıdiebat eius miſſam in die feſti
: præcepto, & recipiebat ab
ı Sacramentum Euchariſtiæ in
e Paſchæ pro adimplemento
·æcepti peccabat; quia eius fides
ım ſaluabat, dum bona fide cre-
:bat illum eſſe verè Sacerdotem.
Et de confeſſione Sacramentali
cta à pœnitente ſciente inhabi-
atem confeſſarij, licet ab alijs
ec inhabilitas ignoraretur, & eſ-
: communiter æſtimatus habilis,
ım erat expoſitus ad audiendas
nnium confeſſiones, dicit Metina
ıct.2. de confeſſione, quæſt. 2. de
ınfeſſione confeſſori excommu-
cato, & denunciato ſcienter fa-
ı, ad finem, §. ad ſecundum; quod
nfitens ſcienter tali parocho,
ccat lethaliter, & ſic abſolutioni
icem ponit, & eſt iure diuino
lla. Sed Sanch. dicto lib. 3. de ma-
m. diſp. 22. num. 46. aſſerit, quod
parte iuriſdictionis confeſſoris
valida, ſtante, errore communi,
titulo colorato, & quo ad pœ-
:entem non dicitur ponere obi-
ın quando confeſſarius eſt ſuus
rochus, & non habet alium cui
ſſit confiteri, & compellitur, vel
: ſibi neceſſarium fateri; tunc
ia non delinquit excuſante ne-
ſſitate, confeſſio eſt valida. Extra
men hos caſus eſt inualida; quia
ıetur in occulto vitare, & non
tando peccat, à quo peccato non
cuſat niſi ignorantia inuincibi-
, & tunc confeſſio erit etiam va-
a. Vnde reijciendus eſt Diana
licta reſ. 122. vbi abſolutè dicit, quod ſi ſciat pœnitens confeſſa-
rium priuatum iuriſdictione, &
petat ab eo abſolutionem, abſolu-
tio eſt valida.

143 Electus à potenti eligere, non
dicitur habere titulum abſque ſu-
perioris confirmatione, & ideo er-
ror communis non ſufficit quando
Officium vel dignitas indiget con-
firmatione. Sanch. vbi ſupra num.
52. vbi alios citat, & idem dicit nu.
53. quando peccatur in electionis
forma, ſcilicet quando ſolemnitas
à iure præſcripta omittitur. Nam
tunc peccatum eſt in forma, & ra-
dice, & proinde deficit titulus, &
geſta per electum non valent, niſi
accedat legitimi ſuperioris con-
firmatio.

CAPVT II.

De poteſtate Cuſtodum, Guardiano-rum, & Diffinitorum.

SVMMARIVM.

1 *Guardiani electi per prouiſionem, quam auctoritatem habeant?*

2 *Guardiani habent poteſtatem ordinariam procedendi in leuibus, & grauibus, & poſſunt ſuam poteſtatem exercere in præſentia Prouincialis. num. 3.*

4 *Cuſtodes, & Guardiani quando in abſentia Prouincialis poſſint proceſſum formare contra delinquentem, & carceri illum mancipare.*

5 *Cuſtodes & Guardiani quando debeant requirere conſilium ſeniorum, & quando non?*

6 *Guardiani reſpectu fori contentioſi, & externi non poſſunt excommunicare, ſecus reſpectu fori pœnitentialis.*

7 *Guardiano cui reuelatum eſt delictum ſuorum ſubditorum vt Patri, quid facere debeat?*

8 *Guardianus quando poſſit punire ſuum ſubditum grauiter.*

9 *Forma proceſſus faciendi à Cuſtodibus, vel Guardianis aut Vicarijs locorum.*

10 *Guardianus quando poſſit præcipere ſubdito vt exponat ſe probabili periculo vitæ.*

11 *Guardiani an, & quando habeant ius applicandi omnia ſubditorum ſacrificia?*

12 *Guardiani tenentur punire ſubditos tranſgreſſores ſub mortali, & procurare obſeruantiam regulæ, & conſtitutionum ordinis, etiam non obligantis ad peccatum.*

13 *Guardiani non poſſunt concedere licentiam exeundi à monaſterio ſine neceſſitate, & vtilitate.*

14 *Ignorantia non excuſat in his, quæ ſcire quis debet.*

15 *Prælati regulares tenentur ſub mortali corrigere peccata venialia ſubditorum, quando minuitur regularis diſciplina negligendo correctionem.*

16 *Prælatus ſi non adimplet miniſterium ſuum, eſt in ſtatu damnationis.*

17 *Prælaturam oblatam acceptare eſt ſe exponere periculo damnationis, ſed eam quærere, eſt animam occidere.*

18 *Diffinitores alij habent votum conſultiuum, alij verò deciſiuum, & eſt maxima differentia inter eos.*

19 *Conſilio requiſito non adhibito in aliquo, aut petito poſt factum actus eſt nullus.*

20 *Conſilium quando eſt petendum pro forma, aut à collega, eſt etiam ſequendum.*

21 *Diffinitores quando habent votum deciſiuum, Prælati non poſſunt ſententiam ferre ſine conſenſu maioris partis eorum, aliàs eſt nulla.*

22 *Diffinitores habentes votum deciſiuum, ſunt congenerales, vel conprouinciales*

23 *Iuriſdictio diffinitorum non competit cuilibet ſeorſum, ſed collegialiter.*

24 *Generalis, vel Prouincialis debet expedire cauſas cum conſenſu diffinitorum.*

25 *Quando propter eminentem neceſſitatem non poſſunt ſimul conuenire diffinitores, an acta valeant?*

26 *Generalis, vel Prouincialis non eſt ſuperior deffinitorio ſimul congregato.*

27 *Diffinitor non debet ſtare opinioni Prouincialis, & aliorum diffinitorum, ſed debet clarè, & apertè ſuum ſenſum aperire.*

28 *Diffinitor quando tenetur ſe ſubſcribere ſententiæ à maiori parte latæ, & quando non?*

29 *Diffinitores reuelantes ſecreta diffinitorij ſunt grauiter puniendi.*

30 *Diffinitor vocatus ad diffinitorium à Prælato ſuperiore, tenetur accedere.*

31 *Diffinitores Generales, vel Pro-*

uin-

uinciales debent habere eamdem ſcientiam, quam ipſe Generalis, vel Prouincialis, aliàs tuta conſcientia non poteſt eligi, nec ab eo acceptari poteſt.

32 *Ignorans de neceſſitate malus.*

33 *Deus permittit Prouincialem, & diffinitores ignorantes in pœnam ſubditorum.*

1 Hic non loquimur de poteſtate œconomica quam Guardiani habent ſuper omnes ſuos ſubditos ex voto obedientiæ illis competentem: Nec de poteſtate abſolutiua, aut de poteſtate iuriſdictionis directiuę; ſed de poteſtate iuriſdictionis coactiua, ſeu coercitiua.

2 Qui Guardiani habent poteſtatem ordinariam procedendi in leuibus, & grauibus peccatis ſubditorum, iuxta declarationem infra poſitam par.2.c.1.num.11. nam in ipſis proceditur ſine proceſſu, aut ſcriptura omni appellatione remota. In grauioribus autem, & grauiſſimis iuxta declarationem poſitam dicto num.11. non poſſunt regulariter procedere Guardiani: Sed hoc ſpectat ad Generales, & Prouinciales, vel eorum commiſſarios formato proceſſu iuridico.

3 Poſſunt etiam Guardiani in præſentia Prouincialis ſuum ordinarium exercitium corrigendi, & pęnitentiandi ſubditos exercere. Nec hoc eſt inconueniens, cum eorum officia ſint circa diuerſa. Peyrin. de Prælato q.1.c.4.§.5.num.121. Nec ſine iuſta cauſa poteſt à Prouinciali impediri, cum hæc correctio leuium, & grauium pertineat ad Guardianum, & in diſcurſu tantum viſitæ ad Prouincialem. Aut quando Guardianus eſt negligens in corrigendo ſubditos. Qui propter talem negligentiam eſt dignus priuatione, vt infra dicetur.

4 Poſſunt Cuſtodes, Guardiani, ac Vicarij locorum Guardianis abſentibus in caſu aliquo vrgenti, vbi periculum eſt in mora, nec Prouincialis Miniſtri præſentia haberi poteſt, tamquam Prouincialium delegati informationes ſumere, informatiuum proceſſum conficere in grauioribus, & grauiſſimis delictis; Et de conſilio diſcretorum conuentus vbi fuga timetur in carcerem ad cuſtodiam reum detrudere, & deinde Prouincialem abſentem (& ſi eſſet defunctus) eius commiſſarium certiorem facere, ac ipſius mandatum expectare: & hoc maximè procedit, vbi niſi inſtăti caperetur informatio, cognitio de corpore delicti, vel deperiret; vel non clarè appareret. Citare autē reū non poſſunt, aut illum cōſtituere, nec aliquid aliud facere, ita P. Bouer. in direct. for. iudic. p. 1. c.4 §. iudices verò, fol.15. & c.6. in fine. Pitigian. in pract. crim. p.1. c.3. in fine, pract. crim. fo. de obſeru. tit. delictorum diſcrimina, & quatenus debent requirere conſilium,

5 vel conſenſum ſeniorum, ſeu diſcretorum Conuentus, intelligi debet quando nulla adeſt rationabilis cauſa in contrarium, quam bonus iudex arbitratur. Nam licet in arduis negotijs omnes Prælati teneătur conſilium ſeniorum, & ſaniorum Patrum requirere; iuxta

c.nouit,& c. quanto,iuncta gloſſ.in narratione caſus, & Panorm. de his,, quæ fiunt à Prælat. Fallit tamen quando adeſt iuſta cauſa in contrarium; & ideo ſi Prælatus, vult agere contra amicum, vel cõſanguineum,ſeniorum,& diſcretorum Conuentus, tunc poteſt procedere ipſis inconſultis contra delinquentem,Panor.vbi ſupra num. 6. & hoc procedit etiam ſi conſtitutiones, & ſtatuta religionis præcipiant quod dicti ſuperiores non poſſint agere in grauioribus, niſi de conſilio ſeniorum,& ſaniorum. Et ſuperiore requirente conſilium prædictum,ipſi ſeniores concluderent ob amicitiam delinquentis, vel aliam cauſam non legitimam,non eſſe de tali crimine inquirendum; hoc non obſtante ſuperior inquirere,& carceri mancipare poteſt delinquentem, ob fugæ timorem; Ita loquendo de propoſito aſſerit Megal.in promptuar. vir.verbo crimen num. 10. quando grauitas delicti eſt notoria,& concurrent ea, per quæ de iure poſſet iudex inquirere.

6 Guardiani reſpectu fori contentioſi ſiue externi non poſſunt excommunicare ſuos ſubditos,quia excommunicatio eſt actus iuriſdictionis contentioſæ fori exterioris.Burr.in c. cum contingat n. 13. verſ. quidam ſunt habentes, & ibi etiam Panorm. num. 29. 30. & 33. de for. compet. & ita intelligendi ſunt Doctores aſſerentes Prælatos Conuentuales non poſſe excommunicare.Reſpectu autem fori pœnitentialis poſſunt excommunicare. Quia Curatus poteſt reſpectu fori pœnitentialis excommunicare.Butr.Panor. & alij ſupra citati, & ita intelligendi ſunt Doctores, aſſerentes Prælatos regulares monaſteriorum poſſe excommunicare, late Sigiſmund. de elect. dub. 116.per totam, vbi hoc modo conciliat Doctores, quibus adde Pellizzar.tract.9.c.3.num. 55. qui prima facie videntur contrarij. Sed præcipientes aliquid ſub pœna excommunicationis, eius abſolutionem ſibi reſeruare non poſſunt. Idem,dub.117.num.2.& 9.

7 Si Guardiano aliquod delictum ſuorum ſubditorum, vt Patri reuelectur,non poteſt reum punire; Sed tantum monere vt cautius viuat. Peyrin.de ſubd.q.1.c. 16. dicto ſecundo; Et ſi ſe ſolo poteſt delinquentem à reincidentia præcauere,non poteſt Prouinciali reuelare ſine peccato mortali. Ita cũ Palao, & Girag.Fr.Ant.à Spirit.ſancto de regim.Præl.tract. 4. diſp. 4. ſect. 4. num. 178. & 179. nec poteſt ab eo auferre miniſterium commiſſum, vel eum ad alium Conuentum mutare; Si ex hac mutatione illius fama periclitatur, etiã ſi de delicto ſit inditiatus. Ita cum Soto Paſqualig.tom.2.deciſ.461.Girag.par. 3.dub.6.numer. 66. Baſſæus verbo correctio fraterna,nu. 13. Fr. Ant. à Spir.ſancto in direct.tract.4. diſp. 3.ſect.2. numer. 67. Secus autem ſi eius fama nullo modo periclitatur. dicto num.67 aut ſi de delicto eſſet conuictus,num.177.

8 Guardianus poteſt punire ſuum ſubditum, qui fingendo confeſſionem

nem Sacramentalem accedit ad eum animo illi metum inferendi, quærimonias,vel iniurias in ipſum iactando. Aut minatur percuſſionem, vel mortem; quia hæc confeſſio,non eſt confeſſio, ſed ſacrilega inuentio. Graff. par. 1. deciſ. c. 23 num. 18. Fagund. in 2. præcept. Eccleſ. lib. 6. c. 4. num. 21. Pyr. de Prælat. q. 2. c. 3. §. 11. numer. 106. Fr. Ant. à Spir. ſanct. dicto tract. 4. diſp. 4. ſect. 4. num. 202. & 203. vbi, quod melius facit, ſi cauſam Prouinciali remittat, quod intelligi debet niſi periculum eſſet in mora, aut non offenditur vt ſuperior, ſed vt priuatus, quia tunc non eſt offenſum officium, ſed perſona.

9 Formatur proceſſus à Cuſtodibus, vel Guardianis, aut Vicarijs locorum Guardianis abſentibus contra delinquentes in dictis grauioribus, & grauiſſimis criminibus, quomodo formaretur ab ipſis Prouincialibus ſi eſſent præſentes ſiue procedatur per accuſationem, ſiue per denunciationem, ſiue per inquiſitionem, iuxta formas infra par. 3. poſitas. Addendo tamen in decreto procedendi, quod procedunt tamquam delegati Prouincialium ſtante ipſius abſentia, & periculo in mora, ſi expectaretur præſentia ipſorum prouincialium; & hoc de conſilio ſeniorum, & diſcretorum Conuentus (Quando non ſunt ſuſpecti) & de ipſorum conſilio carceribus mancipantur ſtante fugæ timore.

10 Obiter, quo ad iuriſdictionem directiuam addo, quod poteſt Guardianus præcipere ſubdito, vt exponat ſe probabili periculo vitæ. Quando ſcilicet, hoc eſt neceſſarium ad bonum commune religionis, vt ſi tempore peſtis præcipiat, vt aliquis præbeat alijs religioſis etiam ſubditis peſte infectis neceſſaria, Roderic. Sanchez, & alij citati à Baſſæo verbo Prælatus numer. 13. Non tamen tali tempore poterit præcipere, vt inſeruiant extraneis etiam in ſpiritualibus, ſi adſint parochi, qui id efficere poſſunt, & debent. Sed ſi deficiant, poſſunt religioſi mendicantes præcipi à ſuperiore, vt fidelibus in ſpiritualibus ſuccurrant, cum ſint coadiutores parochorum. DelBene tom. 2. c. 19. dub. 3. ſect. 2. numer. 52. & ſeqq. Pellizzar. qui alios citat tract. 5. c. 12. num. 3. Fr. Ant. à Spir. ſancto de regim. Præl. tract 4. diſp. 4. à numer. 43. & ſeqq.

11 Addo ſecundo, quod Guardianus habet ius applicandi omnia ſubditorum ſacrificia, qui ſi nolint quotidie celebrare, poteſt eo cogere præcepto, imò & excommunicatione non tamen reſeruata ad quotidie pro ſua intentione celebrandum. Thom. Hurtad. tract. 2. c. 2. reſ. 3. num. 26. & hoc tantum vt ſatisfaciat oneribus, & obligationibus quas Conuentus habet ortas ex religioſorum conuenienti ſuſtentatione. Hurtad. tract. 3. c. 6. num. 162. Fr. Anton. vbi ſupra num. 57. & 58. aliàs non poteſt ſuperior ſine neceſſitate nempe victus, vel veſtitus, aut fabricæ, neceſſariæ conuentus, & ſimili neceſſitate vrgente, & eminente onerare

rare ſubditos ad miſſas celebrandas, & ſubditi non tenentur eas celebrare, vt dicetur infra par. 7. c. 12. nu. 3. & 11. Addo tertio quod Guardianus relinquens ſuos ſubditos frequenter tranſgredientes conſtitutionem ordinis, etiam in caſibus, in quibus non adeſt niſi peccatum veniale ſine debita correctione propter nimium affectũ pacis, potens illos commodè corrigere peccat mortaliter, Sanch. in præcept. decalog. lib. 1. c. 6. num. 19. Villalob. tom. 2. tract. 4. difficult 2 num. 5. Diana par. 3. tract. 2.
12 reſol. 42. quia tenetur ſub mortali procurare obſeruantiam regulæ, & conſtitutionum proprij ordinis, etiam in caſu quo illos non obligent ad peccatum; vel tantum ad veniale. Lugo de iuſtit. diſp. 9. tom. 1. ſect. 1. num. 21. Fr. Ant. à Spir. Sancto de regim. Præl. tract 4 diſput. 4. ſect. 7. n. 316. 317. Girag. par. 3 dub. 39. num. 238. vbi quod hæc doctrina eſt communis omnium doctorum, præſertim Banni, Sot. Suarez; Lorc. Torres, Caſtr. Pal. Turrian. Laym. Baſſæi, Coninch. de charit. diſp. 28. dub. 3. numer. 24. Caſpenſ. tom. 2. de charit. tract. 7. diſp. 6. ſect. 1. num. 8. nam ſuperior obligatur ex præcepto ratione ſui Officij, ad conſulendum bono ſpirituali, & profectui ſubditorum, & obſeruantiæ regulari, quæ per huiuſmodi defectus toleratos, & permiſſos maximè in religione labefactatur; inferunt ex hoc Doctores quod ad hunc effectum poteſt etiam Guardianus rem leuem præcipere ſub pœna graui, quando ratione finis, & circumſtantiarum poteſt fieri grauis, nam ea quæ apud ſæculares etiam Clericos leuia reputantur, apud Regulares grauia cenſentur, & excommunicationis, vel ſuſpenſionis capacia eſſe ſolēt, ex eo, quod illa ad obſeruantiam votorum eſſentialium, valdè ſunt neceſſaria, & huiuſmodi ſunt, ſecundum Llamas, par. 1. methodi c. 9. §. 22. relatum ab Alfonſo de Leon. cenſur. recoll. 1. num. 258. Ingreſſus in alterius cellam, reuelatio ſecretorum Religionis, alloquutio nouitiorum, omiſſio culpabilis ſocij in itinere, acceſſus ad aliquam domum ſuſpectam refert etiã Peyrin. de Prel. q. 3. c. 3. n. 15. ad finē. Et erit materia grauis ſi permitteret ire in deſuetudinem, obſeruãtiam ſilentij debitis temporibus, horam conſuetam matutini, chori frequentiam, aſperitatem, ac rigiditatem in veſtitu, ac fabricis, alijſque rebus ſecundum ordinis ſtatum; ſi permitteret notabilem negligentiam in rebus ſpiritualibus, ingreſſus, & egreſſus à domo abſque Prælati benedictione, ſi permitteret vt abiret in deſuetudinem ordinatio prohibens ingreſſum in alienas cellulas, & ita de ſimilibus, de quibus Doctores ſupra citati, tenentur etiam Prælati obuiare delictis committendis per eius ſubditos. Petr. à Plat. in Epit. delict. c. 28. num. 31. Farin. de indic. & tortur. q. 51. num. 41. & ſi ſuperior permittat abire in deſuetudinem ingreſſum in cellulas alterius religioſi, peccat mortaliter; [illegible] magis peccat ſi permitt[illegible]

deſuetudinem ingreſſum in domos ſecularium ſine cauſa, nam vbi maius eſt periculum, cautius eſt agendum, & eſt etiam contra decretum Clem. VIII. de reformat. regularium, vbi ita decernitur; nullus à Conuentibus egredi audeat, niſi ex cauſa, & cum ſocio, licentiaque ſingulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à ſuperiore, qui non aliter eam concedant niſi cauſa probata, ſociumque exituro adiungat, non petentis rogatu, ſed arbitrio ſuo; neque eandem ſępius: licentiæ verò generales exeundi nulli omnino concedantur. Et hoc decretum non eſt ſimplex conſtitutio religionis; quæ non obligat ad peccatum tranſgreſſores ſubditos, ſed eſt præceptum Pontificis, cui per præceptum regulæ tenentur Fratres minores obedire, & fuit factum in commune bonum totius religionis. Quare magis obligat, quàm conſtitutiones, vnde neſcio quomodo ſuperiores poſſint illud

13 negligere, vt abeatur in deſuetudinem, ſine graui peccato. Et dicunt Doctores quod cauſa concedendi licentiam etiam ſemel à monaſterio exeundi, debet eſſe vel neceſſaria, vel vtilis. Alias ſuperior concedens licentiam peccat ſaltem venialiter. Sicut etiam peccant ſubditi importunis prec[illegible] eam extorquentes. Ita poſt [illegible] & Mirand. Peyrin. de ſubd[illegible] c. 23. §. [illegible] em, & ſe[illegible] Ant. a [illegible] to. di[illegible] diſp [illegible] nó ſin[illegible] ex[illegible] t, quo[illegible] [illegible] um p[illegible]

cipue, ex nimia familiaritate, quã religioſi habent cum ſæcularibus, & ex frequentia domorum earum. Non nego quod recreationis cauſa concedi aliquando poſſit egreſſus à Conuentu extra domos habitationis ſæcularium; nec credo, quod hoc prohibitum ſit à Pontifice. Audiant ergo Prælati hanc neceſſariam veritatem, ſi nolunt damnari pro peccatis alienis; quia ignorantia in hoc non excuſat, ſcire enim, & ſcire debere paria ſunt; debent ergo ſuperiores vigilare, & adhibere omnem diligen-

14 tiam in his malis præcauendis & in Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 1. de reformatione dicitur: Certiſſimi iuris eſt non admitti paſtoris excuſationem, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit, & eſt communis opi-

15 nio, quod Prælati regulares tenentur ſub mortali corrigere peccata venialia ſubditorum, quando negligendo correctionem minuitur regularis diſciplina, ita Lorca in 2. 2. D. Thom. diſp. 45. numer. 4. Trullench. in decalog. tom. 1. lib. 1. c. 5. dub. 14. nu. 5. Caſtr. Pal. tract. 6. diſp. 3. punct. 3. num 7. Caſpenſ. in curſu Theolog. de charit. t. 2. tract. 17. diſp. 6. ſect. 1. num. 8. Sanch. in opuſc. tom. 2. lib. 6. c. 2. dub. 2. num. 8. Suar. diſp. 8. ſect. 2. num. 6. Torres in 2. 2. tom. 1. diſput. 86. dub. 2. Coninch. de char. diſp. 28. n. dub. 3. 24. M[illegible]d. de ordine iudic. tom. 1. q. [illegible] 1. concl. 5. Tanner. 2. 2. [illegible] dub. 4. numer. 76. Vill[illegible] [illegible] tract. 4. difficult. 2. [illegible] [illegible]e Lugo de iuſt. diſp. [illegible] 1. tom. 1. Laym. [illegible] 3. c. 7.

Digitized by Google

c. 7. Baſſæus verbo correctio.. & alij penes ipſos. Et ſi his temporibus ſubditi ſanam doctrinam nolint ſuſtinere, & tolerare; tanto magis oportet vt ſuperior inuigilet, & impleat miniſterium ſuum eos arguendo, & increpando, iuxta illud Pauli ad 2. Timothei 4. 2. argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinā non ſuſtinebunt, &c. tu verò vigila, in om-
16 nibus labora, opus fac euāgeliſtæ, miniſterium tuum imple; & non adimplendo hoc miniſterium, eſſet malus Prælatus, & in ſtatu damnationis, nec poteſt ſe excuſare propter difficultatem, quam habere poteſt cogendi ſubditos ad obſeruantiam prædictorum; quia non per hoc debet deſiſtere ab hac obſeruantia, & toto pectore non incumbere. Et ſi careat hac vi, & virtute cogendi ſubditos ad dictam obſeruantiam, audiat Spiritū Sanctum cum eo loquentem, in Eccleſiaſt. 7. 6. noli quærere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitatem. Aliàs quærere prælaturam eſt quærere mortem æternam; & ſic eā oblatam acceptare, etiam quando habet quis idoneitatem, eſt ponere ſe in periculo
17 damnationis, ſine dubio eam quærere maximè ſine idoneitate, eſt damnationem quærere; vt dicit S. Cyprian. lib. de ieiun. & tentatione Chriſti, ibi; Sicut peremptoria eſt altitudo quæſita, (quia perimit, & occidit animam) ita periculoſa eſt oblata, & ad leuiſſimam culpā tenetur. Sylu. verbo culpa q. 4. Corduba caſu 55. ad finē Petr. Nauarr. tom. 2. lib. 3. c. 2. num. 5. & 14. Nald. verbo culpa num. 5. & S. German. in regula monacorum c. 15. relatus à Dionyſ. Carthuſ. l. de vita, & regimin. Epiſcop. c. 42. loquendo de quodam religioſo qui propter conſilium hominis ſanctæ vitæ renunciauit Epiſcopatum, ad quem erat aſſumptus, & poſt mortem comparuit illi, & ita dixit; Gratias pater tibi refero ex diſſuaſione Epiſcopatus, nam ſcito, quia nunc eſſem de numero damnatorum, ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum. Et idem Dionyſ. refert etiam de quodā Cæſario Monacho Clarauallenſe, qui rogatus à ſuo Abbate vt acceptaret Epiſcopatum, noluit ille in hoc obedire; Et poſt mortem comparuit ad amicum, à quo interrogatus qua pœna fuit punitus à Deo propter inobedientiam, in non acceptando Epiſcopatum? Et Reſpondit, nulla pœna; imò ſi Epiſcopatum accepiſſem, eſſem æternaliter damnatus, ſed hoc intelligo de acceptatione Epiſcopatus ob vanam gloriam, non ad bonum finem. Nam S. Ioan. Chryſoſt. tom. 5. hom. 42. ad Populum Antiochenum dicit; Anima cupiens honorem, & glorificari, non videbit regnum cœlorum.
18 De diffinitoribus pauca dicam; quia ſiue ſunt diffinitores generales, ſiue prouinciales non habent curam animarum, & in aliquibus religionibus habent votum conſultiuum, & vocantur conſultores, vt in Societate Ieſu. Suar. tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 10. c. 1. num. 6. in ali-

aliquibus verò habẽt votum deci-
ſiuum,& aliquando vocantur col-
legæ Generalis, vel Prouincialis.
Differunt autem habere votum
conſultiuum,& deciſiuum; habere
votum conſultiuum cum Genera-
li, vel Prouinciali, eſt quod tota
rei deciſio, & iudicium à Generali
fiat,conſultis tamen, & auditis aſ-
ſiſtentibus; & quando conſilium
non requiritur pro forma, licet
Generalis, vel Prouincialis tenea-
tur illud à conſultoribus require-
re,non tamen tenentur illud ſequi
& non ſequentes eorum petitum
conſilium, ſententia poteſt eſſe
iniuſta,non autem nulla,Sigiſm.de
elect.dub.107.num.7.Lezzan.tom.
1.c.13.numer.21.Fr. Ant.à Spirit.
ſanct.de regim.Prælat. tract. 4. di-
ſput.6.num.12.

Et conſilio non requiſito,in ali-
quo actu,actus eſt nullus. Roderic.
qq.reg.tom.2.q.103.& vbi peten-
dum eſt conſilium non ſufficit pe-
tere ex poſt facto,Roderic.ibidem,
& ſi conſilij petitio requiratur pro
forma,& à diffinitoribus non peta-
tur,actus eſt nullus. Hieron. Rode-
ric.in compendio reſ.51. numer. 2.
Et quando conſilium eſt petendũ
à collega,& participe officij, tunc
qui tenetur petere conſilium,tene-
tur etiam illud ſequi.Bart.in l. 1. §.
ſi plures numer.7 ff. de execut. act.
Nauar.conſ.9.num.13. ſub tit. de
conſt.in nouis, Gonzal. ad reg. 8.
Cancell.gl.46.num.76.Barboſ. in
c.ſi ad ſolum de voto, & voti, &c.
num.5.

In religionibus verò vbi diffini-
tores habent votum deciſiuum ad
res graues decidendas,non poſſunt
Prælati ſuperiores ſententiam ali-
quam grauem contra aliquem mo-
nacum ferre ſine conſenſu diffini-
torum, & ſententia ab eis lata ſine
maioris partis conſenſu nullius eſt
valoris, & momenti. Roderiq. qq.
regular.44.artic.2.tom.2.Hierom.
in compend.dicta reſol.51. num.2.
Mirand.tom.2.q.17.artic.2. concl.
4.Sigiſm.de elect.dub.107. num. 8.
& dub.59.numer.4. Lezzana dicto
num.21.& 23.Fr.Ant.à Spir.ſanct.
22 dicto num. 12. Sunt enim conge-
nerales, ſiue conprouinciales:
ideſt coadiutores,& participes of-
ficij Generalis,vel Prouincialis,in
omnibus rebus grauibus. Sigiſm.
locis citatis.Peyrin.de Prælat.q.1.
c.2.§.vnico num.20.Lezzana dicto
numer. 23. & res graues dicuntur
cunctas reorum cauſas definire;
emergentia dubia, ac negotia ex-
pedire; Guardianorum prouiſio-
nes facere;ſtudia,lectores,nouitia-
tus,ac magiſtros nouitiorum inſti-
tuere,& ſimilia.

23 Iuriſdictio diffinitorum non
competit cuilibet ſeorſum, ſed dif-
finitorio collegialiter, & vt ſimul
congregato,& tantum in iudicijs,
& ſententijs de rebus grauibus fe-
rendis,vt dictum eſt.Fr. Ant. à Spir.
ſanct.vbi ſupra num.26. & 27. Ge-
neralis verò,vel Prouincialis nul-
lam poteſt definire cauſam quæ de
24 iure conſtitutionali,vel de conſue-
tudine eſt expedienda cum con-
ſenſu Patrum Diffinitorum, niſi
collegialiter cum ipſis diffinitori-
bus id faciant. Aliàs ſi cum conſen-
ſu cuiuſcumque diffinitoris ſepa-

ratim ſolummodo id agant; talis actus eſt prorſus nullus, Tamburin. tom.3.diſp.1.quæſito 2.numer. 15. Fr.Ant.à Spir. ſancto vbi ſupra nu. 17.& 18.Lezzana tom.2.c. 13.nu. 2. quia dicti diffinitores cum ſuo Generali vel Prouinciali non ſunt ſuffragatores vt ſinguli; nec vt ſinguli aliquã iuriſdictionem habent; ſed quatenus vnum corpus efficiũt cum Generali, vel Prouinciali. Sigiſm.dicto dub. 107.num.9. vbi limitat quando propter imminen-
25 tem neceſſitatem non poſſunt ſimul conuenire, & ſequitur Tamburin. vbi ſupra num.26. vel quando maior pars collegialiter conueniat, quia actus eſſet validus niſi contempti vellent irritare, licet contrarium (quod eſſet ſemper nullus) affirmet Fr. Anton. ſupra num. 19. Generalis, vel Prouincialis non
26 eſt ſuperior diffinitorio ſimul congregato, licet ſit caput ipſius. Fr. Ant.à Spirit.ſanct.vbi ſupra nu. 28. & vnuſquiſque diffinitor non tenetur ſtare opinioni Prouincialis quando ſibi non videtur iuſta. Nec opinioni aliorum iniuſtæ.
27 Sed debet clare, & aperte ſuum ſenſum aperire, non obſtante Prouincialis aliorumque diffinitorum opinione in contrarium; Et debet contradicere, quia officium, ſeu munus diffinitorum eſt vt res examinet; Et quando agitur contra aliquem reum proceſſiuè debet videre, conſiderare, & examinare totum proceſſum, & rem diſcutere, ſecundum iuſtitiam, & charitatem, & non ſtare dicto Prouincialis, aut aliorum. Et poſtea in medium proferre debet ſuum ſenſum; quia diffinitores ſunt coniudices, & ideo non tenentur ſicut ſubditi ſe conformare ſuperiorum voluntati, in præiudicium communitatis, vel tertii. Roderiq.tom.2.q.25.artic.5. Hieronym. Roderiq. in compend. reſol. 51. num. 4. Miranda tom. 2. q.17.artic.4. Samuel de elect. canonic.tract.3.diſp.3.contr.3.referens Innoc. Panorm. Felin. & alios. Tamburin. de iure Abbat.tom. 3. diſp.1.quæſito 3.num.2 & ſeqq. Fr. Ant.à Spirit. ſancto vbi ſupra, & ad hoc vnuſquiſque tenetur, etiam ſi eſſet conſultor ſub peccato mortali. Et non ſufficit tacere, & poſtea ſuum votum ſecundum ſuam conſcientiam præbere. Fr. Ant. à Spirit.ſanct. vbi ſupra num. 21. & 22. Lezzana vbi ſupra numer. 24. Ricc.in praxi variar. reſ. 249. par. 2. Si verò Generalis, vel Prouincialis diceret ſe habere iuſtas cauſas ad aliquid faciendum, vel illis ſilentium imponendum, cum res ſit dubia, & incomperta, credendum eſt illi. Lezzana dicto num.24.
28 Si ſententia prolata in diffinitorio à maiori parte contineat manifeſtam iniuſtitiam, diffinitor qui in eam non conſentit tenetur ſe ſubſcribere. Hieronym. Roderic. vbi ſupra num.9. Girag.par.3.dub. 19.numer.133. & è contra ſi contineat manifeſtam iniuſtitiam nõ tenetur ſe ſubſcribere. Girag. ibidem; ſi iuſtitia ſententiæ prolatæ, eſt valdè dubia, nec pro vna aut altera parte ſunt rationes probabiliores; tenetur ſe ſubſcribere, manente dubio ſpeculatiuo, Sanch. in ſumma

:.3.num.3. lib. 6. Miranda tom. 1.] 26.artic. 1. Peyrin. de ſubdito q. ·.c. 7. ſecus manente dubio practi o, Girag. vbi ſupra num. 134. aut |uando diffinitor eſt certus ſe non)eccare non parendo, aut dubi- at ſi ſubſcribendo peccet, Gi- ·ag.ibidem poſt alios; aut quando landum eſt pro reo, idem in 3. li- nit.Si ſententia eſt probata ſecun- lum probabiliorem ſententiam te- ıetur ſe ſubſcribere. Niſi opinio)robabilis in praxi eſſet magis re- epta.idem Girag.num.135.

Reuelantes ſecreta diffinitorij ·ontra præceptum præſidis, & tiam præcepto non exiſtente, cũ ·es ipſa id poſtulat, ſunt grauiter)uniendi, quia peccant contra bo- ıum commune Ordinis, Roderiq. om.2.qq.regul.36.artic.3. Lezza- ıa dicto c.13. numer. 22. Et poteſt :tiam præſes punire quemlibet liffinitorem ſi delinquat extra res)ertinentes ad diffinitorium, Pey- :in.de Prælato q.1.c.2.§. vnico nu. 36.Fr. Ant. à Spir. ſancto vbi ſupra ıum.28.& ſeq. & Peyrin. de ſubdi- :o q. 2.c 3.§.13. addit, quod pœna 'alſi poſſunt puniri ſecretarij, vel 'criptores, vel collegæ Prælato rum qui in viſitationibus Genera- libus, & Prouincialibus oſtendunt lepoſitiones Fratrum illis, contra ǫuos ſunt factæ, & deponentium nomina notificant.

Diffinitor à Prælato ſuperiore ad diffinitorium vocatus, & re- nuens accedere ſine legitima cau- ſa, peccat contra obedientiam, & contra bonum commune, quod tueri tenetur, & aſſiſtere ſuo Præ lato in rebus publicis, & ad reli- gionem pertinentibus, ratione cu- ius arbitrariè puniri poterit. Ro- deriq.tom.2.q.45. artic. 9. & com- pend.reſol.51.num.8.

31 Diffinitores Generales, vel Pro- uinciales debent habere eandem ſcientiam quam ipſe Generalis, vel Prouincialis; quia ſunt cum illo in grauioribus cauſis coniudices, Peyrin.de Prælat.q.2.c.2.num 31. Fr.Ant. à Spirit. ſanct. vbi ſupra num. 14. vbi cum Peyrino loco ci- tato ſubdit; non poſſe tuta conſciẽ- tia eligi in diffinitorẽ Generalem, vel Prouincialem, qui dicta ſcien- tia non fuerit præditus ſub præ- textu quod alij quinque, vel tres diffinitores ſint doctiſſimi; & quod ipſe illorum opinioni ſemper ad- hærebit; nam licet hoc in concordi ſententia fortè ſuſtineri poſſet, in diſcordi tamen ſi indoctus ſit, non poterit inter eorum ſententias iu- dicare. Et P. Zaccaria in Rituario in appendic.par.3.c.6 fol. 484. di- cit, quod diffinitor debet eſſe ſin- gulari prudentia ornatus, ſacro- rum canonum non ignarus, ac tali ſcientia imbutus, qua & reorum

32 cauſas iudicare, & propoſitas quę- ſtiones ſoluere, ac dubia explicare, & eorum omnium quæ efficit ra- tionem reddere valeat. Quid ergo dicendum quando, & Prouincia- lis, & diffinitores ſunt ignorantes, certè nihil aliud dici poteſt, niſi il- lud Matthæi 15. cæcus cæcum du- cit, & ambo in foueam cadunt. Et Ariſt. dicit, omnis ignorans ne- ceſſitate malus; permittit ergo Deus malos Prælatos, quando ſub-

diti ſunt mali, maximè factioniſti, qui non quærunt quæ Dei ſunt, ſed quæ ſua ſunt, & ideo eligunt non magis bonos prudentes, & ſapientes, ſed magis factioniſtas quia iudicium eorum eſt perturbatum, & obtenebratum, & non habent Spiritum Dei cum eis, ſed Spiritum ambitionis, & ideo peiores iudi-
33 cant meliores. Et id Deus permittit in pœnam ſubditorum; vt inquit D. Greg. 1. p. paſtor. c. 2. Peyr. de Prælato q. 2. c. 2. num. 36.

CAPVT III.

De Veritate in iudice neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Veritatem iudex ſeruare debet in iudicando.*

2 *Iuſtitia non ambulat ſine veritate.*

3 *Vtilius eſt ſcandalum naſci, quam quod veritas relinquatur.*

4 *Iudex tenetur inquirere veritatem etiam pro innocentia Rei.*

5 *Iudex debet iudicium proferre, vt de cultu Dei exeat.*

6 *Veritas quid ſit oſtenditur, & ſeqq.*

7 *Veritas vna eſt rei, altera eſt notitiæ.*

8 *Ille cui committitur notitia certæ rei debet ſequi legem fori, non legem poli.*

9 *In iudicando non ſemper attenditur ad veritatem rei, ſed ad veritatem notitiæ.*

10 *Veritas cognita in Sacramentali confeſſione non eſt attendenda à iudice.*

11 *Veritas cognita à iudice vt priuato non eſt attendenda.*

12 *Iudex, quæ non cognoſcit vt iudex ignorat.*

13 *Iudex ſequi debet veritatem ſibi notam vt iudex, & perſona publica.*

14 *Iudex iudicans aduerſus priuatam ſcientiam, ſed ſecundum allegata, & probata, iudicat ſecundum veritatem.*

15 *Iudex in iudicando fungitur authoritate publica.*

16 *Iudex ſi non iudicaſſet ſecundum allegata, & probata bonum commune deſtrueretur.*

17 *Iudex non facit contra conſcientiam, quando iudicando facit contra ſcientiam ſpeculatiuam.*

18 *Conſcientia iudicis debet eſſe inſtructa allegationibus, & probationibus.*

19 *Iudex tenetur inuenire remedium liberandi innocentem ſibi cognitum ſcientia priuata, in quibus remedijs licet varient Doctores, traduntur ab authore meliora remedia & num. 20 21. 22. 23.*

24 *Iudex ſupremus poteſt iudicare ſecundum priuatam conſcientiam, & idem poteſt facere qui gerit vicem Principis, num. 25.*

26 *Scientia priuata poteſt vti iudex in his quæ ſunt modici præiudicij, & in conferendis officijs, numer. 27.*

28 *Iudex, qui poteſt procedere ſola veritate inſpecta, an poſſit iudicare ſecundum priuatam ſcientiam.*

29 *Veritas in iudice duplex eſſe debet.*

1 Ve-

1 Veritatem Iudex ſeruare debet in iudicando, iuxta illud Zacch.7.hæc dicit Dominus, iudicium verum iudicate; Vnde omni ſtudio rerum veritatem inquirere debet,quia iudicia Dei,cuius gerit vices ipſe iudex,vera ſunt, ac iuſtificata in ſemetipſa, pſ.18. & qui contemnit veritatem, Deum prodere videtur.c.abijt 2.q. 2. & veri-
2 tatem diligit Deus, præſertim in ore iudicum;quia iuſtitia non ambulat ſine veritate; Vnde Dauid iuſtitia, & Veritas obuiauerunt ſibi,& in Deuteron. 13. habetur; ſi audieris in vna Vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum dicentes aliquos egreſſi ſunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores Vrbis ſuæ, atque dixerunt eamus, & ſeruiamus Dijs alienis, quos ignoratis,quære ſollicitè,& diligenter; rei veritate perſpecta, ſi inueneritis certum eſſe, quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam ſtatim percuties, &c. & in pſ.110.dicitur: Opera manuum eius veritas,& iudicium; Et in pectore Aaron ſummi Sacerdotis,qui etiam iudicis officio omnium difficilium fungebatur, Deo ipſo iubente ponebatur rationale iudicium,in quo legebatur, Veritas, & Iudicium. Idcircò Ambroſius admonet ſerm.20.in pſal. 18. in iudicando magis cordi ſit veritatis cuſtodia, quam obedientia voluntatis.Et in c.qui ſcandalizauerit de regul.iur.in 6. & Seraph. de priuileg.iuram 90.num.6.dicitur vtilius
3 eſt ſcandalum naſci, quam quod veritas relinquatur; & hæc veritas attenditur in delictis,maximè cum vera, vel præſumpta delinquentis exiſtimatione concurrat.Din.conſ. fin. in fine verſ. item in delictis, Clar.q.33. num.2. vbi quod Iudex
4 ex officio tenetur inquirere veritatem, etiam pro innocentia rei, nam Iudex dicitur miniſter Dei in terris,25.q.1.c.Nec is,& c.non ſolũ 23. q.5. propterea debet iudicium proferre, vt de vultu ipſius Dei, qui eſt via,veritas,& vita prodeat,
5 c.vt noſtrum de appell.c.1.in princip.vt Cler.benefic.Caſtr.conſ.381. lib.1.Et in actu iudicandi nil aliud quæri debet,quã veritas,c.illicitas §. veritas,ff.de officio proconſul.
6 Florian.conſ.15.num 10. Vnde iudex debet duo habere,ſcilicet ſciẽtiæ ſalem ne inſipidus ſit, & ſalem conſcientiæ ne Diabolus ſit. Bald. in l.2.C. de ſent. Florian. conſ. 15. num.15.
7 Sed quid ſit veritas, quæ in iudice requiratur,ſcire prius oportet. Veritas itaque eſt Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus vt in Euang.Matth.26.& Ioan. 14. Ego ſum via,veritas & vita; & ideo iudex,qui contra veritatem dat iniuſtam ſententiam pro pretio, vendit Chriſtum,ſicut fecit Iudas;quia vendit veritatem Marant.in prax. 3.par.numer.66.& ſeqq. Et ſecundum Philoſophum veritas eſt adęquatio rei cum intellectu,& ſequi-
8 tur Alex.conſ.56.num.1. lib. 4. Et quo ad præſens negotium attinet, veritas dupliciter conſiderari poteſt,vna eſt veritas ipſius rei,ita vt id, quòd aſſeritur à parte rei ſit: altera

Altera eſt veritas notitiæ , ſeu ſcientiæ,& eſt, cum id quod aſſeritur,ſit ſicut exiſtimatur,ſeu cogno. ſcitur, licet tamen in rei veritate , non ſit ita.Sayr.in Clau. reg. lib. 6. 12.cap.8.numer.1. & Alex.ibi,vbi apoſtill. in verbo veritas accommodatur ſecundum notitiam, non ſecundum eſſentiam,& idem Alex. ibidem poſt Bald.in l.Iuſtitiam, ff.
8 de iuſtitia,& iure, dicit; quod hæc veritas eſt notitia certæ rei, maximè per viſum, & ille, cui committitur notitia certæ rei debet ſequi legem fori , non legem poli , et ſequitur Tuſc.litt.V.concl.163.num. 12.Et in iudicando non ſemper attenditur ad veritatem rei, cum aliquando eſt occulta , nec indagari
10 poteſt,et ſoli Deo cognita, ſed attenditur veritas notitiæ,ſeu ſcientiæ. Quæ triplex eſt ; vna cum quis aliquid nouit veluti Dei miniſter in Sacramentali confeſſione;altera cũ quis aliquid nouit veluti perſona priuata; et Tertia cum quis aliquid nouit veluti perſona publica, videlicet per duos,vel plures teſtes informatos, per ſemiplenas probationes,per inſtrumẽta,per indicia, et coniecturas , et alijs modis arbitrarijs iudici in proceſſu ritè fabricato . Florian. dicto conſ. 15. num.19.et ſeqq.Tuſc.litt.V. concl. 166.num.42.

11 Veritas ſcientiæ , qua in Sacramentali confeſſione quis cognouit attendi non debet;quia extra conſcientiæ forum reuelari non poteſt c.Si Sacerdos de off.Iudic. ordin. c. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. et remiſſ. Veritas, quam iudex nouit ,
12 vt perſona priuata nec attendi debet, c. nõ prohibeat de conſecr. diſt. 2. & licet in Exod. 23. præcipiatur innocentem, & iuſtum non eſſe occidendum;hoc intelligendũ eſt Primò vt à priuato non occidatur;Secundò intelligendum eſt , vt nec à iudice quis occidatur , quando iuridice probatur innocens , & iuſtus: Sed ſi iuridicè probetur quẽ eſſe reum,& nocentem, tunc iudex inferior vt talem condemnare poteſt : quamuis vt priuatus ſciat eſſe innocentem,& licet in eadem Exodo ſubijciatur,non ſuſcipies vocem mendacij,nec in iudicio plurimorum acquieſces, vt à vero deuies, intelligi hoc debet , quando iudex adhibita diligentia inuenit teſtes eſſe mendaces , quos ex officio repellere debet , & à vero , quod vt iudex nouit nullo modo deuiare debet . Et non debet iudex in iudicando relinquere veritatem , quam habet vt iudex, ſequendo
13 veritatem,quam habet vt priuatus , quia iudex quæcunque vt iudex non cognoſcit,ignorat.Nauar. conſ.vnic.de off.iudic.nu.5 . Scientia enim priuata non pertinet ad iudicem , qui ex publicis documentis iudicare debet. Veritatem igitur illam ſequi tenetur tam in cauſis criminalibus , quam in ciui-
14 libus, quam ſibi tamquam iudici , & perſonæ publicæ innoteſcit,quę quidem illa eſſe videtur , quæ in actis legitimis conſtat, licet contrarium ipſe tamquam priuatus eſſe certò cognoſcat . Vnde in iudicio condemnare poteſt eum,quem ſcit innocentem vt priuatus,ſi legitimè con-

conuictus ſit; & licet iudex iudica-
re debet ſecundum veritatem.
Deuteron. cap. 7. & cap. venera-
bilem qui filij ſint legitimi; hoc
tamen procedit, quando falſitas
teſtium, vel inſtrumentorum ei-
dem iudici vt iudici patet; non au-
tem, cum eidem vt priuato con-
15 ſtat; quia hoc eſſet perniciosum
Reipublicæ; & iudex iudicans ex
allegatis, & probatis aduerſus pri-
uatam ſcientiam, iudicat ſecun-
dum veritatem. Probatur c. 9. q. 7. c.
iudicet 11. q. 3. gloſ. in c. Paſtoralis
§. quia vero, verſ. tenetur, & §. ve-
ritas de off. deleg. lege illicitas, ff.
de off. Præſidis c. Deus Omnipo-
tens 2. q. 1. c. Placuit 6. q. 2. gl. in c. 1.
in verb. ſecũdum quod Canones de
off. Ordin. cum alijs concordanti-
bus Bart. in dicta l. illicitas. §. Veri-
tas, & ibi Imola qui hanc opinio-
nem communẽ dicit, Bonif. Vita-
lin. in tract. de malefic. in proęm. n.
3. Iaſon in l. ait Prætor §. ſi Iudex
num. 21. ff. de re iudicata. Turre-
crem. & Archidiac. in c. ſi Sacerdos
de off. ordin. Vmbert. Locat. in ope-
rib. Inquiſitor. in verbo Iudex. verſ.
Sed vt remiſſam, Menoch. lib. 1. de
arbitr. q. 24. num. 3. & conſ. 92. nu.
80. qui alios citat Couar. lib. 1. va-
riar. num. 6. Clar. § fin. q. 8. num. 5.
& q. 66. verſ. Scias autem Farinac.
q. 21. num. 163. & ſeq. Scacc. de iu-
dicijs q. 8. num. 1. Exemplo Salua-
toris Domini Noſtri Ieſu Chriſti,
qui & ſi ſciret mulierem illam verè
deliquiſſe, quia ipſe omnia ſcit, &
eſt ſcrutator cordium; tamẽ vt ha-
betur Ioan. 8. Interrogauit mulie-
rem, mulier quis te accuſat, & ipſa
dixit, nemo Domine, & Dominus
dicit, nec ego te condemnabo. Et
ex Theologis idem tenent D.
Thom. 2. 2. q. 64 artic. 6. ad tertium
& q. 67. artic. 2. Caetan. Banneſ. Sa-
lon. & Petr. de Aragon. ibidem. S.
Anton. par. 3. tit. 9. cap. 2. §. 6. Abul-
lenſ. in c. 23. Exodi q. 6. Nauar. in
Manual. c. 25 num. 9. & 10. & in C.
Si quis de pœnit. diſt. 8. num. 129.
Sylueſt. verbo iudex 2. q. 5. Tabien.
verb. iudicare §. 5. Tolet. in ſumm.
lib. 5. c. 56. Sayr. in Clau. reg. lib. 12.
c. 8. num. 13. & per totum Sanch. in
opuſc. lib. 6. c. 1. dub. 17. numer. 5. &
15. vbi hanc opinionem commu-
16 niorem appellat. Ratio eſt; quia
iudex in iudicando non fungitur
authoritate priuata, ſed authorita-
te publica à Rege, ſeu communi-
tate acepta; & ſicut id agere debet,
quod publica poteſtas illi tribuit;
ita iudicare debet iuxta ea quę per
ſcientiam publicam ſibi conſtant,
& per conſequens, vt iudex eſt, &
non vt priuatus; Et quamuis ratio
naturalis, dictet vitam innocentis
tuendã eſſe, quia tamẽ in hoc euẽ-
tu cum alia lege naturali fortiori
concurrit; ideo illi cedere debet.
Docet enim ratio naturalis iudi-
candum eſſe ſecundum allegata, &
17 approbata, & ſecundum publicam
ſcientiam. Aliàs bonum commune
deſtrueretur, quod bonum com-
mune prǽferri debet bono priuato,
nempe legi de tuenda vita inno-
centis, contra pacem, tranquillita-
tem, & concordiam reipublicæ.
Quia ſi iudex non condemnaret
hominem probatum noccentem
propter priuatam ſuam notitiam,

quam

Digitized by Google

quam habet de innocentia huiuſmodi hominis, ſequerentur plurima,& grauiſſima inconuenientia, & damna in republica. Nam ſuboriretur maximum ſcandalum dum viderent homines iuſtitiam non ſeruare, & probatum nocentem abſolui; item ſi iudex poſſet iudicare ſecundum conſcientiam daretur occaſio prauis iudicibus liberandi quoſcunque criminoſos pretio, vel prece, amore, aut timore. Et ideo tenetur iudex iudicare non vt Deus iudicat, ſed ſicut Deus vult vt ipſe iudicet. Et Deus vult, & ſtatuit quod iudex, qui gerit perſonam publicam iudicet ſecundum allegata, & probata, & ſecundum ſcientiam, & veritatem publicam, vnde in Deuteron. 17. dixit, in ore duorum vel trium teſtium peribit, qui interficietur, & ſubdit, manus teſtium primo interficiet eum, & ſic non iudex, qui condemnat interficit; ſed manus teſtis, iudex autem debet applicare legem delicto probato, imò ipſa lex, & non iudex in hoc caſu propter bonum publicum innocentem damnat.

Non obſtat quod non licet facere contra conſcientiam; ſed iudex condemnando hominem, quem ſcit vt priuatus, eſſe innocentem facit contra conſcientiam: Ergo facere non poteſt. Reſpondetur
18 quod iudex non dicitur facere contra conſcientiam, quando facit contra conſcientiam ſpeculatiuā, quæ nihil facit ad condemnationem, ſed quando facit contra conſcientiam practicam. Vnde duo conſideranda ſunt in hac re, vnum, quod pertinet ad ſcientiam iudicis priuatam, & ſpeculatiuam, ſcilicet, quod Petrus eſt innocens; Alterum eſt quod pertinet ad ſcientiam practicam, ſcilicet, quòd Petrus probatur reus, & conſequenter condemnandus. Quamuis igitur à parte rei Petrus ſit innocens, & ità cognoſcatur à Iudice, quia tamen ſecundum ſcientiam practicam probatus eſt reus, iudex condemnando eum, non agit contra conſcientiam, quæ in iudicio practico, & non ſpeculatiuo conſiſtit. Sayr. dicto c. 8. num. 15. Clau. reg. Mirand. de Ordin. Iudicial. q. 27. num. 35. Et non occidit innocentem, quando occidit eum, qui ex publicis teſtimonijs Nocens eſſe apparet, quamuis per priuatam cognitionem innocentem agnoſcet, ita ex Ludouic. Lopez. & Ioan. Capiſtr. Matt. in additionibus ad Guid. Pap. quæſt. 29. & ſic quando dicitur quod iudex debet iudicare ſecundum propriam conſcientiā; intelligi debet ſecundum conſcientiam practicam, quam habet, vt iudex, & non ſecūdum conſcientiam quam habet, vt priuatus l. 3. q. 6. ca.
19 Poſtulamus; & debet eſſe conſcientia inſtructa, & informata allegationibus, & probationibus, & probata legibus, & iuribus c. Sacerdos de off. Ordin. Pariſ. deput. de Synod. in verbo Iudicare, c. 2. aliàs teneretur in ſyndicatu Pariſ. deput. ibidem Amad. de Synd. numer. 161. Farinac. cum alijs ab eo citatis q. 11. num. 491.

20 Tenetur tamen iudex inferior remedium iuridicum inuenire, quo

quo vti debet, antequam ad ſen tentiæ Prolationem contra innocentem ab eo, vt priuatus cognitum, veniat probatum nocentem ex allegatis incontrarium. In quibus remedijs variant D.D. Quidam iudici conſulunt, vt cauſam ſuperiori iudici remittat, & à iudicandi munere potius abſtineat, ſi id commodè fieri poteſt; quam innocentem condemnet, ita D. Thom. 2.2.q.64.art.6.ad tertium Sylu.in verb. Iudex 2 q. 5. Tambien verb. Iudicare num. 5. Soto. lib. 5. de Iuſtit.q.3.artic.2.Cordub.lib.1.q. 37. Imola in c. Paſtoralis, §. quia vero de off.deleg.Fichard receuſ.collect. tom.2.lib.9. tit. 1. de public. Iudic. nu.15. Petr.Greg.lib.48. Syntagm. iuris c.9.num.6.Mirand.dicta q.27. art.2.num.20.Sed hoc remedium non videtur ſatis tutum eſſe; quia perinde eſt, acſi ſuperiori remittere, ac ſupplicio offerre, & exonerando ſe à tali negotio ab alio iudice ſuperiore ex eiſdem actis, & probationibus innocens damnabitur, & effectus liberandi innocentem non ſequeretur, ex tali remiſſione cauſæ ad ſuperiorem. Et ideo hoc remedium, inane iudicant Gaetan.2.2.q.68.art.2.Sotus lib. 5. q.4.art.1.Couar.lib.1. variar. reſolut.c.1.poſt num.9.verſ.7.ſunt. Verum, quod ſi per remiſſionem talis innocentis ad iudicem ſuperiorem probabile eſſet, eum à morte liberandum eſſe, aut talis remiſſio pro. futura ipſi innocenti putaretur; probabilius credo teneri Iudicem remittere.Clauis Reg. lib. 12. c. 8. num. 5. & quamuis Officium iudicis ad id non obliget, ex charitatis tamen lege tenetur. Quando citra ſuum magnum detrimentum poteſt proximum à morte liberare. Sylueſt.vbi ſupra Cordub. lib. 1. q. 37. Panormit. in c. Paſtoralis de Offic.delegat. Viguer. lib. inſtitut. c.5.§ 2.verſ.3.

21 Alij dicunt quod iudex tenetur renunciare officium ſuum, vt vitet damnationem talis innocentis. Accurtius Vgon. Cald. & Syluęſt. quos ſequitur Vaſquez.c.14. lib. 1. controu illuſt.colum.6. Sed quia non tenetur cum tanta iactura propria illum liberare; Contrarium tenent Gaetan. vbi ſupra, & Michael.Salon.& Petr.de Aragon. ibidem Sot.dicta q 4.art. 2. Couar. dicto c. 1. num. 9. Cordub. dicta q. 37.verſ.2.Corollar. Sanch. in opuſc.dicto lib.6.c.1.dub. 18. num. 14. Tolet.lib.5.ſumm.cap.56.Sayr. dicto c.8. numer. 16. vbi quo ad hoc non tenetur neque ex iuſtitia neque ex charitate.

22 Alij opinantur, Iudicem debere pronunciare, ſibi de cauſa non liquere, & hoc ipſum firmare iuramento, tex.in l.ſi de meis §. vult, ff. de arbitrar. Alciat. c. 1. de off. Ordin. num. 91. Sed diſſentit Couar. dicto c. 1. ver. 7. quia non videtur quo pacto iudex hic poſſit iurare ſibi non liquere, cum certus ſit tum de veritate publica, tum de priuata.

23 Sunt aliqui qui exiſtimant, vt ad cauſam diffiniendam alium (ſi ei liceat) ſubſtituat. Ita Fichard.relatus inter D.D.comm.opin. tom. 2. lib. 9. tit. 1. de publicis iudicijs

I num.

num. 15. quod remedium lugubre dicit Vaſquez dicto c. 14. numer. 1. quia innocens ille veriſimiliter peribit ſub iudice ſubſtituto, eius innocentiæ inſcio.

24 Credo tamen, quod ſatius erit primo, vt in limine cauſæ, & cum primum actor accuſat, iudex admoneat, per ſe, vel per alios ne veniat ad iudicium; & ſignificet illi de contraria veritate ſibi nota, & vt faciat quacunque via poterit, accuſationem illam non admittere. Clauis. Reg. lib. 12. c. 8. numer. 3. quòd ſi hac via id efficere nequeat, debet teſtium falſitatem diligenter inquirere, Couar. dicto c. 1. verſ. 7. ſunt qui, Syluest. dicto verb. iudex 2. num. 5. Sotus dicta q. 4. art. 2. vbi ſubdit, quod quemadmodum iudex ſcit innocentiam rei, ita etiam ſcire poterit, quibus vijs poterit falſitatem teſtium detegere, & ob id, iudex ante ſententiam teſtes inſtantiùs interrogare ſeorſim debet, & diſtrictius de hora, & loco, alijſque circumſtantijs, exquiſita diligentia, vt illorum inconſtantiam, aut varietatem, aut mendacium, aut conſpirationem, aut ſub ornationem, aut falſitatem inueniat. Et vti debet illa prudentia, qua vſus fuit Daniel, qui Suſannæ innocentiam patefecit, & teſtium iniquitatem deprehendit. Nam veritas ſēper eſt inueſtigāda; quærendo, opponendo, & diſputando. Viuius deciſ. 289. lib. 1. Et ſi hoc remedium non ſufficiat ad innocentem liberandum, debet iudex tentare, vt eius teſtimonio abſoluatur, ſignificans hoc ipſum Principi, vel Reipublicæ, cuius eſt iudex, & ſic ad tempus exuere perſonam iudicis, & coram ſuperiore agere perſonam teſtis. Ac etiam (ſi citra ſcandalum, & optima diſſimulatione fieri poſſit) liceret ei apertos carceres ſecretò permittere, vt innocens fugere poſſit, & ſe liberare; aut ſententiam quantum poterit differre, etiam ſi multo tempore innocens detineretur in carcere; & ſi nec apud Principem, vel Rempublicam obtinere poſſit huius innocentis liberationem, nec per aliam viam liberare; poterit, & tenebitur (in has vltimas concluſus anguſtias) abſque animæ periculo cauſam ex allegatis, & approbati diffinire; nam potius eſt morti adiudicandus innocens, quam deſerendæ leges, & teſtimonia publica, vt inquit D. Thom. dicta q. 6. 67. art. 2. & q. 64. art. 3. ad tertium, quam opinionem, & concluſionem à Theologis Canoniſtis, & legiſtis frequentiori calculo eſt approbata, & ſi videatur animus extimeſcere innocentem morti adiudicare, non propter hoc deſerenda eſt Iuſtitia; Nam vt dicit Sotus dicta q. 3. art. 2. lex humana, quātumuis iuſta, nihil aliud eſt, quam cribrū ad expurgandū triticum, quæ nequit ſic exactè iuſta, & iniuſta diſcernere, quin cum purgaminibus, nonnulla quandoque decidant grana: Sufficit quod iudex maximam adhibeat quantum eſt ex ſe diligentiam, & curam, vt poſſit innocentem liberare. Cartar. de execut. ſent. capt. band. c. fin. num. 386.

25 Limitant tamen D. D. hanc con-

concluſionem,nõ habere locum in iudice ſuperiorem non recognoſcente,vt in Papa,Imperatore, vel Rege, qui poteſtatem habeat condendi, & abrogandi legem,Cynus, & Bald.& Bart.in l. 1. C. vt qui deſunt aduoc.Innocent.in c. cum aut de Electiõ. Ferin. in c. Paſtoralis §.quia vero num.23.verſ.2. limita. de off.deleg. qui aſſerit hoc procedere in quocunque Domino, cuius dictum in ſuo territorio loco legis eſt. Innocent. in c. cum inter R.de elect.Gaetan. 2. 2. q. 67. art. 2.Couar.dicto lib.1.numer.7.ad finem,Menoch.dicto conſ. 92. num. 81.Cordub.lib.1.q.37. Sot. dicta q. 4 art.2 Petr. Nauar.de reſtitut. lib. 2.c.5.part.2.dub.4.num.173. Sayr. in Clau.Reg.lib.12.c.8.numer. 19. Faber.deciſ. 17. de iudicijs, Ricc. collect. 717. & 1129. Sed hoc citra ſcandalum fieri debet; quare Princeps publicè populo propriam ſcientiam manifeſtare debet, vt notat Gaetan. Sot. Couar. & Cordub.ſupra citat.

26 Et idem dicunt de eo, qui Principis vicem gerit, & in Senatoribus Principũ,Oraſc.in dicta l. illicitas §.Veritas nu.12.Guid.Pap.q. 29.Gram 262.nu.32.Alciat.c.1.n. 89.de off.Ordin.Neuizz.conſ.67.n. 18.Rol.a Val. conſ.70.nu.23.Menoch.dicto conſ. 92. Franc. Marc. deciſ. 13. Sed Oraſcum reprobant Mattienſ.in decalog rel.3.par.cap. 42.Gratian.in reg.iur. reg. 254. & Guido Papa reprobatur a Couar. dicto lib.1.c.1.num.7.ver.Tertium Cacher.deciſ.1.pedamont.num.43. Maſcard.dicta conc.450.numer. 8. Cartarius de executione ſententiæ capto bandit.c.final.num.391.Sanchez in opuſc.dicto lib 6. c. 1. dub. 17.& numer.11.& 16.Marand. ordin.iudic.q 27.art.2.à num. 22. vbi ponit opinionem contrariam, & reſpondet rationibus in contrarium adductis,vſque ad num 35.

27 Limitant ſecundo in his, quæ ſunt modici præiudicij Scacc. de iudicijs lib.1.c.80.num.2.

28 Limitant tertio in officijs conferendis, & alijs, quæ in ipſius arbitrio committuntur, quia potius tenetur ſtare ſcientiæ, quam ipſe habet de meritis cuiuſque, quam dictis teſtium. Sylueſt. dicto verb. iudex 2. q. 5. Michael Solon. 2. 2. q.67.art.2.Sayr.dicto c.8. num. 18. idem dicit Maſcard. dicta concl. 450.num. 15. quando agitur de iuriſdictione voluntaria ex Gloſſ. in fine in leg.Bonorum C. qui admitti,ex D.D.ibi citatis; quod tamen procedit, quando iudex nemini nocet Bald.in l. fin. colum. penult. C.de pœna iudicum, qui malè iudicant numer. 4. verſic. & vnum ſcias.

29 Limitant quartò Aliqui, quãdo iudex poteſt iudicare,ſola facti veritate inſpecta. Succ. Senior. conſ. 11.num.12.volum.3. Abb. ad Bart. in dicta l. illicitas §. Veritas num. 4.Decius.conſ.274.colum.2.Iaſon. in l. Virum, ff. Si certum petatur. Gramm.deciſ. 11. num. 4. & deciſ. 19.Crauet.conſ.210.numer.8. Roland.conſ.7.num.30.volum.3. Maſcard.dicta conc.450.num 12.Gail. obſeru. 11.lib.1.Mi..ſing.cent.6. aſſer.11.Ricc.collect. 1129. Pellegr.

deciſ.97. num. 6. Et tandem Veritas in iudice debet dupliciter eſſe, Primò vt ſit amicus veritatis, & illam quærat, quia vt dicit Eleuter. oportet iudicantem cuncta rimari, Secundò vt in iudicio, & voto ſuo vtatur veritate, & proferat votum nulla paſſione aut affectu motus, ſed iuxta meram veritatem conſcientiæ vt dictum eſt; neque enim alijs aſſentiendum eſt in voto, & dicere cum Terentij paraſito, aiunt, aio, negat, nego; vt ſunt nonnulli iudices huius noſtri corrupti temporis, quia nulla maior eſt peſtis quam hæc, & hoſtium loco habendi ſunt, vt ex Stobeo aſſerit Theſaur. in proem. deciſ. num.28.

CAPVT IV.

De ſcientia, & litterarum peritia iudicibus, ac Prælatis neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Scientia eſt neceſſaria ad iudicandum, ſine qua à iudicibus, & Prælatis boni aliquid ſperari non poteſt.*

2 *Sine ſcientia actitatum iudicium temerarium eſt.*

3 *Ignorantes recipientes Prælaturam, & eorum electores mortaliter peccant, & num. 18.*

4 *Scientia eſt de ſubſtantia Prælaturæ.*

5 *Potentes, verbum, idem ſignificat quod ſapientes.*

6 *Iudices ignorantes minantur à Deo.*

7 *Salomon iudicauit ita ad regimen neceſſariam eſſe ſapientiam, quod illam ſolam à Deo poſtulauit.*

8 *Peritiſſimi eligendi ſunt in omni arte, & num ſeq.*

Scientia, & litterarum peritia quantum neceſſaria in iudice ſit, probatur.

10 *Iudex eſt lex animata.*

11 *Ignorantia iudicis eſt calamitas innocentis.*

12 *Iudices non curantes habere ſcientiam ad ſuum officium benè exercendum grauiſſimum iudicium in ſeipſos accerſant.*

13 *Beata dicitur Reſpublica cui ſapiens Princeps dominatur.*

14 *Singuli tenentur ſcire quæ ad eorum ſtatum, & officium pertinent.*

15 *Iudicare nihil eſt aliud quam ius dicere.*

16 *Iudex debet operam dare vt legum conſtitutiones ante omnia benè diſcat, & firmiter in mente teneat.*

17 *Bene vnuſquiſque iudicat ea quæ cognoſcit.*

18 *Peritus in ſua arte, & non alius, poteſt in ea eſſe iudex, aliàs mortaliter peccat, & num ſeqq.*

19 *Legem contra naturam eſſe, quempiam artem exercere, quam ignorat.*

20 *Prælaturam appetentes ſine debita ſcientia non debent abſolui, ſi non renunciant.*

21 *Prælaturæ ſola neceſſitatis communitate inſtitutæ ſunt.*

22 Illi-

Digitized by Google

22 *Illiteratus quicumque ille ſit in Prælatum aſſumi non debet.*
23 *Iudex debet habere duplicem ſalem, ſcilicet ſcientiæ, & conſcientiæ.*
24 *Iudex debet habere ſcientiam boni, & æqui.*
25 *Qui artem ignorat non rectè de artibus iudicat*
26 *Prælati non debent ab alijs ſcientiam mendicare.*
27 *Mendicare aliunde iudicandi honeſtatem vitium maximum eſt.*
28 *Verecundum eſt ex aliorum manibus quærere quod apud ſe inueniri debet.*
29 *Iudices illiterati appellantur cæci.*
30 *Paſtorale magiſterium eſt ars artium.*
31 *Prælati imperiti increpantur à Deo, & onagri dicuntur 32.*
Et Idoli appellantur 33.
Se ipſos, & ſubditos intereunt 34.
35 *Prælatum imperitum habere, eſt maximum flagellum Dei.*
36 *Electores cauere debent ne imperitos eligant.*
37 *Gloſ quæ aſſerit mediocrem ſententiam in Prælatis ſufficere reijcitur.*
38 *Epiſcopi, & Prælati maiores Religionum debent eſſe peritiſſimi.*
39 *Sigiſmundus de electione reijcitur.*
40 *Eligendi in Prælatos debent eſſe probati, & non probandi, & debent habere ſcientiam in actu.*
41 *Idonei qui non ſunt ad ſtudium, & magiſterium, ſi curant promoueri mortaliter peccant, ſicut peccant qui eos promouent.*
42 *Diffinitores debent habere eandem ſcientiam quam ipſi Prouinciales, & Generales.*
43 *Prælati locales debent habere ſcientiam neceſſariam ad curam animarum.*
44 *Superiores inſufficientes dantur à Deo in pœnam ſubditorum.*

1 INter aliàs partes, qualitates, & conditiones iudicibus requiſitas, vnam ex præcipuis eſſe ſcientiam, atque Sapientiam, certum eſt: ad quam ſummoperè in electionibus Prælatorum faciendis habenda eſt ratio; cum ſine ipſa a Prælatis vix quippiam boni credi, aut ſperari poſſit, nam Prælati Religionum ſunt etiam iudices, & ſcientia ad iudicandum neceſſaria eſt 2. q. 2. c. vlt. de pœnitent. diſt. 6. & c. 1. de con. ſanguin. & affinit. Autent. de iudicijs in princip. Gloſſ. in c. ſciſcitatus de reſcript. c. vt euidenter 1. q. 1. c. Si ad tempus 11. q. 3. cap. Si quis 24 q. 3. cum alijs concordantibus, quia nullus poteſt eſſe iudex ſiue ordinarius, ſiue delegatus, maximè Eccleſiaſticus, niſi ſit pe-
2 ritus: Et adeò ex neceſſitate requiritur ſcientia, quòd ſine illa actitatum iudicium temerarium eſt. Et ipſe iudicans mortiferè peccat. Et
3 non ſolum qui iudicat, & qui recipit Prælaturam, & munus iudicãdi ſine ſcientia neceſſaria, ſed etiã eorum electores mortaliter peccant

cant Abb. in c. in Cunctis num. 4. de elect. Innocent. ibi numer. 3. qui probat ex c. Omnes diſtinc. 38. vbi dicitur, quod ſcientia eſt de ſub
4 ſtantia Prælaturæ, & ex c. final. de ætat. & qualit. vbi eligentes ignaros, & ipſi electi ſunt puniendi. Tabien. verbo Cleric. 2. num. 3. Syl ueſt. eodem verbo numer. 1. Angel. num. 4. Nauar. in manual. c. 25. nu 12. Garzia de benefic. part. 7. c. 7 num. 24. Reginald. in prax. lib. 30. tit. 3. num. 171. Mirand. in manual. Prælat. part. 2. quæſt. 4. art. 2. & ex Sacra Scriptura confirmatur; Nam in pſalm. 2. dicitur; Erudimini qui iudicatis terram, apprehendite diſciplinam, ne iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta, & Sapient. 6. 1. Melior eſt Sapientia, quam vires, & vir prudens quam fortis, & ibidem 23. diligite lumen ſapientię omnes, qui præeſtis populis, & Exod. 18. 21. prouide de omnibus
5 tribu, viros potentes, & conſtitue ex eis tribunos, & illud verbum potentes communiter expoſitores legunt ſapientes. Ita Gaetan. & Origen. quos citat, & ſequitur Michael; Salon. ad D. Thom. 2. 2. qu. 60. art. 2. concluſ. 2. verſ. Hæ tres; vbi illud verbum, Potentes, intelligit potentes ingenio, quod idem eſt ac ſapientes. Et ipſamet Sapientia Prouerb. 8. dicit; per me Reges regnant, per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Et Ierem. 3. dabo vobis Paſtores iuxta cor meum, qui paſcant vos ſcientia, & doctrina, & Eccleſiaſtic. 10. 1. iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, & in Oſea 4. Mi-
6 nantur à Deo iudices inſipientes; dicendo; tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris. Et Salamon Rex dum re-
7 gnum gubernaturus eſſet, à Deo ſibi electione data, vt quid vellet expoſceret; Scientiam ſibi neceſſariã eſſe reſpondit, eamque humiliter poſtulauit; quod multum pla-
8 cuit Deo, vt patet in 3. Reg. 3. Et quod in iudicibus, requiratur ſumma peritia, habetur etiam in iure; vt in Autentic. de iudic. §. quia vero, Bald. in proem. inſtit. in princip. & dicebat Phocylides; numquam iudicare imperitos homines permittas, refert Theſaur. in præfat. ad deciſ. poſt num. 24 & hoc habetur etiam in c. 1. de pœnit. diſtinc. 6. Gloſſ. in dicto c. ſciſcitatus de reſcript. c. quia Epiſcopus diſtint. 23. vbi dicitur; qui Epiſcopus ordinandus eſt, antea examinetur, ſi natura ſit prudens, ſi docilis, ſi moribus temperatus, ſi vita caſtus, ſi ſobrius, ſi ſuper ſuis negotijs cauens, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, & ſi litteratus, & in c. Cum in cunctis de elect. dicitur; quod neceſſarium eſt, & quàm maximè oportet Prælatos pollere ſcientia, & litterarum peritia; Et licet textus ille loquatur de Epiſcopis, conſequenter loquitur de Prælatis Regularibus, Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentibus, cum, & ipſi etiam ſint iudices Eccleſiaſtici, ſicut Epiſcopi. Mirand. in manual. Regular. dicta p. 2. quęſt. 4. art. 1. concl. 1. & de Ordin. iudiciali quęſt. 3. art. 3. Nam ſi ad agrorum culturam, ad ędificiorum

con-

conſtructionem, ad faciendum veſtimenta, calceamenta, peritiſſimos
9 diligenter quærimus, & inueſtigamus artifices, quomodo ad adminiſtrãdam Iuſtitiam, & gubernandam Rempublicam, & Religionem, non debemus quærere ſapientes, cum ipſa ratio iudicij, ſit lex ſapientiæ, & veritatis, ſecundum quam iudicatur. S. Thom. in ſumm. part. 3. q. 59. art. 1. verſ. Reſpondeo dicendum, Pater Bouer. in director. for. iudic. part. 1. c. 3. fol. 9. loquendo de conditionibus iudicum Regularium, ita dicit; in his prima eſt iuris, & legum peritia; quia ità ornatum eſſe oportet, vt eorum, quæ officij ſui ſunt, quæ
10 que ad ipſum ſpectat nihil penitus ignoret. Cum enim iudex ob legum cuſtodiam, quam præſefert iuſtitia quædam animata dicatur, quo pacto obſecro, is legum cuſtos eſſe poteſt, quas ignorat? ex quo id plerumque fieri opus eſt vt cum Iuſtitiam ſine lege adminiſtrat, iuſtitiam ipſam confundat, & recta iudicia peruertat. Hinc rectè Au-
11 guſtinus lib. 9. de Ciuit. Dei, ignorantia iudicis ſæpè fieri calamitatem innocentis. Si enim, qui de tenebris iudicare debet lucem aſpiciat neceſſe eſt; quomodo ſcelera iudicare, & innocentiam à crimine vindicare iudex ille valebit, qui neceſſaria iuris peritia orbatus in iudicando ſacrarum legum luce, minimè illuſtratur! Quam ob rem (ſequitur Bouer.) ſtudeant iudices noſtri vt eorum cum primis, quæ
12 ad iudicia ſpectant, peritiam, ac ſcientiam aſſequantur, ſine quibus neque iudicia ritè, ac legitimè exerceri, neque demandatum ſibi munus præſtari perfectè poteſt; ne grauiſſimum rei in ſe ipſos iudicium accerſant, ex D. Thom. S. Anton. & Nauar. locis ab eo citat. & facit id, quod dixiſſe fertur olim Boet. lib. 1. de conſolat. nempè,
13 Beatam illam Rēpublicam eſſe appellandam, cui ſapiens princeps dominatur: E contrario verò infelicem, cuius dominator eſt ignorans, cuius rei rationem reddens, inquit; quòd qui ſapiens eſt nihil non cum ratione operatur, ac proindè Reipublicæ, quę per eũdē gubernatur, mali nihil poterit euenire. Cuius contrarium contingit Gubernatori inſipienti, & ignorantiam habenti. Et in Concilio Trident. ſeſſ. 24. c. 12. de reformat. nemo ad dignitates Eccleſiaſticas promoueatur, niſi doctrina ad ſuum munus neceſſaria commen-
14 detur, & D. Thom. 2. 2. quæſt. 76. art. 2. Corp. Singuli tenentur ſcire ea, quæ ad eorum ſtatum, & officium ſpectant, & in addict. 3. part. quæſt. 36. art. 2. Corp. qui alijs præponuntur curam animarum ſuſcipientes, ſciant quæ ad executionem ſui ordinis ſpectant, & S. Auguſt. epiſt. 19 ad Paul. in ſolut. 4. ait; ideo Apoſtolũ ad Epheſ. 4. dixiſſe, alios dedit Paſtores, & Doctores, vt intelligerent Paſtores ad officium ſuum pertinere doctrinam, quæ neceſſaria Prælatis, & iudici-
15 bus cunctis ſummoperè eſt. Quia iudicare populum nihil eſt aliud, quam ius dicere; & ius ſuum tradere vnicuique lib. 1. ff. de iuriſdict.
omn.

omn. iudic. & habetur in c. Forus de verbor. ſignificat. quod nullo modo facere poſſunt Prælati inſi-
16 pientes, & Plato lib. vltim. de legib. dixit; futurus iudex operam dare debet, vt legum conſtitutiones ante omnia diſcat, & mente firmiter teneat, ex Xenofont. in lib. 1. de fact. & dict. Socratis, omnes qui ſciunt facilè, & optimè, ſuauiſſimè citoque operantur, & lib. 3. Si cupis honoribus atque ad miniſtratione in Ciuitate affici, conare quàm maximè potes, vt ſcias quæcunque agere velis. Si enim in his præſtantior alijs effectus, incipias Rempublicam gerere, non mirarer. Si valdè facileque cunque cupis, obtineas; Sciunt autem licitum, ab illicito diſcernere; Æquum ab iniquo ſeparare, ac bonos ciues efficere, qui leges, & ius probè norunt. Et Ariſtot. 1. Ethic. c. 3. numer. 15. citatus à D. Thom. 2. 2. quæſt. 60. art. 1. initio, dicit: bene quiſque iudicat ea, quæ cognoſcit, & ipſorum bonus eſt iudex; is ergo in vnaquaque re benè iudicat, qui in illa eſt eruditus. Vn-
17 de peritus in arte militari, poteſt eſſe iudex inter commilitones in l. cert. iuris C. de iudicijs, & peritus Architectus, poteſt eſſe iudex in ſuo artificio, Medicus peritus, poteſt eſſe iudex in pertinentibus ad medicinam, ita pariter in his quæ pertinent ad deciſionem cauſarum ciuilium, vel criminalium, oportet vt iudex peritiam habeat iuris. Et qui numquam operam dederunt eiuſmodi, iudicum, & Prælatorum officium aſſumere non debent, & certè, qui ſine debita ſufficientia, & litterarum peritia officium iu-
18 dicis ordinarij, vel delegati, ſiue dignitatem, vel prælaturam aliquam acceptant, in his, quæ præfici ſe ſinunt, ſiue procurant, immunes haud quaquam erunt a peccato, quin verò grauiſſimum illud committunt. Et quodammodo contra rerum naturam faciunt, dum gerere præſumunt artem, quam ignorant. Et conſtat naturali ratione: nam turpe eſt ignorare artem, quam profitemur, l. 2. §.
19 Seruus ff. de Origin. Iuris, l. Profeſſio C. de Muner. Patrimon. quod etiam Perſius cognouit, Satyra 5. dum dixit, contra Naturæ legem eſſe, quempiam artem, quam ignorat exercere, & monſtruoſa quædam res eſt, vt ſeſe ingerat quiſpiam, aut intromittere præſumat in ea exercenda arte, quam ignorat, ſeu pro qua inſufficiens eſt. Et Mirand. in manual. Prælat. q. 4. art. 2. part. 2. inquit; contra omnem eſt prorſus rationem, & res horrenda atque monſtruoſa, & quodammodo contra naturam, vt quis Prælatus, ſeu iudex Eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis abſque congrua, & ſufficienter litterarum peritia iudicandi munus accipiat, iudicareque alios præſumat, & audeat, cum ſit Iuris Canonici, atque ciuilis, ignarus, nec nouerit, & calluerit leges eccleſiaſticas, Ci-
20 uiles etiam, & ſæculares, cũ iuxta eas ſit iudicandum; Et reus, ſiue ſubditus ſecundum ipſarum tenorem abſoluendus, vel condemnandus, quis dubitet, quod qui faciunt

faciunt hoc,ſunt obnoxij, lethali atque mortali peccato! Et ſubdit ex Nauarro loco cit. Iudicem peccare mortaliter; petendo aut ſuſcipiendo gubernandi, ſiue iudicandi munus,quo ita eſt indignus, atque ita debita caret ſufficientia, vt veriſimile ſit illud, haudquaquam poſſe gerere abſque eo, quod proximis notabile aliquod peccatum inferatur;& per conſequens, multo magis ſi damnum inferatur communi bono, & regulari obſeruantiæ.Et idem Nauar.c.inter verba concluſ.... Corollar. 12. num. 18. Iterum dicit,quod qui aliqua officia exercenda aſſumunt, cum ea ignorantia,vt veriſimile ſit, per eorum exercitium damna notabilia alijs euentura, aut etiam cum nullo damno ſecuto illa deliberatè appetunt, non debent abſolui, abſque illorum officiorum ita quæſitorum renunciatione, idem dicit D.Bonauentur.tom.2.diſp.10.p.3.
21 propoſ.1.num.1.Et ratio eſt; quia perſonarum merita, quibus publicè adminiſtrationes, & munera demandantur, non ſunt exiſtimanda præcisè, ſicut in diſtributiua iuſtitia, ſecundum eorum abſolutam conſiderationem in ordine ad ſe ipſos; Sed reſpectu finis, & functionis, ad quam aſſumuntur; ſcilicet vt ſint ad magiſtratum illum gerendum idonei; & ex his ſequitur, quod ſi aſſumptio ſit illiteratorum, & non idoneorum hominum, non tam penſanda eſt iniuria,quæ ſit litteratis, & dignioribus, quam illa quæ ſit toti Prouinciæ,Religioni,aut Reipublicæ, Etenim ſola Communitatis neceſſitate inſtituti,ſunt illi honores,& ideo ſi non ſunt idonei, & ſufficientes,renunciare tenentur, quia nullus poteſt retinere officium, quod rectè adminiſtrare non va-
22 let. Et Gloſſ.in c. 1. de conſang. & Affinit.dicit:illiteratus quicumque ille ſit, in iudicem, ſiue Prælatum aſſumi non debet aut promoueri. Et Cardinalis in Clementin. cum ſic de Magiſtr. num. 23.inquit,Imperiti omnino non ſunt prçficiendi;quia impoſſibile eſt,vt alios vtiliter regant,& dicit Bald.in l. 2. C. ex de ſententia ex Priuil. recit. & poſt eum Follerius in pract. Cri-
23 minal.par.1.in verb. ſtudeant ſe ornare numer.2. quod iudex debet habere duplicem ſalem, videlicet ſcientiæ, & conſcientiæ; quia ſine
24 ſale ſcientiæ eſſet inſipidus,& ſine conſcientia eſſet diabolicus; Debet enim iudex habere notitiam boni, & Æqui, vt dicit textus in l. 1.ff.de iure iurand.Et ideo propter adminiſtrationem Iuſtitiæ,quæ eſt notitia ſeparationis iuſti ab iniquo,& iniuſto,iudices vocãtur Sacerdotes.Et ignarus litterarum facile negat ea, quæ pro veritate ſtatuta ſunt, dicit Petrus Gregor. Syntagm.iuris par.3.lib.4.cap.10.
25 num.9. & vbi non eſt ſcientia non eſt bonum, ſcribitur in Prouerb. 19.& D.Cyprian. in prolog. ſerm. de Natiuit.Domin. dicit: Non facilè de artibus rectè iudicat, qui
26 artes ignorat.Et talem ſcientiam, & iuris prudentiam habere debent Prælati, vt non cogantur ab alijs eam mendicare, cum ipſi, & non

alij ſint iudices, qui iudicare debeant, Et reputatur vitium vt iudex ab alio diſcat,quæ ipſe in iudicando eloqui debet,Plato lib. 2. de legib, verus enim iudex quæ determinanda in iudicio ſunt ab alio diſcere non debet, & concordat Rubric.in authent.vt nulli Iudices,& Authent.de iudicijs in princip. ibi;
27 illi autem neque cingulum habentes, neque nobis adminiſtrantes, niſi potuerit per ſe noſſe quod iuſtum eſt; & aliunde mendicare iudicandi honeſtatem vitium maximum erit Reipublicæ;& ita etiam dicunt Panormit. in c. vt debitus colum. 7. verſ. in ea gloſ. & ibi Franc. column. 19. de appellat. Vantius de nullitate defect. Iuriſd.
28 numer. 147. & verecundum eſt,ex aliorum manibus quærere, quod apud ſe inueniri debet.Innocent.in c.cum in cunctis numer.1.de elect. Gloſſ.in c.final.de ætat. & Qualit. verbo Defectum, Et confirmatur ex Hieronym.Gonzal.reg. 8. Cancellar.gloſſ.4.num.39. & Bouadil.
29 lib.8.politic.c.9.numer.33.appellantes iudices illiteratos cæcos; quia ſicut cæcus non iudicat de coloribus, ita etiam Prælatus, & iu-
30 dex ignarus non poteſt iudicare quid ſit dicendum de iure, & quia Magiſterium paſtorale eſt ars artium, cum ſit regimen animarum, magna temeritas eſt, vt imperiti illud ſuſcipiant D.Gregor. 1. part.
31 Paſtoral.c.1. & paulo infra dicit; imperitia Paſtorum voce veritatis increpatur, cum per Prophetã dicitur; ipſi Paſtores ignorauerunt intelligentiam.Et paſtor ſtultus,& imperitus haud dubium quin Antechriſtus ſit, ita D.Hieronym. in c. 11. Zaccar. ad illa verba; adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti, & in eodem cap. dicitur,derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret, contritum non ſanabit, & id quod ſtat nõ nutriet,& carnes pinguium
32 comedet, & vngulas eorum diſſoluet. Et in Ierem. 14. legitur, Onagri ſteterunt in rupibus, & traxerunt ventum quaſi Dracones, per Onagros,intelligit ibi Hieron. Prælatos ignorantes, qui trahunt ventum,quaſi dracones;quia vt ait Gregor.20.Moral.c.29. Malitioſa ſuperbia inflantur, imò iſtis Aſini Syluestribus multo peiores Domeſtici ſunt, quia dum in culmine ſe vident dignitatis, tanto inflantur ſuperbiæ vento, vt vix locum continentem inueniant, & tam-
33 quam idoli, & Dij ſe exiſtimare affectant iuxta illud Zaccar. 11. vbi de paſtore imperito dicitur;
34 O Paſtor, & Idolum. Quia tam ſceleratus eſt paſtor imperitus, vt non ſolum idolorum cultor, ſed ipſemet idolum nominetur, & tamquam idolum eſt, quia ab alijs reuereri, & honorari vult. Vnde tales imperiti paſtores non ſolum ſeipſos interimunt, iuxta illud Baruc tertio,quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam. Sed etiam totam Prouinciam,& Religionem interimunt.Secundum illud Eccleſiaſt.10.Rex inſipiens perdet populum ſuum.Et in Ezechiel.12. mini-
35 tans Deus maximum ſupplicium populo ait,effundam ſuper te indigna-

gnationem meam in igne furoris mei ſuflabo te, daboque in manus hominum inſipientium. Vnde patet punitionem, & flagellum maximum Dei eſſe à Prælato inſipienter regi, quia ad aliud non ſeruit ſubditis ſuis, niſi ad fabricandum interitum animarum, & corporum ipſorum. Et ideo dicitur in Eccleſiaſtic. 10. eſt malum quod vidi ſub Sole, ſtultum poſitum in dignitate ſublimi.

36 Ex quibus patet quantum caue re debent Electores Prælatorum Regularium ne indoctos, & imperitos eligant. Ita admonent inter alios Caſſiodor. Varo. lib. 8. cap. 12. Burg. de pazz. l. 2. Tauri num. 99. Theſaur. in præfat. deciſ. num. 25.

37 & ſequent. quos citat, & ſequitur Maſtril. de magiſtrat. lib. 2. c. 3. nu. 21. contra Gloſſam in l. nec cæterorum C. de Poſtulat. aſſerentem modicam ſcientiam neceſſariam eſſe; nam contrarium eſt verius, vt ipſi dicunt, nempe quod debent eſſe Doctiſſimi, & patet etiam ex D. Thom. in addition. ad tertiam par-

38 tem quæſt. 36. artic. 2. in Corp. dicens; ad Superiores, & Sacerdotes ſcilicet Epiſcopos pertinet, vt ea etiam, quæ difficultatem in lege facere poſſunt, ſciant; & tanto magis, quanto in maiori gradu collocantur; Ergo eamdem ſcientiam debent habere Prælati Regulares habentes iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem; quia ad eos ſpectat de Religioſorum cauſis iudicare, & ipſorum multiplices caſus ſeu interdum culpas multipliciter implicatas diſtinguere; proceſſum, ſi neceſſarium eſt formare, teſtes, ac reos bene, & rectè examinare, veritatem indagare, & nocentes ad ipſius culpæ menſuram punire, vel Innocentes abſoluere, & in omnibus, & per omnia iuſtitiam ritè, & rectè adminiſtrare; quæ ſine debita ſcientia, & ſufficientia, atque litterarum peritia fieri non poſſunt, aut ſi fiant, ità malè fiant, vt damnum, & detrimentum totius Religionis pareant. Quid nam ex imprudenti Prælatorum electione expectari poteſt, niſi iuſta quædam atque inſipiens negotiorum iudicatio, atque damnum, & detrimentum totius Religionis?

39 Nec obſtat Sigiſmund. de Electione. dub. 60. aliàs 63. aſſerens, quod in Prouincialibus, & Generalibus non deſideratur gradus ſcientiæ, quam Concilium Tridentin. ſeſſ. 24. c. 12. expoſtulat in Epiſcopis, & ad hoc probandum, adducit declarationem Sacræ Congregationis, quam refert etiam Garzia de benefic. part. 7. c. 7. n. 33. nam quamuis pro reſponſione ſufficiat id, quod D. Thomas ſupra citatus dicit; tamen Reſpondetur etiam quod Sacra Congregatio ſolum dicit; quod huiuſmodi dignitas, non eſt neceſſarium, vt conferatur Licentiato, vel Doctorato; non autem dicit, quod non eſt neceſſarium, vt conferatur ſcientifico, & perito; Nam poteſt quis eſſe ſapiens, & peritus abſque eo, quod ſit Doctoratus, vel licentiatus, dummodo peritia, & ſcientia ſemper ſit idonea, & proportionata

dignitati, ad quam quis eligitur. Vnde Prælatus qui habet dignitatem cum iuriſdictione ordinaria debet habere eamdem peritiam pro vt Epiſcopi, vt dicit Mirand. d. part. 2. quæſt. 4. artic. 1. & licet Electores poſſint excuſari eligendo Prouincialem ſine eminenti ſcientia, ſed tantum mediocri, vt exiſtimat Peyrin. de Prælat. qu. 2. cap. 2. num. 30. tamen hoc procedere poteſt quando in Prouincia non adeſt alius magis peritus, & per conſequens dignior, & ſic propter carentiam perſonę habentis eminentem ſcientiam. Reſpondetur 2. hoc procedere poſſe, quoad forum fori, in quo foro electio facta deminus digno valet. In foro autem conſcientiæ debet fieri de magis digno, & magis perito ſub pęna peccati mortalis, & participationis omnium malorum, quæ ex tali electione ſequeretur, ac etiam de carentia bonorum, quæ poterant ſequi in Prouincia ex electio-

40 ne magis digni. Nec ſufficit, vt alij exiſtimant, quod Prælati eligendi habeant ſcientiam, & peritiam in ſpe, nam Bernard. lib. 1. de conſid. cap. 1. dicit, viros probatos, & non probandos oportet eligi; & ſic oportet, vt Prælatus electus habeat ſcientiam rectè adminiſtrādi in actu, & non in habitu. Alias tum eligentes, tum etiam electus, qui recipit dignitatem, peccant mortaliter, & electio eſt ipſo iure nulla, vt habetur in cap. dudum de elect. vbi dicitur; Electionem factam de eo, qui tempore ſuæ electionis ſcientiæ defectum patiebatur, eſſe ipſo iure inutilem, ſeu vt alij exponunt, nullam; ita vt ſi maior pars Capituli eligit imperitū, & minor pars peritum, valeat electio de perito facta à minori parte etiam ex eodem ſcrutinio; quia electio à maiori parte eſt facta de indigno, & à minori parte de digno. Mirand. d. art. 1. poſt verſic.

41 Hęc Concilium, ex hoc inferunt etiam D.D. quod peccant mortaliter peccato præſuntionis, qui curant promoueri ad ſtudium, vel ad magiſterium, & ſimile, ſi non habent idoneitatem, ad talem gradū conſequendum. Et ſimili peccato inficiuntur, qui eos admittunt; tum quia hoc procedit ex radice ambitionis; tum quia vſurpat honorem ſibi indebitum; tum quia fallunt Religionem, quæ ſolum dictum gradum dare intendit idoneis ad legendum, vel concionandum; & tenentur promoti renuntiare talem gradum, ita Abb. in cap. incunctis n. 4. de elect. Peyrin. de prælat. q. 2. c. 2. n. 4.

42 Diffinitores etiam Generales, & Prouinciales debent habere eandem ſcientiam, quam ipſi Generales, & Prouinciales; quia ſunt cum illis in grauioribus cauſis Coniudices. Peyrin. de prælat. d. cap. 2. num. 31. Frater Antonius à Spir. Sanct. de regimine Prælator. regular. tract. 4. diſp. 6. num. 14. hinc fit, non poſſe tuta conſcientia eligi in diffinitorem, Generalem, vel Prouincialem, qui dicta ſcientia non fuerit prçditus, vt dictum fuit ſupra cap. præcedenti.

43 De ſuperioribus localibus, dicunt

cunt nonnulli quod ſufficit ſi diuturno vſu, & longa experientia ea ſciant, quæ neceſſaria ſunt ad tale minus. Tamen alijs cogitandum relinquo, an cum ſolo vſu & experientia poſſit acquiri idoneitas neceſſaria ad regimen animarum. Et dico benè; quod ſcientia, & litterarum peritia ſiue acquiſita per ſtudium, ſiue per diuturnum vſum, ſiue per longam experientiam,(ſi ita acquiri poteſt) eſt ſummopere neceſſaria ad officia animarum curam habentia; Vt per Concilium Tridentinum ſtatutum eſt ſeſſ.24.cap.12. de reformat. vbi dicitur, ij, qui officia dignitatis habent, quibus animarum cura ſubeſt; doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſario commendentur, iuxta ſupradictam conſtitutionem: Cum in cunctis, & Barboſ. in collect. in eodem ca. §. Inferiora in princip. dicit, quod debet eſſe prædítus ſcientia, & moribus. Et Abbas in eodem cap. num. 4. referendo opinionem Archid. in ca. 1.6. quæſt. 1. exiſtimantis quod ſufficiat Abbati, vt ſciat cantare, & legere, huic dicto Reſpondet; hoc eſſe verum, niſi habeat curam animarum; & ſubdit, quod ipſe non videt qualiter, tale dictum poſſit de iure procedere; cum quilibet Abbas habeat ſaltem curam fori pœnitentialis reſpectu monachorum ſuorum, & Sotus in 4. diſtinct. 20. quæſt. 1. artic. 4 concluſ. 2. dicit, quod olim Fratres laici in Religione Seraphica Sancti Patris Franciſci poterant eſſe Prælati ex vi Regulæ cap. 7. tamen hodie vi Concilij Tridentini ſeſſio. 24. cap. 12. de Regularib. prohibentur; & idem confirmat Miran. in manual. Prælat. part. 2. quæſtione 3. artic. 2. & addit; quod à Gregorio Nono Fratres laici inhabilitati fuerunt ad officia Ordinis; & ex Corduba ſubdit; quod nec poſſunt eſſe diſcreti, vt mittantur ad Capitulum Generale, aut Prouinciale.

44 Nec mirandum ſi aliquando Superiores videantur imperiti, & minus idonei ad munus ſuum exercendum; quia Superiores, vel dantur à Deo ad vtilitatem ſubditorum, & conſeruationem iuſtitiæ. Vel dantur ad timorem, & pœnam. Vel ad illuſionem & contumeliam: vndè quando Populus non cognoſcit beneficium boni regiminis datum à Deo, expedit vt exerceat tyrannidem; quia ſunt inſtrumentum Diuinæ Iuſtitiæ, & Sanctus Iſidor. lib. 3. ſentent. capit. 48. Reges quando boni ſunt, muneris eſt Dei, quando verò mali ſceleris eſt populi.

∴(?)∴

CA-

CAPVT V.

De Vitæ Bonitate, & Puritate in Iudice, ac Prælato neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Iudex miniſter Dei eſt in terris.*
2 *Probati, & non probandi eligendi ſunt ad Prælaturam.*
3 *Puritas vitæ neceſſaria eſt in Iudice.*
4 *Dauid non ferebat ſententiam niſi poſt orationem, & pœnitentiam.*
5 *Duplex vitæ puritas requiritur in Prælato, ſcilicet interior, & exterior.*
6 *Puritas interior eſt duplex, ſcilicet, quod iudex ſit ſine peccato, & quod ſolo amore iuſtitiæ moueatur.*
7 *Iudex, debet Deo aſſimilari.*
8 *Debet eſſe bonus.*
9 *Criminibus grauatus, alios iudicare non valet.*
10 *Iudici bono Deus ſuggerit bona conſilia.*
11 *Oculus non poteſt de coloribus iudicare, ſi aliquem colorem habet innatum.*
12 *Conditio inter agentem, & patientem debet eſſe oppoſita.*
13 *Iudicis bonitas qualis eſſe debet.*
14 *Iudex ſolo affectu iuſtitiæ debet moueri ad iudicandum.*
15 *Non debet eſſe ſuperatus à paſſionibus.*
16 *Debet ius ſuum, æqua lance vnicuique tribuere.*
17 *Debet ſtateram iuſtitiæ in manu tenere.*
18 *Non debet obedire propriæ voluntati.*
19 *Si iudicaret iniuſtè, ſequerentur tria mala.*
20 *Falſus iudex, non eſt iudex.*
21 *Falsò, proferret ſententiam in Dei nomine.*
23 *Tenetur ferre ſententiam non ſolum iuſtam ſed etiam iuſtè.*
24 *Iudices, debent aſſimilari legibus.*
25 *Iudex qui ſuo arbitrio iudicat, eſt iniuſtus.*
26 *Iudex iniuſtus doloſa ſtatera vtitur.*
27 *Iudex debet eſſe manſuetus.*
28 *Non debet ſtatuere aliquid durius, neque remiſſius.*
29 *Charitati, & manſuetudini debet eſſe admixta ſeueritas.*
30 *Nimia humilitas iudicis frangit eius authoritatem.*
31 *Clementia iudicis debet eſſe virilis.*
32 *In iudicando, cum benignitatis, & miſericordiæ temperamento procedere debet.*
34 *In interrogando, & inquirendo debet oſtendere vultum terribilem.*
35 *Abſtinere debet à muneribus.*
36 *Iudicis nomine eſt indignus, qui cum iuſtitia bonitatem non coniungit.*

1 IVdex Dei miniſter eſt in terris, & aſſimilari debet ſupremo iudici, videlicet Deo. Geminian. conſ. 53. num. 9. Et ideo ſtudere inprimis debet, vt ſit bonus Chriſtianus; quoniam Deus bonis viris ſolet bona conſilia ſibi, & Reipublicæ ſuggerere. Vt recenſet Simanc. de Cath. inſtit. tit. 34. nu. 9. in fin. & adeò

2 adeò in iudice requiritur bonitas, & integritas vitæ, vt Plato relatus per eumdem Simanc.dixerit;ad magiſtratus eligendos, non eſſe niſi eos,qui ab ádoleſcentia probati ſunt, & laudabilis, & puræ vitæ ſint. Et adeò hæc vitæ puritas ne-
3 ceſſaria eſt,vt iudicans, ſine illa, labe peccati inficiatur. Vnde Apoſtolus ad Rom. 2. dicit, propter quod inexcuſabilis es ò homo omnis, qui iudicas; in quo enim iudicas alterum, te ipſum condemnas. Et in Ierem. 2. habetur; iudicate mane iudicium,ideſt ſobrij à vino, & à vitijs. Et Regius Profeta pſal. 100. dicebat; non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam, in matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Et ſic ſententiam condemnationis,tunc proferebat, quando ad Orationem nocte intē-
4 peſta ſurgebat,lacrymiſq; propriū ſtratū rigabat,& in c.iudicet 3.q.7. habetur;iudicet ille,qui nō egit eadē, quæ, in alio putauerit eſſe puniēda, ne cū de aliquo iudicat,in ſe ferat ipſe ſententiam, & in cap. ſequenti etiam dicitur; in grauibus peccatis quis poſitus, dum ſuis premitur, aliena non diluit.

5 Et quia in Prælato, & iudice duplex vitæ puritas, & integritas requiritur,vna interior, altera exterior, interior, adhuc duplex eſt; nempè vna, quod iudex ſit abſque peccato; altera quod ſolo amore iuſtitiæ ad iudicandum moueatur.

6 Quo ad primam puritatem, dico, id quod Chriſtus Dominus noſter dixit ad illos,qui accuſabant adulteram Ioan. 8. qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat, vnde Beda in dicto cap. 8. Ioan.& patet in c.Poſtulatus 3.q.7. ita dicit; Cum quælibet proximorum errata conſpicimus, non hæc ante reprehendenda iudicemus, quam ad conſcientiam noſtram reuerſi,digito eam diſcretionis ſolerter exculpemus. Et Probatur ratione. Nam iudices, qui ſunt Dei miniſtri,debent Deo aſſimilari,qui
7 eſt bonus, & ſummè bonus, & per conſequens in iudicando debet etiam ipſe iudex eſſe bonus.Et Pro-
8 batur etiam ex c. forus. in fin. vbi habetur,quod iuſtitia cum ſcelerato homine non poteſt habere commercium. Et conſonat Concilium Tolet.4.c.63. & refertur in c. non poteſt 2.quæſt.7.aſſerens,quod non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui erga Deum infidus extiterit.Et facit etiam id quod dicit D. Greg. ſup Iob.c.3. & refertur in c.in grauibus 3.q.7. nempè,quod grauatus criminibus alios iudicare non valebit. Et in Sapientia dicitur, in maleuolam animam, non intrabit Spiritus Sapientiæ, nec habitabit
9 in corpore ſubdito peccatis.E contra autem,quādo iudex eſt bonus, ſuggeret ei Deus bona conſilia, & modum ſoluendi dubia cauſarum.
10 Et licet artes, quæ in ſolo intellectu conſiſtunt, poſſit improbus habens bonum intellectum exercere; practica tamen,quæ in Iuſtitiæ adminiſtratione eſt poſita; quia non reſidet tantum in intellectu, ſed etiam in voluntate, nemo illam exequi

exequi valet, niſi qui iuſtus, bonus, & virtutibus ornatus extiterit.

11 Probatur etiam ex oculo, ſeu ſenſu viſus, qui vt de coloribus iudicare poſſit, oportet, vt ab omni colore ſit alienus, & ſic pupilla omni colore carere debet, vt omnium colores percipiat, & diſcernat, qui ſi aliquem priuatum colorem haberet ſibi natum, omnia viderentur ei eſſe illius coloris; ſi quidem ille intus exiſtens omnes alios redderet ſibi ſimiles; Ita Iudex, qui aliena peccata cognoſcere, & iudicare debet, ab omni peccato debet eſſe alienus; Aliàs non bene diſcerneret, & dubia cauſarum ſoluere non poterit. Bald. in c. quia procurator colum. 6. de elect. Afflict. dec. vltim. in fin. Crauet. conſil. 15. n. 1.

12 Alia ratione etiam probatur, nempè inter agentem & patientem conditio eſt oppoſita; alioquin ſi ſint in conditione æquali, non poteſt inter eos dari actio, & paſſio; Sed officium iudicis eſt officium agentis; & officium rei condemnandi, eſt officium patientis; ergo Iudex, qui vult puniendo agere in peccatorem, & delinquentem, non debet ipſe eſſe in eodem peccato, ſeu delicto, quia tunc videretur agere in ſeipſum. Et in dicto cap. Iudicet 3. qu. 7. dicitur; iudicet ille de alterius errore, qui non habet, quod in ſe ipſo condemnet.

Inſuper iudicans alium, profitetur ſe eſſe mundum à crimine; aliàs eſſet hypocrita, vt habetur in Matth. 7. & Luc. 6. 41. quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides, aut quomodo dicis fratri tui, ſine eijciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo, hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.

Sed dices, nemo bonus niſi ſolus Deus, imò nemo eſt ſine peccato; quia vt ait Ioan. in Epiſt. 1. cap. 1. num. 8. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt:

13 ergo nemo poteſt eſſe iudex. Reſpondetur, quod iudicis bonitas intelligitur non de vniformi bonitate, quæ ſoli Deo ſpectat, ſed de ea, quæ de iudicantis munere propria eſt, de qua in l. Congruit. ff. de off. præſidis, In qua bonitate iudex manendo Imaginem Dei in terris gerit. Oſaſc. in præfat. deciſ. num. 3. Rebuf. in l. quod iuſſit de re iudicata num. 156. Menoch. de arbitr. caſ. 458. n. 10. & quaſi Deus miſſus de cęlo eſt, & ſicut nihil peius eſt malo Iudice, ita nihil melius eſt bono Iudice. Et ſi aliquod leue crimen in moribus patiatur, quod humanum eſt, non per hoc deſinit eſſe bonus iudex; dummodo in iudicando à recta intentione, & iuſtitia non recedat. Qua de re lex vbique, vocat rectos iudices, viros bonos l. vir bonus, ff. iudicat. ſolu. non quia immunes ab omni labe peccati ſunt; Sed quia ſecundum, quod iuſtum eſt, iudicant, & iuris ordinem, ac rectitudinem ſeruant.

14 Altera vitæ puritas interior in Iudice requiſita conſiſtit in ſolo affectu Iuſtitiæ, quam præ oculis ſemper habere debet. Vt ſit ita æque

æque obſeruantiſſimus, quod in iudicando, in alteram nunquam partem inclinet, & amore, aut odio, aut cupiditate, aut timore
15 motus non iudicet. Neque ſit ſuperatus ab illis quatuor paſſionibus, de quibus in cap. Quatuor 11. q.3. & his verbis exprimunt. Qua-
16 tuor iſta Timor, Odium, Dilectio, Cenſus; Sępè ſolent hominum peruertere ſenſus: Debent itaque, ęqua lance quod iuſtitiæ proprium eſt ius ſuum cuiq; illęſum intactumq; tribuere; vnde Deuteron.1.17. dicitur; Non accipietis cuiuſquam perſonam; & in pſalm.81. vſque quo facies peccatorum ſumitis; & Eccleſiaſtic. 7. noli quærere fieri Iudex, niſi valeas irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua, & in Miche. 3. iudices, qui muneribus iudicant reprehendunt, & D.Ambroſ.ſerm. 20 ſup.pſalm.118. iudicet ille, qui ad pronunciandum nullo odio, nulla paſſione, nulla offenſione, nulla leuitate ducatur.

Accidit enim plerumque vt qui aliorum minis non flectuntur, odio aut vindicta mouentur; Et qui odio aut vindicta non mouentur, Cupiditate, aut precibus amicorum frangantur: & ſic à recto iuſtitiæ tramite declinant.
17 Non ita debet eſſe iudex, ſed ſtateram in manu tenere debet, vt quod iuſtum, & æquum eſt abſque perſonarum acceptione, omnibus reddat D. Gregor. relat. in capit. Omnis diſtinctio. 45. & intentio Iudicis debet eſſe in vtilitatem communem, hoc eſt, quòd in Iudice non debet eſſe particularis conſideratio vnius perſonæ, ſed nulla habita conſideratione ad perſonam, debet affectum ponere ad iuſtitiam, aliàs non diceretur iuſtitiæ, & legis executor, ſed potius iuſtitiæ, & legis tranſgreſſor.

18 Nec vllo modo debet Iudex obedire propriæ voluntati, ſed ſecundum leges, & allegata, & probata, ac prout natura negotij ſe habet, decernere & iudicare debet, & cum ſolo affectu ad iuſtitiam. Nam cum Deus ſit ipſiſſima iuſtitia, iudex, qui eius nomine, & vt eius miniſter iudicat, debet etiam ipſe eſſe neceſſariò iuſtus, habendo ſolum affectum ad ferendam iuſtam ſententiam, & rectam iuſtitiam miniſtrandam, alioqui ſi
19 iudicaret iniuſtè, ſequerentur tria mala; primum quod non eſſet verè Iudex; quia in eo deficeret iuſtitia, & vbi iuſtitia in iudice non
20 eſt, ipſe non eſt verus iudex; ſicut falſus denarius non eſt denarius, cap. vera iuſtitia, in verbo falſa diſtinct.45. & tamdiu dicitur quis iudex, quamdiù eſt iuſtus. Caſſiod. 3. variar. Epiſt.27. Lucas de penna in l. Omnis ſub num.3. Cod. de
21 decur. Secundum, ſequeretur, quod falsò aſſereret ſe ſententiam proferre in Dei nomine; quia Deus non mandat alicui iudici, vt faciat iniuſtitiam, ſed tantum iuſtitiam. Iſaiæ 56.1. Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiam, & Sapient. 1. diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.

22 Tertium ſequeretur, quod per-

uerteret iudicium Chriſti, etiam iuſtam ferat ſententiam. Quia tenetur ferre ſententiam non ſolum iuſtam, ſed etiam iuſtè; alioqui peccaret; Nam quando Iudex facit iuſtitiam, & partem, aut Communitatem non lædit, ſed eam facit non ex affectu Iuſtitiæ, ſed ex prauo affectu; vt cum Iudex iuſtè condemnat ad Carcerem, vel ad aliquam pęnam eum, qui eſt verè delinquens, & eſt legitimè conuictus, ſed tamen quia illum odio proſequebatur forſan tamquam ſuum aduerſarium, habet in ea condemnatione delectationem vindictæ, quæ alieno malo animum paſcit; hic Iudex partem non lædit, & iuſtam fert ſententiam, non tamen iuſtè; quia peccat contra charitatem; nõ enim debebat condemnare ex odio aut ira, ſed affe-
24 ctu Iuſtitiæ, vt dixit Tullius primo de Offic. qui Reipublicæ præſunt, legum ſimiles eſſe debent, quæ ad puniendum non iracundia ſed æquitate ducuntur; nam Iudex qui odio, aut ira ad pęnam accedit, illud æquilibrium non tenebit, nec illam æquitatem, quæ media eſt inter extrema. Et S. Auguſt. relat. à Gratian. 11. quæſt. 1. Quicumque aut conſanguinitate, aut amicitia, ſeu hoſtili odio vel Inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt Iuſtitia, & fructum illius ſubuertit in amaritudinem damnationis, Et qualis eſt affectus, quo mouetur, tale eſt peccatum quod committit.

25 Et tunc maximè iniuſtus eſt, quando non ſecundum iura, & leges, ſed ex ſuo arbitrio, & voluntate iudicat, aut fert ſententiam contra iura per ignorantiam, aut negligentiam. Et multo magis ſi per dolum, aut quando muneribus, amicitia, vel affectu iuſtificat impium, aut opprimit pauperem. de quibus dicitur in Eſaia 15. 20. Væ, qui dicis malum bonum, aut
26 bonum malum. Et hi Iudices doloſa vtuntur ſtatera de qua Prou. 11. num 1. Statera enim dicitur doloſa, non tantum in ponderatione rerum, ſed etiam, in iudiciaria diſcretione, aliter librando cauſam pauperis, & aliter cauſam potentis. Vnde Auguſt. relat. in ca. non afferamus 24. quæſt. 1. dixit, non afferamus ſtateram doloſam, vbi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio noſtro, dicentes hoc graue, hoc leue eſt. Et hi Iudices perſonarum acceptatores, non attendunt meritâ cauſæ, non iura, ſed cupiditatem; non bonum publicum, ſed priuatum, & proprium; non quod lex ſtatuit, ſed quod voluntas præſumit; non inclinant animum ad iuſtitiam, ſed iuſtitiam ad animũ; non quod licet libeant, ſed quod libet liceant. Conſtituũt in pauperum cauſis rigorem, in alijs manſuetudinem diſpenſant; illos cum difficultate reſpiciunt; iſtos fauorabiliter tractant; illos negligenter audiunt, iſtos attentè auſcultant. Non ita debet eſſe iudex; quia debet reſpicere ita coniunctum, ſicut extraneum; ita conciuem, ſicut aduenam; ita magnum, ſicut paruum; ita pauperem, ſicut di-

diuitem; ſine perſonarum accep-
tione ſtateram in manibus geſtan.
do, & lances æquo libramine. Vt
habetur in Leuit.c. 19. Non conſi-
deres perſonam pauperis, nec ho-
nores vultum potentis.

Exterior autem vitæ paritas in
iudice requiſita in duobus conſi.
ſtit; ſcilicet in manſuetudine, & à
27 munerum abſtinentia. Manſue-
tudo coniuncta cum humilitate,&
charitate, iudici neceſſaria eſt, vt
eius iudicia non ſuperbiam, nec
crudelitatem præſeferant, ſed
manſuetudine, humilitate, beni
gnitate, ac charitate plena ſint,
delicta, non delinquentes extin-
guant, & ad virtutes prouocent,&
ita vulnera curent, vt vulneratos
poſt vulnera fortiores reddant.
Memor quod Deus ipſe eſt fortis
& patiens; qui ſuſcipit manſuetos
illiſque dat gratiam, in iudicio
dirigit,viaſque ſuas docet, & iudi-
cibus præcipit, vt ipſum imiten-
tur, qui mitis corde, & humilis
eſt; & manſuetos in ſalutem exal.
tat. Et caueant, vt ait textus l.
reſpiciendum ff. de pœnis, ne ſe
ueritatis affectione,aut inanis cle-
mentiæ gloria, quid durius, vel
28 remiſſius ſtatuant.Equidem Iudex
non debet eſſe ita clemens, & mi-
ſericors vt calamitoſorum preci-
bus collacrymet; id namque num.
quam ſtantis & recti iudicis eſt, l.
Obſeruandum ff. de officio præſi-
dis. l.nec quidquam §.circa aduo-
catos ff. de offic. proconſ. Archi
29 diac.in c. Quam tamen 45.diſt. Al-
ber.quem refert Stiat.in practic.C.
vlt.n.33.verſ.ſextus eſt, Manſuetu-
dini, & Charitati Reipublicæ de-
bet etiam admixta eſſe ſeueritas,
ſine qua propter malos Reſpubli-
ca gubernari non poteſt. cap.2. &
c.licet plerumque c.licet diſcipli-
nam, & ibi Gloſ.c.duo diuerſi.cap.
ſunt namque 45. diſt.c.ea vindict.
30 23.quæſt.4.quòd ſi nimia ſeruatur
humilitas, regentis frangitur au-
thoritas. Luc. de penn. in l. Si ap-
paritor column.8.C.de coertat. &
Princip.lib.12. Foller.in pract.in
verb. ſtudeat ſe ornare num. 13.
Cartar. de interrogat. reor. lib. 2.
cap.1. num.6. nam Iudex, qui eſt
vir bonus, debet ſe monſtrare vi-
rum non fœminam, ſeu effæmina-
tum, Theſaur.in præfat. deciſ.pe.
ram. num.24. & licet debeat eſſe
clemens, clementia tamen debet
eſſe virilis, nec animi motus vul.
tus detegere debet; alias non age-
31 ret officium conſtantis, & recti
iudicis. Cartar. vbi ſup.numer. 7.
cum alijs ab eo citatis: & poſt quã
Iudex veritatem eruerit in iudi-
cando,cum aliquo benignitatis,&
miſericordiæ temperamento pro-
32 cedere debet, vt in dicto cap.cum
omnis, & in l. reſpiciendum de
pœnis. Et cum vino rigoris curan.
do vulnera delinquentis, admiſce-
re debet oleum miſericordiæ, &
amoris.Infundendo oleum pariter
& vinum, pro varia vulnerum, &
ægrotantium conditione. Scilicet
vt per vinum mordeatur vulnera,
& per oleum foueantur; vt dicit
Greg. in lib. 1. Regiſt. Epiſt.24. &
S. Iſidor. lib. 3. ſentent. de ſummo
bono cap.54. relatus in cap. Omnis
33 diſtinc.45. vbi ait; Omnis, qui iuſtè

iudicat ſtateram in manu geſtat, & in vtroque penſo iuſtitiam, & miſericordiam portat: per iuſtitiam reddat peccanti ſententiam, & per miſericordiam peccati temperet pœnam, vt iuſto libramine, quędam per Æquitatem corrigat, quædam verò per miſerationem indulgeat. Et quamuis in decidendo, & ſententiando debeat iudex eſſe clemens in modo tamen procedendi, vt.

34 In interrogando, & inquirendo veritatem, vultum debet oſtendere terribilem, vt rei, & teſtes territi veritatem agnoſcant, & manifeſtent; vt admonet Authentica de mandatis principum §. talem ver. & notatur in l.obſeruandum ff. de offic.præſid.Foller.practic.crimin. in verb.ſtudeat ſe ornare num.10. Igneus in l.ſi certus n.27.ff. ad Syllanian.nec reus delatus, & à ſe interrogandus ad eius familiaritatem admittat;quia ex hac familiaritate naſcitur dignitatis contemptio,d.l.obſeruandum. Cartar.de interrog.reor.li.2. c.1.n.10.Foller. d.verbo ſtudeat, ſe ornare nu.50.

35 Abſtinentia quoq; à muneribus neceſſaria eſt; neq; enim abſque peccato Iudex aut pro iudicio faciendo,aut pro ſententia ferenda munus aliquod accipere poteſt; vt habetur,in Exod.23.nec accipietis munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubuertunt verba Iuſtorũ;nec in Dei tabernaculo in æternum manſuro habitare poteſt, qui munera accepit. Pſal.14.qui munera ſuper innocentem non accepit; & legitur apud Micheam c.3. Deſtructam fuiſſe Ieruſalem, eo quod principes in muneribus iudicabant. Pariſ. de Put. de Syndic. verbo poculenta,& obſculenta ca. 2.num.2. Oſaſch.in proęmio deciſion.num.5. & in Deuteronom.17. dicitur; maledictus qui accepit munera, vt percutiat animam Innocentis; Et in Eccleſiaſt. c.20.31. dicitur; dona excæcant oculos iudicum,& in hoc ſeruanda erit l. ſolent ff.de off Proconſ.

36 Et tandem non eſt omittendum, quod iudicis nomine eſt indignus, qui cum iuſtitia bonitatem etiam vitæ non coniungit, cap.1.23.qu. 2.c.forus de verbor.ſignif.

CAPVT VI.

De Dei timore neceſſario in Prælatis, & Iudicibus.

SVMMARIVM.

1 *Timorem Dei debent habere Prælati, & Iudices.*
2 *Sapientia ſine timore Dei eſſe non debet.*
3 *Anchora cordis eſt pondus timoris.*
4 *Timor Dei eſt ipſa ſapientia.*
5 *Et eſt radix, & cuſtos omnium bonorum.*
6 *Iudex qui timet Deum nihil ex ſuo arbitrio facit.*
7 *Et errare non poteſt.*

1 Debemus etiam de neceſſario Dei timore aliqua ſpecialiter dicere, cum neceſſariò omnino ſit, vt Prælati, & Iudices Deum timeant;

meant; ſcilicet, vt Iuſtitiæ illius zelantes, & amatores ſint timore quodam reuerentiali præcepta eius cuſtodientes, & vt timorati ſint conſcientiæ; nam vt habetur
2 Prouer. 9. Initium ſapientiæ timor Domini; & ſicut timor ſine ſapientia eſſe non debet, ita nec ſapientia ſpiritualis ſine timore. Et Salomon ait, qui timet Deum, vt eius voluntatem in recto iudicio faciat omnes homines mundi condemnet. Et Deus Opt. Max. præcepit Moyſi per Ietrum ſocerum ſuum, Exod. 18. agens de iudicum electione pro Iſraelitici populi gubernatione, dicens illi, vt prouideret ſibi ex omni plebe viros ſapientes atque timentes Deum, in quibus eſſet veritas, & qui oderunt auaritiam. Et in libris Paralipomen. 2. cap. 14 Iudices ad Dei timorem inuitantur; & in Pſalm. 2. dicitur, Erudimini, qui iudicatis terram ſeruite Domino in timore. Et Eccleſiaſt. cap. 15. ait, qui timet Deum faciat bona, & Gregor. lib. 6. moral. c. 23. inquit; ancho-
3 ra cordis eſt pondus timoris, & lib. 19. capit. 7. Timor Domini ipſa eſt ſapientia, & D. Bernard. in
4 ſerm. . . . . . Sicut ſecuritas, vel deſidia, cauſa, & mater eſt omnium delictorum, ſic timor Domini radix & cuſtos eſt omnium bono-
5 rum, & in vtroque iure Canonico, & Ciuili inter alias iudicis qualitates, & conditiones timor Dei tamquam præcipua pars enumeratur; Vnde in capit. Si quis Abbas. 18. quæſt. 2. ponuntur virtutes, quas Prælati Regulares habere debent; nempè, quod ſint humiles, Caſti, Miſericordes, diſcreti, &c. præcipuè dicitur; quod ſint Dei timentes, & beatus eſt homo, cui donatum eſt timorem Dei habere, vt in Prouerb. 28. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. In capit. omnis 45 diſtinctio. ponuntur plura ſpectantia ad Prælatos & Iudices, & inter alia; quod ſemper ſint pauidi, timentes, & trementes, ne de iuſtitiæ tramite deuient, & cadant. Ideo ſubdit Sanctus Iſidor. libr. 3. ſentent. de ſummo bono capit. 54. Iudex rectus Dei iudicia oculis ſuis proponit, & ſemper timens, ac tremens in omni negotio formidat, ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iuſtificatur, indè potius condemne-
6 tur; & D. Ambroſ. ſerm. 20. ſuper pſalm. 118. dicit; Iudex, qui Deum timet, ingenij ſui vires demetitur, atque in emergentibus dubijs peritiores ſe conſulit, nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed iuri obtemperat, iuſque ipſum ſemel, atque iterum conſiderat, ac omnia in iudicio, et iuſtitiæ ſtatera diſponere curat, et tandem iuxta leges et iura pronuntiat, et D.
7 Hylar. 6. lib. de Trinit. inquit; Iudex qui Deum timet, et eumdem præ oculis habet, errare haudquaquam poteſt, aut ſaltem in errore diù detineri.

CA:

CAPVT VII.

De prudentia in iudicibus, & Prælatis neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Superior ſine prudentia non poteſt finem boni regiminis attingere.*

2 *Prudentia eſt virtus propria Præſidentis.*

3 *Ciuitas non poteſt eſſe fælix ſi ſine prudentia, & iuſtitia viuitur.*

4 *Prudentiæ encomia recenſentur.*

5 *Prudentiæ munus eſt regere, & imperare.*

6 *Iuris ſola ſcientia, habet nomen iuris prudentiæ.*

7 *Iudex imprudens eſt ſicut Simia in bancho.*

8 *Prudentiæ ope honeſta, & iuſta, à contrarijs decernimus.*

9 *Prudentia circa quæ verſatur, à quibus virtutibus differt, & cum quibus conueniat, declaratur, & num. 10. & 11.*

12 *Prudentia Prælati Regularis qualis eſſe debet.*

13 *Accuſatio ardore vindictæ, eſt ſuſpecta.*

14 *Prælati imprudentes occulta vitia ſubditorum manifeſtant, publica celant, & multa mala in ſua Religione faciunt, & num. 15.*

16 *Prælati quomodo vulnera ſubditorum curare debent.*

1 INter alias conditiones Prælatis, & Iudicibus neceſſarias, Prudentia præcipua eſt; quia ſine ea ſuperior regimen ad optatũ finem portare nequit, teſte Ariſtot.
2 3. Polit. cap. 3. vbi prudentia propria virtus eſt præſidentis; nam cæteræ quidem virtutes videntur communes, tam eorum qui præſunt, quam eorum qui ſubſunt, at prudentia non eſt virtus eius, qui ſubſit, & Plato cap. 2. ad Dionem:
3 Nulla ciuitas poteſt eſſe fælix, niſi vbi cum prudentia ſub iuſtitia viuitur; & idem Ariſtot. 4. Ethic.
4 Prudentia eſt iuſtitiæ cuſtos, ac cunctarum virtutum mater, quæ & regere, & imperare docet; ea eſt, quæ ſalubribus intenta conſilijs cuncta rimatur præterita, præſentia, atque futura; cuncta proſpicit, & in ſcopum, ac prætenſum
5 finem dirigit. Nam regere atque imperare prudentiæ munus eſt. Prudentia enim cunctas ſecum habet virtutes connexas. Sotus de iuſtit. & iur. lib. 3. quæſt. 6. art 4. ibi, Nemo qui improbis. Bologn. trac. de leg. in iur. & ca. 8. nu. 5. fol. 298.
6 tom. 1. Et cum ad eos qui gubernant præcipuè pertineat, meritò ſola iuris ſcientia habet hoc no-
7 men, Iuriſprudentiæ. Quod ſi Iudex non eſſet prudens, poſſet de eo dici, quod de quodam Rege ſcribit Bernard. ad Eugen. lib. 1. Simia in bancho, Rex fatuus in ſolio. Vnde dicit D. Thom. 2. 2. quæſt. 6. art. 2. quod prudentia maxima requiritur ad Iudicis rectitudinem; de qua prudentia dicebat olim Plato in Menon. quod ſine ipſa nemo rectè poterat præeſſe. Et quod prudentia ducente omnes inclinationes, & animi motus ad Beatitudinem

nem

8 nem tendunt. Imprudentia verò omnia trahit in contrarium, à prudentia enim rectè agendi præcepta ſumimus, & eius ope, quæ iuſta & honeſta ſunt à contrarijs ſecernimus. Bolognet. vbi ſupra, & Michealſalon. ad D. Thom. 2. 2. quæſt. 63. art. 2 controuer. 6. poſt 3. concl. tit. de offic. Magiſt. verſic. requiri-
9 tur 2. Ratio eſt, quia prudentia propriè verſatur circa actiones hominum, vti ſingula, ac indiuidua; in conſilijs factisque modum, & ordinem ſtatuit, rerum progreſſiones aduertit, & præteritis, præſentia comparat, vnde rectius de futuris decernit, ſola rerum experientia perficitur, & ita ex prudentiæ lumine iuſtus ab iniuſto di-
10 gnoſcitur. Et conſequenter Prudentia differt à virtute intellectiua, quia non intuetur principia
11 vniuerſalia, quod facit intellectus; differt à ſapientia, quia non ſpeculatur res diuinas, vt ſpeculatur ſola ſapientia; differt à ſcientia, quia non cognoſcit ex cauſis primis, atq. immediatis, quæ non poſſunt aliter ſe habere; differt denique ab arte, quia nullis perficitur regulis vniuerſalibus, ſed ſingula, & indiuidua conſiderat. Bolognet. d. cap. 8. num. 5. 6. & 7. De connexione verò, quam habet prudentia cum alijs virtutibus, latiſſimè tractat D. Thom. ſupra citatus.

12 Aduertit P. Bouer. de for. iudic. par. 1. cap. 3 quod iudex Regularis debet eſſe ea prudentia præditus, quod non omnes accuſationes ſine diſcrimine accipiat, neque facilè accuſatoribus credat, ſed potius in ipſo cauſæ exordio quodammodo ſuſpectos habeat; qui enim citò credit leuis eſt corde; quod non ſolum ille reus eſt, qui falſum de alio profert, ſed etiam is, qui au-
13 rem citò criminibus præbet. Multo magis Iudex debet habere ſuſpectam accuſationem, quando facta eſt ardore vindictæ. Innocen. & Hoſtiens. in cap. dudum il 2. in verſ. de elect. Archidiacon. in cap. Quærendum. num. 1. 2. quæſtio. 7. Felin. in ca. quæ in Eccleſiar. n. 13. de conſtit. Menoch. de Arbitr. caſ. 482. n. 1. Vbi quod Iudex hoc cognoſcere poteſt ex qualitate perſonarum, ex ferocitate, & ſimplicitate vultus, ex modo accuſandi, & ſimilibus: Aduertit etiam idem P. Bouer. quod debet etiam Iudex eſſe prudens, & circumſpectus, vt cuiuſq; rei famam quoad fieri poteſt integram ſeruet, & quod interdum flagella criminum diſſimulet, vt delinquens opportunius corrigatur. Et tandem non oleo tantum plagas curare debeat; vt alij imprudenter exiſtimant, quia leuis & paterna correctio in alterius damnum, vel publicum aliorum ſcandalum non ſufficit: Eſſet enim iſta falſa bonitas, & expreſſa crudelitas, contra bonum priuatum, ac publicum; Vnde D. Hyeron. in Synopant. dicit, quæ eſt iſta iuſtitiæ inimica bonitas palpare criminoſos, & vulnera eorum ad
14 diem iudicij incurata ſeruare. Sunt enim aliqui ita imprudentes, quo exiſtiment perpetuari in regi-

gimine, vitia etiam publica ſubditorum celando, & tegendo, & hanc etiã metam veri regiminis eſſe putant, necnon pacem communitatis ſeruari exiſtimant, nulla crimina in exteriori foro apparendo, & nullum proceſſum formando. Vnde oculos habent, & non vident, & non curant, Si vitia paulatim ſerpant per communitatem, & ſi lupi Infernales rapiant oues Chriſti, ſed tantum vt nomen boni, & pacifici Prælati acquirent, & in prælatura ſe conſeruent, audiant iſti Greg. in regiſt., qui ita dicit; manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda, ſed palam ſunt arguendi, qui palam nocent, & dum aperta obiurgatione ſanantur hi, qui eos imitando deliquerant, corrigantur; dum enim vnus corripitur plurimi emendantur; melius eſt vt pro multorum ſalute vnus condemnetur, quam per vnius licentiam, multi periclitentur. Sunt aliqui peiores, & hypocriti Iudices, quod ita paruipendunt aliorum vitia, vt nec oleum, nec vinum vulneribus infundere curent ſub prætextu, vt omnium amorem ſibi concilient, ſed re vera hoc faciunt, vel ad factionem augendam, vel ad eorum ignorantiam tegendam, non conſiderantes; quod mortaliter peccant, & notabiliter offendunt Deum, com-
15 munitatem, & ſeipſos; & quod eorum munus potiſſimè conſiſtit, vt ſedulo ſuper gregem inuigilent, & tamquam bonos paſtores ægrotos, languidos, conuulſos, aut confractos opportuna curatione, inſtauratione, & corroboratione ſanare debeant; & quod aliorum lapſus & ruinas ſibi velut proprias accerſant, dum ſub pace, & mentita ſpecie crudelitatem, & lupi proprietatem ſub nomine boni paſtoris exercent: nec aduertunt ad id, quod dicit D. Gregor. in regiſt. qui non corrigit reſecanda committit, & facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere negligit. Neque ad id, quod dicit ipſemet Deus per Ezechiel. 34. pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri, eo quod non eſſet paſtor, neque quæſierunt paſtores mei gregem meum, ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum.

Sunt alij èontra, qui delicta quantum poſſunt etiam occulta in publicum manifeſtant, vt pœna debita delinquentes publicè puniantur, & hoc pacto publicum bonum foueri putant, non conſiderantes quod delicta occulta ſecretò, & fraternaliter corrigenda ſunt. Et ſub prætextu boni communis non curant, quod talia occulta delicta ad iudicium deferantur. Et quod peius eſt; credunt ita facientes ſe ipſos magnificare. Tamen iſti potius nocent communitati, quàm proſunt; vltra quod famam proximi, & propriam conſcientiam lædunt.

Sciant

Sciant tandem Prælati, quòd in delictis puniendis, & vulneribus curandis vinum ſeueritatis, ſine oleo charitatis adhibere non debent, quod in fratribus, & ſubditis corrigibilibus, ita vt iudices agere debeant, quod naturam patrum non exuant. Et vt inquit D. Gregor. 19. moral. regat diſciplinæ rigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet rigorem, & ſic ita alterum commendetur ab altero, vt nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta.

Digitized by Google

PARS SECVNDA.

De Criminibus, ac de Iudicijs in Genere.

CAPVT I.

De criminum diſtinctione, ac de iudicio ritè, & rectè inſtituendo.

SVMMARIVM.

1 *Prælati Religionum ſunt etiam iudices.*
2 *Iuſtitiæ punitiuæ ſcopus eſt, vt delinquentes puniantur, & corrigantur.*
3 *Delictorum ſpecies cognoſcere debent Prælati, vt poſſint inquirere.*
4 *Delictorum varia diuiſio, remiſſiuè.*
5 *Delicta omnia ſunt publica de Iure Canonico.*
6 *Delicta quædam ſunt merè eccleſiaſtica, quædam merè ſæcularia, quędam mixta.*
7 *Quędam ſunt nominata, quędam innominata.*
8 *Iudex quando pronunciat ſuper delicto nominato, pœna venit in conſequentiam, ſecus quando pronunciat ſuper delicto innominato.*
9 *Delicta excepta recenſentur.*
10 *Delictum dicitur leue, vel graue ex more regionis.*
11 *Delicta leuia grauiora, & grauiſſima, quæ dicantur apud Regulares.*
12 *Delicta multa leuia apud ſeculares, ſunt grauia apud Religioſos.*
13 *Delicta leuia apud ſeculares ſunt vbi dolus non interuenit, ſed aliter dicendum eſt in Religionibus, & num. 14.*
15 *De iure Canonico aliqua delicta grauia reputantur quę de iure ciuili ſunt leuia.*
16 *Delicta leuia, poſſunt eſſe grauia ex dignitate perſonæ offenſæ.*
17 *In delictis leuibus, & grauibus quis procedere poteſt in religionibus.*
18 *Superiores locales non poſſunt procedere in grauioribus formato proceſſu; niſi in caſu vrgenti, nu. 19.*
20 *In delictis grauioribus, & grauiſſimis ſuperiores maiores tantum procedunt, exceptis in delictis pertinentibus ad S. Officium, & num. 21.*
22 *Prelati Regulares poſſunt procedere contra Profeſſos, & nouitios, etiam ſi diſcedere velint à Religione, & num. 23.*
24 *Et poſſunt imponere pœnam nouitijs exequendam poſt Religionis egreſſum.*
25 *Nouitius laicus ſi poſt delictum factum in Religione fugiat, eſt punien-*

Digitized by Google

niendus à iudice Eccleſiaſtico, & non ſæculari.

26 *Nouitius pro delicto grauiori poteſt torqueri, ac ſi profeſſus & puniri poteſt etiam pœna perpetui carceris, n 27.*

28 *Delicta debent conſiderari ſecundum grauitatem fori externi non interni.*

29 *Delictum non cenſetur quod ſit illicitè, ſi pœna non meretur interpretationem iuris.*

30 *Delicti grauitas an cognoſcatur ex qualitate pœnæ? Declaratur.*

1 QVia Prælati Religionum ſunt etiam Iudices & ordinariam iuriſdictionem priuatiuam etiam quoad alios habent, vt ſupra probatum eſt cap. 2. videlicet Generales in tota Religione, ac Prouinciales in tota Prouincia, & ſcopus Iuſtitiæ punitiuæ eſt, vt delinquentes corrigantur, & pęna
2 debita puniantur. Ideo oportet vt ante omnia cognoſcant, an poſſint in cauſa, & ea in ſpecie, de qua agitur inquirere: ob id inueſtigandum etiam erit, cuius ſpeciei ſit delictum, de quo in iudicio eſt a-
3 gendum, vt ea cognita, quid ſit faciendum intelligant. Nam ſicut Medici cognoſcere primum debent ægritudinis ſpeciem, quam curare intendunt, antequam pharmacum ad morbi medelam aptum adhibeant, ne oculum pro aure, pedem pro manu curare videantur. Ita ſimiliter Iudices neceſſe eſt, vt cognoſcant delicti ſpeciem, de qua præcisè in vnoquoque iudicio tractandum eſt. Quia pœnæ ſecundum diuerſitatem delictorum debent etiam eſſe diuerſæ, & ad eorum menſuram. Ideo in hac ſecunda parte agemus de cognitione delictorum. Et quia in grauioribus, & grauiſſimis non proceditur contra delinquentes niſi formato proceſſu, & ordine iudiciario; tractabimus poſtea de iudicio, & ſuo ordine ritè, & rectè ſeruan-
4 do. Decianus tract. crimin. tom. 1. lib. 5. capit. 1. diuidit delicta tum à cauſa efficienti, tum à cauſa materiali, tum à cauſa formali, tum ab effectu, tum ab accidente. Farinacius verò aliter diuidit, in queſt. 18. Nam delicta aliqua conſiſtunt, in committendo, aliqua in omittendo; quæ conſiſtunt in committendo; quædam ſunt publica, & quædam priuata, vt dicit idem
5 Farinac. ibidem num. 8. Sed de iure Canonico omnia delicta ſunt publica, & in omnibus iudex ex officio procedit, c. 1 verbo gratiam de colluſ. tegenda, & ibi etiam Abbas & Anton. Butr. Gloſ. in ca. Infames in verbo fures 6. qu. 1. Bald. in rubr. C. qui accuſare non poſſunt nu. 10. in fin. Ananias in c. ſtatuimus nu. 19. de maledict. Diaz. in practic. crim. canon. cap. 6. poſt num. 11. & ibi etiam Ignatius Lopez in addic. litt. G. Follerius in pract. crimin. canon. c. 6. rubric. aut inquiſitione formata num. 24. Clarus in pract. crimin. § 1. verſ. Hæc tamen omnia, Albert. de Roſat in rubr. ff. de publicis iudicijs. Farinac. quæſtio. 18. nu. 16. Marc. Ant. Genuenſ. in prax. Archiep. cap. 29. n. 1. Decian. dicto tom. 1. lib. 5. cap. 4. num. 4. vbi

M 2 alios

alios citat. Et probat, quia ius canonicum intendit tantum animæ felicitatem, vt per propalationem anima facilius reſipiſcat. Probat 2. quia in iure Canonico non imponitur pęna ſanguinis. Et ideo non adeſt corporis periculum, & ita etiam Iul. Chartar. deciſ. 69. num. 6.
6 & 7. Vbi multos Doctores cumulat, ac etiam quod hoc procedit de Generali conſuetudine totius Italiæ, eſt alia diſtinctio delictorum, quod quædam ſunt merè eccleſiaſtica; quædam merè ſæcularia; quædam mixta, de quibus cognoſcere poteſt tum Iudex eccleſiaſticus, tum ſęcularis. Farinac. vbi ſup. num. 18. Et hæc mixta ſunt, adulterium, ſacrilegium, concubinatus, Vſura, ſortilegium, Blaſphemia, periurium, Sodomia, inceſtus, Falſum commiſſum ſuper litteras Apoſtolicas, vel alias res Eccleſiaſticas, Petr. Gregor. in ca. conquerente nu. 14. de offic. ordin. Ceual. com. contr. com. lib. 4. q. 893. num. 573. Marta de iuriſd. par. 2. cap. 19. Barboſ. de pot. Epiſc. par. 3. allegat. 105. & etiam crimina, quæ committit Clericus non habens requiſita à Concil. Trid. Diana reſolut. 48. tract. 1. par. 3. Bonac. de legib. diſp. 10. quæſt. 2. p. 1. §. 4. num. 19. Alia diſtinctio eſt, quod quædam delicta ſunt nominata, quædam
7 ſunt innominata. Nominata ſunt delicta, quæ à iure habent particulare, & determinatum nomen, Vt Furtum, Homicidium, Adulteriũ, & ſimilia; Innominata autem delicta ſunt, quæ non habent determinatum nomen, vt puta, verberare, domum ingredi, & ſimilia, quæ ſunt nomina actus, & non delicti; Cum poſſit quis percutere, & domum ingredi ſine delicto. Furtum autem, Homicidiũ, & Adulterium committere nemo poteſt ſine delicto. Ita declarat Bart. in l. numquam plura nu 4. de priuat. delict. et Foller. in pract. criminal. verbo capiat informationem, n. 8. vnde infertur; quod in delictis nominatis, quæ non poſſunt committi ſine delicto, probatis actibus, ex quibus delicta nomen ſumpſerunt, probata reſultant in genere delicta commiſſa, nam probata contractatio rei alienæ, reſultat probatum furtum, probata copula carnali cum muliere coniugata, probatum reſultat adulterium, et ſic de alijs delictis nominatis. Secus autem eſt in delictis innominatis, quia vltra probationem actuum, debent probari qualitates inferentes ad delictum, aliàs non diceret etc. conſtare in genere de delicto commiſſo, ita etiam Blanc. in practic. crimin. §. viſis inditijs num. 100. et 101. Farinac. d. qu. 18. nu. 19. vbi ex
8 d. Blanc. ſubdit; quod quando Iudex pronunciat ſuper delicto nominato, pœna venit in conſequentiam, et ex diſpoſitione legis. Sed quando pronuntiat ſuper innominato, niſi adijciat dolo malo, non cenſetur pronuntiare ſuper delicto, Quia ſunt nomina facti magis, quàm delicti. Alij ponunt aliam diſtinctionem, quod aliqua delicta dicuntur ordinaria, et aliqua extraordinaria, ſed ſecundum Boſſiũ citatum à Farinac. vbi ſupra, hæc di-

diſtinctio coincidit cum præceden ti; Quia delicta ordinaria ſunt illa, quæ habent certum nomen, & extraordinaria, quæ non habent à iure certum nomen. Alia diſtinctio eſt, quod quædam delicta ſunt excepta; quædam vero
9 non excepta. Excepta dicuntur, quę ſub generali legis diſpoſitione, non continentur, ſed ſemper excepta cenſentur, puta crimē hæreſis, leſæ maieſtatis, falſæ monetæ, Simoniæ, fraudatæ annonæ, fraudati cenſus, dilapidationes, Sodomiæ, famoſi furis, Sacrilegij, Maleficij, & ſimilium, de quibus per Glos. & DD. in l. fin. C. de accuſationibus, & alij citati per Farinac. d. quæſt. 18. num. 60. non excepta autem ſunt illa, quæ veniunt in generali diſpoſitione. Vltima delictorum diſtinctio poſita à Farinac. vbi ſupra n. 61. cum pluribus ſequentib. eſt; quod aliqua delicta dicuntur leuia; aliqua grauia, enormia, ſeu atrocia; aliqua vero, grauiora, atrociora, & magis enormia; & demum aliqua grauiſſima, enormiſſima, & atrociſſima, de quibus idem Farinac. & DD. ab eo citati, qui loquuntur quoad forum ſæculare.

10 Quo verò ad forum Regulare aliter regulariter dicendum eſt; nam ex more regionis dicitur delictum leue, vel graue, vt dicit Alexander Concil. 202. num. 2. & 3. in 2. volum. ex Angelo in l. leuia ff. de accuſationibus, & probatur per text. in leg. ſæcularis, §. ſunt quidam ff. de extraordinarijs criminibus, vbi dicitur; delicta eſſe punienda iuxta morem
11 Prouinciarum; Vndè ſequitur, quod nonnulla delicta, quæ in foro ſæculari ſunt leuia, in foro regulari grauia, & grauiora reputantur, & ideo inter regulares ſecūdum eorum procedendi modum leuia ſunt illa, quæ ad ordinarios & quotidianos defectus ſpectant; quæ committi ſolent, vel ex negligentia, vel ex animi leuitate, & culpam mortalem, ſaltem euidentem annexam non habent; vt ſunt Nugæ, loquacitas, ſilentium ſtatutibus temporibus violare; cibum aut potum abſque ſuperioris licentia ſumere; tardè ad officium, aut ad refectorium conuenire; inceſſus ſine religioſa modeſtia; leuis irriſio, vel prouocatio æqualium; temporis iactura; murmuratio de rebus, quæ famam non violant; minas, vel maledicta in aliquem ex ſubitaneo impetu iræ proferre, & alia huiuſmodi, quæ culpam mortalem ſaltem euidentem non habent; & inter religiones quarum conſtitutiones & decreta, ſeu ordinationes non obligant ad mortale, illorum tranſgreſſio inter leuia delicta computatur.

Grauia delicta ſunt, quæ maiorem culpam inuoluunt, & religioſos homines valdè dedecent. Vt ſi quis confeſſionem, & communionem à conſtitutionibus præſcriptam ſæpe omittat; Si quis Miſſam tempore ab eccleſia ſtatuto non audiat; Si quis ſæpius quam par eſt celebrari omittat; Si quis Ieiunium regulare, vel Eccleſiaſti-

ſiaſticum frangat; Si quis obſcena verba coram alijs proferat; Si quis iuramenta inter loquendum miſce. at; Si quis ſacrarum ſcripturarum verbis inter nugas, & profana colloquia abutatur; Si quis diuinum officium in choro ſine cauſa recitare notabiliter omittat, vel non perſoluat; Si quis otio cum fratrum ſcandalo indulgeat.

Grauiora ſunt, quæ grauiorem continent culpam. Vt ſi quis notabili infamia fratrem affecerit; Si quis conuitia, & enormes contumelias fratri obiecerit; Si quis alicui, tu mentiris improuerauerit; Si quis falſum teſtimonium in iudicio dixerit; Si quis fratrem percutere grauiter minatus fuerit; Si quis fratrem manibus, vel ligno alioue inſtrumento citra ferrum grauiter percuſſerit; Qui obedientiæ contumax extiterit; Qui proprietarius in re notabili fuerit repertus; Qui religionis ſecreta extra ordinem reuelauerit; Qui libellos famoſos compoſuerit, ſcripſerit, vel publicauerit, ſeu publicè legendos expoſuerit; Qui libros ſine licentia ſuperiorum Ordinis, ad quos ſpectat facultate non obtenta imprimi fecerit; Si quis in ſuſpecto conſortio repertus fuerit; Si quis ad actum carnalem qualemcunque perſonam ſolicitauerit, Si quis pecuniam pro ſe, vel pro alijs ſine Prouincialis licentia procurauerit; Si quis furtum ex bonis conuentus vel ex aliorum domibus cum ſcandalo commiſerit, & alia ſimilia.

Grauiſſima ſunt, ſubornatio in electionibus; Fornicatio quæcunque; Crimen peſſimum; Aggreſſio ferro facta, etiam percuſſione non ſecuta; Percuſſio non ſecuta morte, Homicidium, Manus ſeu ſigilli Generalis, vel Prouincialis falſificatio; Mulierum intra ſepta monaſterij introductio, & alia huiuſmodi.

12 Et cauendum eſt à Doctoribus aſſerentibus, & enumerantibus nõnulla delicta inter leuia, quæ in Religionibus ſunt grauia, prout Angelus de Maleficijs verſic. hic quædam inquiſitio qu.4.nu.56.vbi inter leuia crimina ponit, Si quis ſit repertus ad ludum Zardi, ideſt taxillorum, vel cum armis, & Brun.de indicijs part.2.q.3.num.3. dicit, quod leuia crimina ſunt trahere quempiam per capillos, proijcere lapidem in aliquem; Omnia delicta commiſſa ſine dolo; Percutere aliquem pugno; Furtum ſeu aliud delictum commiſſum in re parua, Crimen abigeatus; Furtum domeſticum; Verbalis iniuria. Iadoch.in pract.crim.ca.35.rubric. de criminos. trahendo torturæ nu. 5.inquit, quod leuiuſcula crimina ſunt; quempiam capillos conuellere; peſſumdare pedibus; impingere colaphos; conuicia ingerere; iniuriam verbis inferre: Et in Extrauag. perlectis, Ioannis 22. declarantur leuia delicta ex natura rei eſſe; percuſſio pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, baculi, lapidis, dummodo ex dictis percuſſionibus non ſequatur liuor, & fractio dentis; Magna capillorum depilatio, ſanguinis non ex naribus effuſio.

Vnde

Digitized by Google

Vnde cum plebanus quidam Canonicum in Eccleſia Areatina manu vacua percuſſiſſet, leuis fuit reputata iniuria. Lapus allegat. 66.
13 ex hoc conſuluit, quod Epiſcopos potuit eum abſoluere, refert Graſ. deciſ. aurea. p. 1. lib. 2. c. 49. num. 52. Abbas Panormit. in ca. tuæ diſcretionis num. 3. de pœnis dicit, quod leuia delicta dicuntur illa, in quibus dolus non interuenit. Idem dicit Farinac. q. 18. nu. 93. vbi alios citat, & quod tantum vbi dolus interuenit delictum eſt graue. Idem dicit Bald. conſil. 412. verſic. tertio
14 modo li. 4. In Religionibus autem aliter dicendum eſt; quia illud dicitur leue, vel graue, vel grauiſſimum delictum, quòd ſecundum vnamquamque Religionem ita ſtatutum eſt. Et vbi in aliqua Religione nihil ſtatuitur, ſtandum eſt arbitrio Iudicis, ſecundum Gloſſ. in l. 1. verbo parte ff. de cuſtodia reor. & in c. peruenit extra de ſent. excommunicationis, ca. cum illorum in verbo membror. de ſentent. excommunic. Bald. in c. propoſuit. num. 2. de appellat. & in l. Quæſtionis modum nu. 3. de quæſtion. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 266. nu. 2. Salzed. à Diaz in pract. criminal. ca. 11. verbo, arbitrio iudicis, quod arbitrium regulari debet ex natura rei, & circumſtantijs locorum,
15 & perſonarum. Et etiam notandum in hoc eſt, quod de iure Canonico nonnulla delicta reputantur grauia, quæ in iure ciuili exiſtimantur leuia; Nam Clericis ſpecialiter in iure Canonico eſt vetitum, vt ludis Alearum, vel taxillorum interſint, aut partem aliquā habeant cum luſoribus, ca. Clerici officium de vita, & honeſtate clericorum authentica de Sanctis. Epiſcop. §. interdicimus Graſſ. effectu clerical. 22. num. 22. & ſeqq. & Confirmatur a Sacro Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 18. de reformatione, vt tradit Bellet. diſquiſit. cleric. par. 1. §. 24. num. 1. Pariter delatio armorum, quæ inter ſæculares non ſolet eſſe delictum, quoad Clericos eſt delictum graue; cum illis ſit ſpecialiter vetitum, arma deferre. c. 1. cum a Iudæis. c. Clerici. c. quicunq. 23. q. fin. cap. 1. & ibi Abbas n. 1. de vita & honeſtate cleric. Clementina 1. eodem tit. Bellett. d. part. 1. §. 18. n. 7. Quæ omnia multo magis ſunt prohibita regularibus, qui nec intra, nec extra Monaſterium poſſunt ludere zardis, vel taxillis. Aut arma deferre. Multa etiam reputantur apud regulares grauia, quæ apud Clericos reputantur leuia, imò licita, de quibus loquuti fuimus ſupra par. 1. c. 2. n. 12.

16 Et aduertendum etiam eſt, quod delictum ex natura ſua leue poteſt eſſe graue ex dignitate perſonarū, quibus ſit iniuria. Videlicet ſi percutiatur Prælatus, vel aliquis alius in dignitate conſtitutus; Vel ſi iniurietur lector à ſtudente, prout de ſtudente percutiente Rectorem, dixit Menoch. de arbitrar. caſ. 236. nu. 14. Hinc eſt, quod ſi monachus percutiat ſuum Abbatem, quamuis percuſſio ex natura ſua ſit leuis, tamen ex circumſtantia perſonæ, ita efficitur graue, vt recurrendum ſit ad Summum Pontificem pro abſo-

lutione,

lutione, vt dicit Reginald.in prax. fori pœnitent.lib. 1. nu.24. Alfonſ. de Leon. de cenſur. recolleƈt.5.nu. 594. vbi citat etiam Suar. tom.5. diſp.22.ſeƈt.1.num.79. ad finem. Quamuis per ſpecialia priuilegia maximè mendicantium aliter dicendum ſit quoad abſolutionem; non autem quoad pœnam imponendam. Quia ratione perſonæ, cui illatum eſt crimen grauiter puniri debet, vt infra par.7.dicetur.

17 His præmiſſis, in leuibus, & grauibus deliƈtis in nonnullis Religionibus, non ſolum Generales, & Prouinciales, aut illorum Commiſſarij, ſed etiam Prælati locales per ſalutares pœnitentias procedere poterunt. Præcipuè vbi fragilitatis pondus, & charitatiua correƈtio emendationem promittunt, & hoc de plano & ſimpliciter, ſine ſtrepitu,& figura Iudicij, iuris ordine non ſeruato, & ſine vllo ſcripto, & proceſſu. Quæ punitio facienda eſt ſecundum obſeruantiam regularem, & diuerſas religionum conſtitutiones: Nam de leuibus, nec iudices ſæculares proceſſum formare debent, l.leuia ff.de accuſationibus ibi, leuia crimina audire, & diſcutere de plano Proconſulem oportet, & vel liberare eos, quibus obijciuntur vel fuſtibus caſtigare,vel flagellis cæſos liberare; & in hoc procedendi modo conueniunt omnia iura & Doƈtores, vt habetur in cap.Ad noſtram, & ibi Gloſſ.v.repræhenſibilis, & ca.ſpeciali §. Porro de appellationibus, Federic.de Senis conſ.105. D. Anton.3 part.tit.9.ca.8. Clar. lib.5.§. final.q.8.Farinac.q.21.num.133.& deciſ.15.n.6. Bouer. direƈt. part.1. cap.6.Pitigian.praƈt. crimin. part. 1.cap.3.circa finem, Bordon.reſol. 32.n.9., ita vt nec appellare licet, Lap.allegat.53.nu.3. verſ. ſed vlterius dico, Tuſc. litt. D.concl.199. num.1.Sorb.in compend.religion. Mendicant.verb.appellare; vbi refert Bonifac. VIII. ſtatuiſſe fratribus Franciſcanis non licere à correƈtionibus Prælatorum eiuſdem ordinis appellare, & num.3.refert Iulium II. prohibuiſſe ſub pœna excommunicationis fratribus, & ſororibus diƈti Ordinis appellare, & refert Nouar.lucer. regul. verb. appellatio.

18 Superiores tamen locales ſi ſcripto eſſet procedendum a grauium correƈtione deſiſtant; cum huiuſmodi facultate tantum gaudeat Generalis, vel Prouincialis; quippè qui ad punitionem ſubditorum in grauioribus deliƈtis procedere poſſunt ſeruato ordine iuris.Ægid. Bellam.conſ.5.n.12.Tuſc. d.litt.D. concluſ.197. n.2.qui ſi incæperint inquirere ſecundum formam iuris, poterunt reuerti ad viam extraordinariam,& non obſeruare ordinem.Foller.in praƈt.crimin.canon. par.vltima cap.36.num 30. Ægid.

19 Bellam. d.conſ.5. nu.5. & ſequent. Tuſc.vbi ſup.In abſentia vero Prouincialis poſſunt Prælati locales in caſu tantum vrgenti tamquam delegati ab ipſo miniſtro Prouinciali procedere ad inquirendum, & reum carcerandum, vt diƈtum fuit ſupra par.1.capit.2. num.5.

20 In grauioribus, & grauiſſimis de-

delictis tantum Generales & Prouinciales procedere poſſunt, vel eorum delegati. Niſi in aliqua religione aliter ſtatutum ſit, excepto ſemper crimine hæreſis, vel delicto Sanctæ Inquiſitioni ſpe-
21 ctante: Vnde ſi dictis Prælatis præſentata eſſet aliqua denuntia, vel accuſatio in qua tangatur aliquid ad Sanctum Officium ſpectãs, non debent eam recipere, aut decretum aliquod facere, ſed ſignificare poterunt præſentanti, vt Inquiſitori deferat ea, quæ ad Sanctũ Officium ſpectant; Si tamen denuntiator, vel accuſator vult ipſis Prælatis denuntiationem præſentare, auferant illud, quod ad Sanctum Officium ſpectat; Et ſi in examine rei, vel teſtis detegerint nouum delictum ad S. Officium attinens ex aliquà circumſtantia, non permittant, immò inhibeant actuario, ne talia in actis inferant & moneant reum aut teſtem, vt ea ad Sanctum Officium inquiſitionis deferant, ſicut ipſimet Prælati facere debent; Et in reliquis non ſpectantibus ad SanctumOfficium, quando qualitas delicti eſt ſeparabilis, proceſſum proſequantur; quãdo verò non eſt ſeparabilis, cauſa ipſa ad dictum tribunal S. Officij pertinet, & Prælati regulares ſe ingerere non debent.

22 In reliquis omnibus delictis liberè procedere poſſunt, non ſolum contra ſuos ſubditos, ſed etiam contra nouitios, quãdo delinquunt etiam in re grauiſſima, & mortis digna. Quia Prælati regulares iuriſdictionem habent in foro externo etiam contra ipſos nouitios quatenus ſunt partes religionis, & ab omni alia iuriſdictione etiam Epiſcopali ſunt exempti. Ita Suar. Sanch. & Barboſ., quos refert & ſequitur Caſtrus Palaus de ſtatu religioſ. diſp. 1. par. 10. n. 8. Bordon. tom. 1. reſol 54. n. 131. Ricc. deciſ. 119. n. 3. part. 2. Nauar. conſ. 5. & 6. de foro compet. in 2. edit. Molin. tom. 3. diſp. 671. n. 2. Azor. part. 1. lib. 12. cap. 2. qu. 11. Aldrete lib. 5. de religioſ. diſciplin. cap. 7. nu. 33. Lezan. tom. 1. cap. 24. n. 4. Vecch. diſp. 19. dub. 11. cũ alijs ab eo citatis, & non poſſunt puniri ab alio Iudice Eccleſiaſtico, ſed à Prælatis
23 ſuæ Religionis. Nam Nouitij poſt habitum ſuſceptum ſubiacent Prælatis Religionis, quoad iuriſdictionem, & ſuperioritatem, ſicut profeſſi, ſaltem commutabiliter, & reuocabiliter, pro tempore, quo ſunt nouitij, Molin. tom. 1. de iuſtit. diſp. 139. & dicta diſp. 671. nu. 2. Sanch. li. 6. in decalog. cap. 10. n. 11. Lezana tom. 1. c. 24 n. 4. Vecchius vbi ſupra n. 2. & alij ibi citati, Ric. dec. 119. par 2. Giurba, qui multos cumulat conſ 15. nu. 9. vbi quod ſi delinquunt extra clauſtra, etiam puniri debent à Prælato regulari, & non ab Epiſcopo. Nouar. de elect. for. ſect. 1. q. 35. n. 5. Et ſi non poſſit Nouitius cogi a Prælato Religionis ad luendam pœnam delicto ſuo condignam, ſi re integra ante cęptum iudicium diſcedere velit a Religione, dicunt Barthol. de Vecch. in prax. Nouitior. diſp. 11. dub. 11. nu. 5. & ſequitur Diana par. 3. tract. 1. reſolut. 34. in fine; &

N idem

idem dicat Sanch.lib.5.c.10.n.4.in decalog. Tamen verius mihi videtur cum Suar. tom. 3. de religion. lib.5.cap.16.num.8.quem ſequitur Frater Anton. à Spir. Sancto in director. Regul.tract.3.diſp.2.n.141. quod licet Nouitius impediri non poſſit vt liberè è religione egrediatur, quia illi à iure conceditur, vt in c.non ſolum, & c.ſtatuimus de regular.in 6. Tamen non ſequitur, quod Prælatus regularis non poſſit eum punire de delicto in religione commiſſo, etiam egredi volentem, quia tum reſpectu perſonæ delinquentis, tum reſpectu loci, in quo commiſit delictum, ad Prælatos regulares, quibus ratione delicti factus eſt ſubditus, ſpectat eum punire, & per accidens, & ratione culpæ ab eo commiſſæ impeditur egreſſus, licet per ſe, & re integra, quando delictum non commiſiſſet, liber ei eſſet dictus egreſſus; & ita intelliguntur iura prædicta. Fr. Ant. à Spir. Sancto vbi ſupra, & trac 4 diſp.4.n.212. Nam ad fundandam iudicis iuriſdictionem, commiſſi delicti tempus inſpicitur, & eo ipſo, quod crimen committitur quæſitum illi eſt ius, cuius ſubeſt iuriſdictioni. Ita Doctores citati à Giurba conſ.15. nu. 12. & ſeqq. Et eſt communis opinio, quamuis poſtea delinquens efficiatur alterius fori, Gram. deciſ. 10. Franch. deciſ 417. & ibi addentes, de qua re nos latè infra part. 7. capit.4. a num.109. & ſequent.

24 Imò poſſunt Prælati Regulares imponere Nouitio pœnam exequendam, etiam poſt Religionis egreſſum, vt dicit Sanch., quem refert & ſequitur Palaus vbi ſupra n.8.; quia ſi ab ea non appellauerit, & eam acceptauerit propria authoritate prætermittere eam
25 non poteſt; ſecus eſſet ſi abſque figura Iudicij pœnitentia imponeretur, & ſi Nouitius, ſecuto delicto ſtatim fugiat; dicit Vecchius, quod ſi nullo ordine inſignitus ſit, puniri poteſt à Iudice ſæculari, quamuis delictum patratum fuerit in Religione: quia in eo caſu non habetur pro Religioſo; Si verò ordinem aliquem habeat, & eſſet Clericus, puniri debet ab Epiſcopo, ita Lambert. de contract. gl.2. qu. 17.n.27.in fine. Farin. q.8. nu.46. ampl.16. Molin. de iuſt. commut. diſp.49 n.24. Giurb. conſ. d.conſil. 15.nu.10. Sed contrariam ſententiam; quòd etiamſi eſſet laicus, in iſto caſu, puniri debet à Superiore Eccleſiaſtico, tenent Bonac. de legib.diſp.10.q.2.punct.1.§.2.num. 5.cum Sayr. Abb. & Clar. ab eo citatis, & Layman. in theolog.mor. lib 4.tract.9.c.8.n.5. quos ſequitur Diana lib.3.tract.1. reſol.34. Pala. & Bordon.reſol.7.n.116. & Pellizzar trac.2. cap.6 n.3. & P. Anton. de Spir.Sancto dicta diſp.2. n.146. vbi habet quod nõ poteſt puniri in hoc caſu à iudice regulari; quia nõ habet ius abſolutum ſuper nouitios, niſi ratione domicilij, & delicti: ergo ſi fugiat, cum non habeat ſuper illum iuriſdictionem, & ab eo puniri non poſſit, nec etiam poteſt puniri à Iudice laico, quia in delictis inſpicitur tempus, quo crimina commiſſa ſunt, vt

pro.

probatum eſt ſupra, ergo ab ordinario loci Eccleſiaſtico puniendus eſt, quia tempore Nouitiatus commiſit delictum, & quando erat perſona Eccleſiaſtica, ergo ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat eum punire. Et dum nouitius fugit, &
26 pro delicto exigitur vt torqueatur, poteſt torqueri, ac ſi eſſet profeſſus, etiam per ſæculares. Suarez de cenſur. diſput. 22. ſect. 1. n. 44. Coninch. de cenſur. diſp. 14. n. 191. Bartholo. de Vecchis dicto dub. 11. n. 3. vbi citat Nauar. Sanc. Rodoriqu. Lorich. & alios, quicquid dicat, Peyrin. de Prælat. qu. 2. cap. 3. §. 11. n. 106. Bordon. reſol. 7.
27 n. 216. verſ. ſed quid dicendum, & puniri poteſt etiam pœna perpetui carceris, ſi hæc pœna proportionata eſſet delicto, Vecchius vbi ſupra num. 5. cum aliis ab eo citatis.

28 Et notandum eſt, quòd ſupradicti Prælati regulares, ad quos pertinet punire grauiora, & grauiſſima delicta; quòd non debent ea conſiderare ſecundum grauitatem fori interni, ſed ſecundum grauitatem fori externi. Et ſic debent conſiderare delicta, quatenus in externo foro accuſatione, & pœna ſunt digna; Quia vbi pœna non cadit à iure expreſſa, delictum non dicitur, etiam quod factum illicitum ſit, l. 1. §. 1. ff. vt quis eum, vbi Alexand. & alij Bald. in l. 1. §. vt Filius ff. ne quis in eum, qui in ius voc. num. 3. & ibi Caſtrens. nu. 4
29 Qui aſſerunt; quod illud, quod fit illicitè ſi pœna non meretur, delictum non eſt, quod Bald. & Caſtre. & poſt eos Blanc. in pract. crimin. pag. 47. n. 42. Declarant hoc eſſe verum interpretatione iuris, ſecundum quod non eſt delictum, cum non puniatur, ſed non attenta veritate; & licet non puniatur, verè tamen delictum eſt, & contra bonos mores. Patet ergo quod non omne illicitum punitur proceſſiuè, ſed illud demum quod lex, vel ſtatutum ſtatuit eſſe delictum. Bal. conſ 14 volum. 1 Alexa. conſ. 104. colum. 2. volum. 1. & conſ. 92. num. 17. & conſ. 202. n. 3. volu. 6. Decius conſ. 90. colum. 2. & conſ. 581. columη. 4. Abbas poſt Gloſſ. in c. fina. de iure patronatus, Roland. a Vall. conſ. 85. n. 22. volum. 2. Natt. conſ. 595. n. 10. conſ. 597. n. 9. Hyppol. de Riminald. conſ. 327. nu. 29. volum. 3. Nec in omni caſu, niſi in expreſſo pœna legis, vel ſtatuti ordinaria locum habet, l. at ſi quis §. Diuus ff. de religioſ. §. Igitur, Authentica de non eligendis ſecundo Nuben. Bald. in l. 3. C. de Sacroſanctis Eccleſiis in princ. l. in lege factum §. in finalibus nu. 11. ff. de reg. iur. idem Bald. in Authent. ex teſtam. columη. 2. Cod. de ſecundis nuptiis. Felin. in cap. 2. extra de reſcript. Roland. conſ. 27. nu. 14. volum. 1. Hippolit. Riminald. d. conſ. 327. n. 28. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 27. per totum, Caball. in quæſt. crimin. caſu primo per totum; vbi cum aliis citatis firmat, quod vbi pæna non applicatur, ibi ceſſat delictum, accuſatio, & Inquiſitio. Et hæc exceptio impedit litis ingreſſum, dicit Bertaz. conſ. 258. n. 2. & conſ. 223. n. 12.

Notandum 2.quòd ex qualitate pœnæ, à iure impoſitæ delicto cognoſcitur grauitas, vel leuitas delicti. Barthol. & Aug. in l. leuia ff. de accuſationibus, Clar. in pract. §.1.verſic. ſunt etiam, Alexand. conſ.13.num 8.verſic. & crimina iudicantur lib.7. quem citat Tuſc. litt. C. concluſ.1077. num.3. referens; quod pœna adulterij cum ſit maior in maſculo, quam pœna ſtupri; Adulterium eſt maius delictum, quam ſtuprum; Et num.4. ex eodem Alexan. declarat; quod ex quo adulterium eſt maius delictum quam ſtuprum; Sicut hodie mulier committens adulterium ex benignitate ſolum detruditur in monaſterium; iſtud idem erit in ſtupro, ne ſit maior pœna ſtupri, quam adulterij: Et ideo, Anton. Theſaur. de pœnis Eccleſ. part.1. capit.23. verſ. dico quarto, dicit, quod crimina iudicantur grauia, & leuia, non theologicè, ideſt, à virtute cui apponuntur, ſed à pœnę grauitate, qua puniuntur, ex Anton. cap. At ſi Clerici §.Adulterij de iudicijs. Abb. ibidem num.7. Anan. num.13. vnde infert; quod ſacrilegium eſt maius adulterio ſecundum ſpeciem, non autem ſecundum pœnam; Et ideo Epiſcopus in illo diſpenſat, c.fin.de furtis.

30 Sed hanc regulam ita generaliter ſumptam non admittit Farinac. d. qu.18.n.87., niſi tantum, quando poteſt cadere dubium probabile, an vnum delictum ſit maius altero; nam tunc recurrendum eſt ad pœnæ grauitatem, vel leuitatem, vt cognoſci poſſit; ſecus autem, vbi lex vel natura reputauit vnum delictum maius altero, prout in homicidio, & furto: nam maior pœna impoſita pro furto, non facit vt homicidium, ſit minus graue delictum, quam furtum; quia homicidium ex ſe eſt ſemper maius delictum, nec qualitas immutat naturam, & idem dicunt Caball. caſu 197.n.8.Merlin.contr.for.17.num. 19.vbi, quod menſura pœnæ non variat criminis qualitates, nam pœna eſt quid conſequens ad delictum iam commiſſum, & conſequenter diſtinctum, & peccata diuerſa ſpecie perſæpè puniuntur eadem pœna ſaltem humana, vt eſt Simonia, & percuſſio Clerici, quæ puniuntur eadem pœna excommunicationis, Filliuc. trac.21. c.6.n.238. Quoties per alias rationes probatur delictum eſſe maius, licet minor pœna imponatur; Et cum Crauett. de antiquit. tempor. in 4.part. §.videamus modo nu.25. & 26.addit idem Caball. n.7. quòd ſi per ſtatutum, vel conſuetudinem imponatur aliqua magna pœna ratione aliqua, puta frequentia illius delicti, vel aliter; tale ſtatutum, vel conſuetudo non extenditur ad delicta, eſſentialiter, & re ipſa maiora.

Et hæc pro modo ſufficiunt de delictis in committendo, & quia ſunt alia delicta, quæ conſiſtunt in omittendo, vt dictum fuit ſupra, in prima diſtinctione, de iſtis infra erit ſermo.

CAPVT II.

De negligentijs Prælatorum, & eorum pœnis, in non corrigendis exceſſibus ſubditorum.

SVMMARIVM.

1 *Delictum in committendo regulariter maius eſt, quam delictum in omittendo, limitatur tamen in multis caſibus, & num 2.*

3 *Negligentia Prælatorum in corrigendo ſubditos delictum grauiſſimum eſt.*

4 *Facere non facienda, & non facere facienda paria ſunt, quando aliquid incumbit alicui ratione officij.*

5 *Religionis bonum à diligentia Prælati maximè pendet.*

6 *Prouinciales ratione officij tenentur purgare Prouinciam malis ſubditis.*

7 *Salus Prouinciæ procuratur per punitionem delinquentium.*

8 *Impunitas eſt inſolentiæ mater, impudicitiæ radix, & tranſgreſſionis nutrix.*

9 *Prouincialis ſtatim conſtito de delicto ſine mora aliqua inquirere debet, & redditur ratio.*

10 *Diffamatio quando de delicto, & de delinquente procedit, debet Prælatus ſtatim inquirere contra perſonam diffamatam ſpecialiter.*

11 *Iudex debet ſpecialiter inquirere de delicto ſuper quo præceſſit inquiſitio generalis.*

12 *Ignorantia de delinquentibus in iudice non præſumitur, quia ex officio tenetur ſcire, & inquirere, imò præſumitur ſcientia.*

13 *Prælati præficiuntur non vt dormiant, ſed vt vt vigilent, et corrigāt.*

14 *Negligentes Prælati habent indicium participationis de delicto.*

15 *Iudex non inquirens tenetur de negligentia.*

16 *Delicta quæ committuntur in committendo quando dicuntur eſſe perfecta?*

17 *Non ſufficit Prælato incipere proceſſum, & non expedire, & ſucceſſori relinquere, & vt negligens puniri debet.*

18 *Prælatus debet cauſam expedire cum primum poteſt.*

19 *Prælati negligentes publicè, & grauiter puniri debent.*

20 *Officialis quando eligitur habet tacitam conditionem de officio fideliter, & diligenter adminiſtrando.*

21 *Negligentia eſt peccatū mortale in eo, qui eſt obligatus ex officio aliquid facere, maximè in Prælatis.*

22 *Accuſator ſi defecit in accuſando prælatus debet ex officio procedere contra delinquentem.*

23 *Prælati tenētur ſub mortali corrigere ſubditos etiā cum periculo uitæ.*

24 *Negligentia in corrigendo vocatur iniquitas.*

25 *Prælatus negligens in corrigendo dupliciter peccat, & triplicem rationem reddere debet Deo, & num. 34.*

26 *Peccatum Prælati negligentis quātum ſit graue oſtenditur.*

27 *Prælati negligentes deſtruunt Religiones.*

28 *Sine iuſtitia nec parua domus ſubſiſtere poteſt.*

29 Pie-

29 *Pietas inordinata nutrit impietatem.*
30 *Culpæ ſubditorum refunduntur in Prælatos negligentes.*
31 *Prelati negligentes fouent peruerſos, & ſunt participes criminis.*
32 *Negligentia in iudice punitur, vt delictum.*
34 *Iudex peccat non tantum in committendo, ſed etiam in omittendo, imò magis peccat in omittendo*
35 *Officiales debent ſyndicari de commiſſis in officio & de neglectis.*
36 *Officiales ſæculares ſyndicantur de negligentia diſſoluta, & dolo proxima.*
37 *Negligentia diſſoluta, & dolo proxima eſt illa, quæ prouenit ex lata culpa.*
38 *Lata culpa in iure varijs nominibus vocatur.*
39 *Culpæ gradus tres tantum ſunt, & non vltra.*
40 *Dolus quando à lege punitur, & excluditur culpa, intelligitur de leui, & leuiſſima.*
41 *Lata culpa, & dolus numquam cenſentur remiſſa.*
42 *Lata culpa deſcribitur.*
43 *Negligentia magna deſcribitur.*
44 *Negligentia quando prouenit ex lata culpa, & quando ex dolo declaratur.*
45 *Negligentia quomodo probatur.*
46 *Diligentiam probandi onus Prælato incumbit.*
47 *Qui non impeditus non facit negligens dicitur.*
48 *Negligẽtia tripliciter conſideratur.*
49 *Prelatus negligens quando negligentia prouenit ex dolo criminaliter punitur.*
50 *Negligentia Prælati quando prouenit ex lata culpa, debet Prelatus negligens puniri depoſitionis pœna.*
51 *Officialis remotus ab officio propter negligentiam, amplius ad idem officium redire non debet.*
52 *Negligentia quando prouenit ex leui culpa, punitur Prelatus negligens extraordinariè, & num. ſeq.*
54 *Leuiſſima culpa deſcribitur.*

1 Licet maius ſit delictum in committendo, quàm in omittendo. Anchar. conſ. 158. n. 13. Oſaſch. deciſ. Pedam. 71. nu. 38. & delictum in omittendo regulariter pœna ordinaria non puniatur. Bald. conſ. 144. nu. 2. lib. 1. & conſ. 132. lib. 4. Cum delinquens in omittendo minus delinquat, quàm in committendo; & non puniatur niſi probetur culpa. Bald. d. conſ. 132. & in omiſſione, dolus dicatur præſumptus, & non verus, ſicut in commiſſione. Alexand. conſ. 103. lib. 1.
2 Natta conſ. 17. nu. 3. lib. 1. Tamen nonnulla delicta ſunt in omittendo, quæ etiam habentur pro delicto in committendo; prout eſt contumacia, Ancharan. conſ. 158. n. 17. & Abbas, & Prælatus qui tenetur defendere ſuos ſubditos, & eorum delicta obuiare, non obuiando dicitur eſſe in craſſa negligentia, & grauiter punitur, cap. quicquid inuiſibilis 1. qu. 1. capit. conſentire, & c. nihil 83. diſt. gloſ. in c. 1. in verbo pari pœna verſ. in primo caſu, & ibi Doctores de off. delegat. Carrer. in pract. crim. trac. de homicid. & aſſaſſin. §. quinto ex-

cuſat

cuſat num. 78. verſ. cæterum. Farin. q. 51. n. 10. vbi multos citat, & ita de Epiſcopo, qui omittit, & negligit reuocare Clericum delinquentem à iuriſdictione ſæculari, quòd debet condemnari plus quam iudex ſæcularis, qui Clericum condemnat. Caſſan. in conſuet. Burg. fol. 51. nu. 73. ita etiam dicitur de cuſtode carcerum, qui ſi propter eius negligentiam carceratus aufugit, tenetur eadem pœna qua ipſe carceratus fugitiuus, vt dicetur infra par. 4. c. 17. n. 34. & 38. & ita etiam de pluribus alijs delictis in omittendo, de quibus Berti in pract. crim. par. 5.

Inter alia delicta in omittendo enumeratur negligentia Prælatorum in non corrigendo ſubditos delinquentes, & hoc delictum gra-
3 uiſſimum eſt. Et ita debent ſyndicari Prælati, negligentes de ne-
4 glectis, ſicut de commiſſis. Quia quando aliquid alicui incumbit ratione officij, paria ſunt facere non facienda, & non facere facienda; & ſi hoc dicitur de tutoribus, & curatoribus, vt in l. 1. in principio ff. de tutel. & ration. diſt. Multo
5 magis dici debet de Prælatis Eccleſiaſticis, à quorum negligentia vel diligentia pendet malum, vel bonum totius religionis; & hæc ſententia probatur primo; quia Prouinciales ex neceſſitate officij
6 tenentur diligenter, & celeriter purgare Prouinciã malis religioſis, vt in l. Præſes ff. de off. Præſid. vbi ita dicitur: curet is, qui Prouinciæ præeſt, malis hominibus purgare Prouinciam; & melius in l. congruit eodem titulo, vbi dicitur; Præſes ſolicitè agat, vt malis hominibus Prouincia careat, eoſque conquirat. Et in c. reſecandæ 24. quæſt. 3. dicitur; reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeant,
corrumpantur, putreſcant, & in-
7 tereant, & in l Prouinciarum C. de fer. dicitur; per punitionem delinquentium, ſalus multorum, & incolumitas procuratur: & D. Chryſoſtomus in ſerm. de Abſalon. dicit; ſemper ſcelera dum non reſecantur increſcunt, et in augmenta facinorum proſilitur, quoties ſecura impunitate peccatur, & D. Thom. 2. 2. qu. 67. artic. 4. ait, quod Prælatus ſubditorum delicta puni-
8 re tenetur; quia impunitas eſt inſolentiæ mater, impudicitiæ radix, & transgreſſionis nutrix, S. Bern. lib. 3. ad Eug. de conſid. Maſtrill. de magiſtrat. lib 3. c. 3. n. 13.

Et in c. qualiter & quando el 2. habetur, quod Prælatus debet ex officio inquirere, & punire delicta, & exceſſa ſubditorum; non tamquam idem ſit accuſator, & Iudex; ſed quaſi denunciante fama, vel deferente clamore officij ſui debitum exequi debet: Et ad corrigendum ſubditorum exceſſus, tanto diligentius debet Prælatus aſſurgere, quanto damnabilius, eorum offenſas dereret incorrectas; ita in d. c. qualiter & quando in §. debet, & in cap. licet Hely. eodem tit. Et
9 ideo poſtquam Prouinciali vt iudici conſtat delictum commiſſum fuiſſe, ſtatim debet ſuper ipſo de-

licto

licto inquirere. Et in hoc neceſſaria eſt diligentia, & celeritas, non ſolum per rationes ſupradictas: et vt euitetur ſcandalum quod alijs daretur, non inquirendo, et vt delicta non remaneant impunita. Sed etiam ne forte propter moram, quæ à iudice interponatur, delinquens ipſe fugam arripiat, & detur etiam ſpatium eius fautoribus, & amicis teſtes de negotio ipſo informatos ſubornandi, et à veritatis depoſitione deterrendi, vt dicit Clar. in §. fin. q. 5. in principio, vbi nu. 4 ſubdit; quod ex officio ſtatim tenetur inquirere, quando præcedit diffamatio, quæ ſuccedit loco accuſationis, quaſi videatur populus ipſe illum, vt reum criminis iudici deferre, ex Clem. Alexand. in c. de accuſatione col. 14. in fin. 2. q. 8., et aſſerit Suarez, quem citat et ſequitur Pellizar. in manual. re-
10 gul. tract. 9. c. 4. ſect. 2. num. 5. quod quando præcedit infamia de delicto, et delinquente, Prælatus regularis tenetur inquirere interrogando in particulari de tali perſona, et obligando ſubditos, ad fatendam veritatem; Cum in hoc caſu infamia ſuppleat vicem accuſatoris; et eſt neceſſarium inquirere ad bonum commune, ne talia delicta remaneant impunita. Vnde ſi Prælatus in hoc eſſet remiſſus, daret aliis graue ſcandalum. Et Aret. in pract. criminal. cap. 16. verſ. ſed ego etiam, dicit, quod quotieſcumque ſubditus denunciat crimen aliquod Prælato tāquam Iudici; quia denunciatio ſuccedit loco accuſatoris, Prælatus tenetur ſtatim veritatem inquirere; Et idem dicit, quando præcedit infamia; & addit etiam Afin. de execut. ca. 3. fallent. 253. ca. 278. quod iudex ex officio, de omni crimine ſpecialiter inquirere debet ſuper quo primum præ-
11 ceſſit inquiſitio generalis ad delinquentes inueniendos; ratio eſt, quia fruſtra fieret generalis inquiſitio, ſi deinde contra repertos delinquentes ad particularem inquiſitionem non deueniretur; Sed de hoc infra par. 3. c. 8. num. 32. & ca. 9. §. 4. per totum.

12 Nec ignorantia delictorum poteſt Prælatum excuſare à non inquirendo, & procedendo contra delinquentes; quia talis ignorantia in iudice non præſumitur. Et vt aſſerit Amad. de ſyndic. num. 78. & Bald. in l. 1. §. Magiſtratibus ff. de magiſtr. dicit, non excuſatur Iudex ſi non inquirit, quando ſpectat ad ſuum officium inquirere; niſi in delictis clandeſtinis, & occultis. Et ſcientia præſumitur contra eum, qui ex officio tenebatur inquirere, & ſcire; & ignorantia minimè excuſat, non adhibita debita diligentia. Flores. de Mena var. lib. 1. q. 3. diſput. 42. n. 1. Barboſ. in collect. ad c. innotuit num. 22. de elect., quæ quidem ignorantia vix, ac ne vix quidem diſtingui à ſcientia debet, iuxta text. in cap irrefragabili de offic. ordinarij. Et in c. quamuis de reg. iur. graue verbum pro negligentibus Prælatis habetur; nimirum ſanguinē de manibus Prælatorum requirendum; quod ipſum haberi videtur, in ca. cum ad Monaſterium §. final. de ſtatu Monach.

Præ-

Prælati enim præficiuntur non vt dormiant, ſed vt inuigilent, & corrigant ſubditorum exceſſus, di. ɔ. ēto c. qualiter & quando de accuſatione, itaut ſi neglexerint punire
14 delinquentes, habent indiciũ participationis de delicto cõtra ipſos, & pro indicio ponitur à Iaco. But. in prac.col.5.verſ.Nonũ eſt, Iudic. inquiſit. in ver. Negligens. Multo minus excuſantur Prælati quando res palã innoteſcit; quia à quolibet præſumitur ſciri. Gloſs. in clem 1. verſ.publicè de ſepult.Bal.in c.quoniam contra §.1. vt lite nõ conteſt. Gloſ.in l. ſi tutor petitus C. de perit.tut. & Gloſſa in l.vlt. ff.de decr. ab ordin.facie.& quando delictum publicè ſcitur, etiã quilibet priuatus præſumitur ſcire.Tiraq.de retr. lignag.§.35 gl.4.n.33. Menoch.de præſ.lib.6.præſ.23.n.70. & remed. 16.recup.n.34. Garc.de nobil.gl.4. n.37.& publica vox & fama inducit ſcientiam.Ioſep.Ludou.dec.Peruſ.193.n.12. Barboſ. in collect. ad c.quia veriſimile n.7. de præſump. Et ſic quando Prælatus ſiue iuridicè ſcit delictum, vel delinquentẽ, ſiue debet vt iudex ſcire,nõ excuſatur ſi non inquirit: & multo minus excuſari poteſt, quando delictum eſt publicũ,per famam publicam.
15 Ex dictis ſequitur, quòd ſi iudex non inquirit teneturde negligẽtia, Pariſ.de Put.de ſynd.in ver. Negligẽtia,c.1.n.8.& multò magis quãdo tranſiuit tãtum tempus, in quo facere poterat, quod facere debebat,& non fecit.Bar.in l.1.C.de his quib.vt indig.& in l.in cognit.ff.ad
16 Syllan.Pariſ.de Put.d.c.1.n.1.Nam delicta quæ committuntur in omittendo,tunc dicuntur eſſe perfecta, quando tranſiuit tantum tempus, in quo potuit compleri, quod erat perficiendum,& non eſt completũ. Nec expectandũ eſt, quod tranſeat tantũ tẽpus,per quod deſinat poſſe fieri,Bart.in d.l.in cognit. & Bald. in d.l.1.n.3. C.de his quib. vt indign. Et quãdo ſtatutus eſt terminus ad inquirendũ debet Prælatus inquirere infra illud tẽpus.Bal.d.n.3. Quãdo autem non eſt ſtatutus terminus debet inquirere cum primũ poteſt;aliàs dicitur negligẽs, & tenetur de negligentia. Bald.d.nu.3. Amed.de ſynd.n.81.Farin.q.111.n.
17 433. Et non ſolum debet Prælatus incipere proceſſum criminalẽ, cõtra delinquentẽ, ſed etiam tenetur expedire; Itaut ſi incipiat, & non expediat, ſed ſucceſſori relinquat, vt puniat, non poteſt excuſari, ſed tenetur de negligentia,et punitur, Bald.in l.1. §. ſciendũ ff.de magiſt. conuen.& Amed.de ſyndic. n.77.,
18 vbi, quod quando iudex procedit ex officio,ad vtilitatem publicam, via inquiſitionis, aut denunciationis, non poteſt excuſari ſi cauſã nõ expediat,quamprimũ poteſt. Quia in his,quę conſiſtunt in mero iudicis officio non expectatur, vt pars aliqua petat,vt procedatur. Et ita ante eum Bald.in l.eos.§.fin.C.de appellat.ex Oldrad.& Innocent.in ca.ad noſtram el 2.de iureiurand., nec requiritur aliqua interpellatio, vt iudex cadat in pœnam in non faciendo, quando obligatus eſt ad aliquod faciendum. Federic. de Sen. conſil. 104. Abb. in capit.

quoniam frequenter §.porrò col. 16. extra vt lit. non conteſt. quos refert,& ſequitur Iou. conſ.133. in finalibus verbis, & poſt eos Hippol.de Marſil. ſing. 341. num. 2.

19 Nec debent Prælati Religionum ignorare id,quod contra negligen. tes ſtatuitur, in ca.ea quæ de ſtatu Monac. vbi loquendo de Prælatis dicitur; De ſtatu Monachorum, & obſeruantiis regularibus diligenter inquirant, & tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus corrigant, & reforment quæ viderint corrigenda; Et poſtea contra negligentes ſubdit: ſi vero Abbates in corrigendis iuxta viſitatorum mandatum; & regularia inſtituta, in ſeipſis ſeu Monachis inuenti fuerint negligentes proclamētur, & corripiantur, & ita puniantur publicè, quod pœna ipſorum ſit alijs in exemplum; Et à iure etiam ex natura actus Prælati negligentes remoueri debent ab officio, vt dicit Crauett. deciſ.132. num.8. in

20 fine; quia quando quis eligitur ad aliquod officium,ſemper intelligitur tacita conditio iuris, ſi illud benè, fideliter, & diligenter exerceat, & in eo numquam negligenter ſe habeat, cum propter negligentiam ab officio quis remoueatur; Ideo probata negligentia,non tam videtur reuocari officialis ab vniuerſitate,quam à iure, ex natura actus, & num.9. ſubdit quod iſto caſu non ſolum maior pars vniuer. ſitatis poteſt hoc petere, vt officialis tollatur de officio; ſed etiam vnus tantum de populo, cum agatur de intereſſe publico; imò ad mittitur etiam is, cuius non intereſt, quoties agitur de intereſſe publico; ex Dec. in l. ſi quis id, quo col.3.ff.de iuriſdic.omn.iudic. & alijs DD. & iuribus ab eo citatis.

Secundò probatur ex eo, quòd negligentia & omiſſio eſt peccatum mortale, in eo qui ex officio obligatur aliquid facere, Socin. conſ.2.col.2.nu.8.verſ.concluditur li.1. & maximè eſt peccatum mortale in Prælatis regularibus,in iis, quæ facere tenentur ratione officii, & in ijs in quibus tenentur diligentiam præſtare, ca.dictum 81. diſt.c.ſit rector vbi gloſ.43.diſt. ca. cura 1.qu.1.gloſ.in ca.ea quæ, in verbo reatu,de offic.Archidiacon. facit text.in c.ſi quis, Abbas.18.qu. 2.cum concordantibus citatis, per Abb.in c.2.n.4.de præſum.& in ca. Præpoſitorum num. 3. de accuſat. Franc.in ca.excommunicamus in fine de hæret.Ioan.Andr.in c.inter cetera circa fin. de offic. ordinat. Nauar. in c. contrarium n.28.de pœnis, Steph.Caiet.in repet.ad ca. ad limina 30.q.1. num.376. Calderin.conſ.4.in fine tit.de conſuetud. Campeg conſ.51.nu.24.inter conſ. crimin.diuerſ.tom.2. Crauet.dicto conſ.132.n.4.Alex.de Neuo conſil. 56.n.14 Felin.in c.1.n.3. de treg.& pac.Sylueſt.verbo, Prælatus nu.4. vbi ait; Negligentia in Prælato eſt peccatum mortale, quando eſt in omiſſione neceſſariorum ad ſuũ officium; Vt viſitationis, correctionis, & huiuſmodi; Perez.in l 1. propè finem tit.1.lib.8.ordin. par. 4. Coſin. in pragm. Sanctionum

in proem. verbo neglecta folio 35. Graff. deciſ. aur. lib. 3. cap. 5. n. 132. & 146. Tuſc. litt. N. concl. 32. n. 15. & concluſ. 33. num. 2. & 16. Sayr. in Clau. reg. lib 2. cap. 7. n. 6. vbi quod eſt peccatum mortale contra iuſtitiam, & lib. 12. c. 10. n. 21. verſ. ſolo agitur, in fine, & verſ. ſeq. vbi ita dicit: Si præcedente infamia Prælatus inquirere negligat, peccat mortaliter, vnde in 1. Reg. 2. reprehēditur Heli ſacerdos eo quod filios ſuos non correxiſſet cum eſſent publicè diffamati, nam præcedente infamia tenetur Prælatus ſub peccato mortali non relinquere peccata impunita; vt ſic bono communi conſulat. Et idem eſt ſi in generali inquiſitione reperiuntur aliqua delicta; quia non ſunt amplius occulta, idem Sayr. d. lib. 12. cap. 11. nu. 18. verſ. Cęterum; Barboſ. in collect. ad dict. ca. ea quæ nu. 3. Baſſæus in verbo Correctio nu. 2. Megal. in pract. crim. cap. 10.
22 n. 28. vbi dicit: Si quis accuſat aliquem delinquentem, & eius accuſatio repellitur, quia accuſare non poteſt; nihilominus Prælatus ex officio tenetur inquirere, & punire delinquentem, ſi ea concurrant, quæ ad inquirendum ſunt neceſſaria; & omiſſo modo procedendi per viam accuſationis, ſtante accuſatoris repulſa procedere tenetur per viam inquiſitionis: alioquin contra id, ad quod ex officio, & iuſtitia obligatur graue peccatum mortale committit, & maximè illud committit, quotieſcunque de delicto in Prouincia commiſſo illi conſtat, & ob amicitiam, vel aliam cauſam iniuſtam procedere omittit, cum ſit cauſa, vt cum grauiſſimo ſcandalo delicta remaneant impunita; Et Prælati tenentur ſub
23 mortali corrigere ſubditos etiam cum periculo vitæ; quia ſunt perſonæ publicæ, & cuſtodes iuſtitiæ; & ad id tenentur ratione tum charitatis, tum iuſtitiæ, Caiet. 2. 2. qu. 33. artic. 2. in reſp. ad 4. vbi Arag. col. pen. verſ. 4. concluſio, Suar. tr. de charit. diſp. 8. ſect. 5. nu. 4 & ſub mortali tenentur inquirere de ſubditorum peccatis; quia ratione officij curare tenentur quantum poſſunt vt ſubditi ſint boni, D. Thom. 2. 2. q. 23. art. 2. ad 4. Ioſeph. de S. Maria in tribunal religioſor. tract. 1. c. 10. §. 4. Valent. tom. 3. diſp. 3. q. 10. part. 3. col. 4. verſ. ac propter hanc. Nec ſufficit Prælatos non peccare in propria perſona, quia ſi delinquentes nō corrigant, ſatis peccat non corrigendo, c. 3. & ibi gloſ. Magiſt. diſtinct. 86., & in
24 Sacra Scriptura negligentia in corrigendo delinquentes vocatur iniquitas, vt habetur in d. primo reg. c. 3. vbi ſacerdos Heli, qui in ſe ipſo bonus erat, vocatur iniquus, & propter hanc iniquitatem fuit cum tota ſua poſteritate dignitate priuatus, & ſimul cum filiis delinquentibus, & multitudine magna hominum à Deo morte etiam punitus. Nam ita ibi legitur: Prædixi eis, quòd iudicaturus eſſem domus eius in æternum propter iniquitatem, eo quòd nouerit filios ſuos indigne agere, & non corripuit eos; & in pſalm. 124. in fine etiam habetur; deficientes autem

in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, &
25 ſecundum D.Th.2.2.q.54. art.fin. Neglīgēs ſuperior dupliciter peccat, cum non ſolum ipſe delinquat, ſed & alios non corrigendo foueat ad delinquendum. Et D.Bonau.de ſex alis Seraph.cap.3.dicit; quod ſi Prælatus non corrigit delinquentes, triplicem rationē reddere Deo debet; Primò, pro ſua negligentia, quando non fecit id, ad quod ex officio tenebatur; Secundò quod omnia peccata ſubditorum, quæ poterat, ac debebat correxiſſe, vel præcauiſſe imputantur ei; Tertiò pro abuſione honoris, & poteſtatis ſibi collatæ, quam ad propriam gloriam, & commodū retorſit, & non ad quod data eſt ei. Et D.Aug ſer. 16. de verb. Domini loquendo ad Prælatū dicit; Si negligis corrigere, peior eo, qui peccauit, factus es.
26 Et eſt peccatum grauiſſimum contra bonum publicum, & in maximum detrimentum totius Prouinciæ, & omnium ſubditorum, c. ſi Papa 40.diſt.vbi dicitur; Si Papa ſuæ, & fraternæ ſalutis negligens, depræhenditur inutilis, & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper à bono taciturnus, quod magis officit ſibi, & omnibus; nihilominus innumerabiles populos catervatim ſecum ducit, &c. & in cap. Si illud 45. diſtinct. dicitur vno peccatore ira Dei ſuper omnem populum venit, hoc quando accidit? quando Sacerdotes, qui populo præſunt erga delinquentes benignè videri volunt, & verentes peccatorum linguas, ne forte malè de eis loquantur, ſacerdotalis ſeueritatis immemores, nolunt complere quod ſcriptum eſt; peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant, nec zelo Dei ſucceſſi imitantur Apoſtolum dicentem; tradidi huiuſmodi hominem in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat; Et poſtea ſubdit, quæ eſt iſta bonitas? quæ eſt iſta Miſericordia? vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere, polluitur enim ex vno peccatore populus, ſicut ex vna oue morbida vniuerſus grex inficitur; Sic vno fornicante, vel aliud quodcunque ſcelus committente, plebs vniuerſa polluitur. Et Prælatus negligens
27 in corrigendo, & puniendo delinquentes quantum in ſe eſt, deſtruit obſeruantiam regularem, et Prouinciam inobſeruantem facit; Vnde D.Bonau. in opuſc. de ſex alis Seraph.dicit: in hoc differunt laudabiles religiones, et iam delapſæ, non quod nullus peccans in laudabilibus inueniatur; ſed quòd nullus impunè peccare ſinatur; et peccandi aditus ſtudioſè præcludatur. Et ſic patet quod omne malum religionis, et Prouinciæ ab hoc Aquilone immediatè venit; nempe à ſuperioribus negligentibus, vel ignorantibus, aut malitioſè diſſimulantibus ſubditorum correctionem. Et D.Bern. in ſerm. ad Paſtores in Synodo Congreg. ait:
28 ſine iuſtitia non ſolum Reſpublica, ſed nec etiam parua domus ſubſiſtere poteſt, et Card. Petr. Damia. Epiſt.2.ad Gotif.li.7.inquit; Dum peccatoribus parcis, augere peccata

cata conuinceris; eneruato quip
pè rigore iuſtitiæ ſtatus euertitur
diſciplinæ, & dum vltionis ſeueri-
tatis, cenſura reprimitur, temera-
ria delinquendi licentia relaxatur;
29 inordinata ſanè pietas nutrit im-
pietatem, & timida manus medici
vulnus auget ægroti.
30 Tertiò, quia inferiorum culpæ
in Prælatum refunduntur, qui cor-
rigendi, & docendi officium acce-
pit, quod exequi neſcit, aut negli-
git. Vnde in c.1.diſt.86.ita dicitur:
Inferiorum culpæ ordinũ, ad nul-
los magis referendæ ſunt quam ad
deſides, negligentesq; Rectores, qui
multam ſæpè nutriunt peſtilentiã,
dum auſteriorem diſſimulant adhi-
bere medicinam, & in ca.3.eadem
*diſtinct.86.*etiam dicitur; Facientis
culpã proculdubio habet, qui quod
poteſt corrigere negligit emenda-
31 re; ſubdit poſtea, & negligere cum
poſſis deturbare peruerſos, nihil a-
liud eſt, quam fauere; Et in fine ad-
dit: nihil prodeſt alicui non puniri
proprio, qui puniendus eſt alieno
peccato. Et Gloſ.ibi in figuratione
caſus dicit: Quidam Prælati in pro-
prijs perſonis non delinquebãt; ſed
dicit Ioan.Papa, non ſufficit Præ-
latos non peccare in propria per-
ſona, ſi delinquentes non corrigãt,
& iudex negligens in corrigendo,
& puniendo delinquentes, quando
corrigere, & punire poteſt, dicitur
fautor eius, & particeps criminis,
c.quantæ de ſent.excommun. c.ne-
gligere, 2.q.2.ca.error 83.diſt.cap.
ſicut dignum de homicid. c.dilecto
de ſent.excomm.in 6. regula culpa
caret de reg.iur. Crauet. conſ.132.
num.4.& conſ.214. col.3. ſub verſ.
32 3. Baiard. ad Clar.qu.73. num.32.
Hinc eſt, quod negligentia in Iudi-
ce puniri debet vt delictum, l. fin.
iuncta gl. in verbo aut perperam,
de ſuppl.negl.Præl.& eſt delictum;
Innoc.in c.quærelam circa princi-
pium de elect. & maximè in Præ-
lato, Abb.in dicto c. ea quæ de off.
ordin.nu.1. Et poteſt Prælatus ac-
cuſari de negligentia, etiam non
doloſa, ſicut de omni alio delicto.
Abb.in c.illa propoſitorum n.3. de
accuſat.ex ca.ſi quis Abbas 18.qu.
3. quæ negligentia facit eum pu-
niri tamquam conſcium criminis,
l.non ſolum, & ibi Bald.C.de com-
merc.& mercat. Ripa in l.4.§.hoc
autem iudicium nu.95.ff.de damn.
infect. Amed. de ſyndic. num.78.
Paris. de Put. de ſyndic. verbo ne-
gligentia cap.4. num.8. & capit.5.
33 num.2. & in verbo lis tua dicit;
quod Iudex negligens facere iuſti-
tiam delinquit in Deum, in Prin-
cipem, & in partem, & qui non
facit, quod facere debet, facere
dicitur, l. qui non facit de re iu-
dic. capit. nemo de Simon. l. qui
non facit de regul.iur. Ioan. Andr.
poſt Archid. in cap. generali de
34 electio. in 6. Cum eadem ſit ratio
in committendo, quæ in omitten-
do. l.penult. Cod. de canon.largit.
l.10. Afflict. in conſt. officiales,
Bouadill. in lib. 5. Polit. capit.
3. numer.47. & cap.4. per totum,
Maſtril. de magiſtr. lib. 6. cap.8.
n.87. Vnde iudex non ſolum pec-
cat, & tenetur committendo al-
quod malum, ſed etiam omittendo
bonum ad quod ex officio tenetur
Tira-

Digitized by Google

Tiraqu.de pœn. temp. cauſ.44.nu. 23.Roland.conſil.64. nu.4.& ſeq. col.3.Farinac.quæſt.18.num.22.& 23. Caualc. de brach. reg. part. 5. num.73., quia negligendo offendit legem, ſicut faciendo, l. quicquid de iudic. & D. Hieron. ſuper Epiſt. Pauli ad Philemonem dicit; Iudices ita violant leges abſoluendo reos, ſicut Innocentes condemnando. Imò Iudex negligens magis peccat in omittendo, quam in committendo, Caſſan. in conſuet. Burg.fol.51. num.73. Tuſc. litt.P. concl.257. n.11.

35 Tandem certum eſt, quod de iure officiales debent ſyndicari, & puniri non ſolum de commiſſis in officio, ſed etiam de neglectis; Et ſunt infinitæ leges punientes eos de ſola negligentia, & præcipuè l. ſi quis in conſcribendo in fin. & l. ſi quos Iudices Cod. de offic. Præf. l. Mancipia. Cod. de ſeru. fugit. l.Iudices.C.de ann.& trib.l.1.ca.de ſuſcep.& arch.lib.10.& in l.placuit C.de col.fun. patr. eadem lib.§.ſuper auth.de quæſtor. c.Iudices de pac.iur.firm.glos.in l.ſeruus. C. ad leg.Iul.de vi; & in l.fin. Cod. ne Sanct. baptiſ.& in auth. ſtatuimus de Epiſcopo, & Cleric.l.1. de monipol.l.1.C.de deſertor.lib.12.gloſ. in dicta l. Mancipia in verbo exigantur, verſ.item nota, cum alijs concordantib. Bald. in d.l. Mancipia, Salicet. ibidem nu.6 Aret. in §.1.n.10.Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delicto naſcuntur.Amed.de ſyndic.nu.69. & ſeq.Put.de ſyndic. in verbo negligentia ca.1. & ſeqq Boſs.tit.de official.corrupt. nu.24. Roman.conſ.80. & ibi Apoſtill in verſ. item & iuſtitia Tuſc. litt. P. concluſ.257.n.10.Farinac.qu.111. n.396 Et ſi Doctores loquentes de officialibus, & iudicibus ſæcularibus dicant, quod de conſuetudine
36 non ſyndicantur de negligentia, niſi ſit diſſoluta, & dolo proxima, nihilominus volunt, quod eodem modo puniantur, ſicut quando negligentia prouenit ex dolo, ita Io. de Platea in verbo iudices n.4. in fine, verſ. ſed quæro numquid aſſeſſores, C.de annon.& trib. lib.10. Dec. in l. ſi quis in conſcribendo poſt nu.15. verſ.& hoc intelligitur C. de pact. Put. dicto verbo negligentia, c.1.nu.11. Anton. Rondin. de ſyndic.poſt nu.14 Boſs.de offic. corrupt.n.26.Clar.qu.73.n.3. verſ. item iudex, Bertaz.conſ.71.n.4. & in addit. litt.F. & conſ.81. num.2. Baiard.in dicta qu.73. n.35. Bouadil.lib.5.polit.cap.1.n.143. Menoch.de arbitr.caſu 341. Maſcard. de probat. concl.1088. Carpan.ſuper ſtat.Mediol.cap.40.n.20. Io.Andr. Gregor.alleg.42.n.6. Farin.q.111. n.425. Caualc. de Brac.reg. par.1. n.72. & 73. & ſi quæris, quid per hanc negligentiam diſſolutam, & dolo proximam doctores intelli-
37 gant. Reſpondeo, quod intelligunt illam, quæ prouenit ex lata culpa, ita Boſs. & Clar. vbi ſupra, Bertaz.d.conſ.71.n.56.& alii infra
38 citandi. Quia lata culpa in iure variis nominibus vocatur: nam aliquando vocatur diſſoluta negligentia, l.fideiuſſor ff.mandati; aliquando magna negligentia, l.1.§. is quoque ff. de action. & obligat.

Rot.

Rot.Rom.dec.701.n.7.par.1.Tuſc.
litt.C.concl.1092.nu.3. aliquando
magna culpa, & magna negligen-
tia, l.magna negligentia ff.de ver
bor.ſignif. aliquando latior culpa,
gl.in l.quod nerua, in verbo latio-
rem ff.depoſiti, aliquando, mani-
feſta negligentia, l.nomina C.de
arbit.tut.Et non eſt alia negligen-
tia quæ dicitur diſſoluta, & dolo
proxima, niſi hæc quæ prouenit
ex lata culpa, vt probat latè De
cian.tractat.crim.lib.1. cap.6.per
totum, vbi cum rationibus, iuri
bus, & doctoribus, reprobat illos
gradus inuentos à Bart. in dicta l.
39 quod nerua. Et probat quod tan-
tum tres ſunt gradus culpæ ſecun-
dum communem opinionem do-
ctorum; Scilicet, latam, leuem, &
leuiſſimam, iuxta diſtinctionem
Accurſij in l.ſicut certo §. nunc vi-
dendum, & in ver. culpa ff. com-
modati, & in l. contractus ff. de
reg.iur. & in §. præterea in verbo
debet inſt. quib. mod. contrah.ob.
lig. & ſi lata culpa dicitur diſſolu-
ta, & dolo proxima hoc prouenit,
quia hæc tantum culpa eſt proxi
ma dolo de tribus gradibus culpæ,
cum aliæ duæ ſunt remotæ, adeo
vt lata culpa pro dolo accipiatur,
vt dicit Decian.dicto c.6. num.13.
40 Et quando à pœna legis includi-
tur tantum dolus, & excluditur ex-
preſsè culpa, non intelligitur de
lata culpa: ſed de leui, & leuiſſima,
ex gl. in l.ſi mora in verbo culpa
ff.ſolut.matrim.Adeo vt ſi poteſta
ti conceſſum ſit arbitrium, vt non
41 teneatur in ſyndicatu; cenſetur
tantum remiſſa leuis, & leuiſſima
culpa, non autem dolus, nec lata
culpa. Cancer.var.reſol.c.12.num.
74.& 75. ex Bald. in l.venditione
§.1.de bonis authen. iudic. poſſid.
42 Eſt autem hæc lata culpa; non in-
telligere id quod omnes, aut ma-
ior pars hominum intelligit, gl.in
d.verbo latiorem d.l.quod nerua,
& gloſ.in §.ſuſpectus verbo æque
inſt.de ſuſpect.tutor.Et negligen-
tia à lata proueniens culpa ita de-
ſcribitur a doctoribus; ſcilicet,
quòd eſt deuiatio circumſcripta
ab ea diligentia, quam communi-
ter habent homines eiuſdem con-
ditionis, & profeſſionis. Ita Tuſc.
43 litt.C.concl.1092.n.2. Et ſic negli-
gentia magna eſt non facere, quod
omnes, vel maior pars hominum
eiuſdem profeſſionis feciſſet in ta-
li caſu, ita Guid.Pap.deciſ.473. nu.
1. Imò Rodriqu.qu.reg.40.artic.3.
44 tom.2.inquit, quòd latam culpam
committunt Prælati, quando ſunt
ità negligentes, quòd deſunt face-
re ea, quæ alii prudentes, docti, &
experti iudices facere in ſimili
cauſa conſueuerunt; ſi tamen ex
aliis dolus non præſumatur. Et li-
cèt lata culpa non ſit vitium vo-
luntatis, ſed intellectus, quando
nihil operante voluntate, ſed ob-
tuſo, atque otioſo, & negligente
exiſtente intellectu non intelliga-
mus quod omnes intelligunt: hæc
tamen negligentia adeo craſſa, &
ſupina eſt, vt quæſita, & affectata
videatur. Imò ità coniuncta ma-
litiæ, cum raro id eueniat, vt quis
ſit adeo ſtupidæ mentis vt non in-
telligat, quod omnes intelligunt.
Quare ne detur fraudibus, & mali-
tijs

Digitized by Google

tijs hominum occaſio, cautum eſt, vt hæc culpa, æquè ac dolus vindicetur. Quando autem negligentia prouenit ex verſutia, & malitia Prælati qui diſſimulat, vel neſcire, vel non intelligere, aut aliquod impedimentum non verum: hæc negligentia non prouenit ex lata culpa, ſed ex vero dolo, vt optimè contra Cagnolum probat Decian. d.c.6.n.17.& 18. Vnde Prælati qui in proprio, & particulari intereſſe diligentes ſunt, & in adminiſtranda iuſtitia, aut bono communi conſulendo verſuto, & exulcerato animo affectata quadam improuidentia negligentes ſunt, & diſſimulatores, non in lata culpa, ſed in dolo vero ſunt; Et tenentur pœna ordinaria ex maleficio, ac infames etiam ſunt, vt infra dicam; in dubio tamen dolus cenſetur præſumptus, proueniens ex lata culpa, vnde quando officialis non facit id, quod facere tenetur ex officio in dubio, in dolo præſumitur, & ex dolo præſumpto tenetur, Rondin.de ſyndic.n.17.in fine, Barboſ. axiom.iur.92.num.6. Farin.qu.89. num.95. & q.111.n.394. Maſcard. concl.532.num.80.vbi, quod dolus præſumitur quando quis id omittit, ad quod ſcit, aut ſcire debet, ſe neceſſario ratione officij teneri, & vt dolus punitur. Card. in Clem.1. not.18.de teſtib. & in Clem.1. de celebr.miſs.& Butr.in ca.2.nu.9.ad medium de conſtit. dicit, quòd in omnibus delictis in omittendo lata culpa æquiparatur dolo, & ſequitur Farin.q.87.nu.42. vbi quod ſufficit lata culpa ad incurrendam pœnam, licet aliter debet puniri pro dolo vero, aliter pro dolo præſumpto, ſeu pro lata culpa, & aliter pro leuiſſima culpa, vt infra dicetur à num.48. & ſeqq.

45 Et licet Prælatorum negligentia in dubio non præſumatur, & illam alleganti incumbat onus probandi; nec probari poſſit directè: Probatur tamen indirectè, & teſtes concludunt ad inſtar negatiuæ. Maſcard. de probat.concluſ.1093.n.1. Caualc. de Brach.reg.par.5.n.72. & ideo negligentia probatur, dum probatur quod talis Iudex, ſeu Prælatus non fuit diligens, quia talia facere poterat, atque tenebatur ratione officij, quæ tamen non fecit, & idem Maſcard. vbi ſupra num.7. inquit, quod probatur negligentia ſi hæc duo concurrant ſimul; quòd quis potuit facere aliquid, & obligatus non fecit. Ex Bartol. conſil. 102.Ruin.conſ.52.n.8.vol.5. Tuſc. litt.N.concl.31. num.7. & eo ipſo quod probatur delictum fuiſſe publicum, vel fuiſſe denunciatum, aut notificatum Iudici cum teſtibus, vel indiciis, & non fuit proceſſum, probatur Prælati negligentia. Amed.de ſyndic.num.78. Imò Generales, vel Viſitatores generales, non tenentur probare negligentiam Prouincialium, quando iſti habuerunt ſcientiam de delinquente, vel de delicto, & non proceſſerunt ſumendo informationes, & ad vlteriora procedendo, & terminando proceſſum. Quia cum iſti obligati ſint ex officio omnem diligentiam, & ſolicitudinem adhibere in adminiſtratione officij, ſi impu-

imputentur de negligentia ipſis incumbit, onus probandi diligentiā.
46 Nam qui ſe fundat in negatiua, ita demum habet neceſſitatem probandi, quando aduerſarius non eſt obligatus adimplere affirmatiuā, vt dicit Bart. in l. illa ſtipulatione n.6. verſ. pone promiſiſti col. pen. de verb.oblig. Sed Prouinciales habita ſcientia de delinquente, vel delicto ſunt obligati adhibere omnem diligentiam, in probando veritatem delicti, & in puniendo delinquentem; ergo ipſis incumbit probare hanc diligentiam, aliàs debent puniri tamquam negligentes. Et ita etiam poſt Bart. tenent Salic. in l.2.n.15. q.8. in fine, verſ. hinc eſt, col.5. de iur.emph. Aret. conſ.87. ſub nu.9. verſ. venio nunc. Pacian. de probat. lib.1. cap.51. à num.45. cum plurib. ſeqq. Nec poſſunt excuſari niſi probent impedimentum legitimum, aut ignorantiā, quando delictum eſt clandeſtinum, & occultum. Bald. in l.1. §. Magiſtratibus de magiſtr. conuen.
47 Et qui non impeditus non facit, negligens dicitur, l. Mancipia C. qui admitti. Maſcard. de prob. concluſ.1093. n.6. & Reyger. in Theſ. iur. verbo negligentia dicit; quod vbi non apparet de iudicis diligentia, eo ipſo remanet probata negligentia.
48 Et pro concluſione prædictorum debemus conſiderare triplicem negligentiam; vna quando prouenit ex vero dolo, altera quando prouenit ex lata culpa, ſeu dolo præſumpto, & tertia quando procedit ex leui culpa.

49 Quando negligentia Prælatorum prouenit ex vero dolo, ſcilicet, quando vitium eſt voluntatis, vt ſupra declarauimus, & maximè quando aſtutè tegit, ſeu celat delictum ſubditi, quod ſcit eſſe puniendum, & ſe gerit tamquam habens duo corda, vnum quod veritatem videt, vel cognoſcit, aut intelligit; Alterum quod diſſimulat non videre, aut neſcire, vel intelligere, vnde non curat informationes ſumere, tamquam ſi ad hoc obligatus ex officio non eſſet. Hæc doloſa negligentia debet criminaliter pœna ordinaria puniri, Authe. 15. ſi tamen, Alexand. in l.4. §. in eum ff. de damn. infect. Boſs. de offic. corrupt. num.12. & eſt text. in leg.1. & ibi gloſ. in verbo officij Codice de deſert. libr. 10. Vbi habetur, quod ſi officiales pœna à legibus ſtatuta diſſimulatione, vel gratia non puniant tranſgreſſores, vel differant eos punire, ipſi capitaliter puniantur; & ibi Bartol. Corſet. ſingul. 143. verbo pœna, idem Bartol. in leg. final. ad finem ff. de var. extraordin. crim. cogn. & ibi Alexand. in addit. litt. A. ante medium. Imò iudex qui doloſè minorem pœnam imponit, quam de iure imponere debet, puniri debet eadem pœna qua puniendus erat reus. Clar. quæſtio. 85. numer. 10. verſic. caueant tamen iudices, Menoch. de arbitr. caſu 96. numer. 12. Rim. iun. conſil. 245. num. 22. vol.3.

Afferentes Neapolim ſuſpenſum

fuiſſe quendam iudicem, qui pœna mortis plectendo, manũ dumtaxat abſcindi iuſſerat. Nam tunc tenetur iudex negligens ex maleficio, & non ex quaſi maleficio. Boſs. d. n. 12. & in c. vt clericorum de vita, & honeſt. clericor. etiam habetur, quòd Prælatus qui ſuſtinet ſubditum in ſuis iniquitatibus, eadem pœna qua ſuſtentatus puniri debet, & in 3. Reg. 20. legitur; quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & tenetur etiam pœna infamiæ, l. fin. C. ad leg. Iul. de vi l. 3. §. fin. & ibi gl. in verbo remotus ff. de ſuſpect. tutor. Boſs. dicto num. 12. Vnde non poteſt amplius tamquam infamis accuſare, nec eſſe teſtis, nec iudex, nec habere aliam dignitatem, nec vocem in capitulis. Boſs. d. n. 12. & 13.

50 In ſecundo caſu negligentiæ prouenientis ex lata culpa, ſeu ex dolo præſumpto, ſcilicet ex negligentia diſſoluta, & dolo proxima, vt fuit ſupra declaratum. Tunc mitius punitur, ſcilicet depoſitionis, ſeu priuationis, & remotionis perpetuæ officij; & quoad hanc pœnam depoſitionis ab officio lata culpa æquiparatur dolo, l. 1. §. quia enim ff. de action. & obligat. ibi; magnam negligentiam in doli crimen cadere, & gl. ibi in verbo negligentiam, declarat, ideſt latam culpam, ita tex. in l. impuberibus §. ſi fraus ff. de ſuſpect. tutor, ibi, ſi fraus non ſit admiſſa, ſed lata negligentia; quia iſta propè fraudem accedit, remoueri hunc quaſi ſuſpectum oportet, vbi gl. in verb. iſta dicit: quod poteſt remoueri propter latam culpam, quia lata culpa, ſeu lata negligentia eſt dolo proxima, & dolo comparatur. Ita etiam tex. in l. carceri ff. de cuſtod. reor. vbi dicitur; ob negligentiam remouendus eſt officio, & in d. l. quod nerua ff. depoſiti; ibi, latiorem culpam, dolum eſſe; & ibi gl. in verbo latiorem dicit, latiorem ideſt latam, & in verbo dolum eſſe, dicit; ideſt dolo comparari; vt vbi quis de dolo tenetur, ibi tenetur, & de lata culpa, & in verbo fraude, dicit; Quod lata culpa dolo, & fraude comparatur, idem dicit gloſ. in d. l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. & gl. in l. Hæ enim in fine ff. de ſuſpect. tutor. vbi aſſerit, quod ob ignauiam, vel negligentiam poſſunt remoueri. Et quod pro ſola negligentia proueniente ex lata culpa iudex eſt deponendus: eſt etiam text. in l. ſi quos C. de officio præf. orient. l. 2. C. de ſportul. l. pen. C. de annon. & trib. lib. 10. cum aliis concordantibus, Bald. in l. 1. §. ſi quis ad finem de off. præf. Vrb. Roman. conſ. 428. num. 5. Idem etiam expreſsè habetur de iure Canonico. Quòd Prælatus æque deponitur propter negligentiam ſicut propter dolum, cap. dictum diſtinct. 81. & ibi gloſ. in verbo, negligentia, quæ citat text. in cap. 1. diſtinct. 86. ca. placuit 11. quæſt. 3. ca. quoniam diſt. 100. cap. cum ad monaſterium de ſtatu monachor. in fine dicta l. ſi quos Cod. de off. præf. orient. dicta l. carceri, & l. milites ff. de cuſt. reor. eſt etiam tex. in cap. ſi quis Abbas

18.

18. quæſt. 2. & ibi gloſ. in verbo cautus gloſ. in dicto cap. cum ad monaſterium §.fin. in verbo negligens, gl. in cap. ea quæ in verbo negligentia de officio Archidiac. quæ multos canones concordantes citat, Abbas in cap. propoſitorum num. 3. & ibi add. litt. A. de accuſat., vbi citat gl. in ca. dictum 81. diſtinct. Roman. conſil. 362. Crauett. conſ. 132. num. 3. Graff. deciſ. aur. lib. 3. c. 5. nu. 132. & 146.

51 Et non ſolum deponitur ab officio propter negligentiam, ſed etiam remotus propter negligentiam in officio commiſſam, amplius non redit ad idem officium, l. quicumque de diuer. offic. lib. 12. l. 1. Cod. quacumque præd. poteſt l. iudices C. de dignit. li. 12. Bal. in l. Mancipia n. 3. C. de ſeru. fugit. & ibi etiam Paul. de Caſtr. Pariſ. de Put. de ſyndic. in verbo negligentia cap. 3. num. 1. Caſſan. in conſuet. Burgund. fol. 258. num. 49. Farinac. quæſt. 111. num. 20. Cancer. var. reſolut. lib. 3. cap. 12. num. 92. & ſeq. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 9. & cap. 11. num. 15.

52 In tertio caſu quando negligentia Prælatorum in officio prouenit ex leui culpa; licet non puniatur criminaliter, nec pœna ordinaria, puniri tamen debet pœna extraordinaria. Farinac. quæſtio. 87. num. 34. & ſecundum Hoſtien. & Bero. in cap. ea quæ de officio Archidiac. Prælatus non ſolum tenetur de dolo, & lata culpa, ſed etiam de leui, quos citat, & ſequitur Sylu. in verbo Prælatus

53 num. 4. Imò dicit Abb. in dicto cap. ea quæ num. 2. Quod Prælatus tenetur etiam de leuiſſima culpa, quia ſalariatus pro cuſtodia caſtri, vel aliarum rerum tenetur etiam de leuiſſima culpa, quod etiam dicit, Oldrad. conſ. 92. & tutores tenentur de leuiſſima culpa, Socin. conſ. 2. num. 8. Sed Prælati plus quam pretium recipiunt pro cuſtodia animarum, & obſeruantiæ regularis, cum ſit plus habere dignitatem, quàm aliquod aliud pretium, ergo, vt dicit Abb. tenentur etiam de leuiſſima culpa.

54 Eſt autem leuiſſima culpa, deuiatio circumſpecta à diligentia, quã communiter habent homines diligentiſſimi, vnde leuiſſima culpa eſt non prouidere, quod quilibet diligentiſſimus prouidiſſet: Vel omittere, quod diligentiſſimus non omiſiſſet, l. Diuus ff. de officio præſid. Sylu. in verbo culpa n. 2.

CAPVT III.

De Iudicij diffinitione, & eius cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium quid ſit, deſcribitur, & tunc dicitur quando cauſa diſcutitur, n. 10.*

2 *Teſtes an pertineant ad eſſentiam iudicij.*

4 *Iudex accuſator, accuſatus, & teſtes in vnoquoque indicio criminali requiruntur.*

5 *Reus nemo dici poteſt niſi poſt litem conteſtatam.*

6 *Iudicium, quod incipiat à citatione, quomodo intelligi debet.*

7 *Litis conteſtatio quando dicitur facta, & capit. ſequenti numero 5.*

8 *Quæ ſiunt ante litem conteſtatam, ante iudicium fieri dicuntur.*

9 *Litis conteſtatio, eſt fundamentum iudicij.*

11 *Iudicium ſtrictè ſumptum incipit à litis conteſtatione.*

12 *Proceſſus quid ſit deſcribitur.*

13 *Semiplena probatio debet præcedere citationem.*

14 *Contumax non debet condemnari ſi contra eum non extat ſemiplena probatio.*

15 *Cauſæ conſiderandæ in iudicio quæ ſunt.*

16 *Cauſa efficiens in iudicio, quæ eſt.*

17 *Cauſa materialis in iudicio quæ eſt, & quæ cauſa finalis.* 18. *Et quæ cauſa formalis.* 19.

20 *Prælati Religionum procedunt ſummariè, & de plano, apicibus iuris poſtpoſitis.*

21 *Iudex appellationis in his quæ concernunt ordinem procedendi, debet ſequi ſtatuta ſui tribunalis, ſecus in his quæ concernunt merita cauſæ.*

NON ſufficit Prælatis, & iudicibus regularibus cognoſcere tantum ſpecies delictorum; Sed neceſſe eſt etiam rectum de criminibus inſtituere iudicium. Et in grauioribus, & grauiſſimis delictis ritè, & rectè formare proceſſum, contra delinquentes, ſecundum ſubſtantialem ordinem iudicii, ca. iudicantem oportet 30.

1 qu.5. Et ſic oportet ſcire quid ſit iudicium. Eſt autem iudicium actus legitimus trium perſonarum; ſcilicet iudicis, actoris, & rei; nam non exiſtente accuſatore vero, vel ficto, ſeu vicegerente accuſatoris, nullatenus conſtare poteſt iudicium, requiritur etiam reus, cuius officium eſt ſeipſum defendere, illata, ſeu intentata, repellere; Et requiritur iudex, cuius officium eſt, vtrumque ſcilicet accuſatorem, & reum benignis auribus audire, & iuſtitiam miniſtrare, l. inter litigantes ff. de iud. Deus enim iudex, non condemnauit Ca. in reum ſine accuſatore; ideo Geneſ. c. 9. dicitur, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra; & paterfamilias fungens officio iudicis, tunc vocauit ſeruum auarum, & ingratum, & tamquam reum condemnauit, quando fuit accuſatus, ita in Matt. 18. Et Chriſtus non condemnauit adulteram, quia deficiebant accuſatores. Io. 8. ibi, vbi ſunt qui te accuſabant? nemo Domine; nec ego te condem-

2 nabo. Teſtes tamen ſecundũ præfatam diffinitionem non pertinent ad eſſentiam, & ſubſtantiam iudicij, ſed de neceſſitate cauſatiua, ad effectum probandi id quod ab accuſatore contra reum illatum eſt. Mirand. de ordine iudic. q. 1. num. 24. eandem diffinitionem poſuit in princ. Marant. in ſpecul. par. 2. in principio, ſed poſtea impugnauit,

Digitized by Google

uit, vſque ad num. 7. poſuit poſtea alias tres diffinitiones, & etiam impugnauit, & poſtea num. 12. ita diffiniuit; iudicium eſt iuſtitiæ miniſtratio, quæ fit à iudice in cauſa propoſita coram eo. Alij ita definiunt; iudi-
3 cium eſt actus legitimus iudicis, condemnationem rei, vel abſolutionem aliquo deferente decernens. Alij definiunt, eſſe diſcuſſionem cauſæ, quæ fit iuridicè coràm iudice. Quæ definitiones non excludunt teſtes, nam in iudicio humano ſtrictè ſumpto, & maximè criminali requiruntur probationes, & in Deuteronom. 17. & 19 in ore duorum, vel trium teſtium peribit, qui interficitur. Et Timoth. 5. 19. aduerſus presbyterum noli accuſationem recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. Et quod in vno quoque iudicio requiratur iudex, accuſator, teſtis, & reus.
4 Dicunt Tuſc. litt. I. concluſio. 478. numer. 6. Ghiſler. de iudice regular. in præf. Bouer. in director. capit. 34. numer. 1. Bert. in praxi crim. regul. tit. 2. cap. 3. numer. 2. & tit. 5. cap. 3. numer. 7. & probatur ex cap. forus §. in omni negotio de verbor. ſignificat cap. i. 4. quæſt. 1. cap. 2. 4. quæſt 4. Nam iudex ſine accuſatore, & reo iudicium exercere nequit; accuſator, & reus iudicem præſupponunt, qui rationes vtriuſque conſiderat, diſcutit merita, & ſupplicia, aut præmia vnicuique reddit. Et quia iudex non magis actori aſſerenti, quàm reo negan-ti fidem adhibere debet, huic oportet vt teſtes accedant, ex quibus nudam, ſolidamque veritatem iudex comparet; Et iſta quatuor in tantum requiruntur, vt eadem perſona non poſſit ſupplere vicem alterius. Gemin. conſil. 114. in principio.

5 Probatur etiam ratione; nam nemo quamuis accuſatus, denunciatus, aut inquiſitus ſit, poteſt dici reus, aut recipi inter reos, niſi poſt litem conteſtatam, & in ſummariis (vbi lis non conteſtatur) conteſtata intelligitur poſt iudicis interrogationem, & illius reſponſionem affirmatiuam, vel negatiuam, & poſt & non antea dicitur reus, vt aliàs dictum eſt. Sed non præcedentibus legitimis indiciis reus non poteſt examinari. Marian. Socc. conſil. 130. num 34. in fine. Boſs. tit. de exam. reor. nu. 6. & ſeq. Sarmient. ſelect. lib 3. ca. 13. ſub n. 4. Chartar. de interrog. reor. lib. 1. cap. 2. n. 5. Guaz. defenſ. reor. 20. cap. 7. n. 4. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 58. n. 8. & c. 84. ſub num. 9. Ergo nec poteſt dici reus, & cum ſolo accuſatore ſine reo non conſtituitur iudicium. Vnde patet quòd ad iudicium ſtrictè ſumptum conſtituendum requiruntur teſtes, & indicia legitima, imò probatio ſaltem ſemiplena, (vt infra part. 5. dicetur) vt quis poſſit conſtitui, & poni inter reos. Et licet videatur, quod iudicium incipiat à citatione, l. vbi cœptum, & l. ſi quis poſtea ff. de iudic. §. fina. inſtit. de pœn. temer. litig. ca. penult.

de foro compet. cap. gratum de officio delegat. cap. Si ſubdelegato eod. tit. lib. 6. hoc tamen intelligitur de iudicio largè ſumpto, ſeu cœpto, & inchoato; prout ſignificat quemlibet legitimum actum, & totam cauſam, & proceſſum: non autem de iudicio ſtrictè ſumpto, & de cauſæ diſcuſſione, quæ fit intra inſtantiam, & poſt litis conteſtationem. Actus enim qui fiunt ante litis conteſtationem, dicuntur præparatoria, & præambula iudicij, & non iudicium ſtrictè ſumptum, quod à litis conte
7 ſtatione, & nõ antea incipit. Quod tunc fit in ſummarijs, quando reus interrogatur, & ipſe reſpondet confitendo, vel negando delictum, quod ſibi obijcitur, vt dictum eſt, l. amplius ff. rem ratam haberi, gl. in l. iudicium ff. de iudic. & in l. is qui Romæ verbo iudicium eodem tit. Abb. in rubric. de iudic. num. 2. & in ca. 1. num. 4. de iuram. calum. Gail. qui alios refert in pract. obſer. lib. 1. obſeru. 74 n. 2. Clar. quæſt. 14. num. 13. Vulpell. conſ. 1. num. 1. Felic. alleg. 58. n. 2. Farin. quæſt. 10. n. 89. Scac. de iudic. c. 84. n. 9. & ca. 86. n. 54. & c. 103. n. 11. & c. vltimo nu. 9. lib. 1. Cabal. caſu 269 num. 9. Caualc. de Brach. reg. par. 3. n. 25. verſ. nam nomen rei, Chartar. de interrog. reor. lib. 1. c. 2. n. 9. & 11. Guaz. defenſ. reor. 20 c. 18. n. 1. nã conſtitutum rei eſt loco litis conteſtationis; nec eo ipſo quod interrogatur, ſeu examinatur à iudice conſtituitur inter reos; Sed quando interrogatus, reſpondet ſuper delicto. Guazz. defenſ. reor. 29. cap. 7. nu. 9. Et ſic ſemper requiritur interrogatio, quæ præſupponit indicia, & probationem, per
8 teſtes, vt quis poſſit dici reus, & quæ fiunt ante litem conteſtatam, ante iudicium fieri dicuntur, l. is qui ſe obtulit ff. de rei vendicat. l. amplius non peti ff. rem ratam ha-
9 beri, l. 1. C. de litis conteſt. Cum litis conteſtatio ſit fundamentum, & lapis angularis totius iudicij. Bald. in c. 1. de litis conteſt. Dec. & Alciat. in rubr. C. de in ius vocan. Curt. in rubr. C. de iudic. num. 12.
10 Inſuper iudicium non dicitur niſi quando diſcutitur, & diffinitur negotium. Et vnum, & idem negotium, ſecundum triplicem ſtatum, triplex vocabulum ſortitur: nam dum proponitur dicitur cauſa; dum diſcutitur & diffinitur dicitur iudicium; & quando per ſententiam diffinitur dicitur iuſtitia, ca. forus de verbor. ſignif. Sed negotium non diſcutitur niſi poſt probationem; ergo non poteſt dici iudicium niſi poſt probationem, & litis conteſtationem; & ita intelligunt Grauat. in annot. ad practic. Veſtr. lib. 3. ca. 1. num. 8 Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 2. à nu. 19. & ſeqq.
11 nempe, quòd iudicium largè ſumptum incipit à citatione; ſed ſtrictè ſumptum à litis conteſtatione.
12 Ita pariter proceſſus, ſi ſumatur pro tota illa congerie actorum, quæ ventilantur, & producuntur in iudicio ſcribenda à Notario vſque ad ſententiam, non accipitur pro iudicio: niſi pro iudicio largè ſumpto; Si autem ſumatur pro iudicio ſtrictè ſumpto, à litis conte-

ſtatione

ſtatione incipitur, ità Scacc. dicto lib. 1. ca. 64. n. 25. Vnde reijciendi ſunt Bouer. in director. ca. 34. ver. primum itaque, & Pitigian. in tertio ſubſtantiali cap. 1. dicentes, accuſatum recipi inter reos cum ad ipſum citatio tranſmittatur; quia hæc opinio non eſt vera, nec ſequenda, niſi contra contumacem (quando autem quis dicatur citatus, & legitimè citatus ad hunc effectum, videndus eſt Farin. deciſ. Rot. Rom. 685. num. 3. & 6. par. 4.)

12 Præſente autem accuſato, requiritur litis conteſtatio; vt ſupra declaratum eſt. Sed quatenus ipſemet

13 Bouer. in eodem ca. 34. ver. At neq; aſſerit, ſemiplenam probationem requiri: antequam reus citetur, (ſupponendo teſtes productos in actis ante litem conteſtatam, & antequam reus inter reos ponatur) in hoc bene dicit, nec aliter debet practicari in iudicio Regulari, vt alias dicetur. Et profectò ſemiplena probatio præcedere debet citationem, vt tamquam contumax condemnari quis poſſit, nec in hoc diſſentiunt Farin. q. 1. n. 48. & qu. 9. nu. 16. verſ. aduertendum ſecundo, Bertaz. conſ. 462. nu 6. verſ. præterea lib. 2. Guazz. defenſ. reor. 20. ca. 7. num. 6. iuxta ſententiam Nattæ conſ. 594. n. 14 vol. 3. et Becc. conſ.

14 11. num. 7. et 8. Quia ſi iudex non reperit delictum ſemiplenè probatum, non poteſt reum contumacem condemnare, ſed rem indeciſam relinquere debet. Gomez. in l. taur. 76. nu. 14. ex gl. ordinar. et ibi Salicet. in l. ſi is qui adulterij, C. de adult. & in l. 3. C. ad leg. iul. maieſt. Cart. de exeq. ſent. capt. bannit. cap. fin. n. 94.

15 Quatuor cauſæ conſiderari poſſunt in iudicio; efficiens, materialis, formalis, et finalis. Cauſa effi-

16 ciens, vt iudex, actor, ſeu accuſator, reus, et in criminalibus teſtes; quia iſte perſonæ interueniunt in iudicio, d. c. forus, et notat Abb. in rubr. de iudic. quæ perſonæ non ſtant, aut ſupponunt pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingularum. Quia in iudicio poſſunt eſſe plures actores, & plures rei, l. 1. C. de conſort. eiuſdem lit. gl. in cap. cum M. de conſtit. Poſſunt etiam eſſe plures iudices ordinarij, vel delegati, in eadem cauſa, iuxta ca. paſtoralis, de reſcript. Et etiam plures teſtes poſſunt interuenire, Accuſator etiam poteſt eſſe fictus, ſcilicet infamia, denunciatio, rebellio, notorietas, & cætera huiuſmodi de quibus infra.

17 Cauſa materialis ex qua fit iudicium, dicitur ipſa cauſa, ſeu ipſum negotium, quod in iudicium deducitur, videlicet crimen in iudicio delatum, via accuſationis, denunciationis, vel inquiſitionis, et quod

18 à iudice diſcutitur. Cauſa finalis iudicij dicitur ſententia diffinitiua, quia ad hunc finem deducitur cauſa in iudicio, vt per ſententiam terminetur, l. properandum C. de iudic. l. 1. ff. de re iudic. vbi dicitur, quòd per ſententiam imponitur finis controuerſiæ, & ea ceſſante ceſſat effectus iudicij. Et dicitur diffinitiua; quia quæſtionem principalem definit, l. 1. ff de re iudic. cap. 2. extra eodem tit. Sylu. verbo ſen-

ſententia n.4. Spec. tit. de ſent. §.2. n.3. Et in nullo alio iudicis terminatio, quàm in ferenda diffinitiua ſententia abſoluendo, vel condemnando, conſiſtere poteſt. Vnde diffinitiua ſententia, eſt diffinitio iudicialis controuerſiæ finem imponens, continens abſolutionem, vel condemnationem, Spec. tit. de ſent. init. lib.2. par.3. fol.164. Hoſtienſ. in ſumm. eodem tit. Abb. in rubr. ſub nu.4. extra de ſent. & re iudic. & ideò ſi non continet abſolutionem, vel condemnationem non valet, l.3. Cod. de ſent. & interloc. omn. iudic. l.1. ff. de re iudic. & ibi gloſ. l. præſes C. de ſent. l. in hoc iudicio C. famil. erciſcund. Caſtren. conſ.16. nu.7. lib.1. Anchar. conſil. 208. num.3. verſ. tertio probatur, Alex. conſ.123. in princ. lib.2. Tuſc. litt. S. concl.132. n.1. Maſcard. in praxi par.7. in gloſ. condemnando num.59. reliqua ad ſententiam pertinentia infra ſuo loco videnda ſunt.

19 Cauſa formalis iudicij poteſt intelligi vel ipſe ordo, & ſolemnitas iudiciaria, videlicet, libellus, porrectus in ſcriptis, probationes, litis conteſtatio, longæ dilationes, & cætere ſolemnitates, & tandem quod ſequatur ſententia, quæ forma, alio vocabulo vocatur figura iudicii, Bald. in l. ne quicquam §. de plano col.2. verſ. quid ſi committitur ff. de offic. proconſul. Quæ continet omnem ordinem iudiciarium. Alio modo cauſa formalis poteſt intelligi per ſubſtantialia iudicii; nam forma, ſeu ordo iuris duplex eſt, ordinarius, & extraordinarius, ſeu ſummarius: ordinarius eſt, quando proceditur à iudicibus poſitiui ſeruato ordine iuris, & ſolemnitatibus requiſitis. Extraordinarius ſeu ſummarius, quando proceditur ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſola facti veritate inſpecta iuxta id, quod habetur in Clem. ſæpè de verbor. ſignif. Quo iudicii genere ſeu procedendi forma, & ordine vtuntur ferè omnes religionum Prælati, non ſolum ex iùre per dict. Clem. ſæpè. Sed etiam ex priuilegio Summorum Pontificum; præcipuè Bonifac.8. quod refert de verbo ad verbum Pitigian. in ſua pract. c.1. Nihil tamen prætermittendo, aut mutando de ſubſtantialibus iudicii, & de ijs quę ad ipſius eſſentiam, & ſubſtantiam pertinent. Quia hæc ſunt de iure naturæ, & nullum ius humanum poſitiuum iuri naturali, & gentium valet in aliquo præiudicare. Et ſic quando iudex poteſt procedere ſummariè, releuatur tantum ab obſeruatione formæ iure poſitiuo inducta, non autem à forma iure naturali, & gentium requiſita, dicta Clem. ſæpè, Clem. paſtoralis de re iudic. Bart. in conſt. ad reprimendum in verbo figura, Alex. conſ.6. col.2. vol.3. Anchara. conſ.82. n.2. & conſ.383. lib.6. verſ. pro iſta, Pariſ. de Put. de ſyndic. verbo ſententia cap.2. à num.10. & ſeqq. Marant. in ſpecul. par.4. diſtinct.9. n.8. Oſaſc. deciſ. 1. num.1. Vant. de nullit. tit. vltim. num.125. Tuſc. litt. S. concl.890. n.32. Scacc. de iudic. lib.1. c.53. n.20.

Et

21 Et licet lex, vel priuilegium concedens Religioſis procedere ſummariè dicatur ordinatorium iudicij, Alex.conſ.138. num.5. in fine lib.5. Tuſc. litt.S. concluſ.456. n....... & in his quæ concernunt ordinem procedendi, iudex appellationis debet ſequi ſtatuta ſui tribunalis, & non tribunalis primi iudicis, quia ſemper in concernentibus ordinem iudicij, & modum procedendi attenditur locus iudicij, etiam ſi ſtatuta ſint diuerſa a ſtatutis loci, vbi fuit iudicatum in prima inſtantia, Alex.conſil.164. nu.2. in fine, lib.6 Ægid. Bellamer. deciſ.78. Tamen ſecus eſt in iis quæ concernunt merita, & deciſiones cauſæ, in quibus iudex appellationis debet ſeruare leges, quas primus iudex ſeruare debuit, gl. in ca. licet canon in verſic. de cætero de elect. in 6. gloſ. in c. illud 12. diſtinc. Auth. vt cum de appellat. cognoſcitur in princ. Alexan. in l. à Diuo Pio §. ſententiam col.4. de re iudic. & conſ.96. viſo proceſſu col.2. lib.2. conſ.12. & conſ.164. nu.7. lib.6. Corn. conſ.114 lib.1. & conſ.123. & 187. lib.4. Brun. conſ.20 col.2. Tuſc. litt.S. concl.457. n.22. & 23. & debet cognoſcere, & iudicare ſuper legibus, ſtatutis, & ordinationibus primi iudicis, dum agitur de inualiditate, vel validitate primi proceſſus, Alex. dicto conſ.164. n.7. Tuſc. dicta concl.457. num.24. Et ideo ſi primus iudex poterat procedere ſummariè ſicut proceditur in foro regulari, iudex appellationis non debet cognoſcere ſi primus iudex ſeruauit ordinatoria accidentalia iudicij, ſed tantum ſi ſeruauit ordines ſubſtantiales, & leges, & ſtatuta concernentia merita, & deciſiones cauſæ.

CAPVT IV.

Summariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedendi facultas, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Prælati Regulares non procedunt ſeruando apices iuris, & n.2.*

3 *Tenentur ſeruare ea, quæ tangunt veritatem negotij.*

4 *Poſſunt expedire cauſas manu regia.*

6 *Calumniatores, doloſę dilationes, & inanes exceptiones remouent, & num.11.*

7 *Poſſunt iudicare ſecundum propriã conſcientiam.*

8 *Poſſunt procedere in diebus feriatis, & non ſeruata ſolemnitate ſedendi in loco ſolito.*

9 *Libellus vt in ſcriptis ſit porrectus eſt neceſſarium.*

10 *Poſſunt Prælati procedere ad ſententiam ſine termino peremptorio.*

12 *Non conceditur reis in hoc iudicio teſtium iuramenta videre.*

13 *Teſtes infames admittuntur.*

14 *Non cenſentur remiſſa ſubſtantialia iudicij.*

15 *Clauſula, ſola veritate inſpecta quid operatur, cuius vigore.*

16 *Poteſt vigore iudex iudicare ſuper cauſa probata non deducta in libello.*

17 *Et poteſt admittere probationes non con-*

concludentes, ſed perſuaſiuas.
18 *Appellationem hæc clauſula tollit, & attentata non reuocantur. Quod intelligi debet vt in cap.ſeq num. 31.*
19 *Iudex per hanc clauſulam poteſt incipere ab articulis.*
20 *Articulus quid ſit declaratur.*
21 *Iudex incipiens procedere ordinariè contra ſubditos, delinquentes, ad extraordinarium ordinem redire poteſt.*

1 HÆc clauſula ſummariè, ſim-
plicitor, & de plano, ſine
ſtrepitu, & figura iudicii; apices,
& ſolemnitates iuris tollit, quæ ad
perfectionem, pompam, & orna
tum iudicii, de iure poſitiuo ordi-
2 nata fuere. Vnde Prælati regula-
rium, & monachorum ab iſtis api-
cibus, & iuris ſolemnitatibus libe.
rantur, & iſtis poſpoſitis proce-
dere poſſunt, c.qualiter & quando
el 2.& c.olim de accuſat. cap.cum
contingat de foro compet. dicta
Clem.ſæpè de verb.ſignif. Abb.in
d.c.cum contingat, & in ca.ſi quis
contra Clericum de for. compet.
Lapus alleg.73 Caiet. 2.2. qu.70.
art.2 Sotus lib.5. de iuſt. q.7.art.2.
Suar.tom.4 de relig.trac.10.lib.10.
cap.11.n.1. Lezana tom.1.cap.27.
num.26.ex priuileg.Bonifac.8.Re
ralto a Caſarub.in Compendio ver.
bo correctio fratrum num.6.
3 Scilicet poſpoſitis illis iuribus
ciuilibus, & canonicis,quę ponunt
ſolemnitates, ſeu ſubtilitates veri
tatem negotii non tangentes Non
autem iura,veritatem negotii tan.
gentia. D.Anton.par.3.tit.9 ca.15
§.7. Roman. conſ.519. nu.4. Tuſc.
litt.C.concl.366.nu.4. Barboſ.de
clauſul. 103.n.11. Nam apices iu-
ris ſunt,quę veritatem negotii non
tangunt. Bar.in l.fideiuſſor §.quæ-
dam ff. mandati. Et iſtæ ſolemni-
tates iuris poſitiui cenſentur ſub·
4 latæ. Bart. d.extrauag. ad repri-
mendum; Et poſſunt cauſas expe-
dire manu regia, prout olim tem.
pore iuris gentium. Aret. in §.in
bonæ fidei n.33.verſ.quid ſi fiat, &
ibi Iaſ.n.45. inſtit. de act.Roman,
conſ.20. nu.8. Socc. conſ.12.col.2.
vol.1.Oldrad.conſ.115. Marant.in
ſpec.par.4. diſt.9. Caualc. deciſ.19.
n.33.par.1. Marta de clauſul.clauſ.
5 160.num.1.& 5. cum hæc clauſula
æquiparetur clauſulæ manu regia.
6 Marta ibidem n.6. & ideo non re-
quiritur litis conteſtatio, Ghisler.
de iudice regul.c.11.nu.4.Berti in
7 praxi crim.tit.5.cap.3.n.4. Cum in
cauſis ſummariis, & primus actus
qui ſolet fieri poſt litis conteſtatio-
nem, habeat vim litis conteſtatio·
nis. Maranta in ſpec.par.6. mem-
br.10.& ſupra dictum eſt,cap.præ·
cedenti n.7.& cap.ſequenti nu.21.
8 calumniatores,doloſæ dilationes,
inaneſque exceptiones remouen-
tur. Paul. & Card.in clem. diſpen-
dioſam n.42. Et poteſt iudex iudi.
care ſecundum propriam conſcien.
tiam, attendendo potius ad verita.
tem, quam ad iurium ſubtilitatem.
Gram.deciſ.62.num.32.Quid.Pap.
dec.29. Die feriata dummodo non
ſit ad honorem Dei, iudex proce-
dere poteſt. Felin.in d.c.olim nu.5.
de accuſ.Marcheſ.de commiſs.par.
2 pag 419.n.80 Solemnitas ſeden-
di

di in loco ſolito non requiritur. Paul. in d. clem. ſæpè, dummodo ferat ſententiam in ſcriptis. Gratian. diſcept. for. 522. n. 4.

9 Libellus in ſcriptis porrectus non eſt neceſſarius, ſed ſolum quædam ſimplex petitio facti narrationem continens. Marant. vbi ſupra. Cabed. deciſ. Luſit. 72. nu. 2. part. 5. Honded. conſ. 94 num. 52. tom. 1. Marcheſ. vbi ſupra n. 82. Barboſ. d. num. 11. Et poteſt fieri oretenus, dummodo per actuarium redigatur in ſcriptis, & non ſit obſcurus, ſed clarus, vt reus poſſit deliberare ſi velit cedere, vel contendere. Marant. d. diſp. 9. n. 12. vt in caſe

10 quenti dicetur. Et iudex ſine termino peremptorio procedere poteſt ad ſententiam. Oldra. conſ. 115 in principio. Tuſc. d. concluſ. 366

11 num. 1. Sublatæ cenſentur friuolæ appellationes, longæ exceptiones, & alia, quæ proceſſum retardare conſueuerunt. Oldrad. d. conſ. 115 Tuſc. vbi ſupra n. 3. Examen ſuperfluum multorum teſtium excluditur, Card. Alex. in d. Clem. diſpendioſam, n. 42. non conceditur reis teſtium iuramenta videre, Abbas in d. c. cumcontingat n. 26. Berti in

12 praxi crim. tit. 6 cap. 6. n. 4. Teſtes infames admittuntur, quia infamia eſt de iure poſitiuo, c. per tua

13 de Simonia. Abb. & Felin. in cap. dilecti de iudic. & in c. cętero extra de teſtib. S. Anton. 3. par. tit. 9. cap. 15. §. 6. Sylu. ver. iudex II primo n. 5.

14 & 9. Marant. in ſpecul. par. 4. diſt. 9. num. 34. Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 27. n. 1. & ſeqq. Farinac. quæſtio. 56. n. 88. Pitigian. in pract. crim. 1. 2. ſubſtantial. ca. 2. Bouer. in direct. par. . . c. 21. verſ. altero quoque, & verſ. His igitur: & omnes alii inhabiles de iure poſitiuo, dummodo non ſint condemnati, aut conuicti de falſo, Caualc. de Brach. reg. par. 3. n. 75. & par. 4. n. 73. Thom. à Ieſu de viſit. regul. tract. 3. c. 11. num. 9. Megal. in pract. crim. cap. 13. n. 15. Et per illa verba ſine figura iudicii, cenſentur remiſſa omnia ſubſtantialia ordinis iudiciarii, ſed non cenſeantur remiſſa ſubſtantialia iudicii. Scacc. de iud lib. 1. cap. 53. num. 20. & 43. Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, plus opera-

15 tur quā clauſulæ ſummariæ ſimplices, & de plano, Dec. in ca. quoniam contra de probat. n. 16. Alex. conſ. 6 n. 1. in fine volum. 3. Imol. & Felin. in c. dilecti de iudic. Cacher. deciſ. 1. n. 20. Mart. clauſ. 160. nu. 8.

16 Barbos. clauſ. 173. n. 2. Cuius vigore poteſt iudex iudicare ſuper cauſa probata, licèt non deducta in libello, Marant. d. diſt. 9. nu. 17. & 22. Guttier. pract. lib. 1. qu. 10. nu. 2. Cacher. deciſ. 5. nu. 21. Surd. conſil. 273. num. 2. & 3. Et poteſt teſtes iudex producere, repetere, & examinare publicatis atteſtationibus, & poteſt concluſum in cauſa. Maran. vbi ſupra nu. 30. Marcheſ. dicta pag. 419. nu 81. Barboſ. clauſ. 173.

17 num. 14. & 176. n. 13. Poteſt admittere probationes imperfectè, leuiores, non concludentes, ſed perſuaſiuas, Hippol. ſingul. 496. Dec. conſ. 631. Bald. in l. ſolent Cod. de teſtib. Aret. conſ. 84. Gratia. diſcep. 68. nu. 3. Barboſ. dicta clauſ. 173. nu. 15. Ball. var. reſolut. lib. 5. pragmat.

vnica nu.4. Dec. conſ.195. num.8. Caualc. de Brach.reg. p.1.nu.142.
18 Tollit hæc clauſula appellationẽ, Scac.de appell.q.16.lim.1.num.76. Attentata per hanc clauſulam non reuocantur, Gratian. dec.March. 68.n.19. termini breuiores per hãc clauſulam dari poſſunt, & poteſt incipi ab articulis, quibus probatis poteſt ferri ſententia. Roman. conſ.519.num.4. & ſeq. Tuſc.dicta concluſ.366.num.7. Oldrad.conſil.
19 244.in princip. Rotadec.33. nu.1. in antiq. Marant. d.diſp.9. nu.18. Marſil.ſing.102.Io. de Amic. conſ. 6.nu 41.& ſeq.conſ.35.nu.7. conſil. 153.n.3.Corn.conſ.181.nu.8.lib.3. Vant. de nullit.tit.qualiter ſent. & proceſſ.n.125.Ricc. dec.78. par.1. Requiritur tamen vt plenè ſit de cauſa cognitum, & diſceptatum, Afin.in prax.§.3.c.5.n.2.Scacc.de iudic.lib.1.ca.60.n.1. Qui articuli ſunt loco libelli in cauſa ſummaria. Tuſc.litt.S.concl.891.num.25. Nam poſſunt eſſe initium iudicii criminalis,& proinde ſi quis daret aliqua capitula, ſeu articulos iudici,in quibus contineretur delictum ab aliquo commiſſum cum ſuis circumſtantiis, vel etiam ſine, iudex poteſt procedere ad vlteriora, ac ſi foret expoſita querela, quando poteſt procedi ſummariè. Scac. d.c.61. num.3.qui articuli debent eſſe concluſorij,Scac.d.c.60.nu.15. Et reſponſio ſuper iis facta ab aduerſario, inducit litis conteſtatio
20 nem.Scac.ibidem n.16. Eſt autem articulus pars intentionis, continens id, quod quis probare intendit per teſtes, vel ſcripturas; ita poſt Bald.in l.generaliter §. ſed iuramento num.6. Cod. de reb. cred. Marant.in ſpec.par.6 actu 4.num. 1.fol.200. Scac.dicto cap.60. num. 4. Et poteſt iudex in criminalibus, aliter quam petitum ſit iudicare. Ricc. dicta deciſ.78. numer. 4. Et procedens ordinariè poteſt redire ad procedendum extraordinariè, vt diximus ſupra hac eadem par.2. cap.1.num.18. ex Foller. in pract. crimin.canon.par. vltima cap.36. num.30.

Forma procedendi per viam articulorum in diſcurſu Viſitæ.

Cum in diſcurſu Viſitationis huius Prouinciæ N. viſitando præſens monaſterium N. fuerunt nobis data aliqua capitula, ſeu articuli ſcripti, & iurati à Fulano, contra N.in quibus continentur, quod dictus N. commiſit tale, & tale delictum; Ideo ne delicta remaneant impunita,decreuimus, præſenti decreto decernimus, in cauſa, & cauſis extraordinariè procedere per viam articulorum, & pro veritate habenda teſtes medio iuramento ad informandum ſumere,& examinare, & alia præſtare vſque ad complementum cauſæ & cauſarum. Electo actuario in hac cauſa P.N. In quorum fidem &c.Datum in noſtro Monaſterio N.die menſis, &c.anni &c.

Ita eſt P.N.Abbas.
P.N.Actuarius.

Poſtea examinantur teſtes iuxta for-

formam traditam in par.4.cap.... examinatis teſtibus vocatur articulatus vt poſſit ſe defendere, vt infra.

Die &c. in Monaſterio N. &c. Vocatus fuit N. ad ſuas defenſiones legitimas faciendas data ei copia omnium articulorum, vt ad vnumquemque reſpondeat,pro dicta ſua defenſione infra terminum horarum 24 quam copiam articulorum ipſe articulatus accepit gratias agens.

Subſcribantur Abbas, reus, & Actuarius.

Forma ſententiæ contra Articulatum.

Die &c.In Monaſterio &c. cum in cauſa, & cauſis contra N. in diſcurſu viſitæ generalis huius Monaſterij proceſſum fuerit extraordinariè per viam articulorum inſcriptis redactorum, iuxta ſtylum, & conſuetudinem Religionis, quorum veritas habita fuit per teſtes medio iuramento interrogatos, & vocato ac audito ipſo articulato, data etiam ei copia articulorum, vt melius ſe defendere poſſit, ac maturè conſideratis omnibus ſuis defenſionibus, cum voto conſultiuo Patrum diffinitorum, (vel grauiorum Patrum huius monaſterij,) definiuit,eundem N. eſſe repertum culpabilem, & punibilem, & ideo decreuit, prout præſenti decreto decernit, vt priuatus exiſtat vtraque voce, aut ab omnibus actibus legitimis per triennium,& per ſex menſes dicat quotidie ſuam culpam in publico refectorio, & per eoſdem ſex menſes ieiunet qualibet ſexta feria in pane, & vino tantum, & id non ſolum hoc, ſed omni alio meliori modo, &c. In quorum fidem &c.

Ita eſt P.N. Abbas.
P.N.Interfui.
P. N. Interfui.

Latum, lectum, & publicatum fuit hoc decretum die, & loco quibus ſupra, præſente, & acceptante, ac ſubſcribente ipſo articulato coram infraſcriptis teſtibus.

P. N. teſtis.
P. N. teſtis.
P.N. Actuarius.

CAPVT V.

De ſubſtantialibus iudicij ſeruandis à Prælatis, & Iudicibus Regularibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudicij ſubſtantialia in ſummario iudicio ſunt ſeruanda.*
2 *Accuſator verus, vel fictus eſt neceſſarius vt iudex procedere poſſit.*
3 *Accuſatio, vel querela, aut denunciatio.aut ſimilis petitio,vel delatio neceſſario requiritur, vt poſſit iudex procedere.*
4 *Locus, & tempus commiſſi criminis debet neceſſario poni in accuſatione.*
5 *Iudex ex officio poteſt ſupplere ea quæ deficiunt in accuſatione.*
7 *Diei expreſſio an ſit neceſſaria in accuſatione?*

8 *Iu-*

8 *Iudicis arbitrio relinquitur an reus poſſit ſe defendere ſine expreſſione diei.*

9 *Dies delicti patrati ſi eſt expreſſus ab accuſatore,& non probatus, an reus abſolui debeat?*

10 *Citatio rei eſt neceſſaria, & de ſubſtantia iudicij.*

11 *Sed in aliquibus religionibus, religioſi vocantur,non citantur.*

12 *Citatio an requiratur in foro regulari ad iuramenta teſtium.*

14 *Iuramenta teſtium ſunt de ſubſtantia iudicij.*

15 *Princeps non poteſt diſpenſare vt teſti non iurato credatur.*

16 *Iurare debet teſtis antequam deponat,& quoties examinatur, & nu 19.Etiam in dignitate, & n.24.*

17 *Iuramentum non præſumitur niſi de eo appareat.*

18 *Iurare debet teſtis manu non cubito, aut pede.*

20 *Iuraſſe prius teſtis præſumitur in dubio.*

21 *Notario diceuti quod teſtis iurauit an credatur.*

22 *Teſti deponenti ſine iuramento, & poſtea cum iuramento refereuti ſe ad primum examen an credatur.*

23 *Iuramentum in criminalibus an teſtibus remitti poſſit?*

24 *Teſtes examinati ſine iuramento qualem probationem faciant.*

25 *Iuramentum debet interpretari ſecundum mentem iudicis.*

26 *Teſtis deponens ſine iuramento ſed ob præceptum Sanctæ Obedientiæ an fidem faciat.*

27 *Iuramentum de calumnia, vt detur accuſatori an ſit de ſubſtantialib. Iudicij.*

28 *Litis conteſtatio eſt de ſubſtantialibus Iudicij.*

29 *Lis in criminalibus vbi proceditur ſummariè, quando cenſetur conteſtata.*

30 *Lis ſi conteſtari uolit Reus, pro confeſſo habetur.*

31 *Cauſæ cognitio eſt de ſubſtantialibus iudicij.*

32 *Sententia præcipitanter lata eſt nulla.*

33 *Probationes ſunt de neceſſitate indicij,& non ſunt media cauſæ.*

34 *Veritas cui ius patrocinatur eſt attendenda,quando proceditur ſola facti veritate inſpecta.*

35 *Cauſa quando de ſui natura non eſt ſummaria, ſed ex priuilegio, erit ſummaria quo ad ordinem, non quo ad probationem.*

36 *Liberum arbitrium vbi eſt datum, intelligitur quoad perſonas, non quoad dicta teſtium.*

37 *Probatio quæ de iure gentium eſt ſufficiens, vel perſuaſiua, ſufficit in cauſa ſummaria.*

38 *Legitimę defenſiones, exceptiones, & appellationes ſunt admittendæ in cauſa ſummaria.*

39 *Tempus congruum ad defenſiones faciendas, vt reo detur, pertinet ad ſubſtantiam indicij.*

40 *Reus in criminalibus an poſſit renunciare terminum ad ſuas defenſiones faciendas.*

41 *Forma renunciationis termini.*

42 *Terminus ad deliberaudum non debet dari Reo in facto proprio.*

43 *Copia proceſſus Reo neceſſario dari debet, alias proceſſus eſt nullus Reo petenti.*

44 *Nomina teſtium in iudicio regu-*

lari

Digitized by Google

lari Reo non ſunt publicanda.

45 *Sententia quod feratur ſecundum iuris diſpoſitionem, eſt de ſubſtantia iudicij.*

46 *Arbitrium cui eſt intelligitur in ventilando, & in quantum ad ordinem procedendi, & non in quantum ad deciſionem.*

47 *Pœna debet eſſe æqualis delicto, aliàs eſt nulla.*

48 *Sententia debet prius ſcribi, & poſtea legi.*

49 *Sententia in qua non dicitur quod fuit lecta, eſt nulla, & n 53.*

50 *Debet proferri per verba de præſenti.*

51 *Poteſt proferri etiam de nocte.*

52 *Quando præſumatur lata in ſcriptis?*

54 *Debet eſſe certa.*

55 *Corpus delicti, quod debet conſtare eſt de ſubſtantia iudicij, alias iudex non poteſt procedere non obſtante rei confeſſione.*

56 *Delicta alia facti permanentis, alia facti tranſeuntis.*

57 *Delicta facti permanentis ſunt in duplici differentia.*

58 *Corpus delicti in crimine veneni probatur peritorum iudicio.*

59 *Medici ſi deponant de crudelitate, ſufficit.*

60 *Corpus delicti quomodo probatur quando reperitur cadauer alicuius in puteo, vel ſuffocatus.*

61 *Delictum debet conſtare ſaltem per coniecturas, & per indicia, ſcelere fuiſſe commiſſum.*

62 *Suffocatus, vel præcipitatus in dubio præſumitur per vim.*

63 *Stuprum puellæ per obſtetrices probatur.*

64 *Corporis delicti probatio regulariter debet eſſe ſeparata à probatione delinquentis.*

65 *Delicto permanente probato, debet iudex poſtea inquirere de perſona delinquente.*

66 *Conſtito de delinquente in generali inquiſitione fit tranſitus ad ſpecialem inquiſitionem ſine alio proceſſu, & inquiſitione ſpeciali ſeparata.*

67 *P. Bictus in ſua praxi inquiſitionis, n. 12. reijcitur.*

68 *Corpus delicti quomodo probatur quando non inuenitur corpus mortuum?*

69 *Cadauer ſepultus poteſt exhumari, vt probetur corpus delicti.*

70 *Fama cum indicijs ſufficit ad probandum corpus delicti, quando aliter probari non poteſt.*

71 *Fama ſola non ſufficit ad torquendum infamatum.*

72 *Medicus ſi tantum dicat aliquem mortuum ex veneno nō ſufficit ad torturam, quia poterat ex ſeipſo venenare*

73 *Delicti cognitio in genere confunditur cum cognitione delicti in ſpecie, in delictis facti tranſeuntis.*

74 *De delicto ſufficit conſtare per querelam ad effectum inquirendi, ſed ad effectum torquendi requiruntur indicia ſufficientia.*

75 *Practica generalis probandi corpus delicti traditur.*

76 *Corpus delicti in delictis innominatis non probatur, niſi probata qualitate.*

77 *Subſtantialia iudicij ordinatè, & in compendio recenſentur.*

78 *Forma incipiendi proceſſum in ſpeciali inquiſitione quoad delictum, & ge-*

& generaliter quoad perſonam ſeu perſonas delinquentes.

79 *Formæ viſitationis vulnerati.*

80 *Forma decreti, inquirendi de delinquente generaliter.*

81 *Forma interrogandi vulneratum.*

82 *Forma interrogandi teſtes nominatos à vulnerato, & alios veriſimiliter informatos.*

83 *Forma decreti ſpecialis inquiſitionis contra delinquentem inuentum in generali inquiſitione.*

84 *Forma viſitationis occiſi.*

85 *Forma inquiſitionis de corpore delicti dubij.*

86 *Forma interrogandi medicos, cum de veneno dubitatur.*

87 *Forma examinandi teſtes in cauſa veneni.*

88 *Forma examinandi obſtetrices cum de ſtupro dubitatur.*

89 *Forma probandi corpus delicti in furto.*

1 QVamuis ex dictis cap. præcedenti ſolemnitates ordinis iudiciarij non ſunt neceſſario ſeruandę in iudicio regulari; ſubſtantialia tamen iudicij in quouis ſummario iudicio ſeruanda ſunt. Quia procedunt à fonte naturæ. Abb. in c. dilecti de iudic. & in ca. cum contingat de foro compet. Sylu. verbo iudex 1. qu. 5. Nau. de appel. conſ 5. n. 10. S. Anton. par. 3. tit. 9. c. 13. Mirand. in ſpec. qu. 14. n. 3. & 9. Scac. de iudic. qu. 53. n. 20. & 43. Bouer. in director. par. 1. c. 7. Pitigian. in pract. crim. ca. 1. fol. 24.
2 & ſunt infraſcripta. Primò, de ſubſtantia iudicii eſt, & omnino ſeruari debet, vt ſine accuſato. e vero, vel ficto, ſcilicet denunciatore, exceptore, infamia, rebellione, notorietate, & cætera huiuſmodi gerentia vices accuſatoris nemo condemnari poſſit. Et quamuis Pręlati regulares punire poſſint ſine accuſatore delicta parua ſubditorum; In cauſis tamen grauibus, quæ non poſſunt puniri ſine infamia delinquentis, nō poſſunt Prælati procedere, & punire ſine accuſatore vel aliquo alioqui vicem accuſatoris gerat. c. nihil 2. q. 1. ca. dignum 3. qu. 9. c. 1. de accuſat. cap. forus §. in omni negotio de verb. ſignif. c. non oportet, & ſeq. 3. qu. 9. & Act. 5. non eſt conſuetudo Romanorum damnare aliquem hominem abſque accuſatore. D. Tho. 2. 2. q. 67. art. Mirand. d. q. 14. n 4. &
3 6. Bouer. par. 1. c. 7. Secundò, Accuſatio, quærela, aut denūciatio, vel exceptio, ſeu petitio ſaltem verbo tenus facta ipſius facti narrationē continens, pariter neceſſaria eſt. Clem. ſæpè §. eo. de verb. ſignific. In actis tamen inſerenda, §. ſancimus, ibidem, Bart. in extrauag. ad repri. mendum § figura, Zabarel. in dicta Clem. ſæpè §. non ſic tamen, ver. octauo nota. Menoch. de arbitr. qu. 18. n. 8. qui alios citat. Villagur. lib. 6. cap. 1. concl. 3. Ghiſler. de iudic. regul. c. 11. n. 8. Lanfranch. in dicta Clemen. ſæpè in verſ. libellus, vbi quòd talis petitio eſt de iure naturæ, & non poteſt omitti. Et debet continere facti narrationem claram, certam, & ſpecificam cum omnibus qualitatibus, & circumſtantiis, taliter, vt reo defenſio non tollatur, & poſſit deliberare, an velit

lit cedere, vel contendere. Marant. poſt alios in ſpec. par. 4. diſt. 9. n. 12. alias accuſatio erit nulla l. libellorum ff. de accuſat. cap. fin. §. libellorum 2 qu. 8. & idem erit in libello inquiſitionis. Pegu. exam. in pract. crim. ca. 12. num. 7. Nec non debet continere locum, & tempus, vt reus poſſit ſe defendere. Bald. in l. cum fratrem ff. de his quib. vt indign. & in l. ius ciuile ff. de iuſt. & iur. Aliàs non poſſet reus probare negatiuam coarctatam loco, & tempore. Roman. conſ. 191. in fine, Tuſc. litt. L. concluſ. 320. numer 9.

4 Licèt non ſit neceſſaria expreſſio diei, & horæ: ſed ſufficit annus, & menſis. Boer. dicta l. libellorum dec. 321. num. 3. Tuſc. litt. L. concl. 320. num. 4 Sed ſi in accuſatione adiiciatur tantum locus, & menſis, poterit accuſatus probare, quòd tunc diſtabat per tantam diſtantiam, quod non potuiſſet venire, ſeu eſſe in loco intra menſem commiſſi criminis. Vel poterit probare per medicos quod toto illo tempore fuerat detentus infirmitate. Et licet libellus non continens locum, & tempus, quòd ſit admittendus, quia ea ſunt iuris poſitiui, quæ in cauſis ſummariis relaxantur, dicant Alex. conſ. 6. col. 1. lib. 3. & conſ. 94. n. 13. lib. 5. Boſs. in tit. de inquiſit. n. 98. Afflict. dec. 250. Contrarium tamen, quòd non ſit admittendus, & talis accuſatio, vel quæ erit nulla etiam parte non opponente, in cauſis etiam ſummariis, tenent Clar. qu. 12. n. 8. Roman. conſ. 191. in fine, & ib. apoſtilla, quæ adducit opinione pro vtraque parte, & concludit hanc eſſe veram opinionem. Et ſequitur Tuſc. litt. S. concl. 892. num. 13. & litt. L. concl. 320. à num. 35. & ſeq. & quod in hoc caſu iudex poteſt pronunciare non eſſe procedendum. Paris de Put de ſindic. in verbo ſententia ca. 5. num. 2. ex Bald. in l. edita de edend. Niſi quod deficit in libello, appareat ſupplетum per probationes, vel confeſ-

5 ſionem. Quia tunc iudex ex officio ſupplendo poteſt maleficium punire, per l. congruit de officio præſid. Quod Bald. non concedit in teſtibus, ſed in confeſſione, per c. 1. de accuſ. lib. 6. Nam liquidato crimine non licet de apicibus iuris diſputare, Paris. de Put. d. num. 2. Et quando conſtat de ſubſtantia veritatis, quòd reus crimen commiſit, & ipſe nihil in contrarium opponit, poteſt puniri, quamuis libellus ſit ineptus. Paris. de Put. vbi ſup. num. 5. Et Baiard. ad Clar. qu. 12. num. 5. dicit, quod locus, & tempus poteſt ſuppleri ex probationibus ſequentibus, & n. 6. quod iudex ex officio poteſt ſupplere locum, & alia neceſſaria. Et poteſt fieri condemnatio, quoad probata, licet non petita. Dec. in c. dilecti filii ff. de iudic. Ball. var. reſol. l. 5. pragm. vn. n. 6. Quod requiritur ſpecificatio loci, & temporis, ampliatur procedere in inquiſitione, formata per iudicem ex officio, alias non valet. Angel. conſ. 178. & 298. Tuſc. litt. L. concl. 320. nu. 14. Peguer. in pract. crim. c. 12. num. 7.

6 Ampliatur etiam procedere in exceptione criminoſa; puta con-

R tra

tra teſtes, vel partem vt repellatur à iudicio. Boer.deciſ.321. vbi nu.2. dicit magis communem, Tuſc. vbi ſupr.n.28.& n.35. vbi, quod procedit etiam in cauſis ſummariis.

7 Et licet non ſit neceſſaria expreſſio diei, tamen quando accuſatus inſtat vt exprimatur dies; an ſit necne neceſſaria expreſſio diei: ſunt opiniones pro & contra, quas refert Scac.de iudic.qu.51.num.35. vbi concordando opiniones diſtinguit: Aut reus poteſt abſque diei expreſſione ſe defendere, ſeu defenſio non tollitur ex diei omiſſione; & tunc procedet opinio negatiua, vt iudex non cogat quærelantem, vt exprimat diem, (ſed difficile eſt inuenire caſum, in quo expreſſio diei non proſit reo ad ſe defendendum, dicit Scac.) Aut reus non poteſt facere ſuas defenſiones, niſi exprimatur dies; & tunc iudex debet interloqui, vt dies exprimatur.

8 An autem reus poſſit ſe defendere, vel non, ſine diei expreſſione arbitrio iudicis relinquitur. Scac.ibid. & ſi iudex pronunciat exprimendum eſſe diem; & querelans veriſimiliter recordari debet de die, eſt cogendus, alias non. Scac. ibidem num.36. Et ſi querelans ſpontè, vel coactè expreſſerit diem, & omnia

9 probauerit, præter diem; Tunc aut dies eſt talis vt de non delicto facit delictum, prout ſi res aliqua ſit tantum prohibita aliquo die, & alio tempore ſit permiſſa, & dies debet exprimi, & probari, & non expreſſo, reus eſt abſoluendus. Aut non eſt talis; & tunc non aſtringitur accuſator ad probationem illius. Bart. in l. libellorum num.12. ff.de accuſat. Clar. qu. 12. verſ. ſed quid ſi accuſator, Scac. vbi ſupra num.39. Vbi etiam reſoluit illam quæſtionem; an probato delicto, & non probata qualitate illius expreſſa in querela, reus debeat abſolui? & Reſp. quod ſi probatur delictum principale, quamuis non ſit probata qualitas, delinquens ex eodem proceſſu poteſt condemnari. Maximè quando proceditur ſola facti veritate inſpecta; niſi qualitas ſit talis, quòd de non delicto faciat delictum, aut ponit delictum in diuerſa ſpecie: quia tunc qualitas debet exprimi, & probari, vt poſſit puniri ea pœna, quæ eſt impoſita pro delicto commiſſo cum tali qualitate. Et idem dicitur de expreſſione loci particularis.

Quando proceditur via inquiſitionis, & inquiſitus petit vt apponatur dies; quia intendit ſe defendere, & probare tali die ſe alibi fuiſſe; tunc dies eſt exprimendus. Alias proceſſus eſſet nullus, niſi iudex ignoraret diem commiſſi delicti. Nam tunc inquiſitio ſuſtinetur. Peguer. dicto cap.12. num. 9. Et quod dictum eſt de expreſſione loci, & temporis, procedit in delictis, quæ temporis momento committuntur, non autem in delictis, quæ habent tractum ſucceſſiuum, in quibus locus, & tempus eſt incertum, & indeterminatum. Bart. in dicta l.libellorum nu.10. & 16. Menoch.conſ.100.nu.89. vbi alios citat. In his enim non eſt neceſſaria expreſſio loci, & temporis.

Ter-

10 Tertiò neceſſario requiritur rei citatio, argum. Geneſ. ca. 3. Adam vbi es? & Matth. 18. tunc vocauit illum Dominus ſuus, & ait illi, ſerue nequam, quæ citatio nihil aliud eſt, quàm iuridica quædam vocatio rei ad conſpectum iudicis, & eſt iuris naturalis, ac ſpecies defenſionis, & non poteſt omitti etiã per Principem. Clem. paſtoralis de re iudic. §. cæterum, c. Deus omnipotens 2. qu. 1. Soc. conſ. 12. col. 2. vol. 1. Alex. conſ. 42. num. 4. vol. 4. Marant. in ſpecul. par. 4. diſtinct. 9. num. 9. & par. 6. de citat. nu. 6. Dec. in ca. dilecti num. 4. de iudic. Tuſc. litt. C. concluſ. 366. num. 2. & litt. S. concl. 890. num. 34. Vant. de nullit. defect. proceſ. n. 53. Bouer. in direc.
11 par. 1. c. 7. Sed practica ſolet eſſe apud aliquos Regulares quod ſuperiores non ſeruent in citatione formam iuridicam, ſed ſi delinquentes contra quos eſt formatus proceſſus, & adeſt ſemiplena probatio, ſunt abſentes, vocant eos per ſimplicem Epiſtolam nulla expreſſa cauſa vocationis, ne forte arripiant fugam, & ſi ſunt præſentes in eodem monaſterio vocat eos per quemlibet alium religioſum, & hæc vocatio ſufficit pro prima
12 citatione.. An autem requiratur ad teſtium iuramenta videnda affirmant, Aret. cap. 2. de teſtib. num. 10. et ibi Dec. n. 35. & ſeq. & Felin. nu. 4. Oſaſc. deciſ. Pedam. 79. nu. 19. Gabr. tit. de citat. concl. 1. num. 42. Burſat. conſ. 101. n. 48. Maſc. concl. 1366. num. 16. et alii citati à Farin. qu. 72. nu. 13. Sed contrarium quod non requiritur quando agitur coram iudice regulari, qui procedit vigore indulti Bonif. 8., inſpecta æquitate naturali, et de iure gentium, tenent Abb. in cap. cum contingat num. 26. de foro compet. addentes ad Abb. in c. 2. de teſtib. n. 8. litt. A. in ver. de crimine. Aret. dicto c. 2. nu. 11. ad medium ver. amplius dixit, Marſil. in l. de vnoquoque num. 8. de re iudic. Gabriel. in tit. de citat. concl. 1. num. 341. Farin. qu. 72. num. 59. Maxime quia ita viget ſtylus, et conſuetudo. Blanc. de indic. num. 22. et ſeqq. Boſſ. tit. de oppoſ. contra teſt. num. 35. et in tit. de indic. num. 28. Gabriel. vbi ſupra num. 106. Arnol. Albert. tit. de agnoſ. cath. et hæret. quæſt. 34. num. 19. Honded. conſ. 101. nu. 19. et ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 366. nu. 25 Et licet Farin. d. qu. 72. nu. 73. dicat, quod talis conſuetudo ſit abuſiua, tamen Cartar. de execut. ſent. capt. bann. c. fin. nu. 175. cum aliis ab eo citatis dicit, quod dicta conſuetudo ſeruatur in ſtatu Eccleſiaſtico, et quod ita eſt ſtylus to-
13 tius Italiæ. Nec aliter poteſt practicari in religionibus, in quibus nomina teſtium non publicantur, et proceditur ſummariè ſola facti veritate inſpecta.

14 Quartò, quod teſtes iurent in iudicio ante examen de veritate dicenda, tactis corporaliter euangeliis vel ſcripturis, aut alia res ſacra, vel tacto pectore ſi eſt ſacerdos. Farin. qu. 74. num. 1. et 31. Barboſ. in cap. fraternitatis num. 6. de teſtib. Et non obſtante facultate procedendi ſummariè, et de plano ſine ſtrepitu, et figura iudicii, te-

ſtes ſine iuramento non probant. Farin.ſup.n.61. Vbi multos doctores citat,quibus addo Surd. dec.12. n.7.Seraph.de priuileg.iuram. priuil.30.Anton.Fab. dec.8. de teſtib. Amat. Roderic. in pract. de modo, & forma examin. proceſſ. capit. 7. num.41.Aldret.de religioſ. diſcipl. tuend.lib.1.c.9.n.6.Villagut. lib.6. ca.1.concl.8.& 9. Caualc.de teſtib. par.3.nu.45.Et licet Farin.vbi ſup. n.111.teneat;quod teſtes ſine iuramento recipi non debeant, & ſine iuramento recepti non probent. Dicit tamen quod hoc non poteſt dici de forma ſubſtantiali,vbi alios citat.Sed Caual.d.p.3.nu.44. tenet oppoſitum, vbi reijcit rationem, ſuper qua fundatur hæc opinio; videlicet: quod ſicut teſtimonium poteſt per partes remitti, ita & iuramentum:Et dicit quod hæc conſequentia non valet. Imò aſſerit
15 ibid.n 40.& 44 quod iuramentum eſt de iure diuino; cum Menoch.de arbit.q.26.n.3.& alijs; & quod nec per Imperatorē,nec per Pōtificem poteſt diſpenſari,vt teſti non iurato credatur, & debent iurare de veritate dicenda antequam depo-
16 nant; & non ſufficit iurare poſtea, niſi iterum idem deponeret, quod prius depoſuerat. Farin. d. qu.74. nu.31.& 34. Et toties iurare debet, quoties examinatur. Farin.ibidem n.47. Nec in teſtibus iuramentum præſumitur ad effectum probandi, niſi de eo expreſsè appareat, aut in antiquis centum annorum. Farinac. ibidem numer. 72. & 76. Barboſ. in dicto cap. fraternitatis num.6. ex Maſcard. concluſ.1316. num. 8. & concluſ. 1362. numer. 5. Gratian. diſcept. forenſ. capit. 60. numer. 11. Multo minus ad effectum vt de periurio arguatur. Rot. apud Farinac. deciſ. 147. num. 13.

18 Et debet iurare non pede, nec cubito,ſed manu; & qui non habet manus, teſtimonium dicere non poteſt,Barboſ.ibi ſupra n.7.8. & 9.
19 Et licet ſi teſtis primò deponat,& poſtea incontinenti iuret, quod valeat eius dictum dixerunt, Bald. in l.ius iurandi C.de teſtib. Cald.in cap.de teſtibus extra de teſtib. glo. & Bart. in l.ius iurandi in principio de oper.liber. Tamen contrarium aſſerunt Archidiac. Cyn. & Salic.in dicta l.ius iurandi. Bald.ſibi contrarius in dicto c.fraternitatis, & ibi etiam Abb & in ca.cæterum de iuram. calum. & hæc eſt communis opinio ſecundum Feli. in dicto cap.de teſtib. Io.Crot.de teſtib.part.7.num.131. & ibi addit. litt.C.Ratio eſt; quia iuramentum in principio examinis pręſtandum eſt, dicta l.ius iurandi, dicto c. fraternitatis,& ibi Barboſ.n.6. Guaz. defenſ.reor.14.cap. 3.n.4. vbi alios
20 citat; & ſi conſtet de iuramento, non autem conſtet, an prius, vel poſterius fuerit delatum, præſumitur in dubio iuraſſe prius,& poſtea depoſuiſſe, & ſic pro validitate actus. Crot.dicta part.7. nu.232. Maſcard.de probat. concluſ.1362. n.13.Farin.dicta quæſ.74. num.41. Guazz. dicta defenſ. reor. 14. cap.
21 3. numer. 6. Etſi Notarius dixiſſet teſtis iuratus in forma, credendum eſt, multo magis ſi dixiſſet

xiſſet, quod iurauit tactis corporaliter ſcripturis ſacris. Secus ſi tantum dixiſſet teſtis iuratus, non addens in forma, vel tactis corporaliter ſcripturis. Gratian.diſcept. for.c.60. n.9. cum alijs ab eo citatis, niſi fuerit iuratus præſente iudice.Guaz.dicta defenſ.14. c.5.n.2.
22 & ſeqq.Farin.ſupra nu.75. Si teſtis deponat ſine iuramento, & poſtea iterum examinatus deponat cum iuramẽto, referendo ſe ad primum dictum, tunc primum dictum conualidatur, Guaz.d.defenſ.14.cap.3. n.7.& c.4.n.2.Barbo.in c.cum cauſam n.13.de teſtib.vbi adducit Doctores contrariæ opinionis, aſſerentes quòd teſtis per extenſum in ſecundo examine debet referre dictum ſuum, nec ſufficit ſi ſe referat ad primum dictum: Tamen primã opinionem dicit communiorem, quamuis ſecunda in puncto iuris ſit
23 veriſſima. Iuramentum in teſtibus nec de conſenſu partium remitti poteſt in criminalibus.Campeg.de teſtib.regul.167. Maſcard. de probat.concl.5.n.107.& ſeq.li.3.Guaz. d.c.3.n.12. Farin. d.qu.74.num.85. Barboſ.in c.veniens nu.3. de teſtib. & num.5. ampliat ad iuramentum calumniæ, quod nec de conſenſu partium, nec de conſuetudine remitti poteſt, ex Gratian. diſcept.
24 for.208.à num.15. Faciunt tamen teſtes examinati ſine iuramento aliqualem præſumptionem. Abb.in c.cum olim de dolo,& contumacia not.3.Hyppol.de Marſil. ſing.198. num.1.in fine, Rota apud Farinac. deciſ.34.n.3.par.1. recent. & idem Farin.qu.74.n.109.nu.120. Guaz. d.c.3.n.13.Barboſ.in c. cum olim n.14.de priuileg.vbi etiam, quòd ſi teſtis eſt aliàs probus, & honeſtus etiam non iuratus aliorum teſtium fidem corroborat, & coadiuuat alias probationes. Idem etiam dixit Tiraq. de pœnis temper. cauſa 51. nu.37. Et probat etiam teſtis non iuratus coram iudice habente poteſtatem informandi ſe extraiudicialiter.Farinac.d.deciſ.34.num.3. par.1 recent.Barboſ.in c.cum olim de dolo,& contum.n.2. Et licet teſtis non iuratus non ſufficiat ad condemnandum,facit tamen indicium ad torturam. Farin.d.q.74.n. 110.ex gl.in c.ſicut de ſent. excom. Ricc.in praxi var.reſ.235.n.2.par. 2. Sed de hoc dubito ſtantibus ſupradictis.Sed ſecundum practicam criminalem Fr.Minorum de obſeruantia, & Berti in ſua praxi tit.21. cap.4. num.7. apud regulares dicta teſtium ſecularium,ſi iurati haberi non poterunt, attenta qualitate perſonarum, nempe ſi ſunt grauiſſimæ perſonæ,& omni exceptione maiores pro iuratis teſtibus habentur. Regulariter tamen teſtes debent iurare cuiuſcumque dignitatis,& auctoritatis ſint,ſiue Clerici, ſiue Sacerdotes,ſiue Religioſi, ſiue etiam Cardinales, Farin.quæſt.74.
25 num.66.68.69. Et eſt notandum, quod iuramentum debet interpretari ſecũdum mentem iudicis dantis iuramentum, & non ſecundum intentionem iurantis. Afflict. ſuper conſtitut.Regni Neapol.lib. 1. rubr.21. ſub verbo inquiſitionibus, vbi citat D.Thom. 2.2. quæſtio.20.

Iuſ-

26 Iuſtus teſtis à Prælato, vt deponat abſque iuramento, ſed ſub præcepto tamen Sanctæ Obedientiæ, an faciat teſtimonium iuridicum? negat Roderiq. tom. 2. qq. reg. 120. art. vltimo. Contrarium quod ſit validum, & iuridicum tenent Miranda de ord. iudic. q. 14 ar. 8 conc. vnica Portel. in ver. correctio fratrum, verbo teſtis num. 22. Berti in ſua praxi c. 53. concl. 7.

27 Iuramentum etiam de calumnia, ſeu de veritate dicenda ab vtriuſque partibus prætermitti non debet, non obſtante clauſula ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudic. d. Clem. ſæpè, ibi, præſumptionem iuramenti de calumnia, Bart. in extrau. ad reprimendum in verbo figura, n. 11. Carauit. ſuper ritu 28. num. 34. 35. Aſin. in prax. §. 3 cap. 30. n. 1. cum pluribus ſeqq. Ghisler. de iudice regul. c. 11. nu. 15. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 33. num. 67. Barboſ. de clauſ. clauſ. 176 num. 21. Sed Foller. in pract. canon. verbo accuſatione porrecta fol. 50. n. 51. & Clar. q. 18. verſ. dicit etiam in fine; dicunt, hoc procedere, accuſato petente.

28 Quintò, litis conteſtatio, eſt etiam vnum de ſubſtantialibus iudicii, adeo vt ſi omittatur proceſſus eſt ipſo iure nullus, gloſ. in cap. dudum el 2. de elect. verbo irritum duximus, & in l. prolatum Cod. de ſent. & interloc. omn. iud. & in cap. vltimo de litis conteſt. in fine, & cap. quoniam de probat. verbo reſponſiones, Anchar. conſ. 255. in principio. Guazz. defenſ. reor. 35. cap. 21. num. 6. Et eſt lapis angularis, & fundamentum iudicii. Bald. in cap. 1. de lit. conteſt. Et non poteſt deueniri ad torturam etiam in ſummario iudicio, niſi lis cum inquiſito ſit conteſtata, Bart. in l. ſi is qui reus ff. de public. iud. Marſil. in pract. crim. §. nunc videndum nu. 28 Bald. conſ. 248. num. 9. vol. 2. & conſ. 246. num. 6. vol. 4. Burg. de modo proced. ex abrupt. quæſ. 500. nu. 104. in fine. Et per conſequens, niſi nomen rei ſit receptum inter reos, Bart. conſ. 41. num. 8. Alexand. conſ. 241. num. 9. vol. 2. Gram. conſ. 36. nu. 4. Marſil. vbi ſupra, & conſ. 136. num. 18. & in tit. de quæſtion.
29 num. 14. Verùm, quòd in criminalibus vbi proceditur ſummariè, lis non conteſtatur, Sed habetur pro conteſtata, quando ſecuta interrogatione ſuper delicto, & ſecuta eſt reſponſio ab inquiſito affirmatiua, vel negatiua hoc modo, lis cenſetur conteſtata, Scac. de iud. lib. 1. c. 86. num. 54 & cap. 102. num. 9. in fine, vt ſupra dictum fuit. Et ita ſeruatur, & practicatur, ſiue procedatur per accuſationem, ſiue per inquiſitionem. Barin. quæſt. 10. num. 55. Guazz. defenſ. reor. 20. ca. 18. num. 2. Per Bell. in tract. de tortura qu. 2. num. 13. Adeo vt, quod ſi quis eſſet conuictus, adhuc debet interrogari, vt ſequatur eius reſponſio: Aliàs condemnaretur abſque litis conteſtatione. Caualcan. de Brach. reg. par. 3. num. 25. verſ. Nam nomen rei, Guazzin. defenſ. reor. 20. ca. 7. num. 9. contra Baiardum quæſ. 64. num. 24. Et ſi reus à
30 iudice compulſus litem conteſtare, & reus ſine cauſa interrogari

no-

noluerit, Idem prorſus eſt ac crimen confiteri. Et tunc iure ipſo ob ipſius contumaciam habetur pro confeſſo, & damnari poteſt abſque alia litis conteſtatione. Mirand. ordin.iud.qu.21.art.5.nu.60.& 61. Farin.qu.10.n.55. Scac. d.cap.103. num.9.Guazz.defenſ. reor.20.cap. 18.num.3.

31 Sextò, neceſſaria eſt cauſæ cognitio, quia ſententia feſtinanter lata eſt ipſo iure nulla, latè Guazz. defenſ.reor.35. c.21. per totum. Quamuis cauſa ſit ſummaria, cum ſit de ſubſtantialibus iudicii, Alex. conſ.42.num.4.lib 4. Oſaſc.deciſ.1. nu.1. Vant.de null.ſent. defect.proceſſ.num.53. Lap.alleg.28. num.2. Tuſc.litt.C.concl.366.n.6.& littera S.conc.47.n.1.& 26.Cabal.caſu 186. num.42. Vnde ſententia lata in tam breui tempore, vt merita cauſæ iudex percipere non potuerit, non ſuſtinetur per clauſulam ſola facti veritate inſpecta, dicunt Afin. in prax.§.3.c.26.n.1.Lancell. de attent.par.3.cap.23.num.35. Io. Baſt.de arbitr.lib.10.c.10.col.1.& licèt celeritas ſit ſeruanda in iudiciis, non tamen talis vt excludat cauſæ cognitionem; aliter ſenten-

32 tia eſt nulla, cap.enim de re iudic. Catald. de ſynd. num 58. Menoch. de arbitr.lib.1.quæſt.42.vbi dicit, quod ſententia præcipitanter lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla, etiam in ſummario iudicio.

33 Septimò, requiruntur tamquam ſubſtantiale iudicii probationes neceſſariæ. Bart. in extrauag.ad reprimendum in verbo videbitur num.12. verſ.quid ſi dicatur, Dec. conſ.454. nu.4. Roman. conſ.519. num.4. Oſaſc.deciſ.1. num.30. Carauit.ritu 288. num.17. Caualc.deciſ.20.num.22. part.1. Burſ. conſil. 120.num.45.& conſ.291. num.11. Gratia.deciſ 68.n.8.& ſeq. & num. 15.Cumia ſuper ritu cap.17. num. 145.& cap.38.num.2. & ſeq. Tuſc. litt.S.concl.888.num.2. & 3.Farin. q.39.n.17.& 152.Marcheſ.de commiſ.par.1.cap.8.n.44. Bouer.in direct.par.1 c.7.fol.20. Marta claus. 180.num.10. Barboſ. de clauſ.186. num.21. Et quod probationes neceſſariæ ſunt de iure diuino, dicit Marant.in ſpec.par.4.diſt.9.nu 10. Et licèt nonnulli dicant, quòd probationes ſunt media cauſæ, & de ordine iuſtitiæ, non autem de ſubſtantia iudicii: Ita vt ſententia ſine probationibus ſit iniuſta, non autem nulla. Alex.in l.præſes nu.1. & ſeq.de re iudic. Afflict. deciſ.28. num.2.& 8 & deciſ.39 n.6. in fine, & num.7. & deciſ.47. per totum, Vant.tit.de nullit.defectu proceſs. num.38 Scac.de iudic.li.1. cap.67. num. 198. Tuſc.litt. S.concluſ.149. num.26.Contrarium tamen eſt verius quod in criminalibus probationes ſunt de ſubſtantia iudicii; Quia nemo poteſt poni inter reos, & multo minus torqueri, aut condemnari ſine legitimis indiciis.Et ſententia ſine probationibus non ſolum eſt iniuſta, ſed nulla, Gabr. lib.2.tit.de ſententia concl.9.nu 5. & 14 Quicquid doctores variè loquantur in ciuilibus, Socc. conſil. 38.num.29.lib.2.Ruin.conſ.68.nu. 6.lib.5. Caualc. de Brach. reg.par. 4.num.73. in fine. Guazz. defenſ.

reor.

reor.35.ca.4.num.2. & 3. Hinc eſt, quòd habens facultatem iudicandi
34 ſola facti veritate inſpecta; intelligi debet de illa veritate, cui ius patrocinatur. Bald. in l.nemo circa finem C. de ſent. & interlocut. omn.iudic.Natta dec.11. num. 11. Oſaſc.deciſ.Pedam.1.n.34.Marant. in ſpec.par.9. diſt.9. nu.39.Corſet. quæſ.for.pag.70.Reyger.in verbo veritas num.23. Et ſic de veritate,
35 quæ conſtat per probationem de qua re latè ſupra par.1. capit.2. Et quando cauſa de ſui natura non eſt ſummaria, ſed ex priuilegio: erit ſummaria quoad ordinem, non quoad probationem. Natta conſ.252.num.9.Rimin. conſ.115. n.62.li.2.Roman.conſ.191. in fine.
36 Ball. var.reſol.lib.5.pragm. vnica nu.5. Et licet liberum arbitrium datum ſit, intelligitur datum quo ad perſonas, non quoad dicta examinatorum, Caualc.de Brach.reg. par.3. num.77.ex Bald. conſil.515. num.4.vol.5, & Crauet.conſ.13.li. .1. Et Iudex non debet credere teſti malam rationem aſſignanti, Caual. ibidem n.76. Verum quod in cauſa ſummaria ſufficit probatio, quæ de iure gentium eſt ſufficiens, Io.de Anan.conſ.55. & alii citati à Tuſc. litt. S. concluſ.891. num.17.
37 Et ſufficit quod ſit perſuaſiua, inhærens conſcientiæ iudicis, licet non concludens,argum.c.ſtatutum extra de reſcript. c. cum æterni de re iudicat. Dec. conſ. 195. num.8 Quia probationes hodie ſunt arbitrariæ, Caualc.de teſtib par.3. nu. 86.& de hoc ſupra cap.4.
38 Octauò,in iudicio ſummario,ſicut in ordinario ſunt admittendæ legitimę exceptiones,defenſiones, & appellationes; quare Iudex à reo ex cauſa legitima poteſt recuſari ſuſpectus,poteſt etiam reus excipere de incompetentia iudicis,& poteſt excipere contra accuſatorem, vel teſtes, quod ſunt inimici, conſpiratores, & ſic de ſimilibus exceptionibus,& defenſionibus iure naturæ competentibus: Superfluæ autem, & fruſtratoriæ exceptiones, vel dilationes non debent admitti, dicta Clem.ſæpè §.1.& ibi Zabarel.§.non ſic tamen,ver.octauo pono. Bar.in extr.ad reprimendum verſ. iterum an poterit opponi.Menoch.de arbitr.q.19. num.9. Villagut.lib.6.c.1.concl.4. Ghiſle. de iudice regul.c.11.nu.18. Bouer. in direct.par.1.c.7.
39 Nonò, pertinet etiam ad ſubſtantiam iudicis, vt in criminalibus, detur Reo tempus congruum ad neceſſarias probationes, & defenſiones faciendas, ſiue petat,ſiue non, Clem.ſæpe §. non ſit. Put.de ſyndic. in verbo condemnatio c.4. num.13.Bald.conſ.340.lib.1. Tuſc. litt.S.concl.147.n.17.Miranda de ordine iudic.c.14.n.4.& 12.Foller. in pract.crimin. in verbo facta litis conteſt.detur terminus nu.1. Farin. qu.39.n.3.Ghiſler. de iudice regul. c.11.nu.2. Qui terminus ad dicendum contra, & ad producendum dicitur ſubſtantialis, cuius omiſſio etiam in cauſa ſummaria vitiat ſententiam. Idem dicitur de termino ad ſententiam.Caſſador.deciſ.8. de reſcript.Tuſc.litt.T.concluſ.75. n.8.& concl.77. nu.4.Miranda vbi ſupra,

ſupra, idem Tuſc. qui multos cumulat. d. concl. 147. n. 1. & num. 19. vbi loquitur in cauſa ſummaria, & in dilatione nimis breui quod reus
40 non potuit probare. Nec reus in criminalibus poteſt renunciare terminum ad ſuas defenſiones faciendas: Et iudex ſemper reo debet aſſignare terminum congruum ad ſuas defenſiones faciendas: & ſi inquiſitus renunciet termino probatorio, iudex non debet admittere talem renunciationem, ſed debet expectare lapſum termini. Clar. q. 49. n. 19. Farin. q. 39. num. 51. Triuis decіſ. 1. nu. 7. & ſeq. lib. 1. Guazzin. defenſ. reor. 27. cap. 1. & defenſ. 31. cap. 1. & dicto c. 27. nu. 7. Limitat tamen in reo reperto in flagranti crimine, & in notoriè delinquente, qui poteſt ſuis defenſionibus renunciare. Limitat etiam in famoſo latrone, in aſſaſſino. Sed de delictis, & qualitatibus debet conſtare; Et non ſufficit quod reus ſit imputatus, vt admittatur renunciatio. Item limitat in delictis in quibus non irrogatur pœna corporalis, vel infamiæ: Limitat etiam in defenſionibus introductis de iure municipali, vel quia ſunt de apicibus iuris; Limitat pariter in confeſſo, & quando renunciat vt citius abſoluatur. In quibus caſibus nunciatio termini poteſt ſuſtineri, & renunciatio poteſt fieri in hac for-
41 ma Fulanus inquiſitus &c. Sponte, & ex certa ſcientia, ſciens carere omni ſpe defenſionis, renunciauit termino ſibi ſtatuto, tam ex forma iuris communis, quam ſtatutorum, ita Baiard. poſt Soc-
42 cin. quæſt. 46. num. 61. An autem reo dari debeat terminus ad deliberandum ſuper facto proprio in criminalibus, prout quando reus petit dilationem ad reſpondẽdum an velit cedere, vel contendere? affirmat Alex. in l. in princ. n. 6. ff. de edendo. Sed contrarium, quod ſuper facto proprio nõ debeat dari reo terminus ad deliberãdũ, dicunt Bald. in l. cũ falſum n. 2. ff. de acqu. hæredit. Angel. de malefic. in verbo comparuerunt dicti inquiſiti num. 6. Peguer. in pract. crim. cap. 12. §. 5. n. 27. Vbi quod hæc opinio ſeruatur in practica; quod reus cogitur ſtatim reſpondere. Clar. q. 45. verſ. ſed hic quæro, Cartar. de interrog. reor. li. 3 c. 2. n. 21.

43 Decimò, copia proceſſus reo eſt tradenda ſiue procedatur per accuſationem, ſiue per denunciationem, ſiue per inquiſitionem. Farinac. poſt alios ab eo citatos qu. 39. num. 2. & 17. Guazz. qui alios citat. defenſ. reor. 24. c. 1. num. 1. & danda eſt copia actorum, & indiciorum Reo etiam non petita. Guaz. dicta defenſ. 24. ca. 2. num. 5. & tunc proceſſus dicitur publicatus; vel cum iudex decretat, vt copia proceſſus detur Reo. Paz. tom. 1. par. 1. in octauo num. 122. & hoc ſufficit pro validitate proceſſus, quia non poteſt cogi reus, vt copiam accipiat, de qua re latè infra par. 6. capit. 1. Et debet dari ſimul cum defenſore, & aduocato. Farinac. dicta qu. 39. n. 95. Guaz. dicto ca. 2. num. octauo. Rota Auenio. dec. 15. num. 1. Bouer. in foro iudic. par. 2.

cap.7. fol.20. Et ſi indiciorum copia denegata fuerit ipſo Reo petenti, proceſſus eſt ipſo iure nul-
44 lus. Etiam ſi conſtaret de corpore delicti; & reus in tortura confeſſus eſſet delictum, & confeſſio eſſet adminiculata depoſitione duorum aliorum ſociorum criminis. Rota Auenion.15.per totum. Farin. vbi ſupra num.84. Guazz.d.defenſ.24. c.3.n.14.Catald.de ſyndicat.nu.56. vbi quod prætextu arbitrii poteſtas non poteſt aliquem condemnare de crimine, niſi data copia defenſionis. Nomina verò teſtium apud regulàres non ſunt publicanda, vt latè dicemus part.1.cap.10. & 11. vbi traditur forma quomodo debet dari copia actorum, & indiciorum ſuppreſſis nominibus teſtium.

45 Vndecimò requiritur, quòd ſententia feratur ſecundum iuris diſpoſitionem, & non ex proprio iudicio, ſed debet eſſe conformis ſtatutis particularibus propriæ religionis; iuxta dicenda infra par. 7.ca.4. Quibus deficientibus debet eſſe conformis iuri Canonico, & iſtis deficientibus conformis iuri ciuili, vt latè dicetur in par.7.ca. 4.à nu.6.cum pluribus ſequentibus c.1.de ſent.& re iudic. in 6.Bald.in l.ne quicquam §.de plano in 2. col. ff.de off.proconſ.aſſerens, quod licet per clauſulam illam ſummariè, & de plano, iudex ordinem iuris ſeruare non compellatur; debet tamen ſententiam ſecundum iuris diſpoſitionem proferre. Afin. in prax.§.3.c 27.nu.1. Burſ.conſ.201. n.97.Bertaz.conſ.164 num.2.& ib Claud.in addit.vbi quod iudex habens liberam facultatem à principe, debet ſeruare ius commune in decidendo; & tantum ea facultate vti poteſt quoad modũ procedendi. Nam poteſtas cui datum eſt liberum arbitrium, non poteſt contra iura, & iuſtitiam condemnare, & voluntate vti, gl.in Clem. ſæpè de verb.ſignif. Catald.de ſyn-
47 dic.num.56.& 57. vbi, quòd talis poteſtas intelligitur in ventilando, & non in decidendo, Nec poteſt aliquid facere contra iuſtitiam; decidendo, ex Bald.in l.procurator de condit.indeb. idem dicit Marta clauſ.160.num.12. vbi dicit, quòd clauſula ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, non operatur niſi quantum ad ordinem procedẽdi, vt proceſſus ſit verior; quo verò ad exceptiones, & probationes reſpicientes deciſionem cauſæ, nihil operatur, ex Bart. in extrauag. ad reprimendum verſic. ſummariè nu.13. & ſeq. verſ. quædam ſunt, vbi limitat, quando age-
47 retur contra abſentem. Sententia enim debet eſſe æqualis delicto, & ſi iudex imponeret pœnam maiorem, vel grauiorem, quam delicti qualitas expoſtulat, erit nulla; vnde ſi in homicidio non doloſè, nec appenſatè commiſſum, ſed caſuali, iudex imponat pœnam mortis, ſententia eſt nulla, & non exequenda, quamuis lata eſſet in contumaciam. Plot. conſ.72. num.31. & ſeq.tom.2.crim.in fol. Farin.qu. 11.n.62.& conſ.28 num.1. Baiard. qu.93.n.11.& ſeq.& qu.96.n.10.Et è contra ſi eſſet lata in minorem pœ-

pœnam quam ſit inflicta à ſtatuto, ſi non conſtet de aliqua cauſa minorationis pœnæ, non valet, & eſt nulla, veluti lata contra ius. Farin. qu. 18. n. 62. & ſeq. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 12. n. 96.

48 Duodecimò, eſt de ſubſtantia ſententiæ quod prius debet ſcribi, & poſtea legi, aliàs ſi prius oretenus proferatur, & poſtea ſcribatur eſt ipſo iure nulla, l. 2. & 3. de ſent. ex breu. recit. c. fin. de re iudic. in 6. Vant. de nullit. defect. proceſſ. nu. 69. Baiard. q. 93. num. 7. Cabal. caſu 133. n. 5. Tuſc. litt. S. concl. 133. n. 1. Et debet publicari ea die qua ea-

49 dit citatio. Alias ſi fuerit lata alia die, vel prius, erit nulla. Marant. in ſpec. par. 6. tit. de ſententia num 88. & ſeq. Et erit nulla in qua non dicitur, quod fuit lecta. Franc. in c. fin. n. 11. de re iudic. Et debet ferri ad rei præſentiam, quando poteſt haberi, alias debet ipſi reo intimari, gl. in cap. concertationi in verbo ſciuerit de appell. in 6. Lancell. de

50 attent. cap. 12. n. 158. & ſeq. Et debet proferri per verba de præſenti. Muſcatel. in prax. par. 7 gl. condemnando n. 59. & ferri de nocte;

51 & quia dies accipitur à media nocte, vſque ad aliam mediam noctem poteſt notarius ſcribere fuiſſe latam de die, Cabal. caſu 28. nu. 43. & quod requiritur in ſententia ſcriptura, etiam quando proceditur ſummariè, licet aliqui exiſtiment contrarium; Tamen verior opinio eſt, quòd etiam in cauſis ſummariis requiratur ſcriptura. Abb. in c. Alber. in 1. oppoſitione, & ibi Franc. de Aret. col. 2. verſ. ex quibus patet de teſtib. Marant. in ſpec. par. 4. diſt. 9. nu. 37. per Clem. diſpendioſam de iudic. Gemin. in ca. vltimo col. 4. in fine de re iudic. Petr. Stell. in l. ne quicquam §. vbi decretum nu. 25. de offic. proconſ. Phil. Franc. in cap. fin. col. pen. de ſent. & re iudic. in 6. Et in Clem. ſæpè verbo ſententiam, fit mentio ſpecialis, vt ſententia in ſcriptis proferatur; & licet ibi remittantur iuris ſolemnitates; Tamen non remittitur quòd ſententia proferatur ſine ſcriptis. Muſcatel. part. 7. gloſ. condemnando nu. 22. Quia ſi ſententia non proferatur in ſcriptis, nec legeretur, & publicè etiam promulgaretur, tolleretur reo defenſiones, & hanc opinionē tutiorem appellat, Muſcatel. contra

52 Menochium de arbitr. lib. 1. q. 60. Et reſpondet ſatis ad Menoch.; Et ſententia præſumitur lata, in ſcriptis quando eſt clauſula lata, & ſententialiter promulgata: & licet aliqui dicant quod clauſula lata, non eſt de neceſſitate ſententiæ, debet tamen apparere per aliquod verbum per quod probetur, quod

53 ſententia fuerit lecta, adeo vt, ſi dicatur lata fuit ſententia, & non dicitur quod fuerit lecta, eſt ipſo iure nulla. Tuſc. litt. S. concluſ. 133. n. 18. ex Bart. in l. fin. C. de ſent.

54 Tertiodecimò, ſententia debet eſſe certa, aliàs non valet, l. ſententiis, ff. de re iudic. l. 3. C. de ſent. quæ ſine certa quant. Lap. alleg. 8. num. 6. & alleg. 133. nu. 2. Muſc. tel. d. gl. condemnando nu. 64. cum ex ſententia incerta iudex non dicatur definire negotium. Et hoc eſt

de iure naturali dicunt. Ruin. conſ. 38. nu. 9. vol. 5. Burg. de modo proced. ex abrupt. cent. 1. quæſt. 4. num. 270. Et quod ſententia incerta non valet. Bald. conſ. 94. in fine lib. 4. Certa dicitur ſententia, quæ declarat factum, quando lex, vel ſtatutum ſuper tali facto impoſuit certam pœnam. Vant. de nullit. de fectu iuriſd. num. 93. Caualc. de Brach. reg. par 4. num. 285. verſ. & videns, & quando refertur ad acta, quæ certa ſunt. Vant. de nullit. defectu proceſ. nu. 103. Scac. de iudic. lib. 1. c. 102. n. 5. Tuſc. litt. S. concl. 166. num. 2.

55 Quartodecimò, requiritur, vt conſtet de corpore delicti. Imò in criminali cauſa iudex numquam poteſt procedere ad aliquem actum, niſi prius conſtet delictum eſſe commiſſum; quod à doctoribus corpus delicti vocatur. Oportet etiam conſtare ſcelus fuiſſe commiſſum. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 83. num 3. Et hoc de iure naturæ eſſe videtur. arg. Ioſue 7. vbi, Ioſue dux, licet Achan furtum commiſſum ab eo confeſſus fuiſſet; attamen lictores miſit, qui res furatas requirerent, atque in publico deferrent iudicio, quaſi rei confeſſio ad illum condemnandum ſatis minimè fuiſſet, abſque eo, quod de furto commiſſo reuera non conſtaret, & Farinac. quæſtio. 2. Caball. caſu 255. Ball. in tract. var. lib. 2. quæſt. 9. num. 12. & ſeqq. Nam corpus delicti ante omnia eſt probandum, vt quis dicatur delinquere. Farinac. conſil. 60. num. 3. Quo non probato Iudex non poteſt deuenire nec ad torturam, nec ad condemnationem, quamuis quis eſſet confeſſus crimen de quo imputatur. Ameſ. de poteſt. in ſeipſum lib. 1. cap. 19. num. 19. Peguer. pract. crim. cap. 12. num. 4. Facchin. lib. 1. contr. iur. cap. 28. Macerat. reſolut. 44. num 4. lib. 3. Fariuac. q. 23. num. 2. Nam confeſſio non poteſt facere, non delictum, delictum, Crauett. conſ. 29. n. 2. conſ. 48. n. 7. conſ. 93. num. 1. conſ. 162. num. 4 Bertaz. conſil. 11. num. 2. & conſ. 266. numer. 55.

56 Pro cuius intelligentia ſciendum eſt, aliqua delicta eſſe facti permanentis, aliqua verò facti tranſeuntis. Delicta facti per-
57 manentis ſunt in duplici differentia: alia ſunt, quæ poſt ſe certum veſtigium relinquunt: puta in homicidio, ipſum cadauer cum vulneribus, vel percuſſionibus mortalibus, in eo inflictis; in puero ſtuprato anus ruptus; in furto cum fractura ipſa fractura: & ſic de ſimilibus. Alia verò ſunt quæ poſt ſe non certum veſtigium relinquunt; Sed dubium, ita vt ſciri non poſſit an cum ſcelere fuiſſet commiſſum: prout quando reperitur cadauer cum veſtigijs veneni; tunc enim non habemus certitudinem an homicidium perpetratum ſit; quia potuit eſſe venenum in corpore generatum, vel ex aeris corruptione contractum, & ſic de alijs ſimilibus caſibus.

In primo caſu quando certum ve-

veſtigium relinquunt; iudex non poteſt ſpecialiter contra aliquem inquirere, niſi prius per oculorum inſpectionem iudici conſtet, ſcilicet in homicidio, adfuiſſe in cadauere vulnera mortalia: in ſtupro mulieris, clauſtrum virginale fractum; & ſic de ceteris. Maſcard. de probatio. lib. 1. concluſio. 830. numero quinto. Farinac. quæſtio. 2. num 6. Scac. de iudic. libro primo cap. 71. num. 3. In ſecundo caſu, videlicet veneni. Et licet Foller. in praxi crimin. in verbo quod ſororem venenauit num. 4. Dicat, quod tunc conſtat de delicto in genere, quando conſtat fuiſſe repertum corpus mortuum cum liuoribus, & ſpumis de ore fluentibus, ex quibus cognoſcitur corpus venenatum; vel ſi conſtet quòd poſt ſumptum venenum ſemper vomuit. Melius tamen Farin. quæ-
58 ſtione 2. à numer. 31. vbi quod in hoc caſu, peritorum tantum, & non aliorum iudicio probari poſſe aliquem eſſe mortuum, vel non mortuum ex veneno: qui medici debent addere mortuum fuiſſe ex veneno dato, & non generato ex ſeipſo in corpore; ex humorum malitia. Et ita etiam ante Farinac. dixit Boſs. tit. de delict. num. 5. & ſeq. verſic. ad quod magis, & poſt eum Caball. reſ. crimin. caſu 180. num. 8.

Nec medici poſſunt affirmare iudicium ſuum, niſi aliquo alio extrinſecus apparente; puta ſi poſt aſſumptionem cibi immediatè quis incidiſſet in maximam mutationem ſtatus; Et tunc poſſunt iudicare venenum introductum, & non per ſe ortum; Ex quo venenum in corpore natum, non tam repente operatur, ſicut
59 venenum datum. Et ſufficit quod medici in hoc caſu deponant ex credulitate. Boſſ. vbi ſupra numero 6. & 9. Clar. in §. homicidium verſic. ſcias autem, & quæſtione quarta numero tertio. Mille. in praxi crim. ſub rubr. renunc. formul. numero quarto. Muſcatel. in pract. de prob. delict. in proœm. numero 77. & ſeq. contra Follerium. Et deponere debent cum iuramento, & debent eſſe duo medici. Niſi quando medicus eſſet ſalariatus a publico; vel in loco vnus, & non plures reperirentur medici. Scacc. quæſt. 83. num. 13.

60 Pariter in caſu quo reperitur cadauer in puteo, debet iudex inquirere an à ſeipſo in eum ſe præcipitem dederit, vel caſu acciderit, aut potius fuerit ab aliquo impulſus, ſeu vi deiectus. Et in caſu in quo quis reperitur ſuffocatus, debet iudex inquirere an fuerit ab alio ſuffocatus, vel potius ex ſe ob corporis infirmitatem. Et ſi reperiatur homo mortuus ſine febre, aut alia morbi ſpecie; inſpiciendum eſt an ſit mortuus ex facto hominis, ad necem ordinato, vel potius ob aliam cauſam citra omnem delicti ſpeciem; Nam repentina mors obrepere poteſt, vel ob nimium gaudium, vel ob nimium timorem, vel ob nimium cibum, vel

ob

ob nimiam ſitim, vel famem, Scac. de iudic. c. 71. ſub n. 3. & c. 83. nu. 3. 4. 5. & 6. Et in his, & ſimilibus caſibus iudex debet omnino inquirere, & informationes aſſumere non quidem tamquam de maleficio, ſed vt veritatem facti intelligat; ex qua deinde apparere poſſit, an ſit delictum, vel non. Et vbi ex informationibus aſſumptis, conſtet ſcelus non interueniſſe, ſilebit proceſſus. Imò ſi non appareat an ſcelere, vel non ſcelere fuerit commiſſum, in dubio non præſumitur delictum, vnde Iudex formare ſpecialem inquiſitionem non poteſt. Scacc. vbi ſupra. Vbi verò reſultet aliquod indicium de delicto ſcelere commiſſo poterit ad vlteriora procedere. Clar. q. 4. verſ. fin. Cartar. de interrog. reor. lib. 6. c. 2. num 4. Scacc. qu. 83. n. 6. Et ſemper

61 debet conſtare de delicto ſcelere commiſſo, ſaltem per coniecturas, & indicia; Et licet ſufficiat in hoc caſu publica vox, & fama; non tamen ſufficit ad torturam, ſed tantum ad inquirendum. Et de eo, qui ſuffocatus reperitur, an caſu contigerit, vel per vim ſuffocatus ſit, & non à ſeipſo; examinanda eſt cauſa præcedens ſuffo-

62 cationem; Licet in hoc caſu dicant quod in dubio præſumitur per vim ſuffocatus, vel præcipitatus, vt poſt alios Caualc. fragm. 20. Baiar. ad Clar. qu. 4. num. 9. In crimine ſtupri mulieris virginis, ſtandum eſt peritis, prout dictum eſt in crimine veneni, & ſatis eſt quod obſtetrices videant partes pudendas. & cum iuramento à iudice examinatæ referant mulierem fuiſſe ſtupratam, vt dicatur conſtare de

63 corpore delicti in genere; Et de eorum teſtimonio in actis conſtare debet. Scac. qu. 83. num. 15. & ſic

64 ſimilibus. Et in capiendo iudices informationes ſuper cognitione delicti, non debent immiſcere cognitionem perſonæ delinquentis. Niſi delictum tale ſit, vt ex natura rei conſtare non poſſit de corpore delicti, quin etiam conſtet de perſona delinquentis. Nam tunc cognitio perſonæ delinquentis per accidens ſe habet quoad cognitionem delicti in genere. Et ideo in ſupradictis delictis facti permanentis, cuius certa remanent veſtigia, puta homicidij ipſum cadauer; incendij locus combuſtus, &c. cognitio in genere, non debet confundi cum cognitione in ſpecie: Quia prius eſt facienda inueſtigatio ipſius delicti abſq; cognitione perſonæ delinquentis, quoties factum ex quo naſcitur delictum, poterit abſque perſona delinquentis eſſe notum. Et talis cognitio, ſeu probatio, dicitur probatio delicti in genere, & non confunditur cum illa in ſpecie. Quoties autem factum ex quo delictum naſcitur, non poterit ad iudicis cognitionem peruenire abſq; cognitione perſonæ delinquentis: tunc talis cognitio confunditur cum illa in ſpecie. Sed iudex vt ordinatè procedat, poterit prius facere deponere teſtes de delicto in genere, verbi gratia de cadauere reperto cum vulneribus, & aliis qualitatibus ad delictum in genere pertinen-

nentibus; & deinde in ſpecie de
delinquente: Vel de cauſa homi-
cidij, aut alterius delicti.

65 Sed quando iudici conſtat ali-
quod delictum relinquens poſt ſe
certum veſtigium per quod appa-
ret ſcelere fuiſſe commiſſum, ſed
non conſtat de delinquente, tunc
iudex ſtatim debet inquirere ſuper
ipſo maleficio, & probare corpus
delicti iuxta formas in fine huius
capitis poſitas. Et poſtea debet
(quicquid dicant Caiet. 2.2. quæſt.
69. art.2. & Sot. lib.5. de iuſt. qu.6.
art.2. & de ſecret. membr.2. quæſt.
6 dub.4.) inquirere de perſona de-
linquente præmiſſo prius decreto
iuxta formam poſitam infra n.80.
Non tamen debet ſpecialiter in-
quirere contra Petrum, & Ioan-
nem, ſed generaliter, quis nam
perpetrauit tale delictum; neminẽ
nominando, ita Innoc. in ca. bonæ
num.5. de elect. Panormit. & Imol.
ibi num.5 Felin. poſt num.5. Anan.
num.4. Bart. in l.2. §. ſi publico nu.
17. ff. ad leg. Iul. de adult. Bald. in l
edicta in repet. Patauina num. 30.
C. de edend. Nauar. vtraque ſumma
cap.18. num.38. & in c. inter verba
coroll.50. num.586. & ſeq. Duen.
reg.298. in 16. limit. Bero. in capit.
qualiter & quando el 2 num.34. de
accuſat. Sylu. verbo correctio q.8.
& verbo inquiſitio 1. qu.3. §.3. Ti-
raq. de pœn. temper. cauſa 53. nu.3.
Clar. quæſt.50. num.4. Aragon. de
iuſtit. & iur. ſuper 2.2. D. Thom.
qu.69. art.2. Paz. in ſua praxi tom.
1. par.4. cap.1. nu.7. Sanct. in opuſc.
lib.6. cap.3. dub.20. nu.2. Ambroſ.
de modo form. proceſſ. c.1. num.1.
Peguer. in pract. ca.12. nu.3. Farin.
qu.9. num.4. 18. & 19. Et tunc in-
terrogare poteſt teſtes ſuper fama,
& alijs indiciis, vt intelligat quis
ſit de ipſo crimine infamatus, aut
indiciatus, quando non ſunt alij
teſtes qui deponunt de delinquen-
te. Et ſic poteſt inquirere quouſ-
que inueniat aliquem infamatum,
vel indiciatum, cum indicia in
hoc caſu ſufficiant. Et nominatio
facta per teſtes examinatos in hac
generali inquiſitione, de ſpeciali
delinquente aperit iudici viam ad
ſpecialiter contra illum inquiren-
dum, etiam nulla præcedente in-
famia, & generalis inquiſitio de
delinquente, tranſit in ſpecialem
inquiſitionem contra indiciatum,
Clar. d. num 4. Fari. d. qu.9. num.7.
in fine. Et ſic quando inuenitur a-
liquod cadauer cum vulneribus;
Aut oſtium domus, vel Sacriſtiæ
fractũ in delicto furti, vel aliquod
delictũ ſimile, quod manifeſtè ap-
paret ſcelere fuiſſe commiſſum; Et
iudex poſt inquiſitionem de cor-
66 pore delicti; & poſt inquiſitionem
generalem de delinquente ſi in-
ueniat aliquem indiciatum; poteſt
contra ipſum indiciatum ſine alia
ſpeciali inquiſitione formata pro-
cedere, præmiſſo tantum decreto
iuxta formam traditam inf. nu.83.

67 Vnde in hoc errauit P. Bictus in
ſua praxi prima inquiſitionis nu.
12. Exiſtimans quod requiratur
ſpecialis inquiſitio diſtincta ab il-
la generali. (Et ſubdit amplius,
quod illi teſtes, qui depoſuerunt in
generali inquiſitione ſunt loco de-
nunciantis, de quibus iudex in ſpe-
ciali

ciali inquiſitione non poteſt vti, quia non poſſunt eſſe denunciatores, & teſtes. Et poſtea n.18. tradit formam decreti ſpecialis inquiſitionis.) Nam hæc inquiſitio de qua loquimur, non eſt illa generalis,quæ fit à Prælatis maioribus, quæ vocatur generalis, quia non requiritur infamia; nec delictorum, nec delinquentium. Sed hæc de qua loquimur, idcirco vocatur generalis, quia iudex non interrogat ſpecialiter de Petro, Ioanne, & Martino, & ſuppoſito euidenti delicto, interrogat generaliter, quis tale facinus commiſerit. Neminem in ſpecie nominando, vel vocatur generalis,quia,antequam ſciatur delinquens, prædicat de Ioanne,de Petro, & de Martino in communi: ex qua generali inquiſitione ſi oriatur infamia, aut indicium ſufficiens contra aliquem, tunc ipſamet inquiſitio generalis tranſit in ſpecialē ſine aliqua inquiſitione. Et ſtatim iudex poteſt,atq; debet ſpecialem inquirere, & ad particularem inquiſitionem procedere, & non vocatur amplius generalis. Quia non poteſt prædicare in communi de Petro, Ioanne, & Martino, ſed tantum de indiciato, vel indiciatis, & contra ipſos ſpecialiter inquiritur. Vnde ſine alia ſpeciali inquiſitione poteſt iudex ad vlteriora procedere, reos indiciatos conſtituendo, torquendo, & condemnando, ita Innoc. in dicto c.bonæ num.5.de elect. Clar.q 5.in fine, Panorm.in cap. ad petitionem de accuſ. quem citat, & ſequitur Portel. in reſp. mor.caſ.20.nu.7. Berti in ſua prax. tit.8.ca.5.in fine. Clar. idem etiam dicit q. 50. num 4. Nam illud ſcelus commiſſum,nempe (in homicidio), illud cadauer occiſum; gerit vicem accuſatoris, iuxta illud Geneſ.4. vbi ſanguis Abelis clamabat de terra, & accuſabat occiſorem. Et habetur etiam in ca.euidentia de accuſ., & in l.ea quidem ff.de accuſat. Et ſemper accuſat,& quærit vindictam contra delinquentem. Vnde ruit illa ratio Bicti, exiſtimantis. Quòd teſtes deponentes de indicio contra delinquentem in inquiſitione generali, gerunt vicem denunciatoris. Et non poſſunt eſſe teſtes, quia iam adeſt accuſator quando delictum eſt euidens, & non requiritur alius accuſator, vel denunciator. Et ſic dum iudici eſt aperta via inquirendi ex euidentia facti, procedi ex officio debet; teſtes examinati in tali generali inquiſitione, non gerunt vicem accuſatoris, aut denunciatoris, ſed gerunt vices teſtium, & faciunt indicium. Quod ſi eſt ſufficiens ad reum conſtituendum, poteſt procedi vſque ad ſententiam, ſine alia ſpeciali inquiſitione. Et Muſcatel. in proœmio de cognitione delictorum num.41. & ſeqq. refert caſum ita practicatum.

68 Si non reperiatur corpus mortuum, vt per euidentiam facti, & inſpectionem oculorum poſſit cōſtare de corpore delicti, puta,quia tale corpus fuit combuſtum, vel proiectum in mare, vel in flumine,& quid ſimile; tunc ſufficit conſtare

ſtare per famam, quando eſt de aliqua perſona certa interempta, ſecus ſi de homine ignoto, Bald. in l. cum probatio ff. de probat. Aug. ad Angel. de malefic. in verbo fama publica, num. 108. Foller. tit. dentur capitula, quod ſuffocauit vxorem num. 16. Maſcard. de probat. concluſ. 354. num. 45. Gabriel. tit. de delict. concluſ. 17. Caualca. de Brach. reg. par. 1. num. 191. & ſeqq. Farin. qu. 2. num. 8. & ſequentibus. Baiard. ad Clar. q 4. n. 4. latè Caball. caſu 255. per totum, de qua re dicemus infra par. 5. cap. 7. num. 25. fol. 307. Muſcatell. in pract. ſi de homic. num. 42. Vbi quod fama publica ſufficit ad probandum delictum in genere in cauſa veneni: quando teſtes qui viderint ſigna haberi nõ poſſint. Et quod in iſtis, & ſimilibus caſibus per coniecturas, & præſumptiones, ac per indicia probatur corpus delicti. Boſs. tit. de delict. num. 10. Farin. quæſt. 2. num 9. Vbi quod fama probat corpus delicti quando eſt de aliqua certa perſona interempta, ſecus de incerta. Ball. var. tract. lib. 2. quæſt. 9. n. 3. & ſeqq. vbi, quod quædam mulier malæ famæ fuit torta, quia maritus fuerat in domo viſus, & vlterius non apparebat. Ita etiam contra illos procedi poteſt, cum quibus fuit illo die viſus, & inde vlterius non repertus. Clar. quæſt. 4. num. 4. de qua re infra par. 5. c. 2.

69 Et ſi cadauer fuerit ſepultum, poterit iudex illud exhumari facere, vt poſſit probare corpus delicti. Scac. de iudic. quæſtio. 83. num. 11. Et ſi ſuperior Eccleſiaſticus nolit dare licentiam exhumandi, poterit corpus delicti probari per teſtes, & tunc examinandi ſunt plures teſtes quam duo. Scac. ibidem,

70 & ſi cadauer exhumatum eſſet labefactum, vt per oculorum inſpectionem non poſſit conſtare de corpore delictis, ſcilicet de vulneribus, de veneno, &c. tunc ſufficit vt corpus delicti probetur per famam, & alia indicia. Et hoc ſufficit vt inquiſitus poſſit torqueri. Muſcatell. in praxi, tit. de cognit. ſeu probat. delict. in proœm. nu. 42.

71 Sed ſola fama ſuper corpore delicti ſine alio indicio, non ſufficit ad torquendum. Farin. dicta quæſt. 2. num. 39. verſ. & vna. Et probato

72 corpore delicti; debent probari etiam inditia ſufficientia ad torturam contra imputatum, vt poſſit torqueri. Nam ſi medicus in ſua relatione dicat mulierem venenatam ſublimato, non probat contra aliquem, quia potuit de per ſe venenari. Hippol. Bonacaſ. in ſuis comm. opin. fol. 385. in verbo, vos ſitis, Ball. vbi ſupra num. 10.

73 In delictis facti tranſeuntis in quibus non ſolent remanere veſtigia, vt in adulterio, in furto ſine fractura, in percuſſione quæ fit manu vacua, & ſine liuore in coitu qui ſine fractura committitur in verbali iniuria, & ſimilibus; confunditur cognitio in genere cum illa in ſpecie. Et ad procedendum non requiruntur alia veſtigia ſuper veritate facti, ſed ſtatim poſt quærelam, vel denunciationem poteſt iudex, & debet inquirere contra delinquentem, ſumendo in-

formationes, & interrogando teſtes, & habitis indicijs ſufficientibus procedere ad vlteriora, prout qualitas delicti requirit. Clar.qu.4. num.3.& quæſt.55. verſ.quomodo autem Scac.qu.83.n.11. Farin. q.2. n.13 Peguer.in pract.crim.cap.12. num.5. & in his delictis corpus delicti conſtat per coniecturas, & indicia. Gandin.tit. de præſump. & indic.indub.col.2.n.6. Boſs.tit.de delict.n.19. Honded.conſ.106.lib. 1. Ambroſin. de proceſſ. informat. lib.1.cap.1.num 5 & 6 Grat.conſ. 95. num.12. Et ſufficit vt delictum conſtet indicialiter pro tortura inferenda. Clar.d.qu.4.nu.3.Blanc. de indic.num 18.Boſs.tit.de delict. nu.9.Burſ.conſ.166. lib. 11. Afflict.

74 in conſtit. legum aſperitate. Et ſi ad effectum inquirendi ſufficiat conſtare de delicto per ſolam quærelam, vel denunciam, Specul. tit.de furtis in fine, Grat. conſ.95. num.12.vol.2. Dummodo qui conqueritur de furto ſit bonæ famæ. Ad effectum tamen torquendi, requiruntur indicia ſufficientia. Clar.d.q.4 n.1.quæ non ſufficiunt ad condemnandum, niſi reperta re furata. Ita poſt Angelum, & alios Farinac.q.2.n.15. Et quærela, ſeu denunciatio generalis aperit etiam viam ad inquirendum ſpecialiter de delicto, & generaliter de delinquente, quando ignoratur delinquens. Et ex illis met informationibus, quæ aſſumuntur generaliter contra delinquentem, interrogando teſtes quis commiſerit delictum, vt puta furtum, vel adulterium in tali loco, reſultat cognitio delicti, itaut ſimul & ſemel ſuccedat probatio delinquentis, & delicti, & non poteſt inueniri delinquens, quin probetur etiam delictum, & efficaciori modo probari non poteſt, quam ex eiſdem atteſtationibus, & depoſitionibus receptis contra delinquentem. Vnde gratia exempli, poteſt informatio ſumi in hunc modum; Interrogatus an ſciat, vel audierit diebus præteritis fuiſſe commiſſum furtum in domo Fulani; Reſpondit, *Io sò che à Fulano l'altro giorno gli furono rubbati cento ſcudi, perche io vidde quando Fulano laſciò la borſa, &c* Interrogatus, an ſciat à quo dicta ſcuta 100. fuerint furto ſublata, Reſpondit &c. & non eſt neceſſe in hoc delicto tranſeuntis, vt conſtet prius de corpore delicti, vt exiſtimarunt Gandin. & Boſſius, contra quos tenent Farin.quæſt.1. num.6.& Scacc.de iudic. quæſt.71. num.4.

75 Practica probandi corpus delicti permanentis, eſt, quod ipſemet Iudex cum Actuario, vel Actuarius ſolus de ordine iudicis, ſimul cum duobus teſtibus ad hoc vocatis, accedant ad locum delicti, & ſcribant diligenter omnia veſtigia, & ſigna denotantia delictum. Exempli gratia, ſi acceſſerit ad recognoſcendum cadauer, & videndum homicidium ſecutum ex vulneribus; Scribat omnia vulnera, & loca corporis in quibus ſunt illata, & an ſint punctim, vel cæſim; item an lethalia, profunda, & qualia. Bart.in l.fin.num.2.ff.de quæſtion. Angel.in l.ſi in rixa n.2.ff.de Sicar. Boſs.

Boſſ.tit.de deliſt.num.24.Iodoc.in pract.crim.c.75.n.1. Et in ſcriptis reducat mortalia pro mortalibus; & non mortalia, pro non mortalibus. Et melius eſt in hoc caſu mittere medicos, & chirurgos ad inſpectionem cadaueris, qui ipſi melius cognoſcunt vulnera mortalia, & non mortalia. Et ſcribat etiam quo genere armorum videntur illata; quia ex hoc poteſt cognoſci à quo fuerunt illata. Clar.d.quæſt 4.n.4.Farin.d.q.2.à n.4 & ſeqq. Ita ſimiliter in incendio,debet viſitari locus incendij,& reliquiæ combuſtionis. In furto cum fractura, debet videri fractura in arca, in oſtio,in pariete, &c. in ſtupro illato puero, vel vi illata puellæ, debent inſpici partes pudendæ non per iudicem,aut Actuarium ratione honeſtatis,ſed per medicos, vel obſtetrices; & vbi cum iuramento referunt ſe credere ſtuprum illatum, vel puellam corruptam fuiſſe;ſatis dicetur conſtare de delicto. Clar. vbi ſupra, & hæc delicti inſpectio vocatur viſum, & repertũ. Ita etiam quando inſpicitur cadauer mortui ex veneno,fit recognitio à medicis de ordine iudicis; quia ſi adhiberentur teſtes non periti, diceretur ſolum conſtare de corpore facti, non de corpore delicti. Scac.d.q.83.n.16.Burſ.conſil. 166.n.3.vol.2. Maſcard.de probat. concl.674.num.21. vol.2. Idem dicitur quando agitur de probanda pecunia adulterina, annona corrupta, & ſimilia delicta; quia requiritur peritia hominũ propter ſecta probatione, Guazz. defenſ. reor.4.c.2.n.20. vbi alios citat, & quando agitur de occiſo. Scribendus etiam eſt locus in quo cadauer inuentus eſt, vel aliud delictum permanens, cum ſuis confinibus, indumenta omnia corporis, ſeu

76 cadaueris. Quando corpus delicti probandum eſt in delictis innominatis, numquam poteſt dici conſtare de delicto in genere commiſſo, niſi probata qualitate inferente ad delictum, vt diximus ſupra in hac par.2.c.1.n.7.

77 Sed pro lectoris faciliori intelligentia, & vt ordinatè, & in compendio omnia ſupradicta ſubſtantialia iudicij reſtringã, dico, quod primum ſubſtantiale eſt, vt non procedatur ſine accuſatore vero, vel ficto, ſcilicet denunciatore, infamiæ exceptore, & ſimili de quibus latè ſuis locis ſermonem ſpecialem in par.3. ſequenti faciemus;Secundum ſubſtantiale, vt accuſatio,denunciatio,exceptio,&c. contineant facti narrationem certam, claram, & ſpecificam, ac etiam locum, & tempus commiſſi delicti, iuxta ſuperius dicta n.3.& ſeqq. Tertium ſubſtantiale, quod conſtet ante omnia de corpore delicti, iuxta dicta in nu.55.cum plurib. ſeqq. Quartum ſubſtantiale, quod teſtes iurent antequam deponant, vt dictum fuit à nu.14. & plurib.ſeqq.Quintum ſubſtantiale, iudicii ſunt probationes iuxta dicta n.33.& ſeqq. Sextum ſubſtantiale eſt rei citatio, ſeu vocatio per epiſtolam, vel per internuncium iuxta dicta ſupra nu.10. Septimum ſubſtantiale eſt rei interrogatio,

ſeu cōteſtatio litis, prout fieri ſolet in cauſis ſummariis, eo modo, quo ſupra declaratur nu.28. Octauum ſubſtantiale eſt, conſtitutio termini, ſeu temporis congrui reo ad ſuas defenſiones faciendas ſiue petat, ſiue non, vt dictum eſt n.39. Nonum ſubſtantiale, eſt traditio copiæ proceſſus, vt in num.43. & ſeq. Decimum ſubſtantiale vt admittantur legitimæ defenſiones, exceptiones, & appellationes à reo in iudicio porrectæ. Vndecimò, quod ante ſententiam præcedat cauſæ cognitio, & non ſit feſtinanter lata, vt dictum eſt num.31. Duodecimo, quod ſententia feratur ſecundum iuris diſpoſitionem, ſcilicet vt ſit conformis legibus communibus, vel ſtatutis particularibus propriæ Religionis, & quod ſit æqualis delicto, & iuxta probationes, et exceptiones reſpicientes deciſionem cauſæ, vt notatur n.45.& ſeq. Tertium decimum ſubſtantiale, vt ſententia ſit certa, vt in n.54. Quartum decimum ſubſtantiale, quod citetur reus ad ſententiam audiendam, & ſolet practicari, vt ſententia poſtquam eſt ſcripta legatur, & publicetur in facie ipſius rei ab Actuario coram iudice, & teſtibus. Clar.qu.31.verſ. ſed hinc, ſed non debet oretenus proferri, et poſtea ſcribi, vt dictum fuit ſupra à num.48. et ſequentib. Et tandem vt proceſſus conficiatur à notario coram iudice, nam ſicut Iudex eſt de ſubſtantia proceſſus ſimul cum accuſatore vero, vel ficto, teſtibus, et reo, ita etiam Actuarius eſt de ſubſtantia proceſſus, cum ab eo ſit deſcribendus, Roderiq.tom.2.qu.12.art.2. nam Iudex non poteſt proceſſum per ſe ipſum ſcribere, et ſi ſcriberet ei non crederetur, nullusque eſſet proceſſus. Barboſ. in c. quoniam 11.de probat.num.24. ex Perez. ab eo citato. Miranda q.30.num.8.et 9. Et dicitur Actuarius perſona publica non minoris fidei, quam ſit Notarius ſæcularis. Nouar. lucerna Regul. verbo Notarius, ex Roderiq tom.3.q.8.ar.1. Caſtellin. de elect.cap.20.Peyrin.ad quæſt.9. Pij V. et creari poteſt à Prouinciali, et à Guardiano, vel Priore Monaſterii pro cauſis criminalibus intra ordinem, Aldrete de Religioſa diſciplina cap.8.lib.1. Nouar. vbi ſupra.

Forma incipiendi proceſſum in ſpeciali inquiſitione quoad delictum, & generali quoad perſonas.

In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, et glorioſiſſimæ Virginis Mariæ. Amen.

Cum fama deferente ad aures Adm.R.P.Abbatis, etc. deueniſſet, Fr.Fulanum vulneratum fuiſſe in Monaſterio N. ideo vt ſuo muneri ſatisfaciat, decreuit, prout decernit, de delicti corpore prius inueſtigare, vt conſtito per euidentiam facti de delicto, poſſit prout de iure procedere, contra delinquentes, et peruerſorum audaciam reprimere, electo ad hoc Actuario P.N.

In quorum fidem, etc.

Da-

Datum in noſtro Monaſterio die N. Menſis N. anni, &c.
Ita eſt. P.N. Abbas.
Ego P.N. Actuarius.

Alia forma.

In nomine, etc. vt ſupra.

Hæc eſt inquiſitio quæ fit ab Admod. Reu. P. N. Abbate huius Monaſterii N. ſpecialis quidem quoad delictum, generalis verò quoad perſonas, eò quòd ex fama, et clamoroſa inſinuatione ad illius aures peruenit, tale delictum perpetratum fuiſſe, (explicetur ſpecies delicti,) cuius auctor ignoratur. Quapropter vt ſuo officio ſatis faciat, et aliorum ſcandalo proſpiciat; decreuit, prout decernit eligere me actuarium in cauſa, et de delicti corpore inueſtigare, vt poſſit poſtea alia peragere, prout de iure. In quorum fidem, etc. Datum in hoc Monaſterio etc. die, etc. ſubſcriptiones, vt ſupra.

Alia forma, quando corpus delicti ab Actuario probandum eſt.

In nomine, etc.

Quoniam ad aures Adm. R. P. N. Abbatis noſtri Monaſterii N. vulneratum fuiſſe deuenit Fr. Fulanũ. Ideò electo me infraſcripto Actuario in cauſa decreuit, prout præſenti decreto decernit, vt ad locum delicti accedam, ſimul cum teſtib. rogatis, et de corpore delicti ante omnia inquirere. In quorum fidem &c. Datum, etc. Die, etc. Subſcriptiones, vt ſupra.

Forma viſitationis vulnerati ab ipſo Abbate, & corporis delicti probatione.

In nomine, etc.

Viſitatus fuit ab Admod. R. N. Abbate huius Monaſterii præſenti. bus infraſcriptis Frater Fulanus iacens in lecto, in cella infirmorũ, vulneratus vnico, vel plurib. vulneribus, quorum alterum eſt in capite, alterum in brachio dextero, (et ſic de ſingulis vulneribus) cum maxima ſanguinis effuſione; quod vulnus, aut vulnera illa videbantur gladio punctim, vel cęſim etc. prout illata apparebant; erantq; longitudinis trium digitorũ, et erãt profundæ, etc. quæ nos vidimus ac propriis oculis perſpeximus, (vel ſi propter medicamẽta vulnus detegi non poſſit, et ipſius qualitas videri) quod vulnus, aut vulnera propter medicamenta appoſita videri non potuerunt. Acta in monaſterio, etc. Die, etc.

Ita eſt ego N. Abbas.
Ego P.N. fui præſens.
Ego P.N. fui præſens.
Ego N. Actuarius.

Alia forma, quando corpus delicti probatur per Actuarium.

In nomine, etc.

Viſus, et repertus fuit per me actuarium infraſcriptum, præſentibus infraſcriptis ſacerdotib eiuſdem Monaſterii de mandato Admod. R. P. Abbatis, etc. in quodã cubiculo vbi iacebat F. Fulanus; idem Fulanus in lecto iacens cum trib. vulneribus, ex quib. vnum erat in capite

capite cæſim; alterum punctim in latere dextero; & alterum in brachio etiam dextero ſupra iuncturam cubitalem; quod ſimiliter punctim videbatur, & omnia cum ferro videntur illata. Vulnus in capite erat latum circa quatuor digitorum; aliæ duæ erant profundæ, & hæc omnia proprijs oculis vidimus cum dictis teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis, Acta ſunt hæc in Monaſterio, &c. die &c.

Ego P.N. Sacerdos fui præſens, & omnia vidi ſupradicta.

Ego P.N. Sacerdos fui præſens, & vidi omnia ſupradicta.

Ego N. Actuarius.

Forma viſitationis occiſi.

In nomine Domini,&c.

Die,&c.Menſe,&c. Anno,&c.

Inſpectus eſt Fulanus iacens interfectus in horto huius monaſterij, vno, aut pluribus vulneribus affectus, quorum vnum, (quod per ſe lethale fuerat,) inflictum fuit in capite, alterum per ſe etiam lethale in pectore, & omnia inflicta cum ferro, reliqua in tale, & tale parte corporis, non tamen læthalia, et acta eſt hæc inſcriptio die, menſe, et anno quo ſupra præſentibus Adm.R.N. Abbate, teſtibus infraſcriptis ad hæc vocatis, et me Actuario. In quorum fidē, &c.

Ita P.N. Abbas.

Ego P.N. de N. teſtis.

Ego P.N. de N. teſtis.

Ego Fr. N. de N. Actuarius.

Viſitato vulnerato, & probatō corpore delicti, debet iudex ſtatim inquirere generaliter de delinquente, quisnam illud delictum commiſit, vt ſupra dictum fuit nu. 65. formando decretum modo infraſcripto.

80 Die,&c.

Cum ex viſitatione vulnerati, & actibus ſupradictis plenè conſtet de corpore delicti. R.P. Abbas attendens grauitatem dicti delicti, quod ſine maxima Dei, & proximi iniuria tolerari nequeat, Decreuit prout præſenti decreto decernit delinquentem inueſtigare, & generaliter inquirere, ipſum vulneratum, & teſtes ab eo nominatos ac alios veriſimiliter informatos examinare, & alia prout de iure peragere, hoc & omni alio meliori modo. Hodie, &c. in hoc monaſterio, &c.

Ita eſt N. Abbas.

Ego N. Actuarius.

Forma interrogandi vulneratum.

81 Die,&c.

In hoc monaſterio,&c.

Coram R.P. N. Abbate ſedente in camera, in qua iacet Fulanus vulneratus, & requiſitus vt ſe examini ſubiaceat, delatoque ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit &c. ad opportunas reſponſiones. Reſp. Interrogatus quomodo reperiatur ita vulneratus, & à quo tempore? Reſp. Interrogatus an cum aliquo inimicitiam contraxit? Reſp. Interrogatus cum quo? Reſp. Interrogatus ex quo tempore? Reſp. Interrog. ob quam cauſam

ſam

ſam talem inimicitiam contraxerit? Reſp. Interrogat. an aliis hæc inimicitia fuerit nota, & quibus? Reſp. Interrog. quomodo ad illorum notitiam venerit? Reſp. Interrog. à quo fuit vulneratus? Reſp. Interrog. in quo loco? Reſp. Interrog. qua die, & hora? Reſp. Interro. an præſentibus aliis? Reſp. Interrog. an vulnerator erat ſolus, vel cum aliis quando ipſum vulnerauit? Reſp. Interrog. quo genere armorum? Reſp. Interrog. quomodo factum acciderit? Reſp. & Relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit, ſequuntur ſubſcriptiones, vulnerati, teſtium, Abbatis, & Actuarij.

Aliæ interrogationes formari poſſunt iuxta qualitatem facti, & vulnerati reſponſa, & dictum, ſeu aſſertio vulnerati aperit viam iudici ad inquirendum. Clar qu.21 nu 14 Poſt interrogationem vulnerati interrogari debent teſtes ab eo nominati, & alii veriſimiliter informati, & ſi vulneratus nolit delinquentem, & alios teſtes, vel indicia contra vulnerantem manifeſtare, cogi poteſt à iudice, vt in par.4 c.16.§.2 num.12 dicetur, qui non debet ceſſare examinare teſtes veriſimiliter informatos, donec indicia ſufficientia contra delinquentem, aut delinquentes inueniat, & continuatur examen aliorum teſtium modo infraſcripto.

82 Die, &c. Fr. N. de N. &c. teſtis vocatus, &c et delato ei iuramento, etc. Interrogatus an ſciat cauſam ſuæ vocationis? Reſp. interrogat. vbi fuerat tali tempore, et tali hora, (ſcilicet quando fuit commiſſum delictum) interrog. An cognoſcat Fulanum? Reſp. interrog. quomodo cognoſcat? Reſp. interrog. an ſciat illum fuiſſe vulneratum? Reſp. interrogat. quo modo ſciat? Reſp. interrog. an ſciat à quo fuit vulneratus, aut audierat, aut credat à quo fuit vulneratus? Reſp. interrog. à quo audierat? Reſp. interrog. quare ita credat? Reſp. interrogatus qua occaſione hoc factum audierat? Reſp. interrog. quibus præſentibus audierat? Reſp. interrog. an de tali delicto ſit ſparſa publica fama contra aliquem? Reſp. interrog. an ſciat vulneratũ habere aliquem inimicum? Reſp. interrog. quomodo ſciat? Reſpon. quis nam eſt iſte inimicus? Reſp. interrog. an ſciat aliquem minatum illi fuiſſe? Reſp. interrog. quis nam eſt iſte? Reſp. interrog. quomodo id nouerit? Reſp. interrog. à quibus audierit? Reſp. interrog. quo loco, quo tempore, quibus præſentibus? Interrog. an ſtrepitum aliquem audierit, vel aliquem clamantem? et quem? quo tempore? & qua hora, et loco? & cætera huiuſmodi inuenienda à iudice, vt delinquens manifeſtetur, incipiendo, & terminando examen teſtium iuxta formam traditam par.4. cap. 16.

Et aduertendum eſt, quod numquam in hoc caſu poteſt iudex interrogare teſtes contra aliquem ſpecialiter contra Ioannem, & Martinum, vt dictum fuit ſupra nu.65. Sed tantum generaliter, donec ex dictis teſtium examinatorum ſuper inquiſitione generali reſultet indicium ſufficiens

ficiens contra aliquem, & notandum etiam eſt quod aſſertio vulnerati cum iuramento, & adminiculis facit indicium ad torturam contra nominatos, vt infra dicetur par. 5. cap. 3. num. 90. Etſi ex probatis reſultet ſemiplena probatio contra aliquem, ſeu indicium ad torturam, poteſt ac debet iudex contra illum ſpecialiter inquirere, & tunc fit tranſitus de inquiſitione generali ad ſpecialem, iuxta ſuperius dicta num 65. & ſeqq. formando decretum modo infraſcripto.

Forma decreti inquiſitionis ſpecialis, contra delinquentem inuentum in generali inquiſitione.

83 Quoniam in inquiſitione generali facta ad inueniēdū delinquentem in cauſa vulneris euidentis, & manifeſti patrati in perſonam Fulani reſultant indicia vrgentia, & ſufficientia contra Fabium de huiuſmodi crimine ab eo commiſſo, prout conſtat ex actis; Idcircò ne delicta remaneant impunita decreuimus, prout præſenti decreto decernimus dictum Fabium citare, & ſuper dicto crimine conſtituere, ſeu examinare, & omnia alia peragere prout de iure, vſque ad ſententiam diffinitiuam, ita hoc, & omni alio meliori modo, &c: Datum, &c.

F.N. Abbas.

Ego Fr.N. Actuarius.

Alia forma viſitationis occiſi.

In nomine Domini. Amen.

84 Viſum, & repertum fuit per me Actuarium infraſcriptum, præſente Adm. R. P. N. Abbate, & teſtibus infraſcriptis cadauer Fr. Fulani indutum habitu monachorum, de quo ſolent veſtiri noſtri conuerſi; ætatis, vt dicebatur annorum, 40. indumenta autem eius erant vnus habitus nigri coloris ſine capuccio; femoralia, tibialia, & torax ex lino albi coloris; zona quo erat præcinctus erat ex corio nigro; calceamenta in pedibus ex nigro corio; in ſacculo dextero femoralium habebat quatuor nummos argēteos, vulgo iulij, inuoluti in naſotergio, &c. Repertū fuit dictum cadauer iacens in terra, ante portam refectorij, duo vulnera habebat, vnum in capite profundum vſque ad cerebrum, longitudinis palmi vnius, factum vt videbatur ſecuri; alterum in pectore penetrans, &c. quod ex cultro factum videbatur, & ego adnotaui de mandato dicti Admod. R. Abbatis præſentibus teſtibus infraſcriptis, hodie die &c. menſe, &c. anno, &c, In quorum fidem, &c.

Sequuntur ſubſcriptiones, vt ſup.

Forma Inquiſitionis de corpore delicti, quando delictum eſt dubium.

In nomine Domini. Amen.

85 Viſum, & repertum fuit per me Actuarium infraſcriptum præſente Adm. R. P. N. Abbate, &c. cadauer Fr. Fulani in puteo demerſum, vel in ſua cella extinctum (ſi aliqua ſigna veneni, aut vis illatæ apparuerint, explicentur. Deſcribatur etiam

etiam ſtatus corporis in quo repertus fuerit in cella iacens, vel ſupinus, humi iacens, vel ſuper ſtrato; quæ etiam penes ipſum erant; quæ in manica, vel in ſacculo geſtabat; quæ in menſa cellæ reperta ſunt; vniuerſa deſcribantur,) Quibus omnibus ab Actuario deſcriptis, concludat; Hæc omnia vidi, & annotaui, præſentibus Admod. R. P. Abbate, & teſtibus infraſcriptis, ad hæc vocatis.

Acta ſunt hæc in hoc Monaſterio N. Die &c.

Sequuntur ſubſcriptiones, vt ſupra.

Aliæ formæ inquiſitionis de corpore delicti dubij.

Viſum, & repertum fuit per me infraſcriptum Actuarium, ex commiſſione Adm. R. N. Abbatis, & teſtibus infraſcriptis in camera ſita in dormitorio N. vbi habitabat Fr. Fulanus, cadauer ipſius in lecto ſtratum, & extinctum, liuidum circa labia, & vngues manuum, & pedum, cum ſpuma liuida; quæ de ore cadebat; quo denudato viſum, & repertum eſt cum quibuſdam maculis nigris è regione cordis, & pectoris, erat autem habitu nigro monachali indutum, præcinctum zona ex corio nigro confecta, &c. (etſi fuerit repertum mortuum in piſcina ſita, in horto, dicatur,) Viſum, & repertum, &c. cadauer Fr. Fulani natans ſuper aquam; quod extractum repertum fuit ſemitumens, & totum liuidum, indutum, vel iacens ſupinum in terra, totum aqua madefactum, paulo ante, vt aſſeritur extractum, (ſi fuerit repertum laqueo appenſum, dicatur,) viſum, & repertum, &c. cadauer Fr. Fulani in culina laqueo è trabe quodam pendente ſuſpenſum, extinctum iam, & frigidum; manibus ſolutum, habitu, &c. indutum, nigrum in facie, ore, & oculis toruum, ac diſtortum, &c. vel, cadauer Fr. Fulani iacens ſuper ſuum lectum cum laqueo circa collum apprimè compreſſo, cuius manus circa laqueum erant applicatæ; lingua autem ex ore prominebat, &c. Quę omnia vidi, & adnotaui præſentibus infraſcriptis teſtibus ad hæc vocatis.

Acta ſunt hæc, &c.

Die, etc.

Subſcriptiones, vt ſupra.

Forma interrogandi medicos cum de veneno dubitatur.

In nomine Domini, &c.

Anno, &c. Die, &c. Menſe, &c. Cum de morte Fr. Fulani pateat, qui repertus eſt mortuus in camera, &c. & de cauſa mortis non certè conſtat, an ſcilicet per veneni aſſumptionem; an verò

naturaliter acciderit, Adm. R. N Abbas, &c. ne in tam graui negotio Iuſtitiæ ſuo officio deſit; decreuit vocandum, & examinandum eſſe peritum: Quare habita facultate à Domino gubernatore Ciuitatis, vocari ad ſe fecit D. N. medicum Phyſicum ordinarium, vel D. N. & D. N. medicos Phyſicos, & rogauit eos, vt diligenter cadauer cum ſuis ſignis aſpicerent; quo facto iuramentum eis exhibuit, prout iurauerunt tactis corporaliter ſcripturis, & coram me Actuario in hunc modum ſingillatim, interrogauit, Et primo interrogauit D. N. An ipſe nouerit Frat. Fulanum iam defunctum, dum in viuis ageret, Interrog. an defuncti complexionis naturam perſpectam habuerit; & an ipſum vnquam curauerit, Interrog. an cognouerit ſecundum ſuam artem, & profeſſionem ex his quæ vidit in ipſo cadauere cauſam ipſius mortis. Si reſpondet dicens; ſuſpicor probabiliter ſecundum meam profeſſionem, attentis maculis quibus eſt reſperſum, præſertim circa cordis regionem, veneno interemptum fuiſſe; Interrogat. an iudicet mortuum fuiſſe ex veneno extrinſecus aſſumpto; an potius ex veneno ingenito. Reſpond. ſtante ſubitanea mutatione, poſt cibi, aut poti aſſumptionem; credo, mortuum fuiſſe ex veneno aſſumpto, non ex veneno ingenito; quia venenum ingenitum non ita de repente operatur, ſicut venenum aſſumptum. Interrogatus, an aliquid aliud velit dicere, &c. Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Io N. Medico affermo come di ſopra.

Ego Fr. N. teſtis.

Ego F. N. teſtis.

Ita eſt Fr. N. Abbas, ego Fr. N. Actuarius, & hoc modo examinatur alius medicus.

Forma examinandi teſtes in cauſa veneni.

In nomine Domini, &c. Anno, &c. Die, &c. In monaſterio, &c.

Coram Præfato, &c. vocatus fuit in teſtem Fr. N. Interrogatus an cognouerit Fr. Fulanum modo defunctum; Item à quo tempore; Item an nouerit illum bonæ, vel infirmæ valitudinis; Item quo morbo ſpeciali laboraret; Item an defunctus grauem cum aliquo quærelam haberet; aut odium gereret; aut aliquis de ipſo in re graui conqueſtus fuerit; Item, quomodo nouerit; Item an nouerit aliquem defuncto minatum fuiſſe, quod vindictam de ipſo exigeret; Item an ſciat dictum defunctum antequam in morbum incideret, cibum aliquem nociuum comediſſe. Item à quo, & quibus præſentibus illi cibi deferebantur poſtquam in morbum incidit; & quis eius curam haberet. Item an vide-

viderit, vel audierit dictum defunctum poſt cibum, vel ſtatim, vel aliquibus horis elapſis, vel poſtera die maiori morbo aggrauatum vomuiſſe. Item an nouerit, vel audierit, cuius coloris extiterint ea, quæ vomitu purgauit. Item, an ſciat res per huiuſmodi vomitum purgatas medico videndas oblatas fuiſſe; & quis nam medico eas obtulerit, & quis tunc præſens adeſſet; Item, an nouerit, vel audierit quo mortis genere defunctus obierit; Item quid ipſe ſentiat de huiuſmodi fama; Item quid ipſum teſtem ad id credendum impellat; Item de cauſa ſcientiæ loco, & tempore, &c. & relectum, &c.

Forma examinandi obſtetrices, quando de ſtupro dubitatur.

In nomine Domini, &c. Die, &c.

88 Cum præfato, &c. Certè non conſtet an N. eſſet ſtuprata, necne; vocauit obſtetrices cum licentia ſui ſuperioris, ad inſpicienda pudenda ipſius, & poſtquam inſpexerunt, interrogauit eas ſingillatim cum iuramento tactis Euangeliis, vt veritatem deponat, & prima interrogata an viderit illam, & in pudendis inſpexerit; Item ſi virginitatis ſignaculum in illa integrum, vel infractum inuenit; Item ſi ipſa alias idem iudicium ſuper aliis puellis tulit; Item ſi à ſemet, vel ab alio defloratam iudicet; Item ſi iudicet defloratam fuiſſe de recenti. Quibus receptis fuit dimiſſa, iuſſa prius vt ſignum crucis propria manu apponat.

Subſcribuntur teſtes, & Actuarius: eodem modo interrogantur alia obſtetrices.

Si obſtetrices cum iuramento retulerint commiſſum eſſe ſtuprũ, ſeu ità ſe iudicare; ſatis dicetur conſtare de ſtupro. Clar. d. quæſt. 4. verſ. quando vero. Scac. d. qu. 83. num. 15. & alii ſupracitati. Idem dicendum eſt in probando corpore delicti in Sodomia; mittendo medicos, &c. qui cum iuramento fidem faciant de ruptura ani, & quamprimum adhibendi ſunt, vt re adhuc recentiore exiſtenti diſcernere facilius poſſit, vnde illa ruptura ſit cauſata, vt deponere debeant, &c.

Forma corporis delicti viſitationis in crimine furti.

In nomine Domini, &c. Die, &c.

89 Cum ad aures Adm. R. P. Abbatis, &c. perueniſſet commiſſum fuiſſe furtum iu Sacriſtia huius noſtri Monaſterii, vel in Sacriſtia, &c. decreuit, prout præſenti decreto decernit, electo me infraſcripto actuario in cauſa, de corpore delicti prius inquirere, quapropter ipſemet N. Abbas, & ego Actuarius, in cauſa à dicto R. P. Abbate electus, ac infraſcriptis teſtibus ad hoc vocatis deuenimus

ad eandem Sacriſtiam; & inuenimus oſtium fractum, & ſecuris ictibus in fruſtra diſſectum; in eaque armarium, in quo calices, & vaſa ſacra ſeruantur, vi apertum, & detractis ſeris; & foribus ſuo loco dimotis, calices verò non inuenimus, &c. (& ſic explicando ſingulas partes eiuſdem fractionis, omnia in proceſſu ſcribantur,) Acta ſunt hæc, &c. In quorum fidem, &c.

Sequuntur ſubſcriptiones, vt ſupra.

Aliæ formæ quando iudici conſtat ſimul de delicto, & delinquente traduntur infra par. 3.

Digitized by Google

PARS TERTIA.

De varijs modis procedendi contra delinquentem.

CAPVT I.

De accuſatore, & eius neceſſarijs requiſitis.

SVMMARIVM.

1 *Regulare iudicium ex triplici capite ſumit exordium.*

2 *Accuſatore deficiente, proceſſus, & omnia in eo contenta ſunt nulla. Sed hoc quomodo intelligitur, declaratur.*

3 *Accuſatio dupliciter conſideratur.*

4 *Accuſatio quid ſit, deſcribitur.*

5 *Accuſatio differt à quarela, denunciatione, & inquiſitione.*

6 *Requiſita neceſſaria ad accuſationem, enumerantur.*

7 *Pœna Talionis hodie à Pio V. eſt innouata.*

8 *Subſcriptio eſt neceſſaria in accuſatione.*

9 *Denunciator ſi eſt inſtigator debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis.*

10 *Pęna talionis imponi debet ſecundum analogiam.*

11 *Accuſans, vel denuncians per veram calumniam à pœna talionis non poteſt excuſari.*

12 *A calumnia preſumpta multi excuſantur, qui recenſentur.*

13 *Calumnia vera quæ eſt, & quæ præſumpta.*

14 *Practica obſeruanda in condemnatione calumniatoris.*

15 *Iudex poteſt procedere ex officio contra calumniatorem.*

16 *Correctio fraterna an debeat præcedere accuſationem, vel denunciationem ſunt varij modi dicendi vſque ad num 23. Sed conciliantur opiniones n 24 & 25.*

26 *Correctio fraterna an ſit neceſſaria quando accuſatio fit in cauſa propria?*

27 *Correctio fraterna non eſt neceſſaria quando crimen eſt publicum, vel contra bonum publicum, vel contra tertium. Et quomodo hoc intelligi debet, declaratur num. ſeqq. vſq; ad n. 34.*

30 *Peccata in publicam perniciem, quæ ſunt.*

34 *Ad accuſationis iuſtitiam ſeruandam tria cauenda ſunt.*

35 *Preuaricator quid ſit? & qua pœna puniri debet?*

36 *Accuſans pro ſatisfactione propriæ iniuriæ, quando poteſt ab accuſatione deſiſtere.*

37 *Accuſationem renuncians non poteſt amplius accuſare.*

38 *Offenſus quando cogi poteſt ad manifeſtandum offenſorem.*

39 *Tergiuerſatio quid ſit?*

40 *Deſiſtens ab accuſatione quando puniri debet?*

41 *Accuſator in quibus caſibus poteſt deſiſtere ab accuſatione, & num. 42. 43. 44.*

45 Priu-

45 *Princeps an poſſit abolire accuſationem.*

46 *Iudex inferior quando poteſt non acceptare accuſationem, vel acceptatam reſcindere.*

47 *Accuſator ſi deſiſtit ab accuſatione iudex poteſt ex offitio procedere.*

48 *Prælatus non debet de facili admittere omnes accuſationes, ſed multa conſiderare debet.*

49 *Prælatus ex officio quas exceptiones contra accuſatorem proponere poteſt.*

50 *Accuſatio non procedit in delictis facti permanentis niſi conſtet de delicto.*

51 *Accuſationem legitimam iudex admittere debet.*

52 *Accuſatio porrecta a b eo, qui de iure accuſare non poteſt, aperit viam iudici ad inquirendum ex officio.*

53 *Iudex quando peccat mortaliter admittendo accuſationem, vel denunciationem?*

54 *Debet caſtigare accuſatorem calumnioſum.*

55 *Denunciationes non debent admitti contra patres graues, niſi cum ſubſcriptione ad pœnam talionis.*

56 *Pacem qui fecerunt, an admitti poſſint ad accuſandum remiſſiuè.*

1 DOctrina communi præſuppoſita, iudicium ex triplici potiſſimum capite exordium ſumere: Videlicet ab accuſatione, vel à denunciatione, vel ab inquiſitione. Vt habetur in ca. qualiter & quando el 2., & in c. ſuper his de accuſat., ſequitur quod in grauioribus, & grauiſſimis cauſis vllo vnquam tempore ſine accuſatore, vel denunciatore, vel infamia præcedente, vel aliquo alio quod vicem accuſatoris gerat, aduerſus aliquem Prælato liceat procedere. Alias vnus, & idem, iudicis, & actoris perſonam ſuſtineret. Quod omni iure prohibitum eſt, vt probatum eſt ſupra par. 2. cap. 3. num. 1. Et in
2 c. ſi legitimus de accuſat. dicitur, nam de perſona accuſatoris quærendum eſt prius in omni iudicio; alias proceſſus eſt ipſo iure nullus, etiam quod delictũ poſtea ſit probatum. Ruin. conſ. 7. num. 2. lib. 5. Clar. qu. 5. verſ. ſcias etiam, Roma. conſ. 110. col. 2. Ceph. conſ. 204. nu. 15. lib. 2. Et ſententia eſt nulla ipſo iure, & nullum producit effectum. Bart. & alij in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. Et quamuis iudices per alias etiam vias poſſint contra crimînoſos procedere, veluti per exceptionem, per euidentiam delicti, per deprænhenſionem in flagranti crimine, per rebellionem, & ſimiles, de quibus infra ſuo loco agendum erit, hæ tamen vel ad accuſationis viam, quæ de iure eſt ordinaria, vel ad inquiſitionis viã, quæ de iure eſt extraordinaria, reducuntur. Et vicem gerunt accuſatoris; & quando dicunt Doctores, quod ſine eo iudicium eſt nullũ, intelligitur, non quod eſt nullum ſi ſine accuſatore procedatur, ſed quod eſt nullum ſi procedatur nec ſine accuſatore, nec ſine aliquo, quod gerit vicem accuſatoris.
3 Accuſatio autem dupliciter conſiderari poteſt, primò, prout eſt de iure

iure introducta. Secundò, prout hodie ex generali conſuetudine eſt recepta. Primo modo conſiderata, eſt ius deferēdi in iudicio reum alicuius criminis, & proſequendi contra illum ad vindictam publicam, legitima interueniente ſubſcriptione. Marian. Socc. in rubr. extra de accuſ.n.2. Felin.ibid.nu.3. & alii; & ratio eſt, quia accuſatio non eſt facti, ſed iuris, ſicut actio, ideo definiunt per hoc verbum, ius.
4 Sed hodie, quia ex generali conſuetudine ſublatæ ſunt ferè omnes ſolemnitates, & formæ accuſationum: Et cum accuſatione partis iudicis officium inquirentis ſemper ferè ſimul concurrit; eſt potiùs iudicis officium quàm actio. Vnde ſecundum communem opinionem ita deſcribitur: Accuſatio eſt delatio alicuius criminis cum actore eius facta in iudicio ad vindictam publicam. Mar. Socc. & Felin. vbi ſupra, Clar.qu.12.num.1.Gig.de crim.læſæ maieſt.fol.58.qu.1.nu.4 Azor.inſtit.moral.par.3.lib.13.ca. 19.in princ. Sayr. in Clau. reg. lib. 12.cap.13.num.11. addunt etiam; legitima interueniēte ſubſcriptione. Sed de hac ſubſcriptione, infra
5 videbitur. Differt accuſatio propriè dicta, à quærela, quia quærela non ſemper fit propter publicam vindictam criminis, ſed aliquando propter bonum partis læſæ. Differt à denunciatione propriè ſumpta, nam accuſatio inſtat, & petit punitionem accuſati, denuncians autem hoc in iudicis arbitrium relinquit: Accuſatio habet pro fine publicam vindictam, & punitionem criminis: Denunciatio verò habet pro fine emendationem, vel bonum publicum, aut delinquentis. Item accuſatio eſt actus virtutis iuſtitiæ, denunciatio verò, eſt actus charitatis. Differunt etiam in criminis probatione; nam qui accuſat, ſuſcipit in ſe onus probandi; ſed qui denunciat ſolum defert iudici crimen, vt ipſe pro ſui muneris debito inuigilet, & conſulat bono publico, vel priuato. Item accuſatio de iure fieri debet inſcriptis, & requirit ſubſcriptionem; denunciatio autem non. Differt ab Inquiſitione, quia hæc requirit infamiam præcedentem; accuſatio verò non.

6 Requiſita neceſſaria ad accuſationem, vel quærelam ſunt; quòd debeat continere nomen accuſatoris, accuſati, ac iudicis: Item ſpeciem commiſſi criminis; locum, annum, & menſem, quibus fuit commiſſum; & diem dati libelli, ita poſt l.libellorum §.1. ff. de accuſat. Gandin.de malef. Rub.quod fiat accuſ.n.6. Aug.ad Angel. tr. de malefic.in verbo, & ad quærelam num.4. Boſs.tit. de accuſat.num.2. Carauit.ſuper ritu 20. nu.4. & ritu 201.nu.6, & vbi aliquod ex his requiſitis deficiat, ſiue in accuſatione, ſiue in quærela, quæ ſucceſſit loco accuſationis; accuſationem, & quærelam etiam deficere, dicunt præcitati Doctores. Sed Scac. de iudic.lib.1.cap.51.n.15 & 41. Supponit quod iſte modus procedendi via accuſatoris libelli receſſit ab aula; & quod loco illius neque ſucceſſit quærela; quia conſuetudine

dine fuit radicitus aulſus à limine iudicij, vt inquit n.27.& etiam tenet quod ſufficit, vt exprimatur nomen quærelantis, ſpecies obiecti criminis, & nomen quærelati: reliqua verò non putat eſſe ſimpliciter neceſſaria, ſed quod inquirenda ſunt per iudicem. Tamen verius puto omnia infraſcripta eſſe neceſſaria, et primò, quod debent exprimi nomina accuſatoris, & accuſati, vt conſtare valeat quis Accuſator, & quis Accuſatus ſit; & ſi Accuſati nomen ignoretur, ex habitu, ſtatura, & alijs circumſtantijs perſonæ adiacentibus deſcribi debet. Secundò, quod debet exprimi nomen iudicis, vt appareat, ſi eſt competens, vel incompetens. Tertiò, ſpecies criminis; quia ſuper hoc fundatur intentio accuſantis. Quartò, locus commiſſi criminis, d.l.libellorum, Clar. qu.12.nu.9. vbi, quod ſi accuſatio criminalis non contineret locum, erit ipſo iure nulla, etiam parte non opponente; quia redderetur incerta, & reus non poſſet ſe defendere negatiuam coarctatam probando, neque teſtes, qui tamen contra eum deponerent, de falſo arguere. Et hæ etiam locum habent in denunciatione, dicit idem Clar.q.7.num.11. Licet locus loci non eſt exprimendus, niſi quando locus expreſſus eſt nimis obſcurè, vt reus non poſſit ſe defendere; aut locus loci reponit delictum in diuerſa ſpecie; aut accuſatus inſtàt vt exprimatur locus loci, vt poſſit ſe defendere; Imò iudex ex officio, qui tenetur veritatem exquirere, quando videt, quod ex inquiſitione loci loci, melius cognoſcere poteſt falſitatem, vel veritatem; debet de loco loci teſtes interrogare, vt fecit Daniel qui ſeorſim interrogauit teſtes, qui deponebant contra Suſannam de adulterio facto in pomario, & ipſe interrogauit ſub qua arbore, & ex hac interrogatione detexit falſitatem teſtium, & liberauit innocentem, & ita intelligi debent. Spec. lib.4. par. 4. tit. de accuſat.§.1. num.1. Gandin. tit. de malefic. rubr. qualiter fiat accuſatio nu.3. Aug.ad Angel. de malefic.in verbo in platea communis n.2.Hippol.Rim. conſ.723. n.86. & ſeqq. lib.6. Verum quod ſi in accuſatione, vel denuncia deficit locus, vel aliud requiſitum neceſſarium; iudex ex officio poteſt ſupplere, ne iudicium reddatur eluſorium. Baiard.ad Clar.qu. 12.n.5.& 6. Addit Angel.de malefic.tit.de probatione n.25.aſſerens, quod ſi accuſaui te de furto mihi facto de anno tali, de menſe tali, & in loco tali, & de talibus rebus, ſed in dicta accuſa poſtea dico, & aſſero, quod tu es homicida, plagearius, adulter, &c. talis accuſatio non eſt admittenda niſi pro furto, & meæ probationes recipi, quia quod tu es homicida plagiarius, &c. non continent nec annus, nec menſis, & ſic non valet in hac parte accuſatio, nec probationes ſunt admittendæ. Quintò, exprimi etiam debet tempus commiſſi criminis, vt diximus ſupra par.2.c.5. à num.4. cum plurib. ſeqq. Quia etiam eriperetur reo facultas ſe defe-

defendendi, & probandi negatiuam, ſi in libello non apponeretur tempus criminis. Sextò, requiritur ſcriptura c. 1. q. 8. ibi, Accuſatorum perſonæ numquam recipiantur ſine ſcripto. Quamuis vſu receptum ſit, vt verbo tenus fieri poſſit, modo Actuarius confeſtim in ſcriptis redigat. Suar. tamen tom. 4. de relig. tr. 10. lib. 10. cap. 12. n. 45. tenet, quòd hæc ſolemnitas, quòd accuſatio fiat in ſcriptis reputatur maximè ſubſtantialis, & moraliter neceſſaria, vt conſtet quid accuſator probare teneatur; vnde non eſt omittenda in regulari proceſſu. Et ſequitur Pellizar. in manual. regul. tr. 9. c. 4. ſect. 2. nu. 81. Septimò ſubſcriptio ad pœnam talionis, d. l. libellorum, ibi, item ſubſcribere debet is, &c. Clar. q. 12. verſic. dixi quoque, & multa iam ad hoc congerit Pegna in comment. ad director. Eyme. par. 3. comm. 14. in princip. & Farin. qu. 16. n. 1. Et de iure canonico, quod accuſator ſubſcribere tenetur, dicunt Card. Alex. in cap. libellorum 2. q 8. Clar. q. 12. nu. 18. Gig. de crim. læſæ maieſt. q. 1. n. 7. & in fine. Et licet ita ſit de iure, quod accuſator debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, Tamen de conſuetudine non obſeruatur, dicunt Specul. lib. 3. tit. de accuſat. §. 1. n. 4. in fine, Gandin. de malefic. rubr. de filio fam. & vtrum poſs. accuſ. n. 38 et rubr. qualiter fiat accuſatio n. 6. Angel. de malefic. verbo ad quærelam Titij ſub n. 5. Cauarauit. ſuper tit. 20. n. 1. Clar. qu. 12. n. 17 et q. 81. n. 3. Menoch. de arbit. lib. 2. caſu 322. n. 3. Pegna, vbi ſupra §. his poſitis, Villagut. in pract. crimin. lib. 1. ca. 6. concl. 1. Nihilominus accuſatores calumnioſi, licet non ſubſcripti grauiter puniuntur, et quandoque etiam morte mulctantur; Cuius rei multa exempla refert Caball. caſu 166. nu. 3. Et ad ſimilitudinem ſupplicij puniũtur, vt refert n. 4. et n. 5. refert etiam falſum accuſatorem condemnatum fuiſſe ad triremes incedendo per loca publica cum mitra in capite, et nota in pectore, et inquit Clar. q. 12. n. 18. Quod de iure ceſſante ſubſcriptione, accuſator, qui accuſationi ſe non ſubſcripſit, punitur, nihilominus pœna talionis, perinde ac ſi ſubſcripſiſſet, & dicit communem, ex Abbat. in ca. ſuper his n. 8. de accuſ. & Aret. ibidem n. 21. idem dicit Ant. Roſell. in rep. c. ſi autem 11. q. 6. n. 14. Sed hodie

7 ſtante bulla Pij V. in ordine quinta in bullario par. 2. fol. mihi 926. verſ. monemus præterea, quam refert Farin. q. 16. n. 5. verſ. ſed in propoſito; pœna talionis eſt innouata, & voluit, & mandauit per calumniam denunciantes ad pœnam talionis teneri. Qua bulla ſtante pœna talionis hodie non eſt arbitraria, ſed eſt ad ſimilitudinem ſupplicij, iuxta iura antiqua, & debet ſeruari ſubſcriptio, iuxta l. libellorum, quia innouata pœna, cenſetur innouata appoſitio ſubſcriptionis.

8 Vnde Prælati non debent admittere accuſationem ſine ſubſcriptione ad pœnam talionis; & dato, quòd admittant ſine tali ſubſcriptione; non per hoc ſi accuſator inueniatur calũniator,

non debet puniri pœna calumnia-
9 toris. Et non ſolum accuſator, ſed etiam denunciator, ſi eſt inſtigator; nam vnum, & idem eſt effectus accuſationis; & delationis quo ad punitionem, l.1.in fine ff.quod quiſque iur.& l.15. dicetur ff. ne quis eum qui in ius, & Abb.in c.2. de calumniator.in verbo, item notat, æquiparat denunciatorem, cum accuſatore, & vult quod eadem pœna teneatur vnus, ſicut alius, ſi delatum crimen non probauerint. Idem dicit ibi Felin.& Clar. q.7. in fine, quod ex prædicta Bulla Pij V. confirmatur, vbi loquitur expreſsè de denunciatore. Farin. q.16.n.5.verſ.ſed in propoſito. Et ſine dubio procedere debet, quando eſt inſtigator. Farin.dicta q.16. n.14.& 17. Guaz.defenſ.reor.3.ca. 13.n 5.verſ.& etiam inſtigator; Et debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis ſicut accuſator. Bouer.in director.for.iudic.par.2.c.19.vers. accuſatore. Quando autem non eſt inſtigator, ſed denunciat bona fide, ex zelo iuſtitiæ, vt iudex poſtea ex ſe munus ſuum exequatur, ſi teſtes in denunciatione nominati ex iniquitate ſua nolunt dicere veritatem, non tenetur, vt dicit Clau. reg.lib.12.c.14. n.10. Et nonnullæ religiones habent etiã ex particulari inſtituto, quod accuſatores,& & inſtigatores teneantur ad pœnam talionis, quem inſtitutum ad
10 vnguem debent obſeruare. Et hęc pœna talionis imponi debet ſecundum analogiam, non ſecundum æqualitatem, ſcilicet conſideratis qualitatibus accuſatoris, & accuſati, prout ſi princeps plebeium percutiat, non eſt iuſtum, vt repercutiatur ipſe. Et ſi plebeius percutiat magiſtratum, non ſatis eſt, vt ipſe ſimili modo percutiatur, ita Sot.de ſecret.membr.2.qu.5.concl. 6. Berti in praxi crim.tit.6. cap.8. n.8. & ita dicendum eſt de pœna talionis imponenda. Et ideo iudex in imponendo hanc pœnam talionis debet conſiderare qualitates accuſantis, & accuſati, vnde ſi accuſans eſſet infimæ notæ vir, accuſatus verò eminentioris gradus; talis falſo accuſans, nedum eſſet puniendus pœna ordinaria præſcripta crimini, ſed pœna multo maiori, vt inquit Inciſa tract.6.ca.
11 5.num.3. Et licet à vera calumnia nemo excuſatur, l.2.C.qui accuſar. non poſſ.Bart.in l.ſenatus §. eos ff. ad Turpil. Aret.conſ.80.col.4 Boſ. tit.de accuſ.n.21. Nec etiam ille, qui ex neceſſitate officij accuſat, vel denunciat, per veram calumniam à pœna talionis non excuſatur. Crauet.conſ.168.& cum pœna talionis importet ſimilitudinem ſupplicij, l.vltima §.1. C. de accuſ. & vltima, C.de calumniator. Hac pœna verus calumniator de iure punitur. Farin.q.16.n.1. vbi multa iura, & Doctores cumulat, & calumnia dicitur vera, quando quis ſciens, aut ſcire debens aliquem eſſe innocentem, nihilominus proponit contra eum accuſationem, aut quærelam.
12 Tamen à præſumpta calumnia multi excuſantur, & primò excuſatur accuſator, quando accuſatus eſt diffamatus de delicto, de quo accu-

accuſatur. Farin. cum aliis ab eo citatis q.16.n.61., quod intelligit Felin. in cap.2.n.3. de calumniator. Quando quis accuſat aliquem de facto non commiſſo in propria perſona, ſed in res ſuas, ſcilicet, de furto rerum ablatarum ei noctis tempore de domo; Vel de adulterio commiſſo in vxorem eo abſente, & ſic de ſimilibus, & idem dicit Bertaz. conſ.212.num.4. Nam fama vel indicia excuſant, quando delator habet iuſtam cauſam accuſandi, vt ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. Secus autem ſi accuſaret de iniuria in eum, vel ſuos non concernente; Quia tunc non excuſatur per famam, ita Felin. vbi ſupra, & Menoch. de arbitr. caſu 321.nu.29. in fine. Fama autem multo magis non excuſat accuſatorem, quando accuſat de facto proprio in ſe commiſſo; cuius habet certitudinem in contrarium. Ita poſt Cyn. & Angel. Felin. vbi ſupra, quia tunc calumnia non eſt præſumpta, ſed vera. Vnde ſi ſcio me non eſſe vulneratum, aut iniuriatum à te, licet fama, ſeu indicia ſint in contrarium; illa falſa fama non excuſat me à vera calumnia, nec falſa indicia excuſant. Secundò, multo magis excuſatur accuſator à præſumpta calumnia, quando ſemiplenè ſuam accuſationem probauerit. Quia ex ſemiplena probatione poterit accuſatus ad torturam deduci, & condemnari, ſi fuerit confeſſus. Farinac. qu.16. à n.41. & ſeqq. & nu.47. limitat; niſi accuſator eſſet ſolitus calumniari, maximè quando tam quam calumnioſus alias condemnatus eſſet. Caualc. de Brach. reg. par.5.n.101. limitat ſecundo nu.48. quando accuſatus aliquid probauerit, ex quo fuerit eliſa illa ſemiplena probatio accuſationis: quod intelligi debet, quando illa probatio accuſati, nota eſſet accuſatori tempore inſtitutæ quærelæ. Maſcard. concl.24.n.9. & concluſ.253. n.20. Honded. conſ.36. nu.33. verſ. dummodo vol.1. Tertiò, excuſatur accuſator à calumnia præſumpta, ſi à teſtibus deceptus eſſet; Vt ſi extra iudicium promiſerunt ſe in ea cauſa teſtimonium laturos, & poſtea in iudicio ſe nihil ſcire atteſtati ſint. Menoch. de arbitr. caſu 321.nu.19. Farin. vbi ſupra n.49. & alii ab ipſis citati. Quartò, excuſatur à calumnia accuſator, cum probet ſe audiuiſſe à fide dignis. Menoch. vbi ſupra num.20. Farin. n.50. Quintò, ſi accuſat neceſſitate officii. Menoch. ibidem à n.21. & ſeqq. Farin. à n.52. & ſeqq. qui ponunt plura exempla. Sextò, ſi accuſator accuſationem probauit per teſtes, qui reiecti fuerunt propter inhabilitatem eorum perſonæ; puta, quia erant infames, excommunicati, & ſimiles; & huiuſmodi defectus non eſſent noti accuſatori. Farin. vbi ſupra n.51. Septimò, ſi accuſator habuit occiſi inculpationem. Menoch. vbi ſupra n.30. Farin. n.60 Octauò, ſi accuſator poſt propoſitam quærelam deſiſtat ab ea antequam reus citetur. Iaſ. conſ.31. num.4. verſic. ſecundo facit, col.1. Guaz. defenſ. reor.3.c.13.n.33. Nonò, ſi accuſatus

tus propter indicia exiſtentia contra eum fuerit tortus, quamuis negatiuus. Sufficit enim delictum eſſe taliter probatum, quod accuſatus habuit neceſſe ſe purgare per torturam. Crauet.conſ.178.nu.10. Caual. de Brach.reg.3.p.3. nu.280. circa fin.Farin. vbi ſup. nu.62. vbi reprobat Riminald., & alios contrarium tenẽtes, & ſequitur Guaz. d.ca.13.n.38. Decimò, excuſatur, ſi accuſator habuerit indicium ſufficiens ad inquirendum. Farin. vbi ſupra nu.62.in fine. Guaz.ibidem nu.39.& n.40.ampliat etiamſi non fuerit ſufficiens ad inquirendum. Et multo magis excuſatur, ſi accuſationem probauit per vnum teſtem. Bald.in c.cum dilecti de electione. Marſil.in pract.§.conſtante num.97.& ſing.47. Scac. de iudic. cap.51.n.16. Maſc. de prob. concl. 24.nu.11. vol.1. Honded. conſ.96. n.30.vol.1.Bertaz conſ.212.n.5.in fin.& n.10.in fine,Benintend.dec. Bonon.64. nu. 1. Etiamſi iſte teſtis deponeret de confeſſione extraiudiciali delinquentis. Iaſ.conſ.2. nu. 6.vol.1. Si tamen iſte teſtis non eſſet fatuus, vel inſanus, idem num.7.

Vndecimò, ſi teſtes ab accuſatore nominati,&c. humanis deceſſerunt,gl.in c.1.§.fin. verb. ſufficiens de elect.in 6. Sunt etiam aliæ cauſæ excuſantes à præſumpta calumnia accuſatorem, de quibus videndi ſunt. Farin.d.qu.16.Guaz.d.cap. 13.Maſcar.Menoch. & alij ab ipſis

13 citati. Et præſumpta calumnia, quæ admittit ſupradictas excuſationes, dicitur, quando accuſator non probat delictum, vel quando poſt cæptum iudicium ab accuſatione deſiſtit, Clar.q.62. nu.4.verſ. vera calumnia, Rim.iun.conſ.303. n.10.Guaz.d.c.13.n.42.Farin.d.qu. 16.nu.10.& 11. Nam accuſator eo ipſo,quod non probat propoſitam accuſationem calumniare præſumitur,c.cum dilectus,& ibi Abbas n.5 de calumniator.Barboſ.ibid.in collect. doctor. num. 16. vbi alios citat.

14 Accuſator tamen non poteſt de calumnia condemnari, niſi ſibi præfixo aliquo competenti termino ad deducendum,& probandum aliquam iuſtam cauſam, ſi quam habet,quare non debeat de calumnia condemnari. Bartol.in l.1. in princip.ff.ad Turpill. & in l. athletas §.calumniator n.6. ff.de his qui notant. infam.Clar.q.62.n.9. Boſſ. tit.de accuſat.nu.9. Et tunc poteſt de calumnia condemnari, ſi nihil deducat, quod releuet. Clar. ibid. Et poteſt calumniator in eodem iudicio condemnari, quo accuſatus abſoluitur, & non eſt opus nouo proceſſu. Oportet tamen abſolutoriã accuſati in ordine præcedere,& poſtea in eadem ſententia, in vno contextu, non diuertendo ad alia, accuſatorem de calumnia condemnare.Salic.in l.1. n.3. C.de calumn.Clar.vbi ſupra, iuxta formam infra traditam par.7.cap.17. num. 9. Et ſi ſententia ſequeretur non dato prius termino prædicto erit nulla. Fab. à Monteleon. par. 4.n.237. fol.153. Villagut.in pract. crim.lib.2. cap.vnico concl.1.& 2. Guaz.d.c.13. n.50. Et ſi calumniator in eodem proceſſu,& ſentẽtia,

dato

dato prius termino, non eſſet con
demnatus, non per hoc eſſet abſo-
lutus, ſed opus eſſet alia inſtantia,
& alio proceſſu, & termino, Clar.
vbi ſupra, & ſiue ad inſtantiam
partis, ſiue ex officio iudicis, per
aliam ſententiam poterit condem-
nari.

15 Nam iudex poteſt procedere ex
officio abſq; accuſatore contra ca
lumniatorem euidentem. Bart. in
d.l.1. in princ. ff. ad Turpil. Baiard.
ad Clar. d.q.62. n.18. & Iaſ. conſ.2.
n.4. vol.1. dicit, quod iudex pote-
rit ex ſuo officio nobili infra vi-
ginti annos agere contra accuſato-
rem de calumnia.

16 De admonitione, ſeu correctio-
ne fraterna an requiratur neceſſa-
riò, quod accuſationem aut denun-
ciationem præcedat? ſunt variæ
opiniones; Prima opinio eſt, quòd,
quando delictum non eſt famoſum,
& nō eſt periculum in mora, quòd
ſemper debet præcedere, ex præce-
pto Chriſti. Matt.18. Si peccauerit
in te frater tuus corripe eum inter
te, & ipſum ſolum: Probatur etiam
ratione; nam accuſatio, vel denun
ciatio fieri debet cum minimo,
quoad fieri poteſt, detrimento fa-
mæ, vel honoris proximi. Ergo, ſi
per correctionem ſperatur eius e
menda, accuſari non debet, ita
Durand. in 4. diſtin.19. qu.4. ad pri-
mum, Caiet. 2.2. qu.93. art.7. Lorca
17 ibi art.8. diſp.47. n.27. D.Thom. in
4. d.17. qu.2. art.3. qu.1. ad 4. refert
duas opiniones aliorum, & nul
lam improbat. Prima, quod ad
accuſationem procedi non debet,
ſecundum forum conſcientiæ, non
præmiſſa monitione, & emenda-
tione expectata: niſi fortè maiori
periculo obuiandum videatur, aut
peccatum ſit publicum; quamuis
ſecundum forum cauſarum non
requiratur, quòd accuſationem
præcedat monitio. Secunda opi-
nio, Diui Thomæ eſt, quod in ac-
cuſatione non agitur ad emenda-
tionem peccantis, ſed ad bonum
commune, ſcilicet ad iuſtitiam
conſeruandam per punitionem de-
linquentis, ideò accuſatio in iudi-
cio bona conſcientia fieri poteſt,
etiamſi admonitio non præcedat.
Nec eſt contra præceptum Domi-
ni de correctione fraterna, quæ in-
telligitur quando agitur ad emen-
dationem peccantis, ita D.Thom.

18 Sed variant Doctores circa hanc
opinionem D.Tho. Sylu. in verbo
accuſ. n.3. vers. tertio vtrum accu-
ſationem, exiſtimat, quòd D.Tho.
teneat primam opinionem, ſed ali-
ter ſentit Caiet. 2.2. qu.93. art.3. vbi
19 dicit, quod quando accuſatio eſt
tantum licita, ſeu permiſſa, & non
præcepta, ita vt quis poſſit accuſa-
re, vel non; & tunc tenetur premit-
tere ſecretam monitionē, ſi eſt ſpes
certa emendæ. At verò vbi accuſa-
tio eſt præcepta, nō prærequiritur
monitio à Caiet. Sotus diſſentit lib.
5. de iuſt. qu.5. art.1. dub.3. dicens,
20 quòd quando accuſatio eſt licita,
ſeu permiſſa, & conceſſa, & non eſt
de præcepto; non eſt opus, vt præ-
cedat ſecreta correctio, ſcil., quan-
do accuſatio proponitur in cauſa
propria, ſeu quādo accuſator pro-
ſequitur ſuam, vel ſuorū iniuriam,
& ſolum intendit id, quod ſua

inter-

intereſt, & ita etiam tenent dub.3. Filliuc.tom.2.tr.40.ca.7.num.210. Azor.par.3.lib.2.cap.19.verſ.quod dicas, Sanch. in opuſc. lib.6. ca.2. dub.27.n.4.concl.1.in 4.opinione. Sed quando eſt in præcepto diſtinguit; aut crimen eſt perpetrandum contra bonum publicum, & tunc non debet præcedere correctio fraterna. Niſi certo quis ſciat per ſuam priuatam correctionem ſufficienter proximum eſſe emendandum; Aut crimen eſt committendum contra tertium innocentem; & tunc correctio fraterna debet præcedere, niſi certo crederet ſecuturum damnum iſtius tertii innocentis. Petr.Nau. tom.1.li.2.ca.

21 4.nu.254.dicit; quod ſiue agatur pro bono communi, ſiue pro bono particulari, ſi nulla neceſſitas, vel vtilitas mei, vel tertii, vel Reipublicæ intercedat, quia ſcilicet reus iam publicè eſt emendatus, vel ſatisfacere ſit paratus, tunc licet non ex iuſtitia; tamen ex charitate tenetur præmittere monitionem, quando eſt ſpes ſatisfactionis, vel emendationis.

22 Alia opinio abſolutè negat, correctionem fraternam præcedere debere accuſationem. Quia accuſans primario, & principaliter intendit punitionem delinquentis; correctio autem primario, & principaliter intendit emendationem fratris. Nam eſt accuſatio non ſolum de criminibus pendentibus in futurum, aut de quibus frater non eſt emendatus; ſed etiam de præteritis delictis, & de quibus frater eſt iam ſufficienter emendatus, & ſic non fit ad emendationem, ſed publicam punitionem, ob Reipublicæ ſatisfactionem, & publicum exemplum, vt cæteri deterreantur à maleficiis committendis, & cap. qualiter, & quando *el* 2.de accuſat. Et quod tantum in denunciatione requiritur fraterna correctio, & non in accuſatione, ita gl.in 2.q 8. initio, cap.licet de Heli de Simon. Scot.in 4.diſt.15.Dried. de liberta. Chriſtian.lib.2. cap.10.gl.2. qu. 8. Angel. verbo accuſatio. 1. Armill. eodem verbo n.3. Tabien. num. 2. Palud.in 4.diſt.19. q.4. ad 1. Abul. in cap.18.Matt.q.96.ad 6.Turrecr. in cap.ſi peruenerit 2.q.1. n.30. ad 5.Nauar.in manual. cap. 18. n.30. & in c.inter verba concl.6. nu.244. Adrian.in 4.de correct. frater. col. 17.vers.ad ſecundum, Angles in florib.par.2.de correct.frater. ar.2. diffic.1.pag.69.Ledeſm.par.2.ſum. tract.8.ca.23.concl.2.dub.1. Azor. par.3.lib.13.concl.19. dub. 3. opin. 2.Bonac. in decalog.diſp.10. qu.3. punct.5. prop.4. Valer. de differ. vtriuſque fori verbo accuſatio differ.1. Vbi idem dicit de denunciatione iudiciali, Lezan.tom.1.c.27. n.23. aſſerens, quòd accuſator poteſt etiam occultum crimen deferre, neque tenetur ex iuſtitia ſecretam præmittere correctionem, ſed ſufficit quòd poſſit probare delictum; & licet D.Thom. ſupra citatus; referens ſupradictas duas opiniones, & Sylu.d.verbo accuſatio exiſtimet, quod D.Thom. teneat primam opinionem; tamen contra Syluestrum, quòd D. Thom. teneat hanc ſecundam opinionem,

& non

& non primam, dicunt Sot. de ſecret.membr.2.q.5.concl.4. verſ.ſed dubium, Azor.vbi ſupra, Suar.to. 4 de relig.tr.10.lib.10. ca.12.n.48. Megal.in pract.crim.c.10. n.10.in fine, Pelliz.in manual. regul.tr.9. c.4.ſect.2.n.42.

23 Tandem alia opinio dicit, quòd ex iuſtitia non eſt præmittenda fraterna correctio, quando delictum eſt probabile, ſed tantum ex charitate; quando tamen priuatis monitionibus intelligitur emendandus. Nauarra lib.2.de reſt.ca.4. dub.13.nu.450 451.in 2.edit. Leſſ. lib.2.de iuſt.cap.30.dub.2.num.12. Filliuc.tr.40.c.7.n.203.204. Caſtr. Pal.tract.6.dub.3.p.15.n.3. Lezan. vbi ſupra, dicit, quod aliquando eſt contra charitatem nulla præmiſſa monitione accuſare, vbi citat Leſſ. vbi ſupra, & Aldret. lib.1.de religioſ. diſcipl.cap.3. 1.6. Sed Leſſ. dicit procedere quando certo creditur fratrem emendandum priuatis monitionibus. Alias non eſt adhibenda correctio, idem ſentiunt Pelliz.d.ſect.2. nu.82.in fine, & Baſſeus verbo accuſatio nu.3.idem videntur ſentire Io.de Caſtil.de iuſtit. lib.2. tract.1. diſp.7.dub.2.n.9. & Duual.in 2.2. tract.de correct.q.9. ar.5.

24 Pro concordia harum opinionum diſtinguendum eſt; Aut loquimur pro foro externo, & validitate accuſationis, vel denunciationis, & de rigore iuris non eſt neceſſaria admonitio. Et ita procedit opinio, ſupra relata num.22 Nam ſufficit pro hoc foro iudiciali, quod accuſatio non ſit calumnioſa, vt patet ex d.cap.qualiter, & quando de accuſat. Et confirmatur ex ſtylo, & obſeruantia vniuerſali, dum à iudicib. numquam repudiatur accuſatio ex defectu admonitionis; nec intereſt iudicibus videre ſi in foro conſcientiæ accuſatio ſit iuſta, vel iniuſta, cum ſufficiat pro tali, quod accuſatio probetur. Nec in foro Eccleſiaſtico de rigore requiritur in accuſatione, quod præcedat ſecreta correctio, ſpectata eius natura, Lorca 2.2.D. Thom.diſp.47.n.27.de Caſtil. de iuſt.lib.2.tract.1.diſp.7.dub.2.nu.9. Duuellius 2.2.tract. de correct qu. 9.ar.5.Card.de Lug.de iuſt.tract.2. diſp.37.ſect.7. n.81. Dian.par.7.tr. 3.reſol.57.verſ.quæ opinio.Io. Valer.de differ. vtriuſque for. ver.accuſatio differ.1. Bonac.tom.2 diſp. 10.q.3 pun.1.n 4.

25 Si verò loquamur pro foro conſcientiæ, & generaliter ex iuſtitia, nec eſt præmittenda fraterna correctio, quando crimen eſt probabile in iudicio, gl.4.q.8.initio, cap. licet de Simonia. Filliuc.tract.4?. cap 4.num.203. Quia accuſatio eſt inſtituta propter bonum publicū, vt crimina puniantur ad aliorum exemplum; ita etiam Doctores ſecundæ ſententiæ. Verum, quod ſi delictum eſt occultum, ſeu non publicum, & famoſum, licet probabile; & ſperatur, vel credatur certo emenda fratris, aut ſatisfactio partis læſæ, & non eſt crimen exceptum, tunc ex charitate debet præcedere correctio, præſertim ſi perſona ſit honeſta, & bonæ famæ, ita Doctores ſupracitati. Leſ. de

de iuſt.c.30.dub.2.Filliuc.t.2.tract. 40.c.7.q.2.num.203.in fine, & ſeq. Azor.lib.13.ca.19. dub.3. Aſſerentes, quod ex debito tantum charitatis,& non iuſtitiæ debet præmitti correctio, & hoc procedit tam in accuſatore, quam in denunciatore, nam Euangelium nihil diſtinguit inter accuſatorem, & denunciatorem. Et pro hac opinione faciunt omnes Doctores vltimę opinionis, quæ non eſt contraria, ſed potius declaratiua primæ opinionis c.2.& c.cum dilectus, & ibi gl.in verbo præmonitum de accuſat.Et licet Azor.& Sanch. ſupra citati dicant, quod quando accuſatio fit ab homine in cauſa propria ad recompenſationem iniuriæ, aut damni accepti,non eſt neceſſaria præmonitio;hoc debet intelligi ex iuſtitia; Nam quando quis habet ſpem certam,quod proprium damnum, & propria iniuria poteſt recompenſari ſine accuſatione, & quod ſola fraterna correctio ſufficit ad inducēdum illum ad debitam ſatisfactionem: tunc ceſſat finis accuſationis, & frater-
26 na correctio debet præcedere, & iudex debet reijcere denunciatio-
27 nem.Et quoties accuſatio eſt pręcepta,videlicet, quando quis obligatur accuſare, vel quia crimen eſt publicum, vel quia eſt contra bonum publicum,& adhuc pendet in futurum, vel continuandum putatur in futurum; vel quia eſt contra tertium, & pendet etiam in futurum: in his caſibus non prærequiritur monitio. Dixi primo, quando peccatum eſt publicum; nam tunc non prærequiritur monitio, quia Matt.18.non loquitur de peccatis publicis, ſed de peccatis occultis,quæ fiunt coram te; ideſt non publicè, & coram aliis, illos turbando, & ſcandalizando: Tunc enim non ſolum adhibendum eſt remedium ei, qui peccauit, ſed illis coram quibus commiſſum fuit peccatum,vt ſcandalizati non remaneant, ſi non viderint ſubſequentem pœnam. Quæ pœna infligi non poteſt niſi à iudice mediante accuſatione, vel denunciatione, & de hoc peccatorum genere inquit Paul.1. Timot. 5., peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant, & in c.1.de pœnit.& remiſſ.dicitur manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda, &c. ſi peccauerit, 2. qu.1.corripienda ipſa ſunt coram omnibus,quę peccantur coram omnibus. Et ita dicunt D.Thom.vbi ſupra.Sylu. ver. correctio qu.3.in fine. Piſanel.eodem verbo §.quo ordine procedendum,Ledeſm.2.par.ſum.tr.4.cap.4. concl.21.Vega par.1. ſum. cap.71. caſu 35.Rodriqu.qq.reg.6.art.4. Reginald.in princ.lib.24. num.53. Bann.2.2.qu.33.art.8.dub.6.Greg. de Valent.2.2.diſp.3.quæſt.10.p.5. Sanch.in opuſc.lib.6. cap.2. dub.5. num.2.

28 Vnde peccatum commiſſum in loco publico Monaſterii, Conuentus, vel Collegij, licet non ſciatur extra illud, tenentur, qui ſciunt accuſare illud, & idem dicunt Vega par.1.cap.71. caſu 37. & Piſanel.dicto verbo accuſare §. notorium,

rium, quando peccatum eſt per publicam famam diuulgatum. Et adeo hæc accuſatio, vel denunciatio, eſt præcepta, quod religioſi, qui tale peccatum alterius ſciunt, & non ſtatim accuſant, vel denunciant, apud legitimum Prælatum peccant mortaliter, quamuis peccator ſigna oſtendat pœnitentiæ. Quia ſatisfaciendum eſt publico ſcandalo. Sylu. dicta quæſt. 3. in fine, num. 3. in fine, nam per pœnitentiam ſatisfit Deo: ſed per punitionem impoſitam in iudicio ſatisfit Reipublicæ, vt cæteri timeant, & quietius viuant. Et hoc officium accuſandi, & denunciandi ad omnes, & ſingulos religioſos pertinet, Peyr. de ſubdit. qu. 1. cap. 16. §. 2. ver. quare peccant.

29 Dixi ſecundò, quod peccatum contra bonum publicum, ſeu in perniciem publicam quando eſt in fieri, licet occultum, ſtatim eſt denunciandum, & accuſandum, nulla prætermiſſa fraterna correctione, ita D. Thom. qu. 33. art. 7. & 2. 2. qu. 68. art. 1. & quæſ. 70. art. 1. ad ſecundum, Caiet. Salon. Petr. de Aragon. & Bannes d. quæſtio. 68. art. 1. Alex. de Alex. par. 3. qu. 42. membr. 1. Nauar. in c. inter verba 11. qu. 3. concl. 6. corollar. 61. num. 638. & in manual. capit. 25. num. 33. Sylu. verbo accuſatio qu. 2. n. 3. Tabien. eodem verbo n. 4. Armilla num. 6. Roſella num. 1. Hurtad. tract. de iudice forens. diſput. 2. difficult. 4. Azor. 3. par. lib. 13. ca. 3. dub. 3. Bonacin. diſp. 20. q. 3. punct. 1. Angles de correct. art. 2. difficult. 2. Greg. de Valent. tom. 3. diſp. 1. q. 12. pun. 1. Sot. lib. 1. de iuſt. q. 5. art. 1. concl. 1. & de ſecr. membr. 2. q. 4. concl. 2. & q. 5. concl. 1. Vega par. 1. cap. 71. caſu 35. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 4. n. 257. Sayr. in Clau. reg. lib. 12. ca. 14. num. 6. Filliuc. tract. 4. cap. 7. num. 213. Peyr. de ſubdito quæſt. 1. §. 2. ver. dico ſecundo, Sanchez in opuſc. lib. 6. cap. 2. dub. 5. nu. 5. Guttier. canon. lib. 1. cap. 11. num. 53. Barboſ. qui multos cumulat in collect. doct. ad cap. ſicut dignum nu. 22. & 23. de homicid. Et colligitur ex Leuit. 5. vbi dicitur, ſi peccauerit anima, & audiuerit vocem iurantis, teſtiſque fuerit, quod aut ipſe vidit, aut conſcius eſt, niſi indicauerit portabit iniquitatem ſuam, & Ratio eſt, quia iure naturali vnicuiq; incumbit cura boni communis, & impedire malum tam corporale, quàm ſpirituale illius omni modo quo poſſit. Et ideo tenetur quiſque talia crimina accuſare, etiamſi ſibi amiciſſimus ſit delinquens. Ac etiam ſi promiſiſſet ſeruare ſecretum, Sot. dicto libro quinto de iuſtit. quæſtio. 5. art. 1. Sayr. dicto lib. 12. capit. 14. numer. 6. bonum enim publicum præferendum eſt particulari, qualis eſt fama delinquentis. Et licet D. Thom. dicto art. 7. Theologi in 4. diſtinctio. 19. canoniſti in ca. nouit de iudic. & in c. ſi peccauerit 2. qu. 1. Salon. Aragon. & Sayr. ſup. citati, limitant, niſi quis firmiſſimè exiſtimaret, & certus omnino eſſet, quod ſtatim per ſecretam monitionem poſſet huiuſmodi mala impedire.

Y Tamen

Tamen non debet quis confidere ſoli correctioni ſecretæ, & priuatæ, niſi ſit vir magnæ auctoritatis, & efficaciæ, dicit Sot. vbi ſup.

30 Et inter peccata in perniciem publicam. Filliuc. vbi ſupra num. 5 enumerat crimen hæreſis; compilatio ærarij publici; proditio ciuitatis, Patriæ, &c. Rebellio contra Regem; Falſificatio monetarum; Aſſaſſinium; Graſſatio viarum; Subornatio ſuffragiorum, in Cathedris, & electionibus. Item quando quis in ciuitate, vel monaſterio conatur ſubuertere fratres; hæc & ſimilia peccata dicuntur vergere in perniciem publicam, eo quod proximum eorum obiectum eſt bonum publicum, quod ab illis expugnatur. Sed pater Bouer. in direct. for. iudic. par. 2. c. 11. vers. quòd ſi quæratur apud regulares inter crimina contra bonum publicum enumerat cõſpirationes in corporale damnum Generaliũ, Prouincialium, & eorum delegatorum, Procuratoris ordinis, Diffinitorum, Cuſtodum, Guardianorum, ac Superiorum localium; Item ſubornationes in electionibus, tam localibus, quam capitularib.; Simonias, Aggreſſiones ferro factas; Graues percuſſiones, Homicidia; peccatum fornicationis, quando morale imminet periculum publicationis apud regulares, quę ſunt contra bonum publicum, non quia immediatè, & per ſe tendunt in perniciem publicam; ſed quia mediatè, & reſpectu ſcandali, quod ex ipſis oritur, & infamiæ, quæ in totum corpus religionis redundat. Suar. de fide, ſpe, & charit. diſp. 8. de pract. char. ſect. 6. nu. 11. Sanch. in decalog. tom. 2. lib. 6. c. 56 n. 50. Bouer. vbi ſupra c. 12. & licet abſolutè, & ſine limitatione periculi publicationis inter delicta, contra bonum publicum reponant, Valer. in differ. vtriuſq; for. verbo inquiſitio differ. vltima. Miranda de ordin. iudic. q. 11. ar. 2. Ximenz. in declar. regul. ca. 10. q. 2. concl. 3. num. 17. Ceſped. in curſu Theolog. tom. 2. tr. 27. diſp. 6. ſect. 4. n. 39. tamen Dian. par. 7. tract. 3. reſol. 62. Cum dicto P. Bouer. dicit, quod peccatum carnale committens ex mera fragilitate non captata, ſed oblata occaſione caſualiter, non eſt denunciandus, ſine præuia correctione, ſed peccantes ex malitia, vt ſunt, qui lapſus occaſiones quærunt, domus ſuſpectas ingrediuntur, litteras amatorias, & donuſcula mittunt, & ſimiles actiones faciunt; hi ſunt denunciandi ſine præuia correctione; quia ſunt animo corrupti, & aliorum corruptores, & fraternam correctionem non prodeſſe, ſed obeſſe putant.

31 Verum, quòd etiam neque in prædictis caſibus tenetur quis ad accuſandum, niſi id poſſit teſtibus probare. Quia quando crimen eſt omnino occultum, & improbabile, nemo tenetur accuſare delinquentem, quia nemo tenetur alteri ſuccurrere cum ſuo damno, & cum periculo expreſſo incurrendi pœnam talionis. D. Thom. q. 68. ar. 1. Debet tamen eo caſu denunciare delinquentem ſuperiori, non tamquam

quam

quam iudici, ſed tamquam patri, vt remedium adhibeat,non autem vt puniat, & vt poſſit prodeſſe, & non obeſſe, Sanch.in opuſc. par.2. lib.6.c.2.dub.5.nu.8. Sot.de ſecret. memb.2.qu.4. poſt ſecundam concluſionem, & lib.5.de iuſt. q.6.art. 2. poſt quartam concluſionem. Sylu.verbo correctio qu.5. Angel. verbo denunciatio in princ. & alii à Sanch.citati, & ſi hoc non ſufficit, poteſt ſuperiori tamquam iudici tale crimen denunciare ad obuiandum malo communi, cum proteſtatione, quòd tantùm intendit denunciare ſine obligatione probandi crimen. Sot.de ſec.memb.2.qu.5.concl.1.verſ.quod ſi quis arguat, Sayr.d.c.14.nu.6.in fine, Filliuc.vbi ſup.n 215.

32 Quando delictum contra bonum commune, licet ſit occultum, eſt tamen probabile, tenetur quis illud denunciare ſuperiori tanquam iudici. Palud.4. diſt.19. quæſtio.4. Viguer.lib.inſtit.cap.12. §.2. verſ. ſeptimo, Vega prima par.cap.71. caſu 35.Ledeſm.2.par.ſumm. tr.4. cap.4. concl. 21. Nec tenetur quis accuſare, aut denunciare crimen, ſi in totum factum, & completum ſit, ita vt nullo modo maneat in actu, nec pendet in futurum, aut peccans non verſatur in periculo relabendi, ſiue ſit in perniciem publicam, ſiue contra particularem perſonam; etiam ſi teſtes habeat, quibus probare poſſit. Ratio eſt, quia vindicta criminis non ſpectat ad priuatam perſonam, ſed ad perſonam publicam. Et ideò cum accuſatio criminis peracti tantùm pertinere poſſit ad vindictam ob bonum commune, non obligat perſonam priuatam, ſed publicam. Benè verum, ſi fuerit in iudicio vocatus à iudice, & interrogatus iuridicè, reſpondere tenetur, tamquam teſtis. Tolet.l.5.cap. 57.Sayr.lib.12.c.14.n.7. Filliuc.tr. 40.cap.7.n.216. Baſſeus verbo accuſatio n.6. in fine.

33 Dixi tertiò, quòd quando crimen eſt contra tertiam priuatam perſonam, & in fieri, vel in procinctu, vt fiat; videlicet, ſi ſcias Petrum inſidias parare ad necem Pauli; debet quis ex præcepto accuſare malefactorem, ſi probare poteſt crimen.D.Thom.2.2.qu.33. art.7.Salon.2.2. q.68.contr.1.concl.1.Sot.lib.5.de iuſt.qu.5.art 1.Et de ſecret.memb.2.qu.4.concl.2. Et ſi non poteſt probare, debet denunciare illud iudici eo modo, quo poteſt, vt euitetur malum, & vt poſſit prodeſſe,& non obeſſe. Sot.dicta concl.2.Trullench. in decalog.tom.1.lib.1.c.5.dub.16. n.3. Villalob.in ſum.tom.2. tr.4. diffic. 12.num.1.Filliuc.tom.2.tr.28.c.7. n.149.Coninch.diſp.28.de Charit. dub.8.n.147.& 148. Caſtr.Pal.tom. 1.tract.6.diſput.3.punct.13.num.7. Etiam ſi iuramentum præſtiterit de non denunciando. Aut debet denunciari illi tertio,vt poſſit à tali malo præcauere, non reuelando tamen perſonam delinquentis. Sayr.d.cap.14.n.8. Ratio eſt, quia vnuſquiſque tenetur quantum poteſt via licita proximum ab omni damno, & iniuria illæſum tueri, iuxta illud. Prou.24.erue eos, qui

Digitized by Google

ducuntur ad mortem, & magis debemus proſpicere bono innocentis, quàm famæ nocentis, ſi illud bonum ſit magni momenti. Limitant tamen Doctores, ſi certò ſciat, poſſe illum cum admonitione à facinore remouere; ſecus ſi non eſt certus; ſed dubitat, an reſipiſcat. Sanch. in opuſc. lib. 6. cap. 2. dub. 5. num. 9.

34 De iuſtitia requiſita in accuſatione. Reſpondetur; ad eius iuſtitiam ſeruandam communiter cauendum eſſe à tribus; ſcilicet à calumnia, à præuaricatione, & à tergiuerſatiòne. D. Tho. q. 68. ar. 3. Sot. de ſecr. membr. 2. qu. 5. concl. 5. & eſt concluſ. 2. q. 3. c. ſi quem pœnituerit. De calumnia præcauenda diximus ſupra, à num. 6. vſque

35 ad 15. Præuaricatio eſt, quando quis cum fraude abſcondit crimina, de quibus accuſatio propoſita erat, diſſimulando, & non inducendo veras probationes contra eum; vel acceptando falſas exceptiones. vt eum ab accuſatione liberet. Quocumque modo accuſator præuaricetur in cauſis criminalibus, & inde notabile damnum Religioni ſequatur; vltra peccatum mortale, aderit obligatio reſtituendi. D. Thom. quæſtio. 68. art. tertio ad 2. Sayr. in Clau. reg. lib. 12. cap. 15. num. 14. Quæ præuaricatio alio nomine dicitur colluſio; & hoc vitium non ſolùm cadere poteſt in accuſatorem, ſed etiam in aduocatum, procuratorem, & ſcribam. Sot. de ſecr. memb. 2. q. 5. concl. 5. & in foro fori debet puniri iudicis arbitrio pro qualitate criminis, & damni facti in Republica, l. 1. & 2. ff. de præuaricator. Anton. Roſell. in repet. ca p. ſi autem 11. qu. 6. num. 14. Sed ſi quis propriam iniuriam proſequatur, & punitio Reipublicæ non eſt ne-

36 ceſſaria; tunc illi liberum eſt ab accuſatione deſiſtere, & ſuas probationes diſſimulatione præterire; dum tamen ad id non aliqua vtatur falſitate. Nauar. in cap. inter verba concl. 6. coroll. 61. num. 643. Gabr. in 4. diſtinct. 15. qu. 6. art. 2. concl. 5. Azor. inſtit. mor. par. 3. lib. 13. cap. 19. dub. 7. verſ. tertio in fine, Et iudex non poteſt cogere partem offenſam ad accuſandum, vt poſt gl. &c. Clar. qu. 15. nu. 5. Et qui expreſsè renunciat accuſationem, non poteſt vlterius proſequi accuſationem. Quia ad ius expreſsè renunciatum non datur regreſſus, l. ſi filius ff. de minor. Afflict. in conſt. accuſationem in fine; Foller. in pract. crimin. in verbo audiantur

38 exceptiones num. 30. Poteſt tamen offenſus cogi à iudice ad manifeſtandum offenſorem. Foller. in practic. crimin. Canon. in verbo teſtibus diligenter examinatis, nu. 28. Guaz. defenſ. reor. 14. cap. 11. num. 22. Etiam per torturam, & defenſ. 19. cap. 4. nu. 5. addit. ad Theſ. deciſ. 42. Tuſc. litt. T. concl. 333. in fine, de qua re ſermonem faciemus par. 4. cap. 16. §. 2. num. 12. niſi delictum fuiſſet de nocte commiſſum, vel in nundinis in multitudine gentium. Guaz. vbi ſupra.

39 Tertiò. Tergiuerſatio eſt, quando abſque iuſta cauſa deſiſtit, quis ab accuſatione obligante eum, ratione

tione boni communis, & hæc tergiuerſatio eſt peccatum mortale, quia facit grauem iniuriam bono communi. D.Tho.ſupra cit.art.3.
40 ad 3. Et in foro exteriori, ſi deſiſtit abſque iudicis licentia petita, & obtenta incidit in pœnam Senat.Conſult.Turpill.vt in l.1. ff.ad Turpill. Et contrahit infamiam, & extraordinariè arbitrio iudicis eſt puniendus, l.2. in fine, C.eod. Quam licentiam iudex concedere non debet niſi cauſa cognita, l.2. & 3.& ibi Bald. C. de abolit. Lici
41 tum tamen eſt in aliquibus cauſis ſine peccato deſiſtere. Primò in cauſa propria, vt dictum eſt ſupra, cum licentia tamen iudicis, ſi cauſa eſt cæpta, & cum licentia etiam rei, ſi fuit ſubiectus tormentis, vel ex accuſatione infamatus. Megal. pract. crimin. cap. 10. numer. 30. Bouer. in director. par.2. cap.18. ver. in cauſa criminali fol.72. ex l. ſi quis ff. de his, qui notant. infam. gloſ. in cap. 1. de collu. det. Sylu. verbo accuſatio 5. num.8. Et in actione furti, non poteſt actor tranſigere ſine iudicis auctoritate, Alioquin notatur infamiæ, l. furti §. pactum ff. de his qui not. infam. gloſ. in capit. primo de colluſ.tegen. Leſs. de iuſtit. lib.2. cap.30. dub.3.num. 17.
42 Secundò, quando initio accuſationis putauit ſe bona fide aliquem accuſaſſe, & poſtea in proceſſu videt ſuum errorem, & deceptum fuiſſe, vel ab aduocato ſuo, vel à teſtibus, aut aliis, aut ſi res illi incipit eſſe dubia; Vel ſi animaduertit crimen probare non poſſe: Aut certò videt iudicem non eſſe iuſtè iudicaturum: Tunc enim deſiſtere poteſt, capit. ſi quem pœnituerit 2.quæſtio.3. Clau. reg. dicto capit. 15. numer.15. Bouer. dicta par.2. cap.18. verſ. nonnunquam.
43 Tertiò, quando accuſauit aliquem etiam in cauſa publica, ſed falſo. Tunc tenetur in foro conſcientiæ ſtatim ab accuſatione deſiſtere; etiamſi in foro exteriori puniatur. Sylu. verbo accuſatio qu.6. Angel.eodem verbo num. 8.
44 Quartò, propter metum cadentem in virum conſtantem. Sot. dicto membr.2.qu.2.concluſ.5. Clau. reg.dicto nu.15. Filliuc. d.tract 40.
45 c.7 nu.207. Poteſt etiam Princeps ſua auctoritate, aut in principio accuſationem repellere; aut admiſſam poſtea abolere iuſta de cauſa; Puta, ſi perſona accuſata eſſet Reipublicæ maximè neceſſa-
46 ria, vel vtilis. Iudex autem inferior non poteſt, niſi ex epicheia, ſi non ſit recurſus ad principem ſupremum; Et etiam in hoc caſu ſi videt, quòd acceptando accuſationē, vel acceptatam non reſcindendo, maius damnum Reipubl. quàm vtilitas poteſt euenire, poteſt non acceptare, & acceptatam reſcindere, Caiet.2.2.q.68.art.3. ad 3.Sot.de ſecret.membr.2.concl.5.qu.5.Leſs. de iuſt.lib.2.cap.30.n.15. Sanch.in opuſ. lib.3. capit.vnico num.19. & lib.6.cap.4.dub.1. num.6. Aragon. 2.2. quæſtio.60.art.5. ca.103. Rodriq.tom.2.qq. regul.43. art.5.

Sed

Sed veriùs puto, quòd iudex inferior poſt admiſſam accuſationē, non poteſt propria auctoritate abolere, ſed ſententiam differre, & interim principem admonere. Card. de Lugo tom. 2. diſp. 37. ſect. 7. n. 34. Bouer. in direct. par. 2. cap. 19. verſ. ipſam quoque, vbi inquit, quòd Prouincialis accuſationem admiſſam non poteſt propria auctoritate abolere inconſulto Generali; poteſt tamen ante acceptā accuſationem ob defectum, vel aliam iuſtam cauſam reijcere, & tunc actor ab accuſatione etiam deſiſtere poteſt; etſi alioqui accuſare teneatur. Idem Bouer. ibidem c. 18. ver. poſtremo.

47 Et ſi Accuſator, aliter quam par eſt, deſiſtat, poteſt iudex procedere per inquiſitionem. Leſſ. de iuſtit. li. 2. cap. 30. dub. 3. nu. 32. in fine. Sed Clar. §. fin. q. 14. n. 1. & q. 51. nu. 11. Limitat, vt poſſit iudex tunc per inquiſitionem procedere in ijs caſibus in quibus ab initio potuiſſet procedere ex officio. Sed hanc limitationem impugnat Farinacius q. 4. n. 32. in fine, vbi ait, quòd hodie de conſuetudine iudex in omnibus delictis ex officio procedere poteſt. Et ſequitur Baiard. d. quæſtio. 51. n. 30. & Berti in ſua prax. tit. 5. cap. 2. n. 12. vbi dicit, quod ſi Actor deſiſtit ab accuſatione, tenetur iudex vlterius procedendo inuenire

48 delicta; Tandem aduertere debet iudex regularis, quòd non debet de facili admittere omnes accuſationes, & quærimonias, nec ſtatim accuſatoribus credere; ſed videre debet ſi factæ ſint per calumniam, aut per colluſionem, aut alium illicitum modum. Necnon, ſi accuſator, eſt habilis, necne, ad accuſandum: Et ſic debet examinare eum, ſi eſt idoneus; qua intentione accuſat; quas probationes affert: & quādo videt accuſatorem non eſſe idoneum, vel accuſationē non eſſe legitimam, poteſt ex officio repel-

49 lere, parte etiam non opponente, cap. indignum 3. qu. 9. ca. 1. de accuſat. Oldrad. conſ. 124. nu. 1. Clar. qu. 15. nu. 1. Ne fruſtra fatigetur accuſatus. Et poteſt etiam proponere exceptiones contra accuſatorem, quas ipſi parti opponere non licet. Clar. ibidem n. 2. c. ſi qui ſunt & ca. quærendum 2. qu 7. Nam non minus accuſator debet carere ſuſpicione, quàm teſtis. *Boſſ. tit. de denunc. num. 39.* Et ſi eius inhabilitas proueniat de iure naturali, poteſt ſemper opponi etiam poſt litem conteſtatam. Baiard. ad Clar. q. 15. n. 3. Sed ſi accuſator non eſt prorſus inhabilis, quia poteſt expreſsè, vel tacitè conſenſu accuſati habilitari; Non poteſt repelli à iudice parte non opponente, nec à parte poſt litem conteſtatam opponi poteſt, quia hæc exceptio eſt dila-

50 toria. Clar. d. q. 15. nu. 4. In delictis facti permanentis accuſatio non procedit, niſi poſtquam conſtiterit de delicto. Gandin. in tit. qualiter fiat accuſatio col. 2. verſ. item, vt dictum eſt. Boſs. tit. de tortura ac-

51 cuſatoris n. 5. Si iudex legitimum eſſe accuſatorem, & accuſationem integram agnouerit, eam admittere debet. Bouer. in direct. par. 2.

52 cap. 19. ver. accuſatore. Et ſi accuſatio,

ſatio, vel quærela ſit porrecta ab eo, qui de iure accuſare non poteſt, nihilominus aperit viam iudici aſſumendi informationes, & inquirendi ſuper illo delicto ex officio: Propter dictam generalem conſuetudinem inquirendi ex officio in omnibus ferè caſibus, Clar. q.14. num.1. Et ideo non reijciunt iudices quærelam, etiam exhibitam ab eo, qui de iure communi accuſare non poteſt, Clar. ibidem, Azor. par.3. lib.13. cap. 19. dub.6.

53 Et aduertant iudices regulares, quòd quando vident accuſationē, aut denunciationem eſſe calumnioſam, & temerariam, & propter vindictam aut odium factam, nullo modo admittant; aliàs peccant mortaliter. D. Thom. 2.2. quæſ.68. art.1. Sot. lib.5. de iuſt. & iure q.1. art.1. Innoc. & Hoſtienſ. in ca. dudum il 2. in ver. electionis de elect. Archidia. in c. quærendum nu.1.2. q.7. Felin. in c. quæ in eccleſiarum num.13. de conſtit. Et poſſunt iudices hoc cognoſcere ex qualitate perſonarum, ex modo accuſandi, & ſimili. Menoch. de arbitr. caſu 482. num.1. Et de denunciatore loquuntur Iodoch. in pract. crim. cap.6 Baiard. ad Clar. q.7. num.13. Et ſunt nonnulli, qui prætermittunt accuſationem, & tantum denunciant ne teneantur ad pœnam talionis deficiendo in probatione; Et ideò Iudex non debet denunciationem admittere, ſi exiſtimat denunciantem eſſe inſtigatorem, niſi ſe ſubſcribat ad pœnam talionis. Bouer. in direct. par.2. cap.19. verbo accuſatore, & cap.15. in principio dicit; quòd ſi iudex depræhendit denunciatorem malignum, calumniatorem, ſubdolum, inquietum, atque huiuſmodi vitijs maculatum; ipſum cum ſua denunciatione debet reiicere. Et Roderic.

54 qq. reg.6. art.8. tom.2. quod ſi Iudices aduertant denunciatores, & delatores ex odio, vel intereſſe moueri ad calumniandum, ſeu inſequendum, quem oderunt, & non virtutis amore, aut religionis zelo, debent eos caſtigare. Quia, qui delatores non caſtigat irritat, l.1. §. nam, & puniendi ff. de off. præſid. vrb. l. vltima in fine C. locat. Et idem Bouer. d. verſ. iudex, aſſerit, quòd ſi iudex denunciatum virum in religionem eminentem, aut Prælatum magni nominis, vita, & moribus per plures annos probatum reperierit, non facile cuiuſlibet contra ipſum denunciationem admittat; ne Prælatorum, aut inſignium virorum fama, quæ Religioni maximè vtilis eſt, ac neceſſaria in graue ipſius damnum à quo-

55 cumque denigretur. Quare in tales magni nominis viros accuſatio tantum acceptanda eſt, quæ ad pœnam talionis accuſatores obſtringat, vt rectè notauit Roder. d. art.8. & colligitur ex c. repellantur de accuſat. c. peccaui 1. quæſ.1. Spec. tit. de denunc. §.1 Hoſtienſ. in tit. de inquiſit. §.2. verſ. vt autem glo.

56 Qui pacem fecerunt an admitti poſſint ad accuſandum, vide Guazz. de pace, & treg. q 9. n.22. & 32. & ſeqq.

CAP.

CAPVT II.

An quilibet pro quolibet delicto accuſare poſſit, & ipſius accuſatio admitti debeat.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet ad accuſandum admittitur in delictis publicis, ſi expreſsè prohibitus non reperiatur.*
2 *Regulares an poſſint accuſari à laicis, & an admittantur ad teſtificandum, & n. 3. & 5.*
4 *Facilius admittitur accuſator, quàm teſtis.*
6 *Delicta melius probantur per teſtes regulares eiuſdem ordinis, quàm per ſæculares, aut regulares alterius ordinis.*
7 *Religioſi, an poſſint alios religioſos accuſare, & n. 8. & 14.*
9 *Peccata nocentium nota eſſe oportet.*
10 *Accuſatores, & denunciatores ſunt vtiles religionibus.*
11 *Accuſatores debent præmiari.*
12 *Accuſatio, & vindicatio iniuriæ auctoritate publica, eſt actus virtutis.*
13 *Circumſtantiæ vt accuſatio ſit licita, quæ ſunt?*
15 *Monachus poteſt accuſare ſuum Abbatem.*
16 *Caſus in quibus ſubditi poſſunt accuſare ſuperiorem enumerantur.*
17 *Accuſatio contra ſuperiores debet admitti quando eſt legitima, alias ſubditi poſſunt appellare.*
18 *Forma ſententiæ repulſæ accuſatoris illegitimi debetur, in par. 4. ca. 3. num 62.*

1 Licet quilibet ad accuſandum admittitur in delictis publicis, ſi expreſsè prohibitus non reperiatur, l. qui accuſare, vbi Barto. ff. de accuſat. l. licitatio §. quod illicitè ff. de publ. & veſtig. Clar. quæſ. 14. in princip. Et de iure Canonico omnia crimina ſunt publica, itaut omnes accuſare, & accuſari poſſint de quolibet delicto, glo. in cap. infames in verbo fures qu. 1. Bald. in rubr. C. qui accuſ. non poſſ. Farin. quæſt. 18. num. 16. Pelliz. in manual. regul. tract. 9. cap. 4. ſect. 2.
2 num. 80. Nihilominus dubitari poteſt hic; an regulares poſſint accuſari à laicis? Et videtur dicendum, quòd non, cap. de cætero de teſt. ib. ca. cum P. Manconella de accuſat. & gl. ibi ver. laicus, cap. nullus, & ſeq. qu. 7. Spec. 3. par. tit. de accuſat. §. tertio videndum, ver. ſed nec laici, Panorm. in dicto c. cum p. ver. nota vltimo, Foller. in pract. crim. canon. ver. Accuſatione porrecta cap. 4. num. 43. Archidiac. in cap. 1. 2. quæſt. 7. Farin. qu. 12. à num. 13. & ſequ. Vbi limitat, quando agitur de proſequutione ſuæ, vel ſuorum iniuriæ, & in criminibus exceptis, & in caſu dilapidationis bonorum Eccleſiæ, & quando laicus eſt Parochianus ipſius Clerici. In cæteris negat laicum accuſare poſſe Clericum. Bellett. diſqu. Cleric. par. 1. de Clerico teſte §. 5. loquendo de non admiſſione laicorum ad teſtificandum contra Clericos. limitat, Primò, etiam quãdo ſuam,

ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur. Secundò, quoad faciendum inditium ad torturam. Tertiò, limitat in criminibus exceptis. Quartò, in defectum teſtium Eccleſiaſticorum, vt quando crimen Clerici non poteſt probari niſi per laicos. Quintò, quando delictum Clerici eſt notorium. Sextò, quando de crimine agitur ciuiliter. Septimò, ad defenſam clericorum. Et vltimò, in probatione famæ. Sed Megal. in pract. crim. cap. 13. loquendo de teſtibus, poſtquam dixit num. 8. quod laici non admittuntur ad teſtificandum contra
3 Clericos; ſubdit num. 45. dicens; ſed inter regulares exceptis inimicis omnes alij inhabiles ſunt admittendi, & plenè probant in defectum aliorum. Nam cum ex priuilegio Bonifac. 8. non teneantur ipſi ſecundum iuris apices, & rimulas procedere, nec tenentur teſtes ab humano iure factos inhabiles repellere, ſed admittere poſſunt, maximè in defectum aliorum, ex Thom. à Ieſu de viſit. regul. tract. 3. cap. 11. num. 9. Et qui admittuntur ad teſtificandum, multo magis ad accuſandum, S. Anton. 3. part. tit. 9. cap. 25. §. 6. Sylu. verbo iudex qu. 5. P. Bouer. in director. par. 2. quæſt. 17. verſic. ſed quoniam.

4 Quia crimina per teſtes, & non per accuſatorem probantur, capit. licet. Heli, & ibi gloſ. in verbo diſtinguendum de Simon. Vnde multo facilior admittitur accuſator, quam teſtis, Abb. ibid. col. 2. verſ. vltimo, Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 26. num. 5. Et eſt maius præiudicium accuſato quod quis admittatur in teſtem contra
5 eum, quam in accuſatorem. Nec Doctores, & iura ſuperius allegata procedunt data conſuetudine in contrarium, quòd laici admittantur in teſtes contra regulares; Barboſ. in dicto cap. de cœtero nu. 2. in fine; De qua conſuetudine videtur teſtari P. Bouer. in director. par. 2. cap. 29. fol. 102. ver. ſi teſtium, vbi dicit, Si teſtium ſæcularium dicta iurata haberi poſſunt, iuris ordo ſeruetur, & iurata recipiantur. Quod ſi attenta perſonarum qualitate, teſtes ſint omni exceptione maiores, ſtatutum eſt; vt in noſtro foro pro teſtibus iuratis habeantur, & idem dicit Melfi in ſua practica verbo teſtis, ver. ſi opus ſit fol. 61. vbi citat Inciſa tractat. 7. de teſtib. cap. 6. & Berti in praxi tit. 21. cap. 24. num. 7.

6 Sed ſi delictum commiſſum eſſet in loco, vbi poſſunt haberi religioſi eiuſdem ordinis, & fori, melius eſt, vt delictum accuſetur, vel denuncietur, & probetur per ipſos. Nam quando ſunt alterius ordinis, vel fori, ſi ſunt accuſatores non poſſunt puniri in caſu, quo inueniantur calumniatores, nec poſſunt puniri de falſo, ſi ſunt teſtes, nec poſſunt torqueri in caſu, quo reperiantur varij; & per hanc rationem dicit Pelliz. tractat. 9. capit. 4. ſectio. 2. 87.

Quòd non poteſt religioſus vnius ordinis accuſare religioſum alterius ordinis, licet quando laici,

vel religioſi alterius ordinis denunciant in reſtaurationem damni proprij, vel ſuorum paſſi, non intendendo punitionem denunciatorum, remittendo punitionem eorum Prælatis, tales denunciationes admitti debent.

7 Et in religioſis eiuſdem ordinis maior eſt difficultas, an valeat alterum religioſum ordinis accuſare? Et videtur quod non poteſt regularis pro iniuria ſibi illata, regularem alium, nec ſæcularem accuſare, tum quia mortuus eſt mundo: cap. placuit 16. q. 1. tum quia ſeruos Dei non oportet litigare; cap. 2. de poſtul. cap. Sicut ſacerdos 2. qu. 7. tum quia accuſatio procedit à libero arbitrio, quod Monachi, & religioſi non habent: cap. ſi religioſus, c. nullus de elect. in 6. Tum quia accuſator vindictam quærit, non emendationem: quare accuſatio ſupponit odium ex parte accuſantis, & accuſatus ſemper mouetur ad odium contra accuſantem; vnde accuſationes ſunt ſemina diſcordiarum. Inſuper accuſatio eſt petitio vindictæ, vel damni illati, vt ſibi reſarciatur, quæ ſunt res temporales, & religioſis propter votum paupertatis nulla actio competit. Vnde Aret. conſ. 138. num. 2. Petr. à Plac. ca 42. num. 17. in fine, & n. 18. quos citat, & ſequitur Berti in pract. tit. 5. cap. 2. num 5. Dicunt, quòd regularis pro iniuria ſibi illata, non poteſt nec ſæcularem, nec regularem accuſare. Imò Pitigian. in pract. in 2. ſubſtantiali capit. 8. verſ. ego ſaluo; tenet, quòd nec accuſatio, nec iudicialis denunciatio religioſo competere poteſt, pro qualibet re temporali. Sed tantùm denunciatio Canonica, & Thom. à Ieſu de regul. viſit. tract. 1. cap. 4. num. 6. dicit, quod accuſatio paci, & tranquillitati religionis non expedit, & propterea eſt omnino releganda à religionibus reformatis. Et ſequitur Peyr. in formul. litt. A. ca. 10. notab. 2.

8 Quibus non obſtantibus iura expreſsè concedunt, Monachum accuſare poſſe Monachum. cap. veniens de accuſat. & ibi Abb. & alij Canoniſtæ, & Doctores infra citandi, & eſt ſententia communis, dummodo accuſator ſit bonæ famæ. Megal. in pract. crim. cap. 10. num 22. Bouer. in director. part. 2. cap. 19. verſ. accuſare, nulla petita venia Abbatis. Roman. conſ. 575. Berti in pract. tit. 5. cap. 3. num. 5. Et multo magis poſſunt iudicialiter denunciare, Bouer. vbi ſupra cap. 15. verſ. iudex deinde, circa finem. Megal. dicta pract. crim. ca. 11. Berti dicto tit. 5. cap. 2. num. 7. & cap. 3. num 4. Dummodo non odio moueantur ad accuſandum, ſed bono zelo; ſcilicet, vt delinquens emendetur, & Aug. exponens illa verba Saluatoris, ſi quis percuſſerit alteram maxillam tuã, &c. in ſermone Domini in Monte, inquit; neque tamen per hæc verba vindicta prohibetur, quæ ad correctionem valet; ipſa enim pertinet ad miſericordiam, & in regula ſua afferit; non iudico vos maleuolos, quando crimen alterius indicatis, magis quippe inno-

nocentes eſtis indicando crimen, quam ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo
9 perire permittetis. Peccata enim nocentium nota eſſe oportet, & expedit, & maximè religionibus, in quibus vtile eſt accuſatores, & denunciatores iudiciales extare:
10 ipſi enim publicæ ſalutis cuſtodiam gerunt, & eorum metu improborum audacia continetur; modo probatæ ſint vitæ, & exiſtimationis, neque vllo moueantur odio, liuore, aut quæſtu, ſed ſolo publico bono, & vitiorum odio, paciſque, ac publicæ quietis amore.

11 Hi enim laudem maximam, & præmium conſequi debere, & vult text. in l. 1. §. ſanè C. de famoſ. libel. l. 1. §. accuſatoribus de falſ. monet. l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt. l. omnes §. vltimo ff. de re milit. l. lex Cornelia §. vltimo ff. de iniur. l. 2. ff. de iure fiſc. & elemoſynam facere dicuntur, cap. qui emendat 45. diſtinct. & ille qui iniuriam recipit ſi iniuriantem apud ſuperiorem defert, ſi id facit non ex odio, ſed ex affectu religionis, ne tales iniuriæ in ea introducantur, non ſolum, non peccat contra iuſtitiam, nec contra charitatem. Imò hæc delatio cadit ſub obligatione, tum ex communi Theologorum ſententia 2. 2. quæſtio. 68. tum etiam Canoniſtarum, in capit. nouit de iudic. Pelliz. in manual. tract. 9. capit. 4. num. 83. Fr. Anton. à Spir. Sanct. de regimi. regul. tr. 4. diſp. 3. ſect. 7. nu. 170. Et accuſatio, & vindicatio iniuriarum auctoritate publica, eſt actus virtutis iuſtitiæ.

12 Actus verò virtutis, ſi debitis ornetur circumſtantiis, numquam eſt prohibitus; vnde alterum accuſare pro iniuriis ſibi illatis, quilibet poteſt, ſi vult. Peyrin. de ſubdit. quæſt. 1. ca. 19. dicto 5. Fr. Ant. à Spir. Sancto, vbi ſupra num. 171.

13 Debitæ autem circumſtantiæ ad hoc vt accuſatio ſit licita ſunt; Primò, vt fiat ſine odio, nec alia peruerſa intentione, ſed tantùm intuitu iuſtitiæ: nam qui abſque odio petit vindictam legis, nihil aliud exercet, quam iuſtitiam. Sot. vbi ſupra, Baſſeus verbo accuſatio nu. 5. Fr. Ant. à Spir. Sancto, vbi ſup. Secundò, quòd delictum ſit probabile per duos teſtes; quia cùm per punitionem attendatur punitio criminum, & illa puniri non poſſint, ſi non fuerint ad minus per duos teſtes probata; qui illa crimina accuſat, quæ per duos teſtes probare non poteſt, iniuſtitiam committit; ideoq; mortaliter peccat, cum omnia peccata contra iuſtitiam ex genere ſuo mortalia ſint. D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 2. Licet in foro exteriori ſufficiat, vt per vnum teſtem probetur, vt ſup. dictum eſt. Tertiò, requiritur, vt delictum ſit ab accuſato verè commiſſum; alioqui accuſans calumniator erit, ca. ſi quem 2. qu. 3. l. 1. ff. ad Senat. Conſult. Turpill. Aduertendum tamen eſt, quòd ceſſat obligatio rigoroſa accuſandi, ſi per denunciationem iudicialem conſuli poſſit bono communi. Quæ denunciatio lato modo poteſt di-

ci accuſatio, quatenus ordinatur ad vindictam, & pœnam. Sot.de ſecr.memb.2 q.2. concl.1.Fr.Ant.à Spir.Sancto vbi ſupra n.170.

Et ex his patet reſponſio ad contraria, Non obſtant Aret.Pitigian. & alii dicentes, quòd religioſi propter votum paupertatis non poſſunt agere, & per conſequens accuſare. Quia hic, accuſatio non
14 conſideratur prout fuit à iure ſtatuta, per quam, dicitur actio; ſed conſideratur prout fuit à conſuetudine introducta, per quam, accuſare non eſt agere, ſed eſt crimen ſuperiori deferre, vt probatum fuit ſupra, & ſic dicitur delatio, non actio. Nec obſtat, quòd accuſatio perturbat pacem, & quietem religionis, quia pro pacis, & quietis conſeruatione in religionibus reformatis nomina accuſatorum, nec denunciatorum, nec teſtium publicantur, & ſi hæc ratio haberet locum, haberet etiam locum in qualibet denunciatione, & teſtium productione, ſed quia nomina non publicantur, ceſſat dicta ratio.

15 Et non ſolùm poteſt Monachus, alium Monachum accuſare, ſed poteſt etiam accuſare ſuum Abbatem cap. ex parte de accuſ., & ibi Butr.Abb. Innoc. Gabr.Andr. Anchar.Felin.Hoſtienſ.& alii, Gaffr. deciſ.aur.par.1.lib.3.cap.5. n.113. Interim tamen tenetur ei obedire, ſicut alij Monachi, ita DD.citati, & Barboſ.in dicto cap.ex parte nu. 12. non tamen tenetur obedire ad deſiſtendum ab accuſatione, ita Doct.citati, & Barboſ. d.num.12. Nec venia, nec licentia, deſideratur, Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt.35.num.21.Ludouic.deciſio. Peruſ.46.num.3. Graff. dicto num. 113. Pariter alii regulares poſſunt ſuum accuſare ſuperiorem quocumque nomine vocetur. Berti in pract.tit.5.cap.2. num.7. de accuſat. & non ſolum poſſunt, illum accuſare in criminibus exceptis, ſed etiam quando vendit bona monaſterii, vel conuertit in malos vſus, vel ea non recuperat dicto c. ex parte, & ibi Butr. Graff.d.num. 113. Vel ſi ſuo malo exemplo potius
16 deſtruit, quam ædificat ſubditos. Hoſtiens.ibidem num.1. vel ſi ſimoniacè fuerit promotus, Graff. dicto num.113.Et poſſunt accuſare illum non ſolum in omnibus caſibus enumeratis, in cap. infames 6. quæſt.5. & à Butrio, vbi ſupra nu. 10. Sed etiam in omni caſu, pro quo poteſt ipſe ſubditus puniri à ſuperiore; quia intereſt religioſis, & monaſteriis non habere miniſtros improbos, & lupos pro paſtore. Berti dicto tit.5.c.2.num.11.

Debet tamen ſubditus ſuum ſuperiorem accuſare amore iuſtitiæ, & odio criminis, non perſonæ.
17 Quæ accuſatio cum fuerit ſuperiori Prælato præſentata, tenetur ſuperior illam acceptare, & admittere, alias accuſator poterit proteſtari de ſibi denegata iuſtitia, & tandem appellare, dicto num. 11. ex capit. ſignificantibus de noui oper. nunc. & ibi Innoc.

Et quatenus accuſator deſiſteret, tenetur iudex vlterius procedendo inuenire delicta obiecta, ca.

cri-

crimin. de colluſ. tegen. Hoſtiens. in cap. quia de iudic. num. 4. Bart. in l. libellorum §. fin. num. 20. de accuſat. Aret. in cap. licet num. 22. de accuſat. Berti vbi ſupra nu. 12. fol. 229.

CAPVT III.

An accuſator poſſit ſuum accuſatorem reaccuſare.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus purgare ſe debet innocentia, & non relatione criminis.*

2 *Accuſatus antequam eius nomen ſit receptum inter reos an poſſit accuſare.*

3 *Accuſatio de maiori crimine facit ſupraſedere accuſationem de minori crimine.*

4 *Accuſatus poſtquam eius nomen eſt receptum inter reos de quo poteſt ſuum accuſatorem reaccuſare?*

5 *Accuſatio ſecunda quando eſt præiudicialis primæ accuſationi ſuperſedetur in prima.*

6 *Accuſatus criminaliter non poteſt reconuenire ſimiliter ſuum accuſatorem, ſecus è contra, ſi cauſa criminalis eſt præiudicialis ciuili.*

7 *Accuſatus non poteſt reaccuſare ſuum accuſatorem poſt concluſum in cauſa, & quando ſecus.*

8 *Reconuentio non habet locum c.ram delegato.*

9 *Accuſator ſi reaccuſatus tacet, ſibi præiudicat.*

10 *Accuſator illegitimus ſi non repellitur proceſſus erit validus.*

11 *Accuſatus poſt cauſæ expeditionem quando poteſt ſuum accuſatorem reaccuſare.*

12 *Accuſatus de iure Canonico, non poteſt reaccuſare ſuum accuſatorem.*

13 *Accuſatus ſi eſt contumax non proceditur ad eius inſtantiam, ſed iudex ex officio procedere poteſt.*

14 *Iudex in hoc procedendi modo quid facere poteſt.*

1 AD quæſitum reſpondeo per infraſcriptas concluſiones, & præmitto; quòd non relatione criminis, ſed innocentia reus purgari debet, l. is qui reus ff. de public. iudic. l. & neganda C. qui accuſ. non poſſ. cap. neganda el 2. 3. quæſt. 11. & prima Concluſio eſt; Accuſatus antequam eius nomẽ ſit receptum inter reos, poteſt accuſatorem ſuum, ac etiam extraneum de maiori crimine accuſare; de pari autem, aut minori, non poteſt, niſi ſuam, & ſuorum iniuriam proſequatur. Gl. & Bart. in dicta l. is qui reus, Clar. quæſt. 14. num. 12. Dicit, quòd ſuper vtraq; accuſatione eſt procedendum, reo tamen prius conſtituto in carceribus. De pari, & minori crimine poteſt reaccuſare, non vt proſequatur, ſed vt inchoetur tantùm. Decian. tract. crim. lib. 3. capit. 24. num. 6. Contrarium dicit Abb. in c. 1. de mut. pet. col. 1.

2 Quod accuſatus, ſi eius nomen adhuc

adhuc inter reos non eſt receptum, poteſt indiſtinctè tam de maiori crimine, quam de minori, ſiue ſuam, aut ſuorum, ac etiam extraneorum iniuriam proſequatur, accuſatorem ſuum, ſiue aliorum accuſare; Et hanc opinionem veriorem, dicit Marant.in ſpec.part.4. diſt.6.num.48.& hanc tenet Farin. qu.12.num.23. licèt falsè citetur à Guaz.defenſ.reor.3.ca.10.num.8 Vnde ſi duo ſe mutuo vulnerârũt, & vnus præuenit accuſando alterum, alter antequam ſit citatus poterit alterum, qui iam accuſauerat, accuſare. Et vtraque accuſatio recipitur; & etiam teſtes ſuper eis examinantur, & cuius probationes præualuerint, iudicis arbitrio proceditur ſuper eius querela, altera omiſſa. Quòd ſi factum adhuc dubium per probationes remaneret, vtrique citantur, & vtrique recipiuntur conſtituta. Decian.dicto ca.24.in fine. Pariter, ſi Paulus accuſaſſet Ioannem de adulterio cum Berta, & Ioannes accuſaſſet Paulum de eodem crimine, cum eadem Berta, vel cum alia, poteſt iudex antequam nomen ſit receptum inter reos ſuper vtraq; accuſatione procedere, ſi non conſtet ſecundam accuſationem inſti-
3 tutam per calumniam. Coſta de ſubſid.remed.120. nu.31. Et accuſatio de maiori crimine facit ſuperſedere, ſuper accuſatione de minori crimine, nam ſi tu accuſes Titium de furto, & Titius accuſat te de homicidio, tunc ſuperſedetur in prima accuſatione, ita ex Afflicto, Scac, de ſent.& re iudicat.
4 gloſ.14.quæſt.19.num.81. Secunda concluſio. Poſtquam nomen rei receptum eſt inter reos, non poteſt accuſatus ſuum accuſatorem reaccuſare, niſi de maiori crimine præiudiciali, ex quo naſceretur peremptoria exceptio. Exemplum ponit Decian.c.23. num.10. Si accuſaſti me, quod vulnerauì Titium die 3. Auguſti, ego te accuſare poſſum, quod imò tu eum occidiſti die primo Auguſti, & nu. 11. dicit, quod debent duo ſimul concurrere, quòd ſit de maiori crimine, & quòd ſit præiudiciale. Idem dicit Bald. conſ. 187. num.6. lib.1.& ſequitur Tuſc.litt. C. num. 30. & licet accuſatio contraria accuſatione non admittatur. Fede. Sen.conſ.58. Rimin.iun. conſ.114. num.11. vbi, quòd accuſatus de iniuria per eum collata accuſanti, non poteſt accuſantem reaccuſare de calumnioſa accuſatione contra eum mota; Quia eius deciſio pendet ex deciſione prioris accuſationis. Poteſt tamen implorare officium iudicis, vt accuſator de calumnia puniatur, & hoc eſt ſpeciale in crimine calumniæ; quia hoc crimen naſcitur ex ipſamet accuſatione accuſantis, Decian. d.c.24. num.17. Imò dicit Clar. poſt Angel.qu.14. num.12. Quod ſi ſecunda accuſatio eſſet de minori crimine, vel æquali gratia minuendarum litium, poterit ſuper vtraque cognoſci. Et ponunt exemplum; accuſo te de vulnere mihi illato: tu accuſas me de falſo, & quòd falſam accuſationem inſtitui, quia iſta crimina inuicem ſe contingũt,

ſuper

Digitized by Google

ſuper vtroque proceditur, & ex probationibus hinc & inde factis feratur ſententia ſuper vtroque, iuſtitia mediante. Et ſufficit, quòd cauſa ſecundæ accuſationis ſit præiudicialis primæ cauſæ, vt in ea ſuperſedeatur. Nam ſi accuſatus criminaliter, accuſat teſtes deponentes ſuper eadem cauſa de falſo; iſta accuſatio admittitur, & facit ſuperſedere in cauſa principali contra accuſatum. Afflict. deciſio. 229.nu.4.& ibi Vrſill.Barbat.conſ. 43. num.10.lib.1. Farin. conſ.100. num.68.

6 Concluſio tertia, ſi accuſatus criminaliter vellet accuſatorem ſuum ciuiliter reconuenire, non erit audiendus; Farin.q.100. num. 71. Secus ſi quis fuit Conuentus ciuiliter, & velit reconuenire actorem ſuum criminaliter; tunc ſuperſedetur in cauſa ciuili, ſi cauſa criminalis eſt præiudicialis ciuili; ſi vero non eſt præiudicialis in vtraque ſimul proceditur. Farin. ibidem num.76. 77. Sed an requiratur etiam poſt accuſationem citatio; videatur idem Farin. deciſio. 685.n.7.& 8.par.4.

7 Concluſio quarta, Accuſatus non poteſt reaccuſare ſuum accuſatorem poſt concluſum in cauſa, niſi in cauſa aliquod falſum commiſiſſet; Quia tunc poſſet reaccuſari, & puniri: & videtur concluſum in cauſa, quando iudex non eſt alias probationes admiſſurus. Mar.Soc.in ca.1.de mut. pet.num. 80. Decian. dicto li.3.cap.24. numer.23.

8 Concluſio quinta, reconuentio non habet locum coram delegato, in cauſa criminali, niſi delegatus fuiſſet impetratus per ipſum primum accuſatorem. Marant.in ſpecul.par.4 diſt.6.n.52.

9 Concluſio ſexta, ſi Accuſator reaccuſatur ab accuſatore, & tacet, & nihil opponit, iudex poteſt procedere ſuper reaccuſatione in omni caſu, & ſibi imputetur, quia non ſe cognoſcunt, gl.2. & pen.in d.l.is qui reus, Marian.Soc.in dicto cap.1.num.79. Butr. & Abb.in c.1. de accuſat. Ludou. Gomez. in re-

10 pet.cap.1.nu.77. de iud. vbi dicit, quòd ſi accuſator illegitimus non repellitur, neque per iudicem, neque per accuſatum, proceſſus erit validus.

11 Accuſatus poſt cauſæ expeditionem poteſt de iure ciuili ſuum accuſatorē reaccuſare, ſi fuit abſolutus, & etiam ſi fuit condemnatus, & non amiſit per talem condemnationem libertatem, & ciuitatem. Decian. d. cap.24. num.24. 25.26.& 27. Bapt.de S.Blaſ.infra citandus. Et ſi accuſatio eſſet inchoata, poſſet proſequi etiamſi ciuitatem, & libertatem amiſiſſet. Decian.ibid.n 28.

12 Accuſatus, & condemnatus de crimine, ſuum accuſatorem, vel extraneum de iure Canonico accuſare non poteſt, cap.qui crimen 6. quæſt.1. & cap. neganda 3. quæſt. 9. Bapt.de S.Blaſio in repet. Rubr. decret. num.115. & Decian. dicto cap.24.num 29. Dicit, quod accuſatus tamquam inimicus, nullo caſu admittitur ad reaccuſandum ſuum accuſatorem, ex Marian. in

cap. 1.

cap.1.num.65.& 66. de mut.petit. Quòd tamen intelligo, quando reaccuſatio non eſt præiudicialis accuſationi; quia quando eſt præiudicialis, debet admitti; quia eſt defenſio potius, quàm reaccuſatio.

13 Quando accuſatus eſt contumax, non eſt procedendum ad eius inſtantiam, niſi ex officio, ſi ita caſus, & delicti qualitas poſtularet. Scac.

14 de ſent.& re iudic.in gloſ.7. quæſt. 4.ſpect.3.n.98. Dicit etiam, quod ſi iuſtitiæ expediret, poteſt iudex ſuperſedere in vna, & procedere in alia prout cauſæ præiudicialitas, & ad euitandam intricationem proceſſus ordo poſtularet. Et ſubdit quod ipſe non curaret, an nomen accuſati ſit receptum, vel non receptum inter reos, neque, an ſuam, vel non ſuam proſequatur iniuriam, neque, an reaccuſet de maiori, vel minori crimine, & in hoc arbitrario procedendi modo obſeruari debet tantùm, ne delicta remaneant impunita, & reis iuſta non auferatur defenſio. Cum vniuerſa iuris prudentia ad hæc duo reducatur; primum, vt iudex ſtudeat veritatem inuenire per omnes illos varios modos, & vias, quas factorum exigentia poſtulat; ſecundum, vt comperta veritate faciat iuſtitiam.

CAPVT IV.

Accuſatus, denunciatus, vel inquiſitus an poſſit eligi ad Eccleſiaſticas dignitates.

SVMMARIVM.

1 *Sola accuſatio, vel denunciatio an ſufficiat ad excludendum aliquem à dignitatibus? & n.4.*

2 *Accuſatio, vel denunciatio an ſufficiat ad infamiam facti?*

3 *Infamia facti ſufficit, ut quis eligi non poſſit.*

5 *Inquiſitus pendente inquiſitione eligi non poteſt ad aliquam dignitatem.*

6 *Accuſatus, vel denunciatus ſi non eſt infamatus apud bonos, & graues viros eligi poteſt ad honores, & dignitates, ſecus ſi infamatus, niſi conſtaret de calumnia numer. 10.*

7 *Accuſatus, vel denunciatus, ut eligi non poſſit ad Eccleſiaſticas dignitates, tria requiruntur ſecundum aliquos.*

8 *Boni, & graues viri, qui dicuntur?*

9 *Semiplena probatio etiam ſine infamia ſufficit ad excludendum accuſatum, vel denunciatum à dignitatibus Eccleſiaſticis.*

11 *Accuſatus, uel denunciatus, & infamatus vt ſupra, ſi eligatur, an valeat electio, ſequuta poſtea abſolutione.*

12 *Accuſatus, vel denunciatus an poſſit prorogare terminum capituli ad oſtendendum ſe innocentem.*

13 *Ex-*

13 *Exceptio non obſtat, vt quis eligi non poſſit.*
14 *Infamia ſola facti ſine accuſatione, vel denunciatione, an ſufficiat ad excludendum aliquem à dignitatibus Eccleſiaſticis?*
Infamia iuris quæ ſit, & quæ infamia facti ibidem.
15 *Crimen non habens annexam infamiam illam non generat, quamuis ſit publicum, & manifeſtum.*
16 *Infamia iuris non ſolum impedit perfici, ſed etiam remouet à dignitatibus habitis.*
17 *Infamia facti non remouet à dignitatibus obtentis.*
18 *Infamia ſola facti ſine accuſatione, an irritet beneficij collationem ipſo iure, & num. ſeq.*
20 *Probationes leuiores ſufficiunt ad excludendum aliquem à beneficio obtinendo, & infra cap. ſeq. numer. 10.*
21 *Electio alicuius ad dignitatem Eccleſiaſticam ſi non poteſt eſſe ſine ſcandalo, non valet, quamuis non habeat malam famam ſufficientem ad veram, & propriam infamiam.*
22 *Infamia facti an excludat infamatos ab electione actiua? num. 23. 24. 25. & 26.*
24 *Priuari quis non poteſt à iure quæſito niſi ſit confeſſus, vel conuictus, & num. ſeq.*
26 *Priuatus à iure voce actiua differt à priuato voce tantum paſſiua.*
27 *Ricc. deciſio. 327. par. 3. reijcitur.*
28 *Committens delictum per quod efficitur infamis de iure, non repellitur ab actibus legitimis niſi poſt latam ſententiam.*
29 *Infamibus infamia facti non prohibentur omnes actus legitimi, ſed aliqui, alij autem non ſunt prohibiti, qui enumerantur.*
30 *Accuſationes, & denunciationes quando deficit diffamatus, ſunt reijciendæ tam in electione, quàm in confirmatione.*

PLura iura tam canonica, quàm ciuilia de hac re loquuntur, videlicet, cap. omnipotens Deus, c. tantis, c. accedens, c. meminimus de accuſat. c. fin. de teſtib. l. reus ff. de muner. & honor. l. reum criminis Cod. de procur. l. vnica Cod. de reis poſtul. lib. 10. & alia. Sed Doctores non eodem modo ea intel-
1 ligunt. Aliqui dicunt, quod ſufficit ſola accuſatio, vel denunciatio, vt Bart. ſing. 54. etiam quod ſit innocens, ex mente Card. in cap. tantis 81. diſtinct. Durand. de Benefic. lib. 4. cap. 1. Boſs. tit. de ſèntent. nu. 89. in fine, vbi quòd accuſatio, vel denunciatio ſufficit ad
2 infamiam facti. Pitigian. in pract. in 3. ſubſtantiali cap. 2. verſ. ſed antequam, Bellett. diſquiſ. cleric. §. 10. num. 39. vbi dicit, quòd accuſatus de aliquo crimine non poteſt fieri Clericus, donec prius ſe purgauerit, & probauerit innocentem, & quòd ſola accuſatio, vel denunciatio ſufficiat ad incurrendam infamiam facti, aſſerunt Doctores citati à Barboſ. in collect. ad dict. c. omnipotens Deus n. 1. & Doctores in l. qui à latronibus §. 1. de teſtam. Bart. Paul. & Imol. in l. turpia de legat. 1. Bald. in l. diffamari C. de inge. Serap. dec. 393. n. 2. Couar. variar. lib. 1. cap. 16. num. 11. verſ. 4.

Digitized by Google

3 Et hæc infamia facti ex accuſatione reſultans, ſufficit, vt quis eligi non poſſit. Abb. in dicto cap. omnipotens, verſ. in gloſ. 1. Roma. ſing. 73. num. 3. Petr. Barboſ. in l. cum prætor §. fin. nu. 167. de iudic. Megal. in pract. crim. cap. 14. n. 60. Farin. deciſ. Rot. 197. vbi, quòd Prælatus accuſatus de dilapidatione bonorum Eccleſiæ; pendente accuſatione, non poteſt aſſumi ad Archiepiſcopatus dignitatem, nec eiuſdem Eccleſiæ bona interim adminiſtrare.

4 Alij dicunt, quòd ſola accuſatio non ſufficit, vt non poſſit quis eligi ad dignitates, & honores. Ita Innoc. in c. accuſatum in fine extra de Simon. Angel. in l. ea quidem col. 12. verſ. item quia C. de accuſat. Nauarr. conſ. de accuſat. lib. 1. conſil. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 21. num. 142. 143. Lezana in ſum. par. 1. ca. 15. num. 25. Pelliz. in manual. tract. 9. cap. 2. num. 166. Sed hanc controuerſiam per infraſcriptas concluſiones reſoluam.

5 Concluſio prima, Inquiſitus, pendente inquiſitione, eligi non poteſt ad aliquam dignitatem Eccleſiaſticam; quia inquiſitio præſupponit infamiã probatam, aliàs infamia non præcedente, inquiſitio eſt nulla, c. licet de accuſat. ca. cum in cunctis de elect. ca. infamibus de reg. iur. in 6 cap. tantis Daniel 81. diſt. Abb. in dicto c. omnipotens. Innocent. in c. accuſatum in fine de Simonia. Decian. reſp. 8. nu. 66. vol. 1. licet poſſit ac debeat etiam Prælatus præſes capituli, quãdo agitur de eligendo aliquem ad dignitatem Eccleſiaſticam, ad malum futurum impediendum ex officio inquirere, etiam de delictis occultis, de quibus non procedit infamia, nec ſemiplena probatio: Quia non poteſt aliter ſatisfacere muneri ſuo, & bono communi religionis. Et ſubditi debent ipſi crimina aperire ſecretò, & cum minima qua fieri poteſt famæ læſione. Suarez tom. 4. de relig. lib. 10. c. 12. num. 7. Pitigian. in pract. crimin. in primo ſubſtant. ca. 14. verſ. dico tendentem, Lezana in ſum. cap. 27. n. 10. tom. 1. Card. de Lugo de iuſt. diſp. 37. num. 53. Fr. Anton. à Spir. Sancto de regim. Prælat. tr. 4. diſp. 3. n. 115.

6 Concluſio ſecũda, Accuſatus, vel denunciatus, non obſtante accuſatione, vel denuncia, ſi non eſt infamatus apud bonos, & graues viros, poteſt eligi ad honores, & dignitates; ſecus, ſi apud bonos, & graues viros ſit infamatus. Innoc. in ca. accuſatum de Simonia, Hoſtienſ. Io. Andr. & alij in c. meminimus de accuſat. Felin. in d. c. omnipotens n. 2. & 3. vbi docet de communi, Selu. de benef. 3. par. qu. 5. n. 31. Baiſ. in direct. elect. cap. 23. 2. par. Nauar. conſ. 6. & 7. de accuſ. in nouiſ. Dyn. in reg. infamibus, in ver. infamia, verſ. aduerte tamen, Pariſ. conſ. 88. nu. 5. par. 4. Roman. Salic. Nauar. Roderiqu. & alij quos citat & ſequitur Garz. de benefic. par. 7. cap. 8. num. 7. Auila de cenſur. par. 7. diſt. 4. dub. 5. verſ. ſecundo ſequitur, Henriq. in ſum. lib. 14. cap. 5. num. 3. Lauor. c. 16. n. 103. & 104. De Angelis ca. 25. nu. 5. Cuch. in-

inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 154. Azor. par. 2. lib. 6. cap. 7. qu. 4 §. cęterum. Decian. reſp. 8. num. 66. vol. 1. Sigiſm. à Bonon. dub. 83. nu. 6. Sayr. in florib. deciſ. 2. fol. 108. Ricc. in praxi reſol. var. reſol 485. par. 3. & 542. nu. 10. Peyrin. de ſubdit. qu. 1. c. 31. §. 8. verſ. dico quarto, ſola autem accuſatio non ſufficit abſque infamia apud bonos, & graues viros, aliàs eſſet in poteſtate vnius maleuoli, meritiſſimos viros à dignitatibus excludere; Et daretur locus ad impediendam promotionem bonis, & prudentibus viris, quibus iuſto titulo competunt honores, & dignitates, ita Innocent. in d. ca. accuſatum de Simon. Hoſtienſ. in d. ca. meminimus ſub nu. 2. Io. Andr. ibidem num. 6. Ludouic. Roman. d. ſing. 443. Garz. d. ca. 8. num. 7. Diaz. in pract. crim. c. 6. circa medium, & c. 140. Roder. à Chun. in comm. ad cap. 3. diſ. 81. Pelliz. d. c. 2. n. 166. Lezana d. ca. 15. n. 25. Ricc. d. reſol. 485. Barboſ. in d. c. omnipotens Deus num. 4. Frat. Ant. à Spir. Sancto dicta diſput. 4. ſect. 8. num. 131. Et ſic non ſufficit vt excludatur aliquis ab electione paſſiua, accuſatio, aut denunciatio facta à maleuolis, ſine infamia apud bonos viros, nec ſufficit infamia apud viles viros. Felin. d. ca. omnipotens n. 2. & 3. quia quando ex accuſatione reſultat infamia apud bonos, & graues viros, tunc accuſatus, vel denunciatus dicitur infamis de facto, & nō poteſt eligi. Bero. in d. c. omnipotens nu. 3. Et non eſt in hoc relinquendum id, quod dicit, & teſtatur P. Bouer. in direct. par. 2. c. 15. in fine, aſſerens: Præterea ad viam malignantibus intercludendam, ſtatutum fuit, vt in Prouincialibus, aut Generalibus capitulis, contra perſonam eligendorum de delicto, vel aliquo impedimento canonico, non notorio propter denunciationem exceptio vlla admittatur, niſi in caſu, in quo de conſilio, & conſenſu omnium patrum diffinitorum prouincialis aut generalis miniſter, talem exceptionem admittendam fore iudicauerit; qui debent reſpicere qualitatem accuſati, vel denunciati, qui ſi apud graues viros habetur pro viro probo, reijcere

7 debent accuſationem. Et tria ſecundum aliquos requiruntur, vt accuſatus, vel denunciatus eligi non poſſit. Primò, vt lis ſit pendens coram iudice competenti, gl. in d. c. omnipotens, Abb. in d. c. meminimus num. 9. de accuſ. Intrigl. ſing. 36. Nald. in ſumma verbo infamia n. 1. Nauar. conſ. 3. num. 5. de accuſ. Sed hoc requiſitum non eſt verum, & non requiritur, quia eſſet contra communem opinionem, & Doctores ſupra citatos, & alias ſequeretur, quod accuſatus, vel denunciatus, qui non eſſet conſtitutus, non obſtante infamia apud bonos, & graues viros concurreret.

8 Secundò, vt accuſatus, vel denunciatus ſit infamatus apud bonos, & graues; & hoc patet ex Doctoribus ſupracitatis; & graues viri dicuntur, qui neque mali ſunt, neque leues, gloſ. in c. licet ex quadam de teſtib., qui videlicet bonæ

famæ, & opiniones ſunt, Ghisl. de iudic. regul. cap. 11. Tertiò, vt poſt accuſationem non ſit lapſus annus, gl. in dicto c. tantis diſt. 81. in verbo obrepſerit, per text. in dicta l. reus ff. de muner. & honorib. Ricc. in prax. reſ. 542. num. 10. verſ. limita ſecundo, quod intelligi debet ceſſante infamia, vel niſi per ipſum ſteterit quo minus cauſa intra annum expediretur, aut cauſa non expeditur ratione appellationis ab ipſo factæ. Nam accuſatus pendente appellatione ab honoribus abſtinere debet, dicta l. reus in fine, quod intelligunt DD. ratione infamiæ apud bonos, & graues viros, ita Samuel. de elect. trac. 2. d. 7. contr. 5. num. 8. ex Nauar. Suarez, & Sigiſm. ab eo citatis, & ſequitur Pelliz. dicto tract. 9. cap. 2. nu. 166. Sed quia cauſæ criminales à die conteſtationis litis vſque ad biennium incluſiuè prorogari poſſunt, non autem vltra, per gloſ. in l. fin. Cod. intra cert. tempus, &c. & gloſ. in cap. de cauſis verſic. certum terminum in fine de officio deleg. Capic. deciſ. 106 num. 1. interim ad honores, & dignitates accuſatus lite pendente eligi non poteſt, cum poſſit interim per ſententiam damnari. Megal. in pract. crim. cap. 14. num. 60.

9 Sed quæritur hic primò, an accuſatio, vel denunciatio ſine infamia apud bonos, & graues viros, ſed cum ſemiplena probatione ſufficiat ad excludendum aliquem à dignitatibus Eccleſiaſticis obtinẽdis? & Doctores reſpondent affirmatiuè. Et per conſequens, quòd ſufficit vnus teſtis omni exceptione maior: nam ſicut per dictum vnius teſtis quis impeditur à matrimonio contrahendo, c. ſuper eo 1. de conſangu. Ita impeditur à dignitate Eccleſiaſtica, & Prælatura obtinenda, quæ eſt ſpirituale matrimonium, ita Nald. in ſum. verbo infames n. 1. vbi citat Sayr. de cenſur. Lauor. tit. 4 de elect. c. 19. num. 121. De Angelis c. 25. n. 5. vbi citat Mirandam, Bordon. reſ. 26. n 22. to. 1. & in praxi crim. c. 91. n. 29. vbi alios citat Samuel. de elect. tr. 1. p. 6. contr. 1. n. 8. Pelliz. d. num. 166. Qui ſubdit quòd ſi talis accuſatus eligatur, electio erit nulla. Paſqualig. qq. moral. 277. n. 5. Nam ſemiplena probatio ſufficit vt quis conſtituatur reus; & reus quouſq; non abſoluatur debet reputari delinquens, d. l. reus, Ric. dec. 264. n. 4. par. 2.

10 Quæritur ſecundò, an accuſatus, vel denunciatus, & infamatus apud graues viros, ſi ex coniecturis conſtet accuſatum fuiſſe in fraudem ſeu calumniosè, ſtatim eligi poſſit? Affirmat Aret. in d. c. omnipotens de accuſat. Sed contrarium tenet Bero. in d. c. omnipotẽs Deus n. 4. vbi, quòd non ſufficit præſumptiuè conſtare de calumnia ad hoc, vt ſtatim, & ab initio litis electores poſſint accuſatum eligere; quia ſuppoſita accuſatione, vel denunciа, & infamia ſupradicta; De calumnia accuſatoris ipſis electoribus conſtare non poteſt, niſi facto proceſſu, & elapſo tempore dato à iure accuſatori ad probandum crimen, c. fin. & ibi gl. de calumnia, iunct. l. 1. & per totum C. vt infra cert.

cert.temp.crim.qu.term. ex quibus infert Bero.ibidem, contra Aretinum, quod debet expectari, quòd accuſator in termino non probauerit, quo elapſo, accuſatus, ſi accuſator non probauerit, poteſt eligi, ſeu promoueri.

11 Quæritur tertiò, ſi accuſatus, vel denunciatus, & apud viros graues infamatus eligatur; an valeat electio, ſi ſequatur poſtea abſolutio? Reſpondent communiter Doctores negatiuè, quia fuit contra prohibitionem canonis promotus, vt in cap.tantis Daniel & ibi gloſ.81. diſt. & hoc videtur caſus in ſimili in ea. ſi eo tempore de reſcript. in 6.& facit text.& gloſ.in cap. non firmatur de reg. iur. in 6. Nam quod à principio eſt nullum tractu temporis non conualeſcit, vt eſt communis opinio, & hæc opinio probatur in l.qui ſtatus, & in l.fin. de re milit. quicquid diſtinguat Bero.in dicto cap. omnipotens nu. 5.

12 Quæritur quartò: an accuſatus, vel denunciatus ad ſe purgandum, & oſtendendum ſe innocentem poſſit prorogare præfixum tempus, aut diem capituli celebrandi? Et reſpondent Doctores negatiuè; quia in electionibus prorogatio eſt valdè ſuſpecta, imò ſæpè damnoſa, cap.inter 18.de elect. & aliàs accuſatus debet ſibi imputare, quòd tempore debito ſe non purgauit, Bordon. reſol.26. num.23. Samuel. de elect.trac 1.d.6.conc.1. num.9. & 17. vbi citat Nauar. Roderic. Portel. & Bordon. & ſequitur Pellia. dicto capit.2. num.166. Sufficit enim, vt poſt denunciationem quis excludatur ab electione paſſiua, quòd ſit infamatus apud graues viros: vel quòd accuſator in termino probauerit ſemiplenè delictum delatum.

13 Quæritur quintò; an ſi alicui infligatur crimen, non per modum accuſationis, ſed per modum exceptionis; an talis exceptio obſtet ei, vt non poſſit eligi? Reſpondetur, quòd ſi de crimine erat iam infamatus apud bonos, & graues viros ante exceptionem non poteſt eligi. Innoc. in cap. accedens de accuſat. ſed quia, quando agitur de crimine per viam exceptionis, non grauatur ex exceptione opinio, nec bona fama, niſi conſtito de crimine, ex probationibus, & non ante; ſequitur, quòd ſi ante exceptionem non erat infamatus, quod poteſt concurrere, cap.2. de ordin.cognit.& ibi gloſ.fin. cap.1. de except. cap. teſtimonium de teſtib.Bero.in dicto cap.omnipotens numero quarto circa finem. Sed ſi crimen de quo agitur per viam exceptionis in actis probatur, non poteſt quia irrogatur infamia facti. Abb. in cap. ſuper eo col. 2. de electio. Farinac. deciſio. 9. num.2.

Quæritur ſextò; an ſicut ſola accuſatio, vel denunciatio ſine infamia non ſufficit ad excludendum aliquem à dignitatibus, & honoribus Eccleſiaſticis; ita è contra infamia ſola ſine accuſatione, nec ſufficiat ad effectus prædictos? pro ſolutione huius quæſiti præmittendum eſt, quod infa-

infamia alia eſt iuris, & alia facti:
14 Infamia iuris eſt illa, quæ irrogatur per ſententiam, quando ius apponit pœnam infamiæ, cap.2.§. porrò, & ibi gloſ.3.qu.7.l.1.cum ſeq.ff.de his qui not. infam. Vgol. de irregul.c.60. Sayr.de cenſur.lib. 7.cap.11.à num.3. Caput. deciſ.90. par.2.Garc.de benefic. par.7. ca.8. nu.10.requiritur tamen declaratoria criminis, Azor.tom.1.li.8. cap. 3.qu.8.verſ.ſed verius, Sanch.lib.2. decalog.c.26.nu.11.Zerol.in prax. par.1. verbo priuatio, in princip. Aragon.2.2.qu.11.art.3. Farin.tit. de hæret.q.189.num.56.Infamia facti eſt, quæ alicuius opinionem grauat, apud bonos, & graues viros, ſuper aliquo illius crimine habente annexam infamiam. gl. magiſtr.in c.infames 3.q.7.Archidiac.in c.laici n.2.diſt.34. Din.in reg.infamibus n.2.Pelin.in cap.teſtimonium de teſtib.Vgolin.d.cap. 60.num.4. Garc.d.ca.8. n.12.Campanil.in diuer.iur.Can.rubr.11.ca. 18. num.5. quod ſi crimen non ha-
15 bet annexam infamiam, quamuis ſit publicum, & manifeſtum, illam non generat. Suar.tom.5.par.3.diſput.22.num.11. Filliuc.tr.41.ca.5. num.204 tom.3. Coninch. diſp.18. de irregular. dub.7. num.57. Sayr. de cenſ. lib.4. cap.11. num.14. Eſt etiam infamis infamia facti condemnatus per ſententiam de crimine non habente annexam infamiam de iure, quando crimen eſt graue, propter quod fama condemnati remanet læſa. Farinac. qu.56.n.5.Bordon.in prax.crimin. c.9.in fine.

16 Inter huiuſmodi infamias iuris, & facti maxima eſt differẽtia; quia infamia iuris non ſolum impedit perfici, ſed etiã remouere facit à dignitatibus habitis, l.infamia C. de decurionib.lib.10. l.iudices C. de dignitat.lib.12.glo.Dyn.& Franc. in regul. infamibus de regul. iur. Abb.in cap.quærelam num.3. de iur.iur. Rom. ſing. 74. Sylu. verbo infamia num.15. Couarr.pract.qq. cap.19. num.5. concl.5. Infamia
17 verò facti non repellit à dignitatibus obtentis, ca.ſuper his de accuſat. Dyn. vbi ſupra verſ. aduerte tamen. Pariſ.conſ.88.num.5. & 6. par.4. Abb.& alij in ca.at ſi Clerici de iudic.& in c.inter dilectos num. 8.de exceſſ.Prælat.& in c.ſuper eo num.2.de elect.& in clem.2.de pœnis, Couar. d.lib.2. var.c.8.num.4. ex gl.1.§.ipſius de pœnis, quam ſequuntur Card.Imol.& Bonif.num. 54.Henriq.lib.13.cap.38. §.3.& li. 14.cap.5.num.3.Duar.lib.18.ca.6. §.6.Garcia d.cap.8.num.35. & 36. Campanil. diuer.iur. canon. rubr.
18 11.cap.18. num.5. Controuerſia modo tantum eſt an ſola infamia facti ſine accuſatione ſufficiat ad excludendum infamatum à dignitatibus obtinendis? vna opinio eſt, huiuſmodi electionem eſſe validã; Concedit tamen eſſe irritandam, ita DD. quos citat Garcia de benefic.d.par.7.cap.8. num.4. Roder. in ſumma t.1.cap.182.num.3.Leſs. de iuſt.t.2.cap.34. num.26. & Petr. Barboſ.in d.l.prætor ait §.fin.num. 165.167.& 196.de iudi.dicit, quòd vt non valeat electio requiritur vtrumque, ſcilicet infamia, & accuſa-

cuſatio. Contrariam ſententiam, quòd ſola infamia facti, quando eſt
19 notoria, ſine accuſatione repellat quem à dignitatibus obtinendis tenent, gl. 1. in l. nullam C. ex quibus cauſ. infam. irrogat. l. 1. & 2. ff. de ſenator. Roma. conſ. 297. ad finem. Campanil. d. cap. 18. num. 5. Candelabr. aur. in appendic. c. 10. nu. 3. Couar. variar. c. 8. num. 4. lib. 2. Barboſ. in collect. ad regul. infamibus de regul. iur. & in alleg. 43. num. 19. Zabarel. conſ. 132. in fine, vbi quod infamia facti operatur, quòd non valet collatio facta infami, & eſt ipſo iure nulla, Abb. in cap. quæ relam num. 3. de iure iur. & in cap. ſuper eo, de elect. num. 5. vbi, quod collatio facta notoriè infami infamia facti non tenet, & in cap. inter dilectos de exceſſ. prælat. ait, quod collatio facta Clerico aleatori eſt nulla, ſi de hoc conſtabat, & ſi non conſtabat, quia erat occultus debet irritari. Selua 3. par. qu. 2. & qu. 5. num. 31. Lambert. de iure patr. qu. 9. art. 16. num. 3. Caput. deciſio. 219. num. 4. par. 3. Sylu. verbo infamia num. 15. Armilla n. 4. in fine, Zech. de benefic. & penſion. cap. 3. ver. ſecundo ſi collatio, Auila de cenſur. diſp. 4. dub. 7. vbi ait collationem beneficij factam infami infamia facti, vel iuris eſſe nullam. Suar. de relig. tom. 2. tract. 5. lib. 3. cap. vltimo num. 4. 5. & 17. Peyrin. tom. 2. de Prælato qu. 2. cap. 5. §. 4. nu. 54. inquit, Infamis tum infamia iuris, quam facti eſt ineligibilis ad prælaturas regulares; quod ſi eligatur, electio eſt ipſo iure nulla; vbi multos Doctores cumulat. Et expreſſè contra Garſiam exiſtimantem oppoſitum, tenent Bonac. de cenſur. diſp. 7. qu. 3. pun. 8. nu. 11. & Laym. lib. 1. tract. 5. par. 5. ca. 4. num. 6. qui multos Doctores citant pro hac ſententia. Quam ſentētiam contra dictum Garciam ſine dubio veram eſſe dicit in foro externo, ſed pro foro interno dicit, quod ſi electus, vel prouiſus vult emendare vitam, & cum tali emendatione amouere infamiam, non tenetur reſignare beneficium. Ita Laym. ita etiam dicit Lezana in ſum. ver. infamia num. 12. cum alijs ab eo citatis: Ex quibus colligit, dictos infames repellendos eſſe ab officijs religionum, quæ dignitates ſunt; Item à gradibus magiſterij, ſeu doctoratus; & Moniales etiam infamia iuris, vel facti à munere Abbatiſſarum. Barboſ. in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. num. 7. de regular. dicens, infamem ſiue iuris, ſiue facti non poſſe in Abbatiſſam eligi, & citat Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 29. num. 12. & 13. Viuald. in Candelabr. aur. par. 3. cap 5. nu. 11. Sanch. in decalog. tom. 2. lib. 5. ca. 5. num. 24. & Pelliz. in manual. regul. tr. 9. ca. 2. ſect. 3. n. 150. ait, infames infamia iuris, aut facti non poſſe admitti ad prælaturas regulares, niſi ad hunc effectum diſpenſentur, ex Suar. t. 4. de relig. tr. 8. li. 2. c. 3. nu. 28. & ex Turrecrem. ab eo citato. Probatur etiam; quia regula iuris, infamibus, prohibet promoueri infames ad dignitates, & c. cum in cunctis §. inferiora de elect. indiſtinctè, & vniuerſaliter loquuntur tam de infamia iuris,

quàm

Digitized by Google

quàm de infamia facti. Et quando lex prohibet aliquid fieri, etiamſi vltra non procedit annullando, facta prohibita ſunt nulla ipſo iure, l.non dubium C. de legib. maximè in hoc caſu de quo loquimur: quia non dicimus, infamatum excludi, & priuari à iure quæſito, aut inchoato quæri, ſed à iure quærendo; & ſic quod excludatur infamis etiam facti ab electione paſſiua ſub pœna nullitatis ipſo iure, iuxta terminos dictæ leg. non eſt du-
20 bium. Nam quando agitur de repellendo aliquo ab officio ſeu beneficio obtinendo, ſufficiunt probationes leuiores, Fab.deciſ.47.li.2.Farinac.conſ.75. num.45. & deciſ.77.poſt num.1. Rota in cauſa Ceruienſ. Canonicatus coram Seraph.10. Maij 1581. refert idem Seraph.deciſ.1029. nu.1. vbi refert etiam aliam declarationem Calagurit. de Haro 20.Maii 1590. Mareſc.var.reſol. lib.2.ca.35. num.19. vbi refert plures alias declarationes Sacræ Congreg.Beltran.ad deciſ.Ludouis. 238. num.13. fol.297. vbi etiam refert aliam declarationem, Iul.Chart.deciſ.91.num.63. Addit Paſqualig.qu.277.nu.1.& 2.

21 Quod non ſolum infamis infamia facti non poteſt eligi ad aliquam dignitatem, & electio eſt nulla; ſed quod nec poteſt eligi ille de quo concurrit in communitate religioſa mala fama, etiamſi non ſit talis, nec habeat tale fundamentum, vt ſufficiat ad reddendum infamem infamia vera facti, ſeu pertingat ad veram, & propriam infamiam, ſi eorum electio non poteſt eſſe ſine ſcandalo, quia dum videntur promoueri ad dignitates ij, qui malè audiunt apud religionem, hoc præbet occaſionem ceteris religioſis malè viuendi, cum ſibi poſſint perſuaderi, quod etiam poſſint promoueri, quamuis eſſent malæ famæ.

22 Quæri poteſt ſeptimò, an infamia facti excludat infamatos etiam ab electione actiua, & pro affirmatiua opinione dici poteſt, quòd infamibus ſiue iuris, ſiue facti ſunt interdicti actus legitimi, l.auus ff.de regul. iur. gl.in cap. vt circa in verbo eligentium de elect.
23 in 6. ſed eligere eſt actus legitimus, c.ſolet in fine de ſent. excom. in 6.gloſ.in dicto verbo eligẽtium, & in c.actus legitimi in figur. caſus de regul.iur.in 6.Gemin. in d.ca. vt circa §.edicto n.10. Toloſ. in tit.de elect. cap.16. num.10. Vnde Ricc. deciſ.327. par.3. dicit, quod religioſus inquiſitione pendente non habet vocem actiuam, & ius eligendi, & adducit pro ſua opinione. Vgolin. Tolet. Sayr.& Criuel-
24 lum. Cæterum contrarium eſt verius, nam diſtinguendum eſt inter ius eligendi, ſeu vocem actiuam & electionem paſſiuam; Quia quando agitur de electione actiua, quam quis habet in electione capitulari, ſiue locali, propter religioſitatem; ſiue prouinciali, propter aliquod officium, ſiue beneficium, aut gradum; agitur de iure quæſito, quod quis habet in re: quando agitur de electione paſſiua, ſeu de aſſecutione alicuius dignitatis Eccleſiaſticæ, agitur de iure tantum

ad

ad rem, ſeu de iure quærendo: Sed quando agitur de priuatione iuris quæſiti, vel excluſione à iure quæſito, & per conſequens de excluſione à voce actiua; non poteſt quis ab eo priuari, vel excludi niſi ſit conuictus, vel confeſſus, citatus, & auditus. Sicut quando agitur de
25 priuatione officij, vel beneficij, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter, crimen debet plenè, & concludenter probari, quia agitur de iure quæſito, gloſ. in ca. veniens il primo in verbo illorum de teſtib. & ibi Abb. num.4. & Dec. num.8. Alciat. conſ. 21. num.41. lib.1. Natta conſ. 299. num.13. in fine lib.2. Seraph. deciſ. 1029. num.1. & deciſ. 1359. num.3. Flamin. Pariſ. de confid. benefic. qu. 64. num.14. Mareſc. var. reſolut. 35. num. 18. lib.2. vbi refert varias Rotæ deciſiones; adeo, vt non ſufficiat fama cum vno teſte, gl. in dicto ca. veniens de teſtib. Dec. conſil. 210. prope finem, Farin. conſ. 75. nu.43. quia requiritur plena, & concludens probatio, Iul. Chart. deciſ. 91. num.62. Et ratio eſt; quia priuatio iuris quæſiti, eſt pœna. Barbat. conſil. 24. in princip. lib.1. Becc. conſ. 9. num.3. conſ. 104. num. 12. Rimin. conſ. 384. num.55. Dec. in auth. qui rem num.3. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Surd. deciſ. 216. num. 36. Menoch. conſ. 216. num.36. Rota deciſ. 356. num. 10. par.1. Priuatio autem iuris quærendi, & ad rem, non eſt pœna. Ludouiſ. deciſ. Rot. Roman. 225. num.13. & 20. ex Rota deciſ. 693. ſub n.3. p.1. recent. Et hæc eſt potiſſima ratio: quod quando agitur de iure quærendo, ſeu de excluſione alicuius à voce paſſiua; vel ab electione ad aliquam dignitatem Eccleſiaſticam ſufficiunt leuiores probationes, iuxta deciſio. Fab.47. lib.2. Mareſc. deciſ.35. num. 19. & aliorum, vt ſupra num.20. &
26 ideo infamia ſola facti ſufficit ad huiuſmodi excluſionem, non autē quando agitur de iure eligendi, & voce actiua, quia requiritur plena, & concludens probatio. Et hanc opinionem, quod infamia facti non ſufficit ad excludendum aliquem à voce actiua, ſeu à iure eligendi teneat etiam Suar. tom.5. diſput.48. ſect.3. num.2. ad finem, & Sigiſm. à Bonon. de elect. dub.83. num.8. & quod requiritur plena probatio, & declaratio criminis iam patrati, vt quis excludatur à voce actiua, tenet etiam in propriis terminis. Bordon. poſt hæc viſus in praxi crimin. cap.91. n.29. vbi alios citat. Et ex dictis patet differentia inter ius priuãs quempiam ob aliquod crimen voce actiua, aut ſuis bonis iam habitis, & inter ius priuans voce tantum paſſiua, aut vnde noua bona acquirantur, Nam incurrens in crimin primo modo, tuta conſcientia poteſt vocem actiuam, & dicta bona retinere antequam contra eum executio fiat, etiam ſi ipſum ius inducat priuationem ipſo iure; Incurrens autem crimen ſecundo modo ſtatim commiſſo crimine tenetur ſeipſum priuare voce paſſiua, aut dimittere ſeu non acquirere dicta bona, quia ipſemet debet eſſe legis executor. Caiet. 2.2. quæſt.62. art.3. Couar. in 4. parte 2. §.8. num.16. Royas in

9 *Priuari nemo poteſt priuatione officij niſi ſit conuictus, vel confeſſus, & num. ſeq.*

10 *Voce paſſiua, aut ab aſſecutione officij repelli quis poteſt per leuiores probationes.*

11 *Priuatio iuris ad rem regulariter non eſt pœna, ibidem.*

Iure quæſito non poteſt quis priuari non citatus, & auditus.

12 *Summariè procedendi modus, non excludit probationis qualitatem.*

14 *Vox paſſiua non eſt propriè vox, vocis appellatione intelligitur de actiua, num. 15.*

16 *Prælatus accuſatus, vel denunciatus ſi probato delicto eſt conſtitutus, an ſtatim priuari debeat prælatura?*

17 *Prælaturæ quando ſunt, vel non ſunt manuales declaratur.*

18 *Officia quæ acquiruntur per electionem quæ ſunt, & quæ ſunt manualia.*

19 *Officium dicitur electiuum, quando promotio ad illud pertinet ad totum conuentum, ita etiam quando ſpectat ad aliquos alios loco conuenti ſubrogatos.*

20 *Officium dicitur electiuum, quando ad illud quis aſſumitur ſeruato ca. quia propter de elect.*

21 *Officium poteſt eſſe electiuum, quamuis ad illud exercendum non exigatur ſuperioris confirmatio, & num. 22. & 23.*

22 *Electio, & confirmatio ſunt actus diuerſi.*

23 *Confirmatio quando requiritur?*

24 *Prælatura regularis eſt dignitas.*

25 *Guardianatus Prælaturá ſi non eſſet electiua ſequeretur abſurdum.*

26 *Prouiſio eſt nomen pluribus adaptabile.*

27 *Prælatus ſi ſine rationabili cauſa, & eo audito priuaretur prælatura, priuatio nulla eſſet.*

28 *Prælatus inferior ſi malè priuatur à ſuperiore poteſt appellare, & interim proſequi ſuum officium, & num. ſeq.*

29 *Electio annullatur excluſo vocali, qui debet admitti.*

31 *Prælatus manualis non poteſt priuari prælatura ſine cauſa.*

32 *Clauſula ad nutum, quid importet.*

33 *Vocalis non debet excludi ab electione actiua ſub prætextu inhabilitatis, delicti, aut cenſuræ.*

34 *Electori ſi in actu electionis opponatur inhabilitas, quid faciendum?*

35 *Si aliquis ex vocalibus eſſet excommunicatus, quid faciendum?*

1 ET pro affirmatiua opinione facit Caiet. 2. 2. qu. 70. art. 2. vbi, quòd licet per teſtes ſingulares nullus damnetur, tamen, quia multi ſingulares teſtes in factis iterabilibus violentam ſuſpicionem inducunt, vt ſi vnus teſtis vidit Petrum committere vnam fornicationem, vel vnum furtum, aut ſimile delictum, & alius videt eundem delinquẽtem committere aliud furtum, vel aliam fornicationem; & ſint teſtes omni exceptione maiores, inter religioſos, quando, quis exiſtimatur alias tali vitio inuolutus, aut numerus multus taliumteſtium concurrat, quamuis arctatus non confitetur, ſed neget; poteſt in foro regulari ſequi condemnatio; quia hæc probabilitas ad certitudinem ſufficit inter eos, qui mortui ſunt mũdo, quam doctrinam ſequuntur Sot. li. 5. de iuſt. q. 7. art. 2.

ad primum, Sayr. in Clau. reg. li. 12 c. 21. nu. 9. Salon. 2. 2. q. 70. controu 1. concl. 3. art. 2. Bannes 2. 2. qu. 70. art. 2. Greg. de Valent. tom. 3. diſp. 5. qu. 14. pun. 2. in fine, & idem dicit de priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ, Girag. de regim. regul. par. 3. dub. 15. num. 13. 114. & Ric. par. 3. deciſ. 327. dicit, quòd quidam religioſus priuatus fuit voce actiuà, inquiſitione pendente, cauſa prius non cognita.

2 Probatur ſecundò; quòd ad priuandum Prælatum regularem Prælatura non requiratur grauis cauſa, vt habetur in cap. qualiter, & quando el 2. de accuſat., vbi præſcribendo Pontifex modum, quo Prælati Eccleſiaſtici contra ſuos ſubditos procedere debent, etiam quoad priuationem, & depoſitionem officiorum, ſubdit; Hunc tamen ordinem circa regulares perſonas non credimus vſquequaque obſeruandum, quæ, cum cauſa requirit, facilius, & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri. Ex quibus verbis duo inferuntur; Primum, quod requiritur cauſa: Secundum, quod non eſt neceſſe, vt cauſa ſit tam grauis, quanta requiritur ad priuandum Prælatum ſæcularem ſuo beneficio; nam nemo poteſt priuari beneficio perpetuo ſine graui cauſa; A beneficijs autem annalibus, & non perpetuis, vt ſunt beneficia regularium, facilius quis priuatur. Roderiqu. qq. regul. 25.

3 artic. 10. tom. 2. Imò beneficia regularia ſuaptè natura, & regulariter manualia eſſe, dixerunt, Rebuff. Nauarr. Azor. Gonzalez, Sanchez, Campanil. Flamin. & Garzia, quos citat, & ſequitur Barboſ. in cap. ad monaſterium §. tales de ſtatu Monach. Vnde concludit, ad libitum Prælati poſſe reuocari, per Nauar. Roderiq. Azor. Leſſ. & Sanchez, Gonzalez reg. 8. cancell. gl. 8. num. 50. & 51. & gl. 5. §. 6. num. 46. Zambell. in quodam ſuo reſponſ. morali, & ſeq. Sigiſm. de elect. dub. 47. num. 7. & 14. in 2. impreſs. Ricc. in praxi rer. quotid. reſolut. 52. par. 4. Ioſeph. à Sancta Maria tract. 5. cap. 6. §. 1. Barboſ. in dict. c. qualiter, & quando num. 11. Diana 2. par. in dub. regul. reſ. 117. Et licet ex dicto cap. qualiter, & quando, requiratur

4 cauſa; hæc cauſa ſecundum Suarez de relig. tr. 8. lib. 2. n. 25. duplex eſſe poteſt, vna eſt culpa ſufficiens ipſius Prælati: Alia eſt ratio vrgens maioris boni communis, & ſequuntur Tamburin. de iure Abb. tom. 1. diſput. 13. quæſt. 2. num. 9. Pelliz. tract. 9. cap. 3. num. 64. Girag. par. 3. dub. 16. num. 226. Fr. Anton. à Spiritu Sanct. tract. 4. diſput. 1. ſect. 5. n. 141.

5 Pro contraria parte, quod nullo modo Prælatus regularis poſſidens prælaturam regularem electiuam poſſit ea priuari, eſt tex. in ca. nullam poteſtatem 18. qu. 2. c. Monachi in fine de ſtatu monach. vbi gl. in verbo non mutetur, Panorm. nu. 8. ver. in gl. penult., ibi, qui per electionem, Azor. par. 2. lib. 3. cap. 26. q. 15. & communiter Doctores, teſte Rota dec. 772. n. 3. par. 1. diuerſ. Sigiſm. de elect. dub 49. n. 4. & 6. & quam-

quamuis religioſi ob votum obe
dientiæ priuati ſunt propria vo
luntate; ſuperiores tamen ius amo-
uendi, & priuandi Prælatum ſua
prælatura non habent ſine iuſta,&
rationabili cauſa, imò ſunt prohi
6 biti per iura ſupradicta, & pœna
priuationis numquam habet lo-
cum, niſi expreſſo iure cauetur, l.
at ſi quis §. Diuus ff. de relig. &
ſump:. fun. cap. ſatis peruerſum eſt
diſt.56. gl.in ca.fin. de iure patron.
Abb.& Doct. in cap.1. n.11. de iu-
dic.& in c.fin. de iure patron. & in
cap.nos de offic. ordin. Crau. conſ.
205. n.31.Diaz in pract.crimin.ca
non.cap.123. alias 134. num.2. Ti-
raq. in l.ſi vnquam n 248 Cod.de
reuoc.donat. Creſcent. deciſ.9. nu.
1. tit. de probat. Caputaq. deciſio.
98.nu.3.par.3. Rota apud Seraph.
286. num.6.& deciſ. 489. n.2. in
fine par.2.recent. Farinac. conſ.80.
num.67. Ricc. deciſ.75.n.1.part.2.
Iul.Char.dec.49.n.68. aut ſaltem
propter aliquod delictum, quod li
cet non ſit expreſſum in iure tali
pœna eſſe puniendum,eſt tamen a-
deo graue in Religione,vt arbitrio
bonorum, & grauium religioſo-
rum tali pœna puniri debeat. Vt
eſt caſus de quo loquitur Roderiq.
qq.regul.26.ar.2.tom.2. requiritur
tamen ſemper vt formetur proceſ-
ſus iudicis ſententia, citato, & au
7 dito Reo Maximè quia à regulari-
bus infamia tam iuris, quam facti
contrahitur, non ſolum ex detru-
ſione in carcerem, & ex deiectione
à gradu profeſſionis, ſed etiam à
priuatione officij, & dignitatis.
Hoſtienſ.in ſumma tit.de male.lic.
Bouer.in direct.ca.20. verſ.à regu-
laribus, imò etiam ex priuatione
vocis actiuæ,& paſſiuæ, ſecundum
Auerſa de modo proced.in cauſ.re-
gul.c.23. n.13. Ghiſler.de iudice
regul.ca.8. n.23. Sed tunc remotus
ab officio fit infamis quando eſt
priuatus per ſententiam ob dolo-
ſam adminiſtrationem,ſecus ſi per
negligentiam aut inhabilitatem,
Bordon.in prax.crim. cap.97. in
fine.

8 Secundò, quia nemo poteſt pu-
niri priuatione officij,imò nec vo-
ce actiua,aut paſſiua, aut voce tan-
tum actiua, (vt dictum fuit ſupra)
eo non citato,& audito; quia eſſet
contra ius naturale, & diuinum.
Clemen. paſtoralis §.cæterum de
re iudic.c.Deus omnipotens 2. qu.
1.ca.1. de cauſ.poſſeſſ.Felin.in cap.
conſuluit num.16.de officio deleg.
Vant. de nullit. defectu citationis
n.10.Soccin.conſ.87. poſt n.19.lib.
3.Clar.q.30.num.14.Nauar.in ma-
nual.ca.25. n.13.Greg.deciſ.6.n.6.
Miranda tom.2.q.23.n.22.concluſ.
13.Roderiq.q.51.artic.11. ad pri-
mum tom.2.Portel.2.p.caſu 16.Sa-
muel.de elect.canon.tract.2.diſp.7.
contr.6.concl.5. Peyrin.de ſubdito
q.1.c.31.q.10.in princ.Lezana par.
1.c.15.n.34.Caſt.Pal.de ſuſp. p.7.n.
4. debet ergo citari, & dari copia
omnium eorum quæ contra ipſum
reperta ſunt, vt ſe poſſit defende-
re, & oſtendere cauſam contra ip-
ſum propoſitam non eſſe verã, ſed
falſam; quia ſi cauſa non eſt vera,
& rationabilis,non poteſt priuari,
nec prælatura,nec voce actiua, &
debet etiã probatio eſſe concludẽs,
l.fin.

qui ſuum officium antequam ſit per ſententiam priuatus, ſaltem declaratoria criminis, Sanch. lib. 9. diſp. 30. num. 1. & l. 2. c. 39. in fine, & c. 26. num. 1. & l. 6. c. 15. nu. 64. & l. 2. opuſc. cap. 1. dub. 52. à num. 11. ad 13. Leſs. lib. 2. capit. 35. dub. 26. Theſ. de pœnis par. 1. c. 29. Bordo. in praxi crim. cap. 91. num. 29. Et poſſunt ferre excommunicationē, & ſuſpenſionem in ſuos ſubditos inobedientes, ſicut antea cap. ſicut ex tuis 33. de Simonia, Nauar. c. 27. num. 5. Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 6. Graff par. 1. lib. 4. ca. 4. n. 8. Bonac. qu. 1. de cenſur. pun. 2. num. 5. Niſi propter infamiam apud graues, & bonos viros eſſet ab adminiſtratione officij remotus, remanente in poſſeſſione officii vſque ad ſententiam diffinitiuam, & ſi à ſententia priuatus appellauerit, adhuc remanet in eadem poſſeſſione ſicut prius, Scacc. de appell. qu. 3. nu. 72. Couar. variar. c. 16. num. 11. in fine, Lancellot. de attentatis part. 2. c. 12. limit. 16. n. 6. Barboſ. in cap. ſæpe n. 6. de appellat.

13 Non obſtant in contrarium adducta; & Primò non obſtat ſententia Caietani; nam ipſe non loquitur de priuatione Prælati à ſua Prælatura, nec loquitur aſſertiuè, ſed dubitatiuè, & non dicit abſolutè quòd poteſt condemnari, ſed quòd poteſt tolerari; & Bannes 2. 2. qu. 70. art. 2. in fine, Spatar. de modo corrig. regul. tract. 7. cap. 14. nu. 4. dicunt; quod poteſt condemnari non per ſententiam abſolutam, ſed conditionatam ſi ipſe velit acceptare ſententiam; ſi autem acceptare noluerit, poterit torqueri, & ſi negauerit liber manebit à pœna; Et ſequitur Peyrin. in formular. litt. T. cap. 3. nu. 7. vbi alios citat. Conueniunt etiam Doctores, quòd quando teſtes fide digni, puta quinque, vel ſex deponunt de actibus numero diſtinctis, ſed eiuſdem ſpeciei, puta de diuerſis ſollicitationibus, aut de diuerſis ſubornationibus ab eodem commiſſis, cum huiuſmodi ſaltem in genere probent denunciatum tali vitio deditum, teſtes prædicti ſingulares poſſunt ſufficere ad excludendum denũciatum ab officio, & Prælatura obtinenda, Clar. q. 53. verſ. ſed quid, ſi agatur, Pitigia. in pract. crim. in 4. ſubſtãtiali c. 2. verſ. teſtes itaq;, Thomas à Ieſu de viſit. regular. tract. 3. ca. 7. nu 10. Peyrin. vbi ſupra in fine, & litt. C. cap. 18.
14 num. 6. cum talis excluſio, & priuatio iuris ad rem non ſit pœna, vt diximus, ſicut nec vox tantum paſſiua eſt propriè vox, cum appellatione vocis indefinitè, intelligatur tantum de actiua, Garz. de benefic. par. 3. cap. 4. n 15. Caſtr. Pal. tom. 2. tract. 13. diſp. 6. part. 6. num. 15. Diana par. 5. tract. 13. reſ. 91. Barboſ. de præbend. & dignitat. cap. 16. num. 18. & in collect. ad S. Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 4. nu. 18. Pellizar. in manual. regul. trac. 7. cap. 6. ſect. 1. num. 4. Fr. Anton. à Spirit. Sanct. de regim. Præl.
15 tr. 4. diſp. 3. nu. 365. quidquid dicat Leſs. lib. 2. cap. 34. dub. 29. nu. 105. & ſic ad priuationē vocis paſſiuæ non requiritur plena probatio, ſicut requiritur ad priuationem vocis

cis actiuæ, & paſſiuæ, vel tantum
16 actiuæ; Nihilominus ſententia Caietani non eſt omnino, & in totum reijcienda, quando quis eſt accuſatus vel denunciatus, & crimen eſt graue, & aliqua de cauſa non poteſt torqueri; (qui ſi eſſet torquendus acrius in hoc caſu torqueri deberet, vt dicit Clar. vbi ſupra), vnde ſi eſt Prælatus, à Prælatura eſt tantum ſuſpendendus poſt quam eſt conſtitutus, & eſt reus, vel eſt interdicenda ei tantum adminiſtratio ante ſentẽtiam, vt in c. ſeq. num. 4 Et ſi eſt torquendus, & ob aliquam cauſam non poteſt torqueri, poteſt condemnari aliqua pœna extraordinaria.

17 Secundò, non obſtat, quod Prælaturæ regulares iam obtentæ ſint amouibiles, quia ſunt manuales; Nam Reſpondetur, quòd non omnes Prælaturæ ſunt manuales, ſed tantum quando Prælati regulares aſſumuntur ad Prælaturam per ſimplicem prouiſionem, aut collationem, itaut ſit gratuita, & libera officij, ſeu beneficij conceſſio. Quia ſi eligantur à conuentu per vota ſecreta: aut in capitulo Prouinciali eligantur, à Prouinciali cum diffinitoribus ſubrogatis loco conuentus per vota etiam ſecreta, præſtito prius iuramento ſolemni eligendi meliores, & magis idoneos, huiuſmodi prælaturæ non ſunt officia, ſeu beneficia collatiua
18 ſed electiua. Vnde Bordon. reſ. 32. num. 36. numerando officia, quæ acquiruntur per electionem, numerat officia Prioratus, Guardianatus, Prouincialatus, Generalatus, Cuſtodiatus, Diffinitoratus, & Diſcretatus; Et inter officia, quæ acquiruntur per ſimplicem prouiſionem numerat, officium præſidentis loco præmortui, vel amoti ab officio; officium Vicarii, Sub prioris, Procuratoris, Sacriſtæ, &c. & hæc officia ſecundi generis vocantur officia manualia, & ad nutum ſuperioris amouibilia. Officiis autem primi generis non poteſt promotus priuari niſi cauſa ſubſiſtente legitimè probata; Vt colligitur ex dicto ca. nullam poteſtatem 18. qu. 2. cap. monachi, & ibi gloſ. in verbo non mutentur de ſtatu monachor. & aliis iuribus ſu-
19 pracitatis. Et ſicut officium Prælatorum conuentualium cuius promotio ſpectat ad conuentum dicitur officium electiuum, ca. congregatio 16. qu. 7. cap. Abbas 2. qu. 18. c. cum terra, & c. 1. de elect. ca. cum dilectus, vbi Panorm. de conſuet. ita pariter idem officium cuius promotio per conſtitutiones approbatas à Summo Pontifice loco conuentus, ſpectat ad prouincialem cum diffinitorio dicitur electiuum, quia ſubrogatus ſapit naturam eius, in cuius loco ſubrogatur, nec mutatur per talem promotionem eſſentia ipſius officii; ſed tantùm modus, qui non variat rem. Et hoc etiam comprobatur, quia non ſolùm in tali promotione, ſuffragia præſtantur ſecretò, & præſtito iuramento, vt ſupra, ſed etiam ſeruantur omnia requiſita, cap. quia propter de elect.
20 Quo in caſu officia dicuntur electiua, & non collatiua, & talis pro-

promotio non dicitur prouiſio,ſed
electio, vt dicunt Coraſ.de benefic.
par.2.cap.1.n.12.Coſma in pragm.
ſanct.one tit.de electi̇on.Staphil de
modo, & forma impetrandi §. de
qualitate dignitatum à n.1. Franc.
Marc.deciſ.1362.n.3. & dec.1363.
par.1 & deciſ.90.par.2. Rota ex
mente Pontificis deciſ.1.de elect.in
antiq.Felin.in c.in noſtra de reſcri-
pt. corrol.32. Corraſ. par.1. cap.5.
nu.9. Gambar.de offic.legati lib.3.
21 n.84. Et huiuſmodi officia dicun-
tur electiua, quamuis nulla exiga-
tur ſuperioris confirmatio.Petr.de
Bays.in director.elect.par.1. capit.
2. num.10 Oldrad. conſil. 146. Pa
cian.de probat.lib.2.cap.30.a num.
10. & ſequent.Quia electio,& con-
22 firmatio ſunt actus diuerſi, & a
diuerſis procedentes; nam confir
matio eſt approbatio electionis,&
eſt poſterior electione, & nullum
ius nouum ſuperaddit electioni;
ſed ſolum adminiſtrationis exerci
tium. Vnde amota confirmatio-
ne à conſuetudine, vel priuilegio,
aut alio modo, non cenſetur amo-
ta electio; nam priuilegio concedi
poteſt,vt quis non confirmatus ad-
miniſtret, cap.1.extra de ſupplen.
neglig.prælat. Innoc.in cap.tranſ-
miſſam col.1. extra de electi̇on. &
quod poteſt concedi per priuile
gium, concedi poteſt per conſue-
tudinem. Innoc.in c.nouit n.6.in
verbo conſuetudinem extra de iu-
23 dic. Inſuper tunc exigitur confir-
matio à Prælato ſuperiore quando
ipſe Prælatus confirmator eſt ab
ſens, ſed quando eſt præſens in
electione per ſuam præſentiam
electus cenſetur confirmatus, Por-
24 tel.in dub.regul.in verb. Guardia-
nus nu.5. & poteſt addi,quod præ-
latura regularis eſt dignitas; nam
nomine dignitatis intelligitur ad-
miniſtratio cum iuriſdictione, cu-
iuſmodi in Religionibus eſt Gene-
ralatus, Prouincialatus, Abbatia,
Prioratus, Guardianatus, & ſimi-
les; & dignitates in dubio cenſen-
tur electiuæ, quia communiter de
illis per electionem prouidetur.
Gemin.in cap.ſtatutum ſub num.6.
col.2. & in cap. cum in illis §. illis
verò col.2. verſic. mouetur, de
præbendis in 6.Cald. conſ.12. pro-
pè finem de præbend. Pelliʒar.in
manual.tract.8.ca.16. num.192. Et
25 ſi prælatura Guardianatus non
eſſet,electiua ſequeretur maximum
abſurdum; nempe, quòd priuatus
voce actiua, & paſſiua poſſet con-
ſequi officium Guardianatus, quia
vox actiua, & paſſiua habet lo-
cum in officijs, & beneficijs ele-
ctiuis, & non in collatiuis: Et ſic
priuatus voce actiua, & paſſiua
poſſet conſequi officium via col-
lationis, prouiſionis, & vt ex Na-
uar. aſſerit Sayr.in deciſ.caſ.conſc.
lib.1.tit.5. de electio.deciſ.8. Cum
officia, quæ prouidentur per pro-
uiſionem dicuntur collatiua, &
non electiua, vt poſt alios inquit
Garzia de Benefic.par.1. cap.6.nu.
23.& ideo ſi Guardianatus non
eſſet officium electiuum, priuati
voce actiua, & paſſiua poſſent
conſequi Guardianiam; quod eſ-
ſet abſurdum: Et licet electio
Guardianorum ab aliquibus vo-
cetur prouiſio, tamen.

Reſpondetur, quod prouiſio eſt nomen plurib.adaptabile;& quandoque ſapit electionem, quandoq; confirmationem,quandoq; vtrumque, & quandoque proprio motu factam promotionem, Bald. in l. Barbarius n.42. C.de offic.prætor. Vnde quia Guardiani non aſſumuntur per hanc prouiſionem vltimo loco poſitam, ſed iuxta formam c.quia propter, & per vota ſecreta, vt ſupra dictum eſt; ſequitur, quòd quando dicitur, Guardianos aſſumi per prouiſionem, intelligitur de prouiſione primo modo accepta; ſcilicet, de prouiſione, quæ ſapit electionem, &

27 confirmationem. Et ſtando in iure communi, circumſcriptis ſtatutis Religionum, & earum legitimis conſuetudinibus, nullus Prælatus amoueri poteſt à ſua prælatura, niſi eo audito, vt ſupradictum eſt, ac iuſta, & rationabili cauſa exiſtente, vt probatum fuit per iura,& Doctores ſupracitatos. Quibus addo Panorm. in c.Monachi n.8. ibi, qui per electionem, Azor.par.2. lib.3. cap.26. q.15. Sigiſm.de elect.par.1. cap.7. dub.49. Lezana par.2 cap.13.n.56. Bordo. tom.2.reſol.58.n.53. Vidal.tit.de Prælatis inquiſit. vnica per totam, Fr.Anton. à Spir.Sanct. de regim. præl.tract.4.diſp.1.ſect.5.n.135.& Prælati ſuperiores amouendo inferiores à ſuis Prælaturis ſine iuſta cauſa peccant mortaliter, & amotio eſt nulla, Vidal. vbi ſupra n.54. Fr.Anton. vbi ſupra nu.137. Maximè quando Prelatus inferior proteſtatus eſt ſe velle defendere; & oſtendere cauſam illam prætenſam eſſe falſam, vel non ſufficientem. Bordon.deciſ.329. & 369. Vidal ſupra n.47.& Fr.Anton. n.138. Quia Prælatus ſubditus habet ius defendendi, & retinendi ſuam prælaturam, & iuriſdictionem:

28 Et Generalis non ſolum non poteſt priuare Prælatos inferiores ſuis prælaturis ſine cauſa, ſed nec auferre ab eis iuriſdictionem ordinariam, quam habent ſuper ſuos ſubditos, neque in toto, neque in parte ſine iuſta, & rationabili cauſa. Fr.Anton.à Spir.Sancto, vbi ſupra n.139.ex Portel. verbo Prælatus in addit.n.7. & Vidal.ſupra n.22.& multo minus poteſt hæc facere Prouincialis,vt contra Suar. tom.4. de Relig.tract.8. lib.2.cap. 2.n.23. & Lezanam par.1. cap.18. n.87. tenent cum Sigiſmund. Bordon.tom.2.reſol.58.num.53.& Fr. Anton.à Spirit.Sanct. dicto tract.4. diſp.2. n.98.ex ca.monachi de ſtatu monachor.

Non obſtat quod facilius remouentur regulares, quàm ſæculares à ſuis adminiſtrationibus, vt in ca. qualiter 24.de accuſat., quia facilitas remouendi regulares non tollit formationem proceſſus quoad ſubſtantialia, ſed tantum tollit apices iuris, facilius etiam remouentur, licet delicta non ſint tam grauia, quam debent eſſe reſpectu Prælati ſæcularis, & ita etiam intelligunt Lauor.cap.23. de elect. n.23.& 24.& Sigiſm.par.1.de elect. ca.7.n.7. malè citati pro ſe à Zambello, quia dicunt, ſuperiores facilius remoueri cauſa probata, &

idem

idem Sigiſm. dub.49. nu.4. & 6. & dub.95. n.10. dicit, quod iudex non eximitur ab ijs, quę ſunt de ſubſtantia iudicij.

29 Et ſi Generalis, aut Prouincialis priuat Prælatum regularem inferiorem ſua prælatura, eo non citato, nec audito, & ſine iuſta, & rationabili cauſa, aut à voce actiua, & paſſiua, poteſt ſubditus appellare, Nauar. conſ.5. de appellat. n.6. tom.1. Roderiq. qq. regul.29. art.2. tom.1. Sayr. in Claui Reg. lib. 12. cap.17. n.38. Ghisler. de iudice regulari cap.15. n.58. Berti in praxi tit.27. cap.3. de appellat. n.58. quæ appellatio ſuſpendit ſententiam, Peyr. tom.3. priuileg. cap.4. n.19. & 20. Quia quando agitur de re graui, ſcilicet de priuatione officij, &c. formato proceſſu, datur appellatio ſuſpenſiua. Idem dicit Bordon. tom.1. reſ.32. n.36. Et interim appellans poteſt proſequi officium ſuum, iubendo, abſoluendo, excommunicando, dando vocem, vel illam recipiendo: alias electio eo excluſo poteſt irritari, ſi ab excluſo petatur. Roderiq. loc. cit. ad tertiũ, Peyrin. de ſubdito q.1. §.31. §.10. verſ. dico tertio, quia non eſt
30 admiſſus admittendus: Et ideo ſi iſte excluſus ſuam velit proſequi iniuriam, debet iudex electionem irritare, & annullare, iuxta ca. bonæ memoriæ el 2. §. electionem, & ibi Imol. n.5. cap. quod ſicut de electione, & ibi Panorm. n.3. Imol. n. 4. Sylu. verbo electio 1. qu.5. diſt 5. Armilla eodem verbo n.20. & Tabiena n.13. Innoc. in cap. quia propter et in cap. conſiderauimus de elect. Lambertin. de iure patronat. par.2. qu.2. art.8. n.15. Tuſc. litt.C. concl.967. et litt. A. concl.36. Ric. in praxi rerum quotidian. par.4. reſ.24., nam licet vocatio eorum ad quos pertinet non ſit de ſubſtantia electionis, Menoch. conſil.67. n.31. Marta in ſuis ff. nouiſſim. tit. de elect. cap.45. et 49., eſt tamen de iuſtitia ipſius electionis: Ideò ad inſtantiam contempti debet annullari. Ricc. et alii Doctores ſupra citati.

31 Et licet quando prælatura non eſt electiua ſed manualis, dicant Ricc. et Sigiſmund. citati à Diana par.2. de dub. regul. reſol.117. quod Generalis pro ſuo libito poteſt amouere eam à Prælato inferiori, et iſte non poteſt conqueri, ſiue agere contra ſuperiorem, cum illi nullam iniuriam faciat, ſed vtitur iure ſuo, tamen etiam in hoc caſu conſulendum eſt famæ tum Religionis, tum Religioſi, alias iniuſta eſſet talis amotio, dicit Lezana par.2. cap.13. n.56. Imò Vidal in tit. de Prælatis nu.70. & ſeq. tenet, quod nec Generalis ſine iuſta cauſa poteſt amouere Prælatum inferiorem à prælatura manuali, & ſequitur Fr. Anton. à Spirit. Sanct. de regim. prælat. tract.4. diſp.1. ſect.5. num.135. Quia huiuſmodi Prælati habent ius legitimè acquiſitum durandi in illo officio toto tempore præſcripto à Regula, vel Religionis conſuetudine, ergo infra illud tempus ſine cauſa licitè pri-
32 uari non poſſunt, & illa Clauſula ad nutum, idem importat, ac illa, ad arbitrium boni viri, quod tale di-

dicitur; quando iudicatur aliquid conſideratis omnibus, et cum cauſa, ita Vidal. et Fr. Anton. à Spir. Sanct.

Quando autem officium,& prçlatura eſt electiua, et priuatus per ſententiam,ſiue condemnatoriam, ſiue declaratoriam appellat, fictione iuris per interpoſitam) appellationem non dicitur condemnatus, nec officio, vel prælatura priuatus, et ideo remaneat in ſuo officio ſicut antea, et fungi poteſt ſuis oneribus, et honoribus. Scacc. de appellat.qu.3.n.72.Barboſ. in cap. ſæpe 44. de appell.nu.6.Bordon.in prax.crim.c.96.n.42.quod intelligi debet vt ſupra,ſcilicet,niſi propter malam adminiſtrationem eſſet interim interdicta adminiſtratio, quia aliud eſt remouere aliquem ac ſola adminiſtratione, et aliud priuare ab officio, nam poteſt ſtare prælatura, et ſuperioritas ſine adminiſtratione, a qua nec amoueri quis poteſt niſi ſit diffamatus apud bonos,et graues viros, vel accuſatus aut denunciatus de delicto priuante officio, et conſtet de mala adminiſtratione, iuxta dicenda infra c.ſeq.n.4. et ſeq.

33 Et addo obiter, quòd nemo ex vocalib.poteſt excludi ab electione actiua ſub prætextu alicuius inhabilitatis,delicti,aut cenſuræ,etiam cauſa pendente, niſi prius fuerit citatus, auditus, et confeſſus, aut conuictus, et per ſententiam condemnatus, et ante ſententiam in foro externo pro habili habetur. Hoſtienſ.Io.Andr.et Felin.in c.minimè de accuſat.Caſtellin.de elect. c.5.n.1.Lezana par.2.c.12.n.30.& ſi excludatur ad ſui inſtantiam irritari poteſt electio.Et interrogante præſide electores tempore celebrandæ electionis, an ſciant aliquem ex capitularibus habere aliquem defectum, vel impedimentum, propter quod nequeant eſſe de corpore capituli, ſi aliqua inha-

34 bilitas opponatur alicui; debet quantum tempus permiſerit, fieri inquiſitio de ea, et ſi ſpontanea confeſſione, vel legitima euidenti probatione veram eſſe oppoſitionem præſes inuenerit, ſtatim debet inhabilem priuare, et eijcere de capitulo: Sed ſi res eſt dubia, aut altiorem requirit indaginem, aut ſine ſcandalo talem inhabilem eiicere non poteſt de capitulo, admitti poteſt, et debet cum proteſtatione illi facta, quòd admittitur ad eligendum ſi, et in quantum debet admitti, et non aliter nec alio modo; nec cum illo alii electores intendunt communicare in electione, ſi non debet admitti, nec eius vox alicui in tali caſu dare ſuffragium, vel afferre nocumentum,intendit,Innocen.in cap. illa quotidiana num.2. de electio: Panorm. in cap. Vintonienſi num. 14. & in cap.Cumana de electio.in fine, Sylu. in verbo electio 1 qu. 15. num.17. Roſella verbo electio 1. num.37. Miranda tom.2. quæſt. 23. num.11.in fine, ſed ſi eſſet notoriè excommunicatus, & denunciatus, aut ſuſpenſus, debet eiici etiam violenter ſi ſine ſcandalo fieri poteſt. Et ſi non poteſt, debet fieri proteſtatio; quod ita non eijcitur,

citur, quia ſine ſcandalo eijci non poteſt; debent tamen electores proteſtare, quod non intendunt illum voluntariè admittere, & cum illo communicare in electione; & ſine tali proteſtatione admitti non debet, ne videatur voluntariè, & ſcienter admiſſus, vnde tota electio corruat.

CAPVT VI.

Superiori regulari per electionem aſſumpto accuſato, vel denunciato, an cauſa pendente ſit ei interdicenda adminiſtratio.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus de crimine commiſſo extra officium pendente iudicio retinet officium.*

2 *Accuſatus de crimine commiſſo in officio cauſa pendente licet retineat officium, interdicitur adminiſtratio, intellige, vt num. 4.*

3 *Reus quouſque non abſoluitur debet reputari delinquens.*

5 *Finis officij temporalis non eſt expectandus, vt interdicatur adminiſtratio.*

6 *Sacerdos carceratus ſi eſt habilitatus, pendente cauſa pro qua fuit carceratus non poteſt celebrare.*

7 *Habilitatus cenſetur carceratus.*

8 *Abſolutus à cauſa pro qua fuit carceratus etiam rebus ſic ſtantibus, celebrare poteſt.*

9 *Pœna contra dilapidatorem bonorum monaſterij qualis eſt.*

19 *Practica circa modum procedendi contra Prelatum inquiſitum de dicta dilapidatione.*

1 BArt. in l. libertus §. in quæſtionibus ff. ad municip. loquendo de quocumq; officiali dicit; aut quis accuſatur de crimine commiſſo extra officium, & pendente iudicio retinet officium, & adminiſtrationem,
2 aut accuſatur de crimine commiſſo in officio, & tunc licet accuſatione pendente retineat officium; adminiſtratio tamen interdicitur, per l. quod ſi forte §. ſunt quidam ff. de ſolut. & l. eum quem Cod. de ſuſpect. tutor. in quibus locis, idem dicit ipſemet Bart. eodem modo etiam diſtinguunt Io. Fab. in §. ſi quis autem in princip. inſtit. de ſuſpectis tutor. Luc. de Pen. in l. vn. col. fin. ad finem C. de rei poſtul. lib. 10. & in l. iudices col. 2. verſic. ſed an iudic. Cod. de dignit. lib. 12. Pariſ. de Put. de ſyndic. verbo accuſatus colum. 1. 2. & 3. Afflict. in conſtit. Regn. lib. 1. rubr. 37. ſuper conſtit. ſtatuimus num. 50. Vincent. de Franch. dec. 8. in princ. De Ponte dec. 7. vbi refert fuiſſe iudicatum, officiales ipſorum pendente inquiſitione remoueri ab officii adminiſtratione, donec appareat de innocentia. Georg. alleg. 42. nu. 21. Capiblanch. de Baron. fol. 121. num 41. nam reus quouſque non abſoluitur debet reputari delinquens, l. reus ff. de muner. & honor. l. 1. Cod. de reis poſtuland. lib. 10. & inquiſitione pendente reum tractandum eſſe vti crimino ſum, ſtante iuris præ-

præſumptione contra ipſum, Intrigl.ſing.45. Capic. deciſ.121. Baiard.q 16. Viu.deciſ.40. n.13. Anna ſing.370.& 476. Gram.conſil.ciuil. 161.& conſ.crimin.10. De Franch. deciſ.423. & 493. quibus adde Maſtrill de Magiſtr.lib.1.cap.5. n.45. S.Felic.dec.61.n.3.

4 Et licet verum ſit quod officiali accuſato de crimine in officio cō miſſo ſit interdicenda adminiſtratio, hoc tamen intelligendum eſt, quando cauſa eſt talis, quod ea probata priuandus is eſſet officio, alias ſecus. Bart. in dict. l.quod ſi forte §. ſunt quidam n.5. in fine, Franch. dicta deciſ.8. nu.2. Caball. caſu 76.n.3. & n.4. dicit, quòd requiritur etiam, quod de tali accuſatione captæ ſint informationes, & incipiat conſtare ſummatim de mala officii adminiſtratione, & aliquid ſubſtantiale contra accuſatum appareat. Ex mente Bart. vbi ſupra, & Franch. dicta dec.8.nu.4. & 5.& Io.Fabr.loco citato, & ſubdit Cabal.vbi ſupra n.6.& 7.

5 Quod in officiali temporali non eſt expectandus finis officii, aliàs fruſtra fieret amotio, ex Bald.ſuper feud. tit. de pac. conſtan. in verbo credentias in finalibus verbis ſub n.2. Pariſ. de Put. vbi ſupra n.7. & Franch.dicta deciſ.8.n.6 Ex quibus patet quando Prælato regulari ſit interdicenda officii adminiſtratio, quib.adde. Aut eſſet infamatus apud bonos, & graues viros, de mala adminiſtratione; etſi de Ponte deciſ.25 nu.2. dicat quando delictum eſt graue, non ſolum ab adminiſtratione ſuſpendi debet, ſed etiam à beneficio propter grauitatem criminis, & tunc eſſet interdicenda adminiſtratio, quando de leuibus delictis eſſet inquiſitus, pro delicto graui intelligi hic debet, quando venit imponenda pœna triremium vel carceris, & pro delicto leui, quando pro delicto venit imponenda pœna priuationis tantum officii, quo officio licet non poſſit priuari niſi ſit confeſſus, & conuictus, vel condemnatus, poteſt tamen propter malam adminiſtrationem interdici adminiſtratio, donec per ſententiam eſſet condemnatus, ſed ſi appellauerit remanet in eodem officio, vt dictum eſt ſupra cap. præcedenti n.12. & remouetur tantum ab adminiſtratione, ſi apud bonos, & graues viros ſit infamatus, vel ſi conſtet de mala adminiſtratione vt ſupra, & S.Felic. deciſ.61.num. 3. vbi reijcit Gabrielem Berart. in ſpeculo viſitationis ca.7. dicentem non poſſe ſuſpendi ab officio, niſi probatis delictis; addit etiam idem S.Felic.ex Bart. in dicto §. in quæſtionibus, & Io. Faber.in §.Si quis autem, de ſuſpectis tutoribus, quod etiam quando delictum extra officium commiſſum eſſet tale, quod ſcandalum generaret, eſſet interdicenda adminiſtratio propter publicam infamiam, quod intelligo poſt quando eſt conſtitutus, & factus reus; officio autem nemo eſt priuandus propter ſolam infamiam facti, ſed requiritur iudicis ſententia, vt dictum eſt in cap.præ-

6 cedenti. Et ſi ſuperior presbyter accuſatus, eſſet carceratus pro quo-

quocumque delicto, & poſtea pendente cauſa eſſet habilitatus, quovſque non eſſet abſolutus non poterit miſſam celebrare; quia ſi cauſa pendente interdicitur officii adminiſtratio, multo magis interdici debet diuinorum exercitatio, c. venerabilis de off. deleg. & ibi Doct.,

7 & habilitatus cenſetur carceratus, l. ſuccurritur ff. ex quib. ex cauſ. maior., & cùm loquentia de carceratis, extenduntur etiam ad habilitatos, Guid. Pap. deciſ. 158. & in propriis terminis loquitur Ric. deciſ. 264. par. 2. & ſequitur Alfonſ. de Leon. de cenſur. recoll. 6. poſt n. 866. qui n. 1020. dicit, cum expreſſa licentia iudicis, qui eum carceribus mancipauit, celebrare poteſt.

8 Et ſufficit quod abſoluatur cum clauſula, rebus ſic ſtantibus, vel nouis non ſuperuenientibus indiciis, vt poſſit miniſtrare in ſuſceptis; Et ſi non eſt presbyter, ordinem presbyteratus ſuſcipere, vel maiores ordines ſi eſt in minoribus. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rubr. 11. cap. 27. n. 89. & ſeq. Alfonſ. de Leon. vbi ſupra.

9 Et circa hanc materiam, non eſt omittendum id quod dicũt Doctores circa Prælatum Regularem bonorum monaſterij dilapidatorem, pro quo delicto priuatur omni adminiſtratione, & dignitate in perpetuum, & ad infamiæ notam carceri mancipatur; vt ex Archidiac. Anton. & Abbate aſſerit Roderiq. qq. regul. tom. 2. q. 35. artic. 1. ſubdens; quod in punitione huius delicti, ſic eſt procedendum; vt

10 ſuſpicione delicti vrgente, aut fama peruulgata, inſtituatur primo proceſſus ſuſpicionis, aut infamiæ, idque ſummariè, & abſque ſcriptura; & conſtito de ſuſpicione, aut infamia etiam leui, reus ab adminiſtratione amoueatur; & poſtea de veritate dilapidationis fiat proceſſus, in quo ſi reus reperiatur conuictus de bonorum dilapidatione puniatur, pœna ſupra poſita, ita Roderiq. & Diaz. in pract. canon. cap. 71. et poſt eos Pelliz. in manual. regul. tract. 9. cap 4 n. 190. quorum opinionem, quod amoueatur ab adminiſtratione abſque ſcriptura non ſequor; ſed tunc puto eſſe amouendum, quando poſt captas informationes incipiat ſũmatim conſtare de ſupradicta dilapidatione, vt aliquod ſubſtantiale contra inquiſitum, vel accuſatum appareat, vt ſupra dictum eſt, ex Caballo.

CAPVT VII.

Formæ variæ accuſationum delictorum facti tranſeuntis, vel permanentis, coram iudice ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Forma accuſationis facti tranſeuntis, quando accuſator propriam iniuriam proſequitur coram iudice ordinario.*

2 *Forma accuſationis facti tranſeuntis, pro bono communi facta iudici ordinario.*

3 *Forma accuſationis delicti tranſeuntis,*

tis, quando non conſtat de delinquente coram indice ordinario.

4 *Forma accuſationis delicti facti permanentis, coram iudice ordinario.*

5 *Forma præſentationis, accuſationis, & Decreti inquirendi de corpore delicti, & electionis Actuarij.*

6 *Forma præſentationis, accuſationis, & Decreti de procedendo in delictis facti tranſeuntis.*

7 *Forma continuandi proceſſum in accuſatione delicti facti permanentis conſtito de corpore delicti.*

8 *Forma incipiendi proceſſum per viam accuſationes à iudice delegato.*

Forma accuſationis, facti tranſeuntis, quando accuſator propriam iniuriam proſequitur.

1 Coram R.P.N. Abbate, &c. die, &c. menſ. Ann. &c. comparet Frat. Fulanus, non animo calumniandi, ſed pro ſuo iure proſequendo, & defert, ac proponit iudicialem accuſationem contra Fr. N. qui menſe tali huius anni, ante ianuam refectorij huius monaſterii, baculo illum aggreſſus eſt; & acerrimè illum in ſcapulis percuſſit, prout probare intendit, & accuſationem hanc vſque ad finem proſequi volens, inſtat, & petit, vt informationes capiantur; & ne delicta remaneant impunita ea fiant quæ de iure ſunt facienda, vſque ad ſententiam diffinitiuam, ad hoc vt delinquens prædictus digna pœna puniatur, & condemnetur ſecundum formam iuris, & omni via, iure, & forma quibus melius fieri poteſt, ne in poſterum ſimilia contra ipſum accuſatorem facere audeat, et examinari poſſunt. Fr. N. Fr. N. &c. qui interfuerunt; & ita hoc, & omni alio meliori modo. In quorum fidem propria manu ſubſcripſit, & ſubſcribit obligans probare ſub pœnam talionis.

Fr. Fulanus, &c.

Alia forma accuſationis, facti tranſeuntis, pro bono communi, coram Iudice ordinario.

2 Coram R.P.N. Abbate N. Die, &c. Menſe, &c. Anno, etc. Comparet in hoc monaſterio N. Fr. Fulanus non animo calumniandi, ſed pro bono communi tuendo, & defert, & proponit accuſationem contra Fr. Fabium, qui in hoc menſe Auguſti monaſterium de nocte egreſſus eſt, per talem partem, etc. prout probare intendit, et hanc accuſationem vſque ad finem proſequi volens, ne delicta remaneant impunita, inſtat, et petit, vt informationes capiantur, ac ea fiant, quæ de iure ſunt facienda, ad hoc vt delinquens iuridicè digna pœna puniatur, per ſententiam diffinitiuam; ne in poſterum ſimilia contra commune bonum religionis facere audeat. Examinari ad hoc poſſunt teſtes N. et N.

In quorum fidem propria manu ſubſcripſit obligans narrata probare in pœnam talionis.

Fr. N. Fulanus.

Alia

Alia forma accuſationis delicti facti transfeuntis, quando non conſtat de delinquente, iuxta dicta in par. 2. c. 5. n. 67.

3 Coram vobis R.P.N. Abbate, &c. die, &c. menſe, &c. Anno, &c. Comparet in hoc monaſterio Pat. Iulius, & exponit, notificat, ac denunciat qualiter hac nocte præterita dum ipſe erat in choro perſoluens officium matutinum, in propria Cella ſibi furto ſublata fuerunt ſua ſcripta quadrageſimalia, & neſciens delinquentem, vt hoc delictum non remaneat impunitum, & vt reſtituantur ſibi dicta ſcripta quadrageſimalia, & ad omnem alium meliorem finem, denunciat vobis tale delictum; & inſtat, vt ex officio inquirat, & perquirat delinquentem, vt de iure eſt faciendum, quo delinquente inuento procedatis ad vlteriora, prout de iure, vſque ad ſententiam diffinitiuam, & ita hoc, & omni alio meliori modo.

Fr. Iulius, &c.

Forma accuſationis delicti facti permanentis, coram Iudice ordinario.

4 Coram vobis R. P. N. Abbate, &c. Comparuit perſonaliter Fr. N. eiuſdem Religionis conuerſus, & per viam iuridicæ accuſationis expoſuit, qualiter Fr. N. alius conuerſus eiuſdem monaſterii his diebus præteriti menſis Auguſti, præſentis anni in hoſpitio monaſterii N, cum quodam cultro grauiter vulnerauit in capite, & in brachio dextro cum magna ſanguinis effuſione fratrem N etiam conuerſum eiuſdem monaſterii. Qui vulneratus reperitur in ſua camera, quæ eſt in foreſtaria huius monaſterii; & prædictus Fr. N. dicit hoc officium accuſatoris ſibi aſſumpſiſſe, non animo calumniandi, neque odio, aut maleuolentia, ſed zelo bono communis, ne in religione delicta remaneant impunita, vnde peto per vos contra dictum accuſatum procedi ſuper dicto maleficio, & ipſum puniri, & condemnari ſecundum formam iuris, & ſtatutorum, hoc, & omni meliori modo, &c.

Dat. in hoc Monaſterio N. die, &c. Menſe, &c. Anno, &c. teſtes ſunt. Fr. N. Fr. N. &c.

Ego Fr. N. Subſcribo pœna talionis ſi in probatione defecero.

Forma præſentationis accuſationis, & decreti inquirendi de corpore delicti, & electionis Actuarij.

5 In nomine Domini, &c. Die, &c. Menſe, &c. Anno, &c. in Monaſterio, &c. Coram R. P. N. Abbate, &c. præſentata fuit ſupraſcripta accuſatio, cum ſubſcriptione ad pœnam talionis, vt patet; ideò Præfatus Reuer. Pat. Abbas decreuit, prout præſenti decreto decernit ante omnia de corpore inquirere delicti, electo actuario Pat. N.

Sacerdote, iniuncto præcepto de fideliter ſcribendo, & ſecretè tenendo, hic ſequitur probatio de corpore delicti, & forma pro bandi corpus delicti habetur. par. 2. cap 6. quo probato continuatur proceſſus, vt infra n.7.

Ita eſt P.N. Abbas.
Fr.N. Actuarius.

Forma præſentationis accuſationis, & decretum de procedendo in delictis facti tranſeuntis.

6 In nomine Domini, &c. Die, &c. Menſe, &c. Anno, &c. in monaſterio, &c. coram R.P.N. Abbate, &c. præſentata fuit ſupraſcripta accuſatio, cum ſubſcriptione ad pœnam talionis, vt patet, & conſiderans, quòd huiuſmodi crimen eſt tale, & tam graue, quod ſine creatoris iniuria abſque punitione pertranſire non debet; ideò decreuit prout decernit, teſtes a denunciatore productos, & alios, ſi opus eſt, examinare, & omnia alia peragere prout iuris eſt.

Ita eſt. P.N. Abbas.
Fr. N. Actuarius.

Forma continuandi proceſſum in accuſatione delicti facti permanentis, conſtito de corpore delicti.

7 Attentis ſupraſcriptis, cum plenè in actis conſtet de corpore delicti, R.P.N. Abbas, ſupra præſentatam accuſationem iuſſit inſeri in actis, prout inſeritur, eamque admiſit ſi, & in quantum, &c. & volens debitè ſuo officio ſatisfacere decreuit, prout præſenti decreto decernit, in cauſa, & cauſis procedere, informationes ſumendo, teſtes examinando, & alia præſtando, quæ de iure nouerit facienda, omni meliori modo. Datum in hoc noſtro monaſterio N. Die, etc. Menſe, &c. Anno, &c. in quorum fidem, etc.

Ita eſt. P.N. Abbas.
Fr. N. Actuarius.

Forma incipiendi proceſſum per viam accuſationis à iudice delegato.

8 In nomine Domini, &c. Anno à natiuitate Domini, &c. Die, &c. Menſis, etc. Coram R.P.N. Iudice delegato ab Adm. R. P.N. virtute patentium litterarum ſub datum Romæ, &c. manus ipſius Admod. R.P.N. ſubſcriptarum, et ſigillo ſui officii N. munitarum, quarum tenor talis eſt (hic ponitur per extenſum tota delegatio cum ſubſcriptione) comparuit perſonaliter Fr. N. et quærelam accuſatoriam infraſcriptam propoſuit (hic ponitur per extenſum accuſatio cum ſubſcriptione ad pœnam talionis). Quo audito R.P.N. decreuit prout præſenti decreto decernit, ante omnia de corpore delicti inquirere, &c. vt ſupra, (ſi delictum eſt facti permanentis, et ſi delictum non eſt facti permanentis,) et conſiderans quod huiuſmodi crimen, etc. vt ſupra, in decreto pro delicto facti tranſeuntis. &c.

CA-

CAPVT VIII.

De modo procedendi per viam denunciationis.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio quid, & quotuplex ſit.*

2 *Denunciationis iudicialis deſcriptio.*

3 *Denunciator habet obligationem probandi crimen de iure, ſecus de conſuetudine.*

4 *Denunciatio debet eſſe ſcripta.*

5 *Denunciator debet exprimere crimen cum ſuis qualitatibus.*

6 *Debet exprimere delinquentem.*

7 *Denunciantis nomen debet eſſe expreſſum, & nomina teſtium, n.8.*

9 *Denunciatio fieri poteſt per literas.*

10 *Infamia non requiritur, quando proceditur via denunciationis.*

10 *Denunciare non tenetur, qui non habet certam cognitionem peccati ſui proximi.*

11 *Nemo tenetur denunciare peccatum, quod ab alijs audiuit.*

12 *Tempus, & locus delicti an ſint exprimendi in denunciatione iudiciali?*

13 *Ad denunciandum, qui debent admitti.*

14 *Prælatus regularis non debet admittere omnem denunciationem.*

15 *Denunciatio contra viros in Religione eminentes non debet admitti niſi denunciator ſe obliget ad pœnam talionis.*

16 *Denunciandus an ſit emendatus de ſuo peccato?*

17 *Denunciandus non eſt, qui caſualiter, & non data opera incidit in peccatum luxuriæ.*

18 *Emendatus quando quis præſumitur.*

19 *Correctio an ſit facienda de peccato præterito, ſi non ſit periculum relabendi.*

20 *Denunciationem præcedere debet ſecreta admonitio ſi probabiliter exiſtimetur profutura.*

21 *Denunciare iudicialiter quis poteſt delinquentem, ſi probabiliter, & prudenter iudicat, quod fraterna, & paterna correctio non iuuant, & num. ſeq.*

23 *In dubio an correctio ſit profectura, vel nocitura an quis teneatur denunciare?*

24 *In delictis priuatis, & omnino occultis, quando timetur deterioratio peccatoris ex correctione, vel admonitione facienda à Prælato, non eſt facienda, ſed eſt rogandus Deus pro eo.*

25 *Prælatus quando ſubditus paternè correctus non reſipiſcit quid facere debet?*

26 *Delictum denunciatum Prælato tamquam Patri, non poteſt puniri iudicialiter.*

27 *Denunciari debitum Prælato poteſt, quando melius per ipſum corrigatur.*

28 *Prælatus quid facere poteſt quando delictum eſt ei denunciatum vt pater, ſi probari poteſt?*

29 *Delictum quando eſt probabile, & monitio paterna delinquenti non iuuat, poteſt Prælatus tranſire ad iudicialem punitionem.*

30 *Delictum omnino occultum etiam contra bonum commune, non tenetur quis denunciare ſuperiori iuridice, ſed vt pater.*

31 *Differentia, quæ eſt inter delicta occulta, & improbabilia, & inter delicta occulta ſed probabilia?*

32 *Denunciare quis non tenetur, quando*

Digitized by Google

ex denunciatione timet probabiliter aliquod malum euenturum, & nu. 41. Niſi damnum impediendum eſſet cōmune. ibid.

33 *Denuncians quando non obligatur, vt teſtium inductio precedat denunciationem?*

34 *Denunciare quis non tenetur delinquentem Prælato, quando moraliter certo creditur non adhibiturum remedium. Nec quando iudex factus eſt certus per alios.*

35 *Delictum priuatum ſub ſecreto acceptum non eſt denunciandum.*

36 *Denunciandum non eſt peccatum in damnum tertij, quando firmiter creditur profuturum, ſecus in dubio.*

37 *Nec quando damnum denunciantis eſt maius, quam præiudicium faciendum illi tertiæ perſonæ.*

38 *Denunciare poſſunt delinquentes in viſitatione generali abſque præuia monitione.*

39 *Prælati in viſitatione generali non poſſunt præcipere ſubditis, vt denuncient delinquentes contra bonum priuatum, ſi ſunt omnino occulti, nec vt manifeſtent eos, vt iudici in delictis contra bonum publicum.*

40 *Prælatus poteſt procedere contra delinquentes, etiam ſi ab alijs eſſent iniuſtè detecti in iudicio.*

41 *Socij criminis non ſunt denunciandi, & quando ſecus.*

42 *Denunciare quis non tenetur quando prudenter timet, ex denunciatione maius ſcandalum oriturum, nec quando periculum denuncianti ex denunciatione ſequeretur, numero 43.*

44 *Corripiendi obligatio raro eſt in proprijs iniurijs ante denunciationem.*

45 *Denunciare crimen contra bonum publicum, aut in damnum tertij, quando quis tenetur?*

46 *Denunciator an, & quando poteſt eſſe teſtis in cauſa denunciata? negant multi, imò quod neque eorum conſanguinei, & conuerſationem continuam cum eis habentes poſſunt eſſe teſtes, ſed contrarium, n. 47.*

Denunciatores ſi eſſent plures, iudex eligit magis idoneum. ibid.

47 *Denunciator quod poſſit eſſe teſtis tenent alij.*

48 *Opiniones concordantur.*

49 *Denunciator quando poteſt eſſe teſtis requiritur, vt proprijs oculis delictum videat.*

50 *Peyrin. in formular. litt. D. num. 9. reijcitur.*

51 *Maſcard. concl. 907. n. 9. reijcitur.*

52 *Delictum etiam malitiosè detectum non ab ipſo iudice, vel ſuis miniſtris, ſed ab alia perſona, tunc poteſt iudex procedere, & delinquentem punire.*

53 *Forma denunciationis iudicialis, quando non conſtat de delicto, neque de delinquente, & forma acceptationis huiuſmodi denunciationis, & continuandi proceſſum.*

54 *Forma denunciationis Euangelicæ.*

55 *Forma alia denunciationis iudicialis.*

56 *Forma denunciationis de delicto non relinquente poſt ſe veſtigia.*

57 *Decretum de procedendc.*

58 *Forma incipiendi proceſſum contra denunciatum in viſitatione generali, & etiam proceſſum continuandi.*

59 *Forma incipiendi proceſſum, & continuandi in delictis facti permanentis.*

60 *For-*

60 *Forma incipiendi proceſſum delicti facti tranſeuntis, & etiam continuandi.*

61 *Forma examinandi denunciantem.*

CVm in cap. præcedentibus de primo modo procedendi per accuſationem iam dictum ſit; & deficiente accuſatione, illius loco denunciatio ſecundo loco ſubrogetur; Vt doctrinæ ordo ſeruetur, de ipſa denunciatione hic dicendum erit, per quam ſicut per accuſationem, aperitur via iudici ad procedendum, & eſt modus ordinarius procedendi, ſicut accuſatio. Et licet de hac denunciatione plura dixerimus in dictis capitib. præcedentibus; remanent nunc aliqua ſpecialia de ea, & de modo procedendi per hanc viam. Et primò, quid, & quotuplex ſit denunciatio, explicandum eſt. Quæ quidem ſecundum antiquos Doctores, quadruplex eſt, videlicet, Euangelica, iudicialis, canonica, & regularis, ita Abb. in ca. nouit. de iudic. Sylu. verbo denunciatio num. 1. Sot. de ſecret. memb. 2. qu. 5. Nauar. in d. c. nouit. de iud. Ghisl. de iud. regul. c. 16. num. 60. & dicunt, quod Euangelica denunciatio eſt criminis apud iudicem, vt patrem, delatio ad emendationem in fratre procurandam, quam fraterna correctio obtinere minimè potuit zelo charitatis facta. Iudicialis publica, eſt criminis apud iudicem facta delatio, vt rei puniantur, & quies Reipub. conſeruetur. Iudicialis priuata, eſt criminis apud iudicem facta delatio pro ſuimet intereſſe. Canonica denunciatio eſt criminum apud iudicem facta delatio ad ea tollenda, damnumque Reipub. reprimendum, Regularis eſt criminum delatio, quæ in Religionibus fit iuxta illarum inſtituta ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ad ipſorum regularium emendationem, & ad commune religionis cuiuſque bonum conſeruandum.

Alijs magis placet, Denunciationem omnem in duo tantum membra diſtinguere; Videlicet in Euangelicam, quæ fit ſuperiori, vt patri, & in iudicialem, quæ fit ſuperiori, vt iudici, ita D. Anton. 3. par. tit. 19. cap. 9. Greg. de Valent. tom. 2. diſp. 5. qu. 12. p. 1. Rodriqu. qq. regul. 6. tom. 2. artic. 1. Mirand. ordine iudicial. qu. 7. art. 2., quos ſequitur P. Bouer. in direct. part. 2. cap. 8. vbi, ait, quòd omnis denunciatio, quæ iudicium excludit, fraterna appellari debet; & quæ per ſe ad iudicium ſpectat iudicialis eſt. Et hæ denunciationes multum inter ſe differunt, nam prima promanat ex fonte charitatis; ſecunda verò ex zelo iuſtitiæ; à prima nullus excuſari poteſt, à ſecunda multi, qui non tenentur, excuſantur; prima habet pro fine fratris tantum emendationem; ſecunda, vt frater ſeruato iuris ordine etiam puniatur; prima habet pro obiecto bonum tantum delinquentis, ſecunda verò bonum etiam publicum, vel priuatum ipſius denunciantis, in prima non formatur proceſſus; in ſecunda, ſic de quibus, & alijs differentijs videndi ſunt, Suarez tom. 4. de relig. lib. 10. ca. 8.

Thom.

Thom.à Ieſu de viſit.regul. tract.1. cap.4.n.4.Lezana tom.1.c.27. n.1. & Doctores citati à P.Bouer. dicto c.8. & Peyrin.in formul. litt.D.ca. 2.Fr.Ant.a Spir.Sanct.in direct.re gul.t.4 diſ.3.n.127. Iudicialis ergo denunciatio, de qua nos propriè, & principaliter loquimur, eſt delatio alicuius criminis, quę fit iudici competenti ad pœnam, vel correctionem inferendam delinquenti;
2 abſque libello, & obligatione probandi crimen, ca.qualiter, & quando el 2.de accuſat.& D.Thom.2.2. qu.68. art.1.Nauar.in c.nouit.de iudic.notab.5. n.2. Thom.à Ieſu de viſit.regul.tr.3.ca.2. §.3.Lezana tr. 1.ca.27.n.19.Pro cuius declaratio
3 ne ſciendum eſt, quòd denunciator non habet obligationem probandi crimen ab ipſo denunciatum; oportet tamen denunciationem eſſe veram; alioquin ſi iudex depræhendit denunciatorem falſa denunciaſſe, non debet eum ſine debita pœna dimittere. Salyc.in l. ea quidem n.28.C.de accuſat.Farinac. qu.16.à nu.15. & ſeq. vſque ad pœnam talionis.Iodoc.in prax.crimin.ca.6.n.8. Et quamuis de iure denunciator teneatur probare ea, quæ continentur in ſua denunciatione, iuxta l.Diuus, & l.ab accuſatione, & ibi gl. in verbo nunciatores, & in ver. aſſiſtere ff.ad Turpill.Clar.quæſt.7.verſ.quæro nunc. Nauar.in manual.c.17.n.124. & in c.inter verba 11.qu.3. concl.6.vbi, ait, non teneri ad denunciationem, qui probare non poteſt, & Regi. nal.in ſua praxi pœnit. tom.2. lib. 24 cap.3.nu.50.dicit, quòd, quando iudex intendit punitionem delinquentis, & iubet denunciationem, non tenetur denunciare ille, qui id, quod denunciandum eſt, probare non poteſt per idoneos teſtes. Tamen vſus, hoc non admittit, vt dicunt Salic. vbi ſupra n.23.Marian. & Card. Alex. quos citat, & ſequitur Clar.vbi ſupra, & de hac praxi teſtatur etiam Pegna in direct. inquiſit.Comm.16.verſ.his peractis, Farin.qu.185.n.71.Scacc.de iudic. ca.72.n.4.& hanc opinionem tenet etiam S.Thom.2.2.q.68.art.2.ad 3. Thom.à Ieſu de viſit.regul.cap.15. n.5.vbi citat Sot.Bann.Salon.Leſs. Valent.Tolet.Roderiq. & alios; & quoad religioſos loquuntur expreſsè, Sot.lib.5.de iuſt.qu.4.art.3. Bannes 2.2.q.33.ar.8. ad 3.Thom.à Ieſu de viſit.regul.tract.1.ca.16.nu. 13.Lezana ca.27. n.20. vbi inquit, quòd etſi non teneatur quis denunciare delictum, quod probare non valet; tamen ſi vult, hoc facere poteſt, & illud probare non obligatur.

Quæ vera ſunt in praxi, niſi conſtet dolo, falsè denunciaſſe, vt ſupra dictum eſt, immò quod tenetur religioſus denunciare, licet probare non poſſit, dicit Pelliz.in manual.tract.9.cap.4. num.74.

4 Et licet denunciator ad probandum non teneatur, tenetur tamen denunciatio habere quinque requiſita; quatuor a iure, & quintum à communi vſu; Videlicet, primum, vt ſit ſcripta per manum denunciantis, aut per manum Notarij, vel Actuarij apud acta. Clar.dicta qu.7. verſ. vlterius quæro num. 11. licèt

licèt regulariter, quando denunciator non eſt inſtigator, non teneatur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, Ricc. deciſ. 135. par. 2. vbi quòd denunciatio maleficiorum facienda eſt in ſcriptis cum ſubſcriptione denunciantis, ſed non ad
5 pœnam talionis. Secundum, vt in ea ſpecialiter exprimatur delictū, quod defertur, cum ſuis qualitatibus, quia expreſſio delicti in genere nullā poteſt aperire viam ad in-
6 quirendum. Tertium, vt exprimatur delinquens per nomen proprium, vel per alia ſigna æquipollentia, quæ delinquentes indicent, quando denuncians delinquentis
7 nomen ignorat. Quartum, vt exprimatur nomen denunciantis, alias Prælatus non poteſt inquirere, etiam ſi in literis eſſent notati teſtes de delicto informati. Roderic. qq. reg. tom. 2. q. 6 ar. 10. Bouer. in direct. c. 10. ver. cæterum, Ghisler. de iudice regul. c. 16. n. 65. Clar. q. 5. verſ. neque in hoc. Scacc. dicto cap. 71 n. 2. verſ. quartò, requiritur. Verùm, quòd quando ſunt nominati teſtes idonei de facto bene informati, licet iudex non poſſit per viam denunciationis procedere, tamen poteſt ex officio procedere ad inquiſitionem generalem, & interrogare teſtes, an ſciant tale delictum fuiſſe commiſſum; quo probato, ſi teſtes aliquem nominant, formari poteſt inquiſitio ſpecialis, Faria cum aliis citatis qu. 1. nu. 49
8 Quintum requiſitum ex communi vſu, eſt, vt in denunciatione ponantur nomina teſtium de crimine denunciato veriſimiliter informatorum. Angel. de maleſic. in ver. nec non ad denunciationem n. 20. Scacc. dicto c. 71. n. 2. aut nomina eorum à quibus intellexit, Clar. qu. 7. num. 10. Et ſi denunciator teſtes ignoret, ſolet iudex recepta denunciatione illi præcipere, vt infra triduum redeat, melius informatus.

9 Denunciatio poteſt etiam fieri per litteras, dummodo contineantur omnia requiſita de quibus ſupra. Abb. in ca. licet à Beato de accuſ. n. 2. Pitigian. in pract. ca. 9. n. 4. Berti in praxi tit. 7. c. 5. nu. 3. Ioſep. à S. Maria in tribun. religioſ. tr. 3. ca. 11. §. 5. Peyr. in formular. litt. P. ca. 17. n. 20. Fr. Ant. à Spirit. Sancto in direct. regul. tr. 4. diſp. 4. nu. 198. Accuſatio autem non poteſt fieri per literas. Abb. vbi ſupra, & in ca. dilectus eod. tit. n. 2. Triuiſ. dec. 29. n. 8 par. 2. Berti d. nu. 3. Sed per litteras miſſas ſub ſigillo contra aliquam perſonam Prælatus non poteſt agere, quia talis aſſertio non eſt neque accuſatio, neque denunciatio, Roderiq. tom. 2. qq. regul. 30. art. 2. Inciſa par. 3. cap. 10. nu. 2.

Nec confeſſio in Epiſtola ſecretò ad amicum tranſmiſſa, quam Prælatus ob aliquam cauſam aperiat, & perlegat, ſufficit, vt poſſit ipſe Prælatus procedere contra eam ſcribentem. Nauar. rubr. de iudic. n. 85. Sot. de tegend. memb. q. 6. Inciſa, vbi ſupra.

10 Quæritur tamen an vt iudex incipiat inquirere contra denunciatum debeat præcedere infamia? & Reſpōdetur negatiuè, quia denunciatio ſuſtinet vicē accuſatoris, & eodem

eodem modo aperitur via ad inquirendum per denunciationem, ſicut per accuſationem,& ideo eodem modo procedi debet, vnde facta denunciatione iudex ſuper ea aſſumere poteſt informationes. Clar.qu.7.n.1.Lezana par.1.qu.27. n.19.in fine, Megal.in praxi crim. c.11.n.23.& 24.

Et poteſt denunciari delictum notum tantum duobus, quia vno denunciante, & altero pro teſte inducto iudex procedere poteſt, ſi teſtis eſt omni exceptione maior, & poteſt interrogare denunciatum, & ſi neget torturæ ſubijcere; quia teſtis omni exceptione maior facit ſemiplenam probationem, vt de communi docet Farin. q.37. n.58.vt infra nu.31.& latè cap.ſeq. §.2.n.27.

10 Denunciare quis non tenetur ſi non habet certam cognitionem peccati ſeu proximi; Quia debet ea,quæ denunciat,verè, & realiter ſcire, vel per viſum, vel per moralem certitudinem, Becan.par.2.ca. 21.n.26.Valent.tom.3.diſp.3.q.10. punc.2.Caſtr.Pala.tom.1.tr.6. diſp. 3.punc.1.nu.5.Trullench.in decal. tom.1.lib.1.c.5.dub.13. n.3.Barbo. alleg.96.n.66. Nec eo caſu tenetur ad fraternam correctionem; quia nocet proximo, dum leuiter, & temerè iudicat eum eſſe in peccato; ita poſt alios Sanch.in opuſc.lib 6. cap. 2. dub.1. vnde infert Sanchez quod non tenetur corrigere quando crimen fratris ſcit per auditum, aut per rumorem,vel per ſigna du-

11 bia. Nec tenetur pariter denunciare tale peccatum, quod ab alijs audiuit. Roderic. tom.2 qq.regul. 6.art.7.Spatar.tract.5.ca.9. nu.1.2. & 3. Peyr. de ſubdito qu.1. cap.16. verſ.dico quarto. Sed ad præceptum ſuperioris in aliquibus caſib., vel propter grauitatem delicti, vel alium reſpectum tenetur manifeſtare ſi audiuit à perſona fide digna, & putat verum eſſe id quod audiuit, & Prælatus interrogat bona mente. Peyr.vbi ſupra, ſi autem à non fide dignis acceperit, vel a perſonis incognitis, aut non recordatur à quo acceperit non tenetur. Card. de Lug. de iuſt.tom.2. diſp.18.ſect.2.n.37.

12 Tempus, & locus an ſint exprimenda in denunciatione iudiciali, diximus ſupra eadem par.3.cap.1. num.6.

13 Qui non admittitur ad accuſandum, neque debet admitti ad denunciandum, ſecundum Bart.in l. Diuus num.7.ff.de cuſtod. reorum, Specul.tit. de denunc. §. quis poſſit denunciare, verbo Canonica quoque, Diaz.in pract.crim.canon.ca. 6. Sed hoc non procedit,niſi quando agitur de delicto, ſuper quo ex ſtatuto aliquo, vel conſuetudine procedi non poteſt niſi ad inſtantiam partis: Secus quando agitur de delicto ſuper quo poteſt iudex ex officio per inquiſitionem procedere, ſiue de iure, ſiue de conſuetudine; Quia quilibet admittitur ad denunciandum, maximè de iure canonico, latè Marc.Anto. Genuenſ. in prax. cur. cap.35. Et in practica etiam infames admittuntur ad denunciandum, & ſuper eorum denuncijs fiunt inquiſitiones.

Tuſc.

Tuſc.litt.D.concl.193.num.2. quæ denunciatio aperit viam iudici ad inquirendum. Et ad euitandum peccatum, quilibet poteſt denunciare. Tuſc. vbi ſupra n.4. Sed iudex debet habere conſiderationem ad teſtium depoſitiones, Marc. Anton.
14 Genue. vbi ſupra, Prælatus tamen regularis non debet moueri niſi denuncians ſit ſpectatæ probationis; Nam ſi eſſet malignus, calumniator, inquietus, & huiuſmodi vitiis maculatus non debet denunciationem admittere, P.Bouer. in direct.
15 par.2.c.15. in principio, & contra viros eminentes moribus, & vita, denunciatio non eſt admittenda niſi denunciator ſe obliget ad pœnam talionis, Roderic. tom.2. qq. regul.6. art. 8. Spatar. citat. à Baſſeo verbo denunciatio num.3. in 2. edit. Lezana ca.27. num.12. tom. 1. Frat. Anton. à Spiritu Sancto tractat.4. diſp.3. num.160. & ſupra dictum fuit.

16 Religioſum prorſus emendatum, itaut nullum prorſus probabile recidiui periculum ſubſit, eo quod ſcitur omnem peccandi occaſionem eſſe ſublatam, & verè, & ex animo pœnituiſſe, & delictum non eſt publicum, licet aliqui dicant denunciandum eſſe Prælato, vt patri, vt ſic ſecurior ſit, ne in poſterum labatur, vt Riccard. in 4. diſtinc.19. art.3. quæſt.1. corpore, Gabr. in canon. miſſæ rect.74. litt. V. Roſella verbo inquiſitio, Angel. verbo denunciatio num.10. Graff. par. 1. deciſio. lib.2. c.69. n.30.

Contraria tamen ſententia denunciandum non eſſe, eſt communior, quia totus ordo correctionis fraternæ, & denunciationis faciendæ Prælato in delictis occultis, eo tendit, vt frater plenè emendetur, ergo quando conſtat eum plenè emendatum, abſque probabili aliquo recidiui periculo non eſt vltra progrediendum, denunciando ſuperiori, D. Thom. quod lib. 11. artic.13. in ſolut. ad 3. D. Anton. 2. par. tit.9. c.6. §.4. Adrian. 4. quæſt. de correctio. fratern. §. pro huius deciſio. Sylu. verbo denunciatio quæſt.1. Armil. ibidem num.2. Sot. de ſecret. membr.2. quæſtio.4. poſt dub.3. concluſ.3. & lib.5. de iuſtit. quæſt.5. artic.1. verſic. & hinc ſumendo. Corduba lib.1. qu.43. verſ. Tertio vero, Aragon. 2.2. q.3. art.7. in fine, Valen. 2.2. diſ.3. q.10. pun.5. §. ſed rectius hoc negat, Nauarra lib.2. de reſtit. c.4. in noua edit. par. 2. dub.12. num.120. Palud. 4. diſtinc. 19. q.4. num.3. Sanchez in ſum. tom. 2. lib.6. cap.18. num.49. Diana par. 7. tract.3. reſol.49. Peyr. de ſubdito qu.1. cap.16. verſ. nota vlterius, Io. Sanchez diſp.11. num.51. Emman. Sà verbo correctio nu.4. Villalob. in ſumma tom.2. tract.4. diffic. 12. nu.14. Caſtr. Pal. tom.1. tr.6. diſp.3. pun.12. n.2. & punct.14. num.1. Rodriq. t.2. q.6. art.6. Ampliat Sanch. in opuſc. li.2. c.2. dub.15. n.7. etiam in peccatis publicis emendatis per longum tempus, niſi adhuc duraret infamia, & ſcandalum in populo.

Prima tamen ſententia procedit, quando frater exiſtit in periculo relabendi; videlicet, quando ita occaſionib. peccati innodatus eſt, vt moraliter loquendo iudicetur

caſurus, niſi ab illis diuertatur, aut quando ratione ſuæ fragilitatis ſumpta occaſione poteſt deſtruere, quod alij boni religioſi ſuo bono exemplo ædificant, aut quando res ſunt ita diſpoſitæ, ex præteritis negotiationibus, vt præſumi poſſit caſurus, ita limitant hanc ſecundam ſententiam Filliuc. tom. 2. tr. 28. cap. 8. n. 157. Bonac. diſp. 3. q. 4. punct. 7. n. 17. & ſequitur Diana d. reſol. 49. & Palaus vbi ſupra, qui n. 5. ex Ledeſma tom. 2. trac. 4. concl. 24. difficult. 5. pag. 290. Berti in prax. crim. tit. 7. c. 4. n. 10. Quod
17 ſi ſcias Religioſum bonæ famæ, vita, & moribus aliàs probatum in luxuriam incidiſſe non ex malitia, hoc eſt ex conſuetudine, ſed ex fragilitate humana propter occaſionem ſibi oblatam, te non debere Prælato denunciare ſi à te corrigi poteſt, quia tunc non cenſetur eſſe in probabili periculo cadendi. P. Bouer. indirector. par. 2. cap. 11. verſ. quod ſi quæratur. At ſi ex malitia, vel praua conſuetudine peccaret, eſt denunciandus; quia rarò præſumi poteſt emendatus, ſed potius in morali periculo iterum, & ſæpe cadendi verſari, ita Doctores, quos refert, & ſequitur Diana reſ. 49. in fine, & Pelliz. in manual. prælat. tract. 9. ca. 4. nu. 27. Hurtad. tamen de Mendoza, quem refert idem Dian. d. par. 7. tract. 3. reſol. 50., ita dicit, in Religionibus in quibus degitur cum magna dependentia ſubiectorum à Prælatis, licita eſt ordinariè immediata delatio criminis, quòd adhuc eſt recens, & commiſſum tempore non longè diſtante; quia in talibus criminibus, quando ſunt ſua natura viſcoſa, quæ difficile abiguntur, vt luxuria, furtum, detractio, & ſimilia; ordinariè eſt probabile periculum relabendi, & ſolent huiuſmodi peccatores fingere ſe emendatos, vt ſocios deludant, & denunciationem euitent: qui enim heri luxuriatus fuit, aut furatus, licèt, ſe ſacramento expiauerit, confeſſionis, nonne timebimus probabiliter hodie relapſurus, ſi in eadem occaſione verſetur? *longa, enim experientia, compertum eſt, peccata huius generis rarò euenire vnica vice, & non repeti multoties.* Et non poteſt à priuato, id præcaueri ordinariè, ſed à Prælato: ergo ea *delicta Prælato*, vt patri quando non ſunt improbabilia, aut vt iudici quando *poſſunt* probari, poſſunt deferri, ita Hurtad. & Coninch. de fide, ſpe, &
18 charit. diſp. 28. niſi conſtet delinquentem eſſe perfectè emendatum, & tunc delinquens præſumitur emendatus, ſi occaſiones omnino ſublatę appareant; vel ſi poſt commiſſum delictum longum tempus præterfluxerit, niſi aliunde conſtet de reincidentia. Achuna de confeſ. ſolic. qu. 3. nu. 15. Io. Sanch. diſp. 15. nu. 52. Sed totum hoc arbitrio boni, & prudentis viri remittendum eſſe puto, qui conſiderata qualitate perſonarum, delicti, & occaſionis, iudicare poteſt an ſit perfectè emendatus an non. Et etiam
19 quando peccatum eſt tantum in damnum delinquentis correctio non eſt illi facienda de peccato

præ-

præterito, ſi adeſt periculum relabendi, ſed pretermiſſa correctione poteſt Prælato denunciari, dicunt Valent. tom. 3. diſp. 3. q. 10. punct. 2. Bannes 2. 2. qu. 32. art. 3. dub. 2. ad 4. Sayr. lib. 12. cap. 10. Bonac. diſput. 3. qu. 4. pun. 7. n. 4. Aragon. art. 2. dub. 1. corol. 1. Hurtad. de Mendoz. vol. 2. diſp. 162 ſect. 7. §. 68. Caſpenſ. in curſu Theolog. tom. 2. tr. 17. diſp. 6. ſect. 1. nu. 7. Bordon. in praxi crim. cap. 3. nu. 23. Maximè in viſitatione generali in qua etiam de peccatis correctis delinquentes denunciari poſſunt quando timetur relapſus, & periculum reincidendi S. Bonau. ſuper Lucam 17. Angel. verbo denunciatio §. 10. Maranta de ordine iudic. qu. 11. artic. 6. & qu. 12. artic. 7. Contrariam ſententiam tenent Trullench. in decalog. tom. 1. lib. 1. c. 5. dub. 14. n. 3. Turrian. 2. 2. tom. 1. dub. 86. nu. 2. Coninch. de Charit. diſp. 28. dub. 6. nu. 117. Laym. lib. 2. tr. 3. cap. 7. num. 2. Sanch. opuſc. tom. 2. lib. 6. c. 2. dub. 2. num. 3. Caſtr. Pal. tom. 1. tr. 6. diſp. 3. punct. 2. num 6. Hurtad. diſp. 6. de correct. difficult. 4. Reginald. tom. 1. lib. 4. c. 25. num. 332. Villalob. in ſum. tom. 2. trac. 4 diffic. 2. n. 4. Dian. par. 7. tr. 3. reſ. 11. Quia cenſetur proximus in graui neceſſitate conſtitutus, quando ex occaſione peccati commiſſi, ſumat occaſionem illud peccatum iterum committendi, aut probabiliter exiſtimetur ita permanſurum in illo peccato, vt ſuo tempore de illo non doleat. Et certum eſt, quòd ſi proximus peccauit, & inſuper eſt in periculo iterum relabendi, tunc eſt obligatio correctionis.

20 Sed hæc ſententia intelligi debet, ſcilicet vt ſecreta admonitio debeat præcedere denunciationē, ſi probabiliter exiſtimetur profutura. D. Thom. 2. 2. quæſt. 33. art. 2. Nauar. cap. 24. n. 14. Suarez tom 4. de Relig. lib. 10. cap. 12. n. 36. ad 1. Trullench. in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. n. 6. Hurtad. de Mendoz. vol. 2. diſput. 162. ſect. 2. Bannes in 2. 2. qu. 33. art. 2. dub. 4. Reginal. lib. 4. cap. 25. Villalob. in ſum. tom. 2. tract. 4. diffic. 3. nu. 1. Berti in praxi tit. 7. c. 5. n. 1. Sot. Lorca, Suarez, Nauar. & Villalob. citati à Caſtro Palao tom. 1. tract. 6. diſp. 3. punct. 13. num. 6. De Sancto Iuliano c. 2. aduert. 3. §. 2. Ricc. in praxi var. reſ. 255. n. 3. & tunc nō præmiſſa ſecreta correctione nō tenetur ſubditus delinquentem denunciare, etiam ad ſuperioris præceptum. Peyr. de ſubdito, qu. 1. ca. 16. ver. nota vlterius, & facere contrarium eſt facere contra Euangelium. Ita om-

21 nes Theologi, & Iuriſtæ. Sed ſi probabiliter ob naturam peccantis, vel alias ob cauſas prudenter tibi perſuadeas nihil effecturum per correctionem, non teneris illam apponere; quia tunc ceſſat finis, ob quem monitio eſt præmittenda, ſaltem in prudenti exiſtimatione. Valent. 2. 2. q. 10. diſp. 3. par. 2. §. tertia circumſtantia pag. 657. Riccard. in 4. diſtinct. 19. artic. 2. quæſt. 1. Durand. ibidem qu. 3. art. 3. Diana par. 7. trac. 3. reſ. 12. nam ordo correctionis non cadit ſub præcepto, quando quis deſperat emendationem delinquentis per monita ſecreta, & ſperat per dela-

tionem paternam, Hurtad. vol. 2. diſp. 163. ſect. 30. §. 230. Idem etiam eſt, quando eſſet aliqua ſpes emendationis, ſed modica. Granad. in 2. 2. Diu. Thom. contr. 3. trac. 12. diſp. 1. num. 6. 7. 8. Dian. par. 4. tract. 4. reſ. 228. Et poteſt relicta ſecreta monitione, vel etiam inductione teſtium, ſi pariter prudenter iudicat inutilem eſſe, immediatè delinquentem denunciare ſuperiori, vt is opportunum adhibeat remediũ, D. Thom. 2. 2. qu. 33. art. 8. ad 1. Becanus de fide, ſpe, & charit. cap. 21. dub. 4. num. 30. Diana par. 5. tract. 13 reſ. 42. & alij ab ipſo citati, aut quando quis timeret, vel non auderet admonere delinquentem, & ſperaret melius emendaturum, ſi ſuperiori tanquam patri denunciet, D. Thom. 2. 2. quæſt. 33. artic. 5. Sot. de ſecret. membr. 2. quæſt. 4. dub. 3. Nauar. cap. 17. num. 134. Maranta dicta quæſt. 11. artic. 10. Cened. par. 2. collect. 101. numero 2. verſic. dicunt etiam, vt infra dicetur, & maximè quando creditur, quòd monitio non ſolum eſt inutilis, ſed etiam nociua monenti, eo quod monitus contra monentem excandeſceret, aut occaſionem ſumeret illum grauiter vexandi, aut monitus emendationem ſimulando correctionem eluderet. Suarez diſp. 8. de charit. ſect. 6. num. 17. Filliuc. tom. 2. tr. 28. c. 7. nu. 155. Coninch. diſp. 28. de charit. dub. 8. nu. 152. Trullench. in decalog. tom. 1. lib. 1. c. 5. dub. 16. nu 2. Diana par. 7. tract. 3. reſ. 39. Et ideo ſi quis pru-
24 denter iudicat, quòd nec fraterna correctio, nec paterna denunciatio proficiant, & per teſtes idoneos poteſt delictum probare, denunciare tenetur iudicialiter. Nauar. in cap. inter verba concl. 6. num. 380. in manual. cap. 17. n. 134. Angel. verbo denunciatio num. 13. Graff. prima par. deciſ. lib. 2. cap. 69. num. 15. Rodriq. tom. 2. qq. reg. 6. arti. 2. Reginald. in prax. lib. 24. nu. 50. Sayr. Clau. reg. lib. 12. cap. 10. numero 7. Coninch. de fide, ſpe, & charit. diſp.
23 28. dub. 8. num. 152. Sed difficultas quando eſt dubium, an correctio ſit profutura, vel nocitura; Bann. 2. 2. D. Tho. q. 33. art. 2. dub. 4. ponit tres cõcluſiones; prima concluſio: ſi dubito an frater emẽdabitur, vel non, ita tamen, quòd magis probabile eſt, quòd mea correctio nocebit proximo, non debeo corrigere. Secũda concluſio: ſi certus ſum, quod mea correctio non nocebit, *ſed poterit* prodeſſe, tunc teneor corrigere. Tertia concluſio, quando ſum in dubio æquali, an mea correctio proderit, vel nocebit, & non teneor admonere, ita etiam dicit Villalob. in ſumma tom. 2. tract. 4. difficult. 3. num. 4. Diana qui multos citat. par. 7. tr. 3. reſ. 22. vbi cum Suarez pro nocumento intelligit, nouum peccatum graue, vel noua in peccato obſtinatio, de quo ſit correctio.

Quando eſt magis probabile, quòd correctio proficiet, & minus probabile quod nocebit, tenemur ad correctionem, Franc. del Caſtil. in 3. ſentent. tom. 2. diſput. 6. de correct. quæſt. 4. num. 7. & 8. Hurtad. diſputat. 6. de correct. difficult. 7. & in dictis delictis ſecretis in-

dam-

damnum tantum delinquentis, quando ſunt omnino occulta, quod probari non poſſunt, quia ſolus ille ſcit, aut vidit qui peccatum Prælato denunciauit, ſi ex correctione ſecreta, potiùs timetur deterioratio, & obſtinatio in peccato, debet ſciens rogare Deum pro eo. D. Thom. 2. 2. qu. 33. art. 6. Roderiqu. tom. 2. qq. regul. 6. art. 5. Peyr. de ſubdito qu. 1. c. 16. ver. vbi

25 notandum. Et idem facere debet Prælatus, quando ſubditus eſt paternè denunciatus, & monitus non reſipiſcit, ſed in peiora prolabitur. Pellizar. in manual. tr. 9. cap. 4. num. 39.

26 Vnde ſi ſubditus in hoc caſu fraternaliter denunciatus, & à Prælato tamquam patre admonitus crimen negauerit, & monitione Prælati ſe non corrigit, tunc Prælatus expectare debet donec ſuperueniant indicia ad inquirendum, & teſtes ad conuincendum, vel ita probandum, vt poſſit iuridicè procedere, Sanch. opuſc. lib. 6. c. 2. dub. 10. n. 3. ex Soto de ſecret. membr. 2. qu. 4. concl. 8. Miranda de ordine iudic. qu. 11. art. 8. concl. 2. n. 65. Et interim debet rogare Deum pro eo, & inuigilare, ac occaſiones quas potuerit auferre, & mutare locum, & officium tali ſubdito ſi ſine notabili infamia hoc fieri poteſt. Suar. tom. 4. de relig. lib. 10. ca. 10. n. 13. & cap. 12. n. 45. Nam delictum denunciatum Prælato tamquam patri non poteſt puniri ab eo tamquam iudice. Peyrin. vbi ſupra verſic. notandum eſt, Cardin. de Lugo, cum Suarez, & Sot. de iuſt. tom. 2. diſput. 37. ſect. 7. num. 82.

27 An in Religione licitum ſit reuelare Prælato, vt patri, delictum occultum fratris, abſque præuia correctione, quando melius eſt per ipſum Prælatum corrigi delinquẽtem, & Prælatus eſt prudens, & & diſcretus, & reſpondent affirmatiuè. D. Thom. 2. 2. qu. 33. art. 5. Sot. de ſecret. membr. 2. q. 4. dub. 3. Nauar. c. 17. nu. 134. Suarez diſp. 8. de charit. ſect. 6. n. 17. & tom. 4. de relig. lib. 10. c. 9. & 10. Trullench. in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 16. n. 2. Cened. par. 2. collect. 101. nu. 2. verſ. dicunt etiam Dian. par. 7. tr. 3. reſ. 44. Contra Lorcam, cui ibi reſpondet, & dicit; quòd tunc Prælatus non poteſt procedere iudicia-

28 liter; ſed ſi delictum eſt graue, & probari poteſt, poteſt procedere ad pœnitentiam ſecretam, quæ magis ſit præſeruatiua, & correctiua delicti, quàm punitiua. Poteſt etiam è loco, & miniſterio aliquo remouere, quando hæc ex ſolo nutu ſuperioris pendent, & poteſt fieri ſine infamia illius, poteſt coram duobus, vel tribus teſtibus minis eum terrere, præcipere ſub pœna excommunicationis ne talem locum ſuſpectum adeat, vel ne cum tali perſona ſuſpecta loquatur, Caſpenſ. in curſu Theologic. tom. 2. tr. 17. diſp. 6. ſect. 3. n. 35. Sot. de ſecret. memb. 2. q. 4. Pellizar. in manual. tr. 9. c. 4. nu. 34. ex Caſtr. Pala., Suarez, & Torres. par. 7. tr. 3. reſol. 46. Et ſi mutat domicilium ſubdito delinquenti, poteſt ſignificare ſuperiori noui domicilii lapſum

ſum illius, vt inuigilet ſuper eũ, & ſubtrahat occaſiones recidẽdi om
29 nes: & ſi tunc denunciatio paterna non iuuat, poteſt Prælatus tranſire ad denunciationem iudicialẽ, ſi (vt dictũ eſt) eſt probabile in iudicio, obligando delatorem ad denunciandum iuridicè. Tunc enim charitas, imperat iuſtitiæ, vt inchoet proceſſum iudicialem, quo obtinetur finis charitatis, qui eſt emendatio proximi, & facta probatione debet punire illum legitimè tamquam iudex, Sanch. opuſc. lib. 6. c. 2. dub. 11. nu. 8. Trullench. in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 16. num. 8. Filliuc. tom. 2. tr. 28. c. 8. nu. 164. Miranda de ordine iudic. qu. 11. art. 8. concl. 1. n. 70. Diana par. 7. tr. 3. reſol. 47. Suar. tom. 4. de relig. tr. 10. lib. 10. cap. 12. n. 44. Caſtr. Pala. tr. 6. d. 3. §. 11. num. 11. Pelliz. in manual. tr. 9. c. 4. n. 32.

30 Sed quando delictum eſt omnino occultum etiam contra bonum commune non tenetur quis denunciare ſuperiori iuridicè, ſed tantum tamquam patri, cap. ſacerdos de pœnitent. diſt. 6. ca. plerumque 2. qu. 7. Nauar. in cap. inter verba concl. 6. Suarez tom. 1. diſp. 20. nu. 11. Genuenſ. in ſua praxi c. 18. nu. 3. Sayr. de cenſur. lib. 1. ca. 9. num. 34. Bonac. diuerſ. tom. 1. diſp. 6. pun. 1. §. 4. n. 4. Alter. de cenſur. lib. 3. diſp. 1. c. 8. fol. 5. Graff. 1. par. deciſ. lib. 1. c. 69. n. 15. Clau. Reg. lib. 12. ca. 14. n. 33. Lezana in ſum. tom. 1. ca. 27. n. 3. Barboſ. de offic. & poteſ. Epiſc. alleg. 96. nu. 70. & de hoc dictum fuit ſupra eadem par. 3. ca. 1. nu. 31. vbi diximus etiam, quod quando talis denunciatio non ſufficit poteſt denunciari, vt iudici, ſed cum proteſtatione de qua in dicto n. 31.

31 Et hoc eſt diſcrimen inter delicta occulta ſeu ſecreta, quæ ſunt omnino improbabilia, & inter delicta occulta ſed probabilia; quia delicta primo modo occulta ſeu ſecreta, tantum tamquam patri ſuperiori denuncianda ſunt, etiam quod vergant in detrimentum publici, Reginal. lib. 24. n. 51. & 61. & Doctores ſupracitati. Delicta autem occulta ſecundo modo, ſi vergant in damnum boni communis debẽt denunciari Prælato, vt iudici, Sanchez opuſc. lib. 6. c. 26. dub. 5. nu. 8. Diana par. 7. tract. 3. reſol. 55. contra alios ab eo citatos, Azor. par. 3. lib. 13. cap. 3. dub. 3. Ioſeph. Angles quæſt. de correct. fraterna artic. 2. difficult. 2. Bonac. de reſtit. tom. 2. diſp. 10. qu. 3. pun. 1. n. 4. Si tamen teſtes idonei ſunt, & non leues; quia qui teſtes tantum leues habet, non tenetur denunciare iuridicè. Peyrin. tom. 1. de ſubdito qu. 1. de obedientia c. 16. ante 4. concl. Sed ſi ſunt tantum in damnum delinquentis, & ſunt denũciata Prælato, vt patri, quamuis ſint grauia, & probari poſſint, non poteſt Prælatus procedere vt iudex, ſed tantum vt pater delinquentes monere debet, niſi quando iſte modus non prodeſt, quia tunc poteſt procedere iudex via rebellionis, vt diximus num. 29. & infra dicetur ca. 9. §. 10. & tenetur etiam dicere veritatem etiam ſi ipſe ſolus ſciat cũ accuſatore, vel querelante, Sayr. lib. 12. ca. 20. num. 6. Bonac. diſp. 10.

par-

par. 3. nu. 5. Quia vnus teſtis omni exceptione maior ſufficit ad reum interrogandum, & torquendum; & licet Diana par. 3. tract. 5. reſ. 110. exiſtimet contrarium, poteſt tamen tantum hæc ſua opinio procedere, quando teſtis non eſt omni exceptione maior, quia ſi ipſe ſolus ſcit, non eſt ſufficiens eius teſtimonium ſine aliis ſaltem adminiculis, nec ad interrogationem, nec ad torturam nominati, & ideo non tenetur veritatem manifeſtare Prælato, vt iudici, ſed de hac reſ latè cap. ſeq. §. 2. n. 27.

31 Denunciare quis non tenetur quando ex denunciatione timet probabiliter aliquid mali ſibi, vel aliorum obuenturum, vel inimicitia cum denunciato. Sylu. verbo denunciatio 1. n. 2. Auila 2. par. de cenſur. c. 5. diſp. 5. dub. 2. concluſ. 2. Rodriqu. tom. 2. qq. regul. 6. artic. 3. Spatar. tr. 5. ca. 6. n. 2. Berti in praxi tit. 7. c. 6 n. 9. Turrian. de charit. diſput. 69. d. 5. Graff. par. 1. deciſ. lib. 4 c. 8. n. 24 Sanchez lib. 6. ca. 2. dub. 23. n. 1. Filliuc. trac. 14. c. 2. q. 5. Barboſ. alleg. 96. n. 66. & 70. Niſi damnum impediendum ex denunciatione eſſet commune, ita poſt Cordub. Nauar. d. cap. 4. num. 107. Emman. Sà verbo Iudiciales actus n. 3. Couar. practic. q. 18. Leſſ. lib. 2. de iuſt. c. 30. dub. 6. nu. 50. §. 6. in 2. edit. Ricc. in praxi var. reſol. 310. nu. 5 par. 2. Palaus ſupra citatus num. 7. Baſſ. verbo denunciatio nu. 9. Etſi ego ſolum ſcio Titium commiſiſſe tale crimen, ſcit etiam Titius, quòd ego ſolum ſcio; non teneor denunciare etiam ſub cenſuris. Quia inde ſcio magnam inimicitiam, & iram oriundam inter me & illum, Sayr. lib. 12. Clau. reg. cap. 14. n. 66. Portel. verbo denunciatio

32 n. 12. Lezana verbo accuſator nu. 14. Baſſeus verbo denunciatio n. 9. Nec obligatur denuncians, vt teſtium inductio præcedat denunciationem publicam, quando teſtes non poſſunt adhiberi ſine proportionato damno deferentis: Et quia hoc damnum frequenter timetur, poſt Henriq. & Durand. non eſſe obligationem eos adhibendi, dicit Hurtad. vol. 2. diſp. 163. ſect. 7. §. 115. & ſequitur Dian. par. 7. tr. 3. reſol. 56. in fine.

33 Nec tenetur quis denunciare delictum, etiam ſub præcepto denunciandi, quando certò moraliter creditur Prælatum, vel per amicitiam, aut parentelam, aut imprudentiã, aut ignorantiam non habiturum remedium, nec curaturum de denunciatione. Auila par. 2. de cenſur. ca. 5. diſp. 5. dub. 3. Sanchez in opuſc. tom. 2. lib. 6. c. 2. dub. 17. Auila de cenſur. par. 2. cap. 5. diſput. 5. dub. 3. Lezana verbo iudex num. 7. Portel. verbo correctio fratrum n. 9. Card. de Lug. de iuſtit. tom. 2. diſp. 37. ſect. 2. n. 38. Bonac. de cenſu. in comm. d. 2. q. 6. punct. 1. n. 16. Pelliz. d. c. 4. n. 26. Secus, quando tantùm dubitat, Sanchez, Portell. & Lezana vbi ſupra.

34 Nec tenetur quis denunciare quando iudex iam factus eſt certus per alios ſufficienter. Barboſ. dicta

35 allegat. 96. num. 68. Nec delictum in damnum delinquẽtis acceptum ſub ſecreto, vel cauſa petendi conſilij,

filij, vel remedij. Etiamſi præcedat infamia, vel ſemiplena probatio. D.Thom 2.2. qu.70. artic.1. ad 2. Sylu.verbo teſtis qu.8.d.2.Nauarr. manual c.25.nu.41.& 46.Nauarra de reſtit.lib.2.cap.4.num.102.in 2. edit.Suar.de relig.lib.10.ca.7.n.13. Leſs.lib.2.de iuſt.c.30.dub.6. num. 45.Reginald.lib.24.n.47.niſi alia via, quàm ſub ſecreto quis nouerit. Azor.3.par.lib.13.ca.28.Salon.2.2. qu.71.art.3.concl.vltima. Sanchez dicto lib.6.c.2.dub.20. num.2. poſt Cordub.& Nauarr.Secus ſi eſſet in damnum communitatis, vel tertii, & ipſe non vult à malo ceſſare, & non ſit acceptum in confeſſione ſacramentali. Nauar. & Leſs. vbi ſupra. Auila de cenſur.2.par.cap.5. diſp.5.dub.2. Molin. tom.5.de iuſt. diſput.5.num.6.Sanchez dicto dub. 20.num.3.& lib.3. de matrim.diſp. 13.n.6. nam tunc denunciare tenetur.

36 Peccatum, quod vergit in damnum tertii, ſi firmiter credatur ſecreta correctio profutura, aut teſtium inductio, itaut tertius ille per dictam præmonitionem primò ſecretam, aut ſecundò per teſtium inductionem illæſus maneat, non debet denunciari Prælato. Suarez de relig.tom.2.lib.10.cap.12.n.42. Nauarra de reſtit. lib.2. c.4. nu.70. & ſeq.in 2. edit. Villalob. tr.4. de correct.diffic.12.n.1. Coninch. 2.2. diſp.28.d.8.n.147. Secus tamen eſt ſi emendatio criminoſi non eſt certa, ſed dubia, quia in dubio debet denunciari ſine præuia monitione. Suarez ſupra n.35. Riccard. diſtin. 18.artic.3.qu.1.Regin.in prax.for. pœn.lib.24. n.56. Lorca 2.2.qu.33. art.8. diſp.47. num.20. Coninch.& Villalob.vbi ſupra.

37 Nec delictum vergens in damnum tertii debet denunciari, niſi quando eſt maius præiudicium illius tertiæ perſonæ, quam famæ illius, qui debet denunciari apud Superiorem, Filliuc.tom.2.tractat. 28.c.7.nu.149.Io.Valer. verbo denunciatio nu.1. Sanchez in opuſc. lib.6.c.2.dub.5.

38 Et licet in viſitationibus generalibus Epiſcoporum, & Religioſorũ delinquentes denunciari poſſint abſque præuia monitione, vt de praxi teſtatur Ioan.Valer. verbo denunciatio differ. num.6. Et hoc etiam de peccatis correctis, quando timetur relapſus,& reincidendi periculum, S.Bonau.ſuper Luc.ca. 17. Io.Gerſ.in ſumma par.2.*Alfab.* 34.litt.C.Riccard.in 4.diſt.19.q.1. art.3. Angel. verbo denunciatio 5. 10.Mirand. de ordine iudic. qu.11. art.6.& concl.12.artic.1.ac de peccatis ſiue ſecretis, ſiue publicis; aliter multa delicta remanerent impunita, & viſitationes eſſent fruſtratoriæ, Sanchez dicto lib 6.c.2. dub.5.n.5.Niſi ſperatur emenda, vel Prælatus nullum remedium adhibiturus ſit, vel impoſſibile ſit illum poſſe corrigi.

39 Non tamen in eadem inquiſitione generali poſſunt iudices cogere ſubditos,vt manifeſtent delinquentes omnino occultos, quando delictum non eſt contra bonum publicum, nec contra tertium; aut vt eos manifeſtent, vt iudices,licet ſit contra bonum commune, & contra

tra

tra tertium, ſi non eſt probabile.

40 Si tamen aliquis eſſet etiam iniuſtè diffamatus ab alijs, ſi eſt probabile quamuis delictum eſſet occultum, tunc poteſt contra talem procedere; quia iſta detectio non eſt iudici voluntaria. Nauar. in rubrica de iudic. n. 87. Filliuc. tom. 2. trac. 40. c. 7. nu. 188. verſ. reſpondeo ſecundo; Nam eo ipſo, quod in generali inquiſitione crimen deductum eſt in iudicis notitiam, ſiue bene, ſiue male, eo ipſo tenetur contra illud procedere, Leſſ. lib. 2. de iuſtit. cap. 29. dub. 15. num. 125. Thom. à Ieſu de viſit. Regul. tract. 2. cap. 4. num. 7.

Et teſtes nominati à denunciatore, ſi non probant delictum iudex poteſt ex officio alios teſtes examinare. Bonifac. Vitalin. rubr. quid ſit accuſatio num. 140. Nam quando delictum eſt deductum in iudiciũ, iudex debet inquirere veritatem eo modo quo poteſt, l. 2. C. de edendo, l. iudices C. de iudiciis, & 30. qu. 5. iudicantes oportet cunctarimari.

41 Socij criminis non ſunt denunciãdi, quia denunciaretur propriũ peccatum. Clau. reg. ca 14. num. 25. Sanctarel. Suarez, & Diana citati a Lezana verbo accuſare n. 11. Pelliz. tract. 9. ca. 4. nu. 68. Ricc. dicta reſol. 310. nu. 6. Baſſeus verbo denunciatio n. 9. Etiamſi delictum ſit contra bonum commune, & tertii damnum, ſi ſunt emendati; & de hoc certo conſtat, Doct. ſup. citati, Sanchez in opuſc. lib. 6. ca. 5. num. 2. poſt Nauar. in manual. cap. 25. nu. 37. & in c. inter verba corol. 52. n. 600. & corol. 62. nu. 66. Sed ſi non ſunt emendati, & non ſufficit correctio ad impediendum; tunc ſunt denunciandi. Nauar. & Sanch. vbi ſupra, ſine detrimento tamen illius, qui denunciat, ita poſt Dian. Lezana d. num. 11. Etſi denunciat tamquam ad patrem, non eſt cogendus, vt denunciet iudicialiter, Portell. in verbo correctio fratrum n. 15. Pelliz. c. 4. n. 33.

42 Denunciare quis non tenetur, quando prudenter timet ex denunciatione maius ſcandalum, aut incommodum oriturum, Sanchez de matrimon. diſput. 13. num. 4. Ver. gr., ſi peccauit ſecretò vir grauiſſimus, ex cuius infamia maius ſequeretur ſcandalum in Republica, quàm bonum, ex illius punitione; videlicet, quia alii tali exemplo facilius peccarent, non tenetur ſciens denunciare. Card. de Lug. tom. 2. de iuſtit. diſp. 37. ſect. 7. num. 8.

43 Si quis habet rem furatam, a fure acceptam, vel ab ipſo fure nouit, vbi res illa ſit; non tenetur denunciare etiam ſub cenſuris; Quia inde magnum periculum denuncianti ſequeretur. Clar. quæſ. 16. quem citat, & ſequitur Sayr. Clau. reg. lib. 12. c. 14. nu. 25. & poſt eum Portel. verbo denunciatio nu. 11. Nec tenetur denunciare, qui bona fide rem alienam pretio numerato emit a latrone non ſperata reſtitutione pretii. Barboſ. par. 3. alleg. 96. num. 83. Rebell. de oblig. iuſt. par. prima lib. 2. quæſt. 9. num. 3. & 6.

44 In proprijs iniurijs raro eſt obliga-

ligatio corripiendi delinquentem; Quia raro inuenitur iniuriatus, cui graue non ſit iniuriantem fraternaliter corrigere, & cuius correctio ab iniuriante admittatur, Caſtr.Pal. tom.1. tract.6. diſput.3. p.13.num.12., vbi quòd poteſt iniuriatus ſatisfactionem expoſtulare apud iudicem, ſi alia via ei non offeratur. Et denunciare poteſt delinquentem in omnibus caſibus, in quibus denunciari poſſunt delicta alteri damnum inferētia, ex Arag. 2.2.qu.68.art.1.& Villalob.tom.2. ſum.tr.4.diffic.12.n.12. Niſi offenſo offeratur ſatisfactio, aut eſſet ſpes certa ſatisfactionis.

45 De obligatione denunciandi, quando crimen eſt publicum, vel contra bonum publicum, diximus ſupra hac eadem par.3. c.1. à n.24. & ſeqq. hic addo, quòd licet quis non teneatur denunciare crimen iudici, niſi id expreſsè bono publico,aut emendationi alterius conueniat; tenetur tamen ſi iudex ſit negligens, & non inquirat ex officio; nec ſit alius qui denunciet,vel accuſet; nec velit,aut debeat accuſare, ita poſt Card. Turrecrem.64. diſt. Ricc. in praxi var. reſol.255. num.4.

46 An autem denunciator poſſit eſſe teſtis in cauſa denunciati, ſunt opiniones pro, & contra, pars negatiua probatur per ca. forus §.in omni de verb.ſignif.c.denunciatores 3.qu.5.gl.in cap.5.in princip.4. quæſt.4. & tenent Spec. in tit. de teſte §.1. num.89. verſ item quod ipſe eſt teſtis, & denunciator, Aufrer. de reprobat. teſt. capit.50. rubr. de prob. teſt. numer.12. Conrad. in praxi tit. de teſt.rubr. perſonas teſtium aggrediendo nu.67. Gram.conſ.49.n.2. Marſil.conſ.33. num.3. Bart.Ghiſl. conſ.160.nu.3. inter conſ.crim.diuerſ. li.1. Horat. Luc.conſ.161.num.6. eodem lib.1. Paul.Merend.conſ.86.n.8.eodem lib.1.Maſcard.de probat. concl.26. n.1.& concl.1357. n.41. Emil.in tr. de teſtib. par 1. verſ.accuſator fol. 22.n.1.& ſeq.Caiet.2.2.qu.69.verſ. ad ſecundum, Valent. tom.3. diſp. 5.qu.13.pun.2. Aragon.2.2. qu.33. art.8.col.4.Malder.2.2. qu.33. art. 8. dub.5. dicto 3. Abb. in c.in omni n.4.de teſtib. Pitigian. in pract. in primo ſubſtant.cap.16. Boer. deciſ. 219.n.6.Gram.conſ.ciuil.10. nu.9. Peyr.in formul.litt.D.nu.9. & non debet admitti in teſtem, etiamſi alia via, qua ipſe denunciauit procedatur, etſi fuerit examinatus,cōtra denunciatum nullam facit fidem. Ricc.deciſ.361.num.2. par.4. Et ſi fuerint plures denunciatores, iudex eligit magis idoneum, & cæteri repelluntur à teſtimonio. Ricc.ibidem n.3.ex gl. in ca.in primis 2. qu.1. in verbo denunciatores, Nell. de teſtib.n.2.ver.denunciator.Emil.de teſtib. par.1. verbo denunciator nu.5.fol.23. Nec conſanguinei, & domeſtici denunciatoris, nec cum eo conuerſationem continuam habentes poſſunt eſſe teſtes, Ricc. ibidem num.5.Ratio iſtorum eſt; quia non debet idem eſſe actor,& teſtis; Et contra illum qui inſtat vt pœna alteri infligatur eſt præſumptio, quod ſit male affectus.

Pro

47 Pro contraria parte affirmatiua eſt text. in ca.in omni negotio de teſtib.& ibi gl.1.Innoc.& Abb.nu. 2.Imol.in princ.Bald.nu.4. Miſing. n.2.Nauar.in c.inter verba nu.779. & in manual.c.25. n.33. Sotus de ratione tegend.membr.2. quæſt.4. concl.8.verſ.ſecundum dubium, & 5.de iuſt.q.6.art.2.concl.4.Simanc. de cathol.inſtit.c.19.in fine,& cap. 64.n.65.Berti in praxi tit.7. cap 5. Thom.a Ieſu de viſit.reg.tr.2. ca.9 n.8.Barboſ.in d.c. in omni negotio in fine, & alii infra citandi.Sanch. in opuſc.lib.6.c.2.dub.13.vbi quod ſi eſt omni exceptione maior facit ſemiplenam probationem, Regin. lib.24.nu.50. Diana par.7.tract.3. reſol 47. Lezana in ſumma tom.1. c.27.n.1.

48 Pro concordia dici poteſt primò; quod prima opinio procedit, quando agitur ad vindictam. Secunda verò,opinio, quando agitur ad correctionem morum, ita Triuiſ.deciſ.29.par.2.Berti tit.7.ca.5. n.3.Ricc.dicta deciſ.361. par 4. in fine, vbi non obſtantibus in contrarium adductis, in cauſa celebrationis duarum miſſarum eadem die celebratarum ab eodem ſacerdote, denunciator fuit admiſſus in teſtem, iuxta tex.dict.cap. in omni negotio de teſtib., quia non agebatur ad vindictam, ſed ad morum correctionem. Secunda opinio etiam procedit, quando prius denunciator corripit fratrem iuxta Euangelium Chriſti, & poſtea denunciat Eccleſiæ;Nam tunc ex eodem Euangelio poteſt eſſe teſtis,& finita correctione fraternali incipit forum iudiciale, Sot.d.membr. 2.qu.4. concl.8. verſ.dubium egregium eſt, Leſs.lib.2.de iuſt.cap.30. nu.30.Maſcard.concl.507.num.12. idem Sot.lib.5.de iuſt.qu.6. artic.2. concl.4.Simanch. de inſt. cath.n.5. Bannes 2.2.q.33.art.85. ver.3. Roderiq.tom.2.qq.regul.13. ar.6. Nauar.rubr.de iudic. n.19. in fine, & in ſumma ca.25.n.33.& in ca.inter verba coroll.59 n.628.& corol.65. num.779.Albert.lib. de ſecreto nu. 177.Sanchez opuſc.lib.6.ca.2.dub. 13.n.3.& dub.17.num.2. Portell.in dub regu. verbo correctio fratrum n.26.Villalob.in ſumma tom.2. tr. 4.diffic.24.n.5.& 6.

Maximè quia, quando proceditur via denunciationis,non proceditur ad integram pœnam, ſicut quando proceditur via accuſationis: Et ideo quod in hoc caſu poteſt denunciator eſſe teſtis, dicunt Sanchez vbi ſupra,Pellizar.in manual.regul.tract.9. c.4. num.75.Fr. Anton. à Spirit. Sanct. in director. regular.tract 4.diſp.3.ſect.4.n.165. Limitant tamen vt hoc procedat: dummodò denunciator nullũ commodum, laudem, vituperium, aut dedecus ſit reportaturus ex denunciatione. Aut nulla affectione notatur. Pelin ex Abbate in dicto ca. in omni negotio n.4.Marc.Anton. Genuenſ.in prax. Archiep. cap.35. n.8.vbi ait, quòd denunciator non ſolùm in cauſa fidei, & matrimoniali, ſed in qualibet cauſa poteſt eſſe teſtis, aliquibus concurrentibus; nempe, (vt dictum eſt,) quod denunciator nullum commodum, laudem, vituperium, & dedecus ſit

Digitized by Google

reportaturus ex denunciatione, & petat correctionem fratris, non pœnam ordinariam, vel aliud graue præiudicium denunciato inferri.

49 Et Aldret. de diſcipl. tuenda lib.2. cap.3. num.20. dicit, vt denunciator poſſit eſſe teſtis requiritur, vt proprijs oculis delictum viderit, quòd ad propriam vindictam non agat; neq; ſuam aut ſuorum proſequatur iniuriam, neque eius interſit, quòd reus puniatur.

50 Vnde non eſt admittenda illa opinio Peyrini abſolutè dicentis, quod denunciator non debet admitti in teſtem, etiam ſi alia via, qua ipſe denunciauit, procedatur; & ſi denunciauit Prelato tamquam patri delictum aliquod, ſi deinde idem delictum denunciatum ſit ab alio eidem Prælato, tamquam iudici, non poteſt in hoc ſecundo iudicio eſſe teſtis. Nam cum requiſitis, & conditionibus prædictis, ſi poteſt eſſe teſtis in eodem iudicio ab ipſomet denunciato, multo magis, ſi denunciatus ſit ab alio.

51 Nec è contra eſt admittenda opinio Maſcard.concl.507.nu.9. abſolutè aſſerentis, quòd denunciator poteſt eſſe teſtis, quando iudex procedit per inquiſitionem propter denunciationem, vel quando cum alio iudice non vigore illius denunciationis proceditur, vt ſubdit nu.10.; quia non concurrentibus ſupradictis requiſitis, videtur ſuſpectus in eadem cauſa, tum in eodem iudicio, tum in alio.

52 Quando iudex ſciret delictum malitiosè detectum non à ſe, nec à ſuis miniſtris, ſed à priuata perſona extraiudicium, tunc licet fuit ex iniquitate detectum poteſt procedere, & delinquentem punire, Reginald lib.2 4.n.136 Vnde ſi Titius occidit Caium, & Seius minis, & terroribus extorſit à Caio delicti confeſſionem, & teſtes quibus conuinci poſſit, & totum id denunciat iudici, tunc iudex procedere poteſt; quia ſua non intereſt quomodo alter extorſit confeſſionem. Sor. de ſecr.membr.3.quæſ.1.concluſ.5. Graff.deciſ.aur.p.1.lib.3.ca.6.num.10. in fine. Poteſt quis denunciare iudici aliquod delictum, non conſtando neque de delicto, neque de delinquente, niſi per ipſummet, qui damnum eſt paſſus, & proceſſus tali modo incipi poteſt.

Forma incipiendi proceſſum, quando non conſtat de delinquente, neque de delicto, niſi per dictum illius, qui damnum paſſus eſt.

53 In nomine Domini. Amen. Die, menſ. Anno, &c. Coram R.P.N. &c. Abbate, &c. comparuit Fr.N. eique denunciauit, quod cum haberet quaſdam ſibi à nobili viro N. in depoſitum datas pecunias, vel alia mobilia pretioſa, Claue ficta, vel alio modo nullo commiſſi criminis veſtigio in cella fuerunt ſublata, ignorat tamen furem, vel nullo præſente altera nocte, à quodam viro perſonato fuit aggreſſus, & malè, ſine liuore tamen, & cicatrice percuſſus, & verberatus, & videre non potuit propter obſcuritatem quiſnam fuit. De quibus,

vt

vt fiat inquiſitio obnixè, atque inſtanter poſtulat paternitatem veſtram, vt ſceleris patrator agnitus, vel ſublatas pecunias reſtituat, & pœnas debitas luat.

Accepta furati, vel percuſſi denunciatione ſuperior iuramento illi delato, quòd ita ſit, quod verè fuerint furatæ pecuniæ, vel quòd percuſſus fuerit ad inquirendum ſuper huiuſmodi procedere poteſt, examinando teſtes ſuper fama, & bona opinione denuncientis; vt in actis legitimè conſtet, an illi credendum ſit, ad hoc, vt inquiſitio formari queat, ex Marſil. §. principium nu. 6. & ſeqq. in pract. crim.

Forma acceptationis, denunciationis, & examinis teſtium ſuper denunciante.

Quod cum audiſſet R.P. Abbas eidem Fr. N. denuncianti, ſuper veritate eiuſmodi furti pecuniarum, vel ſuper veritate percuſſionis, &c. detulit ei iuramentum, prout iurauit, &c. & decreuit inquirere, examinare prius teſtes ſuper bona fama, & opinione ipſius denunciantis, vt in actis conſtet, an illi ſit adhibenda fides, ac propterea iuſſit accerſiri P. N. &c. et delato ei iuramento de veritate dicenda, &c. prout iurauit, &c. Interrog. an P. Fr. N. (ſcilicet denunciantem) cognoſcat? cuius opinionis ſit? apud ſe, apud alios? an ſit verax, vel potius mendaciorum effictor? an credat illum pecunias in depoſitum habuiſſe? vel res mobiles? & quare? an de præſenti illa habeat? & quare non habeat? an credat illa ei furto fuiſſe ſublata? quare ita credit, &c. Et eodem modo interrogandi ſunt ſuper percuſſione.

Fama probata.

Die, &c. Iterum vocatus denuncians, & delato ei iuramento, &c. Interrogatus, an verè talia ſibi fuerunt ſublata? vel an verè fuerit percuſſus? quem credat abſtuliſſe? quare ita credat? deponat indicia? & nominet teſtes veriſimiliter informatos?

Deinde examinet teſtes, et ſi aliquem indiciatum reperiat, poterit contra illum ſpecialiter inquirere, poterit etiam ſuper ſublatis rebus cenſuram ferre, ad effectum reuelationis, & probibere abſolutionem ante reſtitutionem, & cætera facere, quæ fieri ſolent inter religioſos in ſimilibus cauſis, & ſi nullum indicium reperiatur, habeat actor patientiam. Ghisler. de indic. regul. cap. 19. num. 23. & poſt eum Peyrin. in formular. litt. P. cap. 15.

Forma denunciationis Euangelicæ.

54 Reuerende Pater, charitate impellente, & quo maximè poſſum zelo ductus, tibi, vt patri denuncio, quomodo D. N. contra regularia inſtituta, carnibus dieb. prohibitis veſcitur, in ſui ipſius perniciem, & fratrum offendiculum. Quare vt eius conſulas ſaluti, aliorumq; offendiculo, piè corripiendum cenſeo. Et ego debitam monitionem non prætermiſi.

Ego D.N.

Alia

Alia forma denunciationis Euangelicæ.

Reuer. Pater, zelo religionis, ac charitatis affectu motus, tibi tamquàm patri denuncio D. N. qui lineas camiſias contra regulæ noſtræ præſcriptum, & cum aliorum fratrum ſcandalo defert, de quo cum pluries fuerit à me monitus, vt ſe emendaret, & reſipiſceret, nihil profeci. Idcirco Paternitati tuæ defero, vt eiuſdem ſaluti, aliorumque offendiculo omni meliori modo, quo tuæ prudentiæ expedire viſum fuerit, breui conſulas, & prouideas. In quorum fidem, &c.

Ego N. de N.

Forma denunciationis iudicialis.

55 Coram vobis Reuer. Pater Abbas comparet Fr. N. & per modum denunciationis exponit, qualiter Fr. N. non ceſſat denigrare ipſius famam. Cuius rei teſtes ſunt, N. & N. & cum ſæpe ab eo monitus fuerit, vt ab huiuſmodi diabolico munere deſiſteret, non ſolum in meliorem frugem ſe non reduxit, ſed in deterius prolapſus eſt. Quapropter eundem denunciat R. P. N. non odio, aut maleuolentia, ſed bono, & ſancto zelo, vt per vos, qui eſtis communis noſter Prælatus, ſaluti ipſius fratri prouideatur, & ſibi ſua fama reſtituatur. Datum, &c. In monaſterio N. die, &c. Menſe, Anno, &c.

Ego N. ſic denuncio.

Alia forma denunciationis iudicialis.

Coram vobis R.P. Abbas, &c. comparet. N. eidemque per modum denunciationis exponit, qualiter N. quadam die de cella ipſius comparentis furto ſubripuit ſcripta ipſius quadrageſimalia, cuius rei teſtes ſunt. N. & N. illaque retinet contra voluntatẽ ipſius comparentis, & denunciantis, & licet ſæpius requiſitus non vult reſtituere. Quapropter illum denunciat R. P. N. vt dictus N. cogatur, & compellatur ad dicta ſcripta quadrageſimalia reſtituenda. Idque non animo maligno, ſed ad prædictum effectum reſtitutionis, & ſalutis ipſius fratris. Datum, &c.

Ego Fr. N. ſic denuncio.

Alia forma denunciationis iudicialis.

Coram vobis R. N. comparet Fr. N. & per modum denunciationis exponit qualiter his dieb. præteritis à N., & N., viris fide dignis audiuit, cum graui ſuo cordis angore, quod prædicti N., & N. cum maxima eorum admiratione, & ſcandalo viderunt Fr. N. frequentare domum talis mulieris malæ conditionis, & famæ. Quare zelo religionis, & ſalutis prædicti Fr. N. denunciat vobis huiuſmodi factum, vt prouideatis eo meliori modo, quo noueritis expedire. Socius qui erat mecum, & audiuit ſupradicta eſt Fr. N.

Datum &c. Ego N. ſic denuncio.

Alia

Alia forma denunciationis iudicialis.

Coram R.P.N. comparet Fr.N. & denunciat qualiter Fr.N. recipit ſtipendium pro Miſſis, quod exigere facit à N. ſuo conſanguineo, quod eſt contra noſtram regulam, & actus pietatis; maximè hoc facit, vt ſupponitur ſine licentia ſuperioris expreſſa pro aliqua vrgenti neceſſitate, & cum periculo animæ ipſius, & ſcandalo aliorum; Et monitus, vt deſiſtat ab hac ſtipendij perceptione, in meliorem frugem non eſt conuerſus. Ideoque vobis illum denunciat, non animo maligno, ſed bono, & ſancto zelo, vt prouideatis ſaluti animæ eius, omni meliori modo quo vobis viſum fuerit; Teſtes qui hoc ſciunt ſunt N. & N.

Fr.N. hic denuncio.

Alia forma denunciationis iudicialis.

Reuer. Pater, iuſtitiæ zelo ductus, ne crimina inulta remaneant; tibi, vt iudici denuncio qualiter N. Cœnobij bona miſerè dilapidat, vt ſcire poſſunt N.N. quo circa tuæ erunt partes, eius rei habere rationem. Debitis enim monitionibus antea operam egregiè dedi, neque idcirco à maleficio abſtinuit; iudicio, ac iudicij pœnis modo agendum arbitror, hodie die, &c.

Ego N. ſic denuncio.

Alia forma denunciationis iudicialis.

Reuer. Adm. Pater Iuſtitiæ zelo commotus, ne crimina inulta remaneant, vt tibi iudici denuncio qualiter. Fr.N. fecit hoc, & hoc. Quapropter tuum erit, delictum hoc emendare, charitatiuè enim, ni fallor, ante eum monui, & nihil profeci, & cum oleum correctionis abiecerit, vino punitionis nunc agendum arbitror.

Ego Fr.N. denuncio.

Alia forma denunciationis iudicialis.

Reuer. Pater N. &c. Ego Fr. N. &c. denuncio iuridicè Paternitati N. fratrem N. &c. qualiter menſe præterito Iunij grauiter cum baculo percuſſit fratrem N. &c. vel vulnerauit Fr.N. &c. in brachio ſiniſtro, cum ſanguinis effuſione cum quodam cultro, &c. quod delictum ego denuncio non odio, nec maleuolētia, ſed zelo honoris Dei, & Religionis boni. Dat. in hoc Monaſterio die, &c. teſtes ſunt Fr. N. & N.

Ego Fr.N. ſic denuncio.

Alia forma denunciationis iudicialis.

Ego Fr.N. charitate permotus, & quo maiori poſſum zelo honoris Dei, & bono religionis ductus, tibi N. & iudici denuncio Fr.N., qui contra Dei legem, ſeu regularia inſtituta tale peccatum commiſit, cui ſecretam admonitionem, vel etiam coram teſtibus facere prætermiſi, quia huiuſmodi fratrem ex ſua mala natura, & ex aliis factis, & ſignis veriſimilibus apparentibus, incapacem prorſus eſſe fra-

fraternæ correctioni iudicaui, & quod mea correctio nihil iuuabit, imò potius nocebit; ideo tibi denuncio non animo maligno, ſed bono, & ſancto zelo, vt prouideas omni meliori modo bono communi religionis,& ſaluti prædicti fratris. Datum,&c.

Ego Fr.N. ſic denuncio.

Alia forma procedendi poſt denunciationem factam de delicto non relinquente poſt ſe veſtigia.

56 Coram Adm. R. P. N. Abbate comparuit Fr. N. de N. & denunciationem ſupraſcriptam expoſuit, qua denunciatione viſa, & conſiderata dictus R.P. Abbas eam acceptauit ſi, & in quantum. Hodie die, &c. In Monaſterio, &c. Et per me Actuarium electum ab ipſo R. P. Abbate. Hoc fuit deſcriptum.

Fr. N. Actuarius.

Forma decreti de procedendo.

57 In nomine Domini, &c. Cum igitur ex denunciatione facta coram nobis à Fr. N. de N. contra Fr.N. de N. ſupradictum delictum, &c. in noſtram notitiam venerit, Decreuimus in cauſa procedere, & dictum denunciantem, & productos teſtes, ac alios quos oportebit examinare, & ad vlteriora procedere, prout de iure fuerit neceſſarium etiam vſque ad ſententiam incluſiuè. Acta ſunt hæc die, &c. in Monaſterio, &c.

P.N.Abbas. F.N. Actuarius.

Alia forma.

In nomine Domini, &c. Eodem die, &c. Et in eodem Monaſterio, &c. Cum præſentata fuiſſet ſupraſcripta denunciatio Adm. R. Pat. Abbati, & ab eo admiſſa ſi, & in quantum, volens ſuo officio ſatisfacere,decreuit prout præſenti decreto decernit, in cauſa, & cauſis procedere, denunciantem,et teſtes productos, ac alios quos oportuerit examinare, informationes ſumere, & omnia alia præſtare, quæ de iure nouerit facienda.

P.N. Abbas, &c.

F.N. Actuarius.

Alia forma incipiendi proceſſum contra denunciatum in viſitatione Generali.

58 In nomine Domini. Amen. Anno, etc. Die, etc. In hoc Monaſterio, etc. Cum inter viſitandam hanc Prouinciam N. in viſitatione huius Monaſterii, porrecta Admod. Reu. Pat. Abb. fuit a Fr.N. de N. ſupraſcripta denuncia contra Fr. N. de N. et audito ipſo denunciante, iuramentum ei detulit, ſi denunciatum charitatiuè monuerit, nec tamen inde reſipuerit; quodque non calumniandi voluntate, ſed ſolo Dei zelo incitatus eum detulerit; prout tactis ſcripturis ſacris iurauit; Quamobrem R. P. Abbas denunciationem huiuſmodi, ſi, et in quantum debet, acceptauit, Acta ſunt hæc in Monaſterio N. in camera ſolitæ reſidentiæ

dentiæ præfati Abbatis, & à me infraſcripto actuario electo excepta.
P. N. Abbas.
Fr. N. Actuarius.

Exinde verò præfatus R. P. Abbas ſuper huiuſmodi crimine contra eundem Fr. N. denunciatum ſpecialiter inquirere decreuit, teſtes examinando, & ad vlteriora procedendo vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, & ideo vocauit primo, &c.

Quando delictum denunciatum eſt facti permanentis, non incipitur proceſſus, niſi prius conſtet de corpore delicti, ſed tantum præſentata denunciatione eligitur Actuarius, & ponitur decretum de inquirendo de corpore delicti, hoc modo.

In nomine Domini, &c. Die, &c. In Monaſterio, &c. coram R. Pat. Abbate fuit præſentata ſupraſcripta denunciatio, ideo decreuit, prout præſenti decreto decernit, ante omnia de corpore inquirere delicti, electo Actuario me infraſcripto Sacerdote eiuſdem religionis. In quorum fidem, &c.
Ita eſt P. N. Abbas.
Ego Fr. N. Sacerdos Actuarius.

Poſtea inquiritur de corpore delicti, iuxta formam traditam ſupra.

Forma decreti procedendi in cauſa ſuper denunciatione probato corpore delicti.

Cum plenè ex ſupraſcriptis conſtet in actis de corpore delicti, R. P. N. Abbas, ſupradictam denunciationem admiſit, ſi, & in quantum, &c. & volens ſuo officio ſatisfacere, decreuit, prout præſenti decreto decernit, in cauſa, & cauſis procedere, informationes ſumendo, teſtes examinando, & omnia alia præſtando, quæ de iure nouerit facienda, vſque ad ſententiam diffinitiuam. In quorum fidem, &c. Datum die, &c. In Monaſterio, &c.
Ita eſt P. N. Abbas.
Ego P. N. Sacerdos Actuarius.

Forma incipiendi proceſſum per viam denunciationis in delicto facti tranſeuntis.

In nomine Domini. Amen. Anno à Natiuitate Domini, &c. Die, &c. in hoc Monaſterio, &c. Coram R. P. Abbate eiuſdem Monaſterii perſonaliter comparuit Fr. N. de N. & denunciauit Fr. N. de N. de tali, ac tali delicto, talis tenoris videlicet, (hic ponitur ad verbum denunciatio) quo quidem audito R. P. Abb. detulit eidem Fr. N. denuncianti iuramentum, quod prædictum Fr. N. denunciatum charitatiuè, (vt aſſeruit ſe feciſſe) monuerit, & ille non reſipuerit, vel, (ſi non monuerit,) non monuerit, quia iudicauit, quòd ſtante ſua mala natura nihil effecturum per correctionem fraternam, vel, quia ſi fraternè monuerit iudicauit, ſumere ex admonitione occaſionem eum vexandi, aut graue damnum proprium, vel aliorum, &c. Et quod

non animo calumniandi, ſed bono zelo ductus illum detulerit, prout ipſe Fr. N. denunciator tacto pectore, vel ſcriptura iurauit. Præfatus autem Abbas denunciationem prædictam, ſi, & in quantum admiſit, & mandauit eidem, vt ſe ſubſcriberet, prout fecit, (ſi denunciator eſt inſtigator faciat illum ſubſcribere ad pœnam talionis, & idem faciat, ſi denunciatio eſſet facta contra patres eminentes moribus, & vita.) Acta ſunt hæc in prędicto Monaſterio in camera ſolitæ reſidentiæ præfati Abbatis anno die, & menſe ſupradictis. Quibus ſanè perpenſis attendens prædictus Pat. Abbas non ſine maxima Dei offenſa, & aliorum ſcandalo crimen huiuſmodi impunè poſſe præteriri, Decreuit prout præſenti decreto decernit in cauſa procedere, denunciantem examinare, & etiam teſtes ab ipſo denunciante nominatos, ac alios informatos, & omnia prout iuris eſt peragere, & primo vocauit Fr. N. &c.

Forma examinis denunciantis, quando ſuperior iudicat, examinandum eſt.

61 Coram, &c. vocatus, &c. Et delato ei iuramento, &c. ſuper denunciationem, &c. ad opportunas interrogationes reſp. vt infra, & primo vnde ſcit ea, quæ denunciauit an ea viderit? an audierit? à quibus? an perſonæ à quibus dicit audiuiſſe ſunt fide digni? Quo tempore vidit, vel audiuit? quo loco? quib. præſentibus, in quo loco erat ipſe quando vidit, &c.? quoties fraternaliter eum correxit? an correxit coram teſtibus? (& ſi non correxit,) quare non correxit, &c.? an ille ſit ſolitus ſimilia facere? an ſit bonæ? vel malæ famæ? an fuerit alias inquiſitus? de ſimili, vel alio delicto? &c.

Poſtea examinantur alij teſtes, & ſi delictum eſt ſaltem ſemiplenè probatum conſtituitur delinquens, datur terminus ad ſe defendendum cum copia proceſſus, & fertur ſententia abſolutoria, ſi euacuantur indicia, ſi verò remanent non euacuata ſententia condemnatoria fertur iuxta inferius dicenda ſuo loco.

CAPVT IX.

§. I.

De inquiſitione, & modo procedendi per viam inquiſitionis.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio, quid eſt?*
2 *Inquiſitionis tria genera.*
3 *Inquiſitio generalis, quid eſt, & quid inquiſitio ſpecialis, n. 4.*
5 *Inquiſitio mixta, duobus modis contingit fieri.*
6 *In generali inquiſitione non inquiritur ſpecialiter, ſed generaliter.*
7 *Viſitato Monaſterio non poteſt ſine cauſa iterum viſitari infra tempus ſtatutum.*
8 *Viſitatio poteſt fieri per delegatum, & ſubdelegatum.*
9 *Viſitatio quomodo facienda.*

10 *Pec-*

10 *Peccata ſubditi occulta non tenentur ſubditi manifeſtare; Prælatus an teneatur monere ſubditos ne reuelent peccata occulta ibidem.*

11 *Accuſare quando ſubditi poſſunt ſuperiores viſitantes.*

12 *Si in generali inquiſitione inſurgit contra aliquem infamia, poteſt procedi ad inquiſitionem ſpecialem.*

13 *De Iure Canonico in omnibus delictis poteſt fieri inquiſitio ſpecialis quoties infamia præcedit, vt ſupra par. 2.c.1.n.5.*

1 TErtius modus procedendi in
cauſis criminalibus, eſt per
viam Inquiſitionis, vt habetur in
c.Qualiter, & quando, l.2.de accu
2 ſat., & nihil aliud eſt, quam crimi-
num à Iudice competenti canoni-
cè facta inueſtigatio. Cuius inqui
ſitionis tria ſunt genera; quædam
eſt omninò generalis, tum quoad
delicta, tum quoad Perſonas delin-
quentes; Inquiritur enim in gene-
re, an in Diæceſi, vel Monaſterio
crimen aliquod commiſſum ſit, &
an ſit aliquis criminoſus, iuxta ca.
1.de offic. ordinar., quæ generalis
3 Inquiſitio, ita deſcribi poteſt; Eſt
ius procedendi ex officio ad inue-
ſtigandum homines ex facinore
pœna dignos in iuriſdictione in-
4 quirentis. Quædam eſt ſpecialis;&
eſt illa, quam facit Iudex ex officio
ſumendo informationes, detecto
crimine ab aliqua Perſona com
miſſo clamoroſa inſinuatione præ-
cedente, iuxta tex.d.ca. qualiter &
quando, §.ad corrigendos in fine:
Aut quando per Iudicem in parti-
culari, & nominatim inquiritur
de certa Perſona, aut de certo cri-
5 mine. Quædam verò eſt mixta,
quæ ab aliquibus vocatur genera
lis ſecundum quid, quæ duob. mo-
dis contingere poteſt; Primò, ſi ſpe-
cialis ſit quoad delictum, & gene-
ralis quoad perſonas; veluti quan-
do inquiritur de aliquo delicto ſpe.
ciali,& determinato, de quo præ-
ceſſit euidentia criminis, vel infa-
mia,& actor delicti ignoratur. Al-
tero modo, cum ſit generalis quo-
ad delicta, & ſpecialis quoad per-
ſonas: videlicet, cum fama ad au-
res Iudicis peruenerit, quòd in ta-
li Monaſterio à fratrib. illius mul-
ta contra ius, & Regulam perpe-
trantur, vel quando ſindicatur
Guardianus, aut Prouincialis, In-
ciſa tract.3.c.3.n.5.Roderiq.tom.2.
q.5.n.1. de quibus omnibus infra
ſermonem faciemus. Et incipien-
do ab Inquiſitione generali, quæ à
Generali ordinis, a Prouincialibus
in eorum Prouinciis, aut à Viſita-
toribus fieri ſolet, iuxta c. in ſingu-
lis de ſtatu monachorum, ex Conc.
Trid.ſeſſ.25.c.8.& 20.de reformat.
Obſeruandum eſt, quod in hac in-
quiſitione non inquiritur ſpeciali-
6 ter, ſed generaliter; An ſubditi ſer-
uent leges, & ſtatuta ordinis; an
committantur delicta; an ſeruetur
Regula; & eſt hæc viſitatio valdè
neceſſaria, ac vtilis ad bonum re-
gimen religioſorum, et ſemper in-
quiſitio facienda eſt in generali,
tam ex parte delictorum, quam
perſonarum. Et numquam in ſpe-
ciali nempe, dicendo Prælatus;
An aliquis frater ſciat, ſi huius
Monaſterii fratres habeant pro-

Digitized by Google

prium, quia eſſet inquirere ſpecialiter quoad delictum, quòd fieri non poteſt ſine infamia præcedente, & eſſet inferre iniuriam communitati.

In hac generali inquiſitione proceditur ex officio, & eſt præcepta apud Regulares. Conc. Trid. d. ſeſſ. 25. cap 8. Et non prærequiritur, vt præcedat infamia, cum de nulla Perſona in particulari fiat interrogatio. Et nulli fit iniuria. Miranda quæſt. 6. num. 9. Roderiq. tom. 2. qu. 5. art. 3. Faber diſp. 54. num. 47. & 48. De Lugo diſput. 37 de iuſtit. num. 56. Longus caſu 5. num. 16. De Sancto Iuliano ca. 3. num. 3. Et eſt actus generalis gubernationis, & non iudicialis; & eſt quaſi quoddam pręambulum ad Iudicium, ſi neceſſarium fuerit. Quia ſi aliquis inuenitur infamatus, vel denunciatus de aliquo graui crimine, ex hac inquiſitione, deueniendum eſt ad inquiſitionem ſpecialem. Bouer. in direct. p. 1. ca. 3. §. 2. & §. 7., & nos infra ſuo loco ſermonem faciemus. Et in hoc caſu redigenda eſt in ſcriptis generalis inquiſitio, vt appareat cauſa, quare de inquiſitione generali deuentum ſit ad inquiſitionem ſpecialem. Et in hac viſitatione Generali habet Prælatus ius, generaliter interrogandi ſuper omnia delicta tam publica, quam priuata, tam manifeſta, quam occulta, tam nociua communitati, quam non nociua, cum hac differentia, quod penitus improbabilia non ſunt manifeſtanda, niſi vt Patri, probabilia autem ſaltem per vnum teſtem omni exceptione maiorem poſſunt, & aliquàndo etiam debent manifeſtari, vt iudici.

7 Viſitato Monaſterio, ſine cauſa non poteſt iterum viſitari infra tempus à iure, vel conſuetudine ſtatutum, cum cauſa tamen viſitari poteſt toties, quoties opus erit. Inciſa tract 3. cap. 2. num. 6. Conuentus tamen viſitatus à Viſitatore conſtituto per Generalem, poteſt viſitari à Prouinciali, Peyr. tom. 3. priuil. capit. 4. num. 9. Barboſ. de officio Epiſcop. *allegat.* vltima numer. 30. & ſequentibus, Lezan. verbo viſitator. num. 12. Et

8 poteſt Prælatus viſitare ſuos ſubditos per alium eiuſdem Religionis. Et viſitatores religionis, & totius Prouinciæ, cum plenitudine poteſtatis poſſunt ſubdelegare. Rodoriq. tom. 2. quæſt. 4. art. 3. *Pellizar.* in manual. tractat. 9. capit. 4. num. 4.

9 Hæc generalis viſitatio facienda eſt de iure abſque coactione aliqua, & abſque exactione iuramenti, cum perfectum iudicium non ſit; ſed præparatoria ad inquiſitionem ſpecialem, quę eſt perfectum iudicium, cap. Romana §. ſanè de Cenſibus in 6. & gloſ. ibi in verbo coactione, Lezan. cap. 27. num. 2. Graff. in 2. par. deciſ. lib. 3. cap. 28. num. 5. Aldret. de religioſ. diſcipl. lib. 1. cap. 7. num. 4. Bouer. in direct p. 1. cap. 3. verſ. ſecundum, Ghiſl. de Iudic. Regul. ca. 16. nu. 76. vbi cum aliis citatis intelligit a principio; Quod ſi abſque iuramento aliqua corrigenda referantur à quoquam, tunc poterit Iudex

inqui-

inquirens, ſuper his exigere iura-
mentum, formando ſpecialem in
10 quiſitionem; Poteſt tamen Præla-
tus præcipere in generali inquiſi-
tione ſub præcepto S.Obedientiæ,
vt omnes fratrum exceſſus, ac de-
licta ſibi manifeſtentur, Riccard.
in 4.diſtinct.19.qu.1.Angel. verbo
denunciatio, Bouer.dicto cap.3.in
fine, Sanchez lib.6.conſil. c.3. dub.
16.num.2.Peyrin.litt.P.c.9.nu.13.
De Sancto Iuliano cap.3.aduert.1.
nu.2. Non tamen tenentur ſubditi
reuelare peccata occulta, de qui-
bus non præcedit infamia; Et te-
netur Prælatus de hoc monere
ſubditos, dicit Nauarr.in cap.inter
verba 11.quæſ.3. cor.47.num.179.
Sotus de Caſtillo, Peyrin. & Rag-
gius, quos citat, & ſequitur de
Sancto Iuliano c.3.aduert.1. §.4.&
5. Sed hoc procedere dicit Lezan.
cap.27.num.2.quando ſubditi ſunt
indocti, Thom.autem à Ieſu cum
Caetan.& poſt eos Megal.in prax.
c.12.n.10.cenſent, Prælatos ad hoc
non teneri; quia ſuperiorum man
data intelligenda ſunt ſano modo,
vt nihil præcipiant contra ius na
turale, aut diuinum, ita etiam te
nent Leſſ.lib.2.cap.29.nu.115.Fil-
liuc.trac.40. c.6.quæſit.13. nu.188.
verſic. reſpondeo. Bonac. tom.2.
diſput.10.quæſt.2. punc.5. num.5.
num.8.

11 Recuſari an, & quando poſſint
Prælati viſitantes, ſiue Generales,
ſiue Prouinciales, ſiue Viſitatores
à ſubditis cum cauſa iuſta propo-
nenda coram ſuperiore recuſato,
& probanda coram arbitris, iuxta
dictum fuit ſupra in hac 3.par. cap.
1. Sanchez lib.6 mor.cap.8. num.
111. cum aliis citatis à Pellizar. in
Manual.tract.9.cap.4.num.7.

12 Nam ſi ex Inquiſitione Gene-
rali aliqua inſurgunt, nempe de-
nunciatio, indicia, aut infamia
contra aliquem de aliquo grauio-
ri crimine, deueniendum eſt ad in-
quiſitionem ſpecialem, iuxta in-
ferius dicenda, & dicemus infra
par.5. cap.1. num. 42. Etiam ſi de-
linquens ſit emendatus; quia pœ-
nitentia non tollit vindictam
publicam. Socc. in cap. qualiter,
& quando, el 2. de accuſat. num.
253. & 372. 374. Megal. in prax.
cap.12. num. 12. Quia talis proce-
dendi modus non ordinatur ad cor-
rectionem delinquentis, ſed ad pu-
nitionem, & vt proficiat circa a-
lios maximè ſcandalizatos, & fa-
ma audita, S.Anton.3.par.tit.9.ca.
7.§.8.Sylu.Inquiſit.2. d.8. Sanch.
in opuſc. lib.6.c.8.dub.7. num.1.Si
adhuc durat infamia, ſiue ſcanda-
lum, ſecus ſi adhuc non durat, pro-
vt in peccatis emendatis per lon-
gum tempus, Sanch. in opuſc.lib.2.
c.2.dub.15.n.7.Inquiſitio ſpecialis
13 de Iure Canonico, eſt remedium
ordinarium. Et propter publicam
vtilitatem in omnibus delictis po-
teſt fieri, quoties infamia præcedit,
ca.cum delicti de ſent.excommun.
Sylua.inquiſ.1.qu.2. D.Anton.3.p.
tit.9.c.7.§.2. Panorm.in c.inquiſit.
n.2.de accuſ. Sanch.in opuſc.lib.6.
c.3.dub.27.nu.3.Bald.in cap.1.de
officio ordinar., Gandin. de ma-
lefic. rubr. quomodo de malefic.
cognoſc. per inquiſitionem num.5.
Dec.in rubr.de iudic. num.68.Ma-
rant.

rant. de ordine iudic. par.6. tit.de inquiſit. num.206. Nouel. in pract. crim.in principio num.4. verſic. inquiſitio regulariter, Decian. reſp. 95. num 8. lib.2. Marc. Anton. Genuenſ. in pract. Archiep. capit.29. num.3 Foller. in pract. crim. cano. cap.6. rubr. aut inquiſitione formata num.23. cum ſeqq. vbi, quod de omni crimine, etiam priuato, ad vtilitatem publicam, ex officio de iure Canon. inquiri poteſt; quia de iure Canonico omnia crimina ſunt publica, vt in par.2. cap.1. nu.5. de inquiſitione mixta ſermonem faciemus infra c.9.§.4.

CAPVT IX.

§. II.

De Inquiſitione ſpeciali.

SVMMARIVM.

1 *Infamia neceſſario requiritur in ſpeciali inquiſitione, etiam in iudicio Regulari n.8. & 9.*
Limitatur num.10.
2 *Infamia an cenſeatur probata ex iudicis aſſertione?*
3 *Indicia an, & quando ſufficiunt ad inquiſitionem ſpecialem, & num.6. & 7.*
4 *Indicia, quod ſint fortiora fama, quomodo intelligitur.*
5 *Suſpicio communis populi ſufficit ad ſpecialem inquiſitionem, & nu.28.*
11 *Inquiſitio eſt nulla non precedente infamia.*
12 *Inquiſitio ſine infamia parte tacente, an valeat? & n.29.*
13 *Infamatus de vno crimine non poteſt interrogari de alijs criminibus occultis de quibus non eſt infamatus. Fallit in connexis num.14.*
Aut quando eſt ſufficiens indicium alterius, aut circumſtantia, n.15.
16 *Interrogari de ſocijs occultis non poteſt conuictus de aliquo crimine, niſi eſſet in perniciem publicam, aut damnum alicuius tertij pendentis in futurum, & quid in adulterio, vel Sodomia? num.17.*
Quid in criminibus in quibus non requiritur infamia ad inquirendum, ſunt nonnulli caſus in quibus poteſt delinquens interrogari de ſocijs occultis, vt in n.19.
20 *Infamia qualis eſſe debet, vt aperiat viam ſpeciali inquiſitioni.*
21 *Teſtes, vt probent infamiam, quomodo deponere debent.*
22 *Teſtes interrogati quid ſit fama, quomodo reſpondere debent?*
23 *Infamia contra Prælatum, quomodo eſt probanda.*
24 *Teſtis interrogatus à iudice contra aliquem non tenetur veritatem aperire, ſi ille non laborat infamia, & proceditur via inquiſitionis, niſi crimen ſit in damnum communitatis, aut tertij pendentis in futurum, n.25.*
26 *Infamia quando procedit, non requiritur, quod ſit probata, vt teſtis teneatur reſpondere.*
27 *Teſtis an teneatur veritatem fateri, ſi ſolus nouerit delinquentem, quando proceditur via accuſationis, vel denunciationis.*
30 *Forma incipiendi inquiſitionem ſpecialem contra infamatum in viſitatione.*

Fer-

31 *Forma incipiendi inquiſitionem ſpecialem contra infamatum extra viſitationem.*

32 *Decretum examinandi teſtes ad probandam infamiam pro ſpeciali inquiſitione formanda.*

33 *Forma examinandi teſtes ſuper infamia.*

34 *Decretum formandi proceſſum inquiſitionis ſpecialis poſt probatam infamiam ſaltem per duos teſtes.*

35 *Forma incipiendi, & continuandi proceſſum contra Apoſtatam.*

36 *Forma incipiendi proceſſum ſuper Epiſtolam ſcriptam contra ſcribentem.*

1 QVid ſit inquiſitio ſpecialis, diximus ſupra in §. præcedenti, requiritur tamen regulariter, vt præcedat infamia, quæ vicem Accuſatoris obtinet, ſeu clamoroſa inſinuatio, quando inquiſitio tendit ad pœnam, c. qualiter, & quando, el 2. §. ad corrigendos de accuſ. ibi. Sicut accuſationem legitimam præcedere debet inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua monitio, & inquiſitionem clamoroſa inſinuatio præuenire, & in cap. inquiſitionis §. 3. dicitur, cum inquiſitio fieri debet ſolummodo ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt, & in cap. cum oporteat eodem tit. habetur, Diſcretioni veſtræ mandamus, quòd niſi ſuper prædictis, famam ipſius læſam eſſe noueritis, vos ad inquiſitionem illorum non ſubitò procedatis; cap. Si quis 33. q. 1. 4. Et hæc regula de iure eſt communis, & contradictionem non habet, ab omnib. Theologis, & Iuris peritis recipitur; Ita Doctores, quos cumulat Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 78. num. 1. Farin. qu. 1. nu. 50. & alii, quos congerit Scacc. de iudic. qu 84. num. 11., & ex Theolog. D. Thom. 2. 1. q. 67. art. 2. & 2. 2. qu. 33. art. 7. ad vltimum, & ibi Caiet. Sot. de tegend. ſecr. lib. 3. memb. 2. q. 4., & ibi Cordub. D. Anto. 3. par. tit. 9. ca. 7. §. 8. Suar. de Relig. tom. 4. lib. 10. ca. 12. n. 1. ex Summiſtis Angel. verbo inquiſitio nu. 1. & 2. Armill. nu. 10. Sylu. inquiſitio. 1. qu. 3. et inquiſitio. 2. qu. 1. Tabien. in princip. Lezan. verbo Iudex n. 6. Card. de Lugo de iuſt. diſp. 37. nu 60. tom. 2. Clau. reg. lib. 12. c. 10. Reginald. lib. 25. n. 640 Filliuc. tr. 40. c. 6. nu. 190. Bonac. tom. 2. diſp. 10. q. 2. punct. 5. n. 10. Azor. lib. 13. cap. 16 dub. 1. Io. Valer. de differ. vtriuſq; fori verbo inquiſitio. Ad quam infamiam non ſufficiunt duo, aut tres teſtes iurati affirmantes ſe vidiſſe Fulanum tale crimen perpetraſſe, c. inquiſitionis de accuſat. Caiet. et Portell. apud Lezan. verbo iudex nu. 6. quia adhuc factum dicitur occultum, et non poteſt iudex ex hac ſcientia per viam inquiſitionis procedere, ſed requiritur, quod rumor de eo ſparſus ſit per maiorem partem viciniæ, vel monaſterii, et debet eſſe talis, quod de eo publicè ſine detractione loqui poſſit, Tamburin. t. 3. praxi crim. quæſt. 7. num. 1. Baſſeus verbo iudicium num. 8. Frat. Anto. à Spir. Sanct. in direct. regul. tract. 4. diſp. 3. num. 108. Licet hoc non procedat quando Prælatus generaliter, ſeu per generalem inquiſitionem, et viſitationem inqui-

quirit, ſed quando de facto vult ſpecialiter inquirere, vt dicetur infra c.9.§.3.

Quæ concluſio procedit etiamſi Iudex haberet à Principe, vel ſtatuto, liberum, & plenum arbitrium procedendi; quia talis conceſſio intelligeretur, infamia præcedente. Bald. in ca. 1. de officio ordin. Marſil. in pract. §. Conſtante, ſub nu. 12. Boſs. tit. de inquiſitione num. 22. & 23. Rol. à Vall. conſ. 24. n. 17. lib. 1. conſ. 3. num. 11. lib. 3. conſ. 94. n. 27. lib. 4. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 78. num. 2. Farin. qui alios citat qu. 9. n. 2. Nec valeret ſtatutum, ſi mandaret poſſe procedi contra non diffamatum. Farin. d. q. 9. num. 9. & procedit concluſio, etiamſi Iudex eſſet ordinarius; ita poſt Card. Alexan. Clar. & Brun. à Sol. Farin. ibid. num. 3. reprobato Angelo oppoſitum exiſtimante; licet quando delicta vergunt in perniciem publicam, ſeu Reipublicæ, poteſt iudex inquirere infamia non expectata. Io. Valer. de differ. vtriuſq. for. ver bo inquiſitio num. 5. Requiritur etiam quod infamia ante inquiſitionem formatam, & non à diſcolis, & hominibus infimæ ſortis, ſed à viris probis, eamque ſæpè ſuperior audierit, & non ſemel tantum, d. c. inquiſitionis §. tertiæ de accuſat. Caieta. 2. 2. qu. 23. nu. 7. ad 5. Panorm. in d. §. tertiæ n. 1. Clar. qu. 20. num. 3. Nauar. c. 18. n. 38. Sot. lib. 5. de iuſt. qu. 6. art. 2. Rolan. conſ. 30. n 9. vol. 3. Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 29. dub. 15. Farin. q. 9. nu. 1. Aldret. de Religioſ. diſcipl. lib. 1. cap. 7. nu. 9. Leſſ. de iuſt. lib. 2. c. 29. dub. 15. Sayr. Clau. Reg. lib. 12. c. 10. n. 13. Sanch. in opuſc. lib. 6. cap. 3. dub. 4. num. 2.

2 Sed dubium eſt, an infamia cenſeatur probata ex Iudicis aſſertione, dicentis; infamiam publicam præceſſiſſe, an verò oporteat, vt prius in actis probetur præceſſiſſe infamiam, ſaltem, per duos teſtes? Pitig. in pract. crim. c. 14. Miranda de ordine iudic. q. 7. art. 3. concl. 1., & alii ab ipſis citati, diſtinguunt inter iudicem ordinarium, & delegatum; & dicunt, quod iudex ordinarius procedens ex mero officio, poteſt inquirere fama non probata iuridicè, & ſufficit, quòd ſibi extraiudicialiter conſtet de fama, ſed delegatus non poteſt. Sanchez in opuſc. lib. 6. c. 3. dub. 26. dicit, ſufficere infamiæ informationem extraiudicialem, ſiue Iudex vt delegatus, ſiue ordinarius. Sed Fulgoſ. conſ. 107. dec. vn. 170. quos refert, & ſequitur Nauar. in rubr. de iudic. n. 91. verſ. 4. dicit quod non eſt credendum iudici aſſerenti præceſſiſſe infamiam, & ſibi conſtitiſſe: niſi ex proceſſu id appareat. Et idem tenet Farinac. qu. 9. nu. 7. ita etiam cum Nauarro contra alios tenet Inciſa tract. 3. cap. 4. num. 6. & ſeqq.

3 Dubitatur etiam, An quando extant indicia, aut ſemiplena probatio, poſſit iudex procedere ad inquiſitionem ſpecialem contra aliquem non præcedente diffamatione? Affirmant nonnulli, eo quia indicia ſtant loco diffamationis, Bart. in l. congruit ſub num. 3. ff. de officio præſid. Bald. in l. iubemus

ſub

ſub nu. 5. ibi, quarto propter iudicia c. de probat. Alciat. c. 1. nu. 42. de officio ordin. Gomez. lib. 3. var. c. 1. n. 49. notab. 9. Angel. de malef. in verbo quod fama publica nu. 3. Clar. qu. 45. verſ. ſed pone, Chartar. de interrog. Reor. lib. 3. ca. 2. nu. 13 Farin. qu. 9. nu. 20. Caiet. 2. 2. qu. 69. art. 2. Sot. lib. 5. de iuſt. qu. 6. artic. 2. concluſ. 5. verſ. hæc de infamia, & de ſecr. membr. 2. qu. 6. dub. 1. verſ. at verò, & dub. 3. verſ. quod ſi quis arguat; & eandem ſententiam tenuerunt Innoc. Abb. Butr. Anton. Aret. & alii in cap. cum opporteat de accuſat. Greg. Lopez. l. 2. p. 3. tit. 17. verſ. Fictio, Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 13. cap. 18. dub. 1. Lezana in ſumma ca. 27. num. 6. & in verbo Iudex num. 6. Thom. de Ieſu de viſit. Regul. tract. 2. cap. 2., & dicunt eſſe opinionem D. Thomæ, vt refert Fr. Mich. in ſumm. ad D. Tho. qu. 69. art. 2. controuers. 6. verſ. non addo.

Imò fortiora dicunt eſſe indicia, quam diffamatio. Marſil. in Pract. §. Conſtante num. 19. & quod ita ſeruatur dicto tit. de inquiſit. num. 27. & quòd abſurdum eſt aliter dicere, Clar. qu. 6. verſ. vlterius ſcias, in fine.

Cæterùm hæc opinio non eſt tenenda; quia eſt expreſsè contra iura ſuperius n. 1. adducta, & præcipuè contra cap. inquiſitionis §. tertiæ, vbi duo, vel plures teſtes de viſu non ſufficiunt ſine infamia ad formandam inquiſitionem ſpecialem contra aliquem, vt poſſit puniri; ergo multò minus ſufficiunt indicia; Nam infamia in tantum aperit viam Iudici ad inquirendum, in quantum ſuccedit loco accuſatoris; & gerit in tantum vices Accuſatoris, in quantum non poteſt pertranſiri ſine ſcandalo, quod Iudex non inquirat, & propter ſcandalum impellit Iudicem ad inquirendum; indicia autem non generant ſcandalum: & ideò non ſufficiunt ad inquirendum. Hinc eſt, quod proprium eſt infamiæ, vt gerat vicem accuſatoris; Ita tenent Fr. Mich. in dicto comm. ad D. Thom. dicta qu. 69 art. 2. controu. 6. verſ. non addo, Miranda de ordine iudic. tom. 1. qu. 7. art. 4. num. 45. & artic. 5. num. 50. & 52. Nauar. in rubric. de iudic num. 57. 78. & 96. & inter verba corol. 48. num. 589. 580., & corol. 62. num. 670. & in ſumma cap. 18. num. 38. Valent. tom. 3. diſput. 5. quæſt. 14. punct. 1. concluſ. 1. notab. 4. Sayr. Clau. Reg. lib. 12. cap. 9. num. 5. & 6. Cordub. lib. 1. quæſt. 43. dub. 1. verſ. ſed vtrum prædictum, & in ſumm. quæſt. 94. paulo poſt princip. Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. quarto num. 154. Sanchez in opuſc. lib. ſexto cap. 3. dub. 17. num. 5. Pelliz. in manual. tract. 9. cap. quarto ſecti. 2. numer. 56. Suarez de Religio. t. 4. lib. 10. cap. quarto num. 11. & 12. Scacc. de iudic. cap. 84. numer. 21. Pitigian. in Praxi cap. 14. verſic. obſeruandum eſt.

4 Non obſtat quod indicia ſunt fortiora; nam reſpondetur, quòd infamia duo habet, vnum, vt gerat vicem accuſatoris, alterum quòd gerat vicem Teſtis; In quantum

gerit vicem accuſatoris propter ſcandalum, fama eſt fortior, quam indicia, & teſtes etiam oculati; quatenus autem gerit vicem teſtis, & veritatem rei aliquo modo oſtendit, ſuperatur ab indiciis ſemiplenam probationem facientibus, & multo magis à teſtibus oculatis;

5 Sed quando indicia ſunt nota Populo, itaut de illis ſit infamia, tunc procedere poteſt opinio contraria; cum talia indicia aliquam infamiã de delinquente faciant; Et ſic ratione infamiæ poteſt procedi; ita Sanch. d. dub. 17. n. 6. & Pelliz. dicto n. 56. Card. de Lugo, t. 2. de iuſt. diſp. 37. ſect. 6. nu. 63. verſ. ſexto excipitur, vbi ait, quod iudicia æquipollent famæ, quando ſunt populo nota, & non particularibus Perſonis.

Nec obſtant Innocent. Anto. de Butr. Panormit., & alii ſupra citati iud. c. oportet, de accuſat. aſſerentes quod indicia ſufficiunt propter quæ Populus ſuſpicatur vehementer, aliquem deliquiſſe, nam tunc iudex debet ſpecialiter inquirere, non propter indicia, ſed propter vehementem illam populi ſuſpicionem, ex huiuſmodi indiciis exortam.

6 Quæ ſuſpicatio tunc ſe habet, velut clamoroſa inſinuatio, ſi publicè per ora hominum feratur, vt dicitur infra num. 29. Etſi aliquando indicia ſufficiant ad formandam ſpecialem inquiſitionem: hoc procedere poteſt, quando conſtat de delicto, & tantùm ignoratur delinquens, tunc conſtito de delinquente per indicia, poteſt formari inquiſitio ſpecialis, vt infra ſuo loco dicetur:

7 Aut quando indicia Incidenter in aliquo proceſſu iudicialiter ſunt probata; quia tunc inducunt notorium iuris, quæ notorietas iuris, dicitur, Accuſator fictus, vt afferit Nauar. ſupra, & nos infra ſuo loco; Aut quando in generali inquiſitione proditur Auctor delicti per indicia, de quibus omnibus inferius ſermo habetur.

8 Dubitatur tertiò. An ſupradicta Concluſio, quod infamia debet præcedere inquiſitionem ſpecialem, etiam procedat *in iudicio* regulari, ſcilicet, quando Prælatus Regularis inquirit contra Religioſos ſubditos? Negant Alciat. in ca. 1. de officio ordinar. n. 47. Io. Andr. in c. olim de accuſat., exiſtimantes inquiſitionem ſpecialem fieri poſſe contra Religioſos delinquentes abſque infamia, Angel. in l. ſi vacantia c. de Bou. vacant. Rota antiqua deciſ. 200.

Cæterum contrarium tenent Nauar. in Rubr. de indic. num. 19. verſ. quinto, Sanch. in opuſc. d. lib. 6. cap 3. dub. 25. qui multos citat, Duen. Regul. 298. limit. vltima, Lezan. in verbo iudex, n. 6. Barboſ. in d. c. qualiter, & quando num. 17. Card. de Lug. dicta diſp. 37. ſect. 6. nu. 67. Pelliz. d. tr. 9. cap 4. num. 49.

9 Et licet quando infamia verè præcedat inquiſitionem veritatis, iudex Regularis peccet omittendo inquiſitionem famæ, de qua prius debet in proceſſu conſtare apud acta, & poſtea deuenire ad inquiſitionem veritatis: Tamen proceſſus eſt validus, quia in d. c. qualiter, & quando

quando dicitur. hunc tamen ordinem circa Regulares perſonas non credimus vſquequaq; ſeruandum, & etiam ex Priuilegio Bonifac. 8., cum iſte ordo ſit accidentalis. Megal. in prax. c. 1. num. 3. Sed infamia ſemper debet præcedere verè, & realiter, licet Iudex omittat de ea prius inquirere. Fauet huic opinioni Decian. conſ. 18. num. 49. lib. 1. Nam iura exigentia infamiam ad ſpecialem inquiſitionem, vniuerſaliter loquuntur, & nullus eſt text., qui excipit religioſos, & dicto capit. qualiter, & quando, dum vult quòd contra Regulares procedatur poſpoſitis apicibus iuris, intelligitur quoad ſolemnitates accidentales iudicij, non autem quoad ſubſtantialia, quæ ad veritatem, & iuſtitiam ſeruandam neceſſaria ſunt. Innoc. ibi n. 4. Panorm. nu. 10. Felin. nu. 16. D. Anton. 3. par. tit. 9. c. 7. §. 8. Sanchez d. dub. 25. n. 4. & 5. Suarez tom. 4. de Relig. lib. 10. cap. 12. n. 2. Megal. in praxi c. 1. nu. 2. & cum ſit de ſubſtantialibus, quod præcedat infamia ad ſpecialem inquiſitionem, ſemper præcedere debet; Limitat Sanchez d. dub 25. nu. 3. cum Perez. Siluer. Armil. Angel. Tabien. & Cordub. quando agitur de modico præiudicio religioſi, & potius de correctione, & emenda.

10 Sequitur ex prædictis, quod ſpecialis inquiſitio, non præcedente realiter infamia, eſt nulla, & inualida. Duen. d. regul. 298. Clar. d. q. 6. Menoch. conſ. 100. nu. 55. & ſeqq. in Clauis Reg. lib. 12. cap. 10. num. 19. Mirand. ordine iudic. d. quæſtio. 7.

11 artic. 1. concluſio. 1. num. 3. Et ſic proceſſus, & omnia inde ſequuta ſunt nulla. Clar. d. qu. 6. num. 20. Grac. conſ. 57. nu. 11. lib. 1. Boſs. tit. de inquiſit. num. 77. & Reus eſt abſoluendus ab obſeruatione iudicij, & de nouo alicuius eſt inchoandus proceſſus; nec talis proceſſus confirmatur ex indicijs, & teſtibus plenè probantibus delictum poſtea ſuperuenientibus. Roland. conſ. 3. vol. 3. Farin. cum alijs citatis dicta qu. 9. nu. 8. Reyger. verbo inquiſitio

12 nu. 15. Inquiſitus tamen ſi eſt præſens debet de nullitate opponere, ſi de fama non conſtet in actis, alias parte tacente, & non opponente, aut non proteſtante valet proceſſus, & reus poteſt condemnari: colligitur ex c. 1. & 2. de accuſat. in 6. dicit Bart. in l. de minore §. Tormenta, ff. de quæſtion. nu. 12. Clar. d. qu. 9. nu. 9. poſt Aret. & Follerium quos citat, Nauar. rubr. de iudic. num. 91. addit Clarus, talem oppoſitionem facere inquiſitum non poſſe, niſi ante litem conteſtatam. Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 19. dub. 16. Bouer. in director. par. 1. ca. 5. in fine, Megal. in pract. crim. ca. 12. num. 16. Vierian. in Rational. li. 5. pag. 21. Duen. d. Regul. 298. Scac. de iudic. ca. 84. n. 18. Barboſ. in coll. ad c. Si is cui num. 1. & 2. de inquiſit. & in ca. qualiter, & quando il 2. nu. 3. de accuſat. Farin. q. 1. nu. 49. & d. qu. 9. n. 12. vbi alios citat Nauar. d. num. 91. Sed hoc debet intelligi, quando fama verè præcedit inquiſitionem veritatis, & tantum Reo præſente, & non reclamante omittitur ipſius famæ inquiſitio,

dicit Megal. in Praxi c. 1. n. 2. & 3. ſed de hoc infra n. 29.

13 Infertur etiam ex prędictis, quòd diffamatus, vel tantum conuictus, aut confeſſus de vno crimine, non poteſt inquiri de alijs criminibus occultis, de quibus non eſt diffamatus, Sot. de ſecr. membr. 2. q. 6. dub. 5. & lib. 5. de iuſt. qu. 6. art. 2. Nauar. in c. inter verba corol. 5. nec poteſt de delictis occultis interrogari. Et quamuis oppoſitum dicant, Palud. in 4. diſt. 19. qu. 4. Sylu. inquiſitio 1. qu. 3. d. 4. Armilla verbo accuſatio num. 30. Tabien. ibi num. vltimo, & in verbo inquiſitio, num. 30. D. Anton. 3. par. tit. 9. c. 7. §. 7. Aret. de malef. ver. inquiſit. nu. 9. eo, quia perſona non eſt amplius bonæ famæ, ſed iam diffamata eſt; Tamen contrarium dicunt communiter DD. nam poteſt eſſe, vt aliquis ſit infamatus de adulterio, & tamen poteſt eſſe bonæ famæ quoad furtum. Caet. 2. 2. qu. 69. art. 2. Sot. lib. 5. de iuſt. qu. 6. art. 2. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. ca. 4. à num. 170. vbi idem dicit ſi crimina ſint eiuſdem ſpeciei, & ita etiam, Malder. in 2. 2. tract. 6. dub. 12. Sanchez in opuſc. lib. 6. ca. 3. dub. 21. quamuis quoad crimina eiuſdem ſpeciei oppoſitum ſentiant, Megal. in Promptuar. verbo crimen nu. 16. quod concedit Sanchez vbi ſupra, quando ex infamia crederetur frequens in eodem peccato: Videlicet, ſi quis eſſet diffamatus, quod eſſet famoſus latro; nam tunc poteſt de omnibus furtis interrogari; Et citat ad hoc Sanch. multos alios, & Clar. qu. 64. verſic. ſucceſſiuè quæro, dicit, numquam vidiſſe Reum confeſſum de vno crimine interrogare de aliis criminibus, de quibus non eſſent contra eum indicia, niſi in criminib. aſſaſſinij, & furti. Limitatur tamen

14 ex Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 13. ca. 18. vbi dicit: quod Reus confeſſus, vel conuictus, poteſt interrogari de criminibus, quæ cōnexionem habent cum dicto delicto; quia crimina connexa, eo ipſo ſunt indicia ſufficientia ad interrogandum; &

15 idem etiam Sanch. d. dub. 21. cum Nauar. Sot. & alij dicentes; *quod* quando vnum delictum *eſt* ſufficiēs indicium alterius, prout ſi quis cōuincatur de adulterio, & conſuetudine cum coniugata, & poſtea inuenitur necatus vir adulteræ in camera eius; Aut ſi quis eſſet conuictus de homicidio, & cadauer inueniretur ſpoliatum; Aut ſi *quis eſſet* infamatus, quod eſt graſſator, poteſt inquiri de homicidio; quia hęc cōmuniter ſunt coniuncta, & Monachus infamatus de concubinatu, & non eſt diues, poteſt inquiri de furto: quia ad concubinam opus eſt pecunia; ita Sanch. ibidem. Limitatur ſecūdò, quando vnum crimen eſt circumſtantia alterius, ſine qua alterū perfectè nequit cognoſci, & conuictus de conſuetudine cum puella, poteſt *interrogari*, an ipſam deflorauit. Et conuictus de furto in Eccleſia, poteſt interrogari, an fregerit fores. Sanchez ibidem, vbi multos citat.

16 An etiam conuictus de aliquo crimine, poſſit interrogari de ſociis occultis, qui nulla laborant infamia? Sanch. lib. 6. c. 3. dub. 22. triplicem

cem ſententiam adducit, & cōcludit cum ſententia negatiua, per cacum monaſt. de confeſſis, c. veniens de teſtib. c. nemini 15. qu. 3. l. fin. C. de accuſat. l. repeti, ff. de quæſtor. & multos DD. cumulat; etiamſi crimen ſit eius naturę, quod ſine complice exerceri non poſſit: quib. addo, Ioſeph. à S. Mariæ in tribunal. religioſor. tr. 4. ca. 16. Io: de la Cruz in director. conſ. p. 1. & par. 8. art. 3. dub. 9. concl. 3. Miranda ordin. iudic. tom. 2. qu. 19. art. 11. concluſ. 4. Thom. à Ieſu de viſit. regul. tr. 3. c. 8. n. 5 & 6. Octauius Spatar. in praxi regul. tract. 9. c. 12. & 13. qu. 12. nu. 5. Malder. 2. 2. n. 6. c. 1. dub. 23. Arago. 2. 2. q. 69. art. 1. & 2. Tanner. 2. 2. diſp. 4. q. 4. dub. 4. num. 86. Ledeſm. in ſum. tom. 1. tract. 8. ca. 24. concluſ. 5. Aldret. de diſcipl. tuenda lib. 3. c. 11. n. 14. Dian. part. 3. tract. 5. reſol. 99. Sed aliter dicit Farinac. quęſ. 43. vbi à nu. 107. & ſeqq. ait, quod in delictis quæ de ſui natura ſolent cum pluribus committi, vel quando de ſui natura ſunt talia, vt veriſimiliter non niſi cum pluribus fuerint commiſſa, ac etiamſi de ſui natura talia non ſint, dummodo adſunt indicia ſpecialia, vel generalia, quod a pluribus fuerint commiſſa, vel tractata, poteſt iudex reus de socijs interrogare, de qua re nos infra par. 5. c. 3. à num. 58. cum pluribus ſequentibus.

Quando autem crimen eſset in perniciem publicam, vt exemplificat Sanchez dicto dub. 22. in maleficio, hæreſi, proditione, adulteratione monetæ, latrocinio facto à graſſatorib. viarum, & in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ, in conſpiratione contra Epiſcopum. Ricc. deciſ. 291. Vel quando crimen eſſet in damnum alicuius priuati, vt falſum teſtimonium, &c. & huiuſmodi crimina pendent adhuc in futurum; tunc poſſunt interrogari, & Reus tenetur reſpondere veritatem, niſi certò ſciret ſocios eſſe omnino emen-

17 datos; Imò quando dicta crimina pendent in futurum, etiam ſine interrogatione ſunt à Reo, & teſtib. manifeſtanda. Miranda d. artic. 11. concl. 1. Regin. tom. 2. prax. lib. 24. n. 158. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. ca. 20. n. 8. In adulterio, & Sodomia; quia ex natura ſua exigunt ſocium, poteſt Iudex interrogare de ſocio, admonendo interrogatum ne detegat ſocium occultum, dicit Sanch. vbi ſup. ſed dub. 23. limitat, quod in crimine Sodomiæ eſt detegendus, quando plurimos ad hoc vitium ſollicitaret, habens quaſi ex inſtituto alios corrumpere, infra p. 5. ca.

18 3. n. 64. In omnibus etiam delictis in quibus non requiritur infamia ad inquirendum, poteſt Iudex interrogare de ſocijs occultis. Sanch. vbi ſup. Fures ſimplices, licet non poſſint de conſocijs interrogari; Decian. lib. 9. cap. 29. nu. 21. Tamen

19 fures famoſos, & latrones, qui in viis publicis viatores ſpoliant, poſſunt interrogari de ſociis: Farinac. q. 43. n. 43. & 45. Decian. vbi ſupra; Falſarius qui falſicauit ſcripturam, vel falſum depoſuit in re non ſpectante ad ſe, ſed ad alium, poteſt interrogari ad cuius inſtantiam, prçces tale facinus commiſit.

Fa-

Farin.ibidem n.49.Similiter homicida,etiamſi non ſit aſſaſſinus, nullam habens cauſam occidendi, poteſt interrogari de mandante. Farin.ibidem nu.50. Ricc. deciſ.292. n.9. par.2. Et licet de conſuetudine totius Italiæ,Reus de ſe conuictus, vel confeſſus poſſit in omni caſu interrogari de ſociis complicibus, mandatoribus, & fautoribus, vt teſtantur Maſcard. de prob. concl. 139.Baiard. ad Clar.qu.21. Caſon. de tormen.c.16.num.6. Tamen vbi non viget talis conſuetudo laudabile eſt iuri communi adhærere, dicit Clar.d.qu.21.verſ.retenta, & Chart.de interrog.Reor.lib.3.ca.1. n.86.& Farin.qu.43. num.124. Et quando Iudex poteſt Reum interrogare de ſociis, debet tantum interrogare in genere, non autem in particulari, an Petrus, vel Paulus fuerint ſocij. Nauar.in ca.inter verba concl.66.n.835.& in ſumma c.15.n.27. Sanchez d.dub.22. nu.5. Et interrogatus, ſi certò ſibi conſtet ſocios eſſe emendatos, & damnum non pendere in futurum, non poteſt manifeſtare ſocios occultos. Sanch.vbi ſupra num.6. ex Caetano ab eo citato.

20 Reliquum modo eſt, vt videamus qualis eſſe debeat diffamatio, quæ aperit viam dictæ inquiſitioni ſpeciali, & debet habere ſex requiſita; Primum, quòd ſæpius clamoroſa inſinuatione peruenerit ad aures Iudices. Grandia de malefic. rubr.quomodo de malefic. Cognoſcatur per inquiſit.nu.6.Angel.de malef.verb.hæc eſt quædam inquiſitio ſub n.50.Dec.conſ. 75.num.2. conſ.170.n.1.conſ.189. nu.15. Maranta in ſpecul. part.6. de inquiſit. nu.19.Clar.q.6. verſ. Quæro nunc. Secundum, vt talis fama non proceſſerit à maleuolis, ſed à Perſonis fide dignis. Bart. in l. de minore, §.Plurimum nu.25. ff.de quæſtion. Grandia,vbi ſupra nu.6.Angelo d. n.50.Marant.vbi ſupra n.21. Clar. d.quæſ.6. verſ. ſed quid ſi non ſint, niſi fama, & veritas delicti haberi non poſſit, niſi à perſonis inhabilibus, & infamibus, prout in delicto commiſſo in lupanari, *vel alio* ſimili loco. Farin.qu.47. num.160. Tertium, vt de ipſa diffamatione conſtet penes acta. Fulgoſ. consil. 107.& 136. Angel.de malef. verbo quod fama publica n.1. Dec. conſ. 170.n.1.conſ.256.n.11. Marſil. in praxi §.conſtante, nu.16. Marant. vbi ſupra n.20.Clar. qu.31. *verſ.fama publica*, Farin.quæſt.9.num.7. Quartum, vt diffamatio præcedat inquiſitionem, nam ſi interuenerit poſt formatam inquiſitionem,proceſſus non reconualeſcit, *etiamſi* inquisitus eſſet conuictus per teſtes poſtea productos, Roland. à Vall.conſ.24.num.8. lib.1. & conſ. 57. nu.25.lib.4. Quintum, vt hæc diffamatio habeat ortum ante capturam Rei. Bald. in c.tua nos n.3. c.de cohabit. Cleric. & mulier. Iodoch.in pract.crim. c.9. n.6.Gram. conſ.42.n.10.Foller.in pract.verbo dentur, c.quod ſuffuc. vxorem nu. 28.Sextū,quod probetur ad minus per duos teſtes, gloſ. in l.3. §.Eiuſdem in verbo confirmat.in fine, ff. de teſtibus, Bart. in §. Plurimum num.19. ff.de quæſtio.Io. de Amic.

conſ.

conſ.42.num.208. vnde reiicienda eſt opinio eorum, qui exiſtimant, famam probandam eſſe per decem teſtes, Ball.tract. var. tit. de indic. qu.13.nu.16. Et teſtes deponentes ſuper fama contra valdè diffamatum, non eſt neceſſe, vt ſint omni exceptione maiores, Carrer.in cap. obſeruare curabit num. 65. Claud. Bertaz.ad conſ.162.litt.B. ver.tertio requiritur.

21 Qualiter autem teſtes debent deponere, numquid debeant deponere ſe audiuiſſe à maiori parte populi, vel potius publicè dici? quòd debeant deponere ſe audiuiſſe à maiori parte populi, dicit Gloſ.in l.3.§.eiuſdem, in verb.confirmat in fine, ff.de teſtibus, Barto. in l.de minore §. plurimum nu.19. ff.de quæſtion. quam opinionem ſequuntur multi, quos refert Farin. qu.47. num.258. Contrariam opinionem, quod ſi teſtes deponant ſe publicè audiuiſſe, dicitur probata infamia, tenet Bald.in c.litter.n.2. de præſumpt. & in c. præterea n.9. cum ſeq. de teſtibus, & in l.teſtium n.26.cap.eodem. Quod hæc opinio Baldi contra Bart. ſit communis, & ſeruatur in practica, teſtantur Alex. conſ.102. qu. 22. in princip. Laur.Calcan.conſ.8. n.11. Et quod ſeruatur in practica dict.de Amic. conſ.124.n. 10. Franc.Turzan.com. opin.43.Caſſador.deciſ.3. num.7.de probat. quod ita ſeruatur in Cur. Romana, Pariſ.conſ.52.n.52. lib.3. Grainut.theor.22.nu.6. Burſ. conſ. 9.n.6.lib.1.Maſcard.concl.496. nu. 19.& concl.749. nu.4. & 5. Perret. conſ.168. poſt num.19. Hiero.de Monte in tract.de finib.regen. cap. 56.n.4.& 5.Et quod ita ſeruatur in Rota. Caſſador.d.n.7.Varall.deciſ. 7.par.2.& deciſ.289.par.3.& deciſ. 295.lib.1. & in ſtatu Mediolani, Clar.lib.1.qu.6.num.14. vbi dicit quod opinio Bartoli eſt multum aſpra, & ſi teneretur in practica, vix reperiretur ex mille teſtibus vnus, qui rectè ſuper fama publica deponeret, & Farinac. deciſ. Rot. Rom.337.num.7.& deciſ.702. nu. 5. vbi dicit, quòd Rota Romana ſeruat opinionem Baldi, & conſil. 55.num.10. & qu.47. num.257. & 259. vbi etiam teſtatur de obſeruantia Curiæ Romanæ, vt Rotæ Romanæ, & quod ita ſeruatur in Regno Siciliæ. Maſtrill. deciſ.295. n.13.Ghiſler.de iudic.regul. ca.16. nu.93.Ball.tit.de indic.q.13. nu.16. & Clar.vbi ſupra, & de iudic.c.84. nu.3.dicunt, quòd ſi Aduocatus ſuper hoc vellet inſiſtere reputaretur cauilloſus, & ſuccumberet.Caputaq.deciſ.7.p.2.Peguar. deciſ.17. n.25.Cabal.caſu 84. n.16.Ricc.dec. Cur.Archiep.169.n.9.p.1.Pitigian. in pract.Crim.c.14. verſ.quoad ſecundum, Megal.pract.Crim.ca.12. num.17. P.Bouer.in director. ca.5. Maſcard.concluſ.749. num.4. & 5. ſed Farin.d.qu.47. n.60. Reſtringit hanc communem opinionem, vt procedat in foro Eccleſiaſtico, & Canonico, ſed non in foro ciuili, & in Criminalibus; Ipſe tamen Farin. conſ.55. nu.50. loquitur in Criminalibus, & dicit ſufficere, vt dicant teſtes, ſe publicè audiuiſſe, nec eſt neceſſe nominare à quo audierint, ex Caſſiodor. dicta deciſ.3.

n.3.

num.3.Clar.qu.6. verſ.debet etiam dicere, ad finem, Caputaq.deciſ.7. famæ probatio lib.2. Maſcard.de probatio.lib.2.concl.749. n.4.& 5. Et etiam Cabal.Maſtrill.Ghisler., & Scac.ſupra citati loquuntur in criminalibus; verum in quantum dicunt, quòd in criminalibus non ſit neceſſe nominare eos, à quibus audierint; debent intelligi, quando fama, vel communis opinio orta eſt ex aliqua rationabili cauſa; alias, debent nominare à quibus audierint, & quando interrogati à quibus perſonis illud publicè dici audiuiſſe, reſponderent, ſe neſcire, vel non recordari, tunc eorum teſtimonium non credo eſſe recipiendum; Neque ſi dicant audiuiſſe à multis, vel à pluribus neminem nominando. Viui.comm.opin.898. num.6. Quia non poteſt conſtare, an fama habuerit ortum à perſonis honeſtis, vel a maleuolis, & ita tenent Pacian.de probat.lib.1.cap. 49.nu.28.verſ. mihi videtur, Ghisler.d.n.93.& Scac.d.ca.84.num.31. verſ. vndè, vbi quod debent nominare à quibus audierint, etiam non interrogati; nam fama orta à non fide dignis, realiter non ſufficit ad inquiſitionem formandam. Farin. q.9. n.6. vbi multos cumulat, ita etiam Cardin.de Lugo, & aliis, & Fr.Anton. à Spirit. Sanct.in direct. regul.tract.4.diſp.3.n.109.

22 Teſtes ſi fuerint interrogati quid ſit fama, ſufficit vt reſpondeant, groſſo modo, per verba facti more vulgi, videlicet eſſe publicam quandam vocem, quæ de aliquo publicè, & paſſim circumfertur, vel quod eſt communis proclamatio, ſeu dictum Monaſterij, vel viciniæ, Gandin. ſub rubr. de rumore occulto, & manifeſ.num.2. nam vulgaris modus loquendi ſemper eſt præferendus in explicatione cuiuſcumque ſermonis, cap. ex litteris de ſponſalibus, & ſi dicunt ſe neſcire, nihil probant, Clar. qu.6. num.18. Farin. qu.47. num.219. & ſeqq.

Obſeruant nonnulli, quòd quando inquiſitio fit contra Prælatum, ſimplex infamia non ſufficit, ſed debet eſſe vehemens, ita ut clamoroſa inſinuatio infamiam ipſam ad aures Iudicis ſæpè detulerit, & talis quod ſcandalum generaret, ſi Iudex non inquireret. Quando verò inquiſitio fit contra ſubditum, ſufficit quod præcedat infamia,

23 etiam quòd non ſit ſcandaloſa. Clar.qu.6.num.21. Farin. q.9.nu.5. in fine; Megal.in prax. c.12.nu.19. Pitigian.in prax.ca.14. verſ. eſt tamen, ſed hæc procedunt, quando inquiritur contra Prælatum ſæcularem: quando autem inquiritur contra Prælatum Regularem, ſat eſt infamia, quæ requiritur aduerſus alium priuatum. Sanchez lib. 6. moral. cap.3. dub.25. num.6. ex Sylu.Inquiſitio.1.qu.4.dicto 1.& 2. & Angel.n.2.

24 Sed poteſt quæri hic, An teſtis à Iudice interrogatus, teneatur veritatem aperire, ſi via inquiſitionis procedatur, & delinquens non laboret infamia? Reſpondetur negatiuè, Sylueſt. verbo teſtis qu.8. dicto 1. Valent.tom.3. diſp.5. q.14. p.1.col.7. Spatar.tract.7. ca.7.nu.7.

Leſſ.

Leſs. de iuſt. lib. 2. ca. 30. nu. 47. Baſſeus in verbo teſtis nu. 7. Sotus lib. 5. de iuſt. quæſ. 7. art. 2. ad 1. & ita in omnibus caſibus, in quibus infamia requiritur ad inquirendum, vt cum Nauarr.. & Perez., aſſerit Sanchez in opuſc. lib. 6. cap. 3. dub. 36. num. 5., vbi citat etiam Sylu. 1. qu. 7. dicto 2. Angel. ibi nu. 11. etiam ſi cum duobus, vel tribus aliis ſciat. Quia Iudex non poteſt inquirere ſpecialiter, quando delinquens, & delicta ſunt occulta. Leſſ. d. n. 47. & ideo teſtis cum periculo alienæ famæ, non tenetur iudici via inquiſitionis procedenti aperire veritatem, donec ipſi certò conſtet, illum, de quo inquirit eſſe infamatum. Salon. 2. 2. q. 69. art. 21. contr. 2. concl. 2. Et licet Sot. ſupracitatus exiſtimet ſufficere, etiam indicia loco famæ, hoc dixit, quia ſecundum ipſum, indicia ſat ſunt ad inquirendum. Nos autem cum communi ſententia hoc non admittimus, niſi eo modo, quo diximus ſupra, nu. 3. 4. 5. & 6. Quòd intelligi debet, ſi crimina non ſint in alterius damnum, & ad punitionem inquiratur; Sed ſi crimina ſint

25 in damnum communitatis, quòd non poteſt auferri, niſi per Iudicem, aut in damnum alicuius priuati, & non poteſt aliter impediri; tunc tenetur teſtis, ſiue vocatus, ſiue non, ad teſtimonium ferendum, licet nec infamia, nec indicia præceſſerint. Sanch. d. dub. 36. n. 4 Baſſe. d. verbo teſtis nu. 6. & alii ab ipſis citati; ſecus ſi non timetur damnum in futurum. Baſſe. vbi ſu-

26 pra nu. 7. Sed quando præcedit infamia, non requiritur, vt teſtis teneatur fateri, quòd infamia ſit iam probata in proceſſu; Sufficit enim quod teſti conſtet, delinquentem de tali crimine de quo eſt interrogatus, eſſe infamatum. Sanch. dicto dub. 36. n. 8.

27 Secundò, hac occaſione quæri poteſt; An quando Iudex procedit non per inquiſitionem, ſed per accuſationem, vel denunciationem, vel quærelam aliquam porrectam, & ſolum adſit vnus teſtis, qui crimen nouerit, productus in iudiciũ, & interrogatus à Iudice, crimen confiteri teneatur contra Reum? Negatiuam opinionem tenet Sylu. ver. teſtis q. 8. & ver. correctio qu. 8. in fine, & q. 9. Angel. teſtis num. 26. Armil. eodem ver. nu. 10. Nauar. in c. inter verba concl. 6. n. 222. & 224. quia dicunt, vt teſtis teneatur crimen confiteri, neceſſe eſt vt contra Reum præcedat ſemiplena probatio, vel indicia, vel infamia, id etiã tenet de la Cruz in direct. conſc. p. 1. pr. 8. art. 4. dub. 13. & ſequitur Diana p. 3. tr. 5. reſ. 100. Sed partem affirmatiuam contrariam tenet, Hoſtien. in ſum. tit. de teſtib. cogen. n. 4. aſſerens, teſtem eſſe obligatum in hoc caſu veritatẽ aperire, & oppoſitam opinionem eſſe temerariã, idem dicunt Sot. li. 1. de iuſt. q. 7. ar. 1. Panor. in c. peruenit n. 2. de teſtib. cogen. Turrian. Valen. & alii, quos citat, & ſequitur Io. Sanch. in ſelect. diſp. 43. n. 39. nam talis teſtificatio, licet non ſufficiat ad damnandum Reum pœna ordinaria, ſufficit ad illum conſtituendum, & torquendum, ſi eſt omni exceptione maior.

Vndè ruit ratio Dianæ, exiſtimantis talem teſtificationem non valere, niſi ad vexandum Reum; hanc opinionem tenent etiam Azor. p. 3. lib. 3. ca. 27. dub. 2. quam vocat probabiliorem, & veriorem; Et alioquin crimina ſæpè remanerent impunita. Item quia iura iam obligant teſtem ad veritatem dicendam, & non diſtinguunt, an vna cum aliis crimen nouerit, an non. Licet alij aliter dicant, ſcilicet poſſe teſtem in tali caſu teſtificari, ſi velit, ſed non teneri, vt Leſs. lib. 2. cap. 30. dub. 6. nu. 49. Villalob. in ſumma tom. 2. tract. 17. diffic. 1. nu. 11. Pitig. in pract. crim. c. 3. fol. 166. & Clau. Reg. lib. 12. c. 20. nu. 29. vbi diſtinguit, dicens, quod ſi accuſator iuſtè accuſat, tenetur teſtis veritatem aperire, ne Accuſator incurrat pœnam talionis, quam opinionem probabilem vocat Baſſe. vbi ſupra nu. 7. Sed ſi iniquè, & ſine vlla neceſſitate accuſat, ac ſponte ſua, & ſolum ex odio, tunc non tenetur teſtimonium ferre, ita Sayr. cum aliis ab eo citatis.

28 Quæritur etiam hic, An per ſolā ſuſpicionē communitatis de aliquo delicto commiſſo contra aliquem, Prælatus per hanc ſuſpicionem poſſit procedere, & inquirere contra ſuſpectum? Affirmant Nauarr. rubr. de iudic. num. 95. lect. de iuſtit. lib 2. c. 29. n. 130. Card. de Lugo de Iuſt. diſp. 37. n. 63. verſ. 4. caſus, Azo. par. 3. lib. 13. capit. 17. & 25. dub. 3. Leſs. lib. 2. cap. 29. dub. 19. Filliuc. tract. 40. cap. 7. num. 143. Quia hæc ſupplet vicem infamiæ. Salon. & Bannes 2. 2. qu. 69. art. 2. Aragon. 2. 2. qu. 68. art. 1. & Doctores ſupra citati.

29 Item quæritur, ſi Reus ſpontè fateatur delictum de quo eſt inquiſitus, infamia non præcedente, an poteſt puniri? Reſpondetur, affirmatiuè, quia illa confeſſio ſpontanea ſanat nullitatem proceſſus ca. 1. & 2. de accuſat. in 6. Bald. conſil. 259. lib. 1. Tuſc. litt. I. concl. 179. nu. 28. Farinac. tit. de inquiſit. qu. 1. nu. 49. & qu. 9. num. 12. Scacc. de indic. par. 1. cap. 84. num. 18. Non obſtant Doctores per eundem *Farin. dicta* qu. 9. num. 8. Nam talis opinio habere locum poteſt in confeſſione facta in carcere, metu, & vi tormentorum extorta. Et patet etiam ex Brun. à Sole citato à d. Farinac. qui in conſil. vnico num. 10. optimè probat confeſſionem validare proceſſum nullum, infamia non præcedente, etſi poſtea n. 156. reſpondet ad hoc, dicit tamen, quòd procedit in confeſſione ſpontanea; at ſi præcedat tortura, carcer, vel metus, talis confeſſio non conualidat proceſſum nullum.

Forma incipiendi Inquiſitionem ſpecialem contra infamatum in viſitatione ex P. Boucrio fol. 174.

30 In nomine Domini, &c. Amen. Hæc eſt inquiſitio ſpecialis, quæ fit ab Adm. R. P. N. Generale, &c. aduerſus Fratr. N., eo quod in inquiſitione generali facta in viſitatione huius Monaſterij. N., vt ex ipſis actis conſtat in eo, de eo, & ſuper eo, quod præcedente infamia, & clamoroſa inſinuatione

non

non à maleuolis, aut maledicis, ſed à Probris, ac honeſtis religioſis orta, delatus fuerit, quod tale delictum perpetrauerit (declaratur ſpecies delicti.) Quapropter mandauit (P. Generalis) vel decreuit (ſi non eſt Generalis) ſuper his, informationes ſumere, teſtes examinare, & alia prout de iure fuerit præſtare. Acta in eodem Monaſterio. Anno, &c. Die, &c. & per me Fr. N. de N. dicti Admodum R. P. N. Abbatis ſcribam ad hæc electum excepta.

Ego P. N. Abbas.

Ego Fr. N. Actuarius ad hæc electus.

Alia forma.

In nomine Domini, &c. Amen. Cum in Generali viſitatione facta in Monaſterio N. per Admodum R. P. N. Abbatem, &c. repertus fuerit Fr. N. de N. grauiter infamatus de ſollicitatione ad actum carnalem verbis, muneribus, tactis, &c. aut infamatus de dilapidatione bonorum monaſterii, &c. nec talis infamia ortum habuerit à maleuolis, & à vilibus, ſed ab honeſtis probiſque Perſonis, & fide dignis: Ideo ne delicta impunita remaneant, Idem qui ſupra, decreuit talem infamiam ſpeciali inquiſitione perquirere, Et vlterius progredi, prout de iure, actum in monaſterio N. Anno, &c. Die, &c. ac per me Fr. N. in ſcribam deputatum fideliter, vt iacet exceptum, & primo vocari fecit, &c (examinantur teſtes ſuper infamiam.)

Alia forma.

In nomine Domini, &c. Amen. Hæc eſt inquiſitio ſpecialis, quæ fit, & fieri intenditur ab Admod. R. P. N. Abbate, &c. in eo, de eo, & ſuper eo, quoad aures eius peruenit in inquiſitione Generali. In qua inquirens de delictis in genere, audiuit in Monaſterio N. eſſe publicam famam à probis, ac honeſtis viris ortã tale delictum, fuiſſe commiſſum (declaratur ſpecies delicti) à Fr. N. de N. Et volens dictus R. P. Abbas ad cognitionem veritatis deuenire, & cognoſcere omnia, & ſingula à tali delicto emergentia, dependentia, contingentia, & illi annexa, & connexa, vt delinquentem pro aliorum exẽplo punire valeat: deputauit me Fr. N. Actuarium huius cauſæ, præſtito mihi iuramento de fideliter ſcribendo, & ſecretè tenendo, quid quid à teſtibus, & ab ipſo Reo in hac cauſa dictum fuerit vſque ad publicationem proceſſus de mandato ipſius faciendum. Actum eſt hoc die, &c. in Monaſterio N. menſe, &c. Anno, &c. ſequuntur ſubſcriptiones, &c.

Alia forma.

In nomine Domini, &c. Amen. Cum in viſitatione Generali huius Monaſterii, N. ad aures noſtras peruenerit Fr. N. de N. hoc delictum perpetraſſe præcedente infamia, ac clamoroſa inſinuatione non à maleuolis, aut maledicis,

ſed à Probis, ac honeſtis Religioſis orta. Quapropter decreuimus ſuper his informationes ſumere, teſtes examinare, & alia prout fuerit peragere. Acta in Monaſterio N. Die, &c. & per me dicti Admodum R. P. N. Abbatis, &c. ſcribam electum deſcripta.

P.N. Abbas.
Fr. N. Actuarius.

Alia forma.

In nomine Domini, &c. Amen. Anno à Natiuitate Domini, &c. Die, &c.

Quia in viſitatione huius Monaſterii Fr. N. de N. repertus fuit infamatus de tali delicto, &c. R.P. N. Abbas, &c, decreuit ſuper tali infamia, ac crimine ſpecialiter inquirere; Teſtes adhibito iuramento interrogando, cæteraque opportuna peragendo, electo ad hæc Actuario me infraſcripto Fr. N. Acta ſunt hæc in præfato Monaſterio in camera ſolitæ reſidentiæ. Admodum R.P. Abbatis, Anno, &c. Menſe, &c. Et die quo ſupra, & per me Fr.N. qui ſupra deſcripta.

Ego P.N. Abbas.
Ego Fr.N. Actuarius.

Forma incipiendi Inquiſitionem ſpecialem extra viſitationem.

31 In nomine Domini, &c. Amen. Hæc eſt inquiſitio ſpecialis, quæ fit ab Admod. R.P.N. Abbate, &c. aduerſus Fr.N. de N. Eo quod fama, & clamoroſa inſinuatione deferente ad illius aures perlatum fuerit, non à maleuolis, ſed à probis perſonis, vel Religioſis fide dignis eum, hæc, & hæc crimina perpetraſſe (explicantur criminum ſpecies.) Quapropter decreuit ſuper his informationes ſumere, Teſtes examinare, & alia prout de iure fuerit præſtare. Acta in Monaſterio N. Die, &c. Et per me Fr. N. electum Actuarium, vel ſcribam excepta.

Sequuntur ſubſcriptiones, vt ſupra.

Alia forma.

In nomine Domini, &c. Amen. Cum ad aures Admodum Reu. P. Abbatis, &c. fama deferente, clamoroſaq; inſinuatione proſequente non ſemel, at ſæpius, nec à maleuolis, aut maledicis, *ſed à Probis*, & honeſtis Perſonis peruenerit, quod Fr. N. de N. fecit tale, & tale delictum, &c. Decreuit contra dictum Fr.N. de N. ſuper ea inquirere. Et contra ipſum, iuxta Iuris diſpoſitionem, & conſtitutionum noſtrarum præſcriptum procedere omni meliori modo. Acta ſunt hæc in Monaſterio N. in Camera dicti P. Abbatis, Anno, &c. Menſe, &c. Die, &c. Et per me Fr.N. Actuarium ad hoc electum deſcripta.

Sequuntur, vt ſupra, ſubſcriptiones.

Alia forma.

In nomine Domini, &c. Amen. Cum ad aures R. P.N. Abbatis N. per-

peruenerit fama antecedente, clamoroſaq; inſinuatione pręcedente, quod Fr. N. de N. perpetrauit tale delictũ,&c. vt publico bono conſulet, & officii ſui munere fungatur, inquiſitionem ſuper huiuſmodi, ac ſuper annexis, et connexis, emergentibus, et dependentibus inſtituere curauit ad hoc, vt cognita veritate, in aliorum exemplo, et ne delicta remaneant impunita, delinquentem punire valeat, electo Actuario me in hac cauſa, infraſcripto Fr. N. Acta ſunt hæc, etc.

Sequuntur ſubſcriptiones, vt ſuprà.

Alia forma cum decreto examinandi teſtes ſuper fama.

In nomine Domini, &c. Amen. Hæc eſt inquiſitio generalis quam facere intendit Admodum Reu. P. Abbas, etc. contra, et aduerſus Fr. N. de N. in eo, de eo, et ſuper eo, quod fama publica præcedente, et clamoroſa inſinuatione, non tantum ſemel ad aures ſuas, ſed ſæpè ſæpius deferente, orta non à maleuolis, ſed à Probis Religioſis, et fide dignis, tale delictum commiſit, etc. Ideo ne delicta impunita remaneant, idem qui ſupra decreuit talem infamiam ſpeciali inquiſitione perquirere, et vlterius progredi, prout de iure, Actum in Monaſtero N. Die, etc. in Camera, etc. ac per me Fr. N. Actuarium electum in hac cauſa, ſeu ſcribam, fideliter, vt iacet exceptum, et primo vocari fecit P.N. Sacerdotem, etc. teſtem ex officio aſſumptũ, cui præſtitit iuramẽtum, prout, tacto pectore more ſacerdotali iurauit, et monito ſequentes interrogationes fecit, et ſic examinãtur duo teſtes ſuper fama ſimul, et ſemel, eodem die, vel ſi contingat examinari altera die, examinantur ſub hac forma.

Aliud decretum examinandi teſtes ad probandam infamiam pro Inquiſitione ſpeciali formanda.

32 In nomine Domini, &c. Hæc eſt Inquiſitio ſpecialis, quæ fit ab Admodum R.P. Abbate, &c. aduerſus Fr.N. de N. carceratum in carceribus formalibus huius noſtri Monaſterii, &c. N. eo quod fama publica, & clamoroſa inſinuatione ab honeſtis, & probis viris pluries ad illius aures peruenerit, carceres formales nocturno tempore fregiſſe, ac etiam à prædictis carceribus aufugiſſe. Quapropter, vt ſuo officio ſatisfaciat, & aliorum ſcandalo prouideat, decreuit ſuper hoc contra ipſum, informationes ſumere, necnon, & contra ſocios. Complices, Auxiliatores, & quomodocunque fautores; Teſtes, medio Iuramento, examinare, & omnia alia, prout de iure ſunt præſtare, electo ſibi Actuario in hac cauſa me infraſcripto Fr.N. de N. Actum eſt hoc in Monaſterio N. in Camera ſolitæ reſidentiæ, hodie die, &c. anno, &c. Menſe, etc. Et à me infraſcripto Actuario deſcripta.

Ego P.N. Abbas.

Ego Fr.N. Actuarius.

For-

Forma inquiſitionis contra inſultantem de percuſſione.

In nomine Domini, &c. Hæc eſt inquiſitio quæ fit, & fieri intenditur per R.P. Abbatem, &c. contra Fr. Fulanum, &c. in eo, de eo, & ſuper eo, quod ad aures eius fama publica præcedente, & clamoroſa inſinuatione ſubſequente peruenit, quod anno, &c. menſe, &c. in Monaſterio, &c. inſultauit, & inſultum fecit prædictus Fulanus cōtra N. data opera, & ſtudioſè nullis dictis verbis animo irato, & malo modo ipſum percuſſit, & vulnerauit, cum vno cultro ferreo in capite, ex cuius percuſſione, & vulnere ſanguis exiuit, ſuper quibus omnibus, & generaliter ſuper aliis omnib. cohærentibus dependentibus, & connexis, R.P. Abbas inquirere intendit, & dictum Frat. Fulanum repertum culpabilem de prædictis, vel aliquo prædictorum punire, & condemnare ſecundum formam iuris, hoc, et omni alio meliori modo, etc. Formata fuit dicta inquiſitio per dictum R. Abbatem die, etc. in Monaſterio, etc. Electo Actuario me infraſcripto, etc.

P.N. Abbas.

Fr. N. Actuarius.

Alia forma contra intrantem de nocte in cameram alicuius.

In nomine Domini, etc. Hæc eſt inquiſitio, quę fit, & fieri intenditur per R. Abbatē N. etc. contra N. in eo, de eo, et ſuper eo, quod ad aures, etc. fama publica, etc. peruenit quod prædictus N. noctis tempore per vim, et manu armata cum armis offendibilibus, ſcilicet vocabulo intrauit cameram N. et ipſum grauiter percuſſit in capite, & pectore pluribus percuſſionibus, ſuper quibus, etc. vt ſupra.

Alia forma contra illum, qui intrauit domum cuiuſdam mulieris, & eam carnaliter cognouit.

In nomine Domini, etc. Hæc eſt quædam inquiſitio quæ fit, et fieri intenditur per R. P. Abbatem N. etc. contra, et aduerſus N. in eo, de eo, et ſuper eo, etc. quod dictus N. menſe, etc. anno, etc. intrauit domum habitationis talis mulieris, etc. et ipſam per vim proiecit in terram, et carnaliter eam cognouit, committendo cum ea adulterium, ſuper quibus omnibus, etc.

Forma examinandi Teſtes ſuper fama.

33 Die, etc. in noſtro Monaſterio, etc. coram præfato Admodum R.P. Abbate N., etc. vocatus P. N. Sacerdos, ætatis ſuæ, etc. et monitus de veritate dicenda ſuper interrogatis, prout iurauit, Tacto pectore, etc. ad opportunas interrogationes, Reſpond. Interrogatus an ſciat cauſam ſuæ vocationis, etc. Item. Quantum temporis in hoc Monaſterio moratur. Item. Si omnes fratres dicti Monaſterii ſint exemplares, et compoſiti. Itē.

Si

Si aliquis eorum eſt diffamatus de aliquo delicto. Item. Quomodo ſciat. Reſpond. *Si dice publicamente per il Monaſterio, &c.* Item. A quib. præcisè audiuit; Item. An ſciat quid ſit fama publica. Reſpond. *Quello, che communemente ſi dice d'alcuno per il Monaſterio.* Item. A quanto tempore orta fuit hæc fama; Item. Qua occaſione orta fuit talis fama. Item. An ipſe vnquam viderit committere tale delictum, etc. Item. An aliquam offenſionem cum Fratre N. aliquando contraxit: Item. an odio, vel amore depoſuerit. Quib. habitis præfatus Admodum R.P. Abbas, etc. mandauit dicto Fratri, vt proprio examini ſe ſubſcriberet, et relectum confirmauit, et propria manu ſubſcripſit, præcipiens ei in virtute Sanctæ Obedientiæ, ne de his cum aliquo loqueretur.

Et probari hæc infamia per duos teſtes debet.

Ego Fr.N. Confirmo, vt ſupra.
Ego Fr.N. fui Præſens.
Ego Fr. fui Præſens.
Ego Fr.N. Actuarius.

Decretum formandi Proceſſum Inquiſitionis ſpecialis, fama probata per duos teſtes.

34 Videns Præfatus Admodum R. P. Abbas, &c. Fratrem N. de N. eſſe ſufficienter infamatum de tali crimine, &c. quodque contra illum procedere poſſit. Decreuit capiendas eſſe aduerſus illum opportunas informationes, & procedendum vlterius prout de iure, Actum in Monaſterio, &c. Die, &c.

Quapropter vocari primum fecit Fr.N. teſtem ex officio aſſumptum, cui præmiſſa exhortatione de veritate dicenda, Iuramentum exhibuit, prout iurauit, &c. ad opportunas interrogationes, &c. & ſic interrogantur teſtes ſuper delicto, iuxta formam infra traditam interrogandi teſtes par. quarta cap. 16.

Alia forma continuandi Proceſſum Inquiſitionis ſpecialis fama probata, vt ſupra.

Poſt quæ conſiderans Præfatus Admodum R.P. Abbas, quod non ſine maxima Creatoris iniuria, proximorumque ſcandalo crimen huiuſmodi tolerari, aut conniuentibus oculis pertranſiri poteſt, decreuit ſuper eo inquirere, cum omnibus annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus, etc. et propterea vocari fecit, etc.

Alia forma.

Cum examinatis duobus teſtibus, omni exceptione maioribus reipſa comperimus Fratrem N. de N. de tali delicto, etc. eſſe vehementer infamatum apud graues, et Probos viros. Ideo decreuimus informationes ſumere, et teſtes examinare pro inuenienda veritate ipſius delicti, quapropter, etc.

For-

Forma incipiendæ inquiſitionis ſpecialis contra Apoſtatam.

35 In nomine Domini, &c. Hæc eſt ſpecialis inquiſitio, quam facere intendit R.P. Abb. in inquiſitione generali habita in Monaſterio N. contra Fr. N. infamatum, quod apoſtaſiam commiſerit, vt in actis viſitationis apparet, qua propter ne delicta impunita remaneant, decreuit, prout præſenti decreto decernit, ſuper hoc informationes ſumere, teſtes examinare, & alia præſtare, quæ ſunt de iure præſtanda: Acta ſunt hæc in eodem Monaſterio, die, &c. & per me infra ſcriptum Actuarium ad hoc electum à ſupradicto R.P. Abbate excepta.

P.N. Abbas, &c.
Fr.N. Actuarius.

Poſtea interrogantur teſtes.

Interrogentur ſpecialiter teſtes ſi ſciāt aliquem fratrem de illa familia tranſgreſſum fuiſſe, vota, aut conſtitutiones Religionis; & ſi nominent aliquem, interrogentur de cauſa ſcientiæ, de loco à quo Frater nominatus exijt à Monaſterio; de loco in quo ipſe teſtis erat, quando vidit fratrem exeuntem, ſi fuit in tempore noctis, interrogetur quomodo poterat illum videre; Item interrogetur de cauſa fugæ; Item de complicibus, auctoribus, fautoribus, auxiliatoribus, de conteſtibus, &c.

Forma incipiendi proceſſum ſuper Epiſtolam ſcriptam, contra ſcribentem.

36 In nomine Domini, &c. Die, &c. in Monaſterio, &c. Cum ex præterito proximo ordinario, (ſi aliter fuit enarretur, prout fuit) deueniſſet ad manus R.P. Abbatis, &c. quædam Epiſtola, quæ incipit, &c. & deſinit, &c. et à tergo, Al R. P.N. &c. Et in eadem Epiſtola res contineantur, ſuper quibus informationes legitimè de iure ſint, ac debeant, prædictus R.P. Abbas, vt ritè procedat, ſibi in Actuarium elegit me P.N. & exhibens dictam Epiſtolam iuſſit eam in actis conſeruari, & decreuit, prout præſenti decreto decernit, ad recognitionem eiuſdem Epiſtolæ deuenire, et alia præſtare, quæ de iure præſtanda ſunt, omni meliori modo, etc. In quorum fidem, etc.

Ita eſt. P.N. Abbas.
Fr.N. Actuarius.

CAPVT IX.

§. III.

De Inquiſitione ſpeciali infamia non præcedente, quando in generali inquiſitione Auctor delicti proditur.

SVMMARIVM.

1 *Delicti auctor ſi in generali inquiſitione proditur abſque infamia formari*

mari poteſt inquiſitio, & numer. 3. & 4.

2 *Prelato contra nominatum in viſitatione generali aperitur via procedendi ſpecialiter.*

3 *Prelatus iuſtè interrogans in viſitatione generali poteſt procedere contra nominatum ſiue bene, ſiue male ſit deductum in iudicium.*

4 *Viſitator viſitans generaliter habet ius procedendi ſuper omnia delicta, etiã occulta ſubditorum.*

5 *Monitio non requiritur in viſitatione generali.*

6 *Prelatus non debet extorquere à ſubditis in generali viſitatione delicta occulta per metum, aut per iniuſtas interrogationes.*

7 *Reuelans delinquentem in viſitatione generali ſe habet, vt teſtis.*

8 *Prelatus quando, & quomodo poteſt ſpecialiter procedere contra delinquentem nominatum in viſitatione generali.*

9 *Forma incipiendi proceſſum, & examinandi teſtes in inquiſitione ſpeciali dependenti à generali.*

10 *Alia forma decreti incipiendi proceſſum contra denunciatum in viſitatione generali.*

11 *Alia forma incipiendi proceſſum contra indiciatum in generali inquiſitione.*

12 *Forma incipiendi proceſſum contra diffamatum in viſitatione generali.*

1 CVm in generali inquiſitione Auctor delicti proditur, an abſque præcedenti infamia Iudex poſſit procedere? Sunt duæ opiniones contrariæ, vna negat, et altera affirmat. Quę hoc modo puto conciliari poſſunt; vt prima opinio, quæ negat, procedat, quando crimen occultum, cognitum tamen ab vno, vel duobus, aut tribus, reuelatur Prælato in generali inquiſitione, vt Patri, maximè ſi eſt contra bonum priuatum, et non publicum; et in hoc caſu, non poteſt Prælatus formare proceſſum, et delinquens Iuridicè puniri, vt patet ex Iuribus in §§. præcedentibus adductis, et ita intelligendi ſunt. Miranda de ordine iudic. q. 7. art. 7. concl. 4. Ioſeph. à S. Maria in tribun. Religioſ. tract. 3. c. 3. ſ. 6. et alii citati à Peyr. in formul. litt. P. c. 9. n. 16. Secunda opinio procedit, quando in viſitatione generali Prælatus iuſtè interrogat in generali, tunc ſi Teſtes detegunt ipſi non vt patri, aliquod crimen commiſſum ab aliquo ſubdito; tunc Prælatus poteſt formare cõtra nominatum, ſpecialem inquiſitionem, et præuio iuramento, teſtes interrogare. Quia cum delictum ſit Iudici notorium, non poteſt prætermittere contra delinquentem iuridicè procedere, nam iudex interrogando generaliter, nullam illi irrogauit iniuriam. Vt contra Sotum, tenet Nauar. in rubr. de iudic. n. 87. et corollar. 61. n. 648. et corol. 62. n. 769. Bonac. tom. 2. diſp. 10. qu. 2. punc. 5. n. 15. et eſt communis opinio iuriſperitorum, in l. 2. §. ſi publico, ff. de adult.

2 Nam cum in hac viſitatione Prælatus iuſtè procedat interrogando ſubditos ſimpliciter, et generaliter, ſi ſubditi generaliter interrogati nominant in ſpecie aliquem

quem delinquentem, ſtatim aperitur iudici via ad inquirendum contra illum ſpecialiter etiam nulla præcedente infamia, ſicut ſi ex informationibus aſſumptis ſuper inquiſitione generali oritur aliquod indicium de crimine contra aliquem, illud indicium inducit contra eum præſumptionem, quæ ſufficiens eſt ad inquirendum ſpecialiter contra ipſum, Bart. in l. 2. §. ſi publico n. 9. Aretin. in c. cum oportet num. 44. in fine de accuſat. Clar. qu. 5. circa finem. Farinac. qu. 9. nu. 19. in fine, & quoties iudex iuſtè interrogat, ſi interrogati etiam malè detegunt aliquod delictum rei, poteſt iudex procedere ex tali
3 cognitione, cum ſic nullam alicui irrogauit iniuriam, vt contra Sotum tenet Nauar. in rubr. de iudic. n. 87. & corolar. 61. n. 648. & corol. 62. nu. 769. Sanchez in opuſc. lib. 6. c. 3. dub. 39. nu. 8. Bonac. tom. 2. diſp. 10 q. 2. p. 5. nu. 15. Pelliz. in manual. tract. 9. ca. 4. nu. 62. Fr. Ant. à Spirit. Sanct. in direct. regul. tract. 44. diſp. 3. num. 24. & eſt communis opinio iuris peritorum in dicta l. 2. §. ſi publico ff. de adult. nec refert, quod ſi teſtis fortè peccauerit reuelando delinquentem, quia ex quo crimen alicuius deductum eſt in publicam iudicis notitiam, ſiue bene, ſiue malè, tenetur iudex contra delinquentem procedere per ſpecialem inquiſitionem, & illum punire, & ſequitur Leſſ. de iuſtit. lib. 2. cap. 29. n. 125. de iudice, & in confirmationem dicit, quod ſi priuatus extorſiſſet crimen alterius per iniuriam, & deduxiſſet illud in publicum, ve in iudicium, iudex deberet contra illud procedere, vt fatetur idem Sot. de ſecret. membr. 3. q. 1. & hanc ſententiam tenent Nauar. conſil. 1. n. 3. de iudic. Aldret. lib. 1. de regular. diſcipl. c. 7. n. 6. Thom. à Ieſu de viſit. regul. tract. 2. c. 4. n. 6. Henriq. lib. 3. de pœnit. c. 20. n. 2. Pitigia. in pract. crim. c. 14. verſ. ſecundus eſt, Clau. reg. lib. 12. c. 11. n. 18. Sanchez dicto dub. 39. nu. 8. & 9. Lezana in ſumma ca. 27. nu. 4. Pellizar. in manual. tract. 9. c. 4. nu. 62. Qui omnes dicunt, quod Prælatus in hoc caſu poteſt procedere contra nominatum etiam, quod non præcedat infamia. Et licet quando Prælatus vult de facto inquirere ſpecialiter contra aliquem delinquentem debeat præcedere infamia, vt probatum fuit ſupra in §. præcedenti num. 1.

4 Tamen in viſitatione, ſeu generali inquiſitione Epiſcoporum, vel prælatorum regularium, quia Prælati habent ius procedendi, & interrogandi ſuper omnia delicta ſubditorum tam publica, quam priuata, tam manifeſta, quam occulta, tam nociua, quam non nociua, & perſonalia, ſiue ſint diffamata, ſiue occulta, ſi tamen ſint probabilia ſaltem per vnum teſtem omni exceptione maiorem vltra illum, qui primo reuelat delinquentem, vt probat Bordo. in prax. crim. ca. 3. à nu. 37. & ſeq. Sequitur quod in hac inquiſitione Prælatus, poteſt procedere ad ſpecialem inquiſitionem abſq; alia diffamatione, vt dicunt vltra ſupra citatos, Nauar. dicto corol. 648. Farin. q. 1. n. 49.

nu.49. & qu.9. nu.19. & 21. Miranda qu.6. nu.31. Faber qu.54. nu.66. & 68. Ghisler. c.16. n.77. Et abſque
5 præuia monitione. Io. Valer. differ. vtriuſque for. verbo denunciatio differ.6. Etiam quod peccata ſint ſecreta, Sanchez conſ. moral. lib.6. cap.2. dub.5. num.5.

6 Non debet tamen Prælatus extorquere à Reo, vel à teſte aliquod delictum occultum per metum grauem, aut per iniuſtas interrogationes factas ignoranti illarum iniuſtitiam, quia tunc procedere non poteſt, Sanchez d. lib.6. dub.39. n.2 & 5. cum Caietano, Sylu. & Soto ab eo citatis, licet Nauar. in dicto c. inter verba corollar.62. num. 687 & Petr. Nauarr. de reſtit. lib.2 cap.5. num.283. teneat oppoſitum.

7 Procedit maximè concluſio, quia deponentes in viſitatione generali ſe habent vt teſtes; Nam lex quæ præcipit Prælatis viſitationem generalem habetur loco quærelæ, quæ ſatis admonet viſitatorem ad functionem ſui officij, & ideo viſitati habent rationem teſtis, qui ex præcepto S. Obedientiæ, & non
8 ſpontè deponunt; Quando ergo examinatus in viſitatione generali deponit particulare crimen contra particularem perſonam, v.gr. Ioannem commiſiſſe adulterium cum Berta vxore Titij, tunc ſi deponens poteſt ſaltem ſemiplenè probare delictum, nempe ſi habeat aliam perſonam omni exceptione maiorem, quæ de eodem delicto deponat ex propria ſcientia, Prælatus debet contra nominatum formare ſpecialem inquiſitionem, & informando hac ſpeciali inquiſitione viſitator debet vocare primum reuelatorem, & iſte primo vocatus debet repetere, quod dixerat in viſitatione generali, Decian. reſp.39. n.125. licet ſecundum Bertaz. conſ.251. n.103. iſte primus reuelator cenſeatur quaſi denunciator factus ex ordine iudicis.

Et formatur proceſſus, vt infra.

9 In nomine Chriſti. Amen. Cum in viſitatione generali habita in hoc Monaſterio N. à R.P.N. Abbate, &c. Die, &c. eſſet denunciatus Ioannes, quod commiſit adulterium cum Berta vxore Titii, Intendens dictus R.P. Abbas procedere in hac cauſa cum maiori diligentia, prout debitum ſui officii exigit, Decreuit prout præſenti decreto decernit, dictum denunciantem, & alios teſtes veriſimiliter informatos vltra nominatos, interrogare, electo Actuario in hac cauſa me infraſcripto Fr.N. & primo vocari fecit N. de N. qui in viſitatione generali depoſuerat dictum adulterium contra Ioannem, & præſtito ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, &c. ad opportunas interrogationes, &c.

Et primo interrogatus, an quicquid depoſuit in viſitatione generale contra Ioannem, ſit ſecundum veritatem.

Et monitus, vt dicat quicquid depoſuit in viſitatione generali? Reſp. *Io diſſi che Giouanni, &c. E queſto lo dico di nuouo per ſcarico della mia conſcienza.*

Interrog. quomodo hoc ſciat? *Si de viſu interrogetur vbi, quando, quomodo, & quoties, item ſi alij hoc ſciunt, & qui ſint, ſi nominatus erat ſolitus in tali domo practicare, ſi cum dicta Berta colloquium ſæpe habuerit, ſi munera ei dederit, ſi alia ſigna ſpecialia familiaritatis ei oſtenderit, & qui hoc ſciunt, &c. Si deponit de auditu, dicat vbi, quando, quomodo, quoties, & à quibus audiuit, & quibus præſentibus, ac hi à quibus audiuit ſint fide digni, qua occaſione ita dixerunt, ſi ſint amici, vel inimici Ioannis, ſi ipſe etiam ſit amicus, vel inimicus, ſi de hoc ſit ſparſa fama publica, & ſi deponit de fama, interrogetur iuxta modum alias datum ſuper hac interrogatione facienda, Item interrogetur ſi de ſimili delicto fuerit alias denunciatus, & punitus, &c. Et finito examine.*

Tunc R.P.Abb. pro nunc examen dimiſit, animo, &c. adhibito ei præcepto de ſeruando ſilentio, & relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit, &c.

Sequuntur ſubſcriptiones ordinariæ.

Poſtea examinantur alij teſtes, & proceditur ad vlteriora ſemiplenè probato delicto.

Alia forma decreti incipiendi proceſſum ſpecialem contra denunciatum in viſitatione generali.

In nomine Chriſti. Amen. Cum intervifitandam hanc Prouinciam N. eſſet Fr. Fulanus denunciatus à Iuliano, vt infra, (hic apponitur per extenſum denunciatio) quo quidem audito Præfatus Admod. R.P.Abb. eidem Fratri denuncianti iuramentum detulit, quod non calumniandi voluntate, ſed ſolo Dei zelo incitato eum detulerit, prout tactis Euangelijs iurauit; Quamobrem idem Admodum R. P.Abb. denunciationem huiuſmodi admiſit, ſi, & quantum admitti debet; Ipſique Frati denuncianti mandauit, vt ſe ſubſcriberet, prout fecit, Acta ſunt hæc in Monaſterio N. in camera ſolitæ reſidentiæ Præfati Admod. R. P. Abbatis: exinde vero idem Admod. R. P. Abbas attendens Dei Maieſtatem ad bonitatem Religioniſq; decus crimine iſto maximè violari, vnde impune delinquens relinqui non debet. Idcirco ad teſtes à denunciatore productos, & alios veriſimiliter informatos examinandos procedere decreuit, & primo vocauit ad ſe N. de N. & c. iuxta formam traditam par. quarta cap. 16.

Decretum formandi Inquiſitionem ſpecialem, quando ex Inquiſitione Generali reſultant indicia, aut ſemiplena probatio contra aliquem.

In nomine Domini, &c. Amen. Hæc eſt ſpecialis inquiſitio, quam facere intendit Admodum Reu. P. Abbas, etc. contra Fr. N. de N. in Inquiſitione generali habita in Monaſterio in eo, de eo, & ſuper eo, quod Apoſtaſiam commiſerit, vt in actis viſitationis indiciatus apparet; Quapropter ne delicta impunita remaneant, decreuit ſuper hoc informationes ſumere,

Teſtes

Teſtes examinare, & alia præſtare, quæ ſunt de iure præſtanda, Acta ſunt hæc in eodem Monaſterio die,&c. menſe,&c. anno,&c. & per me Fr. N. dicti Patris ſcribam, vel Secretarium, vel Actuarium ad hoc deputatum excepta.

Teſtes examinantur iuxta formam traditam par. 4. c. 16.

Ego P.N. Abbas.

Ego Fr.N. Actuarius.

Alia forma decreti.

In nomine Domini, &c. Amen. Hæc eſt inquiſitio ſpecialis, quæ fit ab Admod. R.P.N. Abbate, &c. aduerſus Fr. N. de N. in eo, de eo, & ſuper eo, quod in inquiſitione generali facta in viſitatione huius Monaſterii N. vt ex ipſis actis conſtat, non ab improbis, aut maleuolis, ſed a probis ac honeſtis viris, grauiter indiciatus exiſtit, quod tale, & tale crimen perpetrauerit, &c. Quapropter decreuit ſuper his informationes ſumere, teſtes examinare, & alia prout de iure fuerit præſtare. Acta ſunt hæc in eodem Monaſterio Die, &c. & per me Actuarium ad hoc electum excepta.

Examinantur teſtes iuxta formam traditam in par. 4. c. 16.

Ego P.N. Abbas.

Ego Fr.N. Actuarius.

Alia forma decreti.

In nomine Domini, &c. Amen. Hæc eſt quædam Inquiſitio, quæ fit, & fieri intenditur per Admod. Reu. P.N. Abbatem &c. in eo, de eo, & ſuper eo, quod ad aures eius peruenerit in Inquiſitione generali, in qua inquirẽdo de delictis in genere, de vulnere illato in perſonam N. ex eadem generali inquiſitione graue indicium reſultat contra Fr. N. de N. ex eo, quod eodem tempore, quo prædictum delictum fuit perpetratum, in eodem loco fuit viſus dictus Fr. N. habens gladium in manu, &c. vel viſus fuit fugere, &c. & volens ad cognitionem veritatis deuenire, & cognoſcere omnia, & ſingula à tali delicto emergentia, dependentia, contingentia, et illi connexa, et vt delinquentem pro aliorum exemplo punire valeat; deputauit me Actuarium huius cauſæ, præſtito mihi iuramento de fideliter ſcribendo, et ſecretè tenendo, quicquid à teſtibus in hac cauſa, necnon, et ab ipſo Reo dictum fuerit, vſque ad publicationem Proceſſus, de mandato ipſius faciendam; Actum eſt hoc hodie, die, etc. in Monaſterio, etc. N. in Camera ſuæ ſolitæ reſidentiæ.

Teſtes examinantur iuxta formam traditam par. 4. c. 16.

Si in generali Inquiſitione.

Vnus teſtis omni exceptione maior teſtatur proprijs oculis vidiſſe dictum Fr. N. de N. in actu delicti percutientem, etc. dicitur.

Et de tali delicto, &c. in eadem generali inquiſitione oritur ſemiplena

plena probatio contra Fr.N. de N. ex eo quod teſtis vnus omni exceptione maior, teſtatur vidiſſe propriis oculis prædictum Fr.N. de N. delictum committere, nempè gladio percutere, etc. et volens, etc. vt ſupra.

Alia forma incipiendi Inquiſitionem ſpecialem, in viſitatione.

Hæc eſt Inquiſitio ſpecialis, quę fit ab Admodum R.P.&c. aduerſus Fr.N. de N. in eo, de eo, & ſuper eo, quod in inquiſitione generali facta in viſitatione huius Monaſterij, vt ex ipſis actis conſtat, præcedente infamia, & clamoroſa inſinuatione non à maleuolis, aut maledicis, ſed à Probis, ac honeſtis Religioſis orta, vt ex eodem libro viſitæ conſtat, delatus fuerit, quod hæc, & hæc perpetrauerit (declaratur ſpecies delicti.) Quapropter decreuit ſuper his informationes ſumere, teſtes examinare, & alia prout de iure fuerit, præſtare. Acta in eodem Monaſterio, Anno Domini, &c. Menſe, &c. Die &c. & per me Fr.N. de N. Actuarium electum excepta.

Ego P.N. Abbas.

Ego Fr.N. de N. Actuarius electus.

CAPVT IX.

§. IV.

De Inquiſitione mixta, ſcilicet generali quoad perſonas, & ſpeciali quoad delictum, vel è contra.

SVMMARIVM.

1 *Crimen quando eſt euidens, & patrator occultus non poteſt iudex interrogare teſtes veriſimiliter informatos de delinquente etiam in genere, infamia contra aliquem non præcedente, ſi cundum aliquos, ſed communis opinio eſt in contrarium, maximè ex generali conſuetudine.*

2 *Euidentia patrati criminis gerit vicem accuſatoris.*

3 *Crimen ſi tantum conſtat per famam, iudex poteſt etiam generaliter inquirere contra delinquentem.*

4 *Teſtes tenentur manifeſtare delinquẽtem occultum iudici quoties delictum eſt manifeſtum.*

5 *Iudex in dicto caſu poteſt ſpecialiter inquirere, ſi adſunt indicia ſufficientia contra aliquem.*

6 *Secius in teſtem vocatus non tenetur manifeſtare delinquentem occultum, quando delictum eſt manifeſtùm, & ignoratur delinquens.*

7 *Forma qua Iudex vti poteſt in huiuſmodi caſu traditur par.2.c.5. à num. 78. & plurib. ſeqq. & de alijs formis remiſſiue, quando eſt facienda.*

8 *Inquiſitio generalis quoad delicta, & ſpecialis quoad perſonam.*

9 *Syndicari quando debent Guardiani, & prouinciales.*

10 *Syn-*

10 *Syndicatus Prælatorum eſt de iure communi, & etiam diuino, & tolli non poteſt per Principem.*

11 *Officialis confirmandus in officio, debet ſyndicare antè confirmationem.*

12 *Prouinciales à quo debent ſyndicari.*

13 *Syndicatores, & viſitatores debent etiam ſyndicari.*

14 *Officiales temporales ob grauiora delicta debent deponi, & non expectare tempus ſyndicatus.*

15 *Officiales pro minoribus culpis puniuntur tempore ſyndicatus.*

16 *Syndicator, ſeu viſitator de quibus debet interrogare teſtes contra officiales ſyndicandos.*

HÆc inquiſitio Generalis eſt illa, quæ nullum certum habet delinquentem de qua loquuti ſumus ſupra par.2.ca.5. num.64.& ſeqq. Prout quando iudici, vel Prælato delatum eſt aliquod crimen ad publicam vindictam ignorato delinquente, & in hac delicti generalis inquiſitione ſufficit delati expreſſio, quia denunciatio generalis huiuſmodi delicti dirigit tantummodo iudicem ad inueſtigandum delictum ſpecialiter, & delinquentem generaliter, & non ſumitur pro illa denunciatione, quæ eſt modus procedendi de per ſe de qua loquuti ſumus ſupra c.8. ſed quia nemini fit iniuria, nec præiudicium poteſt ſtare ſine nomine denunciantis, ſine die, ſine anno, ſine ſcriptura, & fit extraiudicialiter, ita Farinac. qu.1.nu.49. Scac.de iudic.ca.71.n.2. Et per eam aperitur tantum via ad inquirendum.

Et ideo cum ad aures Iudicis peruenerit delictum aliquod fuiſſe commiſſum, & ignoratur Auctor; Si delictum eſt facti permanentis, Proceſſus inchoari nequit, niſi prius conſtet illi de corpore delicti, iuxta ea, quæ dixi ſupra par.2.
1 c.5.à n.64. & ſeqq. Dubium tamen eſt, An conſtito de corpore delicti poſſit Iudex generaliter inquirere de perſona delinquentis, examinãdo teſtes, quos veriſimiliter credit, poſſe de illo aliquam informationem habere. Scilicet vt interrogando illos in genere, an ſciant tale delictum commiſſum fuiſſe: Et reſpondentes affirmatiuè, poſſit, & debeat poſtea interrogare, an ſciant delinquentem, neminem ſpecialiter nominando: vel an ſciant aliquem de tali delicto eſſe infamatum, vel habeant aliqua indicia contra aliquem? & ad omnia negatiuè reſpondent Caiet. 2. 2.quæſt.69.art.2. verſ.ſed occurrit, Sot.lib.5.de iuſtit.q.6. art.2. & de ſecret.membr.2.q.6.dub.4. Palud.in 4.diſt.19. Adrian.quodlib.111. Armilla verbo accuſatio n.28.& Glo. in l.prius ff.ad Senat. Conſul.Sylla. verbo prius; dicit, quod neceſſe eſt ad talem inquiſitionem, vt ſaltem indicia ipſius peccatoris præcedant, vel infamia. De S.Iuliano ca. 3. aduert.2. §.4. Peyrin. de ſubdito quæſt.1.ca.16. ver.ſed quid ſi vnus. Concedunt tamen poſſe inueſtigare, & quærere in communi; An ſciant qua hora delictum commiſſum fuit, quibus armis, quo loco, quibus præſentibus, & habitis indiciis ſufficientibus, poſtea ad particu-

ticularem inquiſitionem procede re. Sed Suarez de Relig.tom.4. lib. 10.ca.12.n.8. aliter dicit; Scilicet, quod ſi iudex interrogaret de infamia, an nouerit eſſe rumorem, vel murmur contra aliquem, de tali delicto, vel ſi eſſent aliqua grauia indicia, quæ generare poſſint ſuſpicionem contra aliquem, melius faceret, quam ſi interrogaret in genere, quis tale delictum patrauerit. Sed communis opinio Doctorum eſt in contrarium, ſcilicet quod ſine infamia procedere poteſt iudex ad inquirendum de delinquente, quando commiſſo aliquo delicto, & illo verificato in actis, inquirit generaliter de auctore illius; Et ſi teſtes generaliter interrogati aliquem nominant in particulari: poterit Iudex ex generali illa inquiſitione deuenire ad particularem inquiſitionem contra nominatum. Nam tunc illa inquiſitio generalis tranſit in ſpecialem, & aperit viam Iudici ad inquirendum contra nominatum, ita Bart.in l.2.§.ſi Publico nu.17.ff. ad leg.Iul.de adult.Innoc. in ca.bonæ de elect.nu.5.Panorm. & Imol. ibi etiam n.5.Nauar.in ſumma ca. 18.n.38.& in ca.inter verba concl. 6.corol.49.n.124.edict.antiq & corol.10.& in rubr.de iud.nu.88.in fine,Cordub.in ſum.q.64.Paulo poſt princ.& membr.2.qu.6. ſuper concluſ.1.dub.4.Gerſon. alphab.34.lit. Q.Salon.ibidem contr.7.Malder.in 2.2.tract.6.ca.1.dub.18.Villalob.in ſumma tom.2.tract.14.differ.7.n.2. Bannes 2.2.qu.70.art.1.dub.2.Sanctus Anton.par.2.tit.9.§.2. Mol.n. tom.3.tract.3.diſp.47. n.2.Valent. de iuſt.diſp.50.nu.5. Card.de Lugo tom.2.de iuſtit.diſp.39.ſect.2.num. 14.Leſs.de iuſt.lib.2.ca.29. nu.139. Farin.q.9.nu.18.19.& 21.circa fin. vbi, quod hanc praxim ſeruat Roman.Cur.Megal.in pract.ca.12.nu. 20.Azor.lib.3.c.13. dub.16.Leſſ.de iuſt.lib.2.c.29.dub.14.nu.114.Clar. qu.5.nu.5. & alij ſupracitati par.2. c.5.n.65.vbi latè; Et hæc ſententia à generali conſuetudine eſt recepta, & tenenda. Nam euidentia

2 patrati criminis locum habet accuſatoris. Et iura, quæ prohibent non poſſe inquiri contra non diffamatum procedunt, quando tantum inquiritur ſpecialiter contra Petrum, & Ioannem; non autem quando inquiritur generaliter, ſuppoſito delicto, interrogando, quis nam illud patrauit, vel quis nam infamatus ſit de tali delicto. Et opinio contraria non eſt amplius probabilis, quia conſuetudo vniuerſalis, quæ eſt interpretatiua iuris, ita interpretauit iura dicentia; Iudicem via inquiſitionis procedere non poſſe contra aliquem infamia non præcedente. Et hæc inquiſitio vocatur generalis, quia dum delinquens eſt incertus, ſit inquiſitio generalis per iudicem, inquirendo quis nam delictum commiſerit, & tantum fit ad inueſtigandum delinquentem, non ad puniendum, & ad condemnandum; Et ad hanc generalem inquiſitionem faciendam tenentur iudices ex officio.

3 Sed aliud hic inſurgit dubium, An ſi non conſtet de crimine, ſed præ-

præceſſit tantum publica fama de delicto: videlicet, non conſtat certò Iudici furtum eſſe commiſſum in domo Petri, ſed tantum adeſt fama, quod in dicta domo fuit patratum furtum, & fur ignoratur, an in hoc caſu Iudex poſſit etiam generaliter inquirere, quis furtum commiſerit? & Bart. in l. 1. ff. de quæſtio. §. qui, Affirmatiuè reſpondet, & ſequitur Azor. par. 3. lib. 13. cap. 16. verſ. ſed in ea exiſtunt aliqua dubia.

4 Tertium dubium eſt, An quando conſtat de delicto, & ignoratur delinquens, & iudex generaliter interrogat quis illud crimen commiſerit: teſtes qni ſciunt auctorem criminis teneantur illum detegere, quamuis non ſit infamatus? Et negatiuam opinionem tenent nonnulli: nam quamuis notorietas delicti ſit ſufficiens ad hoc, vt iudex ſuper ea teſtes legitimè interroget, non tamen eſt ſatis, vt teſtes teneantur malefactorem occultum detegere. Sed oportet, vt contra Perſonam delinquentis adſit infamia, aut certa, & manifeſta indicia, ita tenent Doctores ſupradictæ primæ opinionis contrariæ negantes etiam, quod iudex poſſit contra delinquentem inquirere, & ex iſtis tenent, quod teſtes non tenentur manifeſtare delinquentem occultum, inter quos ſunt. Sylu. inquiſ. 1. qu. 3. dicto 3. & verbo correctio q. 8. Tabien. verbo accuſatio n. 14. Leſſ. lib. 2. c. 29. dub. 14. n. 118. & ca. 30. nu. 48. Filliuc. tom. 2. trac. 40. c. 6. n. 185. Turrian. tom. 2. in 2. 2. diſp. 50. dub. 5. n. 9. Sanchez dicto lib. 6. cap. 3. dub. 37. Bonac. de legib. diſp. 10. q. 2. punct. 5. n. 14. Salon. de iuſt. 2. 2. tom. 1. q. 69. art. 2. contr. 7. De S. Iuliano dicto cap. 3. aduert. 2. §. 4. Peyrin. dicto ca. 16. Reginald. tom. 2. prax. lib. 24. nu. 47. & Dian. p. 2. trac. 15. reſol. 63. dicit, quod in hoc caſu teſtis poteſt vel manifeſtare, vel occultare veritatem, prout ipſe in facto conſuluit ſtante probabilitate opinionis. Sed Leſſius citatus pro hac opinione dicto c. 30. n. 48. dicit contrarium. Ceterum contraria ſententia eſt tenenda, nam iudex verè, & legitimè interrogat, vt ſupra probatum eſt, ſed iudici iure interroganti tenetur teſtis obedire, & veritatem fateri, alioquin contra iuſtitiam facit occultando veritatem. Item quando delictum eſt manifeſtum, non eſt curandum de fama delinquentis, ſed conſulendum eſt bono communi, ne delicta publica impunita remaneant. Nec ad conſulendum bono communi ſufficit de delictis manifeſtis tantum inquirere, ſed oportet etiam, vt delinquentes puniantur; nam intereſt Reipublicæ delicta non ſolum inquiri, ſed & puniri. Item etiam euidentia criminis ſuccedit loco accuſatoris, ſed quando præcedit accuſatio teſtis, etiamſi ipſe ſolus vidit, tenetur veritatem fateri. Item ſi teſtis veriſimiliter informatus, nolit dicere veritatem, poteſt à iudice torqueri, ergo cum tanto ſuo damno non tenetur ſeruare ſecretum. Item ſi iudex propter bonum commune tenetur inquirere, quare teſtes propter ip-

ſummet bonum non tenentur manifeſtare delinquentem; nam eadem eſt ratio boni communis, & non diuerſa, nam hæc magis vrget quam voluntas teſtis ſeruandi bonum priuatum, & ita ſeruatur, dicunt Innoc. relatus à Clar.d.q.5. num.5. & hanc opinionem tenent Nauar.in cap. inter verba concluſ. 10. nu.585. 586. Turrian.de iuſtit. diſp.50.dub.1.num.5. Azor. inſtit. mor.p.3.lib.13.c.16. in quarta difficultate, verſ.ſed certè probabile, Valer.de differ. vtriuſq; iuris, verbo inquiſitio nu.9. Leſſius d.ca.30. n.48. malè pro contraria opinione citatus. Sanchez in ſelect. diſp.43. nu.39.Aragon.2.2.q.69.art.2. dub. vltim. Miranda de ordin.iud. tom. 1.qu.7.art.6. concl.3.Filliuc.lib.24. nu.46.verſ.quamquam.Et expreſsè contra Dianam illum reprobantem tenet Manriqu.qq. moral.123. par.2.& nos infra par.4.ca.15.vbi, quod prima ſententia procedere poteſt quando iudex interrogat in ſpecie contra Ioannem, & Martinum; non autem quando interrogat in genere, nullum delinquentem nominando; quia tunc non adeſt dubium an iudex rectè interroget, & ideo teſtis tenetur veritatem manifeſtare.

Iudex ergo debet generaliter inquirere, & teſtes tenentur ad iudicis interrogationem veritatem deponere; vnde iudex debet in hoc caſu interrogare vicinos, & omnes veriſimiliter informatos, an ſciant quis commiſerit tale delictum, & ſi reſpondeant negatiuè, interrogandi ſunt de infamia contra aliquem, & circumſtantijs, ſcilicet de hora commiſſi criminis, de armis quibus fuit commiſſum, ſi vulneratus, vel mortuus habebat inimicos; ſi hora commiſſi criminis fuit viſus aliquis ibi pertranſire, & ſic de aliis indiciis ſecundum exigentiam negotii, & facti.

5 Et ſi adſunt indicia ſufficientia, ſaltem ad ſemiplenam probationem, poteſt iudex, ſeu Prælatus ſpecialiter, & determinatè contra indiciatum inquirere, ac etiam ad vlteriora procedere *citando, interrogando*, & *torquendo* nominatum, vt ſentit etiam Sotus de ſecr.membr.2.qu.6.concluſ.8. dub.1. & 3.& ſequitur Petr.Nauar. lib.2. de reſtit.ca.4.nu.168.in 3.editione, idem dicunt Molin.de iuſt. & virt. tom.3.*tract.3.diſp.47.n.2.* Reginal. in prax.for.punit.lib.25. num.650. verſ.porrò, & nu.652.Pitigian.in pract.crim.c.14.verſ. obſeruandum eſt; Etſi teſtis interrogatus ipſe ſolus nouerit delinquentem, quia ſi eſt teſtis oculatus omni exceptione maior, dat iudici ius ad reum interrogandum, & torquendum. Bordon.in praxi crimin.ca.2.nu.6. vbi etiam quod iudex in hac interrogatione debet petere à teſtibus iuramentum.

6 Intellige ſupradictam ſententiã, quod teſtis tenetur manifeſtare delinquentem occultum, quando crimen eſt manifeſtum, vt non procedat quando teſtis eſſet etiam ſocius, & particeps criminis, multo minus ſi ipſe ſit malefactor, quia manifeſtaret ſe ipſum, niſi ſit delictum ſaltem ſemiplenè probatum,

quia

quia tunc confitendo ſuum delictum non dicitur reuelare ſuam turpitudinem, ſed iam ab aliis reuelatam fateri.

7 Forma autem qua vti poteſt iudex in prædictis caſib. habetur p.2. c.5. à nu.65. & pluribus ſeqq. nu.83. traditur forma decreti inquiſitionis generalis tranſeuntis in ſpecialem, & infra par.4. c.16. datur forma interrogandi teſtes.

8 Sed inquiſitio ſpecialis quoad perſonam, & generalis quoad delicta non eſt facienda, niſi quando ad aures iudicis peruenit, quod in tali domo, ab habitatoribus illius multa contra ius perpetrata ſunt, vt dixit P. Bouer. in ſuo direct. vel ad futurum malum euitandum, vt infra ca.9. §.13. vel in ſyndicatu officialium. Roderiq. tom.2. cap.5. artic.1. Scilicet quando ſyndicatur Guardianus, vel Prouincialis, Spatar. de modo corrigendi regular. tract.3. ca.3. nu.5. & nos infra ca.9. §.14. n.6.

9 Nam Guardiani in Capitulo Prouinciali ſyndicari debent, & Prouinciales finito officio ſyndicari etiam debent, quia ſyndicatus

10 Prælatorum non ſolum eſt de iure communi, vt in l. vnica c. vt omnes iudices, &c. l. vnica C. de neg. geſt. & in ſpecie de iudicibus Eccleſiaſticis, quod finito officio tenentur ſtare ſyndicatui, & rationem ſuæ adminiſtrationis præſtare, dicit poſt alios Ricc. in praxi for. Eccleſiaſt. Vicariatus cap. Sede vacante deciſ.481. num.2. & 3. in prima editione, alias reſol.504. in 2. editio. Marc. Anton. Genuenſ. in ſua praxi Archiepiſc. c.58. nu.1. & ibi annot. num.2. Et de Vicario Capituli Sede vacante, quod debet ſyndicari, & rationem reddere ex Conc. Trident. ſeſſ.24. de reform. ca.16. refert Ricc. deciſ.481. n.4. Mich. Ferro in ſuis qq. moral. par.1. qu.62. num.1. Ragu. de voce canonicor. in cap. qu.40. nu.13. & alii relati à Barboſ. alleg.54. n.181. & 183. & collect. ad Concil. Trid. ca.16. nu.38. & 39. Sed eſt etiam de iure Diuino, in quo præcipitur, vt vnuſquiſque rationem reddat villicationis ſuæ, vt patet ex Euangelio, Spatar. de modo corrigendi regular. tract.2. ca.6. nu.3. 4.5. adeo vt ſyndicatus non poteſt per principem tolli, Afflict. in conſt. volumus n.4. lib.1. Baiard. qu.73. num.44. Et ſi officialis finito

11 officio, ex aliqua iuſta cauſa veniret in officio confirmandus debet ante omnia ſyndicari, ſicut ſi eſſet electus ad aliud officium, vt ex d. l. vnica, & l. neminem C. de tabul. lib. 10. Surd. conſ.161. nu.6. vol.2. Cancer. var. reſol. cap.12. num.150. 151. 152. 153. & 177. ex l. neminem C. de ſuſcept. lib.10. & l. reſcripto §. debitores ff. de munerib. & honorib.

12 Syndicari autem debent Prouinciales ab ipſiſmet Prælatis Generalibus, vel à Viſitatoribus, ſeu Commiſſariis ad id ſpecialiter deputatis à Generalibus, qui attendere debent quos ad tale munus mittunt, vt nullo modo ſint ſuſpecti, ſed idonei, probati, indifferentes, doctrina, ſcientia, & conſcientia probati, ne per paſſionem aut ignorantiam aliquando prouinciarum perniciem patrent, ita Spatar

vbi ſupra num. 5. & 6. & non ſolum Prouinciales debent ſyndicari, ſed ipſimet ſyndicatores, & viſitatores, Amed. de ſyndicatu numer. 3. Auiles Iudicum ſyndicatus cap. 1. num. 3. & eſt text. in cap. ea quæ §. ſequentes de ſtatu Monachor. ibi, ſequentes viſitatores perquirant priorum viſitatorum veſtigia diligenter, & gloſ. ibi, verbo, & eorum negligentias, Michal. Ferro qq. moral. 81. par. 1. Et poteſt inquiri contra viſitatores non ſolum ad partium quærelam, ſed etiam via inquiſitionis. Marant. in ſpecul. aur. in 6. par. & vltima in quarta quæſt. principali num. 167. Afin. de execution. §. 3. cap. 29. fol. 83. col. 4.

14 Et quia officiales de quibus loquimur ſunt temporales, propter dolum, aut latam culpam in officio commiſſam, vel aliis grauioribus delictis debent probato delicto per ſententiam deponi, & non

15 expectare tempore ſyndicatus, quia pro minoribus culpis, & non grauioribus puniuntur officiales temporales tempore ſyndicatus, Bald. in l. Mancipia n. 3. C. de ſeruis fugitiu.

16 Quo tẽpore ſyndicator interrogare poteſt teſtes contra officiales an benè, & iuſtè officium adminiſtrauerint, an bona Monaſterij aliquo modo diſſipauerint, & de ſimilibus, Suarez tom. 2. de relig. lib. 10. cap. 11. num. 6. De Lugo diſput. 37. num. 66. Quia hoc modo non fit inquiſitio de ſpeciali peccato perſonæ, ſed tantum de modo gubernandi, & pro grauioribus puniuntur tempore ſyndicatus; quando non fuerunt ante puniti.

CAPVT IX.

§. V.

De inquiſitione ſpeciali pro delictis incidenter in iudicio detectis.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio ſpecialis ſuper annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus fieri poteſt ſine infamia præcedente.*

2 *Vnum crimen quando eſt indicium alterius, aut non poteſt cognoſci ſine alio, aperit viam ad illud inquirendum in eodem proceſſu.*

3 *Crimen incidenter patefactum in iudicio ſi eſt ſeparatum à crimine principali de quo agitur, poteſt iudex ſine infamia nouo proceſſu fabricato ſuper eo inquirere, & quando poteſt etiam inquirere in eodem proceſſu, n. 4.*

5 *Forma incipiendi nouum proceſſum pro delicto incidenter detecto in iudicio.*

6 *Forma quando crimen incidenter detectum in cauſa ciuili, Iudex ex officio vult deducere cauſam ad forum criminale.*

7 *Forma incipiendi proceſſum informatiuum contra nominatum à ſocio criminis in iudicio (hæc forma habetur in fine.)*

7 *Forma incipiendi proceſſum, quando cri-*

crimen incidenter deteſtum in cauſa ciuili, Iudex ex officio vult deducere cauſam ad forum criminale.

1 NOn eſt dubium, quod Iudex ſuper annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus delicti principalis inquirere poteſt, nulla infamia præcedente. V.g. Inquiritur contra Petrum de concubinatu, de quo laborat infamia, ſed iudex teſtes examinando incidenter cognoſcit concubinam eſſe conſanguineam, vel monialem, aut nuptam; tunc quia talis circumſtantia eſt annexa illi delicto concubinatus, poteſt iudex etiam de illa in eodem proceſſu cognoſcere, & inquirere etiãſi Reus quoad illam non laborat infamia. Ita Doctores in c. inquiſitionis, & in c. qualiter, & quando, & 2. de accuſat. Bartol. ſuper extrauagant. ad reprimendum, & in l. 2. poſt gl. in §. ſi publico ff. ad l. Iul. de adult. Sot. de ſecret. membr. 2. qu. 6. concl.
2 3. vbi idem dicit; Vbicumque peccata habent talem connexionem, quod vnum eſt indicium alterius, aut vnum non poteſt perfectè cognoſci ſine alio: Et ita in facti contingentia fuit reſolutum Neapoli, vt teſtatur Afflict. deciſ. 176. Nam quoties tela iudicii eſt ordinata contra eum, contra quem conſtat, etiam incidenter, de aliquo delicto, quod ſit annexum principali delicto, debet puniri pœna ordinaria, ſine nouo proceſſu; Et allegatur ad hoc Felin. in c. 1. n. 1. & 4. de except. & Luc. de Pæn. in l. 1. nu. 13. cap. de num. a Quar. lib. 12. & ſequitur Baiard. ad Clar. qu. 19. nu. 3. & poteſt puniri in eodem iudicio non ordiendo, & texendo nouam telam iudicij, ſiue crimen annexum incidenter repertum, ſit circumſtantia aggrauans, ſiue alleuians, ſiue neutrum faciens, Nauarr. in commentar. rubr. de iudic. nu. 86. Sayr. in Claui Reg. lib. 12. cap. 14. num. 17. Bouer. in direct. ca. 6. verſ. quartusdecimus, & ſufficit quod tangat negotium principale.

3 Sed ſi crimen in iudicio incidens patefactum, ſiue per confeſſionem Rei, ſiue per teſtium depoſitionem, ſit à principali diſtinctum; videlicet, ſi Inquiſitus de adulterio, reperiatur fur; aut inquiſitus de furto, repertus ſit Clerici percuſſor, aut adulter; an poſſit de hoc delicto ſeparato, ſine infamia inquiri? Negat Sotus de ſecreto membr. 2. qu. 6. concl. 3. in quarto caſu. Cæterum contrarium eſt verius, c. cum ſuper de confeſſ. vbi, ſi quis confitetur crimen in iudicio incidenter, poteſt iudex ordinarius nouum inchoare proceſſum, & illum punire pœna ordinaria. Et ita Nauar. dicto nu. 86. contra Sotum; tum quia eſt contra omnes vtriuſq; iuris interpretes in d. l. 2. §. ſi publico, ff. de adult. & in ca. 2. de Confeſſ. lib. 2. & in c. 2. de ordin. cognit. tum quia eſt contra teſt. expreſſos, cap. cum ſuper de confeſſis, in l. quod euitandi, c. de condict. ob turpem cauſam, & l. pen. c. ſi aduerſus libertatem; vbi habetur, quòd crimē probatum in iudicio, etiam ciuili, poteſt Iudicis officio etiam criminaliter puniri, ordiendo nouam telam iudicij,

cij, & quod ita Fulgoſ. conſil. 106. num. 3. verſ. ad ſecundum, Tuſc. lit. I. concluſ. 179. num. 29. Et quod ita ſeruatur inquit Clar. quæſt. 19. nu. 1. verſ. vnum tamen, vbi dicit; quod ſi iudex coram quo agitur cauſa ciuilis, habet iuriſdictionem etiam in cauſa criminali, poterit, conſtito ei de crimine ex probationibus factis in cauſa ciuili, procedere contra delinquentem, ad eum puniendum, & contra eum ex officio inquirere; etiam nulla partis quærela criminali præcedente; vbi pro eo delicto poſſet aliàs per inquiſitionem procedi. Et hoc propter notorietatem iuris, quæ gerit vicem accuſatoris. Ex confeſſione etiam iudiciali facta cum iuramento coram Iudice in competenti, reſultat publicum iuris, & aperit viam iudici competenti vt contra talem confeſſum valeat inquirere, & procedere ad ſententiam, Clar. qu. 21. verſ. ſed hic quæro, cum aliis ab eo citatis. Et hoc, ſiue crimen detectum per Reum, vel per teſtes incidenter, ſit crimen ipſius Rei, ſiue alterius: quia ſemper poteſt iudex inquirere, & punire ex officio. Vt ex dicto Nauar. aſſerit Pitig. in pract. crim. c. 14. in addict. l. c., & Bouer. indirect. cap. 6. verſ. Poſtremo; debet tamen iudex ſuper illo notorio iuris, inchoare nouũ proceſſum, Scac. de iudic. lib. 1. cap. 74. nu. 4. & repetere teſtes, vt faciant fidem in nouo proceſſu, Scac. ibidem. Et dare Reo ſuas defenſiones, & alia facere, quæ in Proceſſibus criminalibus requiruntur, ita Clar. qu. 19. verſ. vltimo, ex Bart. in l. ſi confeſſus circa finem, ff. de cuſtod. Reor. & in d. §. publico nu. 20. & Boſſ. tit. quomodo procedatur per except. tit. 4. idem Clar. q. 54. verſ. item; & ita fuiſſe iudicatum in conſ. Neapol. refert Afflict. deciſ. 176. Ita etiam dicunt Leſs. de iuſt. lib. 2. cap. 29. dub. 15. num. 124. Miranda de ordine iudic. q. 7. art. 7. concluſ. 2. Valent. Bonac. & alii citati à Tambur. tom. 3. in praxi criminali quæſt. 9. nu. 1. Fr. Anton. à Spiritu Sancto de Regimine Prælator. tract. 4. diſp. 3. num. 124. Scac. de iudic. c. 75. n. 3. Ricc. dec. 52. par. 1. Megal. in pract. crim. q. 12. nu. 48. Bouer. in direct. c. 6. verſ. 14. vbi in verſ. poſtremo in fine, ex Nauarr. vbi ſupra n. 88. dicit, ſufficere quod huiuſmodi notorietas delicti fit per vnum dumtaxat teſtem excitata ad inquirendum; & ita etiam dicit Pitigian. dicta litera C. verſ. oritur alia quæſtio. Dicunt etiam dicti Bouer. & Pitigian. quod teſtes, qui illud crimen notum fecerunt, & ſunt repetendi, & poſſunt eſſe teſtes in ſecundo iudicio, & faciunt fidem. Scacc. dicto lib. 1. ca. 74. n. 4. Licet alii dicant, quod non poteſt eſſe teſtis in ſecundo iudicio, vt Bordon. in prax. crim. c. 3. ſect. 3. n. 12. vbi citat Nauarr. in rubr. de iudic. n. 36. verſ. admoneo, de Bictis q. 13. n. 20. Berin. vol. 2. conſ. 251. nu. 103. Guaz. defenſ. 29. ca. 2. nu. 18. Et
4 poteſt etiam index in hoc caſu inquirere, et pœna ordinaria punire Reum abſq; nouo proceſſu, quando fuit Reo datus terminus ad ſe defendendum, et ſuas defenſiones feciſſet; ita deciſum refert Franch. dec.

deciſ.240.nu.13. vol.2. et ſequitur Baiard.ad Clar.d.q.19.n.13.

Forma incipiendi Proceſſum pro delicto incidenter detecto.

5 In nomine Domini, &c. Quoniam ex denũciatione facta coram nobis à Fratre N.de N.contra Fratrem N. de N. de ſuſpecto conſortio, innotuit crimen furti contra dictum Fratrem. Idcirco ne delicta impunita remaneat, decreuimus contra dictum Fratrem N.de N. ex officio procedere, reducendo omnia quæ aduerſus ipſum producta, ac probata ſunt in priori iudicio, ac alios teſtes ſumere, & producere, & inquiſitionem inſtituere ſuper annexis, & connexis emergentibus, & dependentibus, & omnia alia peragere, prout iuris eſt, vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè; datum die, &c. in Monaſterio, &c.

Subſcriptiones vt ſupra.

Alia forma.

In nomine Domini, &c. Cum ex proceſſu iudicialiter agitato corã Adm. R.P. Abbate contra Fratrem N.de N. inqiſitum, vel denũciatum de crimine furti, conſtet nobis, eundem fratrem, vel per alium commiſiſſe adulterium, &c. & ſit munus officij noſtri delinquentes punire, ſed quia prius inquirendum eſt de veritate tam delicti, quam delinquentis, iuxta ciuiles, & canonicas ſanctiones; idcirco ob boni publici tuendi gratiam, & vt officio noſtro fungamur; Decreuimus, ex officio procedere, & inquiſitionem ſuper huiuſmodi delicto inſtituere curauimus, necnon ſuper vnumquodq; illi annexum, vel connexum, emergentem, & dependentem, & reproducere omnia, quæ aduerſus ipſum producta, ac probata ſunt in priori iudicio inquiſitionis, vel denũciationis, ad hoc vt cognita eius veritate in aliorum exemplum, et ne delicta impunita remaneant, punire valeamus, electo Actuario me infraſcripto Fratre N.de N. actum eſt hoc hodie, etc. in Monaſterio, etc.

Subſcriptiones vt ſupra.

Alia forma.

In nomine Domini, etc. Cum ex proceſſu fabricato die, &c. contra, etc. coram, etc. grauiter indiciatus exiſtat Fr.N. de N. non à maleuolis, ſed à Probis, et honeſtis viris, quod tale, et tale crimen perpetrauit in graue religionis damnum; Quapropter ne delicta remaneant impunita; Decreuimus, etc. vt ſupra.

Forma incipiendi proceſſum informatiuum contra nominatum à ſocio criminis, in Iudicio.

Cum in proceſſu fabricato contra N.de N. de tali crimine, ſit nominatus tanquam ſocius criminis N. de N., ideò ne delicta remaneant impunita, decreuimus, prout in præſenti decernimus contra eundem informationes ſumere, vt aperta veritate ſuper ipſo facto pro-

procedere poſſimus, prout de iure, & ita hoc, & omni alio modo meliori, quo poſſumus, &c. Hodie, &c. in Monaſterio, &c.

Fr.N. Abbas.
Fr.N. Actuarius.

Forma quando crimen incidenter detectum in cauſa Ciuili, Iudex vult deducere cauſam ad forum Criminale.

6 In nomine Domini, &c. Quoniam ex denunciatione facta coram nobis à Fratre N. de N. contra Fratrem N. de N. pro reſtitutione ſcriptorum quadrageſimalium, innotuit crimen furti, contra dictum Fratrem N. de N. Idcirco ne delicta remaneant impunita, decreuimus contra dictum Fratrem ex officio procedere, deducendo omnia quæ aduerſus ipſum producta, & probata ſunt in priori iudicio, &c. vt ſupra, &c.

Forma qua falſitate in Iudicio commiſſa proceditur ex officio à Iudice, coram quo committitur.

In nomine Domini, &c. Cum Admod. R.P.N. Abbas, &c. in cauſa tali, &c. teſtes medio iuramento examinaſſet, & examinando inter alios Fr. N. de N. probatur ſufficienter falſum depoſuiſſe; Idcircò volens præfatus Abbas de iuſtitia prouidere, vocauit ipſum Fr. N. de N., & monitione præmiſſa, ac manifeſtato ſtatu ſuæ cauſæ, præſtito iuramento de veritate dicenda eum interrogauit, &c.

Eodem modo mutatis mutandis proceditur, quando detegitur falſitas, à parte, à Notario, ab Aduocato, &c.

CAPVT IX.

§. VI.

De inquiſitione ſpeciali pro delicto commiſſo in iudicio infamia non præcedente.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio inquirere poteſt, & punire delictum commiſſum in iudicio.*
2 *Crimen obiectum in iudicio ſi non contingit crimen principale, aperit viam iudici ad nouum proceſſum fabricandum, & quando agitur ciuiliter.*
3 *Forma procedendi quando delictum commiſſum in iudicio contingit cauſam principalem.*
4 *Proceſſum nouum poteſt Iudex fabricare pro delicto commiſſo in iudicio, ſiue contingit, ſiue non contingit cauſam principalem.*
5 *Exceptio falſitatis retardat cauſam principalem.*
6 *Delegatus poteſt punire crimen commiſſum coram ipſo.*
7 *Falſarius poteſt puniri à iudice coram quo commiſit falſitatem, & etiam coram alio competenti.*
8 *Falſi pœna non tenetur, qui ignorantes falſos teſtes produxit, ſecus ſi ſcienter.*

1 POteſt Iudex ad ſpecialem inquiſitionem procedere, nulla infamia contra delinquentem præceden-

cedente, quando delictum commiſſum eſt in iudicio, veluti cum Accuſator calumnioſè agit, vel tergiuerſatur, aut Iudex comperiat teſtem falſum, aut falſam ſcripturam. Vt poſt Specul. & Barto. docet Nauar. in rubr. de iudic. n. 88. Leſſ. de iuſt. lib. 2. ca. 29. dub. 15. nu. 127. Bouer. in director. c. 6. verſ. tertius, Pitigian. in pract. crim. ca. 14. ver. tertius eſt, Miranda de ordine iudic. qu. 7. art. 7. concl. 4. n. 87. Fr. Anto. à Spiritu Sancto de Regim. Prælat. tract. 4. diſp. 3. num. 125. vbi citat Nauar. Leſſ. Bonac. & Tambur.

Nam ſi quis per calumniam fuerit accuſatus, & iudex procedendo in ſuo iudicio tale delictum comperiat, abſque præcedente infamia aduerſus calumniatorem, poteſt ex officio inquirere, eundemque punire, vt habetur in l. 1. c. de calumniator. etiam in eadem inſtantia, & ſine nouo proceſſu, de qua re latè diximus ſupra in c. 1. eiuſdem part. 3. num. 14. & 15. vbi inuenies practicam obſeruandam in condemnationem eiuſdem calumniatoris, & quomodo in eadem ſententia abſoluatur innocens, & condemnetur calumniator. Idem dicẽdum eſt, ſi quis agendo criminaliter, falſum teſtem adduxiſſet, aut falſam aliquam ſcripturam finxiſſet, l. nullum, c. de teſtib., & l. pen. c. de prob. quia quando excipitur quod teſtis, vel inſtrumentum productum ſunt falſa, tunc hoc crimen contingit delictum principale, vnde poteſt ſequi condemnatio ex eodem proceſſu, Bart. in l. 2. §. ſi publico num. 20. ff. ad leg. Iul. de adult. Alex. conſil. 35. n. 1. vol. 2. Anchar. conſ. 173. Boſſ. tit. quomodo proced. per exceptionem n. 7. Menoch. de arbitr. caſu 306. Baiard. ad Clar. in §. falſum num. 246. 247. vbi alios citat, Scac. de iudic. ca. 75. nu. 3. Vbi quod

2 ſecus eſſet; quando crimen obiectum probatum ſiue per confeſſionem Rei, ſiue per teſtes non contingit delictum principale; quia tunc ex eodem proceſſu non poteſt ſequi condemnatio, ſed ſolum ex eo aperitur via Iudici ad inquirendum, & inchoandum nouum proceſſum, vt cap. præcedenti dictum eſt. Quando autem agitur ciuiliter, tunc indiſtinctè requiritur nouus proceſſus, pro crimine ibi contingente. Quia eſſet abſurdum, quod magis operaretur id, quod venit incidenter, quam id, quod eſſet principaliter deductum, ex Felin. in c. 1. n. 16. de except. Et ideo licet excipiatur contra teſtes, quod ſit falſarius, & conuincatur, non poteſt puniri ex illo proceſſu, ſed ſolum aperiatur via Iudici ad faciendum nouum proceſſum, ita Scac. d. n. 3.

3 Quando delictum commiſſum in iudicio contingit cauſam principalem, vt in eodem proceſſu de eo poſſit inquiri, habetis formam, & practicam in dicto c. 1. num. 14. & 15. eiuſdem par. 3. quia eodem modo, quo proceditur in cauſa calumniæ proceditur in cauſa falſitatis, & debent dari Reo termini, & defenſiones, vt ibi in dicto num. 14. & 15. habetur, et ſi delictum non contingit cauſam principalem, poteſt Prælatus, ſeu Iudex vti

Mm for-

formis ſupradictis in §. præcedenti, mutatis mutandis.

4 Si quæres, quando delictum commiſſum in iudicio contingit cauſam principalem, & non punitur in eadem inſtantia, an poteſt formari nouus proceſſus? Reſpondetur affirmatiuè, vt dictum eſt in dicto cap. 1. nam iudex poſt latam ſententiam ſuper cauſa principali, poteſt punire etiam ex interuallo teſtes de falſitate, Vrſil. ad Afflict. deciſ. 219. n. 4.

Et quando de crimine eſt diſcuſſum in iudicio per viam exceptionis incidenter, tunc dato, quòd quis abſoluatur: poteſt nihilominus iterum, & inquiri, & accuſari in caſibus, in quibus ex officio inquiri poteſt. Marant. in ſpecul. in 6. par. principali n. 85. Iul. Chartar. deciſ. 38. per totum.

5 Quæres ſecundò, Si quis falſitatem, periurium, aliudue ſimile crimen commiſerit coram Iudice delegato, an poſſit ab eodem delegato puniri? Reſpondetur affirmatiuè. Couarr. pract. qq. c. 18. num. 8. Barboſ. in collect. ad c. ſuper his n. 2. de pęnis.

6 Quæres tertiò, An exceptio falſitatis retardet expeditionem cauſæ principalis? Reſpondetur affirmatiuè. Boſs. tit. Quomodo procedatur per exceptionem n. 15.

7 Quæres quartò, An teſtis falſum deponens coram vno Iudice, debet neceſſariò puniri ab eodem iudice, & non ab alio? Reſpondetur negatiuè. Quia poteſt puniri non ſolum ab illo Iudice, coram quo falſum commiſit, ſed etiam coram alio ſuo ordinario. Boſſ. tit. de falſis num. 107. Roland. conſil. 12. num. 12. volum. 2. Farin. qu. 67. num. 31. Caualc. in pract. de teſtibus par. 3. num. 90. & Pragm. 8.

8 Quæres quintò, Quando producens teſtes falſos tenetur pœna falſi? Reſpondetur, quoties ſcienter eos produxit, ſecus ſi ignoranter; Et in dubio quando non conſtat de tali ſcientia, vel ignorantia, in tribus caſibus punitur de falſo: Primò, ſi interrogatus non dicat ſe nolle vti; Secundò, ſi non alleget errorem; Tertiò, ſi perſeueret vtendo vſque ad ſententiam, ſed ſi Inquiſitus falſum articulum fecit, & induxit falſos teſtes, & procurauit eos falſum dicturos, ob non vſum, & ob deſiſtentiam non euitabit *pœnam falſi*, Capic. deciſ. 67. nu. 6. Riminald. Iun. conſ. 345. num. 15. Farin. qu. 159. nu. 37. & ſeq. Licet ſi ſua ſpontè receſſit ab vſu, nulla præcedente interrogatione Iudicis, vel partis, dicunt, quòd euitabit pœnam, poſt Aret. Capic. vbi ſupra nu. 7. 8. & 9. & Cabal. caſu 144. n. 11.

CAPVT IX.

§. VII.

De ſpeciali inquiſitione pro delicto coram iudice, & teſtibus patrato.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt punire delinquentem coram eo ſine infamia precedente, & iuris*

iuris ordine non ſeruato.

2 *Si delinquens coram iudice ſe abſentat proceditur contra eum, vt contra contumacem.*

3 *Iudex ſi videat delictum committere coram eo non in actu quo exercet iuſtitiam, poteſt contra eum inquirere ſine infamia, ſed non ſine ſolemnitatibus, & quid ſi delinquat coram Notario, & teſtibus, n. 4.*

1 SIne infamia præcedente poteſt Iudex inquirere, & punire delinquentem quando quis coram eo committit delictum, v.g. ſi quis aliquem graui iniuria afficeret, vel percuteret, aut aliquid aliud delictum perpetraret. Naua. in rubr. de iudic. n. 86. Bouer. in director. ca. 6. verſ. 13. inciſa tr. 3. ca. 8. Pitigian. in pract. crim. c. 12. in fine, Scac. de iudic. cap. 76. num. 8. vbi citat Gandinum, Vitall. Boſsium, Gaſpar. Cabal. Alber. & alios, Iul. Chartar. deciſ. 75. num. 19. Farinac. quæſtione 21. num. 158. vbi, quòd in hoc caſu Iudex procedere poteſt ad punitionem delinquentis, non ſolum ordine iuris non ſeruato, & ſine ſolemnitate; ſed etiam ſine proceſſu, & probatione. Quãdo tamen commiſſum eſt coram iudice ſedente pro tribunali, aut in actu exercendi ſuum officium, & iuſtitiam, etiam ſi delinquens non fuerit ſuæ iuriſdictionis. Subdit tamen, num. 159. quod tutius eſt, vt etiam in iſto caſu recipiat probationem. Idem dicit Scacc. d. nu. 8. & ex Foller. Ponit practicam procedendi in iſto caſu, videlicet quod commiſſo delicto Reus incontinenti examinetur; quare ſic talem vulnêrauit, vel grauem iniuriam effecerit: & ſi confiteatur, tunc abſque alia ſolemnitate, & probatione, ſtatim condemnetur, nullo iuris ordine ſeruato, & iudicium finitur. Si autem negauerit, non prius condemnetur, quam teſtes ad eius faciem confrontati benè concludant, quod viderunt illum deliquiſse coram Iudice in actu exercendi ſuum officium, & iuſtitiam, & multis aſtantibus. Si Reus alleget excuſationem, vel ſi non alleget, & delictum ex ſe poſſit aliquam excuſationem habere; tunc Reo concedendæ ſunt defenſiones, non tamen debeat ei concedi, dicta, neque nomina teſtium, ſed finito termino defenſionum, ſi nullam excuſationem adducat, ſtatim condemnandus eſt per aliquod decretum receptum à ſcriba. Et ab hac ſententia non poteſt appellari, ſed ſtatim executioni mandari debet, Peyrin. in formular. litera P. cap. 17., ex Farinac. quæſtio. 21. num. 117. & quæſtio. 101. num. 60. vbi multos citat, niſi notorium aliquo modo offuſcetur, probando id feciſſe ad ſui defenſionem, vel alio modo: Tunc datur appellatio, Farinac. ibidem.

2 Quando autem non fuit captus tempore delicti, ex quo aufugit, & poſtea fuit captus, debet citari, vt videatur quam afferat defenſionem, & ſi ſe abſentaſſet, procedetur contra ipſum contumacem, Farinac. ibidem numer. 160.

3 Si verò Iudex viderit delinquentem proprijs oculis, & etiam alijs aſtantibus delictum committere, non autem dum exercet iuſtitiam; tunc non poteſt Iudex ſine ſolemnitatibus, defenſionibus, & iuris ordine ſeruato, Reum condemnare, aut torquere. Sed contrarium dicit Cumia ſuper Ritu Siciliæ ca. 74 num.17. Poterit tamen inquirere, quia ex hoc ſolum aperitur via Iudici ad inquirendum abſque diffamatione, quærela, vel denunciatione, Clar.d.q.8. n.5. verſ.bene ex eo, & Farinac.d.q.21.nu.163. Peyr. in formal.litt.P.ca.18. vbi alios citat, & quid ſi deliquerit coram Notario, & teſtibus? Farin. ibidem
4 num.165. ſe remittit ad Foller. & Carrer., qui ſtante Rei confeſſione, pro affirmatiua concludunt. Vide Peyrin.d.litt.P.c.18. vbi citat Specul.& Pariſ.de Put.

Forma procedendi contra Reum coram Iudice delinquente.

In nomine Domini, etc. Amen, &c. Hodie, &c. in hoc Monaſterio, &c. in ſua cella coram Adm. R.P. N. Abbate quaſi pro tribunali ſedente, & Fr. N. de N. Reum examinante in, & ſuper cauſa de qua in actis, Ipſe Reus Dei timore poſtpoſito Deum blaſphemauit, vel alapam vni ex aſtantibus impegit, &c. ſuper quibus idem Pat. Abbas volens de iuſtitia procedere, ipſum Fr. N. de N. vocauit, eumque interrogauit, cur ſic blaſphemauerit, vel cur alapam Fr. N. impegerit, &c. Si Reus confitetur, ſtatim ipſum condemnet, ſi neget, examinentur duo teſtes qui de facto deponant, vt ſupra dictum eſt; et debet fieri condemnatio antequam Reus diſcedat à tribunali, et præſentia Iudicis; alias debet citari ad ſententiam. Peyrin. formul. litt.P. cap.18.

CAPVT IX.

§. VIII.

De ſpeciali inquiſitione pro delicto notoriè patrato.

SVMMARIVM.

1 *Notorium eſt duplex, ſcilicet iuris, & facti, & vtrumque quid ſit.*
2 *Notorium facti ex quibus cauſatur.*
3 *Quantitas perſonarum quanta debet eſſe, vt faciat notorium facti.*
4 *Teſtes quomodo debent deponere, vt probent notorium facti?*
5 *Iudex quando poteſt procedere tanquã ſuper facto notorio?*
6 *Notorium facti eſt triplex, ſcilicet permanentis interpolati, & tranſeuntis.*
7 *In notorio facti notorij permanentis iudex procedere poteſt ex abrupto ſolemnitatibus iuris non ſeruatis.*
8 *Notorium facti tranſeuntis etiam motũ tantum ad populo, aperit viam iudici inquirendum ex officio.*
9 *In notorio facti tranſeuntis, quando nulla tergiuerſatione celari poteſt, proceditur ſine iuris ſolemnitatibus, prout in notorio permanenti, & poteſt iudex ad ſuæ ſententiæ executionem*

nem deuenire, non obſtante appellatione.

10 *Practica procedendi in notorio facti tranſeuntis traditur.*

11 *Notorium probatur per duos teſtes, qui vt probent traditur modus quomodo deponere debeant.*

12 *Reus quomodo examinari debet ſuper delicto notorio.*

13 *Reus delicti notorij ſi eſt fugitiuus poteſt condemnari in contumaciam, & traditur modus.*

14 *Declaratio ſuper notorietate an requiratur.*

15 *Forma incipiendi proceſſum per viam notarij, n. 15.*

16 *Forma ſententiæ declaratoriæ de delicto notoriè commiſſo.*

17 *Forma appellationis à notorio, quando eſt dubium.*

18 *Forma apoſtolorum dimiſſorialium, vel refutatorij.*

19 *Forma citationis abſentis per edictum in delictis notorijs.*

20 *Forma ſententiæ condemnatoriæ pro delicto facti notorij reo abſente.*

1 NOtorium eſt duplex, aliud iuris, aliud facti. Notorium iuris eſt, de quo quis in iudicio eſt condemnatus vel conuictus, vel ſpontè confeſſus; ideſt illud, de quo iuridicè ſententia lata eſt, vel de quo in iudicio facta eſt probatio clara, & indubitata, vel de quo facta eſt ſpontanea confeſſio, cap. fin. & c. cum inter de re iudi. c. cum olim de verbor. ſignific. ca. veſtra de cohabit. Cleric. & de hoc notorio hic non eſt ſermo, ſed tantum de notorio facti. Et hoc notorium facti eſt illud, quod ſe offert, & exhibet oculis omnium degentium in loco delicti, vel conſpectui maioris partis illius loci ita clarè, & apertè, vt aliqua probabilitate negari non poſſit, nullaque tergiuerſatione celari, dicto c. veſtra, & ca. tua de cohabit. cleric. Sot. membr. 2. ante qu. 1. Tabiena verbo notorium, & Sylu. ibi qu. 1. & 3. Angel. eodem verbo in princip. Armilla num. 1. Nauar. manual. ca. 25. num. 73. Maſcard. de prob. verbo notorium concluſ. 1106. Theſſ. in praxi par. 1. cap. 21. Lezana verbo noto-
2 rium num. 2. & ex tribus cauſatur, primò, ex qualitate loci, vt non fiat in loco ſecreto, ſed publico, vbi ſolet conuenire communitas, puta in platea, vel in refectorio, Choro, vel Capitulo Monaſterij; Secundò, ex qualitate temporis, vt non fiat de nocte ſed de die niſi factum eſſet ad ſonum Campanæ; Et tertiò, vt ſit commiſſum in præſentia ſaltem maioris partis degentium in vicinia vel Monaſterio, aut communitate, in qua delictum fuit commiſſum, & quia non eſt in iu-
3 re definitum quanta debeat eſſe quantitas perſonarum, vt maior pars illius faciat notorium, & aliqui dicant decem facere plebem ſeu viciniam, itaut ſex ſit maior pars illorum; arbitrio tamen iudicis remittitur; Vnde in paruis monaſterijs ſufficit quod delictum commiſſum ſit coram maiori parte illorum, qui ibi commorantur, licet totus numerus ſit minus quam decem. Peyrin. formul. litt. P. c. 17. num. 2. Scacc. de iudic. ca. 76. nu. 5. Lezana verbo notorium n. 5. quicquid

quid dicat Megal. in ſua praxi c.4. n.1. vt autē reus poſſit condemnari de delicto notorio,& contra eum procedi ex abrupto, non ſolum teſtes debent deponere factum commiſſum fuiſſe in loco publico Monaſterij, & coram maiori parte religioſorum illius,ſed debent etiam deponere qualitates tales, vt clarè conſtet, factum commiſſum fuiſſe cum delicto, non autem ob iuſtam defenſionem, aut aliquam iuſtam excuſationem, Clar.q.9.n.2.& qu. 19.nu.3. Colleg.Florent.inter conſilia,Curt.Senioris conſ.21. nu.3.& ita firmare dicit Bald. & Salyc.in l.ea quidem C.de accuſat. Rota apud Seraph.deciſ.338.nu.10.& ſeq. & deciſ.376.nu.2.

5 Poteſt nihilominus iudex formare proceſſum, & inquirere tamquam ſuper notorio, quando probatur, quòd principale factum fuit notorium, Foller. in pract,crim.verſ.item quod commiſit crimen notorium, nu.13. Farin. qu.21.num.49.50.51. Quia, vt iudex procedere valeat extraordinariè, tamquam ſuper notorio, & eum examinare, ſufficit probare factum ipſum notorium, puta, quod Seius notoriè interfecerit Caium, abſque eo, quòd probetur etiam qualitas delicti, ſcilicet fuiſſe commiſſum cum ſcelere. Nam probatio qualitatum eſt tantùm neceſſaria ad excludendum reum à defenſione, & pro executione ſententiæ pro delicto notoriè commiſſo, Foller.vbi ſupra, & dicitur notorium delictum, quando fuit factum in platea publica, quæ ſit capax populi, vel maioris partis, abſque eo, quòd probetur illud fuiſſe factum coram pluribus, vt iudex procedere poſſit, & inquirere pro delicto notorio; quia hoc præſumitur ratione loci. Farin. ſupra num. 46.

6 Et hoc notorium facti eſt triplex, ſcilicet facti continui, facti interpolati, & facti tranſeuntis, Notorium facti continui, ſeu permanentis dicitur illud, quod per euidētiā apparet, vt ſi quis detinetur carceratus, aut ſi quis detinet publicè concubinam,& hoc eſt notum parti maiori viciniæ in qua concubinatum agit. Salic. in l.ea quidem n.73.ca.de accuſat. Notorium facti interpolati eſt illud, quod continuè quidem non fit, ſed ſæpius ita reiteratur tam publicè, & euidenter vt nulla tergiuerſatione occultari poſſit,& hoc quoad Religioſos eſſe poteſt crimen proprietatis in eo, qui non continuè, ſed ſępè publicè res notabiles emit & vendit, nulla obtenta ſuperioris licentia, & id frequenter reiterat; Notorium facti tranſeuntis eſt illud,vt ſi quis publicè in loco publico coram maiori parte religioſorum monaſterii Deum blaſphemaſſet, aut alapam alicui dediſſet, & ſic de ſimilibus.

Notorium facti permanentis, quando notorium eſt tantum delictum,& delinquens, ſed non qualitas eius, talis notorietas aperit viā iudici ad præfigendum reo tamquam conuicto terminum ad faciendas ſuas defenſiones; Si verò notoria eſt etiam qualitas, tunc aperta eſt via iudici ad condemnatio-

tionem, & executionem ſine aliqua ſolemnitate, ſeu ordine. Specul. par. 1. in princip. poſt procem. n. 2. Gandin. de maleſic. rubr. quomod. de maleſic. cognoſc. & quando crimen eſt notorium ſub n. 9. Vitalin. eodem tract. rubr. de notorio crim. n. 20. Boſſ. tit. quomod. proced. in crimine notor. n. 1. 2. & 6. Scacc. de

7 iudic. cap. 76. nu. 8. Nam in delicto notorio facti non requiritur accuſatio, nec denunciatio, nec libellum, nec litis conteſtatio, nec probationes, nec citatio, Morla in em por. iur. p. 1. tit. 2. q. 2. nu. 5. Diana par. 3. tr. 5. reſol. 98. Nec datur copia repertorum, nec terminus ad ſe defendendum, nec habet locum tortura, quia tortura datur ad inueſtigandam veritatem in ſubſidiū, quæ veritas iam eſt manifeſta in delicto notorio. Bald. in l. milites C. de quæſtion. Sed ad maiorem cautelam poteſt iudex ſumere informationes tam de delicto, quàm de delinquente; Et tunc etiam ſi negauerit delictum, & non allegauerit, & probauerit legitimam excuſationem poterit codemnare reum præmiſſa citatione ad ſententiam. Sed ſi interrogatus à iudice ſuper facto confiteatur, damnari poteſt ſine alio proceſſu, & citatione.

8 In delicto autem notorio facti tranſeuntis, vel non permanentis, quando eſt notum tantum populo, & non iudici, & populo ſimul; dicit Scacc. vbi ſupra, quod tale notorium extraiudiciale, non aperit viam iudici, vt ex officio inquirere poſſit, ſed eget aperitione facienda vel per denunciationem, vel per quærelam, & vbi fuerit aperta via, iudex aſſumendo informationes poteſt apponere illa verba, etiam per modum notorij, & dicit quod etiā in iſto notorio requiruntur probationes, quod delictum fuit notoriè commiſſum, & requiritur etiam ordo iuris. Sed contrarium eſt verius, nam licet iudex poſſit procedere via ordinaria per denunciationem, &c. ac ſi caſus non eſſet notorius, poteſt etiam ſi vult procedere ex officio, quia ſi poteſt ex officio procedere in delictis famoſis, ergo multo magis procedere poteſt in notoriis, & ita dicunt de iure Canonico. Corrad. in pract. tit. de notoriis criminib. num. 1. & 18. Et de iure ciuili poſt Gandinum, & Angel. Aret. Boſſ. tit. quomodo proced. in crim. notor. num. 8. 9. & 10. Cumia in Ritu Siciliæ 74. num. 17. latè Megal. in pract. crimin. cap. 4. per totum. Et in huiuſmodi notoriis facti procedi poteſt extraordinariè ex officio, cap. euidentia, & ibi Doctores de accuſatio. Sot. de iuſtit. libro quinto quæſtione ſexta artic. 2. verſic. quinta concluſio, Farinac. quæſtio. 21. num. 62. Cened. ad decret. col. 101. num. 7. in fine, Barboſ. in collect. ad dict. capit. euidentia, & ad cap. tua nos de cohabit. cleric.

Et notoria facti dicuntur illa, quæ nulla probabili tergiuerſatione celari poſſunt, ſiue permanentia ſint, ſiue non, cap. vltim. de cohabit. Cleric. cap. quibuſdam §. fin. de verbor. ſignific. Azor. inſtit.

mor.

mor.par.2.lib.5.ca.34.qu.7. Clar.§.fin.q.9.n.2.Menoch.illuſtr. c.2. nu. 11.& c.20.n.23.Menoch.de arbitr. caſu 166.num.4. Tuſc. litt.N. concluſ.104.num.2.Barboſ.in cap.Romana n.2.de pœnis.Ricc. dec.240. par.2. Et huiuſmodi notoria nulla indigent probatione, Bellacom. tom.1.comm.opin.lib.4.tit.9. n.65. Surd.deciſ.259.nu.14.& deciſ.326. n.81.Maſcard. concl.1074. num.3. Azor.vbi ſupra, Barboſ.de appell. verb.ſignif.verbo notorium n.2. & in dicto c.Romana n.2. & in dicto c.tua nos n.6.Farin. q.21. num.80. Mendez à Caſtr.in praxi Luſit.lib. 3.ca.3.nu.33.Ricc.dicta deciſ.240.
9 vbi quod nec requiritur monitio, nec iuris ordo ſeruatur, Clar.qu.9. in princip.Gomez.tom.3.varia.ca. 1.ſub nu.42. Menoch. recuperand. remed.14.num.260. Nec indigent proteſtatione, Barb.in dicto c.euidentia nu.5. de accuſat.nec recipitur recuſatio c. ſtatuimus vbi gl.in verbo conſeruatores de officio, & pot.iudic.& ibi Barboſ. num.12. & voto 4.n.89. B.Io.Capiſtr.in ca.veſtra nu.54. de cohabit. Cleric. Nec datur appellatio ſuſpenſiua etiam in criminalibus, ſed iudex ad executionem ſuæ ſententiæ deuenire poteſt, c.non obſtante appellatione Romana §.ſi autem, & ibi gl.in verbo notorio de appell. in 6. cap. conſuluit el primo, c.cum ſpeciali §.porro, c.cum ſit Romana §.præterea, & c. peruenit de appell.l.obſeruare, ca.quorum appell.non recip.Roman.conſ.124. Foller.ſupra n.21.Gomez.ſupra n.47.Clar.q 94. verſ.ſolet etiam,Salgad.de proteg. Reg.tom.1.par.3.c.14.num.54. & ſeq.Balb.tom.2.comment.lib.7.tit. 14.num.10.Farin. qu.21. num.117. Scac.de appel.q.17.limit.4. à n.13. & de iudic.c.97.nu.119.Barboſ.in dicto c.cum Romana n.19.& vot. 4.n.90.B.Io.Capiſtr.ſupra num.55. Ricc.dicta deciſ.240. & ſic eodem modo proceditur in notorio permanenti, ſicut in non permanenti. Et licet Baiard.qu.9. num 9. Dicat quod iudex à quo,non poteſt deuenire ad executionem ſuæ ſententiæ in notorijs, ſi à iudice ad quem fuerit inhibitum; Subdit tamen, quòd in delicto notorio iudex poteſt denegare appellationem, & ſuam exequi ſententiam ante inhibitionem; dummodò appareat, quòd iudex condemnauit reum vti de notorio crimine; & licet iudex poſſit capere informationem de notorio crimine, & poſtea ſententiam ferre, tamen ſi non ſit ſumpta informatio, adhuc ſententia erit valida, dicunt Afflict. & ibi Vrſil. deciſ.178.n.7.Seraph.deciſ.393.nu. 14. Hinc eſt, quod Barboſ. vot.4. nu.87. dicit, quod viſitator in notoriis exceſſibus non tenetur proceſſum formare, ſed ex ſola extraiudiciali cognitione ad punitionem, & pœnam deuenire; & quod poſſunt Prælati Regulares in notoriis extraiudicialiter procedere, Miranda de ord.iudic.tom.1. qu.7. art.10.& qu.13.art.2. concluſ.1.& in pract.crim. qu.3. art. 1. concluſ. 2. Barboſ. ſupra num.91. Et quod quando delictum eſt notorium poteſt quis officio priuari ſine citatione, niſi aliquam excuſationem addu-

adducat, Roderiq.to.22. qq. regul. 18. art. 1.

10 Sed pro praxi dico, quòd ſi ex informationibus ſumptis conſtet concludenter delictum non ſolum eſſe commiſſum, ſed etiam eſſe notorium, ſcilicet commiſſum coram maiori parte perſonarum viciniæ, ſeu monaſterii, ac etiam eſſe commiſſum cum ſcelere; ſcilicet non ob defenſionem, aut aliquam iuſtam cauſam excuſantem; tūc cum nulla defenſione locum habere poſſit, procedere poteſt, iudex ex abrupto, nullo iuris ordine ſeruato, eo modo, vt ſupra dictum eſt, & hoc etiam ſi reus citatus, & examinatus negaſſet delictum, quia quando ex proceſſu euidenter conſtat factum eſſe tale, in quo nulla cadere poſſit defenſio, nec legitima excuſatio, & reus nullam exceptionem proponit ad excludendum delictum, aut proponit aliquam exceptionem friuolam, & in proceſſu apertè conſtat contrarium; tunc tantum eſt illi intimanda ſententia, in qua facienda eſt mentio de notorietate criminis, & ab hac ſententia non appellatur, ſed ſtatim executioni mandatur, vt ſupra probatum eſt, quibus addo Peyrin. formul.litt.P.cap.17. Farin. qu.21. num.117.& qu.101.n.60. Si reus in hoc caſu ſe opponat, quod in eo caſu non poteſt per iudicem procedi ordine iuris non ſeruato, tunc requiritur ſententia declaratoria de delicto notoriè commiſſo. Boſſ.in tit.quomodo procedatur in crimine notor.nu.14. Et licet à ſententia declarante factum notorium detur appellatio, tamen ſi ſuper notorio ſunt captæ informationes, & probatum delictum notorium, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, non datur à ſententia declaratoria appellatio. Gramm.deciſ.65. num. 12.& nos infra par.8.cap.6. nu.36. Si vero reus interrogatus allegat aliquam rationabilem excuſationem, per quam videtur offuſcare notorium; aut conſtet in proceſſu factum eſſe tale, quod cadere poſſit aliqua excuſatio, vel defenſio, licet non allegetur: tunc non ſolum citatur reus, ſed datur ei terminus ad ſe defendendum. Rouit. pract. 10. in verbo de offic. magiſtr. iuſt. Cumia ritu 74.nu.6. Roderiq. dicta qu.18.art.1. Et datur etiam copia repertorum, Boſs. in tit. quomodo procedatur in crimine notorii nu. 12. Megal.dicto ca.4. n.18. & qualitates, ſeu circumſtantiæ allegatæ excuſantes reum, & ab eo allegatæ, ſunt omninò probandæ in termino dato. Ant. in dicto c.veſtra de cohabit. Clericor. Farinac.dicta qu.21.nu.5. Barboſ.de offic. & pot. Epiſc.allegat.106. nu.23. quicquid diſtinguat Maſcard. concluſ.1106. nu.11.& 12. aliàs profertur contra eum ſententia condemnatoria citatione ad ſententiam præmiſſa, à qua ſententia appellare nō poteſt, quia diſcuſſa cauſa defenſionis, ſi reus ſuccumbat, & condemnetur, non poteſt appellare, vt ſupra dictum eſt; quod intelligendum eſt, quando iuxta iuris determinationem iudex ſententiam profert; Secus ſi pœnam à iure determinatam excederet, vel pœna eſſet arbitra-

ria, & arbitrium eſſet nimis ſeuerum. Foller. ſupra nu. 27. aut notorium non eſſet notorium facti, ſed iuris Farin. q. 101. nu. 16. & 131. aut iudex condemnauit reum, non tanquam de crimine notorio. Salic. in l. ea quidem n. 91. de accuſ. Et iudex tunc debet appellationem admittere, dummodo reus exprimat cauſam appellationis, quam cauſam ſi non exprimat, iudex à quo, poteſt ſuam ſententiam executioni demandare, c. Romana §. ſi autem de appell. & ibi Gemin. num. 7. & appellationem reijcere.

11 Ad probandum notorium ſufficiunt duo teſtes, Panorm. in ca. veſtra n. 17. de cohabit. cleric. Sanch. par. 2. moral. lib. 6. c. 3. n. 13. Barboſ. d. alleg. 106. n. 28. & recipi poſſunt, etiam parte non citat. & ſine iuramento. Butr. in tr. de notorio art. 4. nu. 14. vbi citat Innoc. Maſcard. de probat. concl. 1363. n. 17. Barboſ. in d. c. tua nos nu. 5. de cohabit. cleric. Et licet teſtes recepti pro informatione Curiæ reo non citato debeant iterum examinari, & repeti parte citata in foro ſæculari, ca. 2. in fine, & ibi gl. in ver. audire de teſtib. Bart. in l. fin. in fine ff. de quæſtion. Suarez de Paz in ſua praxi in 5. par. primi tom. cap. 3. §. 9. num. 1. Aret. conſ. 163. num. 3. Foller. ſupra num. 28. Hoc tamen non procedit in notoriis, quando proceditur extraordinariè, & ex abrupto, nec in foro regulari, vt dictum fuit par. . . . cap. . . . quicquid dicat Megal. dicto cap. 4. nu. 17. Et quando examinantur duo, vel tres teſtes debent deponere delictum fuiſſe commiſſum præſente maiori parte perſonarum degentium in vicinia, monaſterio, etc. Quando verò examinatur maior pars viciniæ, vel monaſterii notorietas ſatis dicitur probata ex numero teſtium deponentium de delicto, licet nihil dixerint de notorietate. Scacc. dicto c. 76. n. 10.

12 Quando reus examinatur ſuper delicto notorio non debet examinari dubitatiuè, an commiſerit tale delictum; ſed aſſertiuè, ſcilicet, notum eſt, quòd tu commiſiſti tale delictum, cur illud commiſiſti? Peyrin. dicto cap. 17. num. 6.

13 Si reus notorij delicti non compareat, et eſt fugitiuus, poteſt condemnari in contumacia præcedente citatione peremptoria, cap. tua nos de conſanguin. et affin. Abb. in cap. illo num. 4. de eo, qui cognou. conſangu. etc. Foller. ſupra nu. 27. Caualca de Brach. reg. par. 1. num. 214. Et licet de iure communi abſens damnari non poſſit, l. abſentem §. aduerſus contumacem, et ibi glo. et Doctores ff. de pœnis. l. abſentem C. de accuſat. l. 1. ff. de requirend. reis, tamen de conſuetudine totius Italiæ, Hiſpaniæ, et Galliæ reus abſens ob contumaciam pro confeſſo, et conuicto habetur, et condemnari poteſt etiam ad mortem, prout praxis obſeruat. Farin. q. 11. nu. 13. Et hoc etiam præcipit Summus Pontifex in ſtatu Eccleſiaſtico; et citandus eſt tunc reus per edictum, ca. fin. de dolo, et contumac. Socc. de citatione artic. 23. Marant. in ſpecul. par. 4. tit. de cit.

cit. nu. 82. Et continere debet edictum nomen citati, cauſa ſuper qua citatur, tempus congruum, intra quod citatus comparere poſſit, & debeat; locum ad quem comparere teneatur, & nomen iudicis citantis, quod edictum debet ſubſcribi ab Actuario, & iudice, & termino elapſo, habita relatione, ab Actuario de edicto, ſeu citatione affixa in loco publico Monaſterii, vel in valuis refectorii, & fide etiam de contumacia, poteſt procedi ad condemnationem. Et ſi damnetur ad carcerem, vel triremes dicatur, vt dies pœnæ tunc incipiat, quando verè, & realiter tali pœnę mancipatus fuerit. Et ponitur forma in fine quartæ partis.

14 Quando in criminalibus proceditur manu Regia, prout inter Regulares, non eſt neceſſaria pronunciatio ſuper notorietate, Scacde iudic. cap. 76. num. 10. nec quando iudex ſuper notorio capit informationes, & probat exceſſum ita eſſe notorium, quod nulla tergiuerſatione poteſt celari, nam tunc ſine citatione poteſt pronunciare factum eſſe notorium, & tamquam ſuper notorio procedere ex abrupto, Grammat. deciſ. 65. nu. 12. Et ante eum Angel. de malefic. tit. forma accuſationis in notorio nu. 12. & nos infra par. 7. c. 16. n. 8. & part. 8. c. 6. n. 36.

Variæ formæ incipiendi proceſſum per viam notorij.

15 In nomine Domini. Amen. Cum ad aures Admod. R. P. N. Abbatis peruenerit, quòd in tali Monaſterio fuit tale delictum, &c. notoriè, & coram omnibus fratribus, aut coram maiori parte Fratrum in dicto Monaſterio degentium de die, ſcilicet die tali, vel tali menſe huius anni, &c. in tali loco publico commiſſum. Idcircò decreuit per viam, & modum notorij informationes ſuper dicto delicto ſumere, teſtes in genere interrogando, vt comperto delinquente, poſſit contra ipſum eadem via notorii procedere; electo ad hæc Actuario me N. de N. infraſcripto. Datum hodie, &c.

Subſcriptiones vt ſupra.

Alia forma.

In nomine Domini. Amen. Hæc eſt quædam inquiſitio, quæ per viam, & modum notorii fit, à R. P. Abbate, &c. contra Fr. N. de N. in eo, de eo, & ſuper eo, quod in diebus præteritis menſis, &c. in hoc, vel in tali Monaſterio, tale delictum notoriè commiſit, ſuper quibus omnibus decreuit informationes ſumere, electo me, &c. infraſcripto Actuario, &c. Actum eſt hæc, & hæc, Die, &c. Menſe, &c. Anno &c. in Monaſterio, &c.

Subſcriptiones vt ſupra.

Alia forma per viam Denunciationis.

In nomine Domini. Amen.

Die, &c. Menſe, &c. Anno, &c. Coram Admod. R. P. N. Abbate huius Monaſterij, &c. Perſonaliter comparuit Fr. N. de N. & dixit, denuncio vobis, qualiter die, etc. Menſe, etc. Anno, etc. hora prandij, in publico Refectorio talis monaſterii, publicè, et palam præſentibus omnibus Patribus, et Fratribus Monaſterii Fr. N. de N. dolosè ſcienter, ac temerariè, alapam in faciem impegit Fratri N. de N., et ita, et tali modo, quod dictus Fr, N. de N. non poteſt negare, quod dictum maleficium non perpetrauerit, nec eſt locus iuſtificationi, cum dictum maleficium ſit manifeſtum, et notorium, et manifeſtè, palam, publicè, et notoriè commiſſum, et cum ſcelere perpetratum, quo circa id vobis denuncio, vt de Iuſtitia ſuper hoc notorio delicto prouidere poſſitis. Quo quidem audito Præfatus Frat. Abbas cuncta eiuſmodi prædicti Fratris N. de N. denunciantis chirographo obſignanda, & ſubſcribenda mandauit, vt re ipſa ſubſcripſit. Acta ſunt hæc in præfato Monaſterio, in Camera ſolitæ habitationis eiuſdem P. Abbatis.

Eodem die, etc. in Monaſterio, &c. Præfatus Adm. P. Abbas, vt ſuo munere ſatisfaciat, & ne delicta cum tanto ſcandalo impunita remaneant; Decreuit informationes ſumere, et per viam, et modum notorij procedere. Electo Actuario me N. infraſcripto, & primo quidem vocatus fuit P. N. de N., cui præſtito iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, &c. Interrogatus fuit, &c.

Examinatis teſtibus, & formato proceſſu, & probato plenè delicto notoriè commiſſo, vocatur Reus, & interrogatur, quare auſus fuit tale delictum committere, &c. & ſi confiteatur condemnabitur; ſi verò negabit, & delictum eſt tale, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, prout eſt in actis probatum, ex abrupto tanquam ſuper notorio proceditur, & condemnatur ſecundum qualitatem delicti; à qua ſententia appellari non poteſt ſine cauſa expreſſa, vt ex ſupradictis patet.

Forma ſententiæ condemnatoriæ pro delicto facti notorij.

Chriſti nomine inuocato, Nos P. Abbas N. talis Monaſterij, &c. viſis ac diligenter conſideratis omnibus, & ſingulis, quæ habentur in Proceſſu formato contra Fr. N. de N. pro tali notorio delicto à te commiſſo contra Fr. N. de N. in publico Refectorio talis Monaſterij, &c. in præſentia maiorum, vel omnium Fratrum illius Monaſterii, prout in Proceſſu; conſiderataque nimia tua audacia, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus.

Chriſti nomine repetito, ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atque definimus te Fr. N. de N. pro prædicta notoria, & graui offenſa Fr. tali N. de N. illata repertum eſſe punibilem, & in talem pœ-

pœnam, vel in arbitrariam, & grauem pœnam incidiſſe; ideò te per hanc diffinitiuam ſententiam, in prædictam talẽ à legibus ſtatutam pœnam te condemnamus; (vel ſi pœna eſt arbitraria dicat) ad talem pœnam ab hac die incipiendam condemnamus, lata, lecta, ac publicata fuit hæc ſententia in Camera ſolitæ reſidentiæ R. P. Abbatis pro tribunali ſedentis, Die, &c. præſente ipſo Reo, & præſentibus P.N. de N. & P.N. de N. teſtibus ad hoc vocatis.

Fiant ſubſcriptiones, &c.

Forma ſententiæ declaratoriæ de delicto notoriè commiſſo.

16 In nomine Domini. Amen. Chriſti nomine inuocato, &c. Nos &c. viſis, & maturè conſideratis informationibus ſuper delicto notorio, de quo fuit imputatus Fr.N. de N. quòd in tali Monaſterio, in tali loco, tali hora, coram omnib. Fratribus Monaſterii, tale delictum commiſit, necnon conſideratis eius exceptionibus, (ſi fuerunt propoſitæ) Deum præ oculis habentes, &c. Chriſti nomine repetito, &c. Dicimus, &c. prædictum delictum notoriè fuiſſe commiſſum (vel è contra non fuiſſe notoriè commiſſum) in primo caſu, quando declaratur notoriè commiſſum fuiſſe, proceditur tanquam ſuper notorio, ex abrupto, vt dictum eſt; In ſecundo caſu proceditur modo ordinario, prout in aliis cauſis ſummariis.

Forma appellationis à notorio, quando eſt dubium.

17 Ego Fr.N. de N. ſentiens me grauari à vobis R.P. Abbate, &c. pro eo, quod monuiſtis me ſuper tali exceſſu, quem dicitis me commiſiſſe, atque notorium aſſeritis eſſe, quod tamen ego numquam feci, & paratus ſum ſtare cognitioni Adm. Reu. P. Generalis, ad quem appello via grauaminis, & omni alio meliori modo, & Apoſtolos peto inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, Hodie die, &c.

Forma Apoſtolorum dimiſſorialium.

18 Quamuis dictus exceſſus mihi, & pluribus aliis notorium videretur, nihilominus eligendo viam æquiorem, & tutiorem, quatenus ad hoc pertinet ab obſeruatione mei iudicii te dimitto, & his Apoſtolis te expedio.

Si tamen notorium eſt certum, & non poteſt tergiuerſatione celari, dantur Apoſtoli refutatorij.

Attendens, quòd dictus Fr.N. de N. malitiosè, & fruſtratoriè proponit appellationem ad correctionem, & debitam punitionem euitandam, cum exceſſus per euidentiam rei ità notorius, quòd nulla tergiuerſatione celari poteſt, vt patet ex informationibus ſumptis, nec etiam per ſuam confeſſionem in Iudicio ſponte factam; idcircò ſupradictam appellationem, tan-

quam

quam fruſtratoriam, nullam, & de iure prohibitam refuto, & non deſero,& ſententiam in ipſum fero, &c.probatur ex cap.ſpeciali 61. §. Porrò de appellat.

Forma citationis abſentis per edictum, in delictis notorijs.

19 Die, &c. Menſis, &c. Anni,&c. Nos N. Abbàs, ſeu viſitator tenore præſentium præcipimus, citamus, & expreſsè mandamus, vt infra 30. dies proximos à die præſentium computandos, cuius decem dies pro primo; alij decem pro ſecundo, alii verò decem pro tertio, & peremptorio termino illi aſſignamus, vt N. qui notoriè in publico Monaſterii loco baculo percuſſit N. de N. & poſtea aufugit; compareat perſonaliter coram nobis in hoc noſtro Monaſterio ad informandam Curiam, (ſi non eſt regularis,) & ad ſe defendendum, & ad audiendam ſententiam ſub pœna confeſſati delicti, & pœnarum illi debitarum.

Pr.N. Abbas.
Fr.N. Actuarius.

Forma ſententiæ condemnatoriæ pro delicto facti notorij Reo abſente.

20 Chriſti nomine inuocato. Nos N. Abbas, vel viſitator huius Prouinciæ N. Religionis N. viſis ac diligenter conſideratis omnibus, & ſingulis, quæ habentur in proceſſu formato contra N. pro notorio delicto à ſe commiſſo contra N. in publico loco Monaſterii N. prout in Proceſſu, conſiderataque nimia ſua audacia, & contumacia, cum per edictum peremptoriè fuerit citatus, & infra terminum ſibi aſſignatum non comparuerit, nec aliquis pro eo, qui ipſius abſentiæ iuſtam cauſam proponeret, vel ipſum aliis legitimis excuſationibus excuſaret, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem; per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus.

Chriſti nomine repetito ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atque definimus, ipſum N. pro prædicta notoria, & graui offenſa in perſonam N. illata, repertum eſſe punibilem, & in talem pœnam, vel in arbitrariam, & grauem pœnam incidiſſe; Ideo ipſum per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam in prædictam pœnam condemnamus,(& ſi non eſt pœna à lege ſtatuta ſed arbitraria) ad pœnam carceris per triennium, vel decennium,&c.condemnamus, incipiendam à die quo verè, & realiter carceri fuerit mancipatus.

Lecta, lata,& publicata fuit hæc ſententia in camera ſolitæ reſidentiæ præſentibus N., & N. teſtibus ad hoc vocatis. Die, &c. Menſis, &c. Anni,&c.

Subſcribantur teſtes.
Iudex, & Actuarius.

CAP.

CAPVT IX.

§. IX.

De inquiſitione ſpeciali pro delicto in flagranti patrato.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in delicto commiſſo in flagranti poteſt procedere ex abrupto ſicut in delicto notorio, & nu. 6.*

2 *Apprehenſio rei in flagranti quando dicitur.*

3 *Reus in flagranti delicto, à qualibet perſona capi poteſt.*

4 *Apprehenſoris dictum contra apprehenſum in flagranti eſt validum, etiamſi vnicus ſit.*

5 *Apprehenſio in flagranti quam viam aperit iudici?*

7 *Apprehenſus in flagranti ſi negat delictum, an poſſit torqueri.*

8 *Relatio apprehenſorum an ſufficiat ad torquendum.*

9 *Apprehenſo in flagranti, non datur copia proceſſus, quando eſt torquendus.*

10 *Apprehenſus in flagranti ſi eſt conuictus, poteſt condemnari.*

11 *Practica procedendi contra apprehenſum in flagranti, ſententia in hoc crimine, quomodo profertur.*

12 *Appellatio non datur à ſententia contra apprehenſum in flagranti.*

13 *Apprehenſus in flagranti, ſi interrogatus non reſpondit pro confeſſo habetur.*

QVia appræhenſus in flagranti crimine, & notorius delinquens in iure æquiparantur, vt dicit gloſ. in cap. cum non ab homine in verbo depræhenſus de iudic. Foller. in pract. crim. in verbo
1 item, quod fuit captus in flagranti n. 1. 2. & 8. Farin. q. 21. nu. 133. Ideo ſine præcedente infamia Prælatus, vel Iudex contra repertum in flagranti inquirere poteſt. Pitigian. in pract. q. 15. in fine, Bouer. in direct. ca. 6. verſ. Id tamen notandum, Megal. in pract. crim. ca. 12. n. 50. Clar. q. 8. n. 1. Et poteſt procedi contra captum in flagranti ex abrupto ſine proceſſu, & ſine ordine iuris, Foller. vbi ſupra n. 1. 2. & 3.

2 Et eſt appræhenſio Rei in flagranti; captura ipſius delinquentis, quæ fit in ipſo actu maleficii, & eiuſdem ductio ad iudicem. Afflict. in conſtit. humanitate nu. 27. lib. 2. Foller. vbi ſup. nu. 9. Clar. qu. 8. verſ. ſcias tamen, & ſic non ſufficit, quòd ſit inuentus, ſed requiritur etiam, quòd ſit captus; Et captura in ipſo actu maleficii dicitur non ſolum, quando delinquens appræhenditur in actu, dum maleficium commiſit: ſed etiam quando capitur poſt patratum maleficium, dummodò priuſquam peruenerit ad locũ deſtinatum; ſiue capiatur in ambulatione, ſiue in latitatione, alio actu extraneo medio non interueniente. Foller. d. n. 9. Farin. q. 121. n. 156.

3 Et Reum repertum in flagranti crimine poteſt quælibet priuata perſona capere, et vinctum ad proprium iudicem deferre, ſiue ſit ipſemet offenſus, ſiue ſit alius, ſiue ſit Clericus, ſiue ſæcularis, ſiue Religioſus, qui poteſt capere alium religio-

ligioſum, etiam alterius ordinis in flagranti repertus, dummodo ad proprium ſuperiorem deferat. Foller. vbi ſupra nu.6. Farinac. ſupra cit. nu.140. & ſequ. Abb. in cap. cum non ab homine num.12. de indic. Barb. ibidem in Collect. n.12. infra viginti horas, Abb. vbi ſupra num. 11. ſub pœna priuati carceris, l. vnica C. de priuat. carcerib. Iohoc. in pract. crim. c.15. n.5.

4 Et ducto appræhenſo ad Iudicem, debet appræhenſor, ſiue appræhenſores facere relationem coram Iudice, & Notario, vt infra dicetur, & dictum appræhenſoris, etiamſi vnicus ſit, & intereſſatus, eſt validum. Afflict. in conſtit. humanitate nu.30. lib.2. Scacc. qu.78. n.10.11. & 12.

5 Hæc appræhenſio in flagranti crimine aperit viam non ſolùm ad inquirendum; ſed etiam ad procedendum, vſque ad ſententiam, iuris ordine non ſeruato, Clar. d.q.8. in principio, et ſufficit ad inquirendum dictum vnius appræhenſoris etiam intereſſati, Scacc. vbi ſupra.

6 Reus captus in flagranti poteſt abſque alijs indicijs torqueri: et ſolent in hoc caſu Iudices Reos in flagranti crimine captos ad eos ductos, examinare, et ſi fateantur, exequi pœnas; ſi verò negent, et delictum eſt graue, pro quo veniret puniendus pœna corporali, ſtatim abſque alio proceſſu ad torturam ducere, et torquere, vt fateantur delictum. Secundum Angel. in l. interdum §. qui Furem nu.8. ff. de furt. Clar. d.qu.8. verſ. ſcias autem, Farinac. verò d.qu.21. nu.52. dicit

7 quod hæc appræhenſio Rei in flagranti nō operatur, vt poſſit Reus torqueri, vbi alias non eſſet torquendus, ſed ſolum vt torqueatur ſine defenſionibus, quando alias torquendus eſſet: quod dictum impugnat Scacc. vbi ſupra n.12. nam ſi delinquens eſſet deprænhenſus à perſonis vilibus, vt ſatellitibus, et ſimilibus, ſequeretur ſecundum Farinac. quod non poſſet torqueri, maximè ſi perſona appræhendens eſſet vna, et vilis, quod *eſt falſum*, vt ipſe probat ex l.2. §. qui furem, ff. de furt. et Alber. in l. defenſores ſub num.2. C. de defenſ. ciuit., imò tunc eſt torquendus; quia ſi appræhenſores eſſent plures, eſſet conuictus, & non eſſet torquendus ſuper ipſo delicto principali, ſed condemnandus, etiamſi appręhenſores eſſent perſonæ priuatæ, & tunc tantum eſſet torquendus ad ſciendum complices, & qualitates, ſi præcedant indicia contra ſocios, aut delictum eſt tale, quod poteſt de conſociis interrogari; Et debet torqueri cum ſolita proteſtatione, circa præiudicium eorum de quibus eſt conuictus, vel confeſſus; ſed ſi non præcedunt iudicia, non poteſt torqueri ſuper complicibus. Farin. qu 21. n.149.

8 Relatio appræhenſorū penes acta ſufficit ad effectum inquirendi, & examinandi Reum, ſed ad effectum torquendi, & condemnandi requiritur ſolemne examen appre-
9 henſorum, & teſtium; Et quando eſt torquendus, quia non conuictus, eſt danda copia proceſſus cum ter-

termino ad ſe defendendum. Angel. in d. l. interdum, §. qui Furem, Gram. deciſ. 36. num. 71. Foller. vbi ſupra n. 8. Clar. d. qu. 8. verſ. ſcias tamen, & contingere poteſt, quando teſtes non concludunt directè, & immediatè ſuper delicto, ſed ſuper aliquo actu extraneo, vt puta ſuper fuga, cum clamoribus, & ſimilibus, & Reus negat delictum, Farinac. d. qu. 21. num. 152.

10 Si apprǣhenſores deponunt immediatè ſuper delicto, itaut apprǣhenſus remaneat conuictus, tunc aperta eſt via iudici ad condemnandum. Gloſ. in l. ictus fuſtium, ff. de his qui not. infa. Scacc. vbi ſupra num. 16. & ex his colligi poteſt practica procedendi in hoc caſu.

Practica procedendi hec eſt, vt primo loco ſcribatur penes acta tota depoſitio apprehenſorum, hoc modo.

11 In nomine Domini, &c. Die, &c. Coram Admod. R. P. N. Abbate, &c. Comparuerunt N. & N. & ipſi Reu. P. Abbati præſentauerunt Frat. N. de N. Reum præſentem, audientem, & intelligentem, quem apprehenderunt in actu, quo vulnerauit Fr. N. de N., & in ipſo actu, nullo actu extraneo medio interueniente, & cæperunt in tali loco, hodie prædicto die, &c. & captum in dicti Abbatis fortijs reduxerunt; & aſportauerunt, vt ſic poſſit contra ipſum procedere, vt iuris erit.

Quo facto, ſtatim examinantur dicti apprehenſores medio iuramento, tanquam teſtes, & fit Decretum, hoc modo.

Quo audito Admod. Reu. P. Abbas, vt ſuo muneri ſatisfaciat, decreuit ſtatim perquirere veritatem, et apprǣhenſores, et alios teſtes examinare, medio iuramento, et primo monitus Fr. N. de N. de veritate dicenda, prout iurauit, etc. in præſentia ipſius capti audientis, videntis, et intelligentis, examinauit, et interrogauit primo. Quare apprǣhendiſti hunc Fratrem, et coram me adduxiſti? In quo loco, et tempore apprǣhendiſti? In quo actu, etc. quantum ſpatium temporis interpoſuit inter tale delictum, et apprǣhenſionem, qui erant præſentes, in dicto actu, et in ipſa apprǣhenſione; Item ſi apprǣhenſus fecit reſiſtentiam in apprehenſione, etc. ad quem finem ipſum apprǣhendiſti, etc.

Examinatis teſtibus in præſentia Rei, ſtatim examinatur ipſe Reus, & fit decretum.

Coram Adm. R. P. N. Abbate conſtitutus Fr. N. de N. in flagranti captus, et monitus de veritate dicenda, prout iurauit, etc. Interrogatus; Quare ſic captus reperiatur, vbi, per quos, et quo loco, et tempore fuit captus, quibus præſentibus fuit captus, cur feciſti tale delictum, etc.

Et vbi Reus fatetur delictum, teſtes

teſtes non ſunt amplius repetendi, nec ratificanda eſt denuo confeſſio, vt malè arbitratur Afflict. in conſt. humanitate num.27. Sed debet ſtatim procedi ad condemnationem, vt dicit Scacc. vbi ſupra num.16. Facta tamen recognitione delicti, ante condemnationem, ſi delictum eſt facti permanentis, iuxta formam traditam ſupra part.2. Vbi autem Reus negabit delictum, & non eſſet conuictus, debet torqueri, Foller. vbi ſupra num.13. Si autem eſſet conuictus, & negabit delictum debet dari terminus ad faciendas ſuas defenſiones iuxta formam traditam infra par.7. Sed ſi fatetur delictum, ſiue conuictus, ſiue non, debet condemnari. Foller. dicto nu.12. Ioan. Maria Monticel. reg. Crim.14. n.22. Scacc. vbi ſupra n.17.

12 Sententia in tali delicto non requiritur cum ſolemnitatibus requiſitis in ſententiæ probatione, ſed ſufficit ſimplex ordinatio à iudice ſubſcripta. Clar. dicta quæſtio.8. num.4. à qua ſententia non datur appellatio, quoad remedium ſuſpenſiuum. Farinac. dicta quæſt. 121. num.154. Baiard. ad Clar. qu. 8. num.10. & 11. Bouer. deciſ. 153. num.5.

13 In hoc crimine, Reus interrogatus non reſpondens nec affirmatiuè, nec negatiuè, pro confeſſo habetur. Conſon. in pract. crim. tit. de torment. cap.3. num 3. Chartar. de interrogat. Bouer. lib.3. ca.2. num. 10.

CAPVT IX.

§. X.

De inquiſitione facienda à iudice via rebellionis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex inquirere poteſt contra rebellem infamia non præcedente.*
2 *Rebellio ſuccedit loco accuſatoris, & num.4.*
3 *Prælatus contra rebellem quid facere debet?*
6 *Tranſitus poteſt fieri à foro paterno ad iudicialem etiam quando non ſperatur emenda delinquentis, & nu.7.*
8 *Tranſitus prædictus dupliciter fieri poteſt, & n.9.*
Prælatus quando poſſit cogere delatorem ad denunciandum iuridicè. ibidem.
10 *Forma denunciationis paternæ.*
11 *Forma inquiſitionis ſpecialis ex rebellione.*

1 CVm delinquens ſecreta prius admonitione, deinde coram teſtibus correptus, & poſtremò denunciatus Prælato tanquam Patri, & à Prælato admonitus non fuerit crimen confeſſus, nec propoſuerit, aut promiſerit ſe emendare, ſed proteruè, & pertinaciter negauerit, & crimen comprobari, ſaltem per fidem vnius teſtis oculati, omni exceptione maiori poterit: tunc, nulla infamia præcedente, poteſt Prælatus inquirere contra denuncia-

ciatum. Quia dum rebellis exiſtit,
2 rebellio ipſa ſuccedit loco accuſatoris. Vnde Prælatus poteſt ſpecialiter inquirere, & contra delinquentem procedere, via iuridica, ipſum conſtituendo, & ad vlteriora procedendo; & idem eſt ſi dictus denunciator non prætermiſerit ſecretam debitam admonitionem, vel etiam coram teſtibus faciendam, antequam denũciet Prælato, vt Pàtri, eo quod Frater denunciatus ex aliis factis, ſigniſque veriſimilibus apparentibus videbatur eſſe prorſus incapax fraternæ correptionis, vt nihil p rofutura certò ſperabatur, ita expreſsè Sot. de ſecreto membr. 2. quæſtio 4 concluſ. 8. verſ. At ſi non ſperatur emenda fratris, & quæſ. 6. concl. 1. Sanchez in opuſc. lib. 6. c. 2. dub. 12. num 2. vbi citat etiam Nauar. in c. inter verba corolar. 48. nu. 583. & corol. 59. nu. 620. Pitigian. in pract. Crim. cap. 15. verſic. dico ſecundo, Bouer. in director. cap. 6. verſ. dicimus eſt, qui omnes citant Sotum, ſed non in ſuo loco, Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 25. n. 651.

3 Sed quia variè circa hoc loquuntur Doctores, ideo pro clariori intelligentia, dico; quod in hoc caſu Prælatus poteſt grauiter illum reprehendere, etiam adhibitis duobus, vel tribus viris grauibus, ſi ad illum confundendum, & commouendum expedire conſueuerit. Poteſt etiam minas adhibere, quod explorabit eius vitam, quod de illo nihil confidet, & ſimilia. Poteſt etiam illi aliquam religioſam correctionem, & pœnitentiam ſecretam iniungere, ſi ad timorem in futurum incutiendum opportunum eſſe prudenter iudicauerit. Poteſt etiam præcipere illi ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, vt non eat ad talem locum, vel vt talis perſonæ colloquium fugiat, ita Suarez tom. 4. de relig. cap. 12. num. 39. Caſtr. Pal. par. 1. de charit. tract. 6. diſp. 3. p. 11. num. 10. & alii; omnes tamen iſti addunt, quòd non poteſt Prælatus tranſire
4 ad punitionem iudicialem. Sed hæc opinio, quòd non poteſt tranſire ad viam iuridicam, non eſt tenenda, quando delictum probari poteſt per alium teſtem omni exceptione maiorem; quia eſt contra ſupradictos Doctores, & contra rationem, vt infra dicetur; ſed locum tantum habere poteſt, quando nullo modo probari delictum poteſt.

5 Alij dicunt, quòd ſi eſt ſpes, quòd peccator per punitionem iuridicam corrigatur, tunc probato delicto debet Iudex illum punire legitimè; quia ex quo Frater per ſecretam correctionem Prælati renuit corrigi, proceditur aduerſus eum per viam iuris, tãquam aduerſus pertinacem, & ceſſat via correctionis fraternæ, & tranſitus fit ad iudicialem, quæ ordinatur ad pœnam; huius ſententiæ ſunt Caiet. 2. 2. quæſt. 33. art. 8. Bannes, & Valeſqu. quos citat, & ſequitur Filliuc. tom. 2. tract. 28. cap. 7. num. 164. Sanchez in opuſc. lib. 6. cap. 2. dub. 11. num 8. qui alios citat, ſed Sot. ab eo citatus dicit, contrariũ, vt patet ex ſupra, & infra dicendis, & aliqui citati à Sanchez nihil dicunt

cunt de hac re, & hæc opinio non eſt tenenda, ex mox dicendis.

6 Concluſio eſt, quòd quando delictum eſt in damnum ſolius delinquentis, & non eſt omninò occultum, ſed eſt probabile, & per viam paternam non conſequitur ſubditi emendationem, quia non promittit ſe emendare, ſed pertinaciter, & proteruè negat crimen; ſiue ſperatur, ſiue non ſperatur emenda fratris, fieri poteſt tranſitus ad ordinē iudicialem; hæc concluſio eſt omnium Doctorum in principio citatorum, quib. addo Mirand. ord. iud. q. 11. art. 8. n. 70. vnde ſecunda opinio, quæ ſe reſtringit, in caſu, quo eſt ſpes emendæ per tranſitum ad ordinem iudicialem, non eſt vera: quia etiamſi non ſperetur emenda fratris, poteſt fieri huiuſmodi tranſitus, vt expreſſè dicit Sot. d. concl. 8. & probatur auctoritate Panormit. in ca. nouit. de iudic. vbi dicit; quòd ceſſandum non eſt à fratris correctione, quamuis de ſua emenda nulla omninò habeatur ſpes, imò maior peruerſio, & induratio ipſius timeatur; nam in eo caſu potiori iure, ac maiori ratione fratris peccatum Prælato eſt denunciandum, & ab eo rigidè corripiēdum, vt delinquens ipſe puniatur, & cœteri timorem habeant. Ratio quare frater ſic fraternaliter correctus etiam ſi non ſperatur emenda, poſſit iudicialiter puniri, eſt; quia ſequeretur, quòd eſſet melior conditio peioris, & incorregibilis, quam melioris, & illius de cuius emenda habetur ſpes: ſiquidem ad uerſus illum non eſſet licitum vlterius, procedere, nec eius crimen ad tribunal iuridicum, & forenſe deducere; & aduerſus iſtum licitum id facere, & eſſet etiā inuitare delinquentem potius ad incorrigibilitatem, quam ad emendam. 7 Imò ex nimia facilitate veniæ, & ex aliorum delictis non punitis, anſam, & incentiuum ſumerent alii delinquēdi, & apparere conarentur incorrigibiles, videndo hoc eſſe proficuum ad euadendam Prælati correctionem.

8 Qui tranſitus ad forum *iudiciale* dupliciter fieri poteſt; primò obligando delatorem ad denunciandū iuridicè, vt dictum fuit ca. 8. nu. 29. quia ſicut Prælatus poteſt hoc facere propter vitandum damnum tertij, poterit etiam facere ad euitandum damnum ipſius delinquentis, cuius non minorem curam habere debet Prælatus, Et delator tenetur in hoc caſu denunciare iuridicè, Nauarr. in cap. inter verba concl. 6. perfecta nu. 380. & in Manual. c. 17. nu. 134. Angel. verbo denunciatio nu. 13. & verbo excommunicatio 3. n. 20. Gaff. prima par. deciſ. lib. 2. c. 69. num. 15. Rodoriq. qq. Reg. 6. art. 2. tom. 2. Armilla verbo inquiſitio. n. 8. Reginald. in foro pœnit. lib. 24. n. 50. Sayr. Clau. Reg. lib. 12. ca. 10. nu. 7. Si delictum poteſt probari ſaltem per vnum teſtem, omni exceptione maiorem. Fr. Anto. à Spir. Sancto de regimin. prælat. tract. 4. diſp. 3. n. 149.

9 Secundò, vt ſuprā dictum eſt, via inobedientiæ, & rebellionis: quæ habet vim accuſatoris, & aperit viam inquiſitioni, vnde Prælatus pro-

procedere poteſt via iuridica; & ſi delictum(vt dictum eſt)poteſt, ſubditum pertinacem conſtituere, interrogare, & ſi opus eſt torquere; & tandem confeſſum pœna iuris condemnare debet, vt dicit Sot. dicto membr. 2. quæſt. 4. concluſ. 8. & alii ſupracitati in principio.

Forma denunciationis Paternæ.

10 Ego Frat. Petrus de N. charitate permotus, & quo maximè poſſum zelo deductus: tibi Admodum R. P. Abbati denuncio Fr. Paulum de N. non vt Iudici, ſed vt Patri; eo quia contra Dei legem, vel regularia inſtituta fecit hoc, & hoc in ſui ipſius perniciem, & aliorum Religioſorum ſcandalum, atque offendiculum; quare vt ipſius ſaluti conſulas, obnixè rogo, & obſecro; nam, & ego pro meo munere ſecretam debitam admonitionem, vel etiam coram teſtibus, facere non prætermiſi.

Et ſi aliqua de cauſa legitimam correctionem ſecretam, vel coram teſtibus facere prætermiſerit, id ipſum debet explicare, ac dicere; quòd amiſit debitam admonitionem, vel etiam faciendam coram teſtibus, pro eo, quòd eiuſmodi frater, & aliis factis, ſignisque veriſimilibus apparentibus, incapax prorſus videretur fraternæ correctionis.

Forma Inquiſitionis ſpecialis ex Rebellione.

11 In nomine Domini. Amen. Hæc eſt inquiſitio ſpecialis, quæ fit ab Admod. R. P. N. Abbate, &c. aduerſus Fr. N. de N. qui cum ſæpè, tum ſecreto, tum coram teſtibus admonitus, (ſi non fuit per aliquam cauſam ſecretè admonitus) vel cum eſſet paternè denunciatus, & à nobis paternè correptus, de tali, & tali peccato, admonitionibus, ac paternis, et charitatiuis monitionibus ſemper rebellis extitit, et numquam ſe emendare promiſit; Quapropter decreuit tranſire ad viam iudicialem, et informationes ſumere, teſtes medio iuramento examinare, et alia prout de iure fuerit, præſtare; Acta ſunt hæc. Die, etc. in Monaſterio, etc. et per me Fr. N. de N. Actuarium ad hæc electum excepta.

Ego Fr. N. Abbas.

Ego Fr. N. de N. Actuarius.

CAP. IX.

§. XI.

De ſpeciali inquiſitione quando in aliquo monaſterio commiſſum eſt delictum, et ignoratur auctor.

SVMMARIVM.

1 *Quango agitur de delicto commiſſo in aliquo monaſterio, & ignoratur auctor, Prælatus poteſt inquirere.*

2 *Inquiri poteſt contra ſeruos domi, quando dominus in illa inuenitur occiſus.*

3 *Torqueri poſſunt omnes de domo, quando delictum in domo eſt commiſſum, & à quo incipi debet, n. 4.*

5 For-

5 *Forma qua poteſt incipi proceſſus pro delicto in domo commiſſo.*

1 QVando in aliquo Monaſterio reperitur (quod abſit) aliquis vulneratus, &c. & ignoratur delinquens, Tunc nulla præcedente infamia poteſt inquiſitio fieri contra eos, qui tunc temporis in illo Monaſterio exiſtebant; Sicut

2 poteſt fieri contra ſeruos domus in qua inuenitur Dominus occiſus, vt habetur in l. 1. in principio §. occiſorum, ff. ad Syllan. Leſs. de iuſt. li. 2. cap. 29. num. 130. Nauar. in rubr. de iudic. num. 95. Bouer. in direct. cap. 6. verſ. ſextus.

3 Nam quando delictum eſt in domo commiſſum, illi de domo poſſunt torqueri. Cynus, Bart. Bal. ſcilicet, & alij per Angel. de Maleſ. in verbo quod fama publica præced. poſt num. 53. & ibi Aug. in addit. Farin. qui alios citat, quæſtio. 52. nu. 99. vbi dicit; quod ſi plures in vna domo reperiuntur, quorum vnus in eadem domo reperiatur mortuus, ſine aliqua difficultate cœteri torqueri poſſunt. Vbi etiam ex Foller., quod ita fuit ſeruatum; nam præſumitur, quòd ipſi illud fecerunt, vel quod ſciant quis fecerit. Foller. in pract. in verbo Capiat informationem nu. 36. Cyrill. in ſum. Crim. rubr. 29. tit. de quæſt. §. 3. num. 2. Boſs. tit. de tortura teſt. num. 2. Farin. qui multos citat qu. 79. nu. 39. & dicit Foller. vbi ſupra nu. 37. Quòd ſi quinque ſunt in domo, & vnus ipſorum reperiatur interfectus, & neſcitur à quo, licet non poſſint ex hoc omnes condemnari pœna capitali, poſſunt tamen torqueri, vt optimè concludit ex Angel. in verbo fama publica, verſic. quid autem ſi quinque, Blanc. in repert. l. fin. ff. de quæſtio. num. 299. Card. de Lug. tom. 2. de iuſt. diſput. 37. ſect. 6. nu. 63. Et ſi vnus ipſorum eſt malæ famæ ab eo debet incipi tortura.

4 Itidem quando vehemens populi, ſiue Monaſterij ſuſpicio in aliquem fertur; nam hæc ſupplet vicem infamiæ. Nauar. & Bouer. vbi ſupra, Leſs. de Iuſt. lib. 2. c. 29. num. 130. Pitigian. in ſua pract. Crimin. cap. 14. verſ. ſextus eſt.

Forma, qua poteſt incipi huiuſmodi Proceſſus.

5 In nomine Domini, &c. Amen. Hæc eſt inquiſitio, quam intendit facere Admod. R. P. N. Abbas de, & ſuper crimine homicidii, quod perpetratum fuit in hoc Monaſterio, die, &c. cuius auctor ignoratur, &c.

Alia forma.

In nomini Domini, &c. Amen. Cùm ad aures noſtras peruenerit, quòd in tali Monaſterio fuit occiſus, Frat. N. de N., ideò ne delicta remaneant impunita, decreuimus accedere ſuper locum, et de corpore delicti informationes ſumere; quo probato, ſi de delinquente non conſtat, inquirere contra omnes, qui tempore homicidij in eodem Monaſterio exiſtebant, et contra eos procedere, prout de iure; Acta ſunt hæc hodie die, etc. in Mona-

Monaſterio, &c. electo ad hoc Actuario me infraſcripto, &c.
Fr. N. Abbas, etc.
Fr. N. de N. Actuarius.

CAPVT IX.

§. XII.

De ſpeciali inquiſitione formanda ad euitandum malum futurum.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus ex officio poteſt inquirere, & inueſtigare merita eligendorum nulla infamia contra aliquem præcedente.*

2 *Et ad euitandum aliquod malum futurum præſertim animarum, & num. 2.*

3 *Forma denunciationis ad excipiendum aliquem à dignitatibus, forma acceptationis, denunciationis, & decreti de procedendo.*

4 *Sententia ad excipiendum aliquem à dignitatibus.*

5 *Forma appellationis extraiudicialis facta Prælato in caſu quo aliquem indignum vult eligere in Prælatum.*

6 *Forma appellationis contra perſonam electam.*

1 PRælatus ex officio poteſt inquirere ad inueſtiganda merita eligendorum, vel confirmandorum, ne indignus eligatur, vel confirmetur ſine infamia aliqua præcedente, cap. cum dilectus, & cap. ſed in multis de electio. Nauar. rubric. de iudic. nu. 29. Pitigian. in pract. crim. cap. 14. verſ. Dico tandem, Sot. de ſecr. membr. 2. quæſt. 6. dub. 2. concl. 3. caſu 1. Sylu. Inquiſitio. 1. quæſt. 4. dicto 3. Tabie. ibi in princip. Angel. num. 1. Armilla nu. 1. Panorm. in c. 1. de officio ordin. & in c. Qualiter, & quando nu. 11. de accuſat. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. cap. 11. nu. 14. vbi citat Michel Salon. Azor. p. 3. lib. 13. c. 17. Card. de Lug. tom. 2. de iuſt. diſp. 37. ſect. 6. n. 63. verſ. vltimo, Sanchez lib. 6. de matrim. diſp. 27. n. 7. & in opuſc. lib. 6. cap. 3. dub. 19. n. 2. Baſſeus verbo iudex nu. 9 Bonac. diſp. 2. quæſt. 4 p. 8. Hoc tamen, quod non requiritur infamia procedit tantum contra eligendos, vel confirmandos ad officia, aut beneficia, non autem contra promotos, quia tunc requiritur infamia. Panorm. vbi ſupra, & quòd ne quis promoueatur, vel confirmetur poteſt inquiri, nulla infamia præcedente, afferunt etiam Panormit. in dicto cap. 1. de officio ordin. Petr. Aragon. 2. 2. qu. 67. litt. T. c. 1. Salo. 2. 2. qu. 69. art. 2. contr. 7. Sayr. dicto ca. 11. nu. 14. & alij. Et quotieſcumque iudici denunciatur crimen committendum poteſt ex officio procedere abſque præcedente infamia. Miranda de ordin. iudic. qu. 6. art. 9. concl. 4. & quæſt. 11. art. 3. concl. 1.

2 Et quoties agitur ad impediendum, & euitandum malum futurum, præſertim animarum, & tollendam occaſionem illorum, poteſt inquiri ſpecialiter, ſine præuia infamia, vel accuſatore. Nauar. rubr. de

de iudic.num.92.& in c.Inter verba corol.63.nu.663. Sayr. in Clau. Reg.dicto cap.11.nu.13.& delicta ſecreta tegi poſſunt, & debent ad impediendam malam electionem. Sot.de iuſt.& iure, lib.5.qu.10. art. 2. Petr.Nauar. de reſtit.lib.2.ca.4. p.2.dub.12.num.341.& 342. Greg. de Vale.citato à Sayr.in Clau.Reg. lib.11.c.6.n.18.

3 Si ex denunciatione aliqua, veniret quis excipiendus à dignitatibus adipiſcendis, formatur, denunciatur, & incipitur Proceſſus modo ſequenti.

Forma denunciationis.

In nomine Domini,&c. Amen. Coram Admod. R.P.N. Abbate perſonaliter comparet Fr.N. de N., & excepit P. N. de N. denuncians, illum eſſe hominem ſcandaloſum, vel ineptum, & nullo modo idoneum ad regimen animarum, &c. Ideò non eſſe admittendum ad officium N. (& ſi admittatur) electionem de ipſo factam irritandam eſſe, idque non odio, aut animo calumniandi, ſed publico Religionis bono ductus accuſat, Datum hodie, &c. Die, &c. in Monaſterio,&c. Menſe,&c. Anno, &c.

Acceptatio denunciationis.

Coram nobis N. Comparuit Frat.N. de N., & per modum denunciationis his verbis expoſuit, (hic inſeritur denunciatio;) Qua denunciatione viſa, & conſiderata dicitur R.P.N. Abbas acceptauit, ſi, & in quantum Acta in Monaſterio N. die,&c. & per me Actuarium excepta.

Ego Fr.N. Actuarius.

Decretum de Procedendo.

Cum ergo denunciatione facta coram nobis à Fr.N. de N. contra Fr.N. de N. ſupradicta in notitiam venerint. Decreuimus in cauſa procedere, dictum denunciatorem, & teſtes productos, ac alios examinare, & in cauſa procedere, electo in hac cauſa Actuario Fr.N. de N. Acta in Monaſterio,&c. Die, &c. Menſe,&c. Anno, &c.

Fr.N. Abbas.

Fr.N. Actuarius.

Sententia ad excipiendum aliquem à dignitatibus.

5 Chriſti nomine repetito, dicimus, ſententiamus, & declaramus, diffinitiuè, dictum P.N. de N. de criminibus in exceptionibus contra ipſum propoſitum eſſe conuictum, & propterea ad talem digni. tatem fore, & eſſe inhabilem ſententiamus, declaramus, & definimus, prout ipſum inhabilem ſententiamus, &c. ita vt eligi ad dictam dignitatem non poſſit, &c. Reliqua vt in aliis formis ſententiarum.

Alia forma Appellationis ne quis in Prelatum eligatur.

5 Quamuis ius quærendum facilius abdicatur, quam quæſitum, ea propter Ego P.N. de N. attendens inhabilitatem P.N. de N. quã habet ad officium N., eo quia experien-

perientia ita docuit, & patet in alijs officijs, in quibus fecit hoc, & hoc, & propter ſuum malum regimen tali tempore euenit hoc, & hoc, &c. Aut intendens P.N. de N. eſſe delapidatorem boni Monaſterij, & Fr. mali exempli, quæ iuramenti tacto pectore confirmo eſſe vera, & poſſe probare pluribus teſtibus, & præcipuè infraſcriptis, &c. Ac ita feciſſe in aliis ſimilibus officiis, &c. vnde ſi iterum eligatur, maximum præiudicium emergeret toti Monaſterio; Idcircò, ſi hoc non obſtante, eligatis in Guardianum iſtius monaſterio, his ſcriptis appello ad N. & peto inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, vt ſuper hac inſtantia, & appellatione à me facta interloquamini, & Apoſtolos tradatis, vt poſſit coram ſuperiore, ad quem appello oſtendere grauamen, & præiudicium toti Monaſterio factum ex tali mala electione, & proteſtor etiam omnibus malis futuris, ex dicta mala electione.

Forma appellationis contra perſonam electam.

6 Quia non obſtante cauſa legitima à me propoſita coram Reuer. Pat. N., & obligatione in promptu probandi coram pluribus teſtibus, præcipuè nominatis in appellatione facta die, &c. hoc non obſtante; fuit Pat. N. de N. electus in Guardianum, &c. in Monaſterium, &c. in maximum damnum, & præiudicium totius Monaſterii; Idcircò his ſcriptis, iterum appello ab hac mala electione ad N., & Apoſtolos peto inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè.

CAP. IX.

§. XIII.

De alijs inquiſitionibus ſpecialibus validè formandis infamia non præcedente.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio formari poteſt de mandato Principis infamia non præcedente.*

2 *Inquiſitio formari poteſt in cauſa hæreſis infamia non præcedente, & in crimine læſæ maieſtatis, numer. 3.*
Et in delictis enormibus, num. 4.
Et in quibus non requiritur monitio num. 5.
Et quando inquiſitio fit contra officiales in ſindicatu, num. 6.
Et quando crimina ſunt in præiudicium tertij pendentis in futurum, num. 7.

8 *Aſſertio vulnerati aperit viam iudici ad inquirendum, & nominatio à ſocio criminis.*

9 *Forma querelæ percuſſi, contra percuſſorem, vel querelantem.*

10 *Poteſt ex officio iudex procedere contra producentem ſcripturam falſam.*

11 *Item contra cuſtodem carceris, ſi carceratus fugit.*

12 *Item contra accuſatum, exculpatum ab iniuriato.*

13 *Item contra ſpontè confeſſum in iudicio.*
14 *Item contra extraiudicialiter confeſſum publicè non autem occultè.*
15 *Item contra nominatum à ſocio criminis.*
16 *Forma inquiſitionis contra nominatum à vulnerato, nulla querela ab eo propoſita.*
17 *Forma inquiſitionis quando ſine infamia præcedente proceditur.*
18 *Forma inquiſitionis ſpecialis cantra Apoſtatam.*
19 *Forma incipiendi proceſſum ſuper Epiſtolam ſcriptam contra ſcribentem.*

1 SVnt aliæ inquiſitiones ſpeciales, vltra ſupradictas, quæ validè formari poſſunt, infamia non præcedente, & primo, quando eſt formata de mandato, & ſcientia Principis, dummodò Princeps expreſsè dicat, ſibi de delicto, & eius infamia conſtare; nam ſicut Princeps poteſt hoc facere, ita, & eius delegatus; & Principis ſcientia ſupplet iſto caſu defectum inquiſitionis: Non procedit tamen hoc quādo Princeps vtitur verbis narratiuis, videlicet, dicendo; quia multorum clamor ad nos peruenit, quod eſt infamatus: ſed quando vtitur verbis aſſertiuis, dicendo; quia nobis conſtat talem eſſe infamatum, ita Farin. cum aliis ab eo citatis qu. 9. nu. 14. & quia Gloſ. in c. 2. verbo fuerat de accuſ. in 6., nomine Principis ſentit venire Epiſcopos, & Metropolitanos; idem dicendum exiſtimat Megal. pract. crim. c. 12. n. 34. de Generalibus religioſor.

2 Secundò, in crimine hæreſis. In quo etiam nulla præcedente infamia ad inquiſitionem iudex procedere poteſt, Clar. qu. 6. verſic. item ſcias, Farinac. cum aliis ab eo citatis d. qu. 9. num. 14. & colligitur ex c. Excommunicamus, §. Adijcimus de hæretic. l. Apoſtatarum, ca. de Apoſtat. Pitigian. in pract. crimin. cap. 14. verſ. Quartus eſt, Nauar. in c. inter verba corol. 63. n. 683. 693., & in rubr. de iudic. num 92. Clau. Reg. lib. 12. ca. 11. nu. 11. dummodo præcedat aliqua ſuſpicio, Nauar. ex Clau. Reg. vbi ſupra, Suar. tom. 4. de relig c. 12. n. 5.

3 Tertiò, in Crimine læſæ maieſtatis. Bart. in extrauag. ad reprimendum, & ibi gloſ. in verbo per inquiſitionem, Duer. reg. 298. nu. 15. Gig. de crim. læſæ maieſtat. qu. 9. nu. 4. lib. 2. tit. qualiter in crimine læſæ maieſt. procedatur, Sot. de ſecret. memb. 2. qu. 6. concl. 3. caſu 6. Nauar. citans Innoc. Bald. & Aret. corol. 63. n. 686. & in rubr. de iudic. n. 94. vbi addit, id etiam procedere ſi damnum non pendeat in futurum, nec habito reſpectu ad futurum, Sanchez in opuſc. lib. 6. ca. 3. dub 19. nu. 17. Suarez, & alii ſupracitati, & Sotus vbi ſup. dicit idem eſſe dicendum, quando facinus eſſet commiſſum contra Epiſcopum, vel aliam perſonam huius ordinis, idem dicit Clau. Reg. lib. 12. ca. 11. num. 12.

4 Quartò, in omnibus aliis enormibus delictis, Gigas vbi ſupra, Præpoſ. in ca. 1. col. 17. verſ. in Crimin. tamen n. 64. 2. 8. 9. Alciat. in c. pernicioſam num. 64. & ſeq. de officio

cio ordin. Menoch. conſ. 100. n. 64. Ceph. conſ. 304. n. 88. lib. 3. Decian. conſ. 18. n. 42. lib. 1. Farin. dicta q. 9. nu. 55. Gomez. tom. 3. verſ. ca. 1. nu. 49. notab. 5. vbi numerat inter iſta atrociſſima falſarium monetæ, & Sodomitam, Sot. dicto caſu 6. Clauis Reg. d. cap. 11. n. 12. Sed Suarez tom. 4. de relig. cap. 12. n. 5. & Card. de Lug. tom. 2. de iuſt. diſp. 37. ſect. 6. num. 63. Hoc non admittunt, niſi delicta redundarent in graue ſcandalum, vel detrimentum communitatis; communiter tamen Doctores in c. qualiter, & quando el 2. de accuſat. dicunt, quòd poteſt procedi non præcedente infamia in omnibus criminibus atrocibus, quæ in Reipublicæ, & religionis perniciem tendunt. Leſs lib. 2. cap. 29. dub. 15. num. 132. Rodoriq. qq. reg. 5. artic. 6. tom. 2. P. Bouer. in direct. cap. 6. verſ. duodecimus, exemplificat Rodoriqu. in furto publici ærarij, in homicidio hominis eminentis, à quo ſalus Reipublicę pendet; in ſubornationibus, in cathedrīs, & beneficiorum concurſu; in ijs, qui in via publica latrocinia committunt. Io. Valer. de differ. vtriuſque for. verbo inquiſitionis

5 num. 5. & 10. vbi quod in omnibus delictis in quibus non requiritur monitio ante denunciationem, poteſt iudex licitè inquirere nulla præuia infamia; quia tunc agitur de maiori periculo, quam ſit fama proximi; ex Sot. de ſecret. membr. 2. q. 4. concl. 2. Aragon. 2. 2. quæſt. 33. art. 2. Mirand. ord. iudic. qu. 11. art. 2. qui Valer. vbi ſup. nu. 6. inter crimina in perniciem publicam ponit peccatum fornicationis inter religioſos, vbi timeri poteſt publicatio: Sed qualia ſunt crimina vergentia in perniciem publicam, apud regulares, diximus ſupra.

6 Quintò, quando inquiſitio ſit contra officiales in ſindicatu, finito officio; contra quos formari poteſt inquiſitio ſpecialis, fama non præcedente. Pariſ. de Put. de ſyndicat. verſ. proceditur autem in ſyndicatu, Clar. qu. 6. §. cæterum, & alii quos cumulat Farinac. qu. 9. nu. 16 Barboſ. in collect. ad ca. qualiter, & quando el 1. nu. 15. de accuſat. Et ſic quando viſitatio inſtituitur contra ſuperiores regulares, formatur inquiſitio ſpecialis contra eos, quia ſunt ſpeciale obiectum huiuſmodi viſitationis. Sed de eorum particulari vitio interrogare viſitator non poteſt, niſi præcedat infamia. Suar. tom. 4. de Relig. lib. 10. c. 11. n. 6.

7 Sextò, quando crimina ſunt in præiudicium tertiæ perſonæ, etiam priuatæ; talia enim crimina ſi ſunt in fieri, & damnum pendet in futurum, quomodocunque cognoſcantur inquirenda ſunt, & coercenda; quia ius naturæ fauet innocenti, & petit, vt à damno caueatur. Sot. de ſecr. membr. 2. qu. 6. concl. 3. caſu 6. & ante eum Innoc. in c. licet Heli de Simo. li. 1. Naua. cap. 25. num. 26 & in c. inter verba corolar. 62. num. 663. Sanchez in opuſc. lib. 6. c. 3. dub. 19. n. 15. Valer. vbi ſupra n. 7. & 10.

8 Septimò, aſſertio vulnerati aperit viam Iudici ad inquirendum,

prout ſeruat communis ſtylus, & obſeruantia Italię, vt teſtatur Hon. ded. lib. 1. conſ. 102. num. 6. Clar. qu. 21. num. 14. & ibi Baiard. num. 55. vbi ampliat; etiamſi offenſus depoſuiſſet ſine iuramento, Tuſc. litt. I. concluſ. 180. num. 3. Farin. qu. 46. num. 45. Carena par. 3. tit. 10. num. 99. Cum adminiculis facit indicium ad torturam. Farin. vbi ſupra.

Forma querelæ percuſſi, vel vulnerati contra percuſſorem, vel vulnerantem.

9 Comparuit coram R. P. Abbate Frat. Fulanus, conuerſus huius Monaſterii, &c. & expoſuit qualiter Fr. Accurſius alius conuerſus eum grauiter percuſſit, vel vulnerauit, qui requiſitus ſuper iuramento calumniæ, tactis Euangeliis, ſeu Sacris ſcripturis iurauit verum eſſe id quod expoſuit, & quod non animo calumniandi, ſed zelo iuſtitiæ expoſuit; Idcircò cum vnicuique iuſtitia ſit miniſtranda, & ne delicta remaneant impunita, decreuit, prout decernit informationes præſenti decreto ſumere; teſtes examinare, & ad vlteriora ſi opus eſt procedere, prout de iure, & ante omnia viſitare corpus delicti, electo ad conficiendum, & ſcribendum fideliter præſentem proceſſum P. N. de N. Hodie die, Menſis, &c. Anni, &c. in Monaſterio, &c.

Deinde viſitatur percuſſus, ſi liuores, & veſtigia percuſſionum in corpore percuſſi remanſerunt, & vulnera ſi fuit vulneratus, iuxta formam traditam ſupra, & poſtea examinatur idem percuſſus, vel vulneratus, vt declaret tempus, & locum percuſſionis, & teſtes qui fuerunt præſentes, & alia indicia aperiat contra nominatum, iuxta formam traditam; Et poſtea examinantur teſtes nominati à percuſſo, vel vulnerato, & alij veriſimiliter informati, & proceditur ad vlteriora probato ſaltem ſemiplenè delicto, ſi vulneratus, aut percuſſus nullam querelam proponit, Iudex procedere poteſt, vt infra n. 15. notatur.

10 Octauò, poteſt inquirere contra producentem ſcripturam falſam, & ex ſola ſuſpicione illum punire, Bald. in l. iubemus C. de probat. Et ſola ſuſpicio transfundit onus probandi contrarium in ipſum producentem, Luc. de Penna in l. ſi vacantia Cod. de bon. vacant. col. 12. verſ. eſt etiam in eo.

11 Nonò, contra Cuſtodem carceris, ſi carceratus ſua culpa (quæ in dubio præſumitur) aufugiat, vel paſſus fuit introduci rem aliquam, vel perſonam in carcerem contra voluntatem iudicis expreſſam, vel tacitam, l. carceri ff. de cuſtod. reor.

12 Si ego accuſaui Petrum, quod percuſſit Andream, & Andreas vocatus à iudice dicat quod Petrus eum non percuſſit, non poteſt iudex via accuſationis procedere, ſed tantum via inquiſitionis, quia crimina vndecumque claruerunt ſunt punienda, Bonifac. Vitalin. in rubrica quid ſit accuſatio num. 117.

13 Si Reus ſpontè in iudicio, manife-

nifeſtat aliqua ſua delicta, præter ea de quibus interrogatur, poteſt iudex de tali delicto contra confitentem ex officio inquirere, & proceſſum formare Doctores in L.2.§.ſi publico ff. de adult. per leg. quod euitandi C.de cond. ob turp. cauſ.l.penul. C. ſi aduerſ.libert. facit cap.cum inſuper de confeſs. ſecundum Abbatem ibidem, nam propria confeſſio ſufficit pro infamia. Nauar. in rubr.de iudic.num. 86.verſ.ex quo colligitur.

14 Sunt aliqui, qui dicunt, quod confeſſio extraiudicialis aperit etiam viam Iudici ad inquirendum, & videtur ſentire text.in ca.1.de accuſat.in 6. Sylu. inquiſitio 1. qu. 4. Tabien.ibi in principio, D.Anton.3. par.tit.9. cap.7. §.3. Bouer. in direct. cap.6. verſ. nonus; Sed re vera, confeſſio extraiudicialis non ſufficit ad inquirendum, ſi facta eſſet coram vno, vel duobus, vel etiam extraiudicialiter coram Prælato lapſu linguæ, aut incogitanter, aut alio modo; vel ſi Prælatus aperiret ſubditi litteras, quibus proprium fateretur crimen; ſed in his caſibus haberet tantum ius Prælatus fraternaliter corrigendi, non autem iudicialiter procedendi; niſi huiuſmodi confeſſio extraiudicialis facta eſſet coram multis publicè, vel niſi crimen aduerſum bonum publicum vergeret. Sot.de ſecret. membr.2.quæſt. 6.concluſ.3. caſu 2.Clau. Reg. lib. 12.cap.11. num.15. nec ſufficit factam eſſe coram multis, niſi inde oborta eſſet infamia; Tunc enim poſſet inquiri, non ratione confeſſionis, ſed ratione infamiæ, ita ex Nauarr. in cap. inter verba, corol.62. num.671.672. Sanchez in opuſc. lib.6.cap.3. dub.19. numer.3.

15 Nominatio facta à ſocio criminis ſufficit ad inquirendum, vt aliàs probauimus.

Forma incipiendi inquiſitionem ſpecialem contra nominatum à vulnerato.

16 In nomine Domini, &c. Cum ad aures Admod. Reu. P. Abbatis peruenerit Fr. N. de N. fuiſſe vulneratum, etc. Decreuimus ipſum vulneratum viſitare, et videre propriis oculis ſi conſtet de corpore delicti, prout fecimus, etc. et quia in examine ipſius vulnerati, comperimus auctorem delicti eſſe Fr. N. de N., ideò ne delicta remaneant impunita, decreuimus, prout præſenti decreto decernimus contra eundem Fr. N. de N. informationes ſumere, vt comperta veritate, ſuper factum ipſum procedere poſſimus, prout de iure, etc. Actum, etc. Die, etc.

Forma Inquiſitionis, quando ſine infamia præcedente, proceditur.

17 In nomine Domini, &c. Amen. Hæc eſt inquiſitio ſpecialis, quam facere intendit Reu. Pat. Abbas, etc. De, et ſuper crimine tali, etc. Patrato in Monaſterio tali, etc. in graue damnum communitatis, etc.

Vel

Vel ſic.

In nomine Domini, &c. Quia in viſitatione Generali facta in hoc Monaſterio, &c. fuit repertus Fr. N. commiſiſſe tale, & tale crimen in damnum, & perniciem totius communitatis, &c. Ideo ne delicta impunita remaneat, ad ſpecialem inquiſitionem deuenire decreuimus, teſtes examinando, & omnia alia peragendo, prout de iure, prout præſenti decernimus, Acta ſunt, &c.

Forma Inquiſitionis ſpecialis contra Apoſtatam.

18 In nomini Domini, &c. Hæc eſt ſpecialis inquiſitio, quam facere intendit Reu. Pat. Abbas in inquiſitione generali, habita in Monaſterio N. contra Frat. N. de N. infamatum, quòd Apoſtaſiam commiſerit, vt in actis viſitationis apparet, qua propter, ne delicta impunita remaneant, decreuit, prout præſenti decreto decernit, ſuper hoc, informationes ſumere, teſtes examinare, & alia præſtare, quæ ſunt de iure præſtanda. Acta ſunt hæc in eodem Monaſterio die, etc. et per me infraſcriptum Actuarium ad hoc electum à ſupradicto Reu. Pat. Abbate excepta.

P. N. Abbas, etc.
Fr. N. de N. Actuarius.

Interrogatur ſpecialiter teſtis, ſi ſciat, aliquem fratrem de illa familia tranſgreſſum fuiſſe vota, aut conſtitutiones Religionis, (& ſi nominet aliquem, Interrogetur de cauſa ſcientiæ, de loco, à quo frater nominatus exijt à Monaſterio, de loco, in quo ipſe teſtis erat; quando vidit fratrem exeuntem; ſi fuit tempore noctis; Interrogetur quomodo poterat illum videre; Interrogetur de cauſa fugæ, de complicibus, auxiliatoribus, fautoribus, auctoribus, de conteſtibus, &c.

Forma incipiendi proceſſum ſuper Epiſtolam ſcriptam contra ſcribentem in caſu, quo poteſt procedi.

19 In nomine Domini. Amen, &c. Die, etc. in Monaſterio, etc. Cum ex præterito proximo ordinario, (ſi aliter fuit enarretur prout fuit) deueniſſet ad manus Reu. Pat. Abbatis, etc. quædam Epiſtola quæ incipit, etc. et deſinit, etc. et à tergo al Reu. Pat. N. etc. et in eadem Epiſtola res contineantur, ſuper quibus informationes legitimè de iure ſumi debent. Prædictus Reu. Pat. Abbas, vt ritè procedat, ſibi in Actuarium elegit me P. N. de N., et exhibens dictam Epiſtolam iuſſit eam in actis conſeruari; et decreuit, prout præſenti decreto decernit, ad recognitionem eiuſdem Epiſtolæ deuenire, et alia præſtare, quæ de iure præſtanda ſunt, omni meliori modo, etc. In quorum fidem, etc.

Ita eſt P. N. Abbas.
Fr. N. Actuarius.

CAP.

CAPVT IX.

§. XIV.

De exceptione aperiente viam inquiſitioni ſpeciali.

SVMMARIVM.

1 *Crimen via exceptionis duobus modis deducitur in iudicio.*

2 *Iudex ex probationibus factis in iudicio ciuili poteſt contra inculpatum criminaliter procedere.*

3 *Crimen prcbatum per confeſſionem in iudicio ciuili, an poſſit puniri in eodem iudicio?*

4 *Qui obijcit crimen contra teſtem ſi non prcbat poteſt puniri.*

5 *Via exceptionis quando agitur criminaliter de crimine deducto in iudicio, quomodo proceditur?*

6 *Forma excipiendi contra falſum accuſatorem, vel falſos teſtes.*

1 VNus ex modis quo aperitur via Iudici ad inquirendum, eſt exceptio, per quam deducitur crimen in iudicio; Quod duobus modis fieri contingit; ſcilicet ciuiliter, et criminaliter; Ciuiliter, puta quando excipio de crimine contra teſtem, quòd eſt ſubornatus, vel falſarius; vel contra inſtrumentum, et peto nullam fidem ei adhiberi; tunc enim dicitur procedi per viam exceptionis ciuiliter; Et ſuper huiuſmodi proceſſu non poteſt ſequi ſententia Criminalis, etiã quod conſtet de delicto, ſed tantum ſententia ciuilis, vt teſtis repellatur à teſtimonio tanquam criminoſus. Vel inſtrumentum non probet tanquam ſuſpectum de falſo, & hoc iudicium in omnibus, & per omnia reputatur iudicium ciuile. Et ad inſtar iudiciorum ciuilium in eo proceditur: Nec poteſt iudex talem teſtem, etiamſi ſit de crimine conuictus, punire aliqua pœna, nec ordinaria, nec extraordinaria,
2 Boſſ. in tit. Quomodo procedatur per exceptionem nu. 2. Clar. qu. 19. nu. 2. Poterit tamen iudex criminaliter procedere, et inquirere ex officio contra delinquentem, ſi ex probationibus factis ſuper hac exceptione appareat de delicto, ſaltem ſemiplenè, etiam nulla partis quærela Criminali præcedente. Sed opportet nouum proceſſum ſpecialem fabricare contra delinquentem, & in hoc proceſſu teſtes repetere, quia ciuilis proceſſus aperit tantum viã Iudici ad inquirendum, & ex hac noua inquiſitione, et nouo proceſſu poterit Reus criminaliter puniri, quando crimen in exceptione deductum pro-
3 batum eſt. Sed quando eſt probatum per confeſſionem illiusmet, aduerſus quem fuit exceptus, eſt controuerſia; vna opinio tenet, quod poteſt puniri criminaliter ſine nouo proceſſu; quia contra confeſſum in iudicio non requiritur proceſſus inquiſitionis; ſed ſola condemnatio diffinitiua, per ea quæ referunt Bald. in l. Mercule. n. 1. C. de cond. obrup. cauſ. Afflict. deciſ. 176. nu. 2. Clar. qu. 54. verſ. ſed quid ſi exhibeatur, Aret. in ca. cauſam

ſam quæ num.17. cum ſeq. de teſtibus, Boſſ. tit. Quomodo procedatur per except. num. 4. Contrarium tamen ſentiunt Bart. in l. ſi confeſſus in fine, ff. de iuſtit. & exhibit. reor. Abb. in cap. 2. num. 12. de Confeſs. Felin. in ca. 1. ſub n. 6. verſus finem de except. Bald. Afflict. & Clar. locis citatis, dicentes, ex illa confeſſione inſtrui iudicem ad formandam inquiſitionem, eamque probandam, & non ad puniendum. Sed poſſunt hæ opiniones conciliari cum hac diſtinctione, videlicet; aut delictum, quod excipiendo eſt obiectum contingit cauſam, aut non: ſi contingit cauſam poteſt puniri ex eodem proceſſu, & procedit prima opinio: ſi non contingit cauſam, & requiritur nouus proceſſus, & procedit ſecunda opinio. Ita cum Aretino in dicto ca. cauſam quæ num. 17. cum ſeqq. de teſtibus, tenet Scacc. de iudic. lib. 1. qu. 75. n. 3. verſ. Si verò, ſed ſupradicta difficultas videtur ceſſare, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, ſpretis apicibus, & ſolemnitatibus iuris ciuilis.

4 Qui autem obijcit crimen contra teſtem, debet proteſtari, quod non obijcit animo iniuriandi; alias, ſi ſuccumbit, poteſt puniri criminaliter, Iodoc. in pract. crim. cap. 17. num. 1. in fine, aliàs, ſi teſtis aduerſus quem obiicitur crimen, proteſtatus eſt de illa iniuria, & petierit ſuper ea ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari, poſſet is, qui obiecit, ſi ſuccumberet, puniri ex eodem proceſſu ciuili, Scacc. vbi ſup. num. 4.

5 Criminaliter via exceptionis agitur, quando quis excipiendo, puta, contra teſtes, petit non ſolum fidem illis non adhiberi, ſed etiam eos de falſo puniri; Et in hoc caſu ita excipiens dicitur aſſumere partes accuſatoris, & proinde proceditur contra exceptos; ac ſi fuiſſent accuſati de falſo. Et poteſt contra eos ferri ſententia criminalis condemnatoria, & ſi accuſatus de homicidio in modum exceptionis dicat teſtes falſos eſſe differtur quæſtio homicidii cum ſit præiudicialis. Angel. de malefic. verbo qui dominus num. 18. Imò iudicium ipſum quamuis à principio fuerit ciuile, efficitur criminale, & in eo proceditur in omnibus, ac per omnia ad inſtar criminalium iudiciorum. Hinc ſequitur, quod debet exprimi locus, dies, & Annus commiſſi delicti, ſicut quando proceditur per accuſationem, nec poteſt Procurator interuenire, & poteſt Reus conuictus de crimine obiecto, condemnari ſine nouo proceſſu, Clar. vbi ſupra, & Scacc. dicta qu. 75. num. 2. Verum, quod ſi crimen obiectum non contingit crimen principale, puta ſi obiiciatur quod teſtis ſit periurus, hæreticus, &c. et propterea non debet fides adhiberi, requiritur nouus proceſſus, Scacc. vbi ſupra n. 3. Sed de hac re ſermonem fecimus ſupra in hac par. 3. c. 5. et c. 7. §. 5.

Forma incipiendi proceſſum per viam exceptionis.

In nomine Domini, &c. Amen. Anno à Natiuitate Domini, etc. Die,

Die, &c. in Monaſterio, etc. Coram Admod. R. P. N. Abbate, &c. perſonaliter comparuit Fr. N. de N. & excepit contra Fr. N. de N. quod falsè, et calumnioſè ipſum accuſauit, vel denunciauit, aut excepit contra teſtes, quod falsè contra eum depoſuerunt, vel quod ſunt periuri, etc. inimici, etc. hoc modo videlicet.

Molto R. P. Hauendo preſentito, che contro di me li fù data vna Denuncia, ò Accuſa di queſto, e queſto delitto, ouero, che fra tale N. da N. hà depoſto contro di me in certa cauſa, nella quale falſamente, e calunnioſamente ſono imputato di queſto, e queſto, teſtificando queſto, e queſto (ilche oltre di eſſere mera falſità, detto teſtimonio è mio inimico, & anco ſpergiuro, che altra volta hà giurato il falſo, come incontinente mi offeriſco prouare) per tanto di quel meglio modo che poſſo, e deuo; così per zelo del ben commune, come per la ſalute del fratello, e della fama, & honor mio, Fò inſtanza alla P. V. M. R. che (ſe ſi fà contro l'accuſatore, ò denunciatore) non ſolo non ammetta detta accuſa, ò denuncia, ma come calunniatore lo caſtighi, &c. (ſe ſi fà contro li teſtimonii) lo rifiuti come mio Inimico, ò come Falſario, ò ſpergiuro, &c. e lo puniſca per tal falſità commeſſa in giudicio, &c.

Io Frà N. de N.

Quibus auditis præfatus R. P. N. bbas detulit iuramentum dicto Frat. N. de N. quod non animo calumniandi excepit, prout iurauit, &c. & mandauit ei, vt ſe ſubſcribat; qua ſubſcriptione habita, illum dimiſit, & propoſitam exceptionem acceptauit, ſi, & in quantum, & omni meliori modo. Acta ſunt hæc in Monaſterio N. Die, &c. in Camera ſolitæ reſidentiæ, & per me infraſcriptum Actuarium in hac cauſa electum, ſcripta.

Fr. N. Abbas.

Fr. N. de N. Actuarius.

Si in exceptione falſitas detegatur cum rigore puniendus eſt, poſtea proſequitur Proceſſus, prout in accuſatione, vt in eadem part. 3. cap. 5.

Notandum hic ſupereſt quod in multis formis initiandi proceſſus ſiue per viam accuſationis, ſiue per viam denunciationis, ſiue per viam inquiſitionis, includitur in fine electio Actuarij in illa cauſa, & in multis formis non includitur eo, quia aliquando eligitur ſeparatim à forma, à quo Actuario multi non exigunt iuramentum fidelitatis, quia hoc non eſt neceſſarium, cum nullibi hæc obligatio iurandi inueniatur expreſſa, & ſine iuramento præſumitur fidelis, ita Bordon. in pract. crim. c. 82. nu. 60. & in c. 100. num. 4. Sed Peyrin. in Conſtit. Pij V. num. 6. & alij citati ab ipſo Bordono num. 59. exigunt iuramentum fidelitatis, & ita de Notario dicit Io. Andr. in cap. ſicut te num. 2. ne Cleric. vel Monach. ideo melius eſt ad cautelam exigere iuramentum de fidelitate ſeruanda, & ſecretè tenendo omnia, quæ ab eo in actis ſcribuntur. Et quando Electio Actuarii fit ſeparatim à forma, poteſt fieri, vt infra.

Forma electionis Actuarij.

Cum nobis P.N. Abbate, &c. viſum fuiſſet pro præſentis cauſæ expeditione Actuarium aſſumere, vt omnia actitanda in ſcriptis redigat, & fideliter excipiat, plurimum de integritate P.N. &c. confiſi ipſum in noſtrum Actuarium elegimus præſtito tacto pectore iuramento de fideliter ſcribendo, quidquid à teſtibus in hac cauſa, necnon ab ipſo Reo dictum fuerit, vſque ad publicationẽ proceſſus.

Actuario impedito alius ſubrogari poteſt, Bart. in l. 1. ff. de offic. Conſul. Bald. in l. 1. C. de ſportul. & in l. repetita Cod. de Epiſc. & Cleric.

PARS

Digitized by Google

PARS QVARTA.

De Teſtibus.

CAPVT I.

De requiſitis, quæ debent interuenire in teſtium receptione:

SVMMARIVM.

1 *Finis examinationis teſtium qualis eſſe debet.*

2 *Teſtium examen requirit mentem iudicis purgatiſſimam.*

3 *Teſtium munus ciuile, publicum, & neceſſarium eſt.*

4 *Teſtimonium ferre eſt dignitas.*

5 *Iudex vt poſſit bene officium ſuum exercere in teſtium interrogatione, quæ neceſſaria ſunt.*

6 *Iudex poteſt teſtes examinare, & cogere de veritate rei geſtæ, infra biennium.*

7 *Teſtis debet eſſe vocatus, & interrogatus à Iudice, & non vltroneus.*

8 *Iudex debet admonere teſtes de veritate dicenda.*

9 *Teſtes examinandi ſi ſunt alterius Religionis, debent examinari cum licentia ſuorum ſuperiorum.*

10 *Teſtis ante examen debet iurare de veritate dicenda integra pro vtraque parte, & n.11.*

12 *Iudex quando examinando teſtem aduertat eſſe ſuſpectum, quid facere debet.*

13 *Teſtes debent examinari, aut repeti parte citata, in foro ſeculari, ſecus in foro regulari, vbi occultè examinari debet.*

14 *In principio examinis teſtium, quæ ſunt notanda?*

15 *Teſtes debent deponere viua voce, & non in ſcriptis, nec fides facit fidem in iudicio.*

16 *Teſtium depoſitio ſcribi debet Actuario integra cum iiſdem verbis etiam barbaris nihil addendo.*

17 *Teſtis vnuſquiſque debet recipi ſingulariter, & ſingillatim.*

18 *Teſtes debent interrogari generaliter, & non ſpecialiter.*

19 *Suggeſtio duplex, ſcilicet aperta, & palliata.*

20 *Iudex debet interrogare teſtes iuris ordine ſeruato.*

21 *Iudex interrogando teſtes quas reſponſiones debet admittere, vel non admittere.*

22 *Teſtis debet deponere de certa ſcientia per ſenſum corporeum magis negotio congruentem.*

23 *Teſtis in multis caſibus etiam non inter-*

terrogatus debet reddere rationem di-ctiſui.
24 *Teſtis debet examinari per extenſum.*
25 *Prouincialis poteſt creare notorium intra ordinem pro cauſis criminalibus.*
26 *Iudex regularis per ſe debet examinare teſtes in criminalibus, & non committere examen notario regulariter.*
27 *Iudex quomodo debet teſtes examinare, & de quibus circumſtantijs, & negotijs, declaratur.*
28 *Teſtis nulliter examinatus in primo examine, in ſecundo examine poteſt ſe ad primum examen remittere.*
29 *Iudex finito examine Teſtis quid debet precipere Actuario, & ipſi teſti, pro dicti examinis concluſione.*

INchoato proceſſu per viã Accuſationis, aut denunciationis, aut Inquiſitionis, & conſtito etiam de corpore delicti, quando eſt facti permanentis, & ſequuto Decreto de procedendo in cauſa, neceſſario ſequitur legitima teſtiũ probatio; ſine qua regulariter nemo poteſt conſtitui, & tamquam Reus interrogari. Quapropter explicatis omnibus viis, quibus Iudex ad iudicium graditur, ſequitur modo agere de teſtibus, tum quoad eorum perſonas, tum quoad dicta, tum etiam quoad eorum examen, ac interrogatoriis, & tortura, cæteriſque neceſſariis, vt in iudicio poſſint probationem efficere, & quia hæc materia eſt valdè difficilis, & periculoſa, & in recto iudicis iudicio, ac eius arbitrio, & conſcientia reſidet, certa doctrina ferè dari non poteſt, certum tamen eſt, quod ex parte iudicis finis exa-
1 minis teſtium aliud non eſt, nec eſſe debet, niſi veritatem inueſtigare, quæ eſt lapis angularis recti iudicij, à iudice faciendi, & mater iuſtitiæ. Bald. in l. Libertini ff. de
2 ſtatu homin. Ideo exigit mentem Iudicis attentam, & aures eius purgatiſſimas, cum nihil aliud quærere debeat niſi veritatem.
3 Ex parte autem teſtium cum munus Ciuile, & publicum, ac neceſſarium ſit, l. 1. ff. de teſtibus, Gloſ. in rubr. de teſtib. cogend. vbi Abb. Felin. & DD. Iaſ. in l. non exigimus §. ſi quis num. 4. ff. ſi quis aut. Ricc. deciſ. 71. num. 12. Puram veritatem deponere debent; nam ex eorum depoſitionibus totum iudicii ro-
4 bur dependet. Hinc eſt, quod ferre teſtimonium eſt dignitas generoſa, cap. præceptum 32. qu. 5. gloſ. in cap. teſtimonium de teſtibus, & affert honorem, cap. forus in fine de verb. ſignific. Franch. tract. de teſtib. num. 102. Corrad. in pract. rubr. de teſtib. num. 6. Ricc. deciſio. 71. num. 10. par. 4. & ponitur inter actus legitimos l. quoniam, Cod. de hæret. & Manich. Et ideo infames reiiciuntur, & probatio, quæ fit per teſtes dignior, & præſtantior eſt omnium aliarum probationum. Maſcard. de prob. quæſt. 5. num. 9. vol. 1.
5 Vt autem iudex poſſit officium ſuum rectè exercere, & teſtes benè interrogare, debet habere perfectam notitiam facti de quo agitur, cum omnibus circumſtantijs, & qualitatibus ſuis, & quiditatem nego-

negotii benè cognoſcere, & de omnibus debet eſſe inſtructus, 3. qu. 5. debet ſcire omnia indicia quibus poſſit delictum probare, & accuſatum de facto delato conuince re; debet teſtes examinare, tum ſuper negotium principale, tum ſuper circumſtantiis quærendo de Perſonis, loco, tempore, conteſtibus, certitudine, cauſa ſcientiæ, fama, ſeu, cui, cur, quomodo, quando, quibus auxiliis, quibus præſentibus, &c. Debet etiam inquirere, & ſe informare de conditionibus, moribus, & qualitatibus teſtium. Gl. in l. 1. ff. de Magiſtr. conuent. & ibi Bald. §. Præſes, Gram. deciſ. 45. nu. 14. Matheſil. ſing. 21. Et ab ipſis teſtibus elicere debet veritatem ſuper aliquo proprio, & principali ſenſu corporis, Viſu, Auditu, Guſtu, Tactu, vel Odoratu. Corrad. d. nu. 14. Et maximè in iudicio regulari, vbi nomina teſtium non reuelantur, vt etiam dicit Albert. in cap. 1. de hæret. in 6. qu. 16. num. 32. Campeg. in annot. ad Zanchin. ca. 13. litt. B. Diana p. 4. tract. 8. reſol. 124. Et ex officio debet quærere defenſionem criminoſi, & examinare teſtes, etiam à delato non productos, l. ſi non defendantur ff. de Pœnis, l. 1. §. fin. ff. de quæſt., & ibi Bart. Bouer. in ſingular. verbo Teſtis num. 23. Et ex officio poteſt repellere teſtem, etiamſi non petatur, ſi appareat non eſſe idoneum. Bouer. deciſ. 321. num. 4. Matheſil. ſing. 1. num. 21. Corſet. in verbo teſtis num. 1. Ceot. de teſtib. p. 8. num. 5 Ludouic. deciſ. Peruſ. 86. num. 7. Et poteſt interrogare teſtes de certa hora rei geſtæ, etiam elapſis
6 ſex menſibus. Quia non præſumitur obliuio, niſi elapſo biennio. Ricc. decis. 25. par. 1. ex cap. ſi teſtes 4. quæſt. 3. Crauet. conſ. 28. Oldrad. conſ. 183. num. 19. Gramm. conſil. 42. & 46. Veral. deciſio. 2[illegible]0.

7 Attendere debet iudex ad requiſita, quæ debent interuenire in teſtium receptione; & primò, quod teſtis ſit vocatus, vel citatus, aut à parte productus, & non vltroneus, ſcilicet offerendo ſe ad teſtificandum, non vocatus, nec citatus, nec productus: Quia tunc redditur ſuſpectus, l. Presbyter de Epiſc. & Cleric. Bald. in ca. cauſam quæ de teſtibus. Menoch. de arbitr. caſu 474. num. 5. & concl. 1358. num. 63. & concluſ. 1368. num. 4. Decian. tract. crim. tom. 10. & non probat Bald. vbi ſupr. Ric. in prax. variar. reſolut. 235. num. 1. Farin. quæſt. 80. num. 1. Barboſ. in ca. cum num. 2. de Accuſat. & in cap. de teſtibus num. 2. Cabal. qq. crimin. 247. num. 9., & eius depoſitio eſt nulla. Maſcard. de probat. lib. 1. quæſtio. 5. num. 27. Bartol. de Capua ſingul. 37. Et tanquam ſuſpectus poteſt torqueri. Farin. quæſt. 29. num. 38. & dicta quæſtio. 80. num. 7. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 395. num. 2. Baiard. ad Clar. quæſt. 25. num. 22. & 31. & ſine tortura non admittitur. Barto. in l. ex libero, ff. de quæſt. Iou. in cap. qualiter, & quando num. 196. de accuſat. Caſon. de Tortura cap. 10. num. 10. imò præſumitur inimicus, Farin. dicta qu. 80. num. 5. cum

cum alijs ab eo citatis; Et ſuſpectus etiam dicitur, quando depoñit ſine interrogatione Iudicis, vel vltra interrogata. Guazz. defenſ. Reor. 19. cap. 6. nu. 2. 3. 4. & 5. Barboſ. in collect. ad c. de teſtib. num. 2. de teſtib. Creditur tamen, quando agitur de peccato euitando. Belin in c. 2. in fin. extra de teſtibus, Marſil. ſingul. 146. Maſcard. de probat. 1358. nu. 65 Farinac. dicta quæſt. 8. num. 19.

8 Secundò, ex parte Iudicis requiritur, quod teſtem, quem ad ſe vocauit admoneat de obligatione, quam habet ad puram, & integram veritatem dicendã, ſine aliquo mẽdacio, & ſine ira, odio, aut paſſione, & quod veritas vna eſt, cuius merito ſalutem adipiſcimur. Quam deſpiciens, Diabolus ab altiſſimo gradu dignitatis in miſerrimas calamitates cecidit. Cuius parem pœnam luere oportet, cui veritate neglecta mendacium quærit, aut dicit, aut illam tacet, irrogando iniuriam Deo, Iuſtitiæ, Religioni, & proximo.

9 Tertiò, requiritur, quod ſi opus ſit alios religioſos examinare, vel Clericos iudicialiter interrogare, id non fiat ſine expreſſa ſuorũ ſuperiorum licentia reſpectiuè; quib. ex cõſenſu ſuorum ſuperiorum initio examinis iuramentum exhiberi debet. Verum, quod ſi ſine dicta licentia eſſent examinati, valeret eorum depoſitio, ſed ad effugiendam controuerſiam, melius eſt habere licentiam. Farin. d. qu. 61. num. 84. & 134. Sanchez lib. 6. c. 13. num. 108. Sed apud regulares non eſt de hac re curandum, quia ſunt apices iuris, & non faciunt ad ſubſtantiam probationis, dicit Bordon. in prax. crim. c. 16. n. 8.

10 Quartò, quod teſtis iuret, ante examen, de veritate dicenda, tacto pectore, ſi eſt ſacerdos, vel tactis corporaliter Sacris ſcripturis, ſi non eſt Sacerdos. Farin. q. 74. nu. 1. 31. vt dictum fuit ſupra par. 2. c. 5. à num. 14. & ſeqq. Licet iudices regulares omiſſo iuramento vti poſſunt præcepto Sanctæ Obedientiæ, vt in dicto ca. 5. dictum eſt, & dicit etiam in Compendio Roderiq. reſol. 83. Sed tenet contrarium Bordon. in praxi crimin. cap. 4. à n. 20. & ſeqq. vbi nu. 30. in fine, citat de Angelis ca. 14. nu. 7. & de S. Iuliano c. 5. aduert. 2. §. 1. n. 2.

11 Quintò, Teſtes debent iurare dicere veritatem integram pro vtraque parte, prout tenentur. Farinac. d. qu. 74. n. 16. & Iudex dictis teſtibus nihil addat, vel minuat, ſed tam ea quæ pro Reo, quam contra Reum à teſtibus deponuntur excipi iubeat. Clar. q. 23. ſub principio; & interrogare debet teſtes ſuper toto negotio, vt inde poſſit explorare etiam innocentiam Rei, l. ſi non defendatur, & ibi Bart. ff. de pœn. Rolan. conſ. 47. n. 9. Bertac. conſ. 103. n. 8. Menoch. de pręſump. lib. 5. præſ. 48. nu. 2. Clar. d. q. 23. & ibi Briard. n. 1. Scacc. de iudic. c. 86.
12 n. 9. Farinac. d. n. 16. vbi quod iudex aliter faciens eſt reus gehennæ, & ſi Iudex interrogato oretenus teſte aduertat eſſe ſuſpectum, debet diligentiùs interrogare, perſcrutando à quibus fuerit vocatus,

tus,

tus, vel inſtructus, aut cum quibus loquutus antequam deponeret; & debet ſtudere, vt eum in verbis capere poſſit; Interrogando eum etiã de circumſtantijs extrinſecis, videlicet, an tempus eſſet clarum, vel nubiloſum, quibus veſtibus ille erat indutus,& ſimilia; quia ex depoſitione teſtium tormenta inferuntur, & ſententiæ condemnatoriæ pronũciantur. Et ideò iudex non debet eſſe negligens in eorum interrogatione,ſed diligẽtiſſimus, vt poſſit ex eorum ore puram veritatem elicere. Et debet examinare teſtes per extenſum; quia non ſufficit, quòd dicant articulum eſſe verum, niſi reddant ſufficientem rationem veritatis cõtentorum in articulo. Farinac.d.q.80.nu.99.& ſeqq. Guazz. defenſ. reor.28.c.11. n.1. nec ſufficit dicere; dico prout dicit Titius;aut ita eſt veritas,prout alij teſtes deponunt: imò tunc teſtis redditur ſuſpectus. Crauet. conſ.6.Surd.conſ.328.num.8.vol.1. Farinac.d.qu.80.num.103. & ſeqq. nec valet dicere, dico vt ſupra dixi. Tindar.in 2.par.de teſtib.ca.10. num.4.

13 Sextò,Requiritur vt examinentur, aut repetãtur parte citata, ſed hoc requiſitum non habet locum in foro Regulari, in quo teſtium nomina non aperiuntur, niſi in grauiſſima cauſa, vbi Reis nullus alius ſupereſt defenſioni locus. Pater Bouer. in director. fol.191. Et ideo in cauſis regularium non examinantur teſtes parte citata, & ſine citatione partis probant, ac proinde non ſunt repetendi. Petr. ab Angelis cap. 17. num. 6. ad 10. Roderiq.tom.2.qu.18.art.3.Suarez tom.2.de Relig.lib.10.c.12.nu.31. Lezana par.1.cap.27.nu.13.Villalob.tract.17.difficult.7.n.5. Portel. par.1.caſu 20.n.7. Bordon.in prax. crim.cap.40.n.12.& c.49.nu.19.vbi quod tradi poteſt copia atteſtationum ſine clauſula habitis teſtibus pro ritè examinatis, & dum fabricatur proceſſus per informationem teſtium ita occultè id fieri debet, ne quærelatus notitiam negotij habens, aut fugiat, aut perturbet iudicium, & ſic eo abſente poſſunt teſtes examinari contra eum, qui non citatur, aut vocatur ad iudicium, niſi finito proceſſu informatiuo, & proceſſiuo,& poſtquam delictum eſt probatum ſaltim ſemiplenè.

14 Septimò,vt in principio examinis in actis notetur dies,menſis,annus, & locus, in quo teſtis examinatur: nomen etiam,& cognomen, (ſi eſt ſæcularis)Patria,ætas, Religionis tempus,gradus, vel officiũ, ſiue ſtatus ipſius teſtis. Et an examinetur pro informatione Curiæ, & ad perpetuam rei memoriam, vel ad defenſam.Guaz.defenſ.reor. 19.c.11. n.1.

15 Octauò,vt teſtis in criminalibus deponat viua voce, & non in ſcriptis,cap.teſtes 3.qu.9.etiamſi legat ſcriptum,c.relatos 5 q.2.Sylu. verbo teſtis qu.6. Roderiq. tom.2. qu. 14.art.4.Sanchez in opuſc.lib.6.ca. 6.dub.19.num.3. Portel. in verbo Correctio fratrum,verbo teſtis nu. 18.niſi ex cauſa. Secundum Couar. var.reſol.lib.2.cap.13.num.6. An autem

autem deponere viua voce ſit de ſubſtantia proceſſus, an verò apex iuris? Felin. Couar. & Sayr. quos citat, & ſequitur Fagund. lib. 8. decalog. cap. 40. nu. 6. ſupponunt quod ſit apex iuris, dum dicunt, ſcriptam depoſitionem tradere poſſe iudici cum iuramento, coram quo eam legit, quando res eſt valdè intricata, quod etiam facere poteſt perſona grauiſſima, & Farinac. qu. 80. num. 40. dicit, quod iudex non contradicentibus partibus poteſt admittere depoſitionem teſtium per relationem ad ſcripturàm; & talis depoſitio valet, apud illos iudices qui procedere poſſunt omiſſa iuris ſolemnitate, idem Farinac. num. 52. Et licet admittere, & recipere poſſit iudex hanc ſcripturã, vt afferunt Doctores citati ab eodem Farinac. nu. 49. & 53. tamen puto, quod iudex poſtquam in depoſitione viua voce teſtis, ſe refert ad ſcripturam, poteſt, & debet teſtem interrogare, de circumſtantiis neceſſarijs ad integram depoſitionem, & rem dubiam obſcuram, vel intricatam in ſcriptis, viua voce clarius explicandam, & declarandam. Fides verò etiam viri optimæ famæ non facit fidem in iudicio l. ſolam C. de teſtibus cap. atteſtationes de ſponſalib. impub. Ricc. in praxi for. Eccleſiaſt. par. 1. reſol. 401. niſi in caſu, in quo ſufficiunt leuiores probationes, & concurrunt adminicula, idem Ric. deciſ. 99. nu. 1. par. 1. In ſcriptis teſtificari poſſunt, ſi ſint periti in arte, qui poſſunt ſuam depoſitionem deponere in ſcriptis, & eam tradere iudici. Felin. in cap. dè te-
16 ſtibus nu. 11. verſ. Fallit 4. col. pen. Datian. de probat. lib. 1. c. 47. num. 80. Depoſitio Teſtium deſcribi debet ab Actuario integra cum iiſdem verbis etiam barbaris nihil addendo, vel minuendo. Alias ſecus faciendo pœna Falſarii erit puniendus, cap. 1. extra de crimine falſi, Clar. dicta qu. 23. Farin. dicta qu. 80. à num. 27. Hier. Roderic. in compend. reſ. de teſtib. nu. 29. & nedum eodem ſermone, ſed etiam eodem modo quo profertur deſcribi debet; Videlicet clara clarè, dubia dubiè, & ſi deponeret trepidando, vel ſudando, aut præ timore tabeſcendo, hæc & alia ſigna ſcribere debet notarius de mandato iudicis, omnia exprimendo his verbis; prout ipſemet ego vidi. Corrad. in praxi rubr. teſtis num. 14. & poſt examen debet teſtis ſe ſubſcribere, per hæc verba, *Io N. hò detto per la verità quanto di ſopra*, vel ſi neſciat ſcribere, faciat ſignum Crucis, cap. poſt ceſſionem, vbi Abb. num. 5. de probat. Cartar. in praxi exam. reor. lib. 3. cap. 3. nu. 6. Carena par. 3. tit. 7. num. 28. & 29. Peyrin. in formular. litt. 3. cap. 3. nu. 2. Caſſan. conſ. 44. nu. 20. Boer. deciſ. 108. Senogal. de modo formandi Proceſs. in form. lib. 1. cap. 2. num. 40. & ſeqq. ſed Auen. deciſ. 33. nu. 17. dicit, hoc iure cautum non reperiri, ideo ſi talis ſubſcriptio fuerit omiſſa, non vitiaretur depoſitio, idem dicit Portell. p. p. caſ. 23. nu. 2. & 4. Guazz. defenſ. Reor. 33. ca. 14. nu 4. Bordon. in praxi c. 51. num. 16. Vbi quod ad apices iuris ſpectat, quod quæ-

quærelans, teſtes, & reus ſubſcribant, ſed quod ita eſt in vſu ad fraudes omnes tollendas, ex Spatar. Ghisler. & aliis.

17 Nonò, quod vnuſquiſque teſtis recipiatur ſingulariter, & ſigillatim per ſe, & pro ſecreto. Gloſ. in l. ſi quando C. de teſtib. gloſ. in cap. cauſa in verbo Procuratores, de teſtibus, Boſs. de opposit. contra teſtes num. 88. Baiard. ad Clar. qu. 23. nu. 2. Farinac. qu. 80. num. 94. & conſ. 5. num. 59. & examen teſtium inſimul examinatorum eſt nullum. Spec. tit. de teſtib. §. nunc tractandum, verſic. ſed pone, Alexand. conſ. 137. n. 6. vol. 2. Corn. conſ. 210. n. 13. vol. 2. Guaz. defenſ. Reor. 14. c. 2. nu. 6. vbi idem dicit ſeruandum eſſe in confrontatione teſtium facienda cum Reo, poſt Cartar. de interrog. Reor. c. 1. num. 69. & Scac. de iudic. libro primo cap. 46. nu. 6.

18 Decimò, quod Iudex cui aperta eſt via ad inquirendum generaliter de delinquente, non interroget teſtes pro veritate habenda in ſpecie, ſed generaliter, alias eſſet ſuggeſtio aperta, & ideo non debet interrogare an Paulus percuſſit, vel vulnerauit Petrum, ſed in genere, videlicet, quis nam fuit ille qui percuſſit, aut vulnerauit Petrum, l. 1. §. quæſtionem ff. de quæſt. vbi gl. in ver. ſuggerentis, Aug. ad Aug. in ver. quod fama publica n. 118. & alii. Farin. qu. 79. n. 78.

19 Idem dicitur de ſuggeſtione palliata, prout quando de ea ex interrogatione non apparet, & hæc fit dupliciter: Primò, quando nullomodo apparet de qua re teſtis fuerit interrogatus, vt puta, ſi ſcriptum ſit, ad opportunas Domini interrogationes, vel ad aliã interrogationem, & ſine alia interrogatione ſubiungitur reſponſio: Secundo, quando extenſo interrogatorio præuenit, ac præit teſtem in reſpõſione, indicando ei viã reſpondẽdi. Quod genus ſuggeſtionis eſt valdè pernicioſum, vt dicit Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 86. nu. 8. & proceſſus eſt in tali caſu nullus. Scacc. ibidem num. 7. poſt Clar. quæſt. 21. verſic. Retenta igitur; Et licet quando ſunt ſpecialia indicia contra aliquem, tunc teſtes de illo in ſpecie poſſunt interrogari ſine timore ſuggeſtionis. Bartol. in l. 1. §. ſi qui quæſtionem ff. de quæſtion. Brun. de iudic. par. 2. quæſt. 5. num. 56. Perſon. de iudic. num. 43. Tamen in dubio, an eſſet aperta via ad generaliter inquirendum, vel ſpecialiter, cautior via eſt ad non interrogandum ſpecialiter. Scacc. vbi ſupra; & quando eſt aperta via ad interrogandum ſpecialiter, non poteſt teſtis interrogari in ſpecie de modo, & circumſtantiis delicti. Videlicet, an Titius vulnerauit in tali loco, cum tali modo, cum tali enſe: ſed in genere, ſcilicet, in quo loco, in qua parte corporis, quo genere armorum. Brun. de iudic. part. 2. quæſtio. 56. num. 56. Caſon. de torment. cap. 15. in fine, Guazz. defenſ. Reor. 19. cap. 11. numer. 4. alias eſſet ſuggeſtio. Quæ ſuggeſtio non ſolum eſt prohibita fieri a Iudice immediatè, ſed etiam mediatè, vt omnes fatentur.

20 Vndecimò, debet iudex interrogare teſtes iuris ordine ſeruato, nempè, vel præcedente accuſatione vera, aut ficta, vel denunciatione, vel infamia quando procedit via ſpecialis inquiſitionis. D.Tho. qu.70.art.1.in ſumma, Nauar. in manual.cap.16.nu.61.Sot. lib.5. de iuſt.& iur.q.6.

21 Duodecimò, Iudex interrogando non debet admittere hanc reſponſionem; Ita eſt, ſi benè recordor, &c. niſi quando veriſimile eſt, quod non poteſt teſtis recordari. Quia debet deponere de veritate, alias eſſet cogendus, etiam per torturam. Scacc.d.ca.86.n.12. 46.& 49.

22 Tertiodecimò, Teſtis debet deponere de certa ſcientia, per ſenſum magis negotio congruentem, ſcilicet per viſum, quando obiectum eſt viſibile, vel de auditu proprio, quando obiectum pertinet ad auditum, & ſic de aliis ſenſibus. Et debet dicere quomodo res ſciat, & quare, alias non probat, l. ſolum cum Gloſ.C.de teſtib. c.cauſam 1., & ibi gloſ.extra de teſtib. Innoc.in d.c.cauſam. Sylu.verbo teſtis qu.6. Sanchez in opuſc.lib.6.c.1.dub.19. nu.6.Maſcard.de prob.concl.1375. nu.59.& 60. etiam quod Princeps remittat omnes iuris ſolemnitates. Dec.conſ.402. nu.13. & conſ.429. n.11.Guid.Pap. ſing.340. §.2. Tindar.de teſtib.p.7.nu.410.Caualc.de teſtib.p.3.n.92. Et qui ſine ratione atteſtat, vt pecus deponit, quaſi rationem, quam vt homo afferre debet, non cognoſcat. Bald. in l. edita in Rep. Patauina C. de edendo, Alexan.conſ.250.col.fin.lib.6. Farinac.qu.70.n.9. Et licet Felin.in d.cap.cum cauſam de teſtib. dicat; Quod teſtis non interrogatus re-

23 gulariter probat, quamuis non reddat rationem dicti ſui; Sunt tamen nonnulli caſus, in quib. etiam non interrogatus debet reddere rationem dicti ſui, alias non probat, nec facit præſumptionem, aut indicium: & Primò, ſi deponat ſe vidiſſe de nocte, quia debet ex ſe ipſo reddere rationem, quomodo vidit de nocte. Secundò, quando deponit ſuper negatiua. Crot.de teſtib.nu.310.Crut.de teſtib. concl. 28.n.59.Maſcard.de probat. concl. 1369.n.22.& 23.Amat.Rodoric.in pract.vidend.proceſs. cap.7.nu.56. Corrad.in prax.rubr. dicta teſtium num.29.& 56. Tertiò, quando deponit aliquem non eſſe culpabile. Corrad.dicto n.29. Farinac. qu.70. nu.24. Quartò, quando deponit de infamia, vel fama. Clar.qu.6.n.13. & 14.Farinac.q.47.nu.308.& conſ. 182.n.9. Et debet etiam non interrogatus deponere à quibus talis fama originem habuit, vt conſtet quod proceſſit à fide dignis.Decia. conſ.88.n.8.lib.3. Quintò, quando deponunt ſuper notorio, Rebuff.de reprob.teſt.ver.467. Maſcard. concluſ.1105.num.2.Guaet. de iuram. confirm.p.1.cap.70.num.6. Sextò, quando deponit de amicitia, vel inimicitia.Farinac.q.70.nu.61. Septimò, in probatione metus. Pariſ. de reſign.benef.lib.13.qu.1. n.109. Octauò, in probatione conſuetudinis. Roland. conſ.2. nu.123. Maſcard.coll.476.nu.66. Ludou.deciſ. Peruſ.

Peruſ.62.nu.36. Nonò, quando deponit de dolo. Farinac.qu.70.n.89. Decimò, quando deponit de ſana mente, vel dementia, aut furore. Farinac.ibidem nu.59. Vndecimò, quando deponit de ebrietate. Farinac.ibidem n.50. Duodecimò, in probatione Adulterii, & ſimilia carnis delicta. Farinac. ibidem nu. 60. Maſcard.concl 65.n.8.& concl. 1369.n.21. Tertiodecimò, in probatione iracundiæ. Idem ibidem n.64. Quartodecimò, quando teſtis producitur ad reprobandum aliquod poſitum per aduerſarium. Corrad.d.nu.29. Quintodecimò, in criminalibus, Innoc.in d.ca.cum cauſam, Bald.conſ.182.nu.2.lib.4. Crauet.conſ.18.nu.10. Clar.qu.53. verſ.Præterea dixi, Maſcard. concluſ.1355.n.54 Farin.d. q.70. nu.5. Chartar.deciſ.Crim.59. nu.75.Caualc.de teſtib.p.3. nu.91. niſi cum dicto inſit ratio dicti, Caualc.ibid. n.21.poſt Afflict.deciſ.72.nu.6.Sextodecimò in his, quæ non cadunt ſub ſenſu corporis, ſed iudicio intellectus percipiuntur. Barboſ.in collect.ad cap. cum cauſam n.6. de teſtibus. Sunt nonnulli alii caſus in quibus teſtes etiam non interrogati tenentur reddere rationem dicti ſui, de quibus latè, Felin. in d.c.cum cauſam, & ibi Barboſ. in collect. num.6. de teſtib.Farinac.& Corrad.ſupracitati. Et debet teſtis

24 examinari per extenſum, & non ſufficit dicere articulum eſſe verum, niſi reddat ſufficientem rationem veritatis, ita poſt alios Guaz. defenſ.reor.28.c.11.n.1.

25 Et licet Prouinciales poſſint creare Notarios intra ordinem pro cauſis criminalibus ſubditorũ, Aldret.de religioſ.diſcipl.c.8.lib.1. Portell.in verbo Notarius num.2. Lezana par.1.c.18.nu.95.vbi quod poſſunt creari etiam à ſuperiorib. localibus, ex Peyrin. ab eo citato.

26 Tamen in ipſis cauſis criminalibus ad offenſam debent ipſi per ſe examinare teſtes, & ſi teſtes eſſent impediti propter ſenectutem, vel infirmitatem non debent mittere aliam perſonam. Authen.apud eloquentiſſimum C.de fide inſtrum.gl. vltim.in c.1.de teſtib. cogend.cap. cum cauſam de teſtib. vbi Abb.nu. pen.& Felin.n.21.Couar.var. lib.2. c.13.n.10.Auendan.de exeq.mand. lib.2.ca.17.in fine, Barboſ.in cap.ſi quis teſtium n.3. de teſtib. & habetur etiam ex l.3.§. Diuus ff. de teſtib.l.ſolam C.de teſtib. & ibi gloſ. & gloſ.in l.iubemus 1.C.de liberali cauſ.Paz.in prax.tom.1.par.1. in 8. temp.nu.98. Peguer.in pract.crim. ca.12.§.2. & Guaz.defenſ.reor.31. c.25.n.2.dicit, quod in re graui niſi adſit commiſſio de recipiendis teſtibus,vel examinandis ſignata manu, vel ſigillo iudicis, non creditur Notario,alias huiuſmodi depoſitio non nocet reo, Maſcard. concl.348.n.52.Farin.qu.81.nu.43. Guaz.defenſ.1.ca.6.n.12. Et tutius eſt quod in grauib.cauſis non committatur notario examen.

27 Et debent Iudices teſtes examinare diligenter de omni eo de quo poteſt reprobari, & ſuper quolibet articulo ſui dicti, & ſuper negotio principali, & ſuper omnibus circumſtantiis non occultis, quærendo

do de ſingulis cauſam ſcientiæ, & debet examinare de perſanis, loco, & finibus loci, tempore, viſu, auditu, credulitate, fama, certitudine, & de omnibus circumſtantiis, quæ poſſunt, & debent mouere animum iudicis ad ſententiandum, Puſcar. de ordine iudic. fol. 74.

28 Et ſi teſtis examen eſſet nullum poterit denuo examinari ſuper eiſdem atteſtationibus, & poteſt teſtis ſe remittere ad depoſitionem in primo examine factam, & non obligatur dicere de nouo teſtimonium per extenſum, Guid. Pap. & Rot. Roma. citati à Ricc. deciſio. 1791. par. 5. Miranda de ordine iudic. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. praxis obſeruat, Portell. par. 1 caſu 24. num. 6.

29 Finito examine debet iudex præcipere Actuario, vt illud alta, & intelligibili voce legat teſti, & examine lecto, dicere teſti, ſi dicto examini vult aliquid addere, vel minuere, vt id faciat libere. Et confirmato examine ab ipſo teſte (licet non ſit neceſſaria ſubſcriptio, vt ſupra dictum eſt) ſolent iudices præcipere teſti, vt ſuo examini ſe ſubſcribat, vt dictum eſt ſupra, ac etiam vt ſecretè teneat dictum ſuum vſque ad publicationem proceſſus, Abb. in cap. fraternitatis num. 13. & ibi addit. in verbo iurare.

CAPVT II.

De teſtibus omni exceptione maioribus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes à iure poſitiuo inhabiles admittuntur in foro regulari.*

2 *Teſtes inhabiles, ex priuilegio habilitati non ſunt omni exceptione maiores.*

3 *Teſtes omni exceptione maiores, qui ſunt.*

4 *Qualitas quod teſtis ſit omni exceptione maior an, & quando probari debet.*

5 *Teſtis vnus omni exceptione maior facit ſemipleuam probationem, & indicium ad torturam; quando tamen deponit de ipſo maleficio directè non autem quando deponit de indicio num. 6.*

7 *Teſtis omni exceptione maior an faciat indicium ad torturam, quando ille contra quem deponit eſt bonæ famæ? num. 8.*

8 *Bonæ famæ probatio pro reo, tollit indicium malæ famæ contra eum.*

9 *Bona fama probata in genere pro reo, non tollit indicium malæ famæ in ſpecie contra eum probatæ.*

10 *Teſtis non omni exceptione maior facit indicium ad torturam; quando inquiſitus eſt leuis vitæ, vel quando concurrunt adminicula, numero 11.*

Et quando iudex habet liberum, arbitrium

trium, *num.* 12.

13 *Mulieres in ſtatu Eccleſiaſtico an cenſeantur integræ fidei?*

14 *Teſtis vt non dicatur omni exceptione maior, omnis minima macula impedit.*

15 *Duo teſtes omni exceptione maiores ſufficiunt ad condemnandum.*

16 *Teſtis ſemel approbatus, amplius reprobari non poteſt.*

17 *Teſtes requiruntur omni exceptione maiores in multis caſibus, qui recenſentur.*

1 QVamuis in Regularium Iudiciis, in quibus ex Sedis Apoſtolicæ indulto, iuris apices, ac ſolemnitates minimè obſeruari ſolent, & teſtes qui iure poſitiuo à teſtimonio ferendo repelluntur, & ſunt infames infamia iuris veluti habiles admitti queant, ſi id Regularium iudici, cauſa poſtulante, viſum fuerit, Thom. à Ieſu de viſit. Regul. tract. 3. cap. 11. nu. 9. Megal. in pract. c. 13. num. 15. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 27. Farinac. qu. 56. nu. 88. Pitigian. in 2. ſubſtantiali ca. 1. propè finem. Spatar. tract. 7. cap. 4 nu. 2. Bouer. in direct. c. 20. verſ. a primo, fol. 77. vbi quod in Regularibus iudiciis, qui à iure communi à teſtimonio repelluntur, velut habiles admitti queunt, vt etiam ante eos dixerunt Abb. in cap. de cætero extra de teſtib. D. Anton. 3. par. tit. 6. c. 15. §. 6. Sylueſt. in verbo iudex, & nos infra cap. ſequenti.

2 Non tamen huiuſmodi teſtes inhabiles, ex priuilegio habilitati poſſunt dici omni exceptione maiores, vt infra c. ſeq. num. 3. vnde quando requiruntur teſtes omni exceptione maiores, habilitati non faciunt integram probationem, vt

3 infra dicetur. Et ideo hac, & aliis de cauſis debet iudex ſcire, quinam ſunt teſtes omni exceptione maiores: Et illi dicuntur, qui nulla legitima exceptione repelli poſſunt, nec quoad perſonam, nec quoad dicta, Gloſ. in c. 1. de conſang. & affinit. & ibi Abb. n. 5. Præpoſit. nu. 7. & alii quos cumulat Farinac. q. 62. nu. 1. Gratia. diſcept. for. ca. 137. nu. 14. Barboſ. in collect. ad c. ſicut nu. 8. de probat. Qui ergo deponunt de viſu, vel de auditu, aut de alio ſenſu corporis, itavt concludant non ſolum de ſcientia, & cauſa ſcientiæ illius facti de quo deponunt, ſed de loco, & tempore, & aliis circumſtantiis, quibus nulla exceptio opponi poſſit, vt à teſtimonio repellantur, ſiue vt illorum depoſitio inficiatur, dicuntur omni exceptione maiores. Et licet aliqui contra communem opinionem, quos ſequitur Farinac. vbi ſupra nu. 2. Ponant differentiam inter teſtem idoneum, & omni exceptione maiorem, dicentes, quod qui eſt omni exceptione maior eſt magis fide dignus, quam teſtis idoneus, ſicut comparatiuus plus dicit, quam poſitiuus, de hac tamen ſubtilitate non eſt iurandum, nam gloſ. in cap. item verborum verbo idoneus inſtitut. de inut. lib. ſtipulat. & Gloſ. in ca. 1. verbo maiores de conſanguin. & affinit. nullam conſtituunt differentiam. Sufficit enim, quod teſti nihil opponi poſ-

poſſit, ſeù nulla exceptione repelli poſſit, vt dicit gloſ.in c.1. de teſtib. & ſic dicitur omni exceptione maior: Vel ſufficit vt ſit immunis à quatuor; Primò à Crimine; Secundo ab infamia; Tertiò à ſuſpicione; Quartò à manifeſta macula, & ſic dicitur omni exceptione maior, Farinac.qu.62.nu.5.cum aliis ab eo citatis.

4 Hæc qualitas, quod teſtis ſit omni exceptione maior, vel quòd ſit integer, aut bonæ conditionis, & famæ, & quid ſimile: quando à lege, vel ſtatuto requiritur, debet articulari, & probari. Baiard.qu.22. nu.9. Sed ſi à lege, vel ſtatuto talis qualitas expreſsè, & ſpecialiter nõ requiratur; non eſt articulanda, & probanda per producentem, cum à iure præſumatur, eo ipſo quod contra eum aliquid non probatur. Maſcard.concl.1248. nu.12. vol.3. Farinac.q.47.n.215.& qu.62.nu.6. 7.8. & 9. & ſeq. Ricc. in prax. var. reſ.232. num.3. Et conſuetudo obſeruat quod non probatur. Farinac. dicta qu.47.num.215. Baiard.d.qu. 22.nu.9. Et quando eſt probanda, tunc cenſetur probata, quando teſtes deſuper inducti dicunt, eum haberi pro tali, & pro tali communiter habetur, Farin.d.quæſtio.62. num.16.

5 Vnus teſtis omni exceptione maior, ritè, & rectè examinatus in ciuilibus facit ſemiplenam probationem, & in criminalib. indicium ad torturam; quando deponit de delicto immediatè per viſum, vel alium ſenſum corporeum, l.admonendi ff. de iureiurando, l.bonæ fidei C.eodem, l.maritus, & l.fin.ff. de quæſt.l.fin.ca.eodem.Bart.in l.1. §.idem Cornelio ff. de quæſt. Bald. conſ.259.col.1.ad fin.lib.1. Alexa. conſ.124.col.2.lib.6. Forſin. conſil. 54.col.2.lib.3.Crauet.conſ.9. num. 11. & conſ.99.nu.4. vbi alios citat, Clar.q.21.Maſcard.concl.895.n.5. Peguer.decis 17.n.1. Farinac. q.37. n.56.Guazz.defenſ.Reor.30.ca.30. n.2.& c.31.nu 4. Ball. var.qq.lib.1. qu.10.n.1.& alii infra citandi; Aliqui tamen volunt, quod debent concurrere cum ipſo teſte aliqua adminicula, vt faciat indicium ad torturam. Ita Alex. conſ.89. nu.6. volum.3.Iaſ.in repert.l.admonendi n.186.ff.de iure iura. Marſil.ſingul. 343.& conſ.101.num.37. 38. & 39. Brun.à Sole conſ.vnico n.97.& alii citati à Farinac.dicta qu.37. nu.55. Sed communis opinio eſt in contrarium, quòd etiam ſine aliis indiciis, ſiue grauibus, ſiue leuibus, & ſine aliis adminiculis facit indiciũ ad torturam. Bart.in l.fin.n.6.ff.de quæſt.Bald.in l 2.num.3.c.quorum appell.non recip.idem Barto.in l.3. C.ad l.Iul.Maieſt.in princ. & Bald. ibidem n.2.& Angel.et in l.milites nu.1 cap.de quæſt.Luc. de Pœn.l. quoties n.4.ca.de dignit.lib.11.Roman.conſ.451.num 4. Io.de Amic. conſ.37.nu.6.Soccin.conſ.54.nu.7. vol.3.Ruin.conſ.147.num.2. lib.2. Viu.com.opin.verbo teſtis vnicus de viſu nu.7.Becc.conſ.67.n.12. & 15.Granut.theo.23.n.5.Oſaſch.dec. Pedam.79.n.9.Rolan.conſ.7. n.10. vol.1.Dec.in ca. tertio loco nu.68. extra de probat.Gomer.tom.3.var. c.13.n.7.Carrer.in Prac.Crim.pag. mihi

mihi 80.81.Pacian.de probat.lib.1. c.61.n.6.Bertuſ. conſ.225.num.20. Menoch.de præſumpt.lib.1.qu.91. n.1,Clar.q.11.n.2.& qu.22. num.3. Cantera in qq.crim.c.2. de probat. Peguer.in pract.cap.12.§.9.num.7. Filliuc.tom.2.tract.40. c.7.nu.126. ſicFarin. qui multos congerit qu. 36.n.224.& 37.nu.41.54.56. & 58. Ghisler.de Iudic.Regul.ca.7.nu.86. Berti in pract.crim. c.11.tit.11.nu. 86.Ricc. in pract. var. reſolut.232. num.2.

6 Non tamen teſtis omnis exceptione maior facit indicium ad torturam, ſi non deponit directè immediatè de ipſo facto per aliquem ſenſum corporeum, ſed tantum deponit de indicio. Sylu. verbo indicium n.3. Angel.eodem verbo n.2. Armilla nu.1.Tabien.n.1.Sanchez in opuſc.lib.6.cap.3.dub.15.n.3. & ante eos Bart.in l.maritus, & in l. fin.ff.de quæſt.Bald.conſ.429.lib.3. Corn.conſ.501.col.2.lib.2. Crauet. conſ.6.n.12. Vbi quod hæc duo copulatiuè requiruntur, vt vnus teſtis faciat indicium ad torturam, ſcilicet quod omni exceptione maior, & quod deponat immediatè de ipſo delicto, per aliquem ſenſum corporalem, niſi deponens ſit peritus, Mandel.conſ.59.n.9.

7 Nec procedit, quando Reus contra quem deponit, eſt bonæ famæ, quia tunc vnus teſtis omni exceptione maior non ſufficit ad faciendum indicium ad torturam. Decian.tom.1.lib.5.c.36.nu.6.Sanctarel.de hæreſ.ca.41.dub.1. Pegna in direct.inquiſit.par.3.comm.110. Simanch.lib.inſtit.in nouo tit.65. à n.16.ad 20.Zenard.in direct.theolog.par.3.ca.95. fol.513. Ioſeph.de S.Maria in tribun.relig. tr.5. ca.2. §.5.Sanchez opuſc.moral.tom.2.li. 6.c.3.dub.15.n.3. Contrarium dicit Bordon.in prax.crim.ca.5.nu.10.& ca.78.nu.21. quia ſtatim quod quis accuſatur, vel denunciatur eius opinio grauatur, ca.fin. de teſtibus cum gl. verbo pendente accuſatione, c.omnipotens de accuſat.& ibi gl. verbo nunciantur, & quia fama remanet grauata non poteſt illi ſuffragari, ſed vincitur à teſte vnico nullam patiente exceptionem, contra Dianam, & alios ab eo citatos par.4. tract.6. reſ.6. Carena

8 par.3.tit.10.n.32.Clar. qu.60. n.23. circa finem, dicit, quod quando contra Reum extaret ſola mala fama in contrarium,tunc bonæ famæ probatio tolleret indicium ad torturam prouenientem ex mala fama; ſecus quo ad alia indicia ad torturam, quæ non tolluntur per bonam famam probatam ex parte rei, & ſequitur Cabal. caſu 84. nu.

9 15. Maximè quando bona fama eſt probata in genere, quia ſi non tollit indicium malæ famæ in ſpecie, multo minus tollit aliud indicium ad torturam.

10 Et regula, quod vt vnus teſtis ad faciendum indicium ad torturam requiratur,quod ſit omni exceptione maior: Limitatur primò, quando inquiſitus eſt leuis vitæ; nam tunc non eſt neceſſarium vt ſit omni exceptione maior, intelligendo per leuem vitam, quando inquiſitus eſt criminoſus, & malæ famæ, Farinac. poſt alios qu.37. num.65.

Ba-

Baiard. ad Clar. qu. 21. num. 15. vbi alios citat, Menoch. de præſumpt. 89. num. 6. lib. 1. Dian. par. 4. de tortur. in S. officio reſ. 6.

11 Limitatur ſecundò, quando cum teſte non omni exceptione maiore concurrunt adminicula, quia tunc teſtis non integer adminiculis adiuuatur, & ſufficit cum adminiculis ad torturam. Et opinio illorum dicentium, quod vnus teſtis non facit indicium ad torturam ſine adminiculis; intelligi debet quando non eſt integer, ita Boſſ. tit. de indic. ca. 14. Baiard. d. qu. 21. nu. 15. & ſic conciliat opiniones contrarias Menoch. de præſumpt. lib. 1. qu. 89. num. 11. Farinac. q. 37. nu. 56. ita etiam dicunt Sayr. in Clauis Reg. lib. 12. ca. 21. n. 34. Laym. lib. 3. tract. 6. ca. 2. Filliuc. tract. 40. n. 234. Leſs. lib. 2. cap. 30. num. 21. Et ſine adminiculis, quando non eſt integer, non facit indicium ad torturam, etiam in criminibus exceptis, Alex. conſ. 11. lib. 1. Marſil. conſil. 101. & in Pract. crimin. §. diligenter num. 5. & 6. Baiard. vbi ſupra num. 16.

12 Limitatur tertiò, quando iudex habet liberum arbitrium, tam in procedendo, quam in ſententiando, vel poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta, Alexa. conſil. 65. nu. 9. Gram. deciſ. 34. nu. 31. Baiard. d. nu. 15. ſed Farinac. q. 37. num. 69. tenet contrarium.

13 Limitatur quartò, in atteſtatione mulierum in ſtatu Eccleſiaſt. & licet fœminæ etiam habilitatę non faciant indicium ad torturam, vt ex Catald. & Firman. Baiard. qu. 21. nu. 19. Tamen in dicto ſtatu Eccleſiaſtico fides plena adhibetur in cauſis criminalibus. Idem Baiard. per Conſt. March. lib. 4. c. 17.

14 Et omnis minima macula, & defectus impedit, vt teſtis omni exceptione maior non dicatur, & non faciat indicium ad torturam, Bart. & Alex. in l. 1. §. idem Cornelio ff. de quæſtion. Pariſ. conſil. 169. n. 64. & 65. vol. 4. Peguar. deciſ. 17. nu. 1. Ambroſ. deciſ. 40. ſiue macula ſit in dicto, ſiue in perſona. Farin. qu. 36. nu. 255. vbi alios citat; quia modicus defectus impedit ſemiplenam probationem; imò leuiſſima præſumptio impedit. Roland. à Vall. conſ. 2. n. 38. vol. 3. Burſ. conſ. 37. lib. 1. Macerat. var. reſ. 44. lib. 5. Centoli. ad Farinac. p. 4. deciſ. 32. Borell. in ſumm. Deciſ. tit. 54. n. 49. Barboſ. in ca. ſicut nu. 5. de probat. nec facit indicium ad torturam, quando aliæ circumſtantiæ reſiſtunt. Blant. in repet. l. fin. ff. de quæſt. n. 324. Marſil. in pract. §. diligenter in princip. Baiard. ad Clar. qu. 21. nu 16. nec quando non fuit interrogatus de cauſa ſcientiæ. Bald. in c. 1. §. item ſacramentum, de conſuet. rect. Feudor. Alex. in l. admonendi col. pen. ff. de iure iura. Petr. Rauen. ſing. 726.

15 Duo teſtes omni exceptione maiores immediatè de delicto deponentes, ſufficiunt in criminalibus ad condemnandum, cap. quod verò ſecunda q. 5. cap. omni negotio de teſtib. Otaſch. deciſ. Pedam. 79. n. 9. Menoch. de præſump. lib. 1. præſ. 1. n. 1. Franc. Becc. conſ. 67. nu. 12. & 13. Sed ſi vnus eorum eſt inhabi.

habilis, non ſufficiunt ad condemnandum. Gabrie. tit. de teſtib. concluſ. 5. num. 12. Farinac. qu. 62. num. 345. D. Thom. 2. 2. qu. 70. art. 2. Sot. de iuſt. & iur. q. 7. art. 2. Valent. t. 3. d. 5. qu. 14. p. 2.

16 Teſtis ſemel approbatus amplius reprobari non poteſt l. ſi quis teſtibus C. de teſtibus, & ibi Barboſ. qui multos Doctores citat.

17 Multi ſunt caſus in quibus requiritur, quòd teſtis ſit omni exceptione maior; prout ad impediendam electionem requiritur quod teſtis ſit omni exceptione maior. Bordo. reſ. 26. nu. 22. Item ad probandum contra matrimonium, ca. 1. de conſangu. & affinit. Lanfranc. deciſ. 8. Rota diuerſ. deciſ. 210. par. 1. Caputaq. deciſ. 286. par. 3. Capel. Tholoſ. deciſ. 171. & 172. Ricc. deciſ. cur. Arch. 9. nu. 6. par. 2. Item quando ſunt reprobatorii aliorum teſtium. Farinac. quæſt. 62. num. 23. 24. 25. Item quando deponunt de iniuria, Bertaz. conſ. 215. num. 1. Item in caſibus in quibus ſufficit probatio famæ, teſtes ad eius probationem debent eſſe omni exceptione maiores. Dec. conſ. 105. col. 3. Iaſ. in l. admonendi col. 108. ff. de iure iur. Crauet. conſ. 249. nu. 14. Bertaz. ad Patrem conſil. 162. litt. B. Menoch. 149. num. 41.

CAPVT III.

De teſtibus inhabilibus admittendis, vel non admittendis.

SVMMARIVM.

1 *Minor. 20. annorum an, & quand o ſit idoneus teſtis in criminalibus. Et quid in cr iminibus exceptis, n. 2.*

3 *Puer vim paſſus in crimine Sodomiæ, quando facit indicium ad torturam.*

4 *Duo teſtes minores faciunt indicium ad torturam contra nominatum.*

5 *Mulieres in criminalibus, an, & quando in teſtes admittantur.*

6 *Laicus contra Clericum, vel Religioſum an poſſit eſſe teſtis in criminalibus, & n. 10.*

7 *Clerici poſſunt eſſe teſtes contra religioſos.*

8 *Moniales in cauſis monialium poſſunt eſſe teſtes, & an contra alias?*

9 *Nouitij, & tertiarij ſunt legitimi teſtes contra profeſſos.*

11 *Pauperes an poſſunt eſſe teſtes, & an viles, n. 12.*

13 *Pauperes, & viles qui cenſentur.*

14 *Carcerati, an, & quando poſſint eſſe teſtes.*

15 *Domeſtici an poſſint eſſe teſtes.*

16 *Accuſatus de crimine graui non poteſt eſſe teſtis.*

17 *Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis.*

18 *Periuri, an, & quando poſſunt eſſe teſtes.*

19 *Vſurarij an poſſint eſſe teſtes.*

20 *Teſtes an eſſe poſſint Sodomitæ, Malefici,*

lefici, Decocti, Ebrij, Fuſtigati, Banniti, calumniatores, Hiſtriones, Lenones, luſores ludorum prohibitorum, Meretrices, Criminoſi, condemnati, Heretici, Iudæi, & infideles, Apoſtatæ à Religione, proditores, & ſocii criminis.

21 *Adminicula, quæ cum teſte inhabili faciunt indicium ad torturam, quæ ſunt.*

22 *Infames repelluntur à teſtimonio.*

23 *Teſtes inhabiles in criminibus exceptis, & difficilis probationis admittuntur.*

24 *Crimina excepta, quæ ſunt.*

25 *Crimina difficilis probationis, quæ ſunt.*

26 *Inhabiles quando veritas aliter haberi non poteſt admittuntur in teſtes.*

Inhabiles, an, & quando ſunt admittendi cum tortura, vel ſine ea, & num. 27.

28 *Teſtes infames infamia facti an admittantur.*

29 *Fatui an admittantur in teſtes.*

Furioſi, & mentecapti an admittantur in teſtes.

30 *Sacerdos reuelans in iudicio aliquid in confeſſione auditum, an faciat fidem.*

31 *Quando veritas aliter haberi non poteſt, teſtes inhabiles admittuntur.*

Veritas quando cenſetur, quod aliter haberi non poteſt. ibidem.

32 *Teſtibus inhabilibus creditur, quando veriſimilia deponunt.*

33 *Teſtes inhabiles vt admittantur alia requiſita recenſentur.*

34 *Teſtis inhabilis ſi admittatur aliqua ratione ſpeciali, non tamen dicitur omni exceptione maior, & non facit indicium ad torturam niſi cum adminiculis, & num. 35.*

36 *Adminicula quæ debent concurrere cum teſte inhabili, vt faciant indicium ad torturam, remittuntur arbitrio iudicis.*

37 *Tortus ex dicto ſocii criminis, & negatiuus, ſi ſuperueniant alii duo ſocii criminis, an poſſit iterum torqueri.*

38 *Duo ſocii criminis ſufficiunt ad torturam contra nominatum, in caſibus, in quibus poſſunt de conſociis interrogari.*

39 *Duo teſtes inhabiles faciunt indicium ad torturam, & habentur loco vnius teſtis integri.*

40 *Duo ſocii criminis, an ſufficiant ad condemnandum.*

41 *Tres ſocii criminis, an ſufficiant ad condemnandum, referuntur tres opiniones, & quid quando ſunt quatuor.*

42 *Teſtis inhabilis iunctus cum teſte omni exceptione maiore facit plenam probationem: Sed contrarium tenent alii, num. 44. Concordantur opiniones, n. 45.*

43 *Teſtis prorſus inhabilis non recipit ſupplementum.*

46 *Teſtes patientes plures defectus, an poſſint admitti cum tortura.*

47 *Teſtium depoſitio in tormentis facta, an egeat ratificatione?*

48 *Tortus in ſe, & in alios ſi confiteatur, an talis confeſſio requirat confirmationem?*

49 *Confeſſio facta in tortura, quando dicitur debilior, vel validior confeſſione ſpontanea.*

50 *Socius criminis aggratiatus poteſt torqueri ad manifeſtandum complices.*

51 *Carcerati pro factis in carcere, & domeſtici pro factis in domo admittuntur,*

tur, & fuit etiam dictum ſupra, nu. 51.

52 *Teſtis ſemel approbatus reprobari non poteſt.*

53 *Teſtis inhabilis, an de iure poſſit torqueri, ſi non adſint alia indicia contra reum? & quid ſeruatur de conſuetudine.*

54 *Teſtis inhabilis, an poſſit torqueri antequam examinetur reus?*

55 *Forma decreti de torquendo teſtem inhabilem.*

56 *Forma libelli ad repellendos teſtes inhabiles, vel accuſatorem totaliter inhabilem.*

57 *Forma ſententiæ interloquutoriæ pro teſtibus inhabilibus, vel accuſatore repellendo.*

QVamquam teſtes inhabiles à iure poſitiuo à iudice regulari admitti poſſint, vt dictum fuit ſupra ca.2.n.1. Si tamen cauſa id poſtulet, & iudici viſum fuerit. Debet tamen ſcire iudex qui habiles, aut inhabiles ſunt, & quam probationem faciunt ſi ad-
1 mittantur; & primo minor 20. annorum regulariter repellitur à teſtimonio in criminalibus, l.in teſtimonium ff.de teſtib. Farinac.qu.58. à num.1.ad 12.cum aliis ab eo citatis, qui admittitur quando alii teſtes idonei non interfuerunt, Farin. ibidem n.20.& 21.vel quando delictum ſuper quo proceditur eſſet factum in loco, & tempore, in quibus alii teſtes veriſimiliter non interfuerunt, Alex.conſ.64.nu.5. Marſil. in l.de minore num.45. ff.de quæſt. Boſs.tit.de indic. & tortur. nu.168. Sed Caualc. de teſtib. par.1. nu.20. dicit, quod in criminali cauſa de conſuetudine ſat videtur teſtem eſſe puberem, quo tempore iurare poteſt. An autem reus ex ſolo teſtimonio 20. annorum in caſibus
2 exceptis, quando deponit de viſu poſſit torqueri, affirmat Caſon. de indic.tract.10. c.1. rubr. de indiciis per viſum n.12. Sed negat Farinac. qu.37.n.62. quia non eſt omni exceptione maior, & ſolus ſine adminiculis non facit indicium ad torturam, idem dicunt Cantera in qq. crimin.c.2.de probat.per teſtes qu.1.nu.31.& in par.3.tit.10.num.103. Guazin.defenſ.30. c.11. Diana par. 4.tract.4.reſol.25. Secus cum admi-
3 niculis, vnde puer vim paſſus per Sodomiam, ſi conſtet de fractura facit indicium ad torturam cum tortura, ſi voluntariè paſſus eſſet, ſecùs ſi per vim, quia ſine tortura cum adminiculis ſufficit, Plot.conſ. 50.n.231.& ſequ. Tuſc.lit.T. concl.
4 196.num.26. Duo minores multo magis ad torturam ſufficiunt Delr. diſq.mag.app.2.lib.5. qu.15. litt.F. Diana vbi ſupra. Proximus pubertati, id eſt poſt decimum annum cum dimidio in caſibus exceptis, & in caſibus difficilis probationis admittitur ſine iuramento, & facit indicium ad inquirendum, etſi eſt adminiculatum ad arbitrium iudicis facit indicium ad torturam, Farinac.qu.58.n.52. Carena par.3. tit.5.n.49.

5 Mulier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum, c.mulierem 33 qu.5.ca.forus de verbor. ſignific.& de iure ciuili admittitur, ſed non tamquam maior omni exceptio-

Digitized by Google

ceptione. Farinac.q 59.à num.1. & ideo duæ mulieres non ſufficiunt ad condemnandum, Farin.n.26.27. 28. Nec tres conuincunt in capitalibus idem n.29. in caſibus exceptis, & difficilioris probationis admittitur ſicut alii inhabiles, Farinac.à num.8. ad 14. Portell.par.1. caſu 25. nu.2. Tuſc.litt.T.concl.196.num.5. & 8. Caualc.de teſtib.part.1. nu.65. & contra religioſum, Portell. vbi ſupra nu.3. Magis creditur quam maſculus ſi deponit ad fauorem, & maſculus ad odium, Caualc. ſupra nu.64. aut quando maſculus eſt rudis, & ignarus, fœmina autem nobilis idem n.68.

6 Laicus contra clericum, vel religioſum non poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali, ca.de cœtero de teſtib. Et vnus non ſufficit ad torturam, & duo concurrere debent vt faciant indicium ad torturam; Primò, quod ſint plures; Secundò, quod deponant immediatè ſuper delicto, & non ſuper remotis. In criminibus exceptis, vel in ſubſidiū quando veritas aliter haberi non poteſt admittitur. Abb.in d.ca.de cœtero n.3. A lex.conſ.64.n.4. Farinac.quæſt.61.n.104 & nu.107. Portell. in verbo correctio fratrum nu.21. Nam ſi delictum eſſet commiſſum in loco in quo non reperiuntur Clerici tunc laici in ſubſidium ſunt idonei teſtes. Abb.in d.ca.de cœtero, & Diaz in pract.crim.c.118. vbi addit, quod ſi opinio Abbatis non ſeruaretur, eſſet dare anſam presbyteris, vt ſecurè, & impunè multa committerent delicta, etiam præſentibus laicis, & ſequitur Spatar. de modo corrigend. regul. tract.7. c.3. n.2. & nu.3. Subdit quod ſæculares bonæ famæ poſſunt, & debet abſolutè admitti in teſtes in criminalibus contra regulares, contra Rodericum tom.2.qu.11. art.5. non tamen ſunt admittendi, niſi quando iuſtitia periclitaretur cum notabili ordinis detrimento, & ad euitandum quodcumq; ſcandalum ſæculi, idem Spatar. nu.7. Admittitur etiam laicus ad probandam famam contra clericum, Decius conſil.63. Hippol.ſing.98. Barboſ. in d. c.de cœtero n.4. Farin.q.61. n.119. & contra Eccleſiaſticum infamatum, Farin.n.116. & quando cauſa ciuiliter tractatur, idem num.120. Barboſ. dicto n.4. & in crimine notorio. Farin.nu.118.

7 Clerici poſſunt eſſe teſtes contra religioſos, & eos accuſare, Roderiq.tom.2. q.11. art. 5. & qu.28. art.3. Portell. par.2. caſu 29. nu.5. Pellizar.tract.9. c.4. n.131.

8 Monialis eſt teſtis integra in cauſis monialium, & vna facit ſemiplenam probationem, & duæ plenam, Roderiq. vbi ſupra art.3. in fine, Lezana par.1.c.27.nu.15. in fine. Tamburin.diſp.14. de Abbatis q.7. nu.66. Pellizar.de monialib. cap.7. num.36. Etiamſi deponant contra fratres, qui delicta commiſerunt apud eaſdem moniales, & monaſteria earum, Spatar.d.tr.7.ca.2. nu.3. & 4. Sed in hoc diſſentit Bordon.in praxi criminal.c.16.n.36. vbi num.

9 37. dicit, quod contra extraneos non ſunt omni exceptione maiores; Nouitii, Tertiarii, & alii commenſales ſunt legitimi teſtes contra profeſſos. Bordon. vbi ſupra

num.

num.44.Roderiqu. vbi ſupra art.1. Quando delictum commiſſum eſt præſentibus laicis, & Clericis, laici poſſunt repelli parte opponente, Mich.Ferro qq.19.n.4.par.1. Fauore reorum laici præferuntur Clericis, cap.Clerici diſtin.81. Maſcard. concl.104.

11 Pauper de iure non eſt teſtis idoneus, l.3.in principio, ff.de teſtib. ca.ſi teſtes §.teſtium 4.quæſ.3. Non tamen repellitur ſi eſt perſona bonæ vocis, & famæ. Clar.qu.24.nu. 13.Caualc.de teſtib.part.4.nu.105. Non eſt tamen omni exceptione maior. Maſcard.concl.1361.nu.6.

12 Farinac.qu.17.n.1.& qu.55. num. 57. Et ſi eſt vilis non admittitur ſine tortura, ſi non ſit perſona honeſta, ſed cui ex ſorte ſua, & non ex malis operibus datum eſt vilia exercere officia, ſeu artes neceſſarias, creditur ſine tortura, Cephal. conſil.238.volum.2.Caualc. dicta par.4.num.93.Farin. q.57. num.49.

13 illos vocat pauperes, qui de proprio labore, & artificio viuunt; & illos n.54.vocat viles, qui ſunt villani, & qui ex infima plebe nati, vel à vilitate exercitii, vt Hiſtriones, Buffones, Ioculatores. Et qui ſunt inhabiles ex natura, ſeu officio, aut arte non infami, non torquentur, Farin.q.55.nu.68.& conſ. 31.n.8.Guazzin.defenſ.reor.19.ca. 10.n.10. Miranda qu.17.nu.227.& ſeqq.

14 Carceratus pro crimine de iure infamante teſtimonium ferre prohibetur, cap. ſi teſtes, §. lege Iulia, & ibi gloſ. in verbo in vinculis 4.q.2.c.non debet, & ibi DD. de teſtib Sanch.conſ. moral. tom.2. lib.6.c.5.dub.14.n.1.Farin.q.56. nu. 180.Barboſ.qui multos citat, in d.c. non debet n.2. in criminib. exceptis, & quando veritas aliter haberi non poteſt admittitur, Merlin.controu.for.98.n.3.admittuntur etiam in his quæ facta, aut dicta ſunt in carcere, Ricc.dec.180.par.1. Sicut teſtimonio domeſticorũ ſtatur circa ea, quæ fiunt in domo.Beninten.

15 dec.43.n.3.Menoch. de arbit.q.73. n.32.Ricc. deciſ.217. in fine par.1. & dec.118. n.4.eadem par.1.

16 Accuſatus de crimine graui pendente accuſatione à teſtimonio repellitur in criminalibus, ca.ſi teſtes 4 qu.3.l.in teſtimonium ff. de teſtib. idem dicitur de inquiſito, denũciato, & de eo, cui per viam exceptionis crimen obiicitur, Farin. q.56.n. 167. & ſeq. limitat in criminib. exceptis n. 73.& in accuſato per fraudem ne teſtimonium ferat, n.178.

17 Excommunicatus maiori excommunicatione repellitur à teſtimonio cap. decernimus de ſent. excom.in 6.Maſcar.concl.705. etiam ſi excommunicatio eſſet occulta, ſi tamen eſſet probata, & idem dicitur de ſuſpenſo, Farinac.q.56. num. 242. abſolutus ad cautelam admittitur, n.249.Sicut excommunicatus ſub conditione, Farinac. ibidem num.276. & abſoluendus eſt, vt valeat depoſitio, Ricc.par.ſeptima reſolutio.259. in caſibus exceptis, aut difficilis probationis admittitur, idem num.282. Carena par.3. tit.5. num.24. Barboſ. in capit. veniens 38. de teſtib. vbi quod debet abſolui ad effectum teſtificationis.

Per

18 Periuri à teſtimonio repelluntur, ca. conuictus, & ca. paruuli 22 q. 5. c. quicumque 6. q. 1. qui nullum faciunt indicium, etiamſi eſſent emendati, & pęnitentiam egiſſent, Maſcard. de probat. concluſ. 1168. num. 16. & 18. & 19. Barboſ. in cap. teſtimonium n. 4. de teſtib. & huiuſmodi defectus nec purgatur per torturam. Farin. qu. 56. à nu. 186. & ſeqq. vbi adducit plures ampliationes, & limitationes, tamen de conſuetudine in criminalibus attenditur dictum in tortura, ſed non grauat nominatum ad torturam ſine aliis adminiculis, vt poſt Clar. Farin. qu. 66. num. 186. & conſil. 10. n. 10. Guazin. defenſ. 19. ca. 16. n. 16. & c. 18. n. 8. Et tantum ad inquirendum purgatur ſine adminiculis.

19 Vſurarius non poteſt eſſe teſtis, quia infamis, l. improbum ex quib. cauſ. infam. irr. 03. etiam poſt peractam pœnitentiam. Farinac. qu. 56. n. 352. & ſeqq. Barboſ. in c. in nomine n. 20. de teſtib. quia infamia iuris nō aboletur per pęnitentiā, ſed tantū per Principē. Farin. ibi. ad n. 357.

20 Item non admittitur Sodomita. Nouell. regul. 216. nu. 28. Maſcard. concl. 1313. n. 6. quia eſt infamis, l. cum vir n. 31. C. ad leg. Iul. de adult. quod intelligi debet poſt ſententiam, vel notorietatem; Tolet. lib. 2. c. 74. in fine. Garzias par. 11. cap. 10. n. 149. Diana par. 1. tr. 3. reſolut. 11. Theſ. dè pœnis par. 2. verbo Sodom. Item maleficus c. conſtitutiones 3. quæſ. 5. Rebuff. de reprob. teſt. n. 332. Item decoctus Farin. qu. 56. nu. 446 ad 451. & multo minus qui bonis ceſſerunt idem nu. 448. Item penitus Ebrius tempore teſtimonii, Farin. num. 434. Non autem repellit modica ebrietas idem nu. 438. Item fuſtigatus l. fuſtibus C. ex quib. cauſ. infam. irrogat. idem Farinac. n. 456. & deciſ. 664. nu. 4. par. 1. recent. vbi loquitur de tranſmiſſo etiam ad triremes, Item condemnatus de adulterio, Item concubinarius manifeſtus, Farin. n. 284. & deciſ. 40. num. 2. & deciſ. 125. par. 4. Item Bannitus idem Farin. nu. 328. Blaſphemus idem Farin. num. 414. Gratian. diſcept. for. ca. 93. num. 16. Item calumniator de calumnia condemnatus, idem Farin. nu. 459. item Hiſtrio, idem Farin. num. 439. item Leno, idem Farinac. num. 365. Mar. Anton. deciſ. 28. n. 9. Mantica deciſ. 142 num. 6. Etiam emendatus idem conſ. 32. n. 6. lib. 6. Luſor ludorum prohibitorum tempore teſtimonij, & non antea, vel poſtea, Gram. deciſ. 116. n. 6. Auendan. de exequen. mandat. par. 2. cap. 9. n. 12. Maſcard. concl. 995. & 1316. num. 9. Dummodo ſolitus ſit ludere, Farin. ſupra nu. 427. 429. item Meretrix, Clar. q. 24. n. 14. Mago. dec. Lucens. 89. n. 4. Maſcard. concl. 1063. nu. 40. & 1356. n. 20. & 66. Farinac. par. 4. conſ. 38. n. 15. & par. 1. recent. deciſ. 207. n. 2. & 3. admittitur in caſibus exceptis, aut difficilioribus, ſed vnica ſine adminiculis, non facit indicium ad torturam, idem Farin. dicta qu. 56. nu. 358. vſque ad 369. vbi, quod admittuntur meretrices ad probandum ea, quæ facta ſunt in proſtibulo, & qu. 188. à num. 83. quod admittuntur cum tortura, & duæ meretrices non ſufficiunt ad

condemnandum, Ricc. deciſ. 246. par. 1. Nec poſſunt eſſe teſtes, etiam ſi deſinant meretricari, Farin. conſ. 130. nu. 20. vol. 2. Item criminoſus tum ille, qui de crimine per ſententiam condemnatus eſt, non ille contra quem crimen oppoſitum probatur, Farinac. qu. 56. n. 126. & ſeqq. aut qui pluries fuerit inquiſitus, & carceratus, quamuis non confeſſus, nec condemnatus idem num. 131. 132. & de iure canonico quodlibet peccatum mortale ſufficit in cauſa criminali, ſi non apparet emendatus, Feder. de Sen. conſ. 220. num. 4. Corn. conſ. 55. nu. 7. lib. 4. Farin. num. 166. debet tamen perſeuerare, vt repellatur à teſtimonio c. ſuper, & c. teſtimonium de teſtib. & ibi Barboſ. n. 2. Farin. q. 283. condemnatus de quovis crimine non eſt ipſo iure infamis, niſi id ſit expreſſum in iure, ſed tantum eſt in famis infamia facti, ſi crimen eſt graue, Bordon. in praxi crim. ca. 9. nu. 33. In criminibus exceptis, aut difficilis probationis admittitur cũ tortura, Farin. ſupra n. 148. & 162. Item Hæretici, Iudæi, & infideles non admittuntur, ca. pagani, & ibi gloſ. in verbo accuſare 2. q. 6. Farin. qu. 156. Niſi in criminibus exceptis, Farin. q. 55. n. 127. & vbi veritas aliter haberi non poteſt, idem num. 231. item Apoſtata a Religione ſua, Maſcar. de probat. concl. 112. n. 17. & 18 Farin. q 56. nu. 444. item proditor, Farin. ibidem num. 127. & 432. item ſocius criminis, l. fin. C. de accuſat. c. veniens 1. de teſtib. Clar. q. 21. n 4. Gomez. tom. 3. varia. c. 12. qu. 16. Menoch. de arbitr. caſu 476. n. 18. admittitur tamen cum tortura, Farinac. qu. 43. n. 134. Carena par. 3. tit. 10. nu. 38. & cum adminiculis facit indicium ad torturam,

21 adminicula eſſe poſſunt, inimicitia capitalis occiſi concurrente cum dicto ſocii, Farin. q. 43. n. 168. Secundò fama contra nominatum n. 169. Tertiò, fuga nominati num. 170. Quartò, ſtricta amicitia, & aſſidua conuerſatio cum nominato, nu. 171. 173. Quintò, allocutio facta ad aures cum nominato immediatè ante delictum, nu. 175. Sextò, teſtes de auditu à num. 175. & ſeqq. quando ſocij ſunt duo ſine adminiculis ſufficiunt ad torturam, quia vnus alteri adminiculatur. Carena par. 3. tit. 10. num. 37. Diana par. 4. tract. 6. reſol. 7. Ciarlin. c. 10. n. 119. Farin. qu. 43. nu. 41. & 42. Guazin. defenſ. reor. 32. c. 8. n. 4.

22 Tandem ſupradicti infames repelluntur in totum à teſtimonio, in caſibus non exceptis, & facilioris probationis, c. nulli 11. 3. q. 4. ca. teſtimoniũ 54. de teſtib. ſiue ſint infames infamia iuris ſiue facti, Fari. q. 36. n. 37. Nec admittuntur contra alios infames, idẽ q. 56. n. 44. tamẽ in

23 caſibus exceptis admittuntur, ſcilicet in crimine hæreſis, in crimine læſæ Maieſtatis, in crimine ſimoniæ, in crimine ſacrilegii, in crimine fraudatę annonæ, in cauſa dilapidationis bonorum Eccleſiæ, in crimine fraudati cenſus, in crimine falſæ monetæ, in crimine perduellionis, in crimine ſortilegij, maleficij, ſodomiæ, & furti famoſi, Gomez. c. 12. n. 16 Farin. qũ. 56. nu. 70.

24 Et in criminibus, quæ ſolent perpetra-

petrari occultæ, & difficilis probationis, vt ſunt furtum, adulterium, ſuppoſitio partus, coniuratio, conſpiratio, ſimulatio, fraus, dolus, tractatus, omnia carnis delicta, & delicta facta de nocte, Farina. dicta qu.62.n.28. & 120. Maſcard.concl. 1311.nu.34.Dec.conſ.189.num.10. Crauett.conſ.178. poſt nu.3. Caputaq.deciſ.277.n.8.& ſeq.par.3. Rota deciſ.147. num.15. par.1.recent. Melfi c.8.de pœnis.q.10. De Ange-
25 lis ca.14.num.2.in fine, & quando veritas aliter haberi non poteſt quam per infames, nam tunc in ſubſidium admittuntur, Farin.qu. 56.nu.50.51. Vnde de actu facto in proſtibulo admittuntur lenones, meretrices, & concubinarii, & de delicto facto in ludo, quòd Barri admittuntur, idem dicitur de delicto facto in nemore, ſilua, campis, cubiculo,& ſimili, idem n.56.Ricc.
26 var.reſol.212.n.3.& in ſupradictis caſibus nō debent admitti niſi cum tortura, Farinac. dicta q.56.nu.56. & q.62.n.125.Ricc.deciſ.244.nu.8. 9.& 10.part.1.& deciſ.267. num.2. par.2.& deciſ.298.nu.1.par.3. quia teſtes inhabiles defectu famæ, vel ſtatus, & ex propria culpa non admittuntur ſine tortura, Clar.qu.25. n.1.Boſs. de tortura teſtium num.3. Maſcard.de probat. concluſ. 1359. Bertaz.conſ.30.nu.31. Burſat.conſ. 30.nu.31.Burſat.conſ.276.nu.11.& alii ſupracitati, Farin.q.56.nu.36.& 57.& qu.72.n.300.aſſerit, quod inhabiles inhabilitate vitioſa ab eis cauſata admittuntur cum tortura, Compend.Roderiqu. reſ.42.nu.18. inhabiles autem inhabilitate non vitioſa, vt affines, conſanguinei, domeſtici, familiares, compatres, minores, fœminæ, birruarij, tabernarii, pauperes, viles, admittuntur ſine tortura. Guazin. defenſa reor. 19.c.10. n.10. Nihilominus in aliquibus Curiis etiam inhabiles ratione famæ, vel ſtatus admittuntur ſine tortura, vt infra dicetur.

27 Admitti poſſunt teſtes infames ſine tortura in omnibus Curiis, quando ſunt à Principe reſtituti ad famam, & honores, aut diſpenſati, aut quando infamia eſt occulta, & non probata, & ſi tempore depoſitionis communi opinione reputati fuerant habiles, tunc propter communem errorem non vitiatur eorum dictum, licet ex poſt facto detecta fuerat inhabilitas, DD.in l.1. C.de teſtib. Caualc.de teſtib.par.1. nu.87.Poſſunt etiam huiuſmodi inhabiles admitti à iudice habente poteſtatem iudicandi ſola facti veritate inſpecta, Menoch.de arbitr. lib.1.qu.27.a nu.1.& ſeqq.Et ſi condemnatus de infamia appellauit, pendente appellatione poteſt teſtimonium dicere, etiamſi poſtea cauſa efficiatur deſerta, Farin.ſupra nu.93. Nec inualidat teſtimonium infamia ſuperueniens poſt depoſitionem, quia tempus depoſitionis inſpicitur, Farin. n.94. & dec.147. par.1.recent. Caualc.de teſtib. par. 4. num.35. Si infamia in teſte eſſet incurſa ipſo iure,& hoc iudici conſtet, poteſt repelli ex officio ante declaratoriam, ſecus ſi requiratur iudicis ſententia, quia debet eſſe condemnatus, Farinac.ſupra num. 36.

Teſtes

28 Teſtes infames infamia facti cũ tortura admittuntur, etiam, quod veritas aliter haberi poſſit de conſuetudine, ad coadiuuandum dicta aliorum, Caualc. de teſtibus par.4. num.86.

29 Fatui, & mentecapti, qui neſciunt quid dicunt, & extra propoſitum loquuntur non poſſunt eſſe teſtes, Caualc. de teſtib. par. quarta nu.19. Farinac. qu.61. vbi idem dicit de lunaticis, & phræneticis, num.4.

30 Furioſus etiam à teſtificando repellitur, idem nu.1. habens tamen lucida interualla de eo, quod ſcit, aut vidit pacato furore, etiam quod furor ſuperueniat, eo ceſſante poterit teſtificari, Albert. de teſtib. nu.32. In dubio depoſitio præſumitur facta timore ſanæ mentis, idem Farin. nu.16.

Sacerdos, qui de licentia pœnitentis reuelat in iudicio aliquid in confeſſione auditum nullam facit fidem, Ricc. deciſ.172.n.8.

31 Etſi, quando veritas aliter haberi non poteſt, teſtes inhabiles admittantur, tamen quod veritas aliter haberi non poſſit, non dicitur ex eo, quod in facto, ſeu delicto alii teſtes actu non interuenerunt, ſed quando ratione loci, aut temporis, aut quando in facto de ſui natura, habitu alii teſtes interuenire non potuerint, prout in Criminalibus ſunt Coniuratio, Conſpiratio, hæreſis, & his ſimilia delicta difficilis probationis; & in Ciuilibus geſta in Capitulo, aut in aliqua Congregatione, in qua extranei non ſolent interuenire. Secus autem dicit in aliis, in quibus, etſi alii teſtes actu non interuenerint, habitu tamen interuenire potuerunt; prout eſt homicidium, iniuria, violentia, & his ſimilia, ita Farinac. q.62. nu.62. cum aliis ab eo citatis. Sed hęc opinio aliis non placet, nec mihi; & contrarium dicit Clar. q.24. nu.19. vbi quod contrarium vidit ſeruari, & iudicio ſuo melius, & Ricc. dec. 218. nu.12. par.1. etiam dicit, quod pluries vidit ſeruari oppoſitum, & iudicio ſuo melius; nam ratio propter quam Doctores mouentur, (quæ eſt difficultas probationis,) ita militat, quando certum eſt alios non adfuiſſe, prout quando adeſſe non potuerunt. Et ideo in huiuſmodi caſibus, vbi certum eſt; aut etiam veriſimile, alios non adfuiſſe, Senatus Mediolan. ſolet fidem adhibere teſtib. inhabilibus, ſi non ad condemnandum pœna ordinaria, ſaltem ad infligendam pęnam extraordinariam, vel ad torquendum. Ita Clar. & ſequitur Granut. Theor.19. num.14. lib.1. & Baiard. ad Clar. d. qu.24. n.114. Imò opinio, quod teſtes inhabiles non admittuntur, quando ex natura actus alij potuerunt interuenire; Procedit, quando quis in culpa fuit eos non admittendi, vt in matrimonio, vel ſimili caſu. Secus vbi nulla culpa poteſt ei imputari; puta quando quis fuit vulneratus coram teſtib. inhabilibus; Tunc etiam ſufficere debent, dicunt Alex. conſ.152. nu. 15. vol.5. & ſequitur Gram. conſil. 26. nu.27. Baiard. d. num.114. Ricc. vbi ſupra in fine, & Caualca. de teſtib. p.4. num.118. dicit, quod in

cauſa criminali, teſtes inhabiles in practica admittuntur, maximè quando veritas ab aliis haberi non poteſt; & ſufficit quod alii ibidem non adfuerint, reiecta à conſuetudine illa opinione, quod actu, & habitu, & in potentia adeſſe non potuerunt. Et p.5. num.191. dicit, quando cadit difficultas probandi, admittuntur probationes minus integræ, cap. tertio loco de probat. c.illud de præſumpt.l.conſenſu de repud.Clar.qu.24.verſ.ſciendum, Menoch.de arbitr.caſu 116.ab aliis tamen excipiuntur inimici, & partes principales, dicit Caualca. vbi ſupra, qui paucis interiectis, ſubdit: Et ſufficit de conſuetudine, quod veritas ab aliis haberi non poſſit, quando à communiter accidentibus alii teſtes haberi non poſſunt, abſque illa conſideratione actu, & habitu, de qua per Gram. deciſ.34.nu.7. & idem eodem num. 191.circa finem, aſſerit Clar.§.fina. verſ.ſciendum,ait; Sat eſſe quod alii teſtes non fuerint, ſed ipſe dico, ſat eſſe ſi ibi alii teſtes non fuerint, vel ſi fuerint non audierint, vel viderint, vel modo ſint abſentes, vel mortui, vel adeo impediti, vt nullo modo haberi poſſint; Imò, & ſi alii ibi fuerint, ſed nō nominati in proceſſu,nec noti Iudici,quamuis facillimè haberi potuerint, & à Curia ignorantur; Puto in hoc caſu quod teſtes inhabiles admittantur, & ſic verificatur dictum Ploti in l.ſi quando num.38. & 39.C.vnde vi; qui cum aliis dicit, arbitrarium eſſe Iudici veritatem aliàs haberi non poſſe: alioquin ſi dicta duo requiſita, videlicet actu, & habitu forent neceſſaria, non eſſet arbitrarium Iudici; Vnde Iudex à ſeipſo, cuius arbitrio committitur, poterit ſe informare, an alii teſtes haberi potuerint; & inſpecta natura facti,qualitate perſonarum, loci, & temporis,iudicare poterit, quod veritas aliter haberi non poſſit. Socc. conſ.136.volum.1. Sforz. Od.de reſtit.in integr.qu.48.nu.47. Plor.in l.ſi quando §.2.nu.8. c.vnde vi, Maſcard. concluſ.1403. nu.2. & 4.Farinac.q.62.nu.61.Et Bendinar. conſ.54.nu 43.inter conſil.crim.diuerſ., inquit, quod in loco populoſo in quo poterant eſſe plures homines, & non reperiuntur niſi duo inhabiles; quod illi inhabiles probant, ſi probatur per duos teſtes, quod ibi tunc non interuenerunt niſi illi duo. Nec valet nec eſt bona illa ratio adducta contra Clarum à Riminald.conſ.360.num.88. & 90.lib.4. Quòd ideo admittuntur inhabiles, quando ex natura negotii non potuerunt interuenire teſtes actu, & habitu, vt in geſtis in Capitulo, in Collegio,& id genus; quia talis caſus dicitur eſſe merè neceſſitatis,propter quã poteſt recedi à regula iuris; nam falluntur exiſtimando dictam neceſſitatem eſſe cauſam, & rationem quare teſtes inhabiles admittuntur, in hoc caſu de quo agitur; Sed vera ratio, eſt difficultas probationis, quam adducit Roman.conſ.76.col.2. verſ.2. & refert, & ſequitur Gabr. tit. de teſtib.concluſ.7. nu.3. & Clar. loco citato, cui addi poteſt ne defectu probationis per teſtes omni exceptio-

ptione maiores, delicta remaneant impunita contra bonum publicum, cum in materia probationum fauor publicus verſetur. Dec. in cap. cum cauſam nu. 10. de probat. Granut. theor. 15. nu. 15. & dicto theor. 19. nu. 14. Et ita concludendum eſſe puto contra Boſſium, & Farin. ſaltem quoad infligendam pœnam extraordinariam, vel ad torquen-
32 dum. Teſtibus inſuper inhabilibus creditur, quando veriſimilia depo nunt. Angel. conſ. 365. col. fin. Crauet. conſ. 35. num. 7. Ludouic. deciſ. Lucan. 3. n. 31 Baiard. qu. 24. n. 116. Ricc. deciſ. 218. nu. 6. p. 1. In delictis occultis teſtes inhabiles admittuntur. Gramm. conſ. 37. n. 7. Maſcard. concl. 1359. Ricc. deciſ. 196. num. 2. p. 1. & in delictis factis de nocte. Alex. conſ 156. nu. 10. lib. 5. Crauet. conſ. 188. nu. 2. vol. 1. Ricc. d. num. 2. Baiard. d. q. 24. nu. 120. & in delictis factis in domo. Butr. & Felin. in c. tertio loco de probat. Ruin. conſ. 158. n. 12. vol. 2. Maſcard. lib. 3. concluſ. 1359. num. 9. de probat. Farina. qu. 62. nu. 62. Et in Crimine ſtupri, ſoror ſtupratæ, & alii familiares admittuntur, & faciunt indicium. Dec. conſ. 143. Baiard. q. 24. n. 121.

33 Ad hoc vt inhabiles teſtes admittantur plura alia concurrere debent ſecundum Doctores; Primò, quod inhabilitas ſit extrinſeca, nam ſi ex inimicitiis, & odiis oriatur, repelluntur etiam in criminibus exceptis. Gram. conſ. 45. num. 19. Arnon. Soliloq. 13. Bertac. conſ. 528.

Secundò, quod deponat cum iuramento, etiam quod ſit Reus, quando deponit contra ſocios; quia tunc fungitur officio teſtis, & requiritur iuramentum. Marſil. in Pract. §. diligenter n. 62. Clar. q. 21. nu. 12. Peguer. deciſ. 5. nu. 34. & ſufficit quod iuramentum interueniat antequam ponatur ad torturam, vel poſtea præſente eo contra quem depoſuit, prout ſeruatur in confrontatione, Clar. ibid. ex Boer. deciſ. 319. num. 4. Peguer. vbi ſupra num. 35. Cabal. caſu 185. n. 3. & 4.

Tertiò, quod producantur ad facti ſubſtantiam comprobandam, non ad probandum adminicula. Farin. qu. 37. nu. 18. & 32. & qu. 62. nu. 387.

Quartò, vt plures duobus teſtes inducantur; quod, quando verum ſit infra dicetur.

Quintò, quòd per viam Inquiſitionis, & ex officio procedatur, ſecus ſi per viam accuſationis, Gram. conſ. 45. n. 12. Baiard. qu. 24. nu. 122. Farin. d. qu. 62. num. 71. qui nu. 87. contrarium dicit in cauſa hæreſis, poſt Archidiac. & Guid. & Maſcard. concl. 857. num. 30. & 31. lib. 2.

Sextò, quod non debent admitti ſine tortura, l. ob carmen ff. de teſtib. Farinac. qu. 56. nu. 56. 162. 413. Compend. Roderiq. reſol. 42. nu. 18. quando ſunt inhabiles defectu famæ, vel ſtatus, vt fuit dictum ſupra.

34 Sed hic oritur alia difficultas. An teſtis inhabilis, ſeù non integer admiſſus, vel quia ſumus in his, quæ fiunt clam, & ſecretè, vel quia non poſſunt haberi alii teſtes habiles, vel aliqua alia ratione ſpeciali admittatur cum tortura, dicatur

omni exceptione maior? Videtur dicendum quod ſic, alias multa delicta defectu probationum remanerent impunita, quod eſſet contra bonum publicum, ex cap.3. loco de probat. Gramat. deciſ. 34. nu.4. ſequitur Baiard. d. qu.24. nu. 113. Alex.conſ.112.vol.2.Dec.conſ. 342.n.3. Gabriel. de teſtib.concl.7. Cæſar de Graſſ.deciſ.175.nu.9.Ludouiſ.deciſ.351.nu.4.& 5.Megal.in Prax.c.13.n.15.& facit indicium ad torturam, vt voluit Franc. conſon.de indic.tract.10.c.1. n.12. Ric. deciſ.196. p.1. vbi quod duo teſtes inhabiles conuincunt, ſi deponant ſe vidiſſe aliquem videre falſam monetam in loco deſerto, & inſolito, idem deciſ.217.num.9. p.1. & deciſ.218.n.2.& 3.

Sed contrarium, quia tortura non purgat in totum inhabilitatẽ, ſed in parte, vnde quãdo teſtes non integri admittuntur aliqua ratione ſpeciali, non ſunt omni exceptione maiores, dicunt gloſ. in l. etiam matris, ff. de probatione, Alex conſ.11.n.2.lib.1.Marſil.conſ. 109.nu.15.vol.2.Gram.conſ.59.nu. 12.Boſs.de indic.& conſid.ante torturam num.150.& 177. & ſequitur Hipp.Rim.inter conſil.crim.diuer. conſ.84.nu.9 vol.2. Rolard.à Valle conſ.24.num.69. lib 1. Gomez.var. reſol.tom.3.tit.de prob.delict. n.23. Clar.d.q.24.verſ.item ſcias, Tuſch. litt T.concl.236.n.1.Chacher.conſil.64.n.3 Burſ.conſ.121. nu.21. Farinac.q 37.n.67.q 43.nu.4 .. qu 56. nu.54.55.q.62.nu.32.35.72.98 & 384 & ſeq q.72.à nu.73.Iul.Chart deciſ.88.nu.16.& deciſ.91.num.30.

Sed qualem probationem faciunt Gramm.conſ.45.n.24. & conſil.59 nu.12. Roland. conſ.3. nu.50. lib.3. Hipp.Rim.conſ.175. num.8. lib.2. Burſ.conſ.430.n.1.lib.4.Boſs. dicto nu.177.Farinac.dicto q.62.nu.384. Baiar.ad Clar.q.24.n.118. Et iſta qualis qualis probatio inducta per teſtes inhabiles eſt minus, quàm ſemiplena, Hippol.Rim.conſ.120. num.23.lib.2. Farinac. d. quæſt.62. num.73. Et ſic vnus teſtis inhabilis, quando aliqua ratione admitti poteſt, deponens de veritate, non facit indicium ad torturam, etiamſi deponat cum tortura, Corter. in pract. in 2. tract. de indic. & tortur.num.5. Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt.89. num.7.8. & 12. Tuſc. dicta concluſ.236. num.4.

35 Tamen cum aliis adminiculis benè facit indicium ad torturam. Bald. & Doctores in l.ſi quis ex argentariis §. 1. ff. de edendi, & ibi Iaſ. col.5. Alexa. conſil.11. vol.1. & conſ.5.& 41. volum.2. Angel.conſil. 3. Cephal. conſil.40 Boſs.tit. de indic.nu.160. Marſil. conſil.28. nu. 17. Boer.deciſ.319.num.4.Surd.deciſ.325. num.3. & 11.deciſ.135.nu. 4. & 5. conſ.290. num.46. Crauett. conſ.61. num.9. conſ. 135. num.33. Burſat. conſ.421. num. 10. Decian. conſ.18. num.64.67. & 69. lib.primo, Maſcard.concl.1311.num.12. Menoch. de arbitr. caſu 474. num. 43. Farinac.conſil.38.num.9 & qu. 79. num. 52. & conſil.22. numero 21. Baiard. quæſt.25.num.39.Guazzi. defenſ.reor.19. cap.10 num.4. Aldret. de diſcipl. tuend.lib.2. cap. 8. num.27. Ioſeph à Sancta Maria

in

Digitized by Google

in tribun. relig. tract. 5. cap. 2. §. 5. Dian. par. 4. tr. 6. reſol. 7. Hinc eſt, quod ſi ſocius criminis fatetur contra ſe, & tertium, & eius depoſitio fuerit adminiculata, & illā firmauerit in tortura, grauat nominatum ad torturam, etiam in criminibus non exceptis, Clar. qu. 21. verſ. ſed quid, & ibi Baiard. nu. 31. Rim. conſ. 723. num. 36. vol. 6. Honded. conſ. 100. num. 16. vol. 1. Maſcard. concluſ. 819. num. 13. & ſeq. Cabal. caſu 200. num. 128. Guazin. defenſ. reor. 32. cap. 8. num. 2. Et an fine adminiculis aliquando facit indicium ad torturam; infra cap. 6. n. 21. regulariter tamen debent neceſſario concurrere iſta duo, nempè Tortura, & adminicula, vt vnus teſtis inhabilis faciat indicium ad torturam, ita Doctores ſupracitati, & Berſat. conſ. 234. nu. 1. vol. 1. Borel. ſumma deciſ. tit. 16. num. 46. par. 2. Ricc. deciſ. Archiepiſc. 208. num. 2. par. 3. Deponte conſ. 9. nu. 6. volu. 2. Intrigl. deciſ. 12. num. 9. Rota Roma. deciſ. 283. num. 3. par. 1. libro primo, Caſtil. deciſ. 160. nu. 3. Etiam in criminibus exceptis, Honded. vbi ſupra, Cabal. caſ. 200. num. 28. in quibus leuiores ſuſpiciones, & adminicula ſufficiunt, quam in non exceptis, Clar. qu eſt. 21. num. 9. in fine. Peguer. deciſ. 5. num. 32. & ſeq. vbi dicit, non
36 eſſe in iure determinatum, quæ adminicula concurrere debent, & ob id relinquitur arbitrio Iudicis, iuxta qualitatem perſonæ, & delicti; Charlar. deciſio. 88. numero 19. & deciſio. 92. nu nero decimo, dicit; quod ſufficit adminiculum malæ famæ inculpati, & vnum adminiculum ſufficit, Clar. vbi ſupra, Boſs. tit. de indic. numer. 149. Baiard. ad Clar. dicta quæſtione 21. num. 31. Quando de indicio, & tortur. par. 2. cap. 5. num. quinto, Souſ. in Aphoriſm. Inquiſit. libro primo cap. 25. num. 24. Dian. par. 4. tract. 6. reſolut. 7. Peregr. conſil. 2. num. 9. volum. 2. Adminiculum tamen debet eſſe probatum per duos teſtes, Clar. quæſtio. 22. num. primo, Gomez. de delict. cap. 13. num. 18. Honded. conſil. 87. num. 120. Bertaz. conſ. 251. numer. 33. volum. 2. Farinac. quæſt. 37. num. 14. & 17. & quæſt. 43. à num. 169. vſque ad num. 175.

37 Et ſi quis ex dicto teſtis inhabilis, vel ſocii criminis adminiculato, & cum tortura, vt ſupra, eſſet tortus, & negatiuus, an ſi poſtea ſuperuenerint duo ſocii criminis contra illum, & deponant de eodem delicto, poſſit iterum torqueri, Giurb. conſ. crim. 50. nu. 41. & Dian. p. 4. tract. 6. reſ. 7. not. 2. dicunt quod ſic.

38 Duo ſocii criminis, etiam ſine aliis adminiculis ſufficiunt ad torturam contra nominatum, (quicquid alii relati per Farinac. qu. 43. n. 34. dicant, quòd non faciunt indicium ad torturam, & alii relati per eundem Farinac. eadem quæſt. 43. num. 69. dicant, quòd plenè probant.) In caſibus in quibus poſſunt de conſociis interrogari, Farinac. ibidem num. 39. & Doctores per eum citatos, vbi docet de communi, Boſs. de indic. nu. 51. Clar. q. 21. n. 11. & ibi Baiard. n. 45. & 48.

Digitized by Google

& 48. Boer.deciſ.319.n.5.Bonacoſ. comm.opinio.p.1.litt.I.Claud. ad Bertaz. conſ.332. litt. C. Peguer. deciſ.crim.5.num.37. Peregr. conſ. 2. num.8. vol.2. Chartar. deciſ. 92. num. 7. 8. & 12. Menoch. de præſumpt. lib.1. qu.91.num.5. Debent tamen deponere cum iuramento, & tortura, Cabal.caſ.185.nu.3.4.& 5. quæ tortura in aliquibus Curiis non ſeruatur; prout, quod non obſeruatur in Concilio Cataloniæ, teſtatur Peguer.deciſ.crim.5.n.38. & 39. Quòd non obſeruatur in magna curia Siciliæ, teſtatur Bàll.tractat.var.lib.1. qu.26. num.6. Quòd non obſeruatur in tribunali Inquiſitionis Hiſpaniæ, teſtatur Diana p.4.tra.6.reſol.10. & 11. vbi loquitur de omni teſte inhabili, quòd non obſeruatur in cur. Archiepiſc. Neap.teſtat. Ricc.p.2.deciſ.268. & reſolut.43.rerum quotidianar. Vbi tamen non viget talis conſuetudo, debet ſeruari, & ſufficit quod depoſitio fiat ſtatim depoſito Reo de tortura, licet non fuerit facta in ipſa tortura, Blanc.de indic. nu. 380. 381. Boer.deciſ.319. ſub nu.3. ad finem, Peguer.dicta dec.5.n.39. Cabal.d.caſu 185. in fine; Sed duo ſocii criminis, ac etiam plures non debent eſſe prorſus inhabiles, quia tunc numerus non tollit inhabilitatem, nec ſupplet probationem, Chart. deciſ.crim.92. num.14. & ſi ex duobus ſociis criminis vnus deponit cum tortura, & alter ſine tortura, non faciunt indicium ad torturam contra nominatum ſecundum Bertazol. conſ. 274. maximè ſi adſint indicia exculpantia inculpatum.

39 Et quod dictum eſt de duobus ſociis criminis, multo magis procedit de aliis teſtibus inhabilibus, qui duo faciunt indicium ad torturam, Carrer. in pract.crim. in l. obſeruare nu.165.Corſet.conſ.217. volum.1.Maſcard. qui multos citat concl.857. num.38. vbi, quòd ſufficiunt ad torturam, vel pœnam extraordinariam imponendam.Baiar. ad Clar. qu.24. num.118. Farinac. quæſt.56. num.68. quia duo teſtes inhabiles habentur loco vnius teſtis integri, Baiard.qu.22.nu.10. & alii citati à Farinac.q.62. num.273. Dummodo deponant de delicto immediatè, & non ſuper adminiculis, & remotis. Farin.qu.56.nu. 72.& ſeqq.

40 Duo ſocii criminis cum adminiculis an ſufficiant ad condemnandum, Peguer.deciſ.crim. ca.5. n.38. & Caball. caſu 185. num.2. dicunt, quod ſic, vbi teſtatur fuiſſe vltimo ſupplicio affectos nominatos à duobus conſociis, coadiuuantibus aliis indiciis. Sed contrarium, quod tantum faciunt indicium ad torturam, tenet Chartar.deciſ.91.à num.39.& ſeqq.Ciarlin.cap.10. nu.128. Guaz. verò defens. Reor.32.c.8.vbi, quòd quidam imputatus de falſa moneta, & nominatus à duobus ſociis criminis, contra quem etiam aderant plura adminicula, quod condemnatus fuit in pœnam extraordinariam triremium; Et ita infinitis vicibus fuiſſe practicatum, dicit Gramm. ſuper cap.Regin.incipit frequenter, & infrenata nu.7.& 9.& ſequitur Farinac. conſ.10. n.11.

& Ca-

& Caſtr.Pal.tom.1.tract.4.diſput.8. punct.15.nu.1.dicit, quòd duo ſocii criminis concurrentibus indicijs, & circumſtantijs non ſufficiunt ad condemnandum Reum pœna ordinaria, & loquitur in crimine hæreſis.

41 Tres ſocii criminis an ſufficiant ad condemnandum; Sunt tres opiniones: Prima opinio negat, & tantum concedit, quòd ſufficiunt ad torturam, Boer. deciſ.319. nu.4. & ſeq. Ciaz. diſcep.crim.17.à n.46. vſq; ad 50. Blanc. de indic. ſub nu.384. & num.ſeq. vbi, quod ſi ex quatuor Reis, tres nominant quartum, non per hoc probant contra eum, quod delictum commiſerint, nec illum conuincunt, Farinac.qu.43. nu.39. & 40. Peregr.conſ.2. n.14. vol.2. & Farin.qu.62.nu.312.dicit, quod teſtium numerus ſupplet eorum defectum quoad torquendum, non quoad condemnandum.

Secunda opinio, affirmat, quòd tres teſtes minus idonei ſufficiunt ad condemnandum nominatum pœna ordinaria, quando ex circumſtantijs, & coniecturis, & perſonarum qualitate veriſimiliter præſumuntur verum deponere. Ita in crimine hæreſis poſt alios, Maſcar. de probat. concl.857.nu.39. & alii citati à Diana p.4. tract.8. reſolut. 123. ſed Farinac. loquitur generaliter de quocumque crimine, q.62. nu.385. vbi dicit, quod quando teſtes ſunt plures quam duo, & veriſimilia deponunt, tunc plenè probant admiſſi in caſu a iure permiſſo, & conſ.10.nu.11. aſſerit, dicta duorum famoſorum latronum non ſufficiunt ad condemnandum tertium in latrocinio publicarum ſtratarum, ſed requiruntur tres conformes, tunc enim dicta trium latronum operatur tantum, quantum dicta duorum proborum virorum, vt latè per Gram. ſuper cap. Regni incipit frequenter, & infrenata n.7. & 9. Et hanc opinionem tenent multo magis Peguer. d.nu. 38. & Cabal. d.n.2. ſupra citati, & Caſtr.Pala. tom.1. tract.4.diſput. 8. punct.15.§.4.n.1. quem citat, & ſequitur Dian. d.reſol.123. qui dicit; Depoſitio vnius teſtis inhabilis raro ad torturam ſufficit, niſi aliis adminiculis, & præſumptionibus grauibus adiuuetur; Depoſitio duorum ſufficiet ad torturam, vel ad condemnandum Reum pœna extraordinaria; Trium, vel quatuor depoſitio ad condemnationem ordinariam ſufficiet, quia multitudine deponentium inhabilitas illorum reparatur, (licet Diana par.4. tract.6.reſ.11. in 4. notabili diſſentiat à Caſtro Palao in hoc vltimo dicto.) Et pro hac opinione reſpondetur ad Ciaz. diſc.17. nu.46. vbi dicit, quod teſtis inhabilis non poteſt ſuppleri per alios teſtes inhabiles, quam obiectionem adducit Diana, vbi ſupra. Sed non reſpondet, tamen reſpondetur procedere obiectionem in teſtib. prorſus inhabilibus, non autem in teſtibus facientibus qualem qualem præſumptionem: & ad aliam obiectionem, quæ in contrarium adduci poteſt; quod in criminalib. probationes debent eſſe luce meridiana clariores, reſpondetur ſufficere,

vt

vt ſint claræ proportionaliter in ſuo genere, ita Peregr.conſ.2.num. 19.& 22.lib.1. Et quod teſtium numerus ſupplet inhabilitatem teſtium, quando ſunt tres, tenent Alciat.Felin. Soccin. & Bertaz. citati à Farinac.q.62.n.325.326.Et quando numerus teſtium non omni exceptione maiorum eſt vltra tres tunc ex numero teſtium ſuppletur eorum inhabilitas, idem Farinac. deciſ.143.n.3.par.1.declara, vt per eundem Farin.ibidem nu.6. & ita etiam tenent alii relati à Gabriel. quem refert idem Farin. dicta q.ſ. 62. num.327. Et ideo quando ſunt quatuor ſufficiunt ad condemnandum ad pœnam etiam ordinariam, dicunt Alex.conſ.128.nu.4.Hippol. Rimanald.lib.2.conſ.217. apud Farin.qu.579.n.29. Delrius in appendic.lib.5.qu.13.in fine, Calca.conſ. 110.nu.5.& 6. Pegna par.3. conſil. 113.quos pro ſe citat Angelus Maria Varicel.q.44.tract.8.num.55.& 59. quorum aliqui petunt plures teſtes, alii verò explicant numerum quaternarium, tamen hunc numerum ſufficere tantum ad pœnam extraordinariam, tenent Carena par.3.tit.5.nu.77.Farin. qu.62. n.325.& ſequitur Diana par.4. tr. 8.reſol.123.Verum,ſi vnus ex dictis quatuor eſſet omni exceptione maior, iunctus cum tribus inhabilibus conteſtibus,non dubito, quod ſufficiant ad pœnam ordinariam. Maximè quod tres teſtes inhabiles, aut tres ſocii criminis, & ſimiles probant ſi aliæ etiam extarent coniecturæ, & adminiculæ, ita in crimine hæreſis.poſt alios,quos citat, tenet Menoch.nu.149.nu.12.& 13. Subdens durum eſſe, quod eis ſolis fides adhibeatur ad condemnandum Reum pœna ordinaria ſine aliis coniecturis, præſertim vbi non eduntur nomina teſtium, vt obijci eis poſſint defectus eos repellentes, ita Menoch.

42 Sed inſurgit alia difficultas, ſi duo teſtes deponant contra aliquem, & vnus ex duobus ſit omni exceptione maior, & alter inhabilis, an in hoc caſu efficiant plenam probationem. Bald.in l.fin. ff. de edendo, Cæſar.de Graſſ.deciſ.179. nu.3.28.& ſeq. & nu.380. Bouer. in director. par.2. cap.21. verſ.præterea, dicunt quod ſic;quod admittit maximè ſi teſtis inhabilis deponat cum tortura ad purgandam inhabilitatem, ex defectu famæ,vel ſtatus, Ricc. deciſ.prax.var.reſolut. 212. nu.4. & per conſequens ſocius criminis cum tortura, ſimul cum alio teſte omni exceptione maiori immediatè de delicto deponente plenè probant, dicunt Calca.conſ. 110.n.4.verſ.& hoc in caſu noſtro, Crauett.conſ.178.nu.3. verſic.alibi ſcribit, Ludou.de Alfer.inter conſ. crim.diuerſ. fol.147. nu.10. tom.1. Menoch. de arbitr. lib.2. caſu 474. nu.64.Tiber.Decian. conſ.18. poſt num.68.vol.1. Maſcard.de probat. lib.1.concl.158.n.5. & concl.1311. n.54.Follir.inter conſ.crim. diuerſ. conſ.143.nu.10. lib.1 in fol. vbi dicit, quod ſocius criminis iunctus cum alio teſte fide digno, vel alia ſemiplena probatione facit fidem, per regulam,l.ſi quis exargentariis §. cogantur, verſ.quid enim ſi humilis

milis

milis, ff. de edendo. Farin. qu. 62. nu. 328. vbi multos Doctores pro hac opinione cumulat, & docet de communi, & num. 329. reiicit alios oppoſitum tenentes;

43 Dummodo teſtis inhabilis iunctus cum teſte integro, non ſit prorſus inhabilis, puta quia inimicus, conſpirator, & ſimilis; nam teſtis prorſus inhabilis non poteſt recipere ſupplementum à teſte habili, Bald. & Doctores in l. ſi quis exargentariis ff. de eodem, & in l. 1. cap. de teſtibus, Alex. conſ. 157. col. pen. conſ. 177. col. fin. conſ. 181. col. pen. lib. 7. Felin. in cap. teſtamentum col. 2. notab. 2. de teſtam. Marſil. ſingul. 554. Corn. conſ. 42. col. fin. libro primo, & conſ. 172. num. 20. lib. 2. vbi dicit, quod defectus vnius teſtis, ita demum ſuppletur ex integritate alterius teſtis, quando talis defectus non annullat in totum teſtimonium: ſed tantum debilitat. Et ſequitur Crauet. conſ 9. num. 12. Carrad. in prax. tit. dicta teſtium num. 6. Nec teſtis prorſus inhabilis poteſt recipere ſupplementum ex adminiculis, & præſumptionibus, Corn. in l. 1. num. 35. c. de teſtamen Gram. deciſ. 11. num. 2. Rimin. iun. 165. 409. num. 28. & ſeq. libro quarto, Farinac. conſil. 70. num 45. libro primo. Nec habilitas vnius ſupplet illam inhabilitatem alterius, quæ reſultat ex intereſſe, Roland. conſ 98. num. 34. lib 4. Bertaz. conſil. 178. num. 16. lib. 2. Quia iſte eſt prorſus inhabilis, quando intereſſe venit principaliter, ſecus ſi in conſequentiam. Decian. conſil. 100. numero octauo. Tuſch. litt. T. concluſio. 229. num. 19.

44 Cæterum Menoch. dicto numer. 64. & Caroc. ſingul. 264. verſ. cum dubitabilis, dubitant de hoc, quod nominatio ſocii criminis, non prorſus inhabilis, cum vno teſte omni exceptioni maiore plenè probet delictum; & Farinac. quæſtio. 43. numer. 167. dicit, quod talis opinio eſt apertè falſa, quia teſtes vt plenè probent debent eſſe omni exceptione maiores, & tantum concedit, quod delictum eſt plus quam ſemiplenè probatum, ita vt nominatus poteſt grauius torqueri, & ſequitur Chartar. deciſio. 91. à numer. 31. cum ſequentibus.

45 Sed opinio prima poteſt defendi, quando tamen cum teſte non prorſus inhabili concurrunt adminicula, quià tunc ipſe ſolus cum adminiculis facit ſemiplenam probationem, ergo iuncto cum teſte omni exceptione maiori, qui facit aliam ſemiplenam probationem, dum tendunt ad eundem finem, faciunt plenam probationem; & idem dico quando duo ſocij criminis, etiam ſine adminiculis iunguntur cum teſte omni exceptione maiori; quia probationes imperfectè iunguntur, quando quælibet probatio facit ſemiplenam probationem, & tendunt ad eundem finem, vt dicunt, Bald. in l. ſpadonem §. qui iura, ff. de excuſat. tut. Ancharan. conſil. 276. colum. quinta de iure iuran. Salicet. in l. in bonæ fidei colum. nona verſic. viſis quæ ſemiplenam cap. ſi cert. pet. Brun. à Sole conſ. vn. n. 83.

Aretin. Felin. Crot. & alij citati à Viuio comm. opin. concl. 945. nu. 3. Maſcard. de probat. concl. 1223. nu. 12. & 18. nec diſſentit Farin. qu. 86. num. 25. Et idem videtur dicendum quando vnus teſtis de viſu omni exceptione maior iungitur cum adminiculis, ſeu præſumptionib. perficientibus ſemiplenam probationem, & tendunt ad eundem finem, ſed Maſcard. dicto nu. 12. & Farin. d. n. 25. in q. 47. n. 85. videtur tenere contrarium, quoad pœnam ordinariam. Et idem Farinac. quæſ. 62. nu. 345. quod in criminalibus teſtis inhabilis ſuppletur quoad torturam ex magna fide conteſtis, non quoad condemnationem, ex Gabr. lib. 1. tit. de teſtib. concluſ. 5. n. 10. & 11. & quod duæ ſemiplenæ probationes coniunguntur ad pœnam extraordinariam. Farin. q. 86. n. 23. non ordinariam.

46 An autem teſtes inhabiles qui plures patiuntur defectus, ſint prorſus inhabiles, ita vt nullam faciant fidem etiam in caſib. difficilis probationis, nec veritas aliter haberi poſſit? Reſpondent aliqui affirmatiuè, etiamſi de iure communi ſtatuto aliquo, vel conſuetudine ſocii criminis, & alii teſtes inhabiles admitterentur; nec cum tortura admittuntur, quia tortura non ſupplet plures defectus, ita Farinac. cum aliis quos cumulat qu. 62. à num. 381. & ſeqq. quem ſequitur Guazz defenſ. Reor. 19. cap. 18. nu. 7. Chartar. decis. 88. nu. 24. & 38. Dian. p. 4. tract. 6. reſol. 8. Peregr. conſ. 2 n. 38. tom. 2. Ball. tit. de indic. qu. 26. num. 25. Sed Baiard. ad Clar. qu. 24. nu. 128. dicit, quod quicquid ſit de iure, conſuetudo ſeruat; vt omnes teſtes cum tortura admittantur, etiam quod mille defectus paterentur; aliàs raro dictum ſocii criminis indicium faceret; quia pauci ſunt ſocii criminis qui pluribus defectibus non ſint notati; & ſic delicta remanerent impunita. Quando tamen ſunt magis infames, maiori tortura ſunt afficiendi ad eorum dicta conualidanda, ita Baiard. & ſequitur Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſc. cap. 140. p. 3. vbi ita deciſum refert, & addit quod hanc opinionem teneat conſuetudo. Sed Farinac. ibidem nu. 383. impugnat Baiardum, & dicit quod Boſs. in tit. de indic. nu. 116. & Clar. qu. 21. verſ. ſcias tamen, citati à Baiardo, loquuntur de ſocio criminis periuro, ſed hæc impugnatio non releuat; quia de iure ſocius criminis, & periurus patitur plures defectus, & de iure non creditur, neque ad inquirendum, vt dicunt Doctores citati à Clar. in §. falſum num. 5. & tamen admittitur cum tortura, & ſubdit idem Clar. quod quidquid ſit de iure, conſuetudo obſeruat, quod creditur huiuſmodi teſtibus. Et practica eſt quod confirment eorum dicta in tortura, & deinde procedatur contra nominatos; & creditur etiam ad torturam contra dictos nominatos, modo aliquod aliud adminiculum concurrat, & ex Boſs. tit. de indic. nu. 156. circa finem, ſubdit; quod ita communiter ſeruatur, & ipſe Clar. teſtatur, quod multoties vidit ſeruari, & idem dicit idem Boſs. tit. de inquiſit. n. 46.

Bo-

Digitized by Google

Bonacoſ.in comm. opin. crim. par. 1.verſ.indic. & pluries ita practicaſſe teſtatur Ludouic.dec.Lucenſ. 15.num.6.& Baiard.ad Clar.qu.21. nu.31. & 32. teſtatur de eadem obſeruantia per viginti, & ſeptem annos, tam in ſtatu Eccleſiaſtico, quam in Regno Neapolitano, vbi repræhendit Rolandum in conſil. 94.nu.16.& conſ.98.num.19.& ſeq. vol.4.& Farinacium qu.43.nu.184. & idem confirmat Iul.Chartar.dec. 49.nu.6. vbi teſtatur de eadem obſeruantia in foro Archiepiſc. Mediolani, Turini, Bononiæ, & in alijs locis; & loquitur ibi Chartar. de teſte, qui primo cum iuramento negauit,& poſtea affirmauit. Quod cum tortura creditur non obſtante periuro, & ſufficit ad torturandum nominatum cum adminiculis.

47 Quæritur tandem, an teſtium depoſitio in tormentis facta egeat ratificatione? Nonnulli negant, vt Bald.in l.fin.n.2.C.de quæſt. Augid. Angel. de malef. verbo quod fama publica nu.t 17. Cabal.caſ.33. nu.1. Contrarium tamen verius eſt,quod confeſſio in tormentis facta non nocet nec ipſi Reo, nec aliis nominatis, niſi fuerit ratificata, quia eadem ratio militat, (nam confeſſio emanata in tormentis metu tormentorum eſt ſuſpecta) cum in caput ſuum quis confitetur, ſicut cum in caput alterius. Ergo ſicut requiritur ratificatio extra tormenta, quando quis confitetur delictum in proprium caput, ita etiam requiritur quando confitetur in caput alterius. Et hanc opinionem ſequuntur Boſs. tit. de confeſs. per tort. nu.7. Gomez. var.reſ. in tit.de pœnis cap.13.n.29.Baiard. qu.25.nu.4. & ita San. Felic. deciſ. 24. p.4. Et ſecundum hanc opinionem iudicare tutius eſt, Caball. vbi ſupra in fine,San.Felic.p.6. Nihilominus ſupradictæ opiniones faciliter conciliari poſſunt; Vt prima opinio procedat, quando tortura infertur teſti ad conualidandum dictum, vel ad tollendam maculam, vel ad videndum in quo dicto perſiſtat; tunc enim quia tortura datur ad purgandam maculam,& ad tollendum defectum, ſublata macula, & defectu, nihil amplius requiritur, nec vlterius eſt interrogandus, niſi Iudex velit illum ponere ad faciem nominatorum, & cum illis eum confrontare, ſi negent, vt facilius veritatem reperiat, prout facere licet, vt tradit Clar. qu.45. ſub num.14. & ſequitur Cabal. dicto caſu 33. num.7. Secunda opinio procedit, ſi tortura teſti illata fuerit, quia negauit interfuiſſe facto, vel delicto, de qua intereſſentia fuerat conuictus; aut quando veriſimiliter fuerit de facto, vel delicto informatus, quia fuit præſens, & negauerit aliquid ſcire, vel audiuiſſe, aut vidiſſe, nam tunc requiritur ratificatio, prout requiritur in ipſo Reo in tormentis confeſſo; etenim confeſſio extorta in tormentis, eſt ita ſuſpecta ſine ratificatione, ſicut confeſſio ipſius Rei.

48 In eo autem qui fuit tortus in ſe, & in alios requiritur ratificatio. Marſil. in pract. §. diligenter num. 154.Scacc.de iudic.lib.1.ca 81. n.9. Imò poſt primam torturam, & rati-

tificationem requiritur alia leuis tortura ad tollendam maculam, & vt confirmat dictum ſuum in tortura, & poſt hanc torturam, non requiritur alia ratificatio, extra tormenta, ita Caball. d. caſu 33. nu. 10. & ſeqq. Sed Burg. de modo proced. ex abrupt. qu. 100. nu. 130. tenet quod requiratur ratificatio, & quod ſi Iudex ita faceret, non malè faceret, ſed tutius procederet.

49 Et hæc confeſſio facta in tortura illata in ſe, & in alios dicitur debilior, confeſſione prius ſine tortura facta etiam in ſe, & in alios, & ideo quando eſt ſibi contrarius, ſtandum eſt primæ depoſitioni, Franc. Aret. conſ. 61. Socc. conſ. 237. Brun. conſ. 62. nu. 1. p. 1. Foller. in pract. crim. in verbo, & ſi confitebuntur n. 90. Gram. vot. 34. n. 11. & conſ. 35. in fine, Baiard. qu. 65. n. 2. vbi citat Bart. in l. 1. §. quæſtione, ff. de quæſt., qui facit tres caſus; Primum, quando quis in ſe tantum interrogatur, & tunc eſt validior confeſſio ſpõtanea quàm in tormentis; Secundum, quando quis de alio interrogatur, & tunc quæ fit in tormentis eſt validior: Tertius, quando quis torquetur in ſe, & in alios, & tunc debilior eſt confeſſio, quæ fit in tortura.

50 Socius criminis licet fuerit de delicto aggratiatus, nihilominus poterit torqueri ad eruendam veritatem contra ſocios; Cum gratia non amplectatur torturam in caput alterius, vt infra p. 5. n. 64.

51 Carcerati admittuntur in teſtes, in his quæ facta, aut dicta ſunt in carcere, Ricc. deciſ. 180. p. 1. Et teſtimonio domeſticorum ſtatur circa ea, quæ fiunt in domo, Benintend. deciſ. 43. nu. 3. Menoch. de arbitr. q. 73. n. 22. Ricc. dec. 217. in fine p. 1. & dec. 118. n. 4. par. 1. & deciſ. 236. nu. 15. par. 2. Teſtis ſemel approbatus à parte amplius reprobari non poteſt l. ſi quis teſtib. C. de teſtibus, & ibi Barbos. qui multos citat.

53 Inhabilis de iure non debet, vt teſtis contra aliquem torqueri niſi adſint alia indicia, & probationes contra reum, quia fruſtra torqueri non debet, cum teſtimonium inhabilis, etiam cum tortura, non ſufficiat ad torquendum reum, niſi adſint alia indicia, vel adminicula, vt ſupra dictum eſt num. 38. Sed de conſuetudine indiſtinctè torquetur, ſiue ex eius depoſitione poteſt deueniri ad torturam contra reum, ſiue non, Farin. dicta qu. 79. nu. 53. Scacc. de iudic. cap. 86. num. 14. verſic. non obſtat tertio; nam iudex ſemper poteſt dicere, habeo alia contra reum: exemplificat Scac. in ſocio criminis, qui torquetur ad ſciendum complices, quamuis ex eius depoſitioue non poſſit deueniri ad torturam contra ſocium nominatum ſine alijs indicijs.

54 Nec de iure circumſcripta conſuetudine debet teſtis inhabilis torqueri niſi poſt quod examinatur reus, quia ſi reus confiteretur non eſſet opus aliqua tortura, Ceph. conſ. 60. Baiard. q. 25. num. 3. Guazin. defenſ. 19. cap. 1. num. 9. Carena par. 3. tit. 7. nu. 58. Sed de con-

conſuetudine indiſtinctè torquetur, etiam quod contra reum non extent indicia, nec adminicula; nam poteſt ſubueniri aliud indicium, quòd iunctum cum depoſitione teſtis torti, faciat indicium ſufficiens ad torturam contra Reum, ita Scac. vbi ſupra.

Forma decreti torquendi teſtem inhabilem poſt eius examen, in cuius fine, ita concluditur.

55 Tunc R. Abbas, &c. viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, ſtante inhabilitate examinati, (vel conſiderata eius ſuſpicione, vel quia eſt ſocius criminis, vel affectus inhabilitate, quæ debet explicari,) &c. ad tollendam maculam prædictam, & vt eius dictum magis afficiat nominatum, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandauit prout præſenti decreto mandat ipſum N. teſtem per integrum diem in cella recludi, & cum nemine loqui, ibique ſolo pane, & aqua veſci. Actum eſt hoc in hoc Monaſterio, &c. Die, &c.

Si teſtis eſt periurus, condemnatus de falſo, inimicus, vel alio modo ita inhabilis, quod non debet examinari, & cauſa poteſt probari incontinenti, itaut non requirat altiorem indaginem, antequam examinetur, debet iſte articulus diſcuti, & probata cauſa debet repelli, ſed quia in foro regulari teſtes examinantur pro informatione Curiæ parte incitata, hoc non poteſt practicari, ſed debent exceptiones contra teſtem, & eius dicta reſeruari in termino ipſi Reo dato ad ſe defendendum, vel ſi Reus antequam conſtituatur habet aliquam notitiam de teſtibus, contra eum examinatis, aut contra accuſatorem, itaut ſint omnino inhabiles poteſt excipere contra eos, & interim non eſt interrogandus, nec inter reos recipiendus.

Forma libelli, quod repelluntur teſtes, vel accuſator, omnino inhabiles vel ad teſtificandum, vel ad accuſandum.

56 Coram vobis R. Abbate N. &c. Fr. N. de N. excipiendo dicit, quomodo venit in eius notitiam, quod fuit accuſatus, vel denunciatus à Frat. N. de N., vel quòd fuerunt contra eum examinati Fr. N. & Fr. N. &c. & quia dictus accuſator, vel quia dicti teſtes ſunt eius capitales inimici, vel conſpiratores, vel &c. Et in hoc promptum ſe offert probare coram vobis, ob quod dicit ipſum accuſatorem, vel ipſos teſtes eſſe repellendos, etſi aliter fieret per vos, proteſtat dictam exceptionem, &c. & omnes alias ſibi competentes, & competituras, contra perſonas, & dicta dictorum teſtium, vel contra accuſatorem, ita hoc, & omni alio meliori modo, & forma, &c.

Probata cauſa contra teſtes, vel contra accuſatorem ab accuſato, vel inquiſito coram iudice auditis ipſis teſtibus, vel accuſatore ſi ſunt repellendi, formatur ſententia interloqutoria modo, vt infra.

For-

Forma ſententiæ interloquutoriæ pro teſtibus inhabilibus, vel accuſatore repellendo.

Cum Fr. N. &c. inquiſitus, vel accuſatus de tali crimine, exceperit contra Fr. N. & Fr. N. teſtes, vel contra Fr. N. accuſatorem, vt tamquam illegitimi à teſtificatione, vel accuſatione repellantur ob talem cauſam, &c. Idcirco nos Abbas, &c. attendentes exceptiones propoſitas eſſe veras, & ſufficienter probatas, dictos Fr. N. & Fr. N. tamquam inimicos, (vel conſpiratores, vel aliam cauſam adductam, & probatam,) à teſtimonio, vel ab accuſatione contra dictum Fr. N. repellendos fore, vt illegitimos, prout illos repellimus, & inhabiles, ac illegitimos teſtes, vel inhabilem, aut illegitimum accuſatorem declaramus, & conſequenter dictum Fr. N. propter illorum teſtimonium, vel accuſationem, non eſſe fatigandum, & id non ſolum hoc, ſed omni alio meliori modo, &c. Hodie die, &c. Menſe, &c. Anno, &c.

P. N. Abbas.
Fr. N. Actuarius.

Si exceptio non eſt vera, tunc interlocutoria erit contraria, & teſtes, vel accuſator tamquam habiles admitti debent, ſi vero exceptio requirit altiorem indaginem, iudex debet procedere in cauſa, reſeruando exceptionem diſcutiendam in fine cauſæ in termino defenſorio.

CAPVT IV.

De Teſtibus conteſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes conteſtes, qui dicuntur.*
2 *Teſtes duo conteſtes ſi ſunt omni exceptione maiores plenè probant.*
3 *Conteſtes dicuntur, qui concordant in ſubſtantialibus, licet diſcordent in accidentalibus.*
4 *Teſtis vnus ſi deponat de die præciſo, & alius dicat non recordari ſunt conteſtes, ſecus ſi deponat de alio die præciſo.*
5 *Teſtes deponentes de loco, & tempore ſunt conteſtes.*
6 *Teſtes concordantes in facto, ſi diſcordant in genere armorum ſunt conteſtes.*
7 *Teſtis vnus ſi deponit de veritate, & fama, & alter de ſola fama, ſunt conteſtes quoad famam.*
8 *Duo teſtes ſi deponant de veritate, & fama vtrumq; eſt probatum per duos teſtes.*
9 *Duo teſtes deponentes ſuper diuerſis factis, ſi ſunt concordes, faciunt plenam probationem ſuper omnibus.*
10 *Duo teſtes ſi deponant de coniunctione carnali inter Titium, & Bertam, & alij duo deponunt de eorum conſanguinitate, probant plenè inceſtum.*
11 *Teſtes deponentes de actu ſucceſſiuo licet non ſint conteſtes de tempore, & loco, plenè probant.*
12 *Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes, & ponuntur plura exempla.*
13 *Teſtis deponens de re certa, eſt conteſtis*

-ſtis cum alio deponente de eadem re dubia.

14 *Teſtes in facto concordes, ſi diſcordant in tempore, ſunt concordes, quando tempus non eſt de ſubſtantia.*

15 *Teſtis deponens homicidium factum die Lunæ, quando interuenit mandatum, eſt conteſtis cum alio deponenti de alia die, quando interuenit factum.*

16 *Duo teſtes deponentes de his, quæ viderunt in minori ætate conueniunt.*

1 TEſtes conteſtes illi dicuntur, qui de eodem facto, loco, tempore, & perſonis, & aliis circumſtantiis neceſſariis, per ſenſum externum iurati veritatem in iudicio deponunt, videlicet, Caius, & Lucius deponunt, quod viderunt Titium percuſſiſſe Sempronium, vel illum vulneraſſe in capite, die primo Auguſti in horto tali, vel viderunt Titium oſculaſſe Bertam in domo ipſius Bertæ, die primo Iulij, vel duæ obſtetrices iuratæ in iudicio deponunt Dianam eſſe corruptam: aut non eſſe corruptam, ſed virginem; quia oculis, & tactu illam talem eſſe cognouerunt, die primo Maij, in tali loco, D.Thom.2.2.quæſt.70.artic.2. ad 2.

2 Huiuſmodi teſtes, ſufficit, quod ſint duo omni exceptione maiores, vt plenè probent factum, & conuincant Reum, vt poſſit ad pœnam ordinariam condemnari, argum. Deuter.17. 19. Matt. 18. 1. Timot. 5. S.Thom. vbi ſupra art.2. Farinac. qu.63. quatuor tamen requiruntur, vt plenè probent. Primò, vt deponant iurati; Secundò, de eodem facto numero. Tertiò, quod ſenſu externo illud perceperunt; & Quartò, quod ſint omni exceptione maiores, Leſſ. de iuſt. lib.2. cap.30. dub.4.nu.32.

3 Si concordant in ſubſtantialibus negotijs, & diſcordant in qualitatibus, circumſtantiis, & acceſſoriis remotis extrinſecis, & impertinentibus, & non ſubſtantialibus: dicuntur nihilominus conteſtes, prout ſi vnus dicat delictum commiſſum tempore nubiloſo, alter verò tempore ſereno, vel vnus dicat factum hora vndecima, alter verò hora duodecima; Secus ſi qualitates, & circumſtantiæ ſuper quibus diſcordant ſunt maximè ſubſtantiales, vel ſi ſunt accidentales in aliquo modo pertinent ad cauſam, Menoch. præſumpt. 23. nu. 17. Farinac. qu. 65. nu. 16. 20. & 25. Et ſi diſſonant in cortice verborum non dicuntur ſingulares, modo concordent in effectu, ca. dudum cum gl. in verbo ſubſtantia de conuerſ. coniug. Innoc. in ca. 3. de verb. ſignific. Alex. conſ. 47. col. 2. lib. 2. Crauett. conſ. 78. nu. 11. Bertaz. conſ. 417. in addit. litter. B.; & quando poſſunt teſtes coniungi ad vnum quid commune probandum, nō ſunt ſingulares, ſed conteſtes, Bald. in l. de quibus nu. 37. ff. de legib. Farinac. cum aliis citatis qu. 64 nu. 26. & quando concordant in identitate facti licet diſcordent in reliquis, non ſunt ſingulares, Foller. in pract. crim. in verbo item quod commiſit falſitatem num. 28. Viu. comm. opin. verſ. teſtes ſingulares non faciunt fidem n. 5.

nu.5.Farinac.qu.66.num.31.Et qui per æquipollentia verba deponunt de eo, à quo tota vis negotij pendet, ſunt conteſtes, licet in cœteris, quæ negotium ipſum circumſtant ſibi ipſis pugnent. Videlicet, ſi vnus dicat, audiui Sempronium dicentem non eſſe purgatorium, & alius teſtatur eodem loco, & tempore audiuiſſe eumdem Sempronium dicentem, poſt mortem animas omnium morientium aut in Cœlum, aut in infernum rectà via proficiſci, Maſcard.concl.856. nu. 18. Aut ſi vnus teſtis dicat, Petrum dixiſſe vſum ſacrarum imaginum eſſe abolendum; alius vero dicat, Petrum dixiſſe ſacras imagines non eſſe adorandas. Tales teſtes ſunt conteſtes, quia illa verba formaliter ſunt eadem, quamuis materialiter ſint diuerſa. Carena par.3.tit.6. §.5. nu.37. Secus ſi ageretur de probanda blaſphemia, quæ conſiſtit in formalitate verborum, Carena ibidem nu.38.

4 Si vnus teſtis cum alio conueniat in ſubſtantialibus, tamen vnus deponat de die præciſo, nempè die Lunæ, & alter dicat ſe non recordari, & tempus non eſt de ſubſtantia actus, ſunt conteſtes, & ſufficiũt ad condemnandum, D.Thom.2.2. qu.70.art.2.Riec.in prax.varia.reſ. 213.nu.4.Ghiſler.de indic.reg.cap. 17.nu.52.Berti.in prax. tit.11.c.11. num.52.Secus ſi vnus dicat die Lunæ, alter verò aſſertiuè dicat die Martis, tunc dicuntur ſingulares, quando actus eſt iterabilis, ita DD. ſupracitati, & Tambur. in Prax.Crim.qu.13.n.6. Quia putatur aliud factum, niſi factum ſit tale, vt non poſſit bis fieri, Leſſ.de iuſtit. lib.2.ca.30.num.33. Pariter ſi vnus teſtis deponat quid factum de Menſe Auguſti; alter non benè recordatur, ſed credit factum eſſe de Menſe Iulii, iſti dicuntur conteſtes, Alexa. conſ.156. col.3.nu.11. & 12.verſ.non obſtat lib.5. & conſ. 185.col.2.lib.7.Crauet conſ.78.lib. 10.Tuſc.litt.T.concluſ.181. num.7.

5 Et quando deponunt de loco, & tempore dicuntur conteſtes, Innoc. in cap.qualiter, & quando, & L.2. col.2.de accuſ. Bald. in l. de quibus col.antepenul.ff.de leg. Alex.conſil. 146. colum.4. verſ. viſo ergo lib.5.
6 Crauet.d.nu.10. Delictum dicitur probatum per teſtes conteſtes, licet diuerſo modo deponant de genere armorum. Videlicet, ſi vnus dicat vidiſſe Caium cum enſe, & alius dicat vidiſſe eumdem Caium eodem tempore cum Gladio. Bero. conſ.291.nu.36.vol.Baiard.ad Clar.
7 qu.66.nu.24. Si vnus dicat, et deponat de veritate, et fama, et alius de fama, concludenter probãt famam, Bald.in l. Gallus §. ille caſus in tertio notab.ff.de lib.et poſthum.et ibi Alex.Petr.de Rauen.ſing.15.Petr. Trigon.ſingular.66. nu.3. vbi citat alios.

8 Si duo teſtes deponerent de veritate, et illimet deponerent de fama, vtrumque eſt probatum per duos teſtes, Petr.Trigon.d.ſing.66.
9 Quia quando vnus teſtis deponit ſuper diuerſis factis, facit plures ſemiplenas probationes, et ſic duo teſtes deponentes ſuper iiſdem factis diuerſis faciunt duas plenas pro-

9 probationes. Idem Trigo. per Soccin. ab eo citatum; Et ſi aliquis ac-
10 cuſatur de Inceſtu, & duo teſtes deponunt de conſanguinitate tantum, & non de cognitione carnali, & duo alii deponunt de cognitione carnali, & non de conſanguinitate, ex coniunctione iſtorum teſtium remanet probatus inceſtus, Petr. Trigon. vbi ſupra num. 2. ex Bald. loc. cit.

11 Quando agitur de actu ſucceſſiuo, ſeù continuo, licet teſtes in eius depoſitione non ſint concordes loco, & tempore, nihilominus ſunt conteſtes, & plenè probant, gl. in ca. nihilominus, in verbo ſimul, verſ. ſi tamen aliquem actum continuum, 8. qu. 2. & ibi præpoſ. n. 7. Felin. in ca. licet ex quadam col. 4. verſ. ſecundo limita extra de teſtib. Caccialup. in l. admonendo nu. 84. ff. de iure iur. Soccin. iun. conſ. 179. nu. 36. lib. 2. Crauett. conſ. 11. nu. 1. Surd. conſ. 414. nu. 54. Hippol. Rim. conſ. 7. n. 14. & 82. lib. 1. Gabr. com. opin. tit. de teſtib. lib. 2. concl. 2. nu. 18. & 20. in fine, Farin. deciſ. 299. nu. 2. p. 2. Vnde ſi vnus teſtis teſtatur de conſuetudine huius menſis, alii de conſuetudine aliorum menſium, eadem eſt conſuetudo per continuationem, Couarr. Sanchez, & alii citati a Card. Lug. de iuſtit. diſp. 39. nu. 18. Et ſi eadem nocte viſus eſt quidam in concubinæ lecto ab vno teſte ad primam noctẽ, ab altero ad mediam noctem, vel ad Auroram, ſunt conteſtes, Hier. Rodoric. in compend. regul. reſol. 42. verbo teſtis nu. 2. & qui per foramen vnum poſt alium copulam carnalem, vel alium actum vidiſſent, dicuntur conteſtes, Sylu. in verb. teſtis qu. 3. Armilla eodem verbo nu. 6. de Ghiſl. de Iudice regul. cap. 17. n. 53. Tambur. in Prax. Crim. qu. 13. n. 6. Mirand. ordine Iud. qu. 17. artic. 8. concl. 4. nu. 259. Cæſar de Graſſ. dec. 67. n. 5. Ricc. in Prax. Crim. reſ. 233. in fine, Farinac. qu. 64. nu. 91. qui alios cumulat; & ſi vnus teſtis dicat audiuiſſe in Miſſa, Gloria in excelſis Deo; alter, Agnus Dei qui tollit &c. Hi ſunt conteſtes, Hieron. Rodoric. in Compend. qq regul. reſ. 42. num. 7. Abbas con. 42. p. 1. Tuſcu. litt. T. in fine concluſ. 265. nu. 3. 12. & 17. 50. ex Iul. goſ. conſ. 17.

12 In dubio teſtes præſumuntur cõteſtes, & non ſingulares, Paul. de Caſtr. conſ. 226. in fine, & conſ. 342. col. 2. lib. 2. Aret. conſ. 36. colum. 2. Dec. conſ. 650. col. 2. Iouin. conſil. 143. col. 4. lib. 1. Alex. conſ. 42. col. 2. lib. 2. & conſ. 146. col. 5. lib. 5. Crau. conſ. 78. nu. 10. & conſ. 151. num. 15. Gabr. conſ. com. de teſtib. concl. 2. nu. 7. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 87. nu. 2. & 5. Etiamſi ſe in conteſtes non nominarent, Corn. conſ. 93. vol. 1. & conſ. 134. col. 2 vol. 1. Alex. conſ. 156. col 4. vol. 5. & conſ. 185. vol. 7. Gabriel. com. concl. de teſtib. concl. 2. nu. 5. & 6. Claud. ad Bertaz. conſ. 217. litt. B. Maſcard. de probat. concluſ. 856. num. 102. Farinac. qu. 66. nu. 29. vbi alios citat, nec recordarentur de præſentia aliorũ, & dixerint in Iudicio, ſe non recordari de conteſtib. Bald. & alios in l. 2. ca. de bonorum poſſeſſ. ſecundum Tabul. col. 2. Crot. de teſtib. nu. 221. Crauet.

vbi ſupra, Hippol.ſing.401. Gabr. d.num.6. Claud. ad Bertaz.d.litt.B. modo concordant in loco, tempore, & facto, Farinac.q.66.n.30. nec reputantur ſingulares, quorum vnus alterum in conteſtem vocat, alter verò non vocat eum, Ita ex Bart.& Bald.Albert.in ca.1. qu.16. nu.57.de hæretic. Et poſſunt etiam eſſe conteſtes, licet vnus dicat quod nullus alius erat præſens, Brun. in tract.de form.fol.86. col.2. Gabr.d. num.6.Farinac. d.n.30. Quia debet ſub intelligi, quòd ipſe viderit, vel ſciat, gl.in cap. Artaldus, in verbo, me ſciente 8. qu.3. Bertaz.d.conſil. 217.nu. 7. vol.1. Et ſi teſtis interrogatus de aliquo actu, dicat,ſe interfuiſſe illi actui,& quod Titius,& Sempronius etiam interfuerunt, & Titius, & Sempronius deponant ſe nihil ſcire de agitatis in illo actu, iſto caſu teſtes non dicuntur contrarii,quia ſtant ſimul quod ipſi interfuerunt, & non intellexerunt, quæ ibi agebantur, Guid.Pap.ſing. 89. ex Iacob. de Put. in l. hæredes palam col.3.ff.de teſta. & ibi Paul. de Caſtr.coll.2. vbi dicit, quod ſi in aliqua cauſa teſtes dixerunt vera eſſe contenta in articulo, ſeù capitulo, & interrogati quibus præſentibus illud factum fuerit, dicant, præſente Titio, & Seio; ſi poſtea Titius, & Seius interrogati dicant ſe nihil ſcire, tamen per hoc non vitiatur dictum illorum, ſi fuerint in ſufficienti numero ad probandum, & ſequitur Marſil. ſing.285. Caſtill.col.2.n.2. verſ.Facit quoq; & nu.3. verſ.nec ipſis contradicit, Tuſcus litt.T.concl.238.n.26.

13 Teſtes deponentes per verba dubitatiua ſunt conteſtes cum aliis deponentes de tempore, & re certa, Bertaz.conſ.41.num.27.ex Alexan.conſ.146.num.11.lib.5. Afflict. decis.178.num.8.Ruin. conſ.36.lib. 4. Bero. conſ. 201. num. 40. Surd. conſ.13.num.43.ad finem, Crauet. conſ.78. num.9. Claud. ad Bertaz. dicto conſ.217.litt. B. Caſtr.conſil. 26.num.3. in fine lib.3.Farinac.deciſ.146.num.6. & deciſ.261.num.5. par.2.

14 Teſtes in facto concordes, ſed in tempore diſcordes, vel non recordantes faciunt iudicium ad torturam, Angel.conſ.3. num.3. Baiard. ad Clar.qu.22.num.8. quod debet intelligi, quando tempus non eſt de ſubſtantia actus.

15 Teſtes deponentes homicidium fuiſſe factum die Lunæ, qua die interuenit tantum mandatum, & alii teſtes deponentes alia die fuiſſe factum homicidium,reducuntur ad concordiam. Roman. ſingul. 576. Crot.de teſtib.n.337.

16 Duo teſtes deponentes de his,quę viderunt in minori ætate, conueniunt, Ricc.deciſ.152. p.1. ex Speculat. ab eo citato.

CAPVT V.

De teſtibus ſingularibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſingularis quis eſt.*
2 *Singularitas teſtium triplex eſt.*
3 *Singularitas obſtatiua, quæ eſt.*

4 *Sin-*

4 *Singularitas adminiculatiua, quæ eſt.*
5 *Singularitas diuerſificatiua, quæ eſt.*
6 *Teſtes mille ſingulares ſingularitate obſtatiua minus probant, quam vnus.*
7 *Teſtes mille ſingularitate diuerſificatiua tantum probant, quantum vnus.*
8 *Semiplena probatio quantum ſufficit?*
9 *Duo teſtes deponentes contra aliquem de eadem delicti ſpecie, faciunt plus quam ſemiplenam probationem, & ſufficiunt ad pœnam extraordinariã, & quatuor ad pœnam ordinariam.*
10 *Duo teſtes ſingulares ſingularitate diuerſificatiua, ſi non ſint omnes maiores omni exceptione, vnus pro ſua depoſitione facit indicium ad torturam contra inculpatum, & alter nihil operatur in illo iudicio.*
11 *Duo teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua probant famam, vel infamiam.*
Item probant minas, & metum, n. 12.
Item probant malam fidem, n. 13. Item probant dolum. n. 14. Item probant ſimulationem, n. 15.
Item probant irregularitatem, nu. 16
Item probant declarationem voluntatis. n. 17. Item probant animum, num. 18.
Item probant adulterium, num. 19.
20 *Teſtes ſingulares iunctis adminiculis an probent quoad pœnam ordinariam?*
21 *Teſtibus ſingularibus poteſt iudex plenam fidem adhibere.*
22 *Iudicis arbitrio remittitur, circa fidem adhibendam teſtibus ſingularibus, etſi ſunt probatæ fidei poteſt eis fidem adhibere, nu. 23.*
24 *Teſtes ſi deponunt de tempore dubitatiuè, non ſunt ſingulares.*
25 *Teſtes ſingulares probant delictum in genere.*
26 *Teſtes non ſunt ſingulares, quando diſcordant tantum in non ſubſtantialibus.*
27 *Teſtes ſingulares probant actus connexos.*
28 *Teſtes fiſci ſingulares deponentes pro reo probant.*
29 *Teſtes ſingulares deponentes de pluribus indicijs coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam, quando indicia tendunt ad eundem finem.*
30 *Indicia non eſt neceſſarium, vt ſingula probentur duobus teſtibus ad effectum torquendi, ſed tantum ad effectum condemnandi.*
31 *Singula quæ non pro, ſunt ſimul collecta iuuant ad torquendum.*
32 *Indicium vnum remotum per duos teſtes probatum ſufficit ad torturam.*
33 *Singularitas non attenditur, quando teſtes ſunt multum notabiles, & magnæ authoritatis.*
34 *Probationes ſunt indici arbitrariæ, & ab eius arbitrio pendent.*
35 *Duo teſtes ſingulares dicentes ſe fuiſſe ſollicitatos ſufficiunt ad torturam.*
36 *Indicia, an, & quando iunguntur ad plenam probationem?*
37 *Singulares in cauſa dicti, ſi ſunt concordes in dicto probant.*
38 *Diuerſitas temporis nõ reddit teſtes ſingulares, quando nõ eſt vis in tempore.*
39 *Singulares deponentes de frequentia actus probant.*
40 *Dementia, & furor probatur per teſtes ſingulares.*
41 *Teſtes ſingulares non diſcordantes in ſubſtantia probant.*
42 *Subornatio probatur per teſtes ſingulares.*
43 *Ætas probatur per teſtes ſingulares.*
44 *Simonia probatur per teſtes ſingulares.*

45 *Miſſæ celebratio probatur per teſtes ſingulares.*
46 *Confeſſio ſacramentalis probatur per teſtes ſingulares.*
47 *Teſtes ſingulares probant, quando diuerſitas eſt in medico.*
48 *Teſtes ſingulares ſingularitate cumulatiua, quomodo probent.*
49 *Singulares teſtes ſunt adiuuandi, vt efficiantur concordes, ad cuius effectum facienda eſt omnis interpretatio, num. 41.*
50 *Teſtium dicta intelligenda ſunt ſecundum communem vſum loquendi.*
51 *Teſtes, vt non contradicant inter ſe facienda eſt interpretatio, vt loquantur de diuerſo tempore.*
52 *Singularitas in dubio non præſumitur.*

1 SIngularis teſtis ille eſt, qui eſt vnicus, ſeù ſolus in ſua depoſitione; & conteſtem non habet, vel ſi habet, non eodem modo deponit, Papienſ. in form. oppoſit. contra teſt. n. 1. verſ. ſunt quę etiam, Pegna. direct. Inquiſit. p. 3. comm. 121. col. 2. verſ. teſtis ſingular. Maſcard. de
2 prob. concl. 856. n. 2. Et triplicem eſſe teſtium ſingularitatem, dicunt communiter DD. Videlicet, Obſtatiuam, Adminiculatiuam, & Diuer-
3 ſificatiuam. Obſtatiua dicitur illa, quando datur repugnantia, aut cõtrarietas in actu non reiterato, licet reiterabili, & contrarietas eſt in ſubſtantia, vel in circumſtantiis ſubſtantialibus. Vt fuerunt teſtes contra caſtam Suſannam, qui deponebant de eodem delicto numero, & variabant in loco, & vnus dicebat adulterium commiſſum fuiſſe ſub Pinu, alter vero ſub Schino; Et hæc ſingularitas potius dicitur contrarietas, quam ſingularitas; Et huiuſmodi teſtes potius ſunt contrarii, quam ſingulares, qui ſeipſos reprobant, ac confodiunt, Bertaz. conſ. 8. n. 47. & 33. n. 53. & conſ. 41. nu. 11. & 12. Nam tempus, & locus dicitur de ſubſtantia actus, quando deponunt de vno crimine numero, quia ſi diſcordant in loco, tempore, nihil probant, cum impoſſibile ſit vnum delictum numero factum eſſe diuerſis locis, & temporibus, & quando vnus deponit de loco delicti, & alter dicit ſe non recordari, non probant, quia facilius teſtes debent recordari de loco, quàm de tempore, Ignat. de Villar. lib. 1. reſponſ. 9. à n. 42. Bertaz. conſ. 251. nu.
4 28. Adminiculatiua dicitur illa, quę oritur ex teſtibus, in quibus nulla adeſt repugnantia, aut contrarietas, & licet per diuerſa media, vel diuerſas coniecturas, aut propoſitiones loquantur, vna tamen alteri patrocinatur, alteram coadiuuat, & ad eundem finem tendit. Prout quando vnus teſtis deponit de facto, alter de fama, vnus de viſu, alter de auditu, vnus de vna confeſ-
5 ſione, alter de altera; ita poſt alios Farin. q. 64. n. 6. Diuerſificatiua ſingularitas dicitur illa, quando teſtes de diuerſis actibus deponentes inducunt diuerſitatem in re, in effectu, & ſubſtantia, prout ſi vnus deponit furto commiſſo à Titio in vno loco, & tempore, alius deponit de furto commiſſo ab eodem Titio in alio loco, & tempore; nam non ſunt contrarii, quia non deponunt de

de vno furto, ſed de duobus; vel vnus deponit de adulterio commiſſo à Berto, alter verò de furto perpetrato ab eodem Berto, aut vnus dicit Meuium vulneraſſe Iſmaelem de menſe Martij, & alius, Meuium vulneraſſe eumdem Iſmaelem de menſe Augusti, Farinac. vbi ſupra nu.7. nam quoties teſtes deponunt diuerſitatem factorum, ſingulares ſunt. Sicutè contra dicuntur conteſtes quando inferunt identitatem facti, Farinac. ibidem num.26.

6 Quando teſtes ſunt ſingulares ſingularitate obſtatiua, minus probāt mille teſtes, quàm vnus, propter contrarietatem, & repugnantiam inter eos exiſtentem, quę falſitatem

7 arguit; quando verò ſunt ſingulares ſingularitate diuerſificatiua, tantum probant mille, quantum vnus, Farin. vbi ſupra nu.41. & 42. & ex hac contrarietate inducitur ſemiplena probatio, adeo vt ſi inter eos eſt vnus teſtis, qui eſt omni exceptione maior, facit in probatione ſui actus ſemiplenam probationem, Caccialup. in l. monendi n.92. in fine, & n.93. ff. de iure iur. Aret. in c.1. q.16. p.08. de hæret. in 6. & ſi omnes ſint omni exceptione maiores, vnuſquiſque facit ſemiplenam probationem in ſuo actu, quem deponit gloſ. in d. l. admonendi, & ibi

8 Bart. nu.36. Quæ ſemiplena probatio ſufficit ad delinquentem interrogandum, carceri mancipandum, & torquendum, Bart. Caſtr. & alii ibidem, Clar. qu.21. n.2. verſ. & huiuſmodi teſtis, Miranda ordine iudic. q.17. art.8. concl.2. propè finem, Hieron. Rodoric. in Compend. qq. regul. 52. verbo teſtis nu.8. Ghisler. de iudic. regul. ca.17. nu.86. Berti in Prax. tit. 11. ca.71. num.86 quamuis nulla alia indicia ſiue grauia, ſiue leuia concurrant, Rom. conſ. 51. n.4. Gomez. tom.3. verſ. ca.13. num.7. Clar. dicta q.21. verſ. vnus teſtis, & qu.22. verſ. vnum teſtem, Farinac. qu.57. nu.54.58. hinc eſt; Quod

9 ſi duo teſtes de eadem prorſus iterabili delicti ſpecie contra eundem deponunt, faciunt plus quam ſemiplenam probationem, vndè contra eundem oritur vehemens, & violenta ſuſpicio de tali delicto, Caiet. 2 2. quæſt.70. art.2. Pegna in Comment. in verbo omiſſa igitur in 13. par. director. Inquiſit. nam ſi Petrus deponit quod Titius menſe Martij in tali loco, cum Berta adulterium commiſit, & Paulus deponit quod idem Titius cum eadem Berta, vel cum alia muliere menſe Aprilis adulterium commiſit, Titius pro iſtis duobus adulteriis ſemiplenè probatis per duos teſtes ſingulares, eſt plus quam ſemiplenè conuictus, Leſs. de iuſt. lib.2. ca.30. dub.4. nu.33. & oritur contra eundem vehemens, & violenta ſuſpicio, gl. in c. nihilominus 3. qu.9 Tabien. verbo teſtis n.6. in fine, Tamb. in prax. Crim. q.13. n.40. & licet ſecundum Caieta. & Sot. lib.5. de iuſt. & iur. qu.7 art.2. & alios, in d. caſu poſſit condemnari Reus, non tamen cogi poteſt ad talem ſententiam tolerandam; quare ſi non vult eam acceptare, poteſt, & debet torqueri ſecundum eundem Caiet. & Sot. & Aldr. de diſcipl. tuenda li.2. c.3. n.2. Valen. tom.3. diſp.5. q.14. p.2. ad fin.

Pi-

Pitigian. in Prax. Crim. in ſecundo ſubſtantiali cap. 2. verſ. teſtes ſingulares; Bannes 2. 2. quæſt. 70. art. 2. Thom. à Ieſu de iuſt. regul. tract. 3. cap. 7. num. 10. Salon. 2. 2. q. 70. controu. 1. concluſ. 3. artic. 2. Sayr. Clau. Reg. lib. 12. cap. 21. nu. 19 Hieron. Rodoric. reſol. 42. nu. 8. vbi quod religioſus per teſtes ſingulares idoneos poteſt carcerari, & torqueri, Card. de Lugo, tom. 2. de iuſt. diſp. 39. nu. 18. & tortura debet eſſe rigoroſa, & in hoc omnes conueniunt. Sed ego credo, quod non ſolum poteſt condemnari ad pœnam extraordinariam, ſed etiam cogi ad eam acceptandam, maximè inter regulares, quando non inuenitur tortura proportionata, per quam poſſit Reus cogi ad veritatem dicendam. Et in cauſa hæreſis, quòd teſtes ſingulares diuerſificatiui plurium delictorum, ſub eadem ſpecie probent ad pœnam extraordinariam, ſi ſunt duo, & multo magis ſi ſunt tres, Farinac. qu. 64. nu. 201. & 218. Roderiqu. tom. 2. qu. 9. artic. 6. Pegna par. 3. comment. 121. § quoties, Diana par. 4. tract. 7. reſol. 31. Vericellus tract. 8. qu. 44. nu. 17. De Angelis ca. 14. n. 16. & 17. Et ſi ſunt quatuor ſufficiunt ad pœnam ordinariam ſecundum Salic. in l. teſtium C. de teſtib. Albertin. qu. 34. num. 12. Simanch. de Catholic. inſtit. tit. 64. nu. 75. 76. Corrad. Brun. lib. 4. de hæret. ca. 9. in fine, Leſs. lib. 2. c. 30. nu. 31. Hurtad. par. 1. tract. 4. cap. 8. nu. 986. Vericell. vbi ſupra num. 34. Barboſ. in c. 4. de teſtib. n. 32. Sperel. deciſ. 139. n. 90. Aragon. 2. 2. qu. 70. art. 2. fol. 228.

10 Sed ſi ſupradicti teſtes ſingulares ſingularitate diuerſificatiua ſint duo, & non ſunt omnes omni exceptione maiores, ſunt tantum vnus, iſte facit indicium ad torturam contra delinquentem, alter vero in illo iudicio nihil operatur, ſed tantum in alio iudicio ſufficere poteſt ad inquirendum, iuxta Clar. d. qu. 21. num. 2. Si tamen non eſt prorſus inhabilis; Sunt tamen aliqui caſus, in quibus plenè probant. Vnde duo

11 teſtes ſingulares probant famam, vel infamiam facti, Farinac. qu. 64. n. 254. vbi plures citat, & Maſcard. concl. 236. & concl. 749. nu. 23. ſiue ſingulariter ſit reſpectu perſonarum, puta ſi vnus teſtis nominat aliquos in Authores, alter verò nominet alios; ſiue ſingularitas ſit reſpectu loci, prout ſi vnus teſtis dicat ſe audiuiſſe in Platea; alter verò in burgo, ſiue ſingularitas ſit reſpectu temporis, prout ſi vnus dicat ſe audiuiſſe tali die, alter dicat audiuiſſe alia die; ſiue ſingularitas ſit in verbis, puta ſi vnus dicat, quod de hoc eſt communis opinio in Monaſterio, alter quod eſt publica vox, & fama in Monaſterio, vel quod religioſi in Monaſterio ita exiſtimant, vel alio modo ſint ſingulares, dummodo ſint conteſtes in ſpecie famæ, probant famam, vel infamiam. Idem Farinac. cum aliis citatis quæſ. 47. num. 261.

12 & 304. Ampliatur primò, in probatione minarum, Gramm. deciſ. 5. nu. 15. Gabriel de teſtib. concluſ. 2. nu. 59. Farinac. qu. 43. nu. 42. & qu. 64. nu. 75. & deciſ. 242. nu. 33. par. 2. conſ. 96. nu. 13. Baiard. ad Clar. q. 21. num.

Digitized by Google

nu.143. Burat.deciſ.205. num.11.& 17. & conſequenter probant metum, Crot.conſ.106.in 2. dubio in l.ſtipulatio nu.46. de verbor.oblig. Vrſill.ad Afflict.deciſ.41. & qu.64. nu.275.276. Surd. conſ.395. nu.26. Farinac.deciſ.196.nu.13.& dec.241. nu.33. & deciſ.260.nu.21. par.2. & locis ſupra citatis, Barboſ.ca.4.nu. 49.de teſtib.Iul.Chart.deciſ.85. nu. 12. vbi loquitur de probatione minarum, & metus ad effectum reſcindendæ profeſſionis religioſæ; Maſcard.concl.1053. Menoch.de

13 præſump.qu.126.n.31. Ampliatur ſecundò, in probanda mala fide, Surd.conſ.373.nu.24. Farinac.q.64.

14 nu.257.& 295. Ampliatur tertiò, in probatione doli, Farinac.d.q.64. nu.273.& conſ.40.nu.7.p.4. Barbo.

15 in ca.4.de teſtib.nu.50. Ampliatur quartò, in probatione ſimulationis, Maſcard.concl.447.nu.5. Farinac.dicta qu.64. num.271. contra

16 Afflictum, & Ioſeph. Ludou. Ampliatur quintò, in probatione irregularitatis, gloſ.verbo ſimul, in c. nihilominus 3.q.9. Farinac. vbi ſu-

17 pra nu.284.286. Ampliatur ſextò, ſed non in probanda cauſa irregularitatis, quæ per teſtes conteſtes eſt probanda in probatione declarationis voluntatis, Franc. Marc. dec.462.p.1.Mantic.deciſ.233.n.1.

18 Ampliatur ſeptimò, in probatione animi, & voluntatis alicuius, Maſcard.concl.94.num.3.Surd.de alim.tit.6.q.11.nu.52. Crauet. conſ. 73.nu.33.Seraph. deciſ.559. nu.13. Rota apud Burat.deciſ.205.nu.2.& apud Farinac.deciſ.579.n.7. par.1. vbi quod proteſtationes factæ a moniali intra annum probationis, quod nolebat profiteri, probantur

19 per teſtes ſingulares. Ampliatur octauò, in probatione Adulterij, Soccin.conſ.99. vol.2. Gabriel.de teſtib.concl.2.nu.50. Maſcard.concluſ.65.& concl.1603.nu.37. Farin. qu.136. nu.29. Et probant Adulterium in genere ſi ſingularitas eſt diuerſificatiua, & vnus deponit de vna re inhoneſta, & alius de alia diuerſa, Gram.dec.107.n.9. Baiard. ad Clar.§. Adulterium nu.33. & in materia lenocinii, Mich. Ferr.qq. moral.p.1.qu.12.n.6.& 7. Farin.qu.

20 64.nu.25.& ſeq. Ampliatur nonò, iunctis adminiculis, Crauet. conſil. 73.nu.36.& conſ.178.nu.3. Alexan. conſ.110. Bertaz.conſ.20.n.21. Anton.Monac.Lucenſ.deciſ.35. nu.15. Menoch.de præſ. lib.1. Farin.deciſ. 260. nu.22. quod non admittit Farinac. in criminalibus quoad pœnam ordinariam qu.64. num.303.

21 Ampliatur decimò, quod Iudex poteſt teſtibus ſingularibus plenam fidem adhibere, ſi ex illis inducitur ad credulitatem, Paul.de Caſtr.in l.Lucius, ff.de infame,& in l.admonendi coll.7. ff. de iure iuran. Socc. conſ.262. colum.5.ad finem, verſ.& pro certo lib.2.cum aliis, adductis per Crauet.conſ.35.num.15.conſil. 75.num.35.conſ.78.num.7.& Tuſc. litt.T.concl.265.nu.68.dicit, quòd Iudex poteſt credere teſtibus ſingularibus, ſi videt probationem eſſe veriſimilem, ex apoſt. ad Clar. qu. 53.num.18.verſ.ſunt ſingulares, & idem Tuſc.ibidem nu.65. ex Caſtil. conſ 21.num.5. & ſeq. inquit quod faciunt plenam probationem iudicis

cis arbitrio, quando tendunt ad eundem finem, latè Farinac.qu.37. nu.39. Quod teſtes ſingulares probant ſi ita iudici viſum fuerit, & idem Farinac.d.qu.64. nu.310. Vbi
22 poſt alios quos cumulat, dicit, erit in Iudicis arbitrio ſingularibus teſtibus credere, ſi ita ſibi ex aliqua iuſta cauſa viſum fuerit, ita etiam Tuſc.litt.T. concl.265. n.74. Guaz. ad Clar.qu.53. litt.L. & Baiard. ad Clar.qu.53.n.39.aſſerit, quod ſi teſtes ſingulares inducant Iudicem ad indubitatam fidem, non debet curare illam ſingularitatem, ita etiam dicit Cabal. caſu 193. num.8 vbi ſubdit, ex Caſtre.in d.l. Lucius, quod in arbitrio iudicis eſt ſequi dicta teſtium, vel non ſequi, Cha-
23 tar.deciſ.crim.35. n.17. Ampliatur vndecimò, ſi teſtes ſint nobiles, probatæ fidei, & veriſimilia deponunt, tunc poteſt iudex illis fidem adhibere, Caſtr.conſ.342. col.fi. lib 2. Rim.iun.conſ.7.nu.205.lib.1. Tuſc. litt.T.concl.265.nu 73. Antonin.Monac. deciſ.Lucenſ.35.nu.13.Bonon. deciſ.16. nu.16. Menoch. de arbitr. caſu 99 in fine, Farinac.qui multos congerit d.q 64. nu 304. quod non procedere, inquit, in ſingularitate
24 obſtatiua nu.306. Ampliatur duodecimò, quando teſtes dubitatiuè deponunt de tempore, vel de loco, & non benè recordantur, puta, ſi vnus dicat, credo, quòd fuit menſe Maij, & alter, credo, quòd fuit de menſe Iunij, tunc enim non præſumuntur ſingulares, aut diſcordes, Crauet.conſ.n.78.n.9. Petr.de ſide com.qu.12 nu.853. & ſeq. Farinac. qu 64.num.83. aut quando diuerſitas, & diſcordia eſſet in modico tempore, quæ non inducit ſingularitatem, Farinac. ibidem nu.84. ex
25 Gemin.conſ.4.num.10. Ampliatur tertiodecimò, quando agitur de probando quid in genere, tunc enim teſtes ſingulares benè probant, Farinac.qu.64. num.150. cum aliis ab eo citatis, latè Miranda de ordine iudic.qu.17.art.8.nu.261.262. & licet non ſufficiant ad infligendam pœnam ordinariam, ſufficiunt tamen ad aggrauandum Reum, contra quem deponunt, vt acrius torqueatur, & ſeuerius puniatur; Clar.qu.53.nu.19 verſ. ego aliqua, in fine, & ſequitur Tuſc.litt.T.concluſ.265.num.91. & in hoc Clarus, vbi ſupra, diſquirendo conceptum Doctorum circa ſenſum de probando delicto in ſpecie, & de probando delicto in genere, dicit, quod tunc dicatur agi de probando delicto in ſpecie, quando agitur de puniendo aliquem criminaliter, & in hoc caſu teſtes ſingulares non probant aliquem eſſe hæreticum, Adulterum, Vſurarium, &c. tunc autem agitur de probando delicto in genere, quando agitur non de pœna infligenda, ſed ad alium finem; puta ad diminuendam fidem teſtis, vel excipiendo de Adulterio ad priuationem dotis; benè verum quod multum faciunt ad aggrauandum reum, vt acrius torqueatur, & ſeuerius puniatur, ſed Petteg.conſ.2.nu.57 vol.2 aliter dicit; Scilicet, quod tunc agitur de probando delicto in genere, quando in libello accuſationis, vel denunciationis proponitur, quem hæreticũ, Vſu-

Vſurariū, Adulterum, Maleficum, & huiuſmodi non deſcendendo ad aliquem actum particularē; & tunc agitur de probando delictum in ſpecie, quando proponitur actus particularis, videlicet, quem abiuraſſe Chriſtum, ideo hæreticum eſſe; & citat multos DD. & cum Menoc.conſ.149.n.44. admittit per teſtes ſingulares hæreſim in genere probari poſſe; requirit tamen tres teſtes omni exceptione maiores, poſt Albert.in c.1.q.16.n.53.de hæret.in 6. & concludit Pereg.ibidem n.59.quod in factis, & delictis reiterabilibus teſtes ſingulares deponentes de diuerſis actibus, ſingulis de per ſe inferentibus crimen, & factum illud de quo agitur, teſtes ſingulares probant, etſi ſint omni exceptione maiores ſufficient ad condemnationem ordinariam, aut extraordinariam pro motu Iudicis.

26 Ampliatur quartodecimò, quando teſtes ſunt tantum ſingulares in non ſubſtantialibus negotiis, quia ſi in facto principali, & in qualitatibus, & circumſtantiis ſubſtantialibus conueniant, ſunt conteſtes, licet diſcordent in aliis circumſtantiis, remotis, acceſſoriis, & non ſubſtantialibus, D.Thom.2.2.q.70.art.2.ad 2.Tuſc.in conſ.102.nu.6.lib.3. Dec.conſ.105.n.2.lib.2.Marſil.ſing.68.Maſcard.concl.850.n.19. concl.1361.n.9.& concl.1368.n.7.Hiero. Rodoric.in Compend.reſ.reg.reſol.42.n.3.Farinac.conſ.65.n.16.Ghiſl. de Indic.regul.cap.17.nu.67.82.91. Sanch.in opuſc. tom.2. lib.6. cap.5. dub.9.nu.3. idem dicitur, ſi diſcordant immodico tempore. Gemin. conſ.4.n.9.Monticell.in repert.teſt. rub. contrarii teſtes, &c. fol.216.

27 col.1. verſ.4. Ampliatur quintodecimò, in probatione actus connexi, in quibus, ſi vnus teſtis deponat de principio, alius de fine, probant Bart.in l.ob crimen in fine, ff.de teſtibus, Felin.in c.licet ex quadam de teſtib. Guiot.ad Clar.q.53.litt.L.Pacian.de probat.lib.1.c.26. n.57.

28 Ampliatur decimòſextò, in teſtibus fiſci deponentibus pro Reo; qui probant etiam, quòd deponant de auditu, Roman.conſ.104.Socc.iun. conſ.69.nu.11.vol.1.Burſ.conſ.216. num.45.vol.2.Baiard. ad Clar. q.53. num.40.

29 Ampliatur decimoſeptimò, quando plura extant indicia remota tendentia ad eundem finem rei, & vnū coadiuuat aliud, & probantur per teſtes ſingulares; quia dum plures ſunt teſtes ſingulares de ſingulis indiciis deponentes, ſunt etiam plures præſumptiones, quæ faciunt vnum indicium ad torturam, Soccin. conſ.54.n.2.verſ.tertio lib.3.Gram. conſ.Crim.32.n.10. verſic. ex quib. omnibus, & conſ.56. n.22. & deciſ. 34.n.35.Blanc.de indic. p 1.q.2.nu. 5.Vulpel.reſp.crim.39.n.11.& reſp. 109.nu.3.& qu.72.n.4.Cranet.conſ. 35.n.15.Surd.conſ.137.nu.48. Farinac.qu.37.n.39. Maſtrill.deciſ.232. nu.7.par.3.Cabal. reſol.193.num.2. Ball.tract.var.lib.1. q.5.n.1. Laym. Theolog.moral. lib.3 ſect.5. tract. 6.ca.4.n.7. Albert.de agnoſc.aſſert. Cathol. part. 25. num. 20. Diana par. 4. tract.6.reſolutio. 5. & illud quod dicitur: quodlibet indicium debet duobus teſtibus probari;

procedit quoad condemnandum,
non autem quoad torquendum,
Baiard.quæſt.22. numero tertio.

30 Nam quoad effectum torquendi,
teſtes ſingulares coniunguntur, A-
lex conſ.77.vol.1.Gram.dec.34.nu.
30.& 35.& conſ.32.nu.10.Granut.
theor.23.n.14.Clar.q.53. verſ.Dixi
etiam, Bertaz.conſ.213.nu.7, & ibi
Claud, litt.E. Farin.conſ.196.n.14.
vol.3.Peregr.conſ.2. n.60. vol.2.&
ſufficiunt ad torturam, Bertaz.vbi
ſupra ex Gram.conſ.57. num.22.&
Socc.d.conſ.54.n.3.Et dicunt ſupra
citati Doctores, quod ad effectum
31 torquendi practicatur regula; Sin
gula quæ non proſunt ſimul colle
cta iuuant. Farinac.d.n.14. & q.86.
n.72. concurrentibus tamen tribus
requiſitis ſecundum Farin.q.37. nu.
38.Peregr.d.conſ.2.nu.53.& Guaz.
defenſ.Reor.30.c.4.n.13. videlicet,
Primò, quod ſint omni exceptione
maiores; Secundò, quod deponant
ſuper indiciis, quæ valdè veriſimi
liter inferunt ipſum delictum, &
Tertiò, quod indicia ſint plura,
quam duo, & talia, quæ reddant a-
nimum Iudicis quaſi certum, quod
Reus deliquerit; Et ſic poteſt iudex
deuenire ad torturam, etiam quod
iſta indicia non ſint, niſi per teſtes
ſingulares probata, ſed Cabal.caſu
193. n.4. dicit, quod ita etiam pra-
cticaret quando indicia eſſent tria,
licèt non valdè vrgentia, & etiam
quando duo indicia tantum exta-
rent veriſimilia; quia non ſemper
indicia remota probari poſſunt per
duos teſtes, ſed vt plurimum de eis
deponunt teſtes ſingulares, quorum
depoſitiones ſi reiicerentur infiniti
delinquentes remanerent impuniti,
& ita tenent contra Franc. Perſo-
nal.de indicio ad tort.nu.63. & ad-
32 dit ibi Cabal. Quod ſi vnum tan-
tum indicium remotum per duos
teſtes probatum, ad torturam ſuffi-
ciat, ſecundum practicatam opi-
nionem, teſte Clar.q.64.nu.14. Cer-
tè plura indicia, vnumquodque per
vnicum teſtem probata debent idē
Iudici perſuadere, vbi probabilia
videntur, & nu.6. ampliat etiam
quod dicti teſtes ſingulares ſint mi-
nus idonei, & repulſati; quia adhuc
ſufficiunt ad torturam, licet non ad
condemnationem, dummodo ſint
plures numero duobus, & citat ad
hoc plures Doctores, & quòd indi-
cia leuia ſufficiunt ad torturam,
Corrad.in pract.tit. de negat.crim.
num.29.Bertaz.conſ.123.num.8.Et
33 quando teſtes ſunt multum nota-
biles, & magnæ authoritatis, ſin-
gularitas non attenditur, Cabal.
34 vbi ſupra nu.8. & nu.9. Quod pro-
bationes ſunt iudici arbitrariæ, &
ab eius arbitrio pendent, & dicit
35 Boſſ.de indic.& tort. Quod ſi duo,
vel plures teſtes dicant ſe fuiſſe ſol-
licitatos, deuenitur ad torturam,
dato quod eſſent ſingulares, & quod
teſtes ſingulares faciant ſemiple-
nam probationem quando tendunt
ad eundem finem, licet per diuerſa
media, Bald.in l.actor.coll.3. c.de
probat.Soccin.conſ.178. n.8. vol.2.
Alex.conſ.77.ad finem lib.1.Calca.
conſ.19.col.4.Corn.conſ.101.col.3.
& conſ.135.col.fin.lib.1. & conſil.
109.col.2.lib.2. Corn. conſ.34.vol.
2.Rim.iun.conſ.85.n.17.inter conſ.
crim.diuerſ.tom.2. Crauet.conſ.35.
nu.15.

36 nu.15. Nam ad effectum torquendi
præſumptiones , & indicia quam-
uis imperfecta, coniungūtur. Gram.
conſ.3.nu.6. Marſil. conſ.20.nu.47.
& 49. Pariſ.conſ.153.num.36.lib. 4.
Brun à Sol.conſ. vnico n.6. Gabriel.
comm.tit.de probat.concl.1.nu.27.
Menoch.de præſ.lib.1. q.9. Peguer.
deciſ.17.nu.35. Honded. conſ.101.
nu.5. Farinac.qu.86.nu.72. Maximè
in caſu difficilis probationis; Gra-
nut.Theor.23.nu.14 Honded.conſ.
102.num.85. vol.1. Eugen.conſ.27.
nu 61. Miſting.obſeruat.100. Farin.
37 conſ.37. num. 7. Imò plura , & di-
uerſa indicia coniunguntur ad ple-
nam probationem, vt locus ſit pœ-
næ, prout quando plures deponunt
vidiſſe aliquid fieri , at teſtes non
erant congregati ſimul in eodem
loco , ſed vnus poſt alium aduenit ,
Caualc.de Brach. reg. par.4. nu.71
vbi citat Baldum , & Gramm. de
qua re infra par.5.cap.3.

Ampliatur decimooctauò, quan-
do teſtes ſunt concordes in dicto ,
licet ſingulares in cauſa dicti, quia
cenſentur concordes, Ludou.Rom.
ſing.576.in addit.Nic.Nigr. in fine.
38 Ampliatur decimonono , quod
diuerſitas temporis non reddit te-
ſtes ſingulares , quando non eſt vis
in tempore, Roman.conſ.30. Corn.
conſ.247.col.8. lib.2. Crauett. con-
39 ſil.151.nu 13. Ampliatur vigeſimò,
quando deponunt de frequentia
actus , Curt.de conſuet.n.261. verſ.
5. eſt dubitatio , Guid. Pap. conſil.
171. nu.4. Bertaz conſ.20.num.17.
40 Ampliatur vigeſimoprimò, In
probanda dementia , etiam ad effe-
ctum annullandi profeſſionem ,
Rot. deciſ. 107. num.12. par.2. in
nouiſs.Chartar.deciſ.85.nu.14. & in
probando furore , Farin. quæſt.61.
41 num.260.261. Ampliatur vigeſimo
ſecundò, quod non quælibet ſingu-
laritas reddit teſtes non idoneos ,
ſed ea, quæ differt in ſubſtantia ,
Bald. conſ. 217. Crauett. conſ.278.
42 nu.6.poſt medium. Ampliatur vi-
geſimotertiò , in probanda ſubor-
natione , Molfeſ. de pœnis par.2.
cap. 15. fol.157. 158.

43 Ampliatur vigeſimoquartò, in
probatione ætatis , Farinac.qu.62.
num.267.contra Gabrielem, & Ca-
ualcanum.

44 Ampliatur vigeſimoquintò , in
probatione Simoniæ, Farin.n.274.
Barboſ.ad c 4.de teſtibus nu.51.vbi
refert plures deciſiones Rotæ.

45 Ampliatur vigeſimoſextò , in
probatione celebrationis Miſſæ ,
quia ſi vnus deponit de celebratio-
ne facta in vna Eccleſia , alter de
celebratione facta in alia Eccleſia ,
vel vnus deponit de Euangelio, al-
ter de conſecratione , probant Fa-
rinac.qu.64.nu.281.282.& 286.

46 Ampliatur vigeſimoſeptimò , in
probanda confeſſione ſacramenta-
li, Farinac.num.299.

47 Ampliatur vigeſimooctauò quā-
do diuerſitas, & diſcordia teſtium
eſt in modico tempore, c.nihilomi-
nus 3.qu 9. Farin.q.64. n.90.91.

Reliqua de hac materia videnda
ſunt apud Farinac. qu. 64. & Tuſc.
litt.T.concl.265.

48 Teſtes ſingulares ſingularitate ad-
minicularia non probant , quoad
pœnam ordinariam , ſed tantum
quoad pœnam arbitrariam , nam

faciũt plus quam ſemiplenam probationem; quia dum vnus teſtis integer deponit de viſu, & alter de fama, vel alio indicio, primus facit ſemiplenam probationem, & alter teſtis adiunctus facit aliquem gradum probationis, & auget fidem, & credulitatem; non tamen probant quoad pœnam ordinariam, poſt Io: Andream, Conradum, Brunum, Palatium, Rubeum, Simancham, Iul. Clar. Boccium, Marſil. Pariſium, D. Thom. Sotum, & alios docet Roderiq. qu. 9. art. 4. & poſt eum, Spatar. tr. 7. c. 15. n. 3.

49 Sed relinquendum non eſt, quod teſtes ſingulares adiuuandi ſunt, vt efficiantur conteſtes, & eorum dicta non ſunt cauillanda, ſed iuuanda, & pro viribus ſubſtentanda, Bald. in l. de quibus col. vltima ff. de legib. & in c. cum dilecti col. vltima de conſuet. Marſil. ſing. 418. Curt. de teſtib. concl. 60. Caſſad. deciſ. 3. num. 5. de probat. & reducendi ſunt ad concordiam quantum fieri poteſt, Bart. in l. 2. ff. ſi cert. pet. Guid. Pap. ſing. 958. n. 2. etiam per ſuppletionem, Dec. conſ. 192. n. 2. & conſ. 595. num. 5. Farinac. deciſ. 249. n. 23. par. 2. Et facienda eſt omnis interpretatio, vt teſtes reducantur ad concordiam, & vt præſumantur conteſtes, & probent, & non ſingulares, Alex. conſ. 185. nu. 2. & 6. lib. 7. Surd. conſ. 12. n. 42. & conſ. 44. nu. 9. & conſ. 173. n. 43. Cæſar de Graff. deciſ. 5. n. 23. c. 9. deciſ. 270. nu. 7. p. 3. Farinac. dec. 214. nu. 5. & deciſ. 246. n. 6. & deciſ. 249. p. 2. Ludouiſ. deciſ. 390. nu. 9. Ferentil in addit. ad Burat. deciſ. 454. in fine, Rota diuerſ. deciſ. 191. nu. 4. & deciſ. 261. in fine, vbi dicit, quod aliquando ad concordandum probationes teſtium præſumitur pluralitas actuum, & aliquando excluditur pluralitas actuum, & præſumitur vnitas, & non ſolum per verborum interpretationem, ſed etiam per ſubauditos intellectus, & per verborum improprietatem facienda eſt interpretatio, vt teſtes non dicantur ſingula-

50 res, Farin. q. 64. n. 312. & per communem vſum loquendi, ſecundum quem intelligenda ſunt eorum dicta, gl. Bart. & Doctores in l. ſtipulatio iſta §. hæc quoque, ff. de verb. oblig. Matheſil. ſing. 102. n. 18. & vt non contradicant inter ſe facienda

51 eſt interpretatio, vt loquantur de diuerſo tempore, Felin. in ca. tranſlato nu. 8. de conſt. Ruin. conſ. 130. nu. 6. lib. 4. Farinac. dicta deciſ. 249.

52 num. 17. par. 2. & in dubio ſingularitas non præſumitur, Caſtr. conſil. 126. in fine, & conſ. 142. col. 2. in fine par. 2. Alexa. conſ. 4. num. 7. & conſ. 185. num. 2. lib. 1. Crauet. conſ. 161. num. 4. Maſcard. concluſ. 1215. num. 18. Rot. Roma. diuerſ. dec. 191. num. 4. part. 1. at contra Decium cons. 650. num. 8. Farinac. quæſt. 64. num. 317.

Sed in Criminalibus ſi teſtes inter ſe contradicant, non concordentur ad effectum, vt probent contra Reum, ſed ad effectum euitandi periurium, Felin. in c. cum tu extra de teſtib. num. 16. Farinac. quæſ. 65. num. 106.

CAP.

CAPVT VI.

De teſte Vnico.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus ad condemnandum non ſufficit, & n.2.*
3 *Fallit contra producentem quoad approbationem perſonæ, non quoad dicta, num.4.*
5 *Fallit 2. quando non agitur de alicuius præiudicio.*
6 *Fallit 3. quoad leuiores pœnas.*
7 *Fallit 4. quando agitur de euitando peccatum.*
8 *Fallit 5. quando agitur de probando actum in quo impoſſibile eſt habere plures teſtes.*
9 *Fallit 6. in probanda innocentia rei.*
10 *Fallit 7. ad excuſandum accuſatorem à pœna talionis.*
11 *Fallit 8. in teſte producto à Fiſco contra ipſum fiſcum.*
12 *Fallit 9. quoad executorem, vel nuncium, aſſerentem citaſſe aliquem.*
13 *Fallit 10. In perito, quando in loco non ſunt plures periti.*
14 *Fallit 11. quoad patrem dicentem filium inuitum factum fuiſſe Monachum.*
15 *Fallit 12. in teſte corrupto producto à corrumpente.*
16 *Fallit 13. in probanda bona, vel mala fide.*
17 *Fallit 14. in probanda confeſſione ſacramentali, vel abſolutione ab excommunicatione.*
18 *Fallit 15. in probanda ſcientia.*
19 *Fallit 16. quando accedit veriſimilitudo.*
20 *Fallit 17. in Teſte producto pro informatione Curiæ deponente in fauorem rei.*
21 *Fallit 18. quando agitur de conuincendo alium teſtem de mendacio.*
22 *Fallit 19. in probando factum ab eo, qui fuit mediator.*
23 *Fallit 20. quoad faciendum indicium ad torturam.*
25 *Fallit 21. in probatione appellationis.*
25 *Fallit 22. quando agitur de expellendo nouitium à Religione.*
26 *Fallit 23. in ciuilibus.*

1 Teſtis vnicus regulariter non probat ad condemnandum, Et eſt in ore omnium, quòd dictum vnius, eſt dictum nullius, cap.licet vniuerſis, c.veniens, c.iure iurando, & ca.in omni negotio extra de teſtib. & eſt conformis iuri diuino, dicenti Deuter.17. Nemo occidatur, vno contra ſe dicente teſtimonium, & c.19. non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, & in ca.admonere 33.qu.5.dicitur; Nec euangelica, nec vlla diuina, humanaque lex vnius teſtimonio etiam idoneo quempiam condemnat, vel iuſtificat. Et in cauſa tam ciuili, quam criminali duo teſtes requiruntur ad conuincendum, & condemnandum, c.nullam §.ſed hoc in fine 2.q.4.& in di-
2 cto Deut.17. Matt.18. & Pal.2. in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, & vnus teſtis non ſufficit quando agitur de præiudicio tertii inferendo, Campeg. regul.93. fallent.3.Maſcard.Crot.& Farinac. apud Barboſ. in cap.in omni negotio n.6.de teſtib.

3 Fal-

3 Fallit tamen in multis caſibus, & primò contra producentem, Roman.conſ.104.nu 6.Iaſ.in rubr.de iureiur. nu.8. Crauet. conſ.201. nu. 7.Pariſ.conſ.50 nu.60. vol.1. Socci. iun.conſ.69. nu. 11. lib.1. Rim.iun. conſ.612.num.59.Cephal. conſ.65. nu.55. Burſ. conſ.57. nu.11.Bertaz. conſ.2.nu.32.lib.1. Farin.qu.62.nu. 237. Chartar.deciſ.crim.28.num.4. Tuſc. litt. T. concluſ. 281.num.53.

4 Sed hæc limitatio, quod teſtis vnicus probat contra producentem valet, quo ad perſonam, quæ cenſetur à producente approbata, non autem valet quoad dicta, quæ non cenſentur approbata, Rota Roma. apud Farin.par.1.deciſ.244.nu.2.& par.1.recent.deciſ.286.nu.1. Ludouiſ.deciſ.215.n.5.vbi addit.n.9. Canaler.deciſ.154, nu.3. & deciſ.366. nu.5. multos cumulat Farin.dicta qu.62.nu.241.& licet nonnulli dicant, quod producens cenſetur approbare etiam dicta: tamen Farin. ibidem n.243.reſpondet; procedere iſtorum opinionem, quando producens poſtea reproduceret eius depoſitionem in iudicio, aut illam ratificaret, Peregr. conſ.93. num. 13.

5 Fallit ſecundò, quando non agitur de alicuius præiudicio, & nec in minimo nocet, gl.in cap.licet de teſtib. Prout in probando an aliquis ſit ſacramentaliter confeſſus, An puer ſit baptizatus. An aliquis excommunicatus dedit ſigna contritionis ante mortem, vt poſſit ſepeliri in loco ſacro, & pro eo Miſſas celebrari, Farin.dicta quæſt.62. num.26. Villalob. in ſumm. tom.1. tract.46. difficult.20. num.20.

6 Fallit 3. Quoad leuiores pœnas, prout ſunt pœnæ, quæ imponi ſolent in Religionibus. Card. de Lugo tom.2.de iuſtit. diſp.39.num.17. Nam in cauſis minimis admittitur probatio per vnum teſtem. Crauet. conſ.182.num.15. Marſil. ſing.433. Tuſc.litt.T.conc.281.n.45.

7 Fallit quartò, quando agitur de euitando peccatum. Videlicet, de probando impedimentum matrimonii contrahendi, cap.ſuper eo de teſtib.cap. præterea de ſponſal. Farinac.qu.69.nu.202.& qu.63.nu.48. dicta qu.62.nu.48.Tuſc.litt.T. concluſ.281.nu.17.Et ad prohibendum actum ex quo inducitur peccatum vnus teſtis probat, Io.de Imol.conſ. 91.n.4.verſ.item non obſtat. Tuſc. dicta concl.281. nu.60. Ricc.cum aliis ab eo citatis, decis. Cur. Archiep.169.nu.2.par.1. vbi loquitur de teſte vnico, qui audiuit à ſponſo ſe carnaliter cognouiſſe matrem puellæ.

8 Fallit quintò, quando agitur de probando actu in quo impoſſibile eſt habere plures teſtes, vel ſaltem difficile, aut quando alii non interuenerunt, l.1.§.fin.ff.de verb. oblig. Bertaz.conſ.106. nu.8. Maſcard. de prob.in præfat.qu.11. n.18. Rolan. conſ.73.num.26. vol.2. & alii citati à Farinac. d.qu.62. nu.38. Gabriel. lib.1.concl.1.de teſtib. nu.27. limit. 6.Ceph.conſ.75.nu.41.Marſil.conſ. 61.num.38.Vnde ſi Sacerdoti data fuiſſet ab aliquo pœnitente facultas, vt confeſſionem manifeſtaret, tunc crederetur dicto illius Sacerdotis fide digni. Et ſic dicto vnius

teſtis,

teſtis, in quo caſu plenè probat. Felin. in cap. nemo in principio de Simon. Anton. Gabr. comm. opin. tit. de teſtib. concl. 1. num. 28. Maſcard. concl. 377. num. 9. Cened. in decret. col. 60. nu. 2. prope finem.

9 Fallit ſextò, quando agitur de probanda innocentia rei, quæ plenè probatur per vnicum teſtem, Crauet. conſ. 2. nu. 16. Maſcard. concluſ. 904. nu. 10. & concl. 491. nu. 17. & 18. Farin. conſ. 60. nu. 2. Tuſc. litt. T. concl. 281. nu. 69. Niſi probatio rei eſſet de directo contraria probationi fiſci, aut accuſatoris. Boſſ. de except. contra teſtes n. 72. Farin. qu. 63. n. 43. Chartar. deciſ. 28. num. 25. & 26.

10 Fallit ſeptimò, quoad excuſandum accuſatorem à pœna talionis, Marſil. ſing. 47. nu. 4. Tuſc. concluſ. 280. nu. 11.

11 Fallit octauò, contra fiſcum, vt vnus teſtis productus à fiſco, contra fiſcum probet, Honded. conſ. 99. n. 16. cum aliis ab eo citatis, Burſat. conſ. 10. num. 23. conſ. 154. num. 14. Thob. Non. conſ. 99. num. 10. Tuſc. litt. T. concl 281. nu. 55. etiam ſi deponat de credulitate, & auditu, Crauet. conſ. 188. nu. 5. & conſ. 201. nu. 7. Bertaz. conſ. 71. num. 15. Tuſc. litt. T. concl. 287. nu. 4.

12 Fallit nonò, in exequutore cui creditur dicenti ſe citaſſe, vel nunciaſſe, cap. cum parati extra de appell. Tuſc. dicta concl. 281. num. 23. & 24. vbi, quod generaliter creditur nuncio, & cuicumque officiali iurato in ijs, quæ ſpectant ad officium ſuum, ex Cald. conſ. 188. n. 2. Farin. qu. 63. nu. 41.

13 Fallit decimò, in vnico perito, quando in loco vnus tantum peritus haberi poteſt, ex cauſa neceſſitatis. Quia ille vnicus probat vulnus non lethale, ſicut plures, Bald. conſ. 136. nu. 4. lib. 2. Tuſc. d. concl. 281. nu. 38. vbi num. 39. extendit, quando ex facto vulnerati prouenit, quod non poteſt probari niſi per vnicum medicum, quod vulnus non eſſet lethale, quia illud non oſtendit, niſi vni medico, ex Bald. d. loco citato.

14 Fallit vndecimò, in Patre dicente filium inuitum Monachum factum fuiſſe, ca. præſens 20. quæſt. 3. Tuſc. dicta concl. 281. n. 26. Corra. in praxi in c. dicta teſtium num. 4. fallent. 10.

15 Fallit duodecimò, in teſte contra corrumpentem, ſi producatur ab eo contra quem fuit corruptus, Marſil. 112. Apoſtill. ad Caſtr. conſ. 352. lib. 2. Tuſc. dicta concl. 281. nu. 40. Ricc. deciſ. 238. n. 6. par. 2.

16 Fallit tertiodecimò, in probanda bona fide, vel mala fide, Gamma deciſ. 290. Maſcard. conſ. 231. Surd. deciſ. 249. num. 26. Burgoſ. de pace conſ. 40. nu. 16.

17 Fallit decimoquartò, in probanda confeſſione, & abſolutione ab excommunicatione. Hippol. in l. 1. §. ſi ex vltro ff. de quæſt. Cald. conſ. 1. de teſtib. Villau. dec. 48. Maſcar. concl. 12. num. 3. Farin. q. 63. nu. 37. vbi alios citat Ricc. deciſ. Cur. Archiep. 113. nu. 3. par. 1.

18 Fallit decimoquintò, in probanda ſcientia. Surd. deciſ. 221. num. 11. Anton. Monac. deciſ. Florent. num. 6.

19 Fal-

19 Fallit decimoſextò, quando teſti vnico accedit veriſimilitudo. Veral.deciſ.27. part.3. Cæſar. de Graſſ. deciſ.3.nu.6.de probat.Rota deciſ.119.nu.4. par.2.recent.Burat. deciſ.430. n.4.

20 Fallit decimoſeptimò, in teſte pro informatione Curiæ examinato in criminalibus, aliquid deponente in fauorem rei. Farina.conſ. 68.nu.76.conſ.89.num.11. Aldobr. inter conſil.Farin.19. nu.23. conſil. 67.nu.3.& conſ.78.nu.4 Burg.de modo proced.ex abrupt.q.47. n.18. Burſat conſ.311.num.21.lib.3. Hector.Æmil.in tr. de teſtib. in verbo teſtis aduerſæ partis num.2. fol.50. par.1.Marol.conſ.107.num.65. Iul. Chart.deciſ.78. num.5. & deciſ.85. num.16.

21 Fallit decimooctauò, ad conuincendum alium teſtem de mendacio, quando eſt dignior, Bart. in l. vnius §.Iudex in principio, ff.de quæſtion. Brun. de indic.& tortur. par.2.qu.4.num 5. Foller. in pract. crim. in verbo capiat informationem, nu.38.Boſſ.de indic. n.28. Secus ſi ſunt pares, Burſ. & Bertaz.citati à Farin.qu.79.nu.21. Et conuictus de mendacio, ex dicto alterius dignioris licet ſolus, poteſt torqueri. Boſſ.tit.de tortura teſtium num. 10.

22 Fallit decimononò, in probando factum ab eo, qui fuit mediator, Caputaq.deciſ 367.

23 Fallit 20 Quoad faciendum indicium ad torturam. Nam vnus teſtis omni exceptione maior, qui deponit immediatè de delicto facit indicium ad torturam, vt dictum eſt ſupra cap.2. num.5. Et etiam facit indicium ad torturam, ſi non eſt omni exceptione maior in delictis occultis, & difficilis probationis, Caſon.de indic.cap.1.tr.10.num. 12. Ricc.deciſ.268.nu.4.par.2.cum adminiculis, vt in c.3.num.34. Aut quando inquiſitus, eſt leuis vitæ, ſcilicet aliàs criminoſus, & malæ famæ, Menoch.de præſ.lib.1. q.89. nu.6.Farin.de indic & tortur. q.36. n.65. Ricc.vbi ſupra n.5. Aut quando iudex habet amplum arbitrium, quia, & is torqueri poterit ex dicto teſtis vnius non omni exceptione maioris, dicunt Alex. conſ.65. n.9. Dec.conſ.63.nu.6.Gramm. dec.34. nu.31.Menoch. de arbitr. lib.1. qu. 39.nu.4.& ſeq. & de præſumpt.lib. 1.qu.89.nu.13.Ricc.vbi ſupra nu.6. Et ſufficit etiam vnus teſtis integer cum adminiculis ad pœnam extraordinariam, Corrad. de offic.prætor.rubr. de negatione criminis nu. 54. Rota apud Farin. deciſ.244.nu. 4.par.1.

24 Fallit vigeſimoprimò, in probatione appellationis, Maſcard.concluſ.114.

25 Fallit vigeſimoſecundò, ſi agatur de expellendo nouitium à Religione, dummodo teſtis ſit omni exceptione maior, & Nouitius nondum ſit iudicatus habilis ad profitendum, quia poſt iudicium, & conſenſum præſtitum requiruntur duo teſtes, & ſufficit ad Nouitium expellendum, ſi vnus teſtis dicat, quod Nouitius clam confeſſus fuit extra ordinem, Molfeſ. & alii citati à Diana de dub. regul. reſolut.4.

26 Fal.

16 Fallit 23. in ciuilibus, in quibus vnus teſtis cum præſumptionibus, plenè probat. Decius conſ. 92. nu. 4. libro primo. Mantica deciſ. 323. Farinac. quæſtione 63. numero 35. Barboſ. de teſtibus capit. quarto num. 10.

Sunt alij plures caſus, in quibus creditur teſti vnico, de quibus loquuntur, Specul. in tit. de teſte §. reſtat. rubr. de numero teſtium num. 7. vbi ponit 30. caſus, Butr. in cap. veniens num. 8. & Abb. ibidem num. 6. de probat. Campeg. de teſtib. reg. 197. vbi ponit alios caſus, Corrad. in pract. in cauſ. ciuil. titulo dicta teſtium aſſumendo, vbi ponit 35. caſus. Tuſc. dicta concl. 281. Farinac. quæſt. 63. Gabriel. comm. concluſio. tit. de teſtibus. Caualc. de teſtib. part. 3. ad quos Lectorem remitto.

CAP. VII.

De teſtibus ex auditu deponentibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes de auditu alieno non probant.*

Fallit in crimine aſſaſſinij, quatuor concurrentibus, n. 2.

3 *Teſtib. nominantib. aliques in conteſtes non creditur, ſi teſtes nominati contrarium dicant.*

4 *Probant in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, concurrente fama, & adminiculis.*

5 *Probant contra producentem.*

6 *Teſtes deponentes de auditu proprio probant, etiam ſi deponant negatiuè, & quãdo.*

7 *Teſtes de auditu vt probent, requiritur vt agatur de perceptibili per auditum.*

8 *Teſtis de auditu probat, etiam de re perceptibili per viſum, quando auditus non eſt omninò improportionabilis, & adducuntur multa exempla.*

9 *Teſtes de proprio auditu ex cortina, vel pariete, an, & quando probent in criminalibus.*

10 *Teſtis interrogatus de auditu proprio quomodo debet deponere, vt probet?*

11 *Teſtes de auditu probant copulam carnalem iuncta fama, & adminiculis, etiamſi agatur ad pœnam criminalem.*

13 *Adminicula in probatione copulæ carnalis, quæ ſunt?*

Declaratur.

13 *Quæ duplici ſenſu viſus, & auditus percipiuntur, an poſſint probari altero tantum ex dictis ſenſibus.*

14 *Teſtis non probat, dicendo ſcio, quia vidi, quando deponit de rebus, quæ propriè ſunt obiectum aurium.*

1 Teſtes de auditu, alij ſunt de auditu alieno, (qui propriè vocantur teſtes de auditu) alij de auditu proprio, & immediato. Deponentes de auditu alieno, regulariter non probant. Quia non deponunt per proprium ſenſum, nec de cauſa ſcientiæ.

2 Et in criminalibus nec faciunt

 præ-

præſumptionem, aut indicium, niſi eſſent duo in crimine aſſaſſinij, concurrentibus etiam adminiculis, vt aſſerit Farinac. qu. 69. nu. 19. Et vt in crimine aſſaſſinij faciant indicium ad torturam requiritur, vt nominent etiam non interrogati, à quibus rem ipſam audiuerunt, vt cognoſci poſſit, an eorum relatio habeat Authores idoneos; quod ſi Authores non eſſent idonei, & fide digni nihil probarent. Ideo oportet, vt articuletur, & probetur Authores fuiſſe perſonas fide dignas. Secundò, requiritur, quod rem audiuerint ante litem conteſtatam. Quia ſi audiuiſſent poſt litem conteſtatam nullam præſumptionem facerent. Tertiò, requiritur, vt ſubiungant ſe credere illud, quòd audiuerunt, & Quartò, vt audiuerint rem dici ab eiſdem perſonis, & non à diuerſis, ita Pacian. de probat. lib. 1. c. 9. à num. 37. vſque ad 42. Et debent exami-
3 nari nominati à teſtibus, aliàs non probant. Farin. q. 69. nu. 92. & ſi teſtes nominati contrarium dicant, non creditur illis à quo nominati ſunt. Monald. conſ. 72. nu. 21. Farin. deciſ. 337. nu. 5. & 13. Et quoties teſtis nominatus negat, teſti nominanti non creditur. Alexan. conſ. 34. nu. 1. Gram. conſ. 26. n. 20. conſ. 28. num. 28. Rimin. iun. conſ. 554. n. 4. Bertaz. conſ. 334. nu. 4. Surd. deciſ. 32. n. 26. Magon. dec. Lucenſ. 17. n. 8. Maſcard. concluſ. 1368. nu. 1. Farin. conſ. 147. num. 3.

4 In ijs, quæ ſunt difficilis probationis, & in occultis probant, concurrentibus aliis adminiculis ſi plures ſint teſtes, & exprimatur author in depoſitione, & hæc ſimul iuncta probant ad pœnam extraordinariam, dicit Farina. qu. 69. nu. 48. ad 53. & ad torturam Felic. alleg. 3. num. 8. part. 1. Giurb. conſ. 41. nu. 3. Carena par. 3. tit. 6. nu. 14.

5 Contra producentem probant, Farin. ſupra à num. 57. ad 60. Probant etiam, quando agitur de præiudicio nullius, Farin. nu. 61. Debent tamen huiuſmodi teſtes eſſe omni exceptione maiores, & debent exprimere, quod credunt ita eſſe quod depoſuerunt ex auditu alieno, Farin. n. 99.

6 Teſtes de auditu proprio probant non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus. Et non ſolum ſi deponant affirmatiuè, prout quando deponunt aliquem audiuiſſe ſe de peccato gloriantem, vt per Hoſtienſ. in c. quam ſi graue nu. 1. extra de teſtib. & ibi Io. Andr. nu 2. Anchar. num. 3. Butr. nu. 8. Menoch. conſ. 140. n. 24. Aut audiuiſſe verba contumelioſa ab aliquo in alium illata ipſo præſente, & audiente. Spec. tit. de teſtib. §. 1. nu. 52. Sed etiam negatiuè: puta, ſi deponerent, ſe fuiſſe præſentes, & non audiuiſſe aliquem clamantem, quia ſi clamaſſet audiuiſſent. Bart. poſt gl. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itiner. actuque priuat. Bald. in l. erroribus C. de errorib. aduoc. Decian. conſ. 83. nu. 24. lib. 3.

7 Et vt teſtes de auditu proprio pro-

probent requiritur, vt agatur de re, quæ per ſenſum auditus percipitur. Prout ſi agatur de probanda blaſphemia, iniuria, pacto, promiſſione, mandato, &c. Et quòd Titius ita dixit, ita mandauit, Henriqu. Boic. in cap. tam literis num. 1. de teſtib. exemplificat, in verbis, clamoribus, & vocibus, & nu. 3. exemplificat, in tempeſtatibus, tonitruis, pulſatione campanarum, & in Miſſa cantata alta voce. Quæ autem non per auditum ſed per viſum percipiuntur, prout ſi volo probare te occidiſſe, te vulneraſſe, te fugiſſe, te adulteraſſe, furaſſe, & ſimile, non ſufficit teſtimonium de auditu, ſed requiritur teſtimonium de viſu. Vnde quando agitur de probanda veritate delicti permanentis, aut de recognitione hominis, aut quod aliquis tenebat rem aliquam in manu, requiruntur teſtes de viſu.

8 De re, ſeu actu perceptibili per viſum, teſtis de auditu probare poteſt, quando auditus non eſt omnino improportionabilis, Butr. in cap. 2. verſ. ſed è conuerſo de conſuet. Alex. conſ. 24. n. 10. vol. 2. Menoch. caſu 475. nu. 16. de arbitr. cum aliis ab eo citatis, Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. nu. 62. Exemplum eſt, ſi teſtis deponat audiuiſſe ſub tenui pariete, vel cortina, quod vir, & mulier coibant, & commiſcebantur, licèt non videret, probat. Quia actus proportionatus viſui conuenit etiam auditui. Miſing. in ca. præterea num. 50. extra de teſtib. Maſcard. de probat. concl. 62. & concl. 452. nu. 9. Tuſc. litt. T. concl. 180. num. 45. Barboſ. in collect. ad dict. ca. præterea de teſtib. nu. 4. Pania. in direct. inquiſit. par. 3. qu. 72. verſ. poſtremus. Nam copula carnalis eſt actus proportionabilis cum ſenſu auditus, non ſolum propter ſonum ſeu ſtrepitum commixtionis: ſed etiam propter blanditias verborum, iucundos anhelitus, & amatoria ſuſpiria in illo actu interuenientia. Quæ ſunt interpretamenta coitus; Pacian. d. lib. 1. c. 10. num. 63. item probari poſſunt etiam tergiuerſationes, oſcula, cubilis amotionem, & ſimilia. Farin. q. 69. nu. 212. Quod procedit quando talis vir, & talis mulier ſoli erant in cubili; & nullus alius ad illos intrare poterat, quin ipſum teſtes vidiſſent, & tunc vnus ſufficit ad torturam. Sed ſi non fuiſſent ſoli in camera, aut ad illos, vel in eamdem cameram alii potuiſſent introire, abſque eo, quòd viſi fuiſſent à teſtibus, tunc teſtes de auditu non probant, & ſolum faciunt præſumptionem. Aliud exemplum ponit Alex. dicto conſil. 24. nu. 10. lib. 2. & poſt eum Menoch. dicto caſu 475. n. 18. Tuſc. dicta litt. T. concl. 180. nu. 45. & alii, ſcilicet, ſi teſtis deponat Caium vulneraſſe, vel occidiſſe Sempronium, exiſtentem in proprio cubili, licèt non viderit, quia erat de nocte, vel in loco concluſo, dummodo affirmet audiuiſſe vocem Caij, quam notam habebat, probat. Et ſic in quolibet alio ſimili caſu, in quo teſtis non potuit videre delinquentes, vel propter impedimentum,

vel propter tenebras, ſi notans habeat vocem, probat Albert. in l.2. §. idem Labeo num.2. verſ. niſi dicas, ff.de aqua pluuia arcend.& ibidem Ludouic. Rom.n.8.Corn.conſ. 18. in litt.F.verſ.& licet Bart.col 2. Pacian. dicto ca.10.num.27.28.29. & 32. & Abb. in cap.2. ſub num.5. de conſuet. Refert quendam prætorem blanditiis induxiſſe reum ad confitendum, cum teſtes, & notarium abſcondiſſet ex induſtria poſt cortinam, qui confeſſionem eius audierunt; & ſic fecit eum decapitare. Et hoc etiam modo fuit conuictus Dux Pauſaniæ de quadam proditione facto Græciæ, & condemnatus, & quod in hoc caſu reus conuincitur, conſentit Farin. q.69.n.194. & conſ.50.n.15.vbi citat Alexandrum, Soccinum,Gigas. & Menochium, refert Pacia. loco cit.

9 Et licet in criminalibus adhuc ſit quæſtio inter Doctores, An teſtes de proprio auditu ex cortina, vel pariete probent? Et hoc negent Ægid. Bellam.in cap.præterea ſub num.8. de teſtib. Io. de Imol.in l.2.§. item Labeo ſub num. 8.verſ.ſed poſſet dicere col.2.ff.de aqua pluuia arcend.Felin. in d.cap. præterea n.4.& in c.ſicut nu.5.& 6. de re iudic. Vbi loquitur etiam in caſu, in quo teſtis infallibiliter cognoſcit vocem loquentis, Marſil.in rubr.de prob.n.331. Aret.in c.cauſam n.44. extra de teſtib. Roland.à Vall.conſ.3.n.41.vol.3. Henr.Boic. in d.c.ſicut n.3.in c. tam literis n.6. de teſtib.Corrad.in pract.tit. de negatione criminis n.25.Bertaz.conſ. 228.num.13.lib.1. Vbi tenet, non probari mulieris percuſſionem per teſtes deponentes audiuiſſe mulierem in lecto acclamantem, etiam quod notas habeant voces clamantis,& allegat Pariſ.conſ.54. n.23. li. 4.& Roland.conſ.27. num.10. lib.3. Gig.de crim. læſæ Maieſt. lib.2.tit. quem, & per quos crimen læſæ Maieſ.probetur,q.20.n.6.& 7.Multo magis tamẽ hęc opinio procedit quando teſtis deponit ſe cognouiſſe vocem alicuius loquentis, vel clamantis in magno rumore,& tumultu rixantium. Crauet. conſil.2. num.4.Hector Æmil.de teſtibus in materia teſtis de auditu num. 28. fol.307.

Et vnus ſolus non facit indicium ad torturam, quia non eſt teſtis integer, cum fides aliqualiter in hoc caſu diminuatur, Boſſ.de indic. nu. 173. vbi allegat Felin.in cap. ſicut colum.3. verſ.2.extra de re iudicat. Roland. conſ.1. num. 42. & ſeq. & conſ.3.num.43. lib.3. Corſett. conſ. 217.col.1.num.3.Corn.conſ.10.col. 5. verſic. & tamen etiam auditus vol.1.Crauet. conſ.59. Brun.conſil. crimin.diuerſor.115.num.42. lib.2. Maſcard.concl.1114. num.9. Farin. q.69. nu.168.

Et per conſequens duo non ſufficiunt ad condemnationem,Farin. vbi ſupra, Buccaron. de differentia inter iudicia ciuilia, & criminalia, differ.104. num.5. & 6. Barbos.in collect.ad cap.tam literis nu.3.de teſtib.

Contrarium tamen,quod in hoc caſu vnus teſtis probat, ſi aliàs ſit omni exceptione maior, dicũt Alexan-

xan. conſ. 24. n. 10. lib. 2. Soccin. ſen. conſ. 54. num. 5. lib. 3. Iaſon. in l. non minorem ad finem C. de tranſact. Bald. in l. conuenticulam pen. col. C. de Epiſc. & Cleric. Spec. tit. de teſtibus §. 1. verſic. quid ergo ſi viro, & muliere, Io. Andr. & Hoſtiens. in cap. 2. de conſuet. Cyn. in l. teſtium, in 4 quæſt. C. de teſtibus, Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 475. num. 16. Tuſc. litt. T. concluſ. 180. num. 45. & 46. Viu. comm. opinio. ver. teſtis deponens de nocte, Plot. in l. ſi quando §. final. num. 17. in fine Cod. vnde vi, Coſta in memorabili in verbo teſtis deponens. & per conſequens facit vnus teſtis iudicium ad torturam, & duo ſufficiunt ad condemnationem, huic opinioni adhæret Clar. quæſtio. 21. num. 3. ver. ſed quid ſi teſtis, vbi cum Bald. in l. ſi non ſpeciali num. 1. Cod. de teſtament. & Coſta loco citato, vbi intelligit procedere, modo teſtis ita deponens habeat veriſimiliter adeò notam vocem Rei, vt decipi non poſſit. Quæ opiniones conciliari poſſunt, vt prima opinio procedat, quando non conſtat, quod in eodem loco non ſint aliæ perſonæ, ſecus quando conſtat quod in eodem loco, vbi auditur vox non ſunt aliæ perſonæ, maximè quando ex propoſito, & induſtria teſtes ſunt ibi poſitæ, Maſcard. concl. 1114. num. 10. concordat etiam opiniones in omni alio caſu, vt prima opinio habere poſſit locum, quando deponens de auditu eſſet talis, qui de facili poſſet decipi in voce.

Secundam verò opinionem veram eſſe dicit, quando propter familiaritatem, & notitiam non videtur quod teſtis falli poſſit. Exemplificat in patre, qui dicit cognouiſſe vocem filij. Prout Patriarcha Iſaac non potuit decipi à voce Iacob, ſed illum à voce cognouit. Idem dicitur de filio, qui non poteſt decipi à voce Patris. Et idem etiam eſt de viro, & vxore, de fratribus, & ſororibus, vt in dicto conſil. Alexand. 24. Vbi agebatur de teſtimonio ſororis, quæ optimè præſumitur nouiſſe vocem fratris. Idem etiam dicitur in amico magna amicitia, & familiaritate coniuncto. Idem in vicino, ſi vltra viciniam concurreret etiam domeſticitas, & conuerſatio, vt conſuluit Soccin. dicto conſil. 54. & hæc fuit intentio. Clar. dicta quæſtione 21. numero tertio. Et iudicis arbitrio remiſſum eſt an teſtis habeat notam loquentis vocem, necne, Pacian. dicto cap. 10. num. 41. & 45. ex Bald. in l. conuenticulam nu. 8. Cod. de Sacroſ. Eccl. Farin. quæſtio. 69. num. 170.

10 Et teſtis interrogatus non ſufficit quòd dicat, audiui vocem talis, quia eam notam habeo; Sed oportet vt etiam dicat, habeo notam vocem eius, quia cum eo ſæpius fui conuerſatus, & eum loquentem, & clamantem ſæpius audiui. Crauett. conſil. 2. numero quarto. Tuſc. litt. T. concluſione 176. numero primo. Et quando deponit de clamore, non ſufficit dicere, quia notam habet vocem: Sed oportet vt dicat, quòd

notum habet eius clamorem. Quia vox communis, & familiaris, eſt diuerſa à voce clamatoria, Crauet. vbi ſupra, & Tuſc. dicta concl. 176. num. 2. Sequitur Hector Æmil. de teſtib. in materia teſtis de auditu, num. 4. Farinac. qu. 69. num. 172. & num. 174. addit, quod debet habere notam vocem loquentis de recenti, & non ſufficit quod notam habeat vocem de præterito; puta in adoleſcentia, quia talis vox in virili ætate mutatur, ex Aret. in d. cap. cum cauſam nu. 29. extra de teſtib. Et regulariter teſtes de auditu proprio, vt probent requiruntur adminicula. Aretin. ſupra num. 44. quæ arbitrio iudicis relinquuntur. Menoch. dicto caſu 475. nu. 19. Pacian. dicto cap. 10. num. 41.

11 Et quod teſtes de auditu probent copulam carnalem iuncta fama, & adminiculis, in quocumque caſu, & ad quemcumque finem, Io. Andr. in dicto c. præterea de teſtib. nu. 11. verſ. in verò, Anchara. ibi nu. 2. verſ. breuiter dicitur, Aret. poſt num. 4. Butr. ſub num. 9. Abb. nu. 5. Felin. nu. 2. Farin. dicta qu. 69. nu. 206. Et etiam ſi agatur ad pœnam criminalem. Bald. in dicto ca. præterea nu. 7. Alex. conſ. 24. n. 10. verſ. nec obſtat lib. 2. Aret. in d. ca. cum cauſa nu. 41. Farinac. d. qu. 69. nu. 210. quamuis contrarium exiſtiment, Felin. in d. c. præterea n. 4. Marſil. in rubr. de probat. nu. 352. & Henric. Boic. ibidem nu. 3. & in ca. tam literis num. 6. extra de teſtib.

12 Pro adminiculis poni poſſunt in hoc caſu, riſus, iocus, tactus, miſſio nunciorum, vel iocalium, complexus, oſculum, & ſimilia. Pacian. d. lib. 1. cap. 10. nu. 10. Farin. d. quæſt. 69. nu. 114. vbi citat etiam Rota diuerſor. 91. num. 6. par. 2. Et iudicis arbitrio remiſſum eſt qualia adminicula ſufficiant in propoſito, ita poſt alios quos citat. Farin. vbi ſupra num. 215.

13 Sed an ea, quæ duplici ſenſu, viſus, & auditus percipiuntur, poſſit probari altero, ex prædictis ſenſibus? Exempli gratia, ſi teſtis dicat, ſcio, quia vidi, aut è contra, ſi dicat ſcio, quia audiui, an probet, & quoad ſenſum viſus? Affirmant nonnulli, quia ſenſus viſus eſt generalis ratio ad omne teſtimonium, vnde teſtis deponens, & reddens rationem, quia vidit, reddit rectam rationem de omnibus, quæ ſenſu corporis percipiuntur, licet ſenſus corporis ſint quinque. Bart. in l. teſtium C. de teſtib. poſt gl. in c. teſte 3. q. 11. & ex Iacob. de Puteo in l. hæredes palam in 3. col. ff. de teſtam. idem dicit Butr. in c. tam literis col. 2. in principio verſ. puto tamen, extra de teſtib. Iacob. de Arena in l. teſtium C. de teſtib. Bald. in Margarita in lit. T. in verſ. vnde qui audiuit, Socc. conſ. 54. col. 1. volum. 3. Hipp. Marſil. ſing. 418. Guid. Pap. ſing. 632. num. 2. & ſing. 895. num. 2. Aloyſ. de Albert. ſing. 156. Pacian. dicto c. 1. lib. 10. nu. 79. Nec diſſentit Farinac. qu. 69. nu. 161. vbi, dicit: Si teſtis dicat, ſe vidiſſe Titium talia dicentem, nec dicat ſe non audiuiſſe, ſi non conſtat, quod non audiuerit, probat, & è contra ſi teſtis dixerit ſe audiuiſſe puta Titium talia dicentem, nec dicat

ſe

ſe non vidiſſe, ſi non conſtat, quod non viderit, iſte teſtis probabit. Quia per ſenſum auditus non excluditur viſus; imò includitur, niſi aliud conſtet. Butr. in d. c. tam literis n. 8. de teſtib. & ſequitur Farin. d. nu. 161.

Contrarium voluit Bald. in l. vn. nu. 3. verſ. item eſt aliud ſingulare col. 2. C. de confeſſ. vbi hoc concedit tantum in ruſtico, & idiota, qui plerumque ponit vnum ſenſum pro alio, & Hector. Æmil. in tract. de teſtib. in materia teſtis de auditu num. 36. fol. 306. ex Menoc. dicit, quòd quando teſtis deponit ſuper actu, vel re perceptibili per viſum, & auditum, tunc benè probat, quando dicit ſe audiuiſſe, & vidiſſe ſimul, Pacian. d. c. 10. nu. 74. Sed ſi teſtis dicat ſe vidiſſe, & conſtat non audiuiſſe, vel è contra non probat, Farin. d. nu. 161. & Aret. in c. cum cauſam extra de teſtib. dicit num. 34. quod ſi teſtis deponat per ſenſum viſus de eo, quod percipitur, alio ſenſu non probat, niſi communis vſus loquendi acciperet vnum ſenſum pro alio: vel teſtis alio modo ſe declaret, & ipſe addo, quòd Iudex in hoc caſu debet cogere teſtem, vt ſe declaret.

14 Et ſi teſtis deponat de actibus, & de rebus quæ propriè ſunt obiectũ aurium, non probat ſi dicat, ſcio, quia vidi, nam ſi dicit, quod Titius cum Berta loquebantur verbis inhoneſtis, & impudicis, & in reddenda ratione, dicit. Scio, quia vidi, non probat, quia poterat videre eos loquentes, abſque eo, quod audiat eorum loqutionẽ. Oportet ergo, vt dicat, ſcio quia vidi, & audiui, aut quia audiui; quando eos non vidit, quia impeditus à cortina, vel tenui pariete, & certo ſcit perſonas loquentes, vt dictum ſupra eſt, ſenſus enim viſus in hoc caſu nullam habet proportionem cum ſenſu auditus; quotidie enim videmus homines loquentes inter ſe, & tamen non audimus ea, quæ loquuntur. Et delicta quę verbis committuntur, vt iniuriæ, blaſphemiæ, ſubornationes, mandata ad percutiendum, ſolicitationes ad turpia, promiſſiones, & cœtera huiuſmodi non poſſunt congruenter probari niſi per ſenſum auditus, & reddentes rationem per ſenſum viſus, non eam rectè reddunt: Viſus enim neſcit, quid faciat auris. Imbrian. de repulſa confider. 6. nu. 157. & 158. vnde Maſcard. conclus. 1244. num. 12. Poſt alios, quos citat, dicit, quod ſi teſtis deponens ſuper promiſſione dicat, vidi, quod talis promiſit Titio decem, non probat promiſſionem. Sed quid ſi teſtis in reddendo rationem dicat, ſcio, quia vidi, & fui præſens? vel ſcio, quia interfui? Maſcard. ibidem nu. 14. dicit, quod probat, quia illa intereſſentia denotat ſenſum auditus, ex Bald. in ca. cum cauſam col. 7. vers. quid ſi dicit interfui, extra de teſtib. Sed Pacian. cum aliis ab eo citatis d. lib. 1. c. 40. n. 17. dicit quod nec ſufficit teſtis dicens ſe fuiſſe præſentem; niſi addat, quod verba illa dici non potuerant, quin ipſe audiuiſſet. Quia poteſt quis eſſe præſens, & non intelligere quid ab alijs dicatur.

CAP.

CAPVT VIII.

De teſtibus de Credulitate deponentibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis de credulitate quid eſt? Et an probet?*
2 *Teſti de credulitate deponenti, non eſt dandum tempus ad deliberandum.*
3 *Teſtis depoſitio debet de neceſſitate concludere.*
4 *Teſtes iudicantes non probant, niſi reddant bonam cauſam.*
5 *Teſtis ſi primo deponit de credulitate, & poſtea certitudinaliter probat.*
6 *Teſtis de credulitate probat contra producentem.*
7 *Teſtis de credulitate probat fauore defenſionis.*
8 *Teſtes periti deponentes de credulitate probant.*
9 *Teſtes deponentes in ſecundo examine de credulitate referendo ſe ad primum examen in quo depoſuerunt de viſu, probant.*
10 *Teſtis de credulitate probat, quando deponit ſuper præſumptione appropriata actui.*
11 *Teſtes de credulitate probant in his, quæ directo probari non poſſunt. Item in his quæ ſunt difficilis probationis, num. 12. Et in his, quæ in iudicio percipiuntur, nu. 13. Et in his, in quibus teſtes de auditu probant, num. 14. Et contra confeſſionem raptæ, num. 15. Et quando in negotio depoſuit de vera ſcientia, & circa tempus deponit de credulitate, n. 16. Et quando cum credulitate concurrit præſumptio iuris, num. 17. Et probat quoad quale indicium, n. 18. Et contra ſeipſum, n. 19.*
20 *Teſtis, vt de credulitate probet quid eſt neceſſe, n. 20.*
21 *Iudex quando poteſt repetere teſtem deponentem de credulitate.*

1 TEſtis de credulitate eſt ille, qui per verbum credo, vel non credo deponit, vel pro certo credo, vel firmiter credo, vel mihi imaginor, &c. Et nihil certi, & de cauſa ſcientiæ affirmat. Et iſte non probat, nec præſumptionem facit. Marſil. ſing. 19. nu. 1. Bald. in l. ſiue poſſidetis col. pen. C. de prob. Matt. Mattheſil. ſing. 37. nu. 15. Ratio eſt, quia ſcientia teſtis debet eſſe certa, & non opinatiua. Bald. conſ. 466. nu. 2. in princ. lib. 4. Caſtr. conſ. 197. col. 2. verſ. tertio conſidero libro 1. Alex. conſ. 68. in fin. vers. tertius teſtis, & conſ. 134. nu. 6. lib. 2. & conſ. 114 n. 15 lib. 4. conſ. 91. nu. 4. conſil. 74. n. 6. & conſ. 166. n. 6. lib. 6. Signorol. conſ. 241. nu. 6. Afflict. deciſ. 381. num. 7.

Extenditur, etiamſi dicat ſe pro certo credere, Bald. vbi ſupra, Dec. conſ. 524 n. 6. Apoſtil. ad Bart. conſ. 111. nu. 2. lib. 1. Alex. conſ. 109. col. 2. lib. 1. Et talis teſtis non eſt verus teſtis. Alex. d. conſ. 91. n. 5. lib. 6. nec dicitur deponere, vt teſtis. Alexa. conſ. 74. nu. 6. & conſ. 109. num. 7. & conſ. 133. num. 4. lib. 1. Et idem eſt, ſi deponit per verba dubitatiua; credere reor, Bertaz. conſ. 33. nu. 9. aut per verba dubia, idem conſ. 95. n. 17. & conſ. 162. nu. 1. Aut ſi deponat per verbum arbitror, Alexand. conſ.

conſ.88.nu.4.lib.4.Corn.conſ.162. lib.1.

Quia niſi addat cauſam ſcientiæ, & rationem concludentem per ſenſum corporis, non probat, Alexa.dicto nu.4. Rol.à Vall.conſ. 17. nu.32. Aut ſi deponat per verbum videtur, quod non probat etiam in ciuilibus, Alexand.conſ.15. numero quinto libro primo, & conſ.134.numero ſexto, & conſil. 147.nu.16.& 17.lib.2. Farin. deciſ. 32.par.2. Aut, ſi dicat videri ſibi, & in conſcientia ſua, quia potius iudicat, quam teſtificat. Alex.conſ. 13.nu.24.& 25.lib.5. Idem, ſi deponat de iudicio ſuo, Alex.conſ.114. num.17. lib.4. Bouer. in ſingular. verbo teſtis num.9. Ruin.conſil.12. num.45.lib.5. Socc. iun. conſil. 51. num.31.lib.2. Farinac. deciſ. 231. num.1. lib.2. Niſi reddat cauſam ſcientiæ ſui dicti etiam non interrogatus, Aloyſ. de Abb. ſingul. 269. Idem ſi deponat, per verbum plus, & minus. Quia dicitur dubitatiuè deponere. Cæſar.de Graſ. deciſ.7. num.5. Aut per dictionem circa, Bertaz.conſ. 106. num.15. Farinac. deciſ.146.num.8.& 9. lib. 2. Aut per dictionem plus, vel vltra. Niſi ſuam depoſitionem declaret. Nouar.qq.foren.61. Idem ſi deponat titubando, aut dubitando. Bouer. ſingul. verbo teſtis nu.

2 11. Cui teſti de credulitate non eſt dandum tempus ad deliberandum, gloſ. in cap. quoſdam extra de præſumpt. Aloyſ. de Albert. ſingul. 221. Et ideo non probat, quia

3 teſtis depoſitio debet de neceſſitate concludere, præſertim in criminalibus. Boſs. tit. de oppoſitio. contra teſt. num. 45. & alij citati à Bouer. in ſingul. verbo teſtis n.29.

Licet ſufficiat ſi concludat præſumptiuè præſumptione iuris; putà, ſi teſtis deponat ſuper fama, vel infamia, reddat cauſam ſcientiæ, nimirum, quia eſt vicinus, cum de iure vicinus præſumatur ſcire conditiones vicini.

4 Extenditur, quod teſtes iudicantes, non probant. Niſi reddant cauſam bonam ſcientiæ, & dicuntur iudicare, nedum quando deponunt de iudicio ſuo, ſed etiam quando deponunt de ijs, quæ ſunt iuris, Bouer. in ſingul. verbo teſtis num.2. Ideo teſtes deponentes aliquem eſſe hæreticum iudicant, quia eſt iuris cognitio, & non probant. Crauet.conſ.134.nu. 43.& conſ.262.num.4. Neque probant ſi deponant per verbum iuris, Bart.conſ.113.in fin.lib.2. Crauet.d.n.43.

Ex his patet, quod quando teſtes deponentes de credulitate, vel per verbum arbitror, aut videri, aut iudicio meo, & ſimili, reddere debent cauſam ſcientiæ concludentem. Puta, ſi diceret, credo, quia vidi, aut quia audiui, Bald. conſ.219. ante medium lib.quarto, Alex. conſ.79. numero tertio libro primo, Soccin. conſ. 143. num. 6. libro primo, Caſtr. conſ.372. num. quarto libro primo, Abb. conſil. 105. colum.2. libro primo, Crot de teſtibus num.315. limit. prima, Maſcard. concluſ.458. numero vndecimo concluſ.1367. à numero 7. Farinac. quæſtio. 68. num.74. &

decif.271.num.4.ex Caputaq.Rol. à Vall.conſ.57.num.27. & ſeq. lib. 1. Quia tunc creditur decif. 170. num.6.par.3.Barboſ. in ca. quoties num.19.de teſtib. Vel ſi adducat aliam concludentem rationem, Bart.in l.poſſidetis col.pen. C.de probat.Alex.conſ.7.col.3.volum.1. Hipp.Marſil.ſing.19.nu.1. & ſing. 183. Vbi, quod ſi tale dictum de credulitate iunctum eſt rationi, vel præſumptioni inferenti ita credi debere, probat. Sicut è contra, non creditur, quando teſtis dicit ſcire aliquid, & eſſe verum, & poſtea in reddendo cauſam ſcientiæ dicit, quia credit. Soccin. regul. 39. in prima fallentia.

Limitatur Regula quod teſti de credulitate deponenti non credatur. Primò, quando teſtis in primo examine deponit per verbum Credo, & poſtea in repetitione, antequam partes didicerint teſtificata, deponeret certitudinariè, quia ſtatur declarationi illius. Bal. conſ.152.lib.1. in principio.

6 Limitatur ſecundò, Quod teſtis per verbum Credo, deponens, probat contra producentem. Roman. conſ.104. in fine, & ibi Poſtill. in verbo, intentionem, Alex.conſ.66. lib.1.Socc.iun.conſ.69.nu.12.lib.1. Pancirol. conſ.81. nu. 23. Crauett. conſ.908.num.7.Rim.iun.conſ.60. in princ.lib.1.Bertaz.conſ.71.num. 15. Farinac.qu.68.num.75.Barboſ. in cap. quoties num. 16. de Teſtibus.

7 Limitatur tertiò, Fauore defenſionis. Crot. de teſtib. num.81. & nu.315.verſ.ſecundo fallit, Bartol. conſ.16.in fine lib.2. Alex.conſ.76. in fine lib.1.Pancirol.conſ.57.n.9. & 10. Bertaz.conſ.26. n.1.& conſ. 11.nu.18.conſ.38. n.26. conſil.121. num.2.conſ.135.nu.11. Vbi quod probat ſi deponit ſe credere, & iudicare, inſultatum omnia feciſſe ad ſui defenſionem; & ſi deponat per verba, iudicio meo. Idem conſ. 3.nu.37.Hippol.de Marſil.ſing.19. Farinac.qu.68.nu.77. Buccaron.de differ.inter iudic.ciuil.& criminal. differ.71.nu.4. & 6. Vbi quod probant ad Reorum defenſionem, etiamſi nullam reddant cauſam ſuæ credulitatis per ſenſum corporeum concludentem, Barboſ.in dicto ca. quoties nu.8. Sed Crot. vbi ſupra num.78.Farinac.d.quæſt.68. nu.78.& Iul.Chartar. decif.43. dicunt, quod teſtis debet afferre cauſam rationabilem ſuæ credulitatis; Et ſi deponat aliquem occidiſſe ad ſui defenſionem, non plenè probat, niſi dicat, ad defenſionem neceſſariam. Roma.ſing.28. Felin. in ca. ſignificaſti, col.6.in princip. extra de homicid. Sed Matheſil. ſing.37.nu. 13. Tenet oppoſitum, quia ſufficit dicere, ſe ita credere, quia probato inſultu, ſemper ad ſui defenſionem feciſſe inſultatus præſumitur. Nam quando is, qui fuit interfectus primo inſultauit interfectorem cum armis, eo ipſo præſumitur animo occidendi inſultaſſe, & tunc defenſio per credulitatem probatur. Alexa.conſil. 109.num.7.in fine, & nu.8.lib.1. Et etiamſi teſtes eſſent domeſtici probant, Pancirol.conſ.77.n.10.

8 Limitatur quartò, quoad depoſitio-

ſitionem eorum, qui in arte ſua ſunt periti, vt ſunt Medici, Obſtetrices, & ſimiles. Qui probant, ſi dicant, ita declarare, aut arbitrari, vel credere, aut iudicare. Io. de Anan. conſ. 76. in princ. Farin. dicta qu. 68. nu. 95. Barboſ. in d. c. quoties num. 13.

9 Limitatur quintò, quando teſtis deponit per verbũ, Credo, & refert ſe ad aliud examen, in quo deponit de viſu, vel cum ratione concludenter. Alex. conſ. 133. num. 4. verſ. Præterea, lib. 1. & conſil. 56. lib. 2.

10 Limitatur ſextò, quando teſtis de credulitate deponit ſuper præſumptione appropriata actui, & proxima ſenſui per quem veritas percipitur; Videlicet ſi deponat aliquem commiſiſſe fornicationem, quia vidit ſolus cum ſola, nudus cum nuda in lecto iacentes, vel ſe ipſos oſculantes, aut impudicè tractantes, arg. cap. præterea de teſtib. c. ſi vicinis, ca. de nupt. Abb. in ca. quoties de teſtib. Felin. in ca. Inquiſitionis §. quæſiuiſti de accuſ. Scac. regul. 39. Farinac. q. 68. n. 93. Barbo. in d. c. quoties nu. 17. de teſtibus, & in c. literis nu. 4. de præſum. Tambur. in prax. crim. quæſit. 12. nu. 12. Fr. Anto. in Spirit. Sanct. de regim. Prælat. regul. tract. 4. diſp. 3. ſect. 9. num. 277. Secus autem ſi allegaret cauſam remotam, dicendo, Credo copulam carnalem inter Titium, & Bertam, quia vidi ſimul confabulantes in via. Ghiſl. de Iudice Regul cap. 17. num. 74. 75. Berti in Prax. tit. 11. cap. 11. n. 74. 75. Ricc. in Prax. ver. reſolutio. 231. num. 1. par. 2. & alij ſupracitati.

11 Limitatur ſeptimò, in ijs, quæ directò probari non poſſunt, Burſat. conſ. 87. nu. 50. Et in materia non certitudinaliter cognoſcibili. Hippol. de Marſil. ſing. 19. num. 3. cum aliis citatis, à Farinac. qu. 68. nu. 81. Barboſ. in dicto cap. quoties num. 14.

12 Limitatur octauò, in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, & alia, quæ corporis ſenſu non percipiuntur, Angel. conſ. 3. nu. 2. & ſeq. Iaſ. in rubr. ff. de iure iur. ſub nu. 9. verſ. 7. limita, Campeg. de teſtib. reg. 209. in 4. Fallent. Farinac. d. qu. 68. nu. 84. & deciſ. 271. n. 4. p. 2. Barboſ. vbi ſup. nu. 15. Tribus tamen concurrentibus; Primò, ſi adducit rationem eum mouentem ad ſic credendum; Secundò, vt ratio ſit fundata in cauſa proxima, & ſenſibili, iuxta dicta ſupra nu. 10. Tertiò, vt firmet ſuam depoſitionem dicendo, ita firmiter credo. Farinac. ſupra num. 110. 115. 116. Nihil dubitando.

13 Limitatur nonò, quod teſtes deponentes de iudicio ſuo, probant in ijs, quæ iudicio percipiuntur, Scilicet, quod pecunia ad oculos oſtenſa eſſet tanta, vel non. Soccin. conſ. 143. num. 6. verſic. reſpondeo lib. 1.

14 Limitatur decimò, in ijs, in quibus probant teſtes de Auditu. Soc. reg. 17. teſt. de credulitate, Burſat. conſ. 87. num. 4. lib. 1. Magon. deciſ. Lucenſ. 46. num. 18. Gallin. de verbor. ſignificat. lib. 10. capit. 37. num. 46. Maſcard. concluſ. 1363. n. 10. Farin. q. 68. n. 100.

15 Limitatur vndecimò, contra confeſſionem raptæ. Leſs. dec. Aragon. qu. 4. num. 21. Barboſ. in d. cap. quoties nu. 18.

16 Limitatur duodecimò, quando teſtis deponit de vera ſcientia in negotio principali, quia probat, licet circa tempus deponat de credulitate, vel de iudicio ſuo, Alex. conſ. 149. n. 2. lib. 5.

17 Limitatur tertiodecimò, quando cum credulitate concurrit præſumptio iuris, Socc. reg. 17. teſtis de credulitate.

18 Limitatur quartodecimò, quoad qualequale iudicium, quod oritur ex depoſitione teſtium de credulitate. Campeg. de teſtibus reg. 209. in quinta fallent. Farin. q. 68. num. 105.

19 Limitatur quintodecimò, vt probet contra ſeipſum; nam ſi falſum dixerit, de falſo punitur, Corrad. rubr. de credulitate, n. 40. in fine, in 8. fallent. Maſcard. concluſ. 1363. nu. 23. Farinac. dicta qu. 68. nu. 107.

20 Et ad hoc vt teſtis de credulitate deponens probet, neceſſe eſt, vt credulitas, ſiue credendi ratio in eo, eliciatur ex actibus, ex quibus homines communiter aliquid factum fuiſſe præſumunt, aut veriſimiliter credũt, Abb. in d. c. quoties de teſtib. Ghisler. de Iudic. Regul. cap. 17. num. 75. Berti in Prax. tit. 11. cap. 11. num. 75. Ricc. in Prax. variar. reſol. 231. nu. 1.

21 Et quando addit rationem ſenſus, quæ videtur inducere probationem, & ſit dubium eorum dictum: Iudex ex officio poteſt illum repetere ad habendam veritatem; Etiam poſt concluſum in cauſa, maximè quando cauſa eſt ſummaria. Alex. conſ. 147. n. 19. lib. 2.

CAPVT IX.

De Teſtibus Inimicis.

1 *Inimicus capitalis repellitur à teſtimonio, & probata incontinenti facit differre examen, num. 2. Et impedit ne reus conſtituatur, num. 2. & 3. & 42. 43.*

4 *Inimicus repellitur à teſtimonio etiamſi cauſata fuerit ab eo contra quē producitur, niſi ſtudioſè ſit ab eo procurata.*

Et etiamſi ortum habuerit à cauſa minus probabili, num. 5. Et ſi aſſerat ſe amicum, nu. 6.

7 *Odij cauſa ſufficit, licet teſtis dicat non habere odium.*

8 *Teſti dicenti ſe inimicum ad effectum vt à teſtimonio repellatur, quando eſt credendum?*

9 *Inimicus præſumptus repellitur à teſtimonio; & inimicus occultus, n. 10. Et ſuſpectus de odio, num. 14.*

11 *Inimicitiæ probatio debet eſſe manifeſta.*

12 *Inimicitiæ cauſa ſufficit vt quis à teſtimonio repellatur, etiamſi non appareat de inimicitia; Sed an hoc procedat quando cauſa inimicitiæ eſt incognita à teſte? nu. 13.*

14 *Socius itineris non poteſt teſtificari pro ſocio offenſo, odioſus, & non beneuolus, an, & quando à teſtimonio repellitur, ibidem.*

15 *Inimicitia Capitalis non expurgatur per torturam.*

16 *In-*

16 *Iudicis arbitrio remittitur an inimicitia ſit grauis, vel leuis.*

17 *Inimicus non capitalis, non repellitur à teſtificando, tamen non eſt teſtis integer.*

18 *Repellitur à teſtificando conſanguineus inimici; Item etiam amicus inimici, nu. 19. Et inimicus reconciliatus de recenti, n. 20.*

21 *Proditor non eſt occidens inimicum reconciliatum de recenti.*

22 *Teſtimonium inimici tempore depoſitionis non conualidatur per ſecutam reconciliationem.*

23 *Reconciliatio quomodo probetur, explicatur.*

24 *Inimicus reconciliatus quando admittitur, non eſt teſtis integer.*

25 *Inimicitia capitalis inducitur ex minis de occidendo, vel alijs grauibus; Item ex verbis iniurioſis, num. 26. Et ponuntur exempla, & n. 27.*

28 *Inimicitia contrahitur inter Iudicem, & Reum ex ſola carceratione, ex parte rei, quando carceratur pro crimine, quod infamat, ex parte Iudicis non contrahitur, niſi quando iniuſtè carcerat.*

29 *Inimicitia contrahitur grauis, ſeu Capitalis inter accuſatum, & accuſantem. Item inter teſtem in cauſa criminali, & reum, nu. 30. Item ex percuſſione facta alicui, num. 31. Item ex quæſtione de prælatura obtenta, n. 32. Ex prolatione malæ famæ, vel libello famoſo, nu. 34. Ex coniuratione, & conſpiratione contra aliquem, n. 38.*

33 *Inimicitia non capitalis contrahitur ex obedientia denegata. Item ex non ſalutatione, vel alloquutione ſolita, num. 35.*

Ex ſimplicibus verbis de voluntate nocendi, num. 36. Ex expulſione de familia, n. 37.

39 *Conſpiratio quomodo probatur?*

40 *Teſtis inimicus probat contra producentem.*

41 *Inimicus admittitur ad teſtificandum parte non opponente.*

43 *Inimicitia capitalis impedit examen teſtium, nõ autem non capitalis, n. 24.*

45 *Inimicitia non præſumitur niſi probetur.*

46 *Inimicitia capitalis probata, ſi adhuc iudex procederet, & torqueret reum, confeſſio erit nulla.*

47 *Teſtes inimici cum adminiculis quando veritas aliter haberi non poteſt, an admittantur?*

1 INimicus capitalis etiam cũ tortura non probat, Baiard. q. 24. num. 8. Peregr. conſ. 2. nu. 23. vol. 2. Guazin. defenſ. reor. 30. c. 40. nu. 15. Et omnino repellitur à teſtimonio ferendo contra inimicum, etiam in cauſa hæreſis, Simoniæ, Læſæ Maieſtatis, & aliis exceptis, & grauioribus delictis, c. per tuas vbi Io. de Anan. & omnes Doctores de Simon. Spec. tit. de accuſ. §. 1. in fine, Angel. & Albert. in l. famoſi, ff. ad leg. Iul. Maieſta. Gig. de crim. læſ. Maieſt. lib. 2. tit. quomodo, & per quos q. 2. Campeg. de teſtib. reg. 26. Maſcard. concl. 462. nu. 31. concluſ. 857. n. 40. & ſeq. Clar. q. 24. latè Farinac. qu. 53. vbi nu. 7. Vbi ampliat etiam in cauſis priuilegiatis, ſcilicet, occultis, & difficilis probationis, vbi aliter veritas haberi non poteſt, (ſed de hoc infra in fine late,) & n 8. quod non poteſt recipi à Iudice habente liberum arbitrium,

Et

Et non ſufficit, niſi ad inquirendum generaliter, hoc eſt ad Iudicem inſtruendum, ac ad illum inducendum ad aſſumendam informationem ſuper delicto: non autem ad inquirendum ſpecialiter, ita concordando opiniones tenet Farin.ibid.nu.15.Tuſc.lit.T.concl. 332.num.7. Guaz.defenſa reor.30.
2 ca.40.num.15.Si pars citata ad videndum examinari teſtes opponat de capitali inimicitia, & offerat ſe illam probaturam incontinenti, examen differtur, & teſtes non recipiuntur in cauſa criminali, niſi prius fuerit iudicatum ſuper dicta inimicitia, ita Thorus in Compend.deciſ.verbo, exceptio inimi-
3 citiæ. Farin.num.17.Sed vbi teſtes non recipiuntur parte citata; huiuſmodi oppoſitio poteſt fieri antequam Reus conſtituatur: quando incontinenti ſe offert cum teſtibus probare inimicitiam eorum, quos ipſe ſuſpicatur depoſuiſſe contra eum, vt ſupra dictum fuit cap.3.à nu.66.& ſeqq. Sed ſi incontinenti non poteſt probare huiuſmodi inimicitiam; poteſt eam probare in termino ei dato ad ſe defendendum, vt infra num.42. di-
4 cetur, ſequitur Farinac.nu.18. Qui docet hanc regulam procedere etiam quando inimicitia cauſata fuit facto, & culpa illius, contra quem teſtes inimici producuntur, & aſſerit quòd Doctores quos ipſe adducit pro contraria opinione errarunt in hoc. Nihilominus Bouer.ſingul.verbo teſtis nu.28.dicit, quod non excluduntur, ſed quòd iudicantis arbitrio hoc remittitur; & certum eſt, quòd inimicitia ſtudioſè procurata ab eo, qui ſcit teſtem poſſe deponere contra ſe, vt ſi eum percuteret, vel alio modo cum eo contraheret inimicitiam, vt non poſſit eſſe teſtis contra ſe, per talem inimicitiam non repellitur teſtis à teſtimonio, Bart. in l.1.§.Cum quis, ff.de quæſt.Bald. in auth.ſi dicatur, verſ.modo quæritur, Cod.de teſtib.Dec.conſ.163. col.7.in princ. Alex.conſ.99. nu.3. lib.1. Felin.in cap.cum oportet nu. 12.in fine, & in c.repellantur n.4. de accuſat.Marian.in eodem cà.repellant, n.10 Prædicta tamen, poſt Abb.ibi, Decian.tract. crim.lib.5. ca.25.num.16.Maſcard.concl.857. num.54.Baiard.ad Clar.q.24.n.40. Farinac.dicta q.53.nu 64.qui n.65. Subdit an inimicitia ſit procurata per fraudem, vt iudicium eludatur, relinquitur arbitrio iudicis.

5 Et repellitur inimicus à teſtificando, etiam quod inimicitia proceſſerit, & ortum habuerit à cauſa minus probabili, ſi ex ea quis ad odium commouerit.Farin.ibidem, num.20. Et etiam quod de inimicitia non appareat; neque de odio mentis; dummodo adſint cauſæ inimicitiæ. Alexa. conſ.99.num.2. lib.1 Felin.in cap.cum oportet col. 6.de accuſat. Gramm. conſ.45. nu. 12.idem Farinac.num.21.

6 Repellitur etiam, ſi aſſerat ſe amicum, ſi re vera ſit inimicus. Farinac. ibidem n.22. Rodoric.qq. regul.15.artic.3.verſ.item locum
7 tom.2. Et ſufficit habere cauſam odij, quamuis teſtis dicat non habere odium, Alex. d.conſ.99.nu.2. & 3.

& 3. audicat non fuiſſe, nec eſſe inimicum. Gig. de crim. læſæ Maieſt. lib. 2. rubr. quomodo, & per quos, &c. qu. 2. nu. 33. Decian. dicto ca. 25. nu. 21. Vulpel. conſ. 14. n. 10. & conſ. 26. nu. 2. & alii relati à Farinac. conſ. 216. num. 11. Quia diſſimulans inimicitiam, eſt peſſimus inimicus, Decian. dicto capit. 25. num. 23.

8 Sed an è contra, credatur teſti dicenti ſe inimicum, ad effectum, vt à teſtimonio repellatur, vel vt examinatus, non probet? text. in cap. Inquiſitionis §. tertiæ de accuſat. dicit, credendum eſſe, niſi hoc dicat in fraudem, & præſumatur fraus, ſi ſe latitaret, ne deponeret: aut ſi ita refugiendo, gratiam proſecuti aucupari velit. Marian. Soccin. conſiderat tres caſus, quos refert Boſs. in tit. de oppoſit. contra teſt. num. 64. Primus eſt, quando illud dicit ante iuramentum, & tunc Iudex debet eum repellere, niſi in fraudem id afferat; vbi tamen concludit de capitali inimicitia, ſecus ſi non concludit de capitali inimicitia. Imbrian. de repulſ. teſt. conſid. 6. num. 7. Secundus caſus, quando poſt iuramentum, & tunc non creditur, ſiue in fraudem, ſiue non. Quia ſi verum dicit, eſt inimicus, ſi falſum, eſt periurus. Tertius caſus eſt, quando poſt depoſitionem illud aſſerit: puta, ſuper generalibus, vel aliter, & tunc, aut incontinenti id dicit, & creditur; aut ex interuallo, & non creditur. Sed ſtatur primo dicto, ita Boſſ. ex Soccino, & Nellus, in prima parte ſub num. 19. & 20. Campeg. reg. 199. Imbrian. dicto num. 70.

9 Repellitur etiam inimicus præſumptus, & ſuſpectus, Gramm. conſ. 45. num. 18. & alii, citati à Farinac. d. qu. 53. nu. 24. Baiard. qu.

10 24. num. 42. Item repellitur occultus, & qui fingit ſe amicum, & licet Gramm. conſ. 44. num. 8. dicat,

11 Inimicitiam debere eſſe euidentem, & manifeſtam, vt repellat teſtem à teſtificando; hoc tamen non eſt verum de inimicitia, ſed de probatione inimicitiæ; quæ debet eſſe manifeſta, & concludens. Et dicitur eſſe manifeſtè, & concludenter probata, ſi de cauſa appareat, quamuis odium, rancor, & effectus inimicitiæ ſint occulti, vt poſt Decian. aſſerit Farinac. vbi ſupra num. 26.

12 Repellitur etiam teſtis quando adeſt cauſa inimicitię, etiamſi cauſa prædicta inimicitiæ ſit incognita ei contra quem deponitur. Bart. in l. 1. in fine ff. de his quib. vt indign. Farinac. vbi ſupra nu. 27. Alex. conſ. 26. in fine, vol. 4. Blanch. de indic. nu. 160. Menoch. de arbit. caſu 28. nu. 7.

13 Quod concedit etiam, ſi cauſa inimicitiæ, non ſolum eſſet incognita illi, contra quem teſtis producitur, ſed etiamſi eſſet incognita ipſi teſti, ſecundum Marſil. ſing. 178. vbi exemplificat: Si Titius accuſauit Sempronium de aliquo crimine, certè licet ipſe Sempronius neſciat ſe accuſatum eſſe ab eo, tamen non poterit contra eum eſſe teſtis. Vel pone, quod Titius adulterauit vxorem, vel filiam Caij, & hoc eſt incognitum ipſi Caio, atta-

tamen non obſtante illa ignorantia, quia ſubeſt cauſa inimicitiæ, non poterit ipſe Caius teſtificari contra Titium, ita Marſil. poſt alios Doctores ab eo citatos. Sed Farinac. vbi ſupra nu. 28. & 29. tenet contrarium; quod ſi cauſa inimicitiæ eſſet incognita tempore depoſitionis ipſi teſti, non poterit repelli, quia non præſumitur peierare propter odium. Et citat pro ſe idem Marſil. conſ. 29. num. 23. Sed poſſunt faciliter conciliari; nam, aut verè conſtaret quòd teſtis non habuiſſet notitiam de iniuria illata ab eo, contra quem deponit; & tunc non repelleretur à teſtimonio, nec vt inimicus verus, nec vt præſumptus; quia deficeret odium propter quod teſtes inimici repelluntur, cum impoſſibile ſit, quod inimicitia contrahatur ab ignorantibus offenſam. Bertaz. conſil. 215. nu. 10. ex Cyno, & Albert. cap. & ita procedit opinio Farinac. aut non conſtat verè de tali notitia in teſte, ſed ſumus in dubio: & tunc ſufficit probare cauſam inimicitię, vt teſtis repellatur à teſtimonio ferendo contra inimicum;
14 Sufficit enim eſſe inimicum præſumptum, vt à teſtimonio repellatur, vt ſup. num. 9. Et ſatis eſt quem eſſe ſuſpectũ de odio, vt repellatur in criminali, Alex. conſ. 99. n. 3. vol. 1. Hinc eſt quod ſocius itineris non poteſt teſtificari pro ſocio offenſo, Ricc. par. 1. deciſ. 2. Repellitur etiam teſtis odioſus, aut non beneuolus, & non diligens eum, contra quem deponit, Farinac. poſt multos quos congerit, ibidem num. 30. Et ſi teſtis tempore examinis aſſerit non diligere eum, contra quem criminaliter examinatur, probatur inimicitia, Gemin. conſ. 142. nu. 3. verſ. item probatur inimicitia; quod non procedit, niſi quando odium eſt priuatum, vt dicit ipſemet Farinac. nu. 31. Secus ſi publicum, putà, ſi quis aliquem odio habeat, quia facinoroſus, Criminoſus, vel Infamis; quia tale odium non procedit ab ira, nec eſt iniuſtum, iuxta illud, Iniquos odio habui, Farinac. ibidem nu. 31. 32. Nec procedit quando odium non eſt capitale, Farinac. vbi ſupra nu. 33. Crauet. conſ. 6. num. 31. Corrad. in Pract. Crim. lib. 1. ca. 9. n. 65. Baiard.
15 qu. 24. nu. 33. Et quando inimicitia eſt capitalis, teſtis etiam cum tortura non probat, Farinac. dicta q. 53. n. 10. vbi alios citat, quib. adde Peregr. conſ. 2. nu. 23. vol. 2. Baiard. qu. 24. nu. 8. Guazz. defenſ. reor. 19. cap. 16. num. 21. & defenſ. 30. ca. 40. nu. 15. vbi alios cumulat. Inimicitia capitalis repellit in totum, non capitalis, non repellit in totum. Gigan. de Crim. læſæ Maieſt. lib. 2. tit. quomodo probetur quæſt. 2 in fine; Et dicitur inimicitia capitalis, vel non, prout Iudex arbitrabitur, Alex. conſ. 99. nu. 5. lib. 1. Clar. vbi ſupra verſ. item quæro, & qu. 21. num. 30. Vbi quod ſi habet ortum ex cauſa graui, vel capitali dicitur capitalis; Secus ſi ex cauſa leui. Et ſtatur arbitrio Iudicis, Bouer. ſingul. in verbo teſtis num. 51. Abb. in cap. inquiſitionis §. 3. num. 11. de accuſat. Lanfranc. in tract. de teſtib. num. 50. Gramm. deciſio. 34. num.

n.28.& conſ.37.nu.9. Vbi quod Iudicis arbitrio relinquitur, quæ capitalis dicatur inimicitia, & quæ non, glo.in c.cū oporteat de accuſat. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 110.n.3.Farin.cum aliis ab eo citatis q.49.n.86.& q.53.nu.57.Franc. Marc.deciſ.894.n.11.li.1.Maſcard. concl.1050.nu.3.& iudex ſuum arbitrium regulabit iuxta facti, & perſonarum qualitates, & circumſtantias, Farin.d.qu.49. num.86.

17 Et licet inimicus non capitalis, non repellatur à teſtificando, non tamen dicitur teſtis integer, ſed ei diminuitur de fide tantum, quantum patitur qualitas inimicitiæ iudicis arbitrio, Gabriel.conſ. 178.num.9.lib.1.Alexan.conſ.182. num.6. lib.7. Tuſc. litt.T. concluſ. 222.num.83. Decian.tract. Crim. lib.3.cap.25. ſub num.26. Maſcard. concl.462.nu.3.Farinac.dicta concluſ.53.num.54.contra Nellum, & Curtium exiſtimantes eſſe teſtes integros.

18 Repellitur etiam à teſtimonio conſanguineus inimici mei, etiam quod conſanguinitas proueniat ex linea tranſuerſali, Baiard. quæſt. 24. num. 14. Farinac. dicta quæſt. 53. nu.34. Et affines vſque ad quartum gradum affinitatis, Bertazol. conſ.2.n.13.cum ſeq.Maſcard.concl.68.n.3.Baiard.d.q.24.n.14 Farinac.ibid.n.35.Alex.conſ.2.nu.9.lib 7.Etiamſi conuerſati fuerint ſimul; quia ſufficit ſubeſſe cauſam inimicitiæ, Alexa. conſ.49.num.2.lib.1. Gramm. conſ. 45. num.16. & ſeq Tuſc. litt.T. concluſ.222. num.51. Nam ex offenſione conſanguinei infra quartum gradum contrahitur inimicitia, Decia. tract.Crim. lib.2.cap.25.nu.37.& ſeq. Menoch. præſumpt.42.lib.5.

19 Repellitur etiam valdè amicus inimici mei; Alex.conſ.2.num.9.& 10. lib.7. & ſocius, & domeſticus inimici mei, & qui legam faciunt cum inimico meo, & qui ſunt contrariæ factionis, ſed Farinac.dicta quæſt.53. à num.36. Limitat multis in modis, & præcipuè, vt procedat, quando familiaritas eſt magna, continua, & antiqua; Secus ſi recens, & non magna. Et limitat etiam, vt non repellatur in totum, ſed ei de fide diminuatur, ibidem num.42.& 43. & à numero 44. & ſequentibus. Idem dicit de conuerſatione cum inimico.

20 Sed an inimicus reconciliatus admittatur in teſtem? Affirmat Gratia. conſ.145.nu.3. & ſeq.lib.1. Sed contrarium dicit Farinac. cum nonnullis Doctoribus ab eo citatis dicta quæſt.53.num.59. Quando reconciliatio eſt de recenti; quia huiuſmodi reconciliatio non excludit inimicitiam, Menoch.lib.1. præſumpt.89.num.57. Clar.quæſt. 24.verſ.ſed quid, Rim.conſ.88.nu. 13. lib.1. & Ricc.deciſ.168.num.6. par 1.

21 Addit, quod occidens inimicum reconciliatum de recenti, non eſt proditor; Quando autem reconciliatio dicatur recens, vel antiqua, arbitrio iudicis relinquitur, qui ex circumſtantiis, ex qualitate perſonarum, ac inimicitiæ exiſtimabit an teſtis reconciliatus ſit repellendus necne, Cla.q.24 verſ.ſed quid ſi

ſequuta ſit reconciliatio in fine, & alii citati à Farinac. vbi ſup.nu.61.

Quæ reconciliatio non præſumitur, quando inimicitia eſt capitalis; ideo per allegantem probanda eſt, ſecus ſi eſt leuis, Farin.ibid. nu.62.& Bald.conſ.163.& Decian. dicto lib.3.c.25. nu.86. Et dictum inimici tempore depoſitionis non validatur per ſecutam reconciliationem, Imbrian.de repulſa conſi derat 4.nu.37.Tuſc.litt.T. concluſ. 222.nu.64. Quia in hoc inſpicitur tempus depoſitionis.

23 Probatur reconciliatio ex conuerſatione familiari. Gramm.vot. 30.n.18.item per tactum manuum, Rayn.conſ.12.num.12.vol.5. Item, ſi potuit data occaſione offendere, & non offendit; vel reuocare beneficia,& non fecit, gl.in ver.Athletæ, §.dat remiſſionem, verſic. niſi priuſquam, de excuſ.tutor. Merita quoque ſubſequentia faciunt quoque præſumi remiſſam iniuriam, & inimicitiam,Iaſ.in l.ex hoc iure, ff.de iuſtit.& iur. Decian.d.cap.25. n.87. Sed ex ſola ſalutatione non præſumitur reconciliatio inter inimicos,Mayner.dec.98.lib.3.neque ſi inimici inſimul ſederint in eadem menſa,& comederint inuitati ad nuptias,nec per oſculum pacis, creditur ſublatus effectus inimicitiæ, dicit Carrer.in Prax.§.quartum indicium nu.10.Et in omnem

24 caſum inimicus capitalis poſt reconciliationem admiſſus non eſt teſtis integer, & omni exceptione maior, Clar.vbi ſup.in fine,Farin. d.qu.53.nu.63.Tuſc.d.litt.T.concl. 222.n.61. Vnde duo teſtes non probant delictum, vt poſſit ſequi condemnatio.Io.de Anan.conſ.17.n.8. & ſeq.Tuſc.vbi ſupr.nu.56.& vnus teſtis non ſufficit ad torturam, niſi adiunetur aliis adminiculis, Socc. conſ.228.nu.8.& Io.de Amic.conſ. 119. nu.11. vbi quod ſuppletur ex aliis, quando ceſſat cauſa inimicitiæ, & Gramm.deciſ.34.num.50. vbi, quod ſufficit ad torquendum, quando concurrunt alia indicia, Tuſc.d.concl.222. n.72.

25 Inducunt inimicitiam capitalem minæ de occidendo,Alex.conſil.14.nu.13.lib.3.Maynard.dec.83. n.5.lib 4. Tuſc.d.litt.T. concl.222. nu 32.Triuiſ.deciſ.venet.45.nu.26. lib.2.Rodoriqu. qq.regul.15.art.3. verſ.ſecunda eſt tom.2.Si ſit ſolitus minas exequi, Blanch. de indic. & tortur.n.179 & ſeq. Decian.d.cap. 25.num.77. Et etiam quod non ſit ſolitus minas exequi. Farin.qu.49. num.48.Item ex quibuſcunque minis grauibus, de inferendo iniuriam, ex qua illata capitalis oriretur inimicitia. Alberic.in authent. ſi teſtis n.3. verſ.Item minæ graues cap.de teſtib. Soccin. in cap.repellantur n.14.de accuſat. Marſil.conſ. 3.nu.12.Petr.à Palac.in epit.del.ct. lib.1.cap.28.nu.18.in fine,Decian. dicto lib.3.cap.25.num.77.

26 Item ex verbis altercatoriis, & iniurioſis contrahitur inimicitia capitalis. Bald.in c.veniens,circa finem de iure iur. Roland.conſ.24. num.38. Rim.iun. conſ.311. nu.41. Baiard.d.qu.24.nu.31. Gram.conſ. 6.nu.36.Viu.comm.opin.lib.4. tit. 50.nu.137.Maſcard.concl.898. nu. 24.& 41.Farinac.quæſ.49.num.3. Me-

Menoch.præſumpt.42.nu.17.lib.5. Barboſ.alleg.41. nu.13. Ball. tract. var.tit.de indic.qu.21. nu.5. Item ſi quis appellat Monachum Apoſtatam à Relig., Cauillatorem, Falſarium, aut improperat aliquod delictum commiſſum, ſiue non commiſſum. Bart. Bald. & alij in l.3. ff. de liber. & poſthum. Item ſi quis dicit alicui, tu mentiris, Bart. in l. ſi quis extraneus de acqu. hæredit. aut ſi dicat, tu es ſpurius, Gramm. deciſ.17. Rodriqu. qq. reg. 15. art.3. tom.2. Portell. in dub. regul. verbo Correctio num.28. Vbi quod Iudex debet conſiderare perſonas inter quas prolata ſunt conuitia, Decian. d.c.25. nu.52. item ſi quis dixerit alteri, Fur, latro, & ſimilia verba contumelioſa; quæ ſi vera ſunt, contrahitur inimicitia ex parte tantum iniuriati, non iniuriantis, Decian. ibidem, ex Socc.

27 conſ.146. vol.1. Verum, ſi verba de ſui natura iniurioſa proferantur ſub conditione, prout, ſi dixiſſet, ſi tu dixiſti hoc, tu mentiris, non inferunt iniuriam, Bertaz. conſ.176. num.4. Aut ſi referat verba iniurioſa ab alijs relata, dicendo, relata refero. Claud. ibidem litt. A. aut ſi retulit verba iniurioſa de quibus erat fama, idem Bertaz. Aut ſi iniuriatus iniuriam illatam ad animum non reuocaret, prout ſunt viles perſonæ, & in hoc multum erit iudicis arbitrio tribuendum, Farinac. qu.49. num.46. item ex Adulterio commiſſo cum vxore alterius, vel cum ſorore, matre, filia, & conſanguinea, Decian. tract. Crim. tom.1. lib.3. ca.25.

28 item inimicitia capitalis contrahitur inter Iudicem, & Reum, ex parte rei, etiam ex ſola carceratione pro crimine, quod per ſententiam infamat, & ideo non poteſt contra iudicem examinari. Bald. in l. ignorat in fine, ff. de exhiben. Felin. in cap. repellantur nu. 5. de accuſat. Gramm. conſ.45. nu. 17. & conſ.46. num.1. & 2. Bertaz. conſ.71. n.11. Pariſ. conſ.152. n.41. lib.4. Maſcard. concl.899. num.22. Menoch. præſ.42. nu.17. Rodoriq. qq. reg.15. artic.3. cauſa 5. tom.2. Portell. vbi ſup. Caualc. de teſtibus p.4. nu.117. Secus ſi carceratus fuit pro crimine, quod non infamat, Farinac. qu.56. num.181. Baiard. d. qu.24. num.21. Licet non ſit integer, ex parte autem iudicis numquam cenſetur contracta inimicitia, niſi quando non coactus officio procedit contra aliquem; vel quando iniuſtè tulit ſententiam corporis afflictiuam. Sed ex parte condemnati ſemper contrahitur inimicitia, Oſaſc. deciſ. Pedam.74. nu. 23. Decian. d. ca.25. num.60. & 61. Farinac. qu.49. nu.69. & 70. Et ex tortura illata oritur inimicitia capitalis contra iudicem, Gig. de crim. læſæ Maieſt. lib.2. quæſt.2. tit. Quomodo, & per quos probetur, num.11.

29 Ex accuſatione in cauſa capitali contrahitur inimicitia inter accuſatorem, & accuſatum, ex parte vtriuſque, gloſ. in c. licet de arbitr. Gramm. conſ.46. nu.4. & deciſ.33. num.3. Gomez de delict. c.12. num. 12. Hippol. conſ.8. num.7. & in l.1. num. 56. 57. ff. de quæſt. Bertazo.

conſ.176.nu.3. p.1. Gratian. deciſ. Marchiæ 133. n.21. Barboſ. alleg. 41.num.12 Rim.iun. conſ.114. nu. 22. volum.2.Triuiſ. deciſ.61. num. 4. lib.1. Et ex qualibet quærela criminali contrahitur inimicitia capitalis, Farinac.deciſ 83.num.3. Etiamſi quærela,vel accuſatio data ſit ſuper crimine non capitali, dummodo crimine probato oriatur infamia, Farinac.quæſt.49.nu. 24. & ſeqq. Rodoriqu. qq. regul. 15. art. 3. tom.2. vel aliquod graue damnum poterat Reo euenire, Abb. in cap. accedens vt lit. non conteſt. & in cap.repellantur num. 4. de accuſat. Zabarel.in ca.Cum oportet num.22.de accuſat. Rodoriqu. vbi ſupra in ver. tertia cauſa, Portell. vbi ſup.niſi quærela fuerit reuocata, Farinac.deciſ.361. num. 12. p.2. Hinc eſt, quod accuſator teſtis eſſe non poteſt contra accuſatum neque aſcendentes, vel deſcendentes, aut conſanguinei, & affines vſque ad quartum gradum, Gomez.cap.12. num.15. Maſcard. concl.26.nu.4.Farin.q.68.nu.68.& num.69. Ampliat ad continuam conuerſationem habentem cum eo.

30 Item,ex teſtimonio prolato contra aliquem in cauſa criminali cõtrahitur inimicitia capitalis, cap. cum, & ibi Abb.Io. de Arag. & Felin. de accuſat.Seraph. deciſ.1377. num. 4. Menoch. de arbitr. caſu 487. numero quinto,Maſcard.concluſ.1598.num.17. Scacc. de iudic. cap.10. ex num.80.Buccaron.different. 18. inter iudic. ciuil. & Crimin. Farinac. quæſtio.49, num.76. & quæſt.53. num.47. Rodoriq.qq. regul.15. art.3. com.2. Hieronym Rodoriqu.in Compend. quæſt.42. num.36.Portell.dicto num.28. Vnde qui vna vice in cauſa criminali ſe examini ſubiecit contra me, non poteſt alia vice in alio examine teſtificari contra me; quia ex illo primo examine præſumitur meus inimicus, cap.2. §. in criminali, & ibi Gl.4.qu.3. gl.in ca.Fraternitatis, in verbo receptos extra de teſtibus, quod intelligi debet, quando ſponte dicitur deponere, ſcilicet, quando neque productus, neque citatus, ſeu à Iudice vocatus deponit, ſed ipſe ſe offert; Secus ſi coactus deponit, ita DD.ſupracitati, & Farinac.qu.53.nu.49. Decian.dicto ca.25.num.62. & 63. Clar.q.24. n.7. Iul. Chart.deciſ.37. n.11.& alij ab ipſis citati; tamen talis teſtis, licet coactus depoſuerit, non poterit dici omni exceptione maior, Clar.vbi ſupra, & ſequuntur Bonacoſ. in comm. opin. p.1.verſ.teſtis, qui ſemel eſt teſtificatus,fol.167.vol.1. Decian.d.cap. 25.n.66.Farinac.d.qu.53.nu.50.& addit Baiard.d.q.24.nu.45. Quod ſi ille contra quem depoſuit grauatus fuit per eius dictum, præſumitur inimicus, & non poterit eſſe teſtis, ex Abb. & Blanco. Sed Iul. Chartar. d.deciſ.33. nu.13. inquit, quod teſtes in cauſis criminalibus primum pro informatione Curiæ parte non citata examinantur, poſtea verò vbi Reus preſens eſt examinatus, & ſi delictum neget, repetuntur teſtes parte citata, niſi eos Reus velit habere pro ritè, &

rectè examinatis, de qua practica teſtatur, Clar. q. 41. verſ. cęterum, & hi quidem teſtes coacti a iudice, & repetiti, profecto ſunt idonei, & integri teſtes, licet primo fuerint contra eum recepti, & examinati, niſi alia exceptione repellantur.

31 Ex percuſſione facta pugno, fuſtibus, arundine, alapa, vel alio modo contrahitur inimicitia, §. 2. inſtit. de iniur. Gomez. lib. 3. variar. c. 6. nu. 1. Rodoriq. d. art. 3. verſ. nono, Hieron. Rodoric. d. c. 42. nu. 36. & ex quacunque iniuria perſona-

32 li, Farin. q. 49. num. 29. Ex quæſtione de prælatura obtenta, & ipſi iam confirmata inter regulares oritur inimicitia capitalis, Rodoriq. dicto art. 3. verſ. octauo oritur, & Hieronym. Rodoric. dicto n. 36.

33 Ex obedientia ſubditi, vel inferioris denegata maiori arguitur inimicitia, cap. ſi Diaconus, verſ. & inimicos, 5. diſtinct. ca. quoniam veteres, 24. q. 1. Blanc. de indic. nu. 102. Decian. dicto cap. 25. num. 80. Licet non ſit capitalis, Farinac.

34 qu. 49. num. 79. Ex detectione, & propalatione malæ famæ contra aliquem. Lucas de Penn. in l. 1. c. de his qui ſe defer. lib. 10. Decian. dicto c. 25. n. 54. Farinac. qu. 29. nu. 43. vel ex iniuria illata per libellum famoſum, Decian. ibidem nu. 53. Ex ope, & auxilio præſtito inimicis, oritur inimicitia, Decian. d. ca. 25. num. 74.

35 Ex non alloquutione, & ſalutatione, quando quis prius alloqui, & ſalutare ſolitus erat, præſumitur inimicitia, ſed non capitalis, ita poſt Maſcard. & Marſil. Farin. q. 49.

36 n. 54. & 56. Ex verbis prolatis contra aliquem, quod ei eſſet nociturus ſi poſſet, vel quòd eum non diligeret, præſumitur inimicus, ſed non capitalis, niſi vltra hæc verba prolata ſuam voluntatem ad aliquem actum produxerit: Farinac. d. qu. 49. nu. 52. & 53. vbi citat ad hoc Maſcardum; & qui dicit ſe eſſe alterius inimicum, non dicitur capitalis inimicus, Farin. vbi proximè

37 nu. 50. & 52. Ex expulſione famuli de domo, oritur ex parte expulſi contra expellentem inimicitia, ſed non capitalis, niſi expulſio facta eſſet per vim, & cum armis, Decian. d. c. 25. n. 41. Farinac. dicta qu. 49. nu. 81. & 82.

38 Ex coniuratione, & conſpiratione oritur inimicitia. Cum nemo aduerſus aliquem ad coniurandum, & conſpirandum perducatur, niſi ex inteſtinis odiis ſuccenſus, vt aſſerit Ant. Nigr. in ca. Regni Neap. incipit ab illo inchoandum n. 49. vbi, quod ſicut conceditur repulſa ex capite inimicitiæ, ita pariter ex capite conſpirationis. Et ſequitur Imbria de repulſa conſider. 3. n. 55. & ſeqq. & habetur in c. conſpiratores 3. q. 4. Farin. cum aliis citatis qu. 43. nu. 62. Ad quam

39 probandam poſſunt admitti teſtes, & participes criminis, etiam quod pretium pro hoc recepiſſent, & iuraſſent non reuelare, Farinac. ibidem, vbi etiam declarat, quod conſpiratio dici poteſt omnis conuenticula, vel coniuratio multorũ ad actum illicitum. Et Pitigian. in Pract. Crim. in ſecundo ſubſtantiali cap. 1. verſic. nono repelluntur, dicit,

dicit, quod conſpiratores dicuntur, qui ex pacto conueniunt, vt vnus accuſet, ſeù denunciet, & reliqui ſint teſtes. Et poſſunt compelli ad manifeſtandam conſpirationem, Barboſ. in collect. ad cap. peruenit, & l. 1. num. 2. de teſtibus cogend.

40 Contra producentem, teſtis inimicus probat, l. ſi quis teſtib. ca. de teſtib. Cuius diſpoſitio procedet etiam in exceptione inimicitiæ; dicit ibi Bald. num. 7. & Salic. num. 9. Gramm. deciſ. 34. nu. 10. Monticel. poſt Afflict. quem citat in repert. teſtium num. 3. Farinac. q. 53. num. 71. Etiam ſi inductio ſuper vno tantum articulo facta fuerit, Bald. in cap. de teſtib. num. 11. de teſtib., & etiamſi fuiſſet inductus in alia causa, Spec. de teſtib. verſ. ſexto nu. 8. Iaſ. in l. 1. §. editiones nu. 10. de edend. Marant. in Spec. tit. de reprobat. teſt ſub num. 10. Et etiamſi ſolum ſit inductus, licet non examinatus; Quia cenſetur approbata perſona, Cyn. in l. ſi quis teſtibus col. 2. verſ. modo circa, C. de teſtib. & ibi Odofr. col. 2. in fine, Bart. nu. 2. Caſtrens. in principio, & Salyc. num. 6. Felin. in ca. præſentia nu. 8. de teſtib. Curt. ſen. conſ. 55. num. 6. Boer. deciſ. 215. num. 3. Gram. dec. 34. nu. 11. Crauet. de antiquit. tempor. p. 1. §. quæritur num. 5. & cenſetur teſtis inimicus approbatus, etiamſi examinatus contra inimicum ſit antequam ab inimico inducatur, quia non refert an inductus ſit ante, vel poſt examen, gloſ. in l. ſi quis teſtib. in verbo in alia ca. de teſtib. Neuizan. conſ. 47. n. 3. Petr. de Barb. inter conſilia matrimonialia conſ. 24. nu. 20. Sed quia exceptio inimicitiæ capitalis, reſpicit nedum perſonam, ſed etiam dictum, quia eſt mixta, Bald. conſ. 41. num. 6. lib. 5. Approbata perſona per inductionem, non cenſetur approbatum dictum, & contra dictum poteſt exceptio fieri.

41 Et inimicus admittitur ad teſtificandum parte non opponente, Campeg. de teſtib. reg. 23. Fallen. 7. Io. Mar. Monicell. in repet. teſt. fol. 45. col. 1. verſ. 2. Maſcard. conclus. 899. poſt num. 11. (Licet hoc non placeat Deciano par. 1. crimin. lib. 3. cap. 25. nu. 19.) Niſi agatur contra abſentem, & contumacem; nec iudex ex officio poteſt repellere teſtem inimicum, licet in proceſſu conſtet de inimicitia; quia pars ſciens talem teſtem examinatum contra eum, dum non repellit, tacitè videtur eum admittere; Butr. in ca. Cum dilectus, & l. 2. num. 33. de conſuet. Alexa. in l. 4. §. hoc autem iudicium num. 29. ff. de damn. infect. Felin. in cap. Cum intimauit num. 10. de teſtib. Gomez. de delict. cap. 12. num. 22. Poteſt tamen opponere contra eius dictum, Bald. dicto conſ. 41. quem citat, & ſequitur Tuſc. litt. T. concluſ. 232. nu. 12.

42 Sed ſi pars excipit de inimicitia teſtis, hæc exceptio non ſolum potens eſt ad impediendam torturam; Nigr. in cap. Regni cum ſceleratis num. 4. & Gramm. deciſ. 34. nu. 10. Sed etiam potens eſt ad impediendum examen, ſi offerat in promptu probationes; & tunc iudex

dex debet ſummatim de inimicitia cognoſcere, Bart. & Marſil. in l. 1. §. ſi quis dicatur ff. de quæſt. Foller. in Pract. Crim. in verbo. Capiat informationem nu. 38. Gram. vbi ſupra nu. 47. & alii ſupra citati nu. 2. Nec debet hæc exceptio reſeruari tempore publicationis dictorum teſtium; ſi talis exceptio incontinenti probari poteſt. Abb. in ca. ex parte nu. 8. de teſtib. Felin. ibidem num. 15. Gramm. d. deciſ. 86. Farin. qu. 53. num. 17. Sed quando incontinenti non probatur inimicitia, vel alia exceptio, & inhabilitas, per quam teſtis non debet examinari: Iudex debet ſcribere eius teſtimonium, quod ſi ſe conformat cum aliis teſtibus, & indiciis, relinquitur arbitrio ipſius iudicis, vt tale teſtimonium valeat tantum, vel tantum, vel ſaltem ad modum indicii, Director. inquiſit. in quæſit. 3. par. fol. 449. comment. 28. §. aliorum verò, Portel. in dub. Regul. verb. Correctio fratrum nu. 32. & hæc exceptio, quando non poteſt probari incontinenter, reſeruatur in termino repulſæ, & diſputationis, Innoc. in c. ex parte de teſtib. Bart. in auth. ſi dicitur, & in auth. ſi teſtis productus ca. de teſtibus, & iudex ſolet interloqui; procedatur ad vlteriora, ſaluis exceptionibus iſtis, ita Caualc. de teſtib. p. 4. num. 211. vt fuit dictum ſupra cap. 3. à num. 66. & ſeqq.

43 Et ſola capitalis inimicitia potens eſt ad excludendum teſtem, & ad impediendum examen, Corrad. in Prax. Crim. tit. de perſon. teſt. nu. 65. Franch. Marc. deciſ. 894. nu. 3. & 4. vol. 1. Maynard. deciſ. 83. num. 3. lib. 4. Thepat. var. iur. lib. 1. tit. 215. verſ. inimicitia, Federic. Scot. conſ. 12. num. 17. lib. 1. tom. 1. & conſil. 37. num. 9. & 10. lib. 4. Gramm. dec. 86. num. 4. conſ. 44. num. 7. & 8. voto 34. nu. 4. & deciſ. 34. nu. 26. Tuſc. litt. T. concl. 222. num. 84.

44 Inimicitia autem non capitalis, non excludit teſtem, ſed facit qualem qualem probationem, Clar. qu. 24. num. 5. Tuſc. litt. T. concl. 226. num. 22. & num. 84. Farinac. qu. 53. nu. 12. & 52. & deciſ. 279. num. 12. par. 2. Licet talis inimicus non ſit omni exceptione maior, & vnus ſolus non faciat ſemiplenam probationem, Crauett. conſil. 6. num. 32. Sed arbitrarium eſt iudici circa qualitatem probationis, Marſil. in l. 1. §. præterea, num. 100. ff. de quæſt. Bertaz. conſ. 92. num. 7. vt ſupra dictum eſt num. 17. cum tantum dimitti debeat de fide, quantum patitur qualitas inimicitiæ, Farinac. qu. 188. nu. 110. Caſtr. Pal. par. 1. tract. 4. diſpu. 8. p. 15. §. 2. num. 9. & alii citati à Carena parte 3. tit. 5. nu. 7.

45 Inimicitia non præſumitur, niſi probetur, de Amic. conſ. 119. num. 11. Farinac. qu. 49. num. 126. Macerat. lib. 3. reſolut. 21. num. 7. Tuſc. d. num. 84. & non debet eſſe deducta in genere; vnde ſi quis eſſet examinatus, & reus teſtem eſſe odioſum diceret, non releuaret; quia odium eſſe poteſt ſine ira, ſine inuidia, & ſine iniuria, & damno, prout quando quis malos, & facinoroſos homines odio habet, vt tales ſunt, vt dictum eſt ſupra nu. 14.

14. Debet ergo inimicitia capitalis probari in ſpecie cum ſuis cauſis, & qualitatibus, Bart. in l. 1. §. ait Prætor, ff. ne quis in flumine publico, Bald. in l. ſi quis teſtib. ff. de teſtib. & in l. conſtitutus de reſcript. Crauet. ritu 73. n. 8. Gram. d. deciſ. 88. num. 5. & 6. & deciſ. 34. num. 24. Vbi quod probatio debet eſſe euidens, & manifeſta, & Baiard. qu. 24. num. 41. Tuſc. d. concl. 222. num. 87. Inimicitia tamen capitalis præſumptionibus probatur, Bald. conſ. 40. num. 4. volum. 4. Baiard. vbi ſupra num. 42 in fine, & teſtis inductus ad probandam inimicitiam, vt probet, oportet, vt etiam non interrogatus reddat cauſam ſui dicti, Decian. dicto ca. 25. num. 29. 30. 31. 32. & 33. Gram. deciſ. 34. num. 25. & eſt probanda per duos teſtes, Decian. ibidem.

46 Exceptio capitalis inimicitiæ in promptu probata, vel probanda: Si Iudex non admitteret, & ea non obſtante procederet ad torturam, ſi Reus impatiens doloris confeſſus fuerit, confeſſio erit nulla, tanquam à non plenè defenſo extorta, Imbrian. de repulſa conſider. 1. n. 75.

47 Quando veritas aliter haberi non poteſt; admittuntur inimici cum adminiculis quoad pœnam extraordinariam, Ricc. deciſ. 196. par. 1. ex Arnono Soliloqu. 53. Tuſc. litt. T. concl. 222. num. 82. vbi citat Io. de Imol. conſ. 38. num. 7. Et opinio contraria, quod teſtes inimici non ſunt admittendi etiam quando veritas aliter haberi non poteſt, procedit, vbi non concurrunt alia adminicula, Ricc. vbi ſupra, vbi quod duo teſtes inimici cum adminiculis deponentes contra Clericum de incuſſione falſæ monetæ, fuerunt ſufficientes ad condemnandum delinquentem ad remigandum per ſeptennium.

CAPVT X.

De Teſtibus falſis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis falſus non probat, nec contra alium falſarium.*

Teſtis falſus quis eſt, & quis dicitur falſarius?

2 *Teſtis ſi iurauit dicere veritatem, & poſt ſuſceptum iuramentum de veritate dicenda, ſe abſentat, vel ſubtrahit, pœna falſi tenetur.*

3 *Teſtis contrarius confeſſioni partis dicitur falſus.*

4 *Falſi pœna tenetur, qui recepit pecuniam vt teſtimonium non dicat.*

5 *Teſtis qui in primo examine dixit neſcire, & poſtea contrarium dicit, quando poteſt puniri de falſo?*

6 *Teſtis quando de falſo conuictus dicitur?*

7 *Falſitas tria eſſentialia requirit.*

8 *Falſus in vno circa factum principale ſi quis eſt, tota eius depoſitio vitiatur.*

9 *Falſitas in vno teſte, præſumitur in omnibus, pro exculpatione delicti.*

10 *Falſus in non ſubſtantialibus, non dicitur falſus, & an, & quando probet, vel non?*

11 *Pæ-*

11 *Pœna falſi ad offenſam quæ eſt, & num. 14.*
12 *Teſtis deponens falſum ſine iuramento punitur pœna extraordinaria.*
13 *Falſum deponens coram delegato ab eo puniri poteſt.*
15 *Teſtis reuelans parti id quod teſtatus eſt, tenetur de falſo.*
16 *Teſtis falſus quando tenetur reuocare dictum ſuum.*
17 *Falſitas quomodo probari poteſt?*
18 *Teſtis deponens verum ignorans eſſe verum dicitur falſus.*
19 *Teſtis falſus an teneatur ad reſtitutionem, quando reus per alios teſtes eſt conuictus.*
20 *Pitigian.in pract. crim. in 2. ſubſtant. c.6. reijcitur.*
20 *Diana par. 5. Miſcell. reſolu. 105. reijcitur.*
21 *Teſtibus à Notario examinatis dicentibus non ita depoſuiſſe prout ſcriptum eſt, cui magis credendum eſt?*
22 *Teſtis deponens falſum ex ignorantia, vel inaduertentia, an teneatur ad reſtitutionem, ſi contingat aliquem ex tali teſtificatione damnari?*
23 *Teſtis qui ad reuelationem excommunicationis deponit unum, & poſtea cum iuramento examinatus in iudicio deponit contrarium, eius quod reuelauit, punitur de falſo, ſi talis falſitas eſt nociua, aliàs punitur pœna extraordinaria.*
24 *Cautela pro teſte examinato, ne de falſo puniatur, quando iterum examinari contingit.*
25 *Teſti non creditur ſi poſt eius depoſitionem ſolemniter factam, in articulo mortis aſſerat ſe falſum dixiſſe.*
26 *Teſtis præſumitur falſus quando de eadem re iterum interrogatus, contraria, & repugnantia atteſtatur.*
27 *Teſtis qui depoſuit falſum contra aliquem, ſi moriturus aſſerat falſum depoſuiſſe, prodeſt inculpato.*
28 *Notarius, qui dicit falſum inſtrumentum confeciſſe non nocet alijs, ſed ſibi ipſi.*
29 *Iudex ſi in articulo mortis dicat ſe falſam ſententiam tuliſſe non præiudicat alijs.*

TEſtis falſus non probat, Clar. qu.53. verſ. frequentiſſimè, Farinac. qu.56. num.188. & qu.67. nu.58. Nec facit indicium ad inquirendum, idem nu.62. & ſola ſuſpicio falſitatis ſufficit ad negandam fidem teſtibus, Soccin. conſi. 194. num.6. verſ. præterea lib.2. & conſ. 28. col.2. conſ.92. col.2. lib.3. Crauet. conſ. 249. num.9. Ioan. Baptiſt. Coſt. de iudic. in Rubr. num.295. Et ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones de falſo, adhoc vt teſtis non probet, Farin. qu.67. nu.75. Nec teſtis falſus probat contra alium falſarium, Innoc. in cap.1. de confeſs. Maſcard. concl. 454. nu.12. Farinac. 1 dicta q.67. n.60. Et falſus teſtis dicitur, qui mendacium dicit in iudicio cum iuramento iuridicè interrogatus; qui non probat, quia fides ei non adhibetur, & de falſo punitur, l. nullum in fine, C. de teſtib. & ibi Bald. num.3. in 2. notab. Salicet. num.2. Io. nu.3. Alex. conſ. 152. num.10 lib.7. Clar. qu.53. verſ. frequentiſſimè, Farinac. cum aliis citatis qu.67. num.58.

Dicitur etiam falſus, qui veritatem negat, vel occultat, vel tacet in ſua depoſitione, Farin. qui mul-

tos cumulat, qu.67.n.220. Barboſ. in collect. ad l. Presbyteri num.4. C. de Epiſc. & Cleric. idem Farin. quæſt.39. nu.148. vbi, quod ſi poſtea tortus fateatur, poteſt de falſo puniri. Et poteſt torqueri, qui veriſimiliter informatus, tacet veritatem, Bald. in l. non ſolum C. ad leg. Iul. de adulter. Ricc. deciſ. 226. nu.4. p.3. Et teſtis obſcurus æquiparatur tacenti verum, Ioan. de Amnon. ſog.2.nu.2. Falſus etiam dicitur, & de falſo punitur, qui doloſè dicti ſui rationem non reddit; vel reddit, ſed non concludentem, niſi teſtis eſſet ruſticus, qui neſcit meliorem cauſam, & rationem reddere, Farinac. d.qu.67. nu.221. & 222. Falſus etiam dicitur, qui dicit ſe non recordari de eo, quod vel certum eſt recordari, vel ſaltem debet veriſimiliter recordari, Boſ. tit. de oppoſit. contra teſt. nu. 95. Niſi probabiliter non recordetur propter obliuionem cauſatam à multiplicitate negotiorum, vel à facto non notabili, vel à lapſu multi temporis, Farinac. ibidem nu.23. & 24. vel à ruſticitate, vel à defectu memoriæ, Bertaz. conſil. 446. vol.1. Falſus dicitur, qui deponit obſcurè, verſutè, vel per malitiam, adhoc, vt eius depoſitio producenti non proſit, Farin. ibidem num.225. vbi, quod de falſo punitur. Falſus dicitur, qui deponit dubitatiuè, per verbum, Credo, vel videtur, de eo, quod ipſe ſcit, idem Farinac. ibidem nu.226. Falſarius etiam dicitur, qui de alicuius dicto teſtimonium ferens, illud in alio ſenſu, quam fuit prolatum contra illum, qui dixit, malitiosè deponit, aut minimè integrum referens, aut aſſertiuè prolatum affirmans, quod vel dubitatiuè, vel recitatiuè, vel interrogatiuè dictum fuit, Pegna. comment. 122. verſ. nec modo in 2. part. director. inquiſit. Ghisl. de iudic. regul. c.17. nu.79. Berti in Praxi tit.1. cap.11. num.79. Ricc. in Prax. ver. reſolut. 214. nu.1.

2 Si teſtis iurauit dicere veritatem, & poſt ſuſceptum iuramentum de veritate dicenda ſe abſentat, vel ſubtrahit, pœna falſi punitur, Boſs. tit. de falſis nu.163. Caualca. de teſtib. p.3. num.68. Ponit exemplum Boſs. in eo, qui ſemel examinatus ſubtrahit ſe à repetitione, nam paria ſunt nolle dicere veritatem, & falſum dicere, Caualc. dicto nu.68. poſt Bald. in l. Presbyteri in fine C. de Epiſc. & Cleric. & Angel. in l. argentarius §. Cum autem ff. de edend. Nam fuga arguit falſitatem, Chartar. deciſ.28. num.27. vbi citat

3 alios. Dicitur etiam falſus teſtis, quando eſt contrarius confeſſioni partis, Caput. deciſ.283. nu.6. & 7. p.3. Et nihil probat; nam magis creditur confeſſioni partis, quam teſtium confeſſionibus, Butr. Abb. Felin. & Imol. in cap. cum tu de teſtib. Vrſill. ad Afflict. decis. 365. nu. 5. & 6. Iul. Chart. deciſ. Crimin.28. nu.13. Caputaq. deciſ.283. num.6.

4 & 7. Qui recipit pecuniam, vt teſtimonium non dicat, punitur pœna falſi, Addent. ad Abbatem in cap. delictorum nu.2. litt. C. in 1. & 2. addit. vbi etiam Felin. nu.4. de teſtib. cogend. Sed ſi non eſſet pretio

tio corruptus punietur extraordinariè, Boſs.tit.de falſis dicto num. 163. Menoch. præſumpt.55. nu.5 lib.1. & de arbitr.lib.2. caſu 381. nu.2. Farinac.qu.78.n.134.

5 Teſtis, ſi in primo examine tacet veritatem, quia interrogatus, reſpondit, ſe neſcire, & in ſecundo examine, Contrarium dixit, poteſt puniri de falſo, niſi ruſticitas, vel ruditas, vel defectus memoriæ illum excuſet, Bertaz.conſil.246. vol.1. Caualc.de teſtib.p.5.nu.219. in fine, ſed hoc intelligendum, vt in capite ſequenti, circa finem.

6 Conuictus de falſo teſtis dicitur, quando ipſemet de falſo depoſuiſſe fateiur; vel quando ſiue in eodem, ſiue in diuerſo iudicio; Contraria dixit, vel quando alii teſtes numero plures deponunt contrarium, Ghisler. de iudice regular. cap.17.nu.83.Berti in Prax. tit.11. cap.11.nu.83. Fari. deciſ.100.nu.1. p.2. Quod ſi vnus tantum contrarium dixerit, neutri credendum eſt, Berti, & Ghisler. vbi ſupra, Clar.lib.5.§.falſum, verſ. teſtis qui falſum, Ricc. in Prax. var.reſolut. 216.num.3.Farin.deciſ. Rot.Rom. 337.num 5. & ante eos dixerunt, Bald.in l.Cum cauſam num.1. de teſtib.Gram.conſ. Crim.26. nu.21. Dec.conſ.133.nu.3. & 5. Et quoad pœnam extraordinariam præſumptionibus, & coniecturis poteſt de falſo conuinci, Farinac. qu.67. num.75.

7 Falſitas tria eſſentialia requirit, dolus, mutatio veritatis, & quod alteri noceat, Anchar.conſ.24. viſa inquiſitione, Afflict. deciſ. 403. nu.8. Caualc.de teſtib.p.3.num.68. Vbi quod datur cautela, vt quis teſtem, de falſo producentem punire poſſit, ſcilicet, interrogare illum iudicialiter, an velit vti dicto teſtis, vel vti inſtrumento, vel alia ſcriptura exhibita; qui ſi reſponderit, quod ſic, tunc contra eum fiet proceſſus, Angel.tract.de Maleſ.in verbo falſario, col.14.Panormit.in cap.præſentia, col.3.de teſtib. Et ſi reſpondere negabit, taciturnitas eius pro negatiuà, proteſtando habebitur, Caualc. ibi vbi alios citat, ſed in criminalibus hoc non ſeruatur, vt infra cap.13.nu. 12.

8 Falſus in vno circa factum principale, ſi quis eſt, vel circa ſubſtantias proximas, ad cauſam pertinentes, vel circa qualitates ſubſtantiales, tota eius depoſitio vitiatur, Innoc.Io. Andr. Zabarel.& Hoſtienſ. in cap. fraternitas, de hæret.Bart.in l.eos ff.ad leg.Carm. de falſ. Clar.qu.53. nu.9. Farin. qui innumeros citat, qu.67. num.111. quibus adde Gratian. diſcepta.for. 797.tom.4.nu.26. Graſſ.de except. cap.25.nu.18.Guazz.defenſ.Reor. 28.cap.13. nu.14. Iul. Chart. deciſ. Crim.28.num.24 & 27.& deciſ.88. nu.33.Ricc.deciſ.3.p.2. Barboſ.in l.ſi ex falſis num.3. ca. de tranſact. Etiam quod falſum dixerit in Capitulis connexis, ſiue ſeparatis, Farinac. dicta qu.67.num 114. Ac etiamſi falſum dixerit in diuerſis examinibus,& temporibus, idem nu.139. Et dicitur falſum dixiſſe in ſubſtantialibus, ſi falſum dixit in loco, & tempore. Fari. ibidem

Ccc 2 num.

nu.140. Aut ſuper his, ſuper quibus fuit productus ad probandum. Petr. de fideicom. qu.12. nu.1308. Farinac. ibidem nu.184. Et ſuper pertinentibus ad cauſam, falſum dixiſſe dicitur, quando id ſuper quo deponit quoquomodo, & aliqualiter tangit cauſam, vel ad cauſam facit, Iaſ. in l.2. num.16. ad finem, C. de ſecund. tab. Boſſ. tit. de falſ. num.147. & tit. de tortura teſtium num.31. Et quod cauſæ adminiculatur ſiue directè, ſiue indirectè. Natta conſ.96. num.1. Farinac. vbi ſupra num. 170. Et falſum in totum reputatur, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter falſum depoſuerit. Et in dubio præſumitur potius ſcienter, quam ignoranter falſum dixiſſe, vt in totum non probet; Secus quoad incurrendam pœnam falſi, Farinac. ibidem à num.41. cum pluribus ſequentibus. Et ſufficit falſitas in modico, vt arguatur falſitas in reliquis, Bald. in cap. non adeo, col.1. de reſcript. Ricc. deciſio. 3. numero quarto part. 2.

9 Et falſitas in vno teſte, præſumitur etiam in aliis pro exculpatione delicti, Deciſ. Aluenion. 33. à numero primo, & ſeq. & deciſ.53. num.4. Guazz. defenſ. Reor.25. c.1. num. 24.

10 Si verò falſum dixiſſe quis conuictus fuerit in non ſubſtantialib., aut circa qualitates ſubſtantiales, ſed in non pertinentibus, aut tangentibus cauſam, non dicitur falſus, nec viciatur eius depoſitio, Farinac. vbi ſupra num.168. Ricc. var. reſolut. 216. num.2. Niſi teſtis iuraſſet reſpondere ſuper omnibus de quib. fuiſſet interrogatus. Crauet. conſil.99. num.8. Bertaz. conſ. 296. num.6. Baiard. qu.53. num.21. Maſcard. concl.743. nu.22. Et iſte teſtis falſum dicens ſuper non ſubſtantialibus, & impertinentibus, licet probet in aliis, non tamen reputatur idoneus, & propter dictam falſitatem diminuitur fides, etiam in aliis, Ita poſt alios, Farinac. dicta quæſt.67. num.171. Et punitur crimine ſtellionatus, idem Farinac. num.172. Vnde ſi aliquis interrogatus an ſit meus affinis, aliqua affinitate? qua nota non repelleretur à ferendo teſtimonio pro me, ſi tamen in eius depoſitione dictam affinitatem negauerit, non per hoc eius dictum annullatur: licet propter mendacium puniri poſſit crimine ſtellionatus, Butr. in l. litis ff. de infamibus, Angel. conſ.194. col.2. Marſil. ſingul. 76. num.2. Mendacium autem circa accidentalia, & circumſtantias, quæ ad cauſam ipſam faciunt, viciat depoſitionem circa reliqua. Ricc. deciſ.32. num.5. Licet teſtis falſus in non ſubſtantialibus, ſed in extrinſecis, probet in aliis, & de falſo non puniatur, hoc tamen procedit, quando de dictis circumſtantiis expreſsè non interrogatur. Secus ſi eſſet interrogatus, & falſum dixiſſet: quia in omnibus falſum dixiſſe præſumitur, Claud. Bertaz. conſ.322. lit. A. lib. 2. Farinac. quæſt.67. num.138. Iul. Chart. deciſ. crimin.28. num.18. & 19.

11 Pœna falſi ad offenſam eſt talionis, l.1.§. Præterea ff. de Sica.

Pegn.

Pegn.comm.122. verſ. ſed contrarium, Quod intellige, quando ef fectus fuit ſequutus, alias pœna extraordinaria punitur, Farinac. quæſt.67. num.9. 10. 14. 17. & 21. Guazz.defens.reor.28.ca.18. num. 3. Ad defenſam verò, pœna ſemper extraordinaria punitur, Clar. in §. falſum, num.8. Farinac. vbi ſupra n.18. Bertaz.conſ.246. num. 12.Ricc.var.reſolut.216. n.3.

12 Et deponens falſum in iudicio, quando falſitas eſt notabilis, punitur de falſo, etiamſi deponat ſine iuramento, Bart.in l.ſi quis, legatum num.3.& 4. ff.de falſ. Clar.in §. falſum num.16. Ricc. deciſ.258. num.2. par.2. Pœna tamen extraordinaria, Baiard. in §.falſum nu. 61.Farinac.quæſt.67.num.197. latè Caball.caſu 69. Guazin. defens. reor. 14.c.3.num.13. Cabal. caſu 69.

13 Et falſum ſi quis dixerit coram delegato, ab eo puniri poteſt, Couar.practicar.c.18.nu.8.Barboſ. in ca.ſuper his nu.2.de pœnis, Ric.in praxi var.reſol.140.num.8. & dec. 158. num.8. par.2. Farinac. quæſt. 67.num.50. Vbi hoc intelligit in delegato Principis in cauſa Criminali.

14 Pœna falſi de Iure Canonico eſt depoſitio, & in Monaſterium detruſio, ca.ſi Epiſcopus 50. diſtinct. Clar.in §.falſum num.19.Ricc.var. reſol.216.num.3. Et quando proceditur via Inquiſitionis, teſtis falſus punitur pœna extraordinaria, Mirand.de ordin.iudic.diſt.10. nu. 6. Niſi de crimine conſtet per confeſſionem, Miranda ibidem, de qua re loquuntur, Farinac. quæſt. 150.num.44.Chartar. deciſ.11. nu. 4.& alii ab ipſis citati.

15 Teſtis reuelans parti id quod teſtatus eſt, pœna falſi tenetur, l. eos, ff.de falſ. Amanell.ſingul.123.

16 Et tenetur teſtis reuocare dictum ſuum, ſi eius reuocatio eſt Reo pro futura, quamuis ſimilis pœnæ periculum timeret, Dian.par.quarta tract.4. Miſcell. reſolut.99. cum aliis ab eo citatis, Mirand.de ordine iudic.qu.16.art.5. num.58. Et omittendum hic non eſt, quod Crimen falſi eſt deteſtabilius Veneficio,& homicidio, Agel.in auth.de nupt.§.minorem, Marſil. in rubr. ad leg. Cornel. de falſis numer.12. Foller.in Pract.Crim. in ver.item quod commiſit falſitatem num.56. Vbi quod teſtis per crimen falſi ad nihilum deuenit inter homines; quia dicitur ſine fide,& confidentia; & nullum eſt crimen; quod ita vituperet famam, & ſtatum homines, ſicut crimen falſi, ex allegatis per Marſil.vbi ſup.nu.17.Ricc.dec. 311.p.3.n.2.

17 Probari poteſt falſitas per illos teſtes, qui interfuerunt corruptioni, vel ſubornationi illorum, ca.ex tenore de teſtibus,& ibi Bald.Ric. deciſ.284. num.1. & num. 2. ex eodem Bald.vbi quod falſitas teſtium probatur abſque eo, quod probetur pecunia, vel alio modo corruptos fuiſſe, & poteſt probari etiam poſt eorum dicta publicata, & etiam poſt ſententiam, idem Ricc. nu.3. vbi alios citat; Et in hoc crimine falſi ex præſumptionibus poteſt inferri tortura, Iul. Chartar. deciſ.40. num.60., & deciſio. 41. num.

num. 14. & *falſarij* periurium contrahunt, & infamiam, Ric. in Prax. reſol. 250. p. 3. fol. 205. Qui verum deponit, ignorans illud eſſe verum dicitur falſus, Farin. qu. 67. nu. 70. Et etiam qui deponit verum, credendo deponere falſum, idem num. 73.

19 Sed an teſtis ratione falſi teſtimonij teneatur ad reſtitutionem, quando reus per alios teſtes remanebat conuictus? Negant aliqui, quia tunc ſuum teſtimonium accedens nihil efficit, eo, quia pœna ob tale teſtimonium non eſt addita; & ſi iniuriam reo faciat, non tamen eſt cauſa efficax damni, quod ex duobus teſtibus conteſtibus iam

20 cenſetur illatum. Ita Pitigian. in Practica crim. in 2. ſubſtantiali c. 6. fol. mihi 193. Diana par. 5. Miſcell. reſol. 105. Contrarium tenet Manriq. qq. moral. 111. par. 2. Dicitque teneri in vtroque foro ad reſtitutionem; quia talis falſus teſtis, qui accedit ad illum condemnandum iam cooperatur cum aliis falſis teſtibus, & omnes tenentur in ſolidum; nam ſufficit fuiſſe in cauſa damni, & damno cooperaſſe, vt ad reſtitutionem teneatur. Et nihil refert an ſit primus, ſecundus, aut tertius; quia ſi tertius poſſet excuſari propter duos priores conteſtes falſos reum conuincentes: Pariter primus, poſſet eodem modo ſe excuſare, quia ſecundus, & tertius, iam erant ſufficientes ad conuincendum reum ſine ipſo. Similiter ſecundus poſſet excuſare, quia primus, & tertius conteſtes ſufficiebant ad eumdem reum conuincendum. Et hæc opinio Manriqu. procedit, quando omnes teſtes eſſent falſi, ſed ſi duo teſtes conteſtes contra reum non falſi, ſed veri ſunt, veram eſſe credo primam opinionem; quia tunc verum eſt, quod tertius teſtis falſus accedens nihil efficit, & damnum nullum fuit illatum ab ipſo falſo teſte, cum iam iuſtè pro ſuo delicto reus remanebat condemnatus per iuſtam depoſitionem duorum teſtium conteſtium.

1 Teſtibus à Notario, vel Actuario examinatis, & dicentib. non ſic depoſuiſſe prout à Notario reperitur ſcriptum, ſi teſtis eſt vnus, non creditur nec Notario, nec teſti in criminalibus, quando agitur ad pœnam, Farinac. q. 158. n. 190. & 204. Guazz. defenſ. reor. 28. cap. 15. num. 1. cum alijs ab ipſis citatis, ſed ſi ſunt duo, non faciunt indicium contra Notarium ad torquẽdum, ſed tantum ad inquirendum. Guaz. vbi ſupra num. 2. Sed ſi teſtes excederent numerum duorum, & concludenter deponerent, tunc poteſt deueniri ad torturam contra Notarium. Capic. deciſ. 94. in fine. Et obſeruatum fuiſſe teſtatur, Theſaur. qq. for. 31. nu. 7. Sed quando non agitur ad pœnam, ſed tantum ad probationem, in actibus iudicialibus magis creditur ſcripturæ, & Notario quam teſti, Clar. in 5. falſum num. 11. & qu. 53. num. 17. Menoch. de præſump. lib. 2. præſ. 79. nu. 14. Maſcard. de probat. concl. 1094. num. 7. & ſeq. lib. 2. Pacian. de probat. lib. 2. c. 48. nu. 56. Maximè quando interuenit præ-

ſentia

ſentia iudicis, & teſtis ſe ſubſcribit, vel fecit ſignum crucis, Crau. conſ.4.num.2.& ſeq. Villagut. in pract. Crim. lib.8.ca.1.concluſ.17. Farin.qu.159.nu.92.

22 Teſtis quando deponit falſum ex ignorantia, vel inaduertentia non damnabili, vel ex obliuione non mortifera, ratione cuius contingit aliquem damnari, non tenetur ad reſtitutionem, dicunt Caiet. 2.2.qu.70.art.4. Petr. Nauarr. de reſtit.lib.2.cap.2.nu.253. Leſſ.lib.2. c.7.dub.6. quia non peccauit mortaliter. Contrarium tenet Manriq. dicta quæſt.119.par.2.nu.10. Quia obligatio reſtituendi non ſemper dependet à peccato mortali, & à culpa, & malitia, cum aliquando obliget ſine peccato graui, ſine culpa, & malitia; nam in rebus inuentis, in quibus nec peccatum adeſt, nec culpa, nec malitia, imò veri domini ignorantia, nihilominus tales res inuentæ reſtituendæ ſunt, aut vero Domino ſi reperiri poſſit, aut pauperibus, Medina in ſuo C.de rebus reſtit.§.decima cauſa per totam, Graff. lib.2. cap.95. num.3. Imò non ſolum tenetur reſtituere eam in foro interiori, ſed etiam in foro exteriori, aliàs tenetur de furto, & ideo Angel. in l.falſus creditor §.alienam ff. de furt.num.2.dicit, quod ſi mercator cui cecidit valiſia plena florenis, vel qui valiſiam proiecit, neceſſitate ductus, vt melius fugeret, cum à latrunculis fugaretur, quam iacentem in terra quidam recollegit, recolligens tenetur reſtituere, aliàs tenetur furti, licet ignoret cuius fuerit valiſia; Quia tenetur præconizare, vt inueniat dominum. Gomez.de delict. cap. 5. rubr. de furto num.2. in princ. Et per cridas, & proclama debet inuentor ſe proteſtare, vt furti præſumptio tollatur contra eum, Boſſ. tit.de furtis num.50. & alij citati à Caballo caſu 292.num.5.& San Felic. dec.38. dicit, quod ementes ſaccarum in arcis poſitum in quib. magna argenti quantitas erat recondita, eam occultantes tamquam fures fuerunt torti, & damnati ad regias triremes. Sed in iſtis non defuit malitia occultando argentum, quamuis emptio facta fuiſſet bona fide.

23 Teſtis, qui deponit ad reuelationem excommunicationis, debet per extenſum in repetitione examinari, & per extenſum illius dicta redigi, & non ſufficit ſe referre ad primam depoſitionem; ſimpliciter reſpondendo, dico, prout dixi, Coſta de facti ſcientia, & ignor. cent.2.diſt.55. verſ.& qui teſtificata, Rouit. ad pragm. de ordine iudic.num.21. verſ.item non debet permittere, Lazar. canon. quæſt. ſect.4. qu.9. Quod ſi dictus teſtis in repetitione facta in iudicio cum iuramento deponat contrarium eius, quod reuelauit, licet ſtetur depoſitioni cum iuramento, poteſt tamen puniri de falſo, Bartol. in l. ſi quis legatum ff. de falſis, Felin. in cap.tua de teſtibus, Clar. in §. falſum num.12. Dummodo talis falſitas ſit nociua, aliàs punitur pœna extraordinaria. Vt poſt Clar. aſſerit Marcell. Vulp.in

prax.

prax. iudic. fori Eccleſiaſtic. cap. 2. num. 20.

24 Cautela pro teſte eſt, quòd quãdo in iudicio quis eſt examinatus, & ſuũ examen eſt null, ſiquia non ritè ſeu ſolemniter factum, & in repetitione non recordatur bene de ſua prima depoſitione, quod poſſit de ea certitudinaliter teſtificari, referẽdo ſe ad depoſitionem ſuam, & non debet denegari lectura primæ depoſitionis, & ita practicari ſolet, vt dicetur infra cap. ſequenti in fine.

25 Teſti non creditur ſi poſt eius depoſitionem ſolemniter factam in articulo mortis aſſerat, ſe falſum teſtimonium dixiſſe, Bart. in l. 1. in 1. colum. in princip. ff. de falſis, Couar. lib. 2. var. reſol. ca. 13. nu. 7. in fine, Clar. qu. 53. verſ. ſecundo eſt caſus, Maſcard. de prob. concl. 1135. nu. 13. Ricc. deciſ. 24. num. 4. par. 1. Et non præiudicat illi in cuius fauorem depoſuit, niſi aliunde probetur falſitas depoſitionis. Farin. qu. 46. nu. 56.

26 Falſus præſumitur teſtis quando de eadem re iterum interrogatus contraria, & repugnantia atteſtatur, quia talis repugnantia arguit dolum, & ideo de falſo punitur, Aret. in cap. in noſtra de teſtibus, Alciat. de præſump. reg. 2. præſump. 31. nu. 3. Ricc. deciſ. 122. par. 2. de qua re latè infra cap. ſeq.

27 Et qui falſo inculpauit Titium in iudicio, & ad exonerationem ſuæ conſcientiæ, moriturus, in lecto ſuo, vel in patibulo dicat ſe falſum depoſuiſſe contra Titium, operatur ne Titius torqueatur. Gram. vot. 3. num. 15. & ſeq. Marſil. conſ. 109. num. 30. Farinac. quæſt. 46. nu. 68. & ſeqq.

28 Sed Notarius ſe accuſans de inſtrumento falſo à ſe conſcripto, vel ad exonerationem ſuæ conſcientiæ, non nocet ei in cuius fauorem fecit inſtrumentum, ſed creditur tantum contra ſe, Boer. deciſ. 255. in fine, Gabriel. lib. 7. crimin. concl. 32. nu. 5. Farinac. ſupra num. 75.

29 Et Iudex ſi ſanæ mentis in articulo mortis conſtitutus aſſerat ſe tuliſſe iniuſtam ſententiam, non præiudicat illi, in cuius fauorem illam tulit, niſi concurrat aliqua alia coniectura, vt fama, rumor, vel aliqua iuris præſumptio, Farinac. ſupra n. 77. 80. 84.

CAPVT XI.

De teſte ſibi vario, vacillante, contradicente, dubio, & obſcuro.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis varius in quo differt à teſte vacillante, & contradicente, & in quo ratificantur.*

2 *Teſtis varius, aut vacillans in ſubſtantialibus non probat, nec quando variat in coherentibus.*

3 *Varius in non ſubſtantialibus probat, & quando ſecus.*

4 *Varietas in non ſubſtantiali bus fidem minuit teſti.*

5 *Variatio facta per errorem non tollit fidem, nec quando varietas eſt modica,*

ca, nu.6. Nec quando in ſecundo examine plus, aut minus dicit, quam in primo, nu.7.

8 *Teſtis varius poteſt ſe corrigere incontinenti, quando dicitur ſe corrigere incontinenti; Declaratur, numero 9.*

10 *Teſtis varius in ſubſtantialibus punitur de falſo.*

11 *Teſtis, qui in tormentis depoſuit contrarium eius, quod dixerat ſine tormentis punitur de falſo, non autem qui depoſuit contrarium eius, quod dixerat in iudicio nullo, n.12.*

13 *Varius teſtis, qui facto interfuit torqueri poteſt.*

14 *Teſtis, qui eſt inter duo iuramenta torquetur, ad videndum in quo dicto perſiſtat.*

15 *Varians coram delegato ab eo torqueri poteſt.*

16 *Varius ſæpius, ſæpius torquetur vſq; ad tertiam vicem.*

17 *Teſtem, qui interfuit maleficio poteſt index pluries, examinare, & repetere, ac innoluere, nec eſt ei danda dilatio, & deinde torqueri.*

18 *Teſtis varius, qui potuerit loqui cum parte non debet torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtit, ſed ad dicendum à quo fuerit ſubornatus, cum ſtandum ſit primo dicto.*

19 *Teſtis, quando variat, cui dicto ſtandum ſit, diſtinguuntur plures caſus vſque ad n.23.*

22 *Teſtis varius non poteſt torqueri, quando aliundè conſtat de veritate, & nu.ſ q.*

23 *Concordari quando poteſt teſtis ſibi varius eſt concordandus, & multi caſus adducuntur, in quibus teſtis qui videtur varius non dicitur varius.*

24 *Cautela pro teſte ad effugiendam torturam in caſu variationis.*

25 *Teſtium dicta debent eſſe clara, & certa.*

26 *Verba dubia, & obſcura teſtis, quæ ſolent eſſe.*

27 *Teſtis dubius quomodo declaratur.*

1 TEſtis varius differt à teſte vacillante, & contradicente, ſecundum Florian. in l.2.nu.2. ff. de teſtib. & Cyrill. in tit. de teſtib. §.2. col.1. & 2. Nam teſtis vacillans dicitur, quando inter teſtificandum, dubitando, & timendo loquitur, vel quaſi ſibi parum conſtans penè balbutiendo, Florian. vbi ſupra, Boſſ. de teſtib. tit. de tortura nu.16. & 17. Alberic. de teſtib. cap.9. nu.3. Nouel. in tract. de defenſ. Reor. in conſtitutis nu.9. Variare ille dicitur, qui primò vnum dixit, deinde contrarium ſine aliqua rationis aſſignatione ſubiicit, Albert. d. cap.9. n.1. Vel quando indirectè deponit contrarium eius, quod antea depoſuerat, Bald. in cap. Præterea nu.5. de teſtib. Contradicere verò dicitur, qui ſimul duo incompatibilia atteſtando complicat. Seù quando directè contrarium dicit, Bald. ibidem, vt puta, cum primum dixerit ſe die, in tali loco, tali delicto interfuiſſe; deinde in alio examine, ſe alibi eodem die fuiſſe affirmat, ſed Farinac. qu.66. nu.10. & 11. poſt varias opiniones, finaliter concludit, quòd varius dicitur, qui non ſtat firmus in ſuo dicto, nempe ſi primo dicit Ioannem vulneraſſe Petrum cum ſica, & poſtea dicit vulneraſſe cum gladio. Contrarius,

qui contraria tenaciter aſſerit. Et vacillans, qui timendo, titubando, & dubitando variè loquitur, vt quando dicit vnum, poſtea aliud, & tandem reuertitur ad primum dictum. Sed hæc quæſtio videtur eſſe nominis, cum in iure parificentur quoad effectum, l. qui falſo, vel variè, ff. de teſtibus, & quod vacillatio, varietas, & Contrarietas ſint Synonima, dicunt Boſſ. vbi ſupra num. 19. & 21. Bertaz. conſ. 153. num. 1. lib. 1 Farin. dicta q. 66. nu. 12. & 98. & quæſt. 79. num. 10. Guazz. defenſ. Reor. 19. cap. 2. num. 1.

2 Teſtis varius, vel vacillans contraria depo[n]endo in eodem examine circa fa[c]tum principale, vel illius circumſtantias ſubſtantiales, & cauſam iuſtam, ſeù rationabilem, talis contrarietatis non affert, nihil probat, nec ad inquirendum, Arg. cap. cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſion. & propriet. Abb. in Proemio direct. num. 2. & 3. & ibi Apoſtill. Alexa. conſ. 20. num. 3. lib. 4. Couarr. lib. 2. var. cap. 13. num. 8. Boſſ. tit. de Tortura teſtium n. 27. Burſat. conſ. 216. n. 510. qu. 53. verſ. quartus eſt caſus, Farin. d. q. 66. nu. 13. & 16. 17. 18. & 24. & quæſt. 79. num. 14. Ghisler. de Iudic. Regular. cap. 17. n. 56. Berti in Prax. Crimin. tit. 11. cap. 11. n. 56. Tuſc. litt. T. concluſ. 243. num. 1. Et tanquam falſus reijcitur, Clar. vbi ſupra n. 15. Et torqueri poteſt ad videndum in quo dicto perſiſtat. Boſſ. dicto nu. 27. Burſat. dicto conſ. 216. nu. 510. Farinac. dicta q. 79. n. 14. Guaaz. defenſ. Reor. 19. cap. 6. n. 6.

3 Item, quando variat in circumſtantiis cohærentibus, puta, in loco, & tempore. Natta conſ. 32. nu. 14. Secus in non ſubſtantialibus. Roman. conſ. 30. n. 2. Maſcard. concluſ. 1368. Farinac. dicta quæſt. 66. n. 20. Tuſc. vbi ſup. n. 27. Niſi quando eſſet ſuſpectus, gl. in d. cap. cum cauſam, & in § licet auth. de teſtib. Natt. conſ. 279. n. 6. Alex. conſ. 154. col. 2. vol. 5. Hipp. Marſil. ſing. 618. quia tunc Iudex poteſt interrogare etiam in non ſubſtantialibus, & in accidentalibus, & penitus extrinſecis, & in pertinentibus, in quibus ſi reperitur varius, non probat. Natta vbi ſupra, Cyrill. in ſumma Crim. rubr. 19. tit. de quæſt. §. 3. n. 1. Boſs. tit. de tortu. n. 27. Burſ. conſ. 216. nu. 510. Farinac. d. qu. 66. n. 25. 28. 29. & q. 79. n. 14. Tuſc. dicta concl. 243. n. 28. Nec probat teſtis varius quamuis circumſtantiæ, & qualitates non penitus extrinſecæ, ſint extraneæ, ſi aliquo modo faciant ad cauſam, Farinac. d. q. 66. n. 30. Nec ſi depoſitio teſtis concerneret factum proprium, & modo diceret vnum, modo aliud; quia non probaret, licet deponeret in non ſubſtantialibus, Farin. d. qu. 66. n. 26. ex Aret. Alexand. & Petra ab eo relatis; In aliis caſibus varietas

4 in non ſubſtantialibus non tollit fidem in totum, eam tamen ſemper diminuit, Marſil. ſing. 618. in fine, Boſs. vbi ſup. nu. 28. Menoch. præſ. 23. n. 7. Et propter hanc falſitatem in non ſubſtantialibus poteſt puniri crimine ſtellionatus, Farin. vbi ſupra n. 70. vbi alios citat.

5 Variatio facta per errorem, & igno-

ignorantiam non tollit fidem, Farinac.d.q.66.n.32. nec per eam poteſt teſtis puniri, idem n.33. Et iuſta cauſa erroris eſt obliuio, quæ per biennium præſumitur, Farina. ibidem n.34. Et cauſa ignorantiæ in ruſtico, & Idiota efficit, vt non poſſit puniri de falſo ob varietatem, Angel.in §.licet in auth. de teſtib.Socc.Sen.in l.his qui §.vtrum ff.de teſtib. Alciat.de præſump.reg. 2.præſ.31.n.3.

6 Nec tollit fidem varietas modica, etiam in ſubſtantialibus, Alex. lib.1.conſ.5.n.10. Grammat.deciſ. 43.n.6.Rimin.iun. conſ.286. n.15. vol.3.Baiard.q.25.n.16.& 17.Tuſc. d.concl.243.n.29.& 30. Farinac.d. q.66.n.36. Et quando eſt in verbis, & non in ſubſtantia, nec dolus, nec falſitas præſumitur, & fides teſtium manet, Butr.cap.nihil de præſump. & non torquetur, Guazz.cum aliis ab eo citatis, defenſ.19.cap.2.num. 7.Barbo.conſ.32. col.fin.verſ.& accedat de præſumpt.Tuſc.vbi ſupra num.36. Niſi ageretur de formalitate verborum; quia tunc quælibet varietas noceret, & teſtes varii dicerentur, & infringeretur eorum depoſitio, Decia.reſp.4.nu. 44.volu.3.Guazz.defenſ.Reor. 19. cap.2.num.7.

7 Nec quando teſtis in ſecundo examine plus, aut minus dicit, quam in primo. Quia non videtur ſibi varius, aut contrarius, Farina.dicta deciſ.66.n.37.& deciſ.177.num.14. par.1.& deciſ.249.nu.12.p.2. Sicut nec teſtes dicuntur inter ſe varii, quando vnus deponit plus altero, Farin.d.deciſ.249. n.12. ex Butr.in c.1.de officio deleg. Alex. conſ.64. n.12.lib.2. Decian.conſ.163.n.15. An autem teſtis in ſecundo examine poſſit ſe referre ad primum examen, negant aliqui Doctores in Criminalibus, Farin.d.q.66.nu.52. Maximè quando primum examen eſſet nullum ratione falſitatis, aut eſſet ſuſpectus, aut ageretur de declaratione primi examinis.

8 Poteſt teſtis varius ſe corrigere incontinenti, c.præterea de teſtib. cogend.in 6.Farin.d.qu.66.nu.227. vbi multos citat, quib.adde Capic. dec.41. Etſi ſe corrigit incontinenti allegando iuſtam cauſam erroris, non dicitur varius, Boſs.tit.de tortura teſt.n.23.& in hoc caſu ſtatim poterit rurſus interrogari, Gabriel.li.7.concl.27.Tiraq. de Reor. conuent.§.1.gl.5.nu.18.Ricc.deciſ. Cur.Archiep.57.nu.1.p.1. Et poteſt ſe corrigere etiam poſt perfectum examen, dummodo fiat, antequam ſit alloquutus cum parte, vel cum alia Perſona à qua pars potuit certiorari de illius depoſitione; Et de hoc regulariter non creditur teſti dicenti ſe cum parte non fuiſſe loquutum, Et licet incontinenti ſe corrigens, non teneatur docere de cauſa erroris, tenetur tamen illam adducere, & allegare, & talem, vt Iudici iuſta videatur, & tunc non poteſt torqueri, Bertazo.conſ.153. n.1.& 7.lib.1.Guazz.defenſ. Reor. 19.ca.2.n.3. Aliter correctio etiam incontinenti non admittitur, Farinac.d.q.66.nu.241. Et non allegando cauſam erroris poteſt torqueri, & reputatur falſus, & tanquam falſus puniri poteſt, Baiardus

Digitized by Google

qu. 143. num. 30. Ex interuallo non admittitur correctio, niſi probet errorem, Farinac. dicta qu. 66. num. 245. Alciat. de præſumpt. reg. 2. nu. 3. Petra de fideicomm. qu. 12. num. 1012. Ricc. deciſ. 57. n. 5. par. 1. Caroc. deciſ. 160. num. 18. Farin. conſ. 44. nu. 19. aliàs puniri poteſt, tanquam periurus, & falſus. Clar. q. 13. n. 15. Et ſi non fuit loquutus cum parte, debet poni in tormentis, & illi depoſitioni, quam confirmat in tortura ſtandum eſt. Clar. ibidem, Caualc. de Brach. reg. n. 209. Guaz. defenſ. Reor. 37. cap. 12. n. 7. in fine, & tunc nec eius dictum ſine adminiculis ſufficit ad torturam Rei. Clar. ibid.

9 Quando autem teſtis dicatur incontinenti ſe corrigere, ſunt variæ Doctorum opiniones: Et certum eſt, quod ante perfectum examen, & ante quam teſtis diſcedat à Iudicis conſpectu, dictum ſuum corrigere poteſt; Et tunc correctio dicitur facta incontinenti, Bald. in l. vltima C. plus val., quod agit. Felin. in ca. per tuas nu. 7. in fine de teſtibus, & etiam antequam teſtis examini ſe ſubſcribat, Bald. vbi ſup. Farinac. d. q. 66. num. 30. & 31. Ricc dicta deciſ. 57. nu. 3. par. 1. Farinac. deciſ. Rot. Rom. 41. par. 2. Vel antequam teſtis ipſe alloquatur partem. Baiard. d. qu. 53. nu. 30. Et arbitrio iudicis relinquitur, qui præ oculis habet teſtium qualitates, temporis interuallum, & omnes circumſtantias, Couarr. var. reſ. lib. 2. c. 17. n. 8. Menoch. de arbitr. caſu 108. n. 5. Qui iudex in vniuerſum, debet iudicare quando dicatur incontinenti factum, cum nihil in iure ſit denominatum, Capic. deciſ. 142. num. 3. 4. & 9. Rota Genuen. dec. 1. n. 32. Octau. Vulpel. de præſcript. aduerb. & coniect. ſignific. in verbo incontinenti, vbi conſulit Iudici, ne ſit facilis in admittenda huiuſmodi correctione, ob timorem ſubornationis. Gallic. conſ. 117. num. 35. Et in dubio poſt triduum à die depoſitionis præſumitur loquutus cum parte, & ab ea ſubornatus. Farinac. q. 66. nu. 238. Cæſar de Graff. deciſ. 21. num. 11. Ghisl. de iudic. Regul. ca. 17. nu. 56. Berti in Prax. tit. 11. ca. 11. num. 56. Ricc. deciſ. 148. nu. 1. par. 1. Et poſt quatuor dies non poteſt teſtis corrigere ſuum examen, nec petere, quod illud ſibi legatur, Farin. deciſ. 41. n. 2. p. 2.

10 Punitur de falſo teſtis varius, & ſibi ipſi contrarius in ſubſtantialibus, ca. qui falſas 3. qu. 4. ca. Si teſtes 5. qui falſo 4. qu. 3. l qui falſo, vel variæ ff. de teſtibus, Bart. in l. eos ff. de falſ. nu. 5. & ibi Apoſtil. Alexan. Farin. qu. 66. n. 56. Etiamſi deponat in diuerſis depoſitionibus, & iudiciis, idem nu. 60. Ghisler. vbi ſupra Bert. d. n. 56. Tuſc. lit. T. conc. 243. n. 1. 2. 3. & 4. & punitur de Periurio, & de falſo, cum vtrumque dictum adhibito iuramento depoſuerit. Ricc. deciſ. 148. nu. 1. par. 1. Secus ſi tantum titubaret, & non deponeret varia, & contraria, Farin. vbi

11 ſup. nu. 58. Punitur etiam de falſo, qui in tormentis depoſuit contrarium eius, quod dixerat ſine tormentis. Si ex interuallo, & non incontinenti contrarium dixerit, & ratificauerit eius dictum poſt tor-

turam,

turam, Clar. q. 53. verſ. quartus caſus, Gabr. lib. 7. concl. 26. nu. 13. & 14. Bertaz. conſ. 246. n. 4. Tindar. de teſtib. lib. 1. cap. 3. num. 3. Farin. vbi ſup. nu. 65. & ſeqq.

12 Non tamen punitur de falſo, ſi in iudicio valido contrarium dixerit eius, quod dixerat in iudicio nullo, gl. in cap. Cum cauſam de teſtib. Clar. vbi ſup. verſ. tertius caſus, Ghiſl. & Berti locis citat. Ricc. dicta deciſ. 148. nu. 2. Quod intelligi debet, ſi ſciebat nullitatem, ſecus ſi ignorabat; quia teneretur crimine ſtellionatus propter iuramentum. Farinac. vbi ſupra num. 71. & ſeqq.

13 Varius, & contrarius teſtis, qui facto interfuit in criminalibus poteſt torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtat. Etiam per ſolam variationem nullis aliis indiciis præcedentibus, Boſſ. tit. de tortu. teſt. n. 2. Gomez. de delict. ca. 13. nu. 29. Tindar. de teſtib. par. 2. cap. 12. n. 3. Tuſc. vbi ſupra n. 7. & 8. Farin. q. 79. n. 6. & conſ. 44. n. 1. Burſ. conſ. 216 n. 108. vol. 2. Bertaz. conſ. 153. nu. 1. add. ad Peguer. deciſ. 16. nu. 8 Burg. de modo proced. ex abrupt. qu. 100. nu. 121. & ſtatur dicto confirmato in tortura, Boſſ. tit. de op poſ. contr. teſt. nu. 1. Cavalc. de brach. p. 3. n. 77. & p. 4. nu. 149. Guazz.

14 defenſ. Reor. 19. c. 2. n. 2. Vbi, quod quando teſtis eſt inter duo iuramenta, torquetur, ad videndum in quo dicto perſiſtat, etiamſi ſit

15 Sacerdos; Et varians, & vacillans coram delegato poteſt ab eo tor queri, quando eſt delegatus à Principe, Tuſc. poſt Abbatem, & Baldum ab eo citatos, d. concluſ. 243.

16 nu. 9. Quando adſunt indicia de ſcientia contra eum, & ſæpius eſt varius, ſæpius etiam torquetur. Prout quando ob variationem tortus firmat vnum dictum, poſtea in ratificatione, vel repetitione recedit ab illo dicto firmato in tortura, & aliud dicit, iterum torqueri poteſt. Sed non torquetur vltra tertiam vicem, Farinac. dicta quæſt. 66. n. 172. & Guazz. dicta defenſ. 19. cap. 13. n. 6. Nec torquetur quando eſt varius in non ſubſtantialibus, Farinac. dicta q. 66. n. 121. & q. 74. nu. 14. Niſi ſit alias ſuſpectus. Et vt poſſit torqueri ex variatione, vacillatione, & contrarietate, debet conſtare in actis quod interfuit facto, vel idem teſtis fateatur ſe facto interfuiſſe, gl. in dicta l. vnius, §. teſtes, & §. ea cauſa ff. de quæſt. Albert. in rubr. de quæſt. nu. 7. & in l. ex libero n. 1. ff. eod. Boſſ. tit. de tort. teſt. n. 13. Claud. Bertaz. ad conſ. 15 n. 1. litt. A. Farin. q. 88. n. 103. & q. 79. n. 12. defenſ. 19. ca. 2. n. 5. quicquid dicat Theſ. deciſ. 42. n. 3. vel quod ſit informatus de veritate, Claud. vbi ſupra. Sed poteſt torqueri, quando variatio eſt in modico, Guazz. vbi ſupra nu. 7. Nec quando veritas aliter haberi poteſt. Bertaz. vbi ſupra n. 8. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. 241. n. 2. par. 2. nec quando teſtis proteſtatur, quod non intendit primo examini contradicere, & ſi variauerit a primo examine, poteſt contingere per errorem, Guazz. vbi ſupra n. 11. & Seraph. deciſ. 1076. n. 1. & 2.

17 Et quando Iudici conſtat, quod teſtis

teſtis interuenerit maleficio, poteſt pluries, & pluries examinare, & repetere, & poterit inuolui, & capi in verbis, nec erit ei danda dilatio ad ſuam malitiam inſtruendam, & poterit deinde torqueri, Claud. Bertaz. d. litt. A. Et ſi teſtis,
18 qui recedit à primo dicto potuerit loqui cum parte, cum cenſeatur ſubornatus, non debet torqueri ad videndum in quo dicto perſiſtit, quia ob timorem ſubornationis ſtandum eſt primo dicto, ſecundum receptiorem ſententiam, à qua non eſt recedendum, vt dicit Cæuall. comm. contra comm. q. 88. Fachin. contr. iur. lib. 9. c. 84. in fine, Guaz. defenſ. Reor. 19. ca 2. n. 15. cum aliis ab eo citatis. Sed tantum debet torqueri pro habenda veritate à quo fuerit ſubornatus; Idem Guaz. ibidem, vbi etiam quod teſtis ex interuallo non poteſt reuocare ſuum dictum ſine tortura emanatum, ex Caualc. de Brach. reg. par. 3. n. 209. Sed ſi depoſuerit cum tortura, tunc ex interuallo poteſt ſe corrigere, Boſs. tit. de oppoſ. contra teſtes n. 18. Idem Caualc. ex Pariſ. de Put. de Syndic. in verbo tortus c. 1. Ideo requiritur ratificatio extra torturam, Baiard. qu. 25. nu. 4. & 5. Felic. deciſ. 24. par. 1. licet Caball. caſu 33. tomo primo teneat contrarium.

19 Sed vt plenius cognoſcatur, an, & quando ſtandum ſit primo dicto teſtis, aut potius ſecundo dicto, quando variat, & aliquando vnum aliquando alium dixerit, Clar. qu. 53. ponit quatuor caſus: Primus caſus, quando teſtis dixit vnum extra iudicium ſine iuramento, & deinde depoſuit in iudicio cum iuramento contrarium eius, quod extraiudicialiter dixerat; & in hoc caſu Bart. in l. eos num. 4. ff. de falſis, quem ſequuntur Ancharan. in Clem. 2. de teſtibus, Butr. in c. cum tua de teſtib. Aret. in cap. per tuas num. 33. de teſtibus, & alii tenent, quod ſtandum eſt primo dicto, & quod pro ſecundo dicto puniendus eſt, tanquam falſarius. Sed communis, & magis communis opinio, quæ in praxi ſeruatur eſt contra Bartolum, ita Clar. dicta qu. 53. nu. 11. cum aliis ab eo citatis, Menoch. de arbitr. caſu 108. à num. 22. & ſeqq. late poſt alios Farin. qu. 66. n. 93. vbi multos cumulat, & omnes concludunt, quod ſtandum eſt Secundo dicto iurato, ob iuramenti religionem, & Iudicis authoritatem, ita etiam Ghiſler. de Iudice Regul. cap. 17. nu. 62. Berti in Prax. tit. 11. cap. 11. num. 62. Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſ. 148. num. 4. part. 1. Tuſc. litt. T. concluſ. 237. num. 22. Caualca. de teſtib par. 4. num. 246. & teſtis in hoc caſu non poteſt puniri de falſo, Tindar. de teſtib. lib. 2. par. 2. num. 3. Farinac. dicta quæſ. 66. num. 85. Barboſ. in cap. Cum cauſam nu. 14. extra de teſtib. Sed ratione depoſitionis extraiudicialis non iuratæ, debet puniri pœna extraordinaria criminis Stellionatus, ita poſt Bald. Felin. Soccin. Afflict. Gramm. & Gabriel. Baiard. q. 53. n. 26.

Limitant hanc communem concluſionem, quando primum dictum extraiudiciale habet plures

præ-

præſumptiones pro ſe, & contra ſecundum dictum iudiciale vrgent coniecturæ, & præſumptiones, Rom.conſ.col.2. Felin. in cum in tua in fine de teſtib. & in c.liter. 2.notab.de præſumpt. Marſil.ſing. 298.Crauett.conſ.6.nu.45. & conſ. 75. n.31.& alii citati per Menoch. d.caſu 108. n.24. & per Farin.dicta q.66.n.216. vbi n.217. refert alios, dicentes,neutri credendum eſſe. Sed Menchac.vſu frequent.cap.34. num.4. dicit, quòd prædicti Doctores ſe fundant in dicto Panormit. & Baldi, qui fundantur in dicto ca.litteras de præſumpt.in quo capitulo, præſumptio erat ſummopere veriſimilior, quam præſumptio poſterior iudicialis: et ideo prius dictum extraiudiciale præualuit. Et dicit Couar.lib.2. var.ca.13.num.7.verſ.eſt, et aliud, quem ſequitur Barboſ.in dicto cap. litteras n.6. Qiod ſi ex veriſimilibus coniecturis probabile ſit poſterius teſtimonium, iudiciale non eſſe ita veriſimile, vt prius extraiudiciale: tunc non erit ſtandum, nec dicto Iudiciali, nec extraiudiciali, quia fides huiuſmodi teſtis eſt debilitata, et teſtis erit torquendus, et credetur dictum in tortura, et Farinac.dicto quæſ. 66.175.et 176.dicit, quod quando ſecundum dictum iudiciale eſt confirmatum in tormentis,illud attenditur, etiam quod primum dictum extraiudiciale ſit magis veriſimile, et iuratum.

Limitant ſecundò, quando primum dictum extraiudiciale cum iuramento emiſſum fuit, ſicut ſecundum iudiciale, et tunc vtriuſque fides obſcuratur, et neutri dicto credendum eſt. Ita poſt alios, Menoch.dicto caſu 108.num.23. et Farinac. dicta quæſt.66. num. 211. et ſequentibus. Et huiuſmodi teſtis puniri debet de Periuro, Baiard.dicta quæſ.53.num.26.Menoch.dicto num.23. Sed Farinac. vbi ſupra num.90. dicit, quod debet puniri de falſo, et Boſs. Ghiſler. Berti, et Ricc. ſup.eit.dicunt,quòd poteſt puniri de falſo, & Periuro. Et in hoc caſu debet torqueri ad eruendam veritatem, Caualc.cum aliis citat. par.4.num.147.dicit, & quod ratum habet in tormentis, illud attenditur, & ſequitur Guaz. defenſ.Reor.19.c.2.n.2.

Limitant tertiò, quando primum dictum extraiudiciale eſſet tempore actus geſti emanatum, & non poſt confirmatū. Tunc attenditur ad primum dictum extraiudiciale, & ſecundum dictum iudiciale cenſetur emanatum ad partis ſubornationem, Farinac.d.qu.66. n.223.224.& 225.Limitatur quartò,quod in omni euentu in quo attenditur potius ſecundum dictum iudiciale,quamprimum extraiudiciale, ſemper remanet debilitatum ex primo dicto extraiudiciali, vnde ex tali dicto non poteſt ſumi indicium ad torturam contra Reum (quod intelligitur ſine aliis adminiculis)& vbi duo teſtes eſſent,ſine aliis indiciis non poteſt ferri ſententia condemnatoria. Farin. vbi ſup.n.226.Ghiſl. d.c. 17.n.62.Berti dicto tit.11.cap.11.nu.62.Ricc.dicta deciſ.148.n.4.p.1.

8 Secundus caſus, ſi teſtis extraiudicialiter dicat contrarium eius, quod primò iudicialiter depoſuerat, tunc ſtandum eſt primo dicto iudiciali. Etiamſi talis reuocatio fieret in articulo mortis, Clar. d. q.53.n.12. Menoch. d.caſu 108. nu. 19.& 20. Farin. d.q.96. n.204.205. & alij ſupracitati; Et etiamſi tale ſecundum dictum eſſet emanatum antequam lata eſſet ſententia, Et in hoc caſu iudicis arbitrio remiſſum eſt, & diminuenda eſt ſi les attenta perſonarum, negotii, & temporis qualitate, Farinac. vbi ſupra à n.205.& ſeqq. Limitatur hæc regula iſtius ſecundi caſus, quando tria concurrunt cum ſecundo dicto extraiudiciali, videlicet, veriſimilitudo dicti, cauſa reuocationis primi dicti iudicialis, & quod in articulo mortis ita dixerit, Farin. vbi ſup. n.210.

21 Tertius caſus eſt, quando teſtis in vno iudicio deponit contrariũ eius, quod depoſuit in alio iudicio, & in hoc caſu ſecundum communem opinionem, ſtandum eſt primo dicto, Clar. vbi ſup. verſ. tertius caſus, Seraph. dec. 350. Farinac. d.q.66.n.124. Ricc. in Prax. for. Eccleſiaſt. reſol. 398. Ampliatur etiã, ſi ſecundum dictum eſſet emanatum in tortura, quando primum dictum ſine tortura eſt magis veriſimile, Farinac. q.65. n.178. Surd. conſ.172.n.92. vol.2. Caualca. de teſtib. p.4.n.150.& ſeqq.

Ampliatur ſecundò, vt ſtandum ſit primo dicto, quando examinatur tanquam principalis, quoad ſe, & teſtis quoad alios; quia tunc attenditur primum dictum, etiam ſi ſecundum dictum eſſet emanatum in tortura. Niſi ſecundum dictum haberet coniecturas, & adminicula pro ſe, Farinac. q.66, nu. 181. 182. 183. Ampliatur etiam tertiò, vt attendatur primum dictum geminatum, & non ſecundum etiam cum tortura, Dec. conſ. 175. n.8. & alii citati a Guazz. de feaſ. Reor. 19. cap. 16. n.23. Sed iſte tertius caſus. Limitatur primò, quando Iudici apertè conſtat de falſitate primi dicti, vt ex Tindaro firmat Farinac. vbi ſupra n.147.

Limitatur ſecundò, quando primum dictum eſſet emanatum ſine iuramento, ſecundum autem cum iuramento, quia attenditur ſecundum dictum iuratum, niſi pro dicto non iurato concurrerent coniecturæ, & præſumptiones, Farinac. ibidem n.148. & 149. vbi quod in iſto caſu teſtis punitur de falſo.

Limitatur tertiò, quando primum dictum eſſet emanatum ſine redditione cauſæ ſcientiæ, & rationis, vel cum ratione non concludente, aut ſufficiente, ſecundum cum redditione concludentis rationis, Farinac. ibidem n.150.

Limitatur quartò, quando ſecundum dictum eſſet magis veriſimile, quamprimum, vel aliis coniecturis, & præſumptionib. adminiculatum, Farinac. vbi ſup. n.151. ſed in hoc caſu, puto torquendum eſſe, & ſtandum dicto in tortura, vt dixi ſupra, quod dictum in tortura facit aliqualem probationem, tanquam emanatum à non teſte integro.

Li-

Limitatur quintò, quando teſtis in plenario iudicio, dicit contrarium eius, quod dixerat in iudicio ſummario. Quia quoad ſententiam ferendam, nec primo, nec ſecundo dicto ſtandum eſt. Farinac. ibidem num.154. Sed teſtis debet torqueri, vt ſupra dictum eſt.

Limitatur ſextò, quando primum dictum in quo depoſuerat fuit inualidum, nam tunc attenditur ſecundum dictum validum, Farin.ibid.n.155. Debet tamen puniri de falſo, ſi ſciebat tempore primæ depoſitionis iudicium eſſe inualidum, vt dictum eſt ſupra.

Limitatur ſeptimò, quando primum dictum fuit dubitatiuum, putà, per verbum Credo, vel ſimile emanatum. Quia tunc attenditur ſecundum dictum omnino aſſertiuum, Farinac. ibidem numero 163.

Limitatur octauò, quando teſtis eſt talis, quod non poteſt admitti ſine tortura. Quia ſi in primo dicto fuit admiſſus ſine tortura, & in ſecundo cum tortura, ſtandum eſt ſecundo dicto, Aret.in cap.per tuas n.35. col.fin. Clar.qu.53.verſ.tertius caſus, Vulpell.conſ.104.num.9.Farinac.quæſt.66.num.179.Guazz.defenſ.Reor.59. capit.16.num.20. Secus in homine libero; quia ſi indebitè torqueatur, attenditur primum dictum, Turret.conſ.9.num.23.

Limitatur nonò, quando teſtis in ſecundo dicto addit aliquid primo dicto, & iſta variatio non eſt contraria primo dicto, Gabr.lib.7. comm.opin.c.29.n.8.

Limitatur decimò, quando ſecundum dictum fuit emanatum in tortura, & primum extra torturam, Farin.qu.66.à nu.165.& ſeqq. Etiam cum iuramento, quia vitium periurij expurgatur per torturam de conſuetudine, etiam in criminalibus. Farinac.conſ.10.nu.10.Guazz.defenſ.Reor.19. cap.16. n.19. Non tamen grauat nominatum ſine adminiculis ad torturam, quia non eſt integer, Guazz.d.cap.16.num.16.& 19.

Declaratur iſte tertius caſus, quod in omni caſu quo attenditur primum dictum, ſemper remanet debilitatum per ſecundum dictum contrarium, & teſtis non poteſt dici integer, & ſuper primo dicto non poteſt ferri ſententia, licet lata ſuſtineatur. Secundum Gabr. & alios per eum citatos, vbi ſupra num.26. & teſtis poteſt torqueri, Ricc. reſolut. 398. numero quarto in prax. var. reſolut. vbi quod poteſt puniri tamquam falſarius, pœna ordinaria, & quando teſtis ſecundo loco examinatus, dicit contrarium eius quod primo loco depoſuerat, & deinde tortus redit ad primum dictum non eſt integer teſtis. Farinac. deciſ.163. nu.2. par.2.

22 Quartus caſus, quando teſtis in eadem inſtantia, & inter eaſdem perſonas contraria teſtimonia depoſuit, & in hoc Clarus dicta q.53. nu.15. diſtinguit, quod aut eſt ſibi contrarius in eadem depoſitione, aut in alia ſequenti; ſi in eadem depoſitione, & antequam ſe ſubſcribat, aut diſcedat à præ-

ſentia Iudicis, eſt ſibi contrarius, ſine iuſta cauſa correctionis; non ſtatur neque primo, neque ſecundo dicto, ſed in totum reijcitur tanquam falſus, & hoc non ſolum ſi contrarietas eſt manifeſta, & non de facili concordabilis, ſed etiamſi aliquo modo compatibilis, & concordabilis ſit, Clar. ibidem, quod non procedit in criminalibus ad effectum puniendi de falſo, quando dicta aliquo modo poſſunt concordari. Aut allegat iuſtam cauſam correctionis, & tunc ſtatur vltimo dicto, Nauarr. in manual. c. 25. nu. 40. Sanch. lib. 6. moral. ca. 5. dub. 13. n. 2. lib. 2. Si verò contrarietas eſt in alia depoſitione, vel poſtquam ipſe teſtis diſcedit à præſentia Iudicis, & poſtea motu proprio redit ad Iudicem, & vult corrigere ſuam depoſitionem, & tunc ſi ſit aliqua probabilis ſuſpicio, quod vel alloquutus ſit partem, vel alios, quos pars potuerit certiorari, aut quod conſilio, vel metu, amore, vel odio teſtis à ſuo dicto remouerit non eſt admittendus ad correctionem; Si verò nulla ſit ſuſpicio quod alloquutus fuit cum parte, nec cum aliquo alio, qui poſſit referre ſuam depoſitionem parti, & ſumus infra triduum; tunc ſi congruentem rationem alleget, & illam probet, admittendus eſt ad correctionem; Et ſecundæ atteſtationi fides adhibetur, Abb. in cap. præterea n. 3. de teſtib. cogend. Felin. ibi n. 5. & in ca. qualiter el 1. n. 30. de accuſat. Dec. in c. cum cauſam col. 2. de appellat. Couar. lib. 2. var. c. 13. n. 8. verſ. ſed ſi teſtis oſtenderit, Capic. deciſ. 61. nu. 1. & 2. Farinac. q. 66. nu. 245. & conſ. 44. vbi add. in lit. B. Poſt triduum verò non admittitur ad correctionem, quia præſumitur loquutus cum parte, & ab ea ſubornatus, vt ſupra n. 9. probatum eſt; Etſi in ſecunda depoſitione dicat cum iuramento contrarium eius, quod dixerat in prima, tunc dicitur teſtis eſſe inter duo iuramenta, & debet torqueri ad videndum in quo dicto in tortura perſiſtat, & illud dictum attenditur quod in tortura eſt confirmatum, Caualc. cum aliis ab eo citatis de teſtib. par. 4. n. 147. Quod intelligi ſemper debet ſi non ſit ſuſpicio probabilis quod alloquutus ſit cum parte; alias ſtetur primo dicto, & torqueatur ad dicendam veritatem à quo fuit ſubornatus, vt dictum eſt ſupra n. 18. Et idem Caualc. ibidem n. 150. Dicit quod ſi vtrumque dictum contrarium, eſt ſine tormentis; neutri eſt ſtandum, ſed primum ſine tormentis, & ſecundum cum tormentis, & ambo dicta ſint cum iuramento, ſecundo cum tormentis ſtandum eſt, niſi primum eſſet veriſimilius. Et idem poſt Angelum, & Gabriel. dicit Baiard. q. 53. n. 32. Caualc. de teſtib. dicta par. 4. nu. 135. in fine. Quando teſtis eſſet bis tortus, & in prima tortura dixit vnum, & in ſecunda aliud, quod debet torqueri tertio, & ſtetur vltimo dicto, conformi vni ex præcedentibus, & ſemper quando fuerit pluries tortus, ſtandum eſt vltimæ torturæ, ſi fuerit gratiior prima, Decia conſ. 62. n. 46. ad finem, & ſeq. lib. 2.

Fa-

Farinac.q.66.n.174.Guazz.defenſ. Reor.19.cap.16.n.8.Numquam ta men torqueri debet teſtis varius ad videndum in quo dicto perſiſtat, licet ex interuallo variet, quando aliunde conſtat de veritate, vt dicetur infra num. ſeq. in fine.

23 Concordari quando poteſt vnicus teſtis, qui videtur ſibi varius, & contrarius, eſt concordandus, ad effectum euitandi falſum, etiam per impropriationem verborum, & per ſubauditos intellectus, et per ſuppletiuam interpretationẽ, licet non ad effectum, vt probet in criminalibus: nec in ciuilibus probat niſi per intellectiuam repetitionem ſermonis, ita poſt Doctores pro, et contra citatos concludit Farinac.d.q.66.à n.327.vſque ad n.329. Si teſtis primo examinatus affirmatiuè deponit, deinde in eodem facto, in quo depoſuit, interrogatus, dicit, ſe non recordari; iſte teſtis licèt poſſit ſaluari à contrarietate, tamen non probat, nec in criminalibus, nec in ciuilibus, Farinac.ibidem n.329.330. Souſa lib.2.c.6.n.70. Etſi teſtis primo dixit ſe non recordari, deinde dixit ſe recordari, et ſcire, non eſt contrarius, ſed probat Apoſtill. Landri.ad Abbat.in Proem. Decret. in verbo difficultatem, Tuſc. litt. T. concl.243.num.37.multos citat, et concl.258.Farinac. vbi ſupr.n.331. Dũmodo reddat cauſam, cur magis nunc recordetur, quàm prius, Crauet.conſ.75.n.33.Farin.ibidem num 333.& deciſ.167.nu.11. par.1. Alias redderetur ſuſpectus. Crau. vbi ſupra, & ſi teſtis non recordatur de die in vno examine, & in alio fuit recordatus, quòd iſta variatio non reprobat teſtem, quia poteſt eſſe vera, quòd vno tempore non recordatur de eo, quòd poſtea recordatur. Apoſtil. Landr. ab Abbat. vbi ſupra, Bart. in l. qui bona, §. Si quis ſtipulaturus in princip ff. de dam. infect. Tuſc. vbi ſupra num. 26. Sed ſi dicit, ſe recordari de eo, quod antea non recordabatur, poſt quam loquutus eſt cum parte, non probat, quia præſumitur ſubornatus, Farinac. cum aliis ab eo citatis ſup. vbi nu.332. Et ſi interrogatus dicat, ſe non recordari de eo, quod veriſimiliter recordari debet, eſt ſuſpectus, & torqueri debet, Crau. conſ.9.nu 9. Oſaſc. conſ.64.n.4. Farinac. qu.63.num.12. Præſertim ſi recordetur de aliis, de quibus minus, vel ſaltem æque meminiſſe deberet, Boſſ. tit. de oppoſit. cont. teſt. nu.95. Corrad. in pract. tit. de teſtibus rubr. de non recordantibus nu. 53. vbi ponit exemplum de his, quæ eodem contextu geſta ſunt, & ſequitur Ricc. deciſ.244. num.17.& 18. par.2. Idem dicitur quando teſtis dicit, ſe non recordari, quando iudicis arbitrio tanti temporis ſpatium non effluxerit, ex quo obliuio poſſit præſumi, Ricc. deciſio. 169. nu.4. par.1. Si teſtis primò dubitatiuè deponit, ſecundò affirmatiuè, & ſine dubitatione probat, & ſtatur ſecundo dicto. Niſi deponat in eodem examine, quia tunc nihil probat, niſi allegaret cauſam primæ dubitationis. Farinac. vbi ſup. num.334. & 335.

Si primò dicat ſe credere, deinde dicat ſe ſcire, vel aliàs, per verbum affirmatiuum, ſtatur ſecundo dicto, & non dicitur varius, Clar. dicta quæſ. 53. num. 16. Barboſ. in l. de tutela nu. 11. ca. de in integr. teſt. Farinac. vbi ſupra num. 336. vbi num. 337. Limitat tribus modis, & Primò, dummodo teſtis cauſam nouæ certitudinis, & ſcientiæ alleget. Secundò, dummodo ſimus in caſu, in quo licita ſit correctio, & Tertiò, ſi ſimus in caſu, in quo teſti de credulitate plenè creditur de iure, quia tunc dicitur varius, & ſi reſpondit in facto proprio, per verbum, Credo, & in contrarium appareat veritas, an ſit periurus videndus eſt, Surd. deciſ. 17. Si teſtis primò dixit ſe ſcire, deinde dicit, ſe credere, an ſit varius, vel probet? Sunt duæ opiniones contrariæ, Farinac. ibidem num. 341. 342. 343. 344. Opinionem quod probat ſuſtinet, in tribus caſibus: Primò, quando ita dixit in eodem examine; Secundò, quando ſumus in his, quæ innoteſcunt per fidem; & Tertiò, quando teſtis dixit ſe ſcire, & allegat veram rationem ſuę ſcientiæ, ſed Bordon. in praxi c. 22. n. 20. tenet contra Farinacium cum Doctoribus citatis à dicto Farin. num. 343. Si teſtis primò dixit, ſe neſcire, deinde dicit ſe credere, eſt varius, & non probat. Aretin. citat. à Farin. ibid. n. 345. Maximè ſi alloquutus ſit partem. Idē ex Bal. Si teſtis in primo examine dixit ſe credere, & deinde dicat ſe nō credere, non dicitur varius, quia poſſum hodie vnum credere, & cras aliud, & idem è contra, ſi primò dixit ſe non credere, & poſtea credere, Farinac. vbi ſupra à num. 346. vbi limitat tribus modis; Primò, vt non procedat à caſibus, in quibus teſti deponenti de credulitate, plenè creditur; quia tanquam varius, non creditur, nec primò, nec ſecundò dicto. Secundò, vt concluſio procedat in caſu, in quo licita eſt correctio; & Tertiò, vt concluſio procedat, dummodo teſtis alleget cauſam nouæ credulitatis, vel non credulitatis. Idem n. 348. 349. 350.

Si teſtis deponens de aliquo facto, reddendo rationem ſcientiæ, reſpondit; quia vidit, deinde dicit, quia audiuit, non eſt contrarius: Quia poſſunt ſimul ſtare, quod idem factum viderit, & audiuerit; ſed ſi ſimpliciter dicat ſcire, & poſteà dicat, quia audiuit, tunc non probat, niſi vt teſtis de auditu, Farinac. ibidem num. 351. 352. 353. Si teſtis primo dixerit ſe audiuiſſe, & poſtea ſe vidiſſe, non dicitur varius. Quia vnum, & idem factum poteſt quis videre, & audire, Farin. ibidem n. 354.

Si teſtis primò dixit ſe ſcire, ſi deinde dicat ſe neſcire, poteſt concordari; quia poteſt intelligi ſecunda depoſitio, vt non ſciat aliquid vltra id quod ſupra dixit, Farin. vbi ſup. nu. 355. Licet alii teneant contrarium, ſed quod non dicatur varius, vltra Doctores citat. à Farin. idem dicunt Marſil. ſing. 751. Capic. latr. conſult. 4. nu. 38. vbi citat Gratian. diſcept. for. ca. 297. num. 3. tom. 4. & in pluribus aliis locis. Sed ſi è contra interrogatus dixit ſe neſcire,

ſcire, ſi deinde dixerit ſe ſcire, an dicatur varius? Sunt duæ opiniones contrariæ. Nam dicit quod ſic, ita Clar.q.53.num.14. vbi citat Angel.de Vbald.conſ.Crim.73.nu. 23. in fine lib.2. vbi dicit quod ita tenent omnes, & ita Doctores citati à Farinac.num.358. Caualc. de teſtibus par.5.num.219. in fine, Vulpell. conſ. 29. & 31. vbi dicit, quod extraordinariè puniri debet; idem dicunt etiam, Ghisler. de iudic. Regul.cap.17.num.58.Berti in Praxi tit.11.cap.11.nu.58. Ricc. deciſ.143.num.3.par.1. Scacc. de ſent.& re iudic.gl.14.quæſ.7.num. 131.132.133. vbi, quod licet vſu ſit receptum, vt non puniatur de falſo, per rationem ab eo adductam, tamen non probat, Bertaz. conſil. 246.volum.1. & 359. num. 11. volum.2. Contrarium tenet Farinac. ibidem à num.357. & ſequentibus, vbi multos citat, & Barbos. qui alios etiam citat, in cap. cum cauſam de teſtibus, limitat tamen Farinac. ibidem. Primò, dummodo Iudex teſtem ex officio reputat; ſecus ſi ad inſtantiam partis, & ſecus ſi ipſe teſtis ex interuallo velit ſe corrigere, dicunt Rota in nouis.deciſ.19.de teſtib. & Tuſc. litt. T.concluſ.158.num.2. quia præſumitur ſubornatus. Secundò, ſi teſtis ſuperuenientis nouæ ſcientiæ cauſam allegat; Sed ſi teſtis dixerit fuiſſe præſentem actui de quo nihil ſcire, primò affirmauit; tunc non poteſt poſtea dicere ſe ſcire, & ſi dicit neſcire, & poſtea ſcire, id quod à principio veriſimiliter ſcire debebat, & in quo non erat licita ignorantia, puniri poteſt de falſo, Aretin.conſ.71. col.2. Boſs. tit. de reſp. à Reo faciendis, numero ſexto, & tit. de publicat. proceſſ. num. 35.

Si teſtis primò dixit, ſe hoc tantum ſcire, vel hoc tantum verum eſſe, ſi poſtea aliquid addit, non probat, tanquam varius, Farin.ibidem n.365. Secus ſi dixiſſet, hoc eſt quantum ſcio; quia illa dictio, quantum, non eſt taxatiua, idem n.366. Si teſtis in primo examine dixit, maleficium fuiſſe commiſſum præſente Titio, & Seio, deinde interrogatus qui fuerint præſentes, dicat, quod nullus fuit præſens, poteſt ſaluari à contrarietate, interpretãdo illa verba, nullus fuit præſens, excepto Titio, & Seio, Farin. ibid. nu.368. Tuſc.lit.T.concl.258. n.8. Si deponit certitudinaliter de aliquo negotio, & poſtea in repetitione, ſi non recordatur de prima depoſitione, poteſt de eodẽ negotio certitudinaliter teſtificare, referendo ſe ad depoſitionem ſuam, in qua de veritate atteſtatur, Bart. in l.1.ff. ſi cert.pet.S. Felic. dec.q.6 n.10. vbi n.12. vbi quod non debet denegari lectura primæ depoſitionis. Teſtis varius non poteſt torqueri, quando per alios teſtes, vel aliunde veritas habetur, Clar.q.64. verſ.debet etiam, Io.Mar.Montic. in prac.crim.reg.10. n.12. Boſs.tit. de tort.teſt.n.43. Bertaz. conſ.153. n.8.l.1. Fari.q.79.n.76. Maur.Burg. de modo proced. ex abrupt.q.190. n.135. in fin. Guaz. defens. Reor.19. c.1.n.14.& c.2.n.10. Farin.conſ.44. n.4. nã teſtis varius nõ alia ratione

tor-

torquetur, niſi vt videatur in quo dicto perſiſtat, & vt ſciatur, quæ depoſitio vera ſit, an prima, vel ſecunda; quando ergo veritas alia via, & per alios teſtes habetur, illi veritati ſtandum eſt, aliàs teſtis fruſtra torqueretur, dum iam veritas alia via probata eſt. Ita ex Tindar. de teſtibus aſſerit, Farin. dicto conſ. 44. num. 4.

24 Cautela pro teſte ad effugiendam torturam eſt, vt proteſtetur, quod ſi variauerit ab his, quæ primo loco dixerit, poterit hoc contingere per errorem, & ſemper ſe referat ad illud quod prius dixerat, Gram. conſ. 23. nu. 10. Foller. in verbo, capiat informationem nu. 40. vbi dicit, Iudex debet admittere talem proteſtationem; poteſt etiam teſtis inſtare vt ſibi legatur prima depoſitio, quando non calumnioſè, ſed rationabiliter petatur, Menoch. de arbitr. caſu 109. num. 12. Et debet Iudex ſemper inclinare vt legatur eius depoſitio, & non eſt denegandum, ſi teſtis petat legi primam eius depoſitionẽ. Boer. decis. 108. Baiard. ad Clar. qu. 45. num. 45. & Clar. vbi ſupra num. 48. teſtatur, quod non ſolum Romæ ſeruatur, vt teſtis ſe referat ad primùm examen, ſed etiam quod illud legitur à Notario de verbo ad verbum, prout iacet, & S. Felic. deciſ. 97. num. 10. ex Viuio, refert practicam illius Regni in repet. teſtium; & eſt, quod oſtenditur prima depoſitio teſti, & ei legitur per Actuarium de verbo ad verbum, vt iacet, eaque lecta, eandem acceptat, emologat, & affirmat, & ad eamdem ſuam depoſitionem, in qua de negotio teſtatur, ſe refert abſque alia noua depoſitione, vt ſupra dictum eſt; limitatur tamen vt ſupra num. 7.

25 Et teſtium dicta debent eſſe clara, & certa, quia debent concludere non de poſſibili, ſed de neceſſe, & ideo dicit Farinac. qu. 68. n. 1. Quod nihil probant, verba autem dubia, & obſcura referũtur ab eodem Farinac. prout ſi teſtis dicat, res aliter ſe habere poteſt, idem

26 num 4. vel ſi deponit per verbum circiter, Farin. ibidem, vel per verbum forte, aut forſitan, Farinac. num. 9. vel per verbum, ſi bene memini, idem num. 11. vel per verbum, prima fronte, idem nu. 10. vel per verbum, non recordor, idem num. 12. vel per verbum, ni fallor, idem n. 14. Niſi adducat cauſam claram eius, quod ſcit, idem nu. 14. vel per verbum ſalua veritate, idem nu. 17. vel per verba alternatiua, ſeu, vel, aut, niſi concludant maleficium, nempe ſi dicat, vulnerauit cum ſica, aut gladio, idem nu. 19. vel per verbum, circa, quando eſt vis in tempore præciſo, idẽ nu. 20. & 21. vel per verba plus, vel minus, idem à nu. 22 ad 24. vel per verba mihi videtur, aut non videtur, idem nu. 25. vel per verbum meo videri, idem n. 27. vel per verbum meo iudicio, idem n. 32. & 31. vel per verba, ſecundum meam conſcientiam, idem nu. 35. vel per verba, teneo rem ita ſe habere, Mar. Anton. lib. 3. reſol. 1. nu. 39. vel per verba poterat eſſe, poteſt eſſe, idem Mar. Anton. lib. 1. reſolut. 46. num.

num.6. Poteſt nihilominus dictum teſtis obſcurum, & dubium, recipere interpretationem ab alio teſte, vel à capitulis, Farin. q.67.nu.56. & ſeq. Similiter teſtis dubius
27 declaratur per dicta aliorum, Rota Romana deciſ. 334. nu.4. par.3. recent. & recipit declarationem ab articulis, eadem Rot. deciſ. 131. num.2. eadem par.3.

CAPVT XII.

De Teſtibus inter ſe contrariis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes inter ſe contrarij non probant.*
2 *Iudex ſtante contrarietate teſtium poteſt inquirere ſuper falſitate, & patefacta veritate debet punire falſarios.*
3 *Teſtes contrarij in non ſubſtantialibus probant.*
4 *Teſtimonia quando præſumuntur falſa.*
5 *Teſtes non dicuntur contrarij, quando vnus plus altero deponit.*
6 *Nec dicuntur contrarij, quando vnus vocat alterum, & iſte non vocat illum.*
7 *Nec ſunt contrarij, quando deponunt per diuerſa verba niſi vis eſſet in verbis.*
8 *Nec ſunt contrarij, quando diſcordant in modo narrandi.*
9 *Nec ſunt contrarij, quando reddunt diuerſas cauſas, & rationes.*
10 *Nec quando contrarietas eſt modica.*
11 *Nec ſunt contrarij, quando vnus deponit de certo actu, & de loco, & tempore, & alter deponit de eodem actu, & non recordatur de loco, & tempore.*
12 *Nec quando deponunt de eodem delicto, & non conueniunt in genere armorum.*
13 *Nec quando vnus deponit de paucis teſtibus delicto præſentibus, & alter deponit de pluribus alijs præſentibus.*
14 *Teſtis vnus ſi deponit de aliquo facto in domo, & alter deponit de eodem facto extra domum an ſunt contrarij?*
15 *Teſtes variantes circa calendas non ſunt contrarij.*
16 *Teſtis vnus ſi dicat vidiſſe admenare cæſim, & alter punctim non ſunt contrarij, & n.17.*
18 *Regula eſt, quod depoſitioni plurium teſtium ſtandum eſt magis, quam depoſitioni pauciorum, ſed hæc regula Limitatur.*
Primò, quando pauciores ſunt digniores, n.19.
Secundò, quando pauciores deponunt veriſimiliora, n.20.
Tertiò, quando pauciores ſunt magis informati, n.21.
Quartò, quando pauciores deponerent in ſpecie, & alij plures in genere, num.22.
Quintò, quando pauciores deponerent pro reo, n.23.
Sextò, quando pauciores deponerent ſuper affirmatiua, & plures ſuper negatiua non coarctata.
Septimò, quando pauciores deponunt cum ratione, & alij plures ſine ratione, n.25.
26 *Teſtibus antiquioribus magis creditur, quam iunioribus, niſi iuniores eſſent digniores.*

27 Te-

27 *Teſtibus Clericis magis creditur, quam laicis.*

28 *Teſtibus maſculis magis creditur regulariter, quam fœminis.*

29 *Teſtibus quibus aſſiſtit iuris præſumptio magis creditur, quàm alijs.*

30 *Teſtibus peritis magis creditur, quam non peritis.*

31 *Teſtibus deponentibus pro cauſa fauorabili magis creditur, quam deponentibus contra.*

32 *Iudex habet arbitrium preferendi ex cauſa rationabili potius vni teſti, quam alteri.*

1 TEſtes contrarij ſe inuicem deſtruunt, quia dum vnus alteri contradicit, alter alterius fidem deſtruit, & illi dicuntur, qui contraria deponunt, quæ inter ſe coaptari non poſſunt, & nihil probăt, nec ad inquirendum, & ſe inuicem collidunt, & probatio redditur dubia, dum non conſtat quis eorum veritatem dixerit, Farinac. qu.65. num.2. cum aliis ibi citatis, Tuſc. litt. T. concluſ.238. Maſcard. concl.1361. Iul. Chart. dec.28. n.12. & deciſ.87. nu.67. & aliis adducti à Cabal. reſol. crim.293. n.9. etiam in criminibus exceptis. Bertaz. conſ. 41 n.12. lib.1. & Maſcard. concluſ. 1361. num.4. Farinac q.65. num.4. Et quando plures vincunt pauciores, & conſtat verum deponere, & pauciores per conſequens mentiri, puniri poſſunt tanquam falſarij.

2 Et poteſt iudex inquirere ſuper falſitate, quando duo tantum ſunt contrarij. Farin. ſupra num.6. & 7. Quia ſtante huiuſmodi contrarietate, non conſtat quis eorum depoſuit falſum, vnde datur Iudici materia inquirendi, quis eorum falſum dixerit, Farinac. vbi ſupra n.9. Et patefacta veritate, falſus debet puniri, Boſſ. tit. de falſis nu. 23. Et magis ſuſpecti torqueri poſſunt. Idem Farinac. num.10.

3 Quod autem teſtes contrarii non probĕt; intelligitur, quando ſunt contrarij in qualitatibus ſubſtantialibus, vt putà, ſuper his, ſuper quibus fuerunt inducti ad probandum, & ſuper his quæ fuerunt articulata, & capitulata, & non quando diſcordant in qualitatibus, & circumſtantiis acceſſoriis, remotis, & non ſubſtantialibus, licet horum fides minuatur, Souſa lib.1. cap.6. n.13. Sperell. deciſ.81. n.52. Ricc. vbi ſupra nu.14. niſi aliquo modo pertineant ad cauſam, Farinac. ibidem à n.16. vſque ad 22. & Ricc. vbi ſup. nu.15. vel niſi teſtes ſint ſuſpecti; quia tunc contrarietas, etiam in circumſtantiis obeſt, Gramm. conſ. 26. num.36. Vel niſi circumſtantiæ tendant, & ordinentur ad inducendum facilius Iudicem ad credulitatem negotii principalis; nã tunc varietas eſt ponderanda, & tollit fidem teſtibus, Rim. conſil. 149. nu.27. & ſeq. & conſ. ſeq. nu.9. Bertaz. conſ.3. n.15.

4 Et regulariter falſa præſumuntur teſtimonia, quando teſtes de eadem re interrogati contraria atteſtati ſunt, l. eos in princip. ff. ad leg. Corn. de falſis, l. qui falſo, vel variè, ff. de teſtibus deciſ. conſil.8. n.8. Pariſ. conſ.53. n.20. & conſ.61. n.10. Ricc. deciſ.125. n.1. par.2.

5 Limitatur, quod non dicuntur con-

contrarij, quando vnus plus altero deponit, niſi deponat in teſtamentis, aut taxatiuè, Farin. dicta quæſ. 65. n. 11. 12. 13. & 14. Prout ſi vnus plus vidit, vel audiuit. Idem Farinac. deciſ. 249. n. 18. Vnde ſi de turbatione facta cum armis, unus dixit, quòd interuenerunt quinque armatis; alius quatuor; alter tres, non ſunt contrarii; dum in principali facto concordant, Socc. iun. conſ. 166. n. 23. & 24. vol. 1. & conſ. 102. nu. 6. vol. 3. Marſil. in l. furem C. de Sicar. Et ſi vnus dicat de uno ſocio, alter de duobus, non ſunt contrarii, Dec. conſ. 10. n. 4. & quatenus diſcordant in numero perſonarum, non dicuntur varij. Petr. de fideicomm. qu. 12. n. 1337. Capic. latr. conſult. 4. n. 22. lib. 1.

6 Nec ſunt contrarij, quando Petrus vocat in conteſtem Ioannem, & Ioannes non vocat eum. Albert. in cap. 1. qu. 16. n. 37. de hæret. poſt Bart. & Bald. Capic. latro conſult. 4. num. 2. par. 1. Nec ſunt diſcordes,
7 quando deponunt per diuerſa verba, ſi tamen concordant in effectu, ſeù ſubſtantia depoſitionis, & eandem rem numero ſignificant, prout ſi deponant quod aliquis dixit; non datur Trinitas in Diuinis, & alter quod dixit perſonæ in Diuinis non ſunt tres, Farinac. d. qu. 65. nu. 22. & 23. Vbi multos citat, quibus adde, Bald. conſ. 445. n. 3. lib. 2. Socc. conſ. 253. lib. 2. Bologn. in addit. ad conſ. Io. de Anan. 55. nu. 8 Ricc. vbi ſupra n. 18. Souſa lib. 2. c. 6. num. 14. Imò melius probant teſtes concordes in ſubſtantia, licet diſcordant in verbis, quã ſi ſint etiam concordes in verbis, l. 3. §. 1. ff. de teſtib. Maſcard. de probat. concl. 745. Capic. latr. conſult. 4. num. 18. par. 1. Io. de Anan. conſ. 76. in principio, imò ſi deponunt per eadem verba, præſumuntur ſubornati, & tanquam de falſo ſuſpecti, nihil probant, dicta l. 3. §. 1. ff. de teſtib. Farin. vbi ſupra nu. 24. Niſi teſtes eſſent bonæ famæ, Farinac. ibidem num. 25. Vel niſi teſtes examinati eſſent plures, idem nu. 27. Si autem verba diuerſam rem ſignificant, non ſunt conteſtes, nec quando vis eſſet in verbis, tunc ſi diſcordant in verbis, non probant, idem num. 28. & Iudicis arbitrio remittitur, quando teſtes qui deponunt per eumdem præmeditatum ſermonem ſunt ſuſpecti, vel
8 non. Idem nu. 26. Nec dicuntur diſcordes, quando ſunt tantum diſcordes in modo narrandi factum, ſuper quo deponunt, ſi concordant in facti ſubſtantia, Farinac. vbi ſupra num. 29.

9 Nec cenſentur diſcordes, quando teſtes in eorum depoſitionibus reddunt diuerſas cauſas, & rationes ſcientiæ, ſi concordent ad eundem rei finem; ſecus ſi tenderent ad diuerſum finem, Farinac. vbi ſupra num. 30. 31. & 32. Sed ſi vnus reddit bonam rationem, alter verò non bonam: Tantum probat ille qui bonam reddit rationem, idem num. 33.

10 Nec cenſentur contrarii, quando contrarietas eſt modica, licet in ſubſtantialibus, Farinac. ibidem num. 34. vbi multos citat, quibus adde Ciaz diſcept. crim. 134. nu. 1.

Capic.latr.conſult.4.num.17.lib.1. Licet ſint alij Doctores tenentes contrarium, & alii, quod hoc totum iudicis arbitrio remittitur, quos refert Farinac.vbi ſup. nu.35. ſed Pegna par.3.comment.121.ver. Denique tenet etiam quod modica contrarietas non tollit fidem.

11 Nec ſunt contrarii duo teſtes quando vnus deponit de certo actu adiecto die,loco,& tempore, & alius deponit de eodem actu, non tamen recordatur de die, Bald.in cap.bene el 1.de elect. Alex.conſ.4. num.6.lib.6.Ghisler. de Iudic. Regul.cap.17. nu.52. Baiard.ad Clar. qu.22.num.8 Farinac.q.62. n.333. 334.& qu.64.à n.64.& ſeq. Ricc.in Prax.variar. reſol.213. nu.4. Secus ſi deponant aſſertiuè,vnus de die Lunæ, alter de die Martis.

12 Nec dicuntur contrarii, qui diuerſo modo narrant factum,Farin. qu.65.num.29.Souſa lib.2. cap.16. Sperell.decif.81. num.53. Nec qui diuerſo modo deponunt de genere armorum, vtputà, ſi vnus dicat Titium occidiſſe Marium cum gladio, & alter dicat, cum Claua; quia vtroque caſu homicidium cenſetur probatum, Alex.in l.inter ſtipulantem §.1.num.15. ff. de verbor.oblig.Crot.trac.de teſtibus nu. 330.Marſil.ſing.206.& in conſ.37. Bertaz.conſ.5. num.10. Baiard. ad Clar.q.53.n.23.& q.66.num.24.vbi citat Bero.conſ.201.n.36. vol.3. & alij, adducti per Crauet.conſ.147. num. 3. ad finem; licet exiſtimet contrarium Farinac.q.65. nu.356. cum Petra ab eo citato, nam parum refert ſi media differant in ſubſtantia dum finis, in quo conueniunt teſtes, ſit idem.

13 Si vnus teſtis dicat Petrum fuiſſe vulneratum tali die, & hora præſente Ioanne, & Martino, & nullo alio, & alter teſtis dicat eundem Petrum fuiſſe vulneratum eadem die, & hora præſentibus multis aliis, vltra Ioannem, & Martinum, non dicuntur contrarii,quia primus teſtis poteſt intelligi, quod nullus alius aderat quē ipſe viderit, Angel. conſ.275. col. pen. in princip.Dec.conſ.110.num.4.

14 Si vnus teſtis dicat quid factum fuiſſe in domo, vel in oſtio, alter verò dicit, iuxta domum, vel iuxta oſtium,non dicuntur contrarii,ſed primus teſtis intelligitur ſecundum depoſitionem ſecundi teſtis, Bart. in l.Gallus §.fin.num.3. ff. de lib.& poſthum.& Alex. ibi n.16. Bertaz. conſ.5.num.5. Capic. latr. conſult. 4. num.40. tom.1. Crot. de teſtibus num.332. ſed contrarium tenet Farinac.qu.65.n.45. vbi citat pro ſe Bertaz. qui dicit contrarium.

15 Si vnus teſtis dicat, quid factum fuiſſe antè Calendas; alter verò poſt, non ſunt contrarij: ſed concordantur, vt primus intelligatur antè finitas, ſecundus poſt cœptas, Bartol. in l. ſi ante Calendas, in principio ff.de verbor.oblig. & in l.in inſulam §.1.num.1.ff.ſolut.matrim.Angel.conſ.277.num.7.& alii citati à Bertaz. conſ. 5. num.6. Sed Farinac.quæſt.65.num.265. intelligit, quòd concordentur non vt probent, ſed vt euitent falſum.

16 Si vnus teſtis dicit vidiſſe admenare cæſim, alter punctim, coniun-

iunguntur, & non dicuntur contrarii, ita ex Bald. in l. Teſtium, C. de teſtib. & Ceph. conſ. 250. num. 33. cum ſeq. Caualc. de teſtib. par. 4. num. 138.

17 Concordia teſtium faciliter fieri poteſt, quando rixa durauit, quia poteſt eſſe, quod vnus viderit initium, alter verò medium, & tertius finem, in quo quis mortuus remanſit, Caualc. dicto num. 138.

18 Et Regula eſt, quod Teſtib. hinc inde contrariis, & inter ſe contradicentibus, ſtandum eſt magis depoſitionibus plurium teſtium, quam pauciorum ſi ſunt æquales in reliquis, c. in noſtra vertis. mandamus, & ibi gl. in verbo Aduerſa extra de teſtibus, & cap. licet cauſam, verſ. ex præmiſſis extra de probat. Farinac. cum aliis citatis qu. 65. num. 107. Iul. Chartar. deciſ. 59. nu. 77. Et pauciores puniuntur tamquam periuri, & falſi. Boſs. de oppoſit. contra teſt. num. 3. vers. ſi autem. Farin. q. 62. nu. 7. Poſtquam iudici conſtat de falſitate, & non antea, Ricc. deciſ. 12. n. 16. par. 2.

19 Limitatur hæc regula; Primò, quando teſtes pauciores ſunt digniores, Farinac. ibidem à nu. 120. vſque ad num. 123. Et data parita te in numero, teſtes Rei præferuntur teſtibus actoris, etiamſi eſſent minus digni, Farinac. ibidem num. 158. quamuis alii contrarium voluerint, relati ab eodem Farinac. num. 159.

20 Limitatur ſecundò, quando teſtes pauciores deponerent veriſimiliora, quando tamen veriſimilitudo eſt tanta, vt Iudex arbitretur pauciores præferri pluribus, Farinac. ibidem à num. 130. vſque ad 135. Nam teſtes deponentes veriſimiliora magis probant, quamuis ſint minus digni, Crauet. conſ. 75. col. 5. Ancharan. conſ. 298. Dec. conſ. 534. Gabriel. de teſtib. concluſ. 4. num. 32. & 43. lib. 1. Afflict. deciſ. 363. num. 6. Rota apud Farinac. deciſ. 5. nu. 7. par. 2. & etiam pauciores, Curt. iun. conſ. 178. num. 2. 3. & 4. Socc. iun. conſ. 183. volum. 2. de Anna conſ. 59. n. 12. lib. 1. Maſcard. concl. 1370. num. 15. Bombin. conſ. 59. num. 8. Et etiam quod teſtes veriſimiliora deponentes eſſent aliàs inhabiles, & minus idonei, Farin. dicta qu. 65. num. 147. cum aliis ibi citatis, qui efficiuntur integri, & idonei, quando deponunt ſuper veriſimili, & ſuper eo quod præſumitur, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 3. num. 31. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. 118. num. 6. par. 1. Alexa. in l. ſi duo in principio col. 2. ff. de iureiur. & conſ. 56. in fine vol. 2. Corrad. de officio prætoris rubr. perſonas teſtium num. 5. Et magis creditur teſtibus negantibus, quando deponunt veriſimiliora, quam affirmantibus, Farinac. dicta quæſt. 65. num. 142. etiam quod non remoueant actum à ſenſu, Chartar. deciſ. 28. num. 2.

21 Limitatur tertiò, quando teſtes pauciores eſſent magis informati, quibus magis creditur, quàm non ita informatis, & narrantibus totum factum magis creditur, quam non narrantibus totum factum, Farinac. d. qu. 65. à num. 165. vſque ad num. 170.

22 Limitatur quartò, quando teſtes pauciores deponerent in ſpecie, alij autem numero plures deponerent in genere. Imbrian. de repulſa conſider. 6. num. 112. Farinac. ibidem num. 170. & ſeq. & teſtibus paucioribus deponentibus de mala fama in ſpecie, aliis coniecturis adminiculata non tollitur fides per teſtes plures deponentes de bona fama in genere, latè poſt alios Iul. Chartar. deciſ. 43. numero 24. 25. & 26.

23 Limitatur quintò, quando teſtes pauciores deponerent pro Reo, alii autem numero plures contra Reum, Farinac. ibidem num. 157.

24 Limitatur ſextò, quando teſtes pauciores deponerent ſuper affirmatiua; quia plus creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus, Farinac. dicta quæſt. 65. num. 201. Niſi negantes deponerent ad fauorem Rei; quia magis probant, quam contrarii affirmantes, idem num. 204. & 214. Quando tamen negatiua eſt coarctata loco, & tempore, nempè quando remouet actum à ſenſu, vt puta dicendo, quod illud maleficium non fuit factum; quia ipſe fuit præſens tali die, & hora in tali loco, quibus illud maleficium aſſeritur eſſe factum, nec potuiſſet fieri, quin ipſe vidiſſet, & audiſſet, quia tunc pari paſſu ambulat cum affirmatiua, Farinac. dicta quæſt. 65. num. 222. Pacian. de probat. libro primo cap. 50. num. 34. Imò data paritate numeri, & dignitatis, magis creditur teſtibus ſuper hac negatiua coarctata, quam ſuper affirmatiua. Boſſ. tit. defenſ. Reor. num. 31. & 32. Et magis credendum eſt teſtibus pro Reo deponentibus ſuper huiuſmodi negatiua, etiamquod teſtes contra Reum eſſent plures. Boſſ. vbi ſupra, & Farinac. conſ. 22. num. 6. par. 1. Qui teſtes deponentes ſuper negatiua etiam coarctata, vt probent, debent etiam non interrogati reddere rationem a dicti ſui, Farinac. d. q. 65. num. 230. Quando tam affirmatiua, quam negatiua à ſenſu corporeo non poteſt recipi, & debet vtroque probari per medium alicuius ſenſati, tunc tantum creditur affirmantibus, quantum negantibus, data paritate teſtium; quia vtraque probatio dicitur mediata, & indirecta, & debent huiuſmodi teſtes reddere rationem ſui dicti, etiam non interrogati, Pacian. de probat. cap. 50. à num. 10. & ſeq. lib. 1. Prout in teſtibus deponentibus de furore, de metu, & ſimili, & magis creditur deponentibus in ſpecie, quam in genere, ſiue deponant affirmatiuè, ſiue negatiuè. Et dicentium, quod teſtibus duobus deponentibus de metu magis creditur, quam aliis de ſpontanea voluntate, intelligitur, quando manifeſtè conſtat de facto viſibili apto ad faciendum metum, Pacian. vbi ſupra in dicto cap. 50.

25 Teſtibus deponentibus cum ratione, magis creditur, quam deponentibus ſine ratione. Bald. in l. Presbyteri ſub num. 4. de Epiſc. & Cleric. Et in cauſis criminalibus, teſtes non afferentes rationem ſcien-

ſcientiæ, etiam non interrogati, non probant, Innoc. in cap. cum causam de teſtibus, Bald. conſ. 182. num. 2. libro quarto, Clar. quæſtio. 53. verſ. præterea dixi, Iul. Charta. deciſ. 59. num. 75. Et magis creditur teſtibus reddentibus bonam rationem, quam aliis reddentibus non ita bonam; & magis credentibus veram rationem, quam præſumptam. Farinac. poſt alios dicta qu. 65. num. 172. 173. & ſeq.

26 Teſtibus ſenioribus antiquioribus magis creditur, quam iunioribus; niſi iuniores eſſent digniores. Farin. vbi ſup n. 275. 276.

27 Teſtibus Clericis magis creditur, quam laicis, niſi laici deponerent ad fauorem Rei. Farinac. ibidem num. 177. 178.

28 Teſtibus maſculis magis creditur, quam fœminis, niſi teſtes fœminæ deponerent pro Reo, aut teſtes maſculi eſſent malæ famæ, & fœminæ bonæ famæ, & ſi omnes eſſent fœminæ, magis creditur Virgini, quam Viduæ: Farinac. vbi ſupra a num. 179. vſque ad num. 183.

29 Teſtibus quibus aſſiſtit aliqua iuris præſumptio magis creditur, quam aliis. Gabriel. de teſtib. concluſ. 4. nu. 9. & 22. Ricc. in practicarum quotid. reſol. 470. n. 7.

30 Teſtibus peritis magis creditur, quam non peritis, Farinac. ibidem num. 186. 187. & peritis negantibus, magis creditur, quam non peritis affirmantibus, idem n. 140.

31 Teſtibus deponentibus pro cauſa fauorabili magis creditur, quam deponentibus contra. Farinac. ibi-
32 dem num. 188. & ſeq. Teſtes quando ſunt varii inter ſe, poteſt Iudex vni potiùs, quam alteri, vel ratione dignitatis, vel numeri, vel cauſæ fauore, vel veriſimilitudinis iuxta ſupradicta credere, & Iudicis arbitrio hoc remittitur. Ricc. reſolut. 230. num. 2. Dummodo in actis exprimat cauſam ſufficientem, & rationabilem, propter quam adhæret potiùs teſtibus vnius partis, quam alterius. Farinac. ibidem à num. 193. & ſeqq. Quam cauſam non tenetur in actis exprimere, quando magis adhæret teſtibus rei dicit idem Farin. n. 198.

CAPVT XIII.

De Teſtibus corruptis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis corruptus non probat.*

2 *Teſtis corruptus poteſt accuſari de falſo, & torqueri ſuper falſitate, & poteſt condemnari pro corruptione.*

3 *Et punitur etiamſi non fuit examinatus.*

4 *Corrumpens teſtes punitur etiamſi poſtea illis ex ſe vſus non fuiſſet, vel quia teſtes falſum deponere recuſauerint, n. 5.*

6 *Teſtes corruptus an probet contra producentem eſt quæſtio inter Doctores.*

7 *Duo teſtes corrupti faciunt indicium ad torturam contra corrumpentem.*

8 *Teſtis vnus corruptus cum adminiculis facit indicium ad torturam contra corrumpentem, & n. 9.*

10 *Duo teſtes etiam ſingulares circa locum,*

cum, & tempus faciunt indicium ad torturam contra corrumpentem.

11 *Socius criminis, & periurus cum adminiculis, & cum tortura facit indicium ad torturam contra corrumpentem.*

12 *Teſtem falſum producens de falſo tenetur etiam ſine interrogatione an velit vti in criminalibus.*

13 *Teſtis vnus ſi reperiatur corruptus, omnes corrupti præſumuntur.*

14 *Corruptio, & ſubornatio indicijs, & coniecturis probatur.*

15 *Teſtis dicens ab alio ſubornatum concurrente commodo illius, facit indicium ad torturam.*

16 *Subtrahens, vel occultans teſtes præſumitur culpabilis, quæ ſubtractio cum alio adminiculo facit indicium ad torturam contra eum, & habetur ſubtrahens pro confeſſo, & conuicto, ſi non conſtat de innocentia.*

17 *Teſtes vocati ad detegendam ſubornationem, ſi fugam arripiant præſumuntur falſum dixiſſe ad ſubornationem eius, qui commodum ex eorum depoſitione percipiebat.*

18 *Teſtis vocatus ad teſtificandum, ſi renuat teſtificare, præſumitur corruptus.*

19 *Teſtis, vt poſſit puniri tamquam corruptus, & etiam tamquam falſarius, vtrumque probari debet.*

20 *Subornatio teſtis ad falſum dicendum, præſumitur ex attentata ſubornatione.*

21 *Teſtis ſubornans in cauſa criminali qua pœna puniri debet?*

1 TEſtis corruptus ille dicitur, qui à corrumpente ſubornatur pecunia, promiſſione, vel aliqua re, minis aut metu, ad falſum dicendum Farinac. quæſt. 67. num. 236. Souſa lib. 2. cap. 8. n. 22. Et regulariter non probat, & de falſo accuſatur, cap. 1. extra de teſtibus, Farinac. ibidem cum aliis ab eo citatis, quibus adde, Decian. tom. 1. lib. 3. num. 3. Caualc. de teſtib. par. 4. num. 91. Idem etiam eſt, ſi ad falſum dicendum amore, timore, vel odio rogetur. Doctor. in dicto ca. 1. de teſtib. Vel ſi tantum precibus corrumpatur, l. eos in verbo gratiæ, cap. de teſtibus, cap. cœterum, & cap. delictorum de teſtibus, Corrad. in Praxi rubr. Perſonas teſtium num. 40. Et præſumitur in dubio dixiſſe falſum, etiam quòd non probetur, quod falſum dixerit, Farinac. vbi ſupra num. 237.

2 Et tanquam valdè ſuſpectus poteſt accuſari de falſo, & torqueri an falſum dixerit; Et ſi in tortura ſuſtinebit, adhuc poterit extra ordinem puniri, pro eo, quod turpiter pecuniam accepit. Clar. §. falſum num. 18. Menoch. de arbitr. caſu 310. num. 7. Farinac. vbi ſupra num. 239. Qua pœna extraordinaria puniri etiam poteſt, ſi pecuniam accepit, vt verum dicat, text. & gloſ. in l. Diuus col. pen. ff. de re iudic. Vantic. de nullit. defect. proceſſ. num. 138. Caualcan. dicto num. 91. idem Farinac. ibidem num. 240. & Menoch. vbi ſupra à numero primo, & ſequentibus, & nihil probat. Et idem etiam eſt, ſi accipiat pecuniam pro non ferendo teſtimonio, ſed vt taceat veritatem, & tanquam corruptus pu-

punitur de falſo, & non probat, Clar. §. falſus, verſic. ſubornans, Bertazol.conſ. 218. Si iam examinatus fuiſſet, & tacuiſſet veritatem, Felin.in cap. primo de teſtib. Marſil. in l.1. in principio numero quinto ad leg.Corn.de falſ.Corrad. dicto num.40.

3 Sed ſi non fuiſſet examinatus, punitur extraordinariè pro illa pecuniæ receptione, Farinac. vbi

4 ſupra num.248. Et ſiue ſit pars, ſiue tertius punitur corrumpens teſtes, etiam quòd illis poſtea ex ſe ipſo vſus non ſit, Baiard. ad Clar. §. falſum num.12. idem Farinac. numero 255. ex Boer. deciſione 319. numero ſeptimo. Vel quia teſtis recuſauit falſum deponere, Baiard. dicto num.12. Bertaz.conſ. 218. num.6.

5 Et teſtis ſibi ipſi contrarius, & à Iudice interrogatus ſuper contrarietate: Si dicat, falſum ſe depoſuiſſe in primo examine perſuaſionibus, & minis partis inducentis, non probat in primo examine; ita vt ſi non ſit lata ſententia, non eſt ferenda, Alexand. conſ.2. numero 8. libro ſeptimo, vbi plena Apoſtilla, in verbo ſententiam, quem refert Tuſc. litt. T. concluſ. 227. n.3. Et in præiudicium illius cui fuit ius quæſitum non creditur, Pacian. de probat. libro primo cap.53. num.46. vbi multos citat.

6 An autem teſtes corrupti aſſerentes falſum dixiſſe, quia ab aliis fuerunt ſubornati, probent contra corrumpentes, & ſubornantes ad effectum, vt poſſit contra eos criminaliter agi? Eſt maxima quæſtio inter Doctores, & vna opinio eſt, quòd teſtib. dicentib. ſe falſum depoſuiſſe de alterius mandato, prece, vel præmio, minimè credendum ſit, & non faciunt indicium ad torturam contra mandantem; quia tanquam falſariis, & periuris non eſt credendum, Farina. q.45. num.primo, & ſeqq. Quam opinionem tenendo contra alios Doctores relatos num.6. & 7. Concludit poſtea nu.28. cum Boer. deciſ.319. n.5. ad finem, quod quicquid ſit de iure, in praxi ſeruatur;

7 Quod ſi duo, vel plures dicant ſe fuiſſe ſollicitatos, vel corruptos, faciunt indicium ad torturam contra ſollicitantem, vel corrumpentem, ſi corrumpens aliud releuans in contrarium non deduxerit, Boſſ.de indicat.numero 159. Theſſ. deciſ. for. 15. numero quarto lib.1.

8 Facit etiam indicium ad torturam contra corrumpentem aſſertio vnius teſtis corrupti, Farin. dicta q.67. n.180. concurrente aliquo indicio, ſeù præſumptione aliqua, Boſſ. tit. de indic. n.156. ad finem, Clar. in §. falſum, verſ. ſubornans, Farinac. dicta q.45. n.34. contra Bertaz. conſ.61. num.14. vol.1. Et

9 quando teſtis corruptus fuit productus ad examinandum ab eodem ſubornatore, facit indicium ad torturam, contra eum, ſi aliundè conſtet de falſitate depoſitionis, idem Farinac. à n.35. vſque ad num.41. Et duo teſtes faciunt indicium ad torturam contra corrumpentes, etiamſi ſint ſingulares, circa tēpus, lo-

locum, & modum ſubornationis. Secus ſi ſint ſingulares circa cauſam, vtputa, quia vnus dicit ſe ſubornatum in vna cauſa, & alius in alia cauſa. Idem Farinac. ibidem num. 45. Dicit tamen idem Farin.
11 ibidem num. 41. Quòd ſi prædicti teſtes, vltra falſam, quam aſſerunt, feciſſe depoſitionem, eſſent etiam periuri, vel varii; Vtputa, quia primò examinati negaſſent ſubornationem, deinde illam eſſent confeſſi, tunc non facerent indicium ad torturam, & ſtatur primo dicto, etiam quod vltimum emanauerit in tortura; Contrarium tamen, ſi dictum ſocii criminis, vel corrupti ſit adminiculatum, & confirmatum in tortura, quòd facit indicium ad torturam contra ſubornantem. Boſſ. tit. de inquiſit. nu. 46. Bonat. comm. opin. par. 1. verſ. Indicium, Baiard. ad Clar. qu. 21. num. 31. & 32. Iul. Chartar. deciſ. 49. nu. 6. & Clar. in §. falſum num. 5. dicit, quòd licet teſtes dicentes ſe ab aliis fuiſſe ſubornatos, ſint ſocii criminis, & periuri; Practica eſt, quòd confirment eorum dictum in tortura, & eis creditur, vt procedatur ad inquiſitionem contra nominatos; Et creditur etiam ad torturam contra nominatos, ſi aliud concurrat adminiculum, Clar. in dicto §. falſum nu. 5. ex Boſſ. tit. de indicio num. 156. in fine, & teſtatur ita multoties ſeruari vidiſſe, & ſe pluries practicaſſe, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 15 num. 6. & Baiard. in dicto §. falſum n. 25. dicit, quòd ita ſeruatur, & quod ita practicatur, & practicari vidit, vbi reiicit Bertazolum conſ. 156. n. 5. par. 1. & Rolandum conſ. 98. num. 22. volum. 4.

12 Teſtis falſos producens, de falſo tenetur etiam ſine interrogatione an velit vti in criminalibus, de qua interrogatione loquitur Clar. in §. falſum num. 25. Guazz. defenſ. Reor. 28. cap. 14. Caualc. de Brach. Reg. par. 6. num. 218. &c. Quia in criminalibus non ſolent fieri talia interrogatoria, Macerat. reſolut. 6. num. 21. & 22. ex Viu. deciſ. 71. n. 3. ex Borgnin. deciſ. 39. nu. 5. & ſeqq. par. 5. delict. Sed porrecta quærela, vel accuſatione de falſo, Iudex coram quo fuit commiſſa falſitas, format inquiſitionem, & probata falſitate, conſtituit Reum, & datis defenſionibus condemnat falſarium, vel ſubornatorem.

13 Quando reperitur aliquis teſtis corruptus, & ſubornatus, omnes corrupti, & ſubornati præſumuntur, Ruin. conſ. 36. nu. 9. lib. 4. Guid. Pap. conſ. 75. col. 2. in fine, Maſcar. concl. 1340. num. 6. Farinac. quæſt. 67. n. 256.

14 Teſtis ſubornatio, & corruptio, indiciis, & coniecturis probatur, Guid. Pap. conſ. 73. per totum, Maſcard. vbi ſupra n. 1. & per teſtes de auditu, Marta deciſ. 117. Et qui pecuniam accepit in dubio præſumitur falſum dixiſſe, Farinac. qu. 67. num. 235. ad 2391. Et qui pecuniam accepit pro dicenda veritate reputatur falſus, & extraordinariè.

15 Indicium ad torturam oritur contra inquiſitum de ſubornatione teſtis falſi, ex dicto teſtis dicentis, ſe ab eo ſubornatum, concurrente

rente commodo, quod inquiſitus percipiebat ex teſtimonio teſtis falſi, Farinac. Giargiar. Patrocin. 97. num. 8. Farinac. conſil. 33. num. 29. libro primo, & q. 45. num. 38. Iul. Chartar. dec. 90. num. 48. Nam non eſt præſumendum, quòd teſtis falſum depoſuerit, niſi fuerit inſtigatus, & ſubornatus ab eo, ad cuius fauorem deponebat. Bertaz. conſ. 210. numero primo. Et is præſumitur ſubornaſſe, qui ex illius teſtimonio commodum percipit, Iul. Chart. vbi ſup. n. 28. cum aliis ab eo citatis.

16 Subtrahens, & occultans teſtes, præſumitur culpabilis, gloſ. in verbo oſtendit, in cap. peruenit, el 1. de teſte cogendo, Ioan. Andr. ibi num. 5. Bellamer. num. 3. Butr. n. 6. Imol. poſt n. 3. Zabarel. n. 2. de teſtibus, Boer. deciſ. 292. nu. 9. Boſſ. tit. de falſis. n. 164. ad finem; Et hanc ſubtractionem factam a Reo, vel eius opera, ſufficit cum aliquo adminiculo ad torturam contra Reum, vbi aliàs ille teſtis eſſet omni exceptione maior, Boſſ. ibidem n. 165. ſed Hoſtienſ. in di cto cap. Peruenit nu. 1. & 2. dicit, quòd habetur pro conuicto, & tanquam conuictus puniri poteſt. Quam opinionem admittit Boer. dicto n. 9. & Farin. q. 78. num. 148. Niſi conſtet, vel conſtare poſſit de eius innocentia. Farin. ibidem, & Guazz. defenſ. reor. 19. cap. 16. num. 7.

17 Teſtes ſi citati ſint ad detegendam ſubornationem, & conſpirationem fugam arripiant, præſumitur falſum dixiſſe ad ſubornationem eius, qui commodum ex eorum depoſitione percipiebat, Chartar. d. deciſ. 90. n. 45.

18 Teſtis vocatus, & requiſitus ad teſtificandum, ſi teſtificari renuat, atque recuſet, præſumitur corruptus, & malitiosè ſe ſubtrahere, Menoch. præſumpt. 55. num. 45. & alii citati à Barboſ. in collect. ad cap. ſuper eo num. 5. de teſtib. cogend. & in cap. dilectorum num. 5. eodem titulo.

19 Ad duplicem effectum poteſt quis excipere contra teſtem corruptum. Primò, vt fidem non faciat, quo caſu ſat eſt probare, quòd ſit corruptus; ſed quando quæritur, vt puniatur tamquam falſarius expedit probare vtrumque, nempè, quod ſit mendax, & quod ſit corruptus Maſcard. de probat. concl. 688. Caualcan. de teſtib. par. 3. num. 65. Quæ corruptela, & ſubornatio probatur etiam per carceratos, contra carceratum ſubornatum, Caualc. de teſtib. par. 4. num. 157.

20 Subornatio teſtis ad falſum dicendum præſumitur ex attentata ſubornatione, Guid. Pap. conſ. 73. num. 4. Rota apud Farinac. deciſ. 207. num. 5. par. 1.

21 Et ſubornans teſtes ad falſum deponendum in cauſa criminali, debet puniri iuxta qualitatem cauſæ ſuper qua teſtis deponit, & eadem pœna, qua ipſe teſtis ſubornatus falſum depoſuit, Clar. qu. 89. nu. 1. Bertazol. conſ. 218. n. 18. Menoch. de arbitr. caſu 352. in principio, & caſu 353. num. 2. Farinac. quæſ. 67. num. 258. Caball. caſu 241. nu. 1. &

ſeq. Guazz. defenſ. Reor. 28. cap. 18. num. 7. intellige vt ſupra cap. 10. num. 11. Et notandum eſt, quod ſi teſtis fateatur ſe pecunia corruptum falſum depoſuiſſe, nulla eſt habenda ratio de huiuſmodi confeſſione ad finem procedendi contra principalem, pro quo prius cum iuramento depoſuerat, niſi aliunde conſtet de corruptela, & falſitate commiſſa, etiamſi talis confeſſio ratificaretur in tortura, Honded. conſ. 106. lib. 1. refert Ricc. deciſ. 46. n. 2. par. 1.

In dubio teſtis, qui ante depoſitionem accepit pecuniam præſumitur falſum dixiſſe, & torqueri poteſt in ordine ad pœnam falſi, ſi conſtat pecuniam accepiſſe, Farin. q. 67. à n. 237. ad 236. Et ſi poſt depoſitionem pecuniam accepit, dicitur etiam corruptus, ſi pecunia ante depoſitionem fuerit conuenta, & præſumi poteſt ex condicto recipere, & eſt valdè ſuſpectũ quo ad probationem, Farinac. n. 278.

CAP. XIV.

De pluribus alijs teſtibus ſuſpectis.

SVMMARIVM.

1 *Affectionati teſtes repelluntur.*
2 *Teſtis animosè deponens eſt ſuſpectus.*
3 *Teſtis affirmanti, quod verè ſciri non poteſt, eſt ſuſpectus.*
4 *Teſtis verboſus, eſt ſuſpectus.*
5 *Teſtis nimis cito reſpondens, eſt ſuſpectus.*
6 *Teſtis ſi ante lectum articulum, vel antequam interrogetur reſpondet eſt ſuſpectus.*
7 *Teſtis moroſus in reſpondendo, eſt ſuſpectus.*
8 *Inneriſimilia deponens, eſt ſuſpectus.*
9 *Iudex ex cauſa poteſt teſtibus plenè deponentibus fidem non adhibere.*
10 *Teſtis ſi dicit non recordari id, quod veriſimiliter recordari poteſt, eſt ſuſpectus.*
11 *Inneriſimilia dicuntur, quæ deuiant à naturali curſu, aut à iure communi.*
12 *Suſpectus dicitur teſtis nominans in conteſtes mortuos.*
13 *Suſpectus dicitur teſtis, qui ſolus deponit, quando crimen eſt tale, quod poteſt probari per alios teſtes.*
14 *Teſtis deponens vidiſſe de nocte non reddens rationem etiam non interrogatus, eſt ſuſpectus.*
15 *Teſtis deponens ſuper negatiua coarctata eſt ſuſpectus.*
16 *Negatiua quando eſt probabilis.*
17 *Teſtes deponentes per præmeditatum ſermonem ſunt ſuſpecti.*
18 *Teſtis, qui ſe ingerit in cauſa, eſt ſuſpectus.*
19 *Teſtis reſpondens vltra interrogata eſt ſuſpectus.*
20 *Suſpectus dicitur, qui deponit id, quod nullus ſit niſi ipſe teſtis.*
21 *Suſpectus dicitur, qui ſe iudicem conſtituit in teſtimonio ferendo.*
22 *Suſpectus dicitur teſtis dicens, quod pars pro qua teſtificatur, obtinebit.*
23 *Teſtis qui ſcit totum factum, & deponit*

nit partem, eſt ſuſpectus.

24 *Teſtis, qui tractat de ſe exonerando eſt ſuſpectus.*

25 *Iudex poteſt interrogare teſtem ſuſpectum de qualitatibus extrinſecis.*

26 *Teſtis qui alium ad examinandum duxit, quia ſe examinabit eſt ſuſpectus.*

27 *Teſtes ſpontanei ſunt ſuſpecti.*

28 *Teſtis in ſcala, ſi deponit de geſtis in camera eſt ſuſpectus de falſo.*

29 *Teſtis ſi in primo examine dicit, quod in facto nullus fuit præſens, ſi in ſecundo examine nominat aliquos præſentes, eſt ſuſpectus.*

30 *Teſtis ſi in primo examine depoſuit taxatiuè ſi poſtea aliter deponit, eſt ſuſpectus de falſo.*

VLtra teſtes ſuſpectos de quibus in ſuperioribus capitibus loquuti ſumus, ſunt etiam alii, inter quos, poni poſſunt, qui ſunt
2 affectionati, quia ob affectionem repelluntur, cap. accuſationes, vel teſtes ſuſpecti 3.q.5. Abb. in cap. in. ſuper num.9. verſ. dubium eſt pulchrum n.9. & in cap. videtur ad finem qui matrim accuſar. poſſ. Dec. conſ.133. col.3. & conſ.311. num.3. Rim. iun. conſ.26 nu.42. lib.1. Cacher. conſ.65. nu.28. Crauet. conſil. 249. n.9. Bertaz. conſ.170. num.7. & conſ.251. nu.13. Imò etiam in criminibus exceptis, in quibus teſtes aliàs inhabiles admittuntur, affectionati repelluntur, vt ſunt in hęreſis, læſæ maieſtatis, & ſimilibus, exceptis, Oldrar. conſ.210. num.7. Crauet. d. conſ.249. n.9. & 281. n.4. Et qui nimis affectat contra partem, contra quam examinatur dicitur ſuſpectus, Tuſc. litt. T. concl. 223. qui multos citat, & præſumpta affectio idem operatur, quòd expreſſa. Crauet. dicto conſ.281. n.4. Maſcard. concl.307. n.7. Hect. Æmil. de teſtib. tit. teſtis affectionem habet ad cauſam n.4. fol.104. Et qui in ſua depoſitione magis beneuolum, & affectionatum vni parti, quàm alteri ſe oſtendit, redditur ſuſpectus. Anchar. conſ.227. col. fin. Alex. conſ.152. num.8. lib.7. Dec. conſ.105. n.5. col.2. Hect. Æmil. vbi ſupra n.45. fol.109. Et qui
3 nimis animosè deponit eſt ſuſpectus. Bald. in l. teſtium n.17. verſic. circa 4. C. de teſtibus, Alexa. conſ. 15. n.4. lib.3. Corn. conſ.232. nu.4. lib.1. Iaſ. conſ.16. n.5. lib.4. Soccin. conſ.229. n.6. Crau. conſ.24. n.6. et dicto conſ.249. Crauet. conſ.2. n.9. & teſti affirmanti id, quod verè ſciri non poterat eſt ſuſpectus, & non eſt credendum, & Calca. conſ. 25. circa medium, Crauet. d. conſ. 249. n.4. Bertaz. conſ.135. num.23. Menoch. præſump.15. nu.3. lib.2. Maſcard. concl.1368. n.2. Caputaq. deciſ.276. n.5. par.3. Idem dicitur
4 de teſte verboſo in ſua depoſitione, qui etiam ſuſpectus eſt, Ancharan. conſ.331. n.1. Tindar. de teſtib. c.8. n.23. & ca. fin. n.5. Corrad. in pract. tit. de teſte num.50. Maſcard. conſ. 1368. Farin. q.60. n.37.
5 Suſpectus eſt teſtis nimis citò reſpondens, & repentinè loquens. Boſſ. de oppoſit. contra teſtes n.25. Io. Mar. Monticel. in repert. teſt. fol.
6 215. col.1. verſ.3. Et multo magis ſuſpectus, ſi ante lectum ſibi articulum reſpondens, Rom. ſing.450.

Io.Mar.Montic.vbi ſupra, Et ſi reſpondet antequam interrogetur, Farinac.quæſ.60. num.38. Roman. conſ.450.

7 Teſtis in reſpondendo moroſus, præſumitur dubius, & incertus, & ſic ſuſpectus reputatur. Butr. in tract. de teſtibus num.14. addit. ad Rom.d.ſing.450.Spec.in tract.de teſt §.fin.n.68.Corrad. in pract. ciuil. rubr. dicta teſtium aſſumendo n.44.in fine, Io.Mar. Monticel. dicto fol.255.col.1.vers.2.

8 Teſtis inueriſimilia deponens, ſuſpectus dicitur de falſo, & non probat, l.ob carmen §.fin. ff. de teſtib.ca.quia veriſimile, & ibi Abb. circa fin. & Felin. col. 2. extra de præſum.Dec.conſ.94.col.2.vers.2. & conſ.684.in fin. Boſſ.de oppoſit. contra teſt.nu.94. Bertaz. cons.71. n.65.Maſcard.concl.745. num.14. Brun.à Sol.cons.vnico nu.107. Farin.q.65.n.144.& decis.Rot.Rom. 553.num.11.Caput. decis.296. nu. 66.par.3.Iul.Chart.dec.28. n.23. & dec.95.num.60.Barbos.in dicto ca. veriſimile nu.2. & alii ab ipſis citati, nam in delictis veriſimilitudo eſt attendenda, Honded. cons.17. nu.63.Surd.cons.438.n.25.Et quod eſt in veriſimile, eſt quædam falſitatis imago. Bald. in l.1. col.3. C. de ſeru. fugit. Crauett. conſil.9. num. 9. Barbos. vbi ſupra num.3. Capic latr.conſul.4. num.11.tom. primo. Nec articuli dantes non veriſimilia admitti debent, Rot.decis. 630. articuli in antiq. Crauett. conſ.249.num.8. Et dicunt Bartol. Bal. Angel. & Paul. de Caſtr. in l. Lucius de infamib. quod poteſt iudex ex cauſa teſtibus plenè deponentibus fidem non adhibere, & iuſta cauſa non credendi, & non probandi eſt inueriſimilitudo. Vt declarat Felin. in cap. auditis col. 13. de reſcript. Curt.iun.conſil.17. colum.2.circa finem, & conſil. 52. col.3 circa medium. Crauet. cons. 75.num.22. Farin. quæſt.65. num. 207.

10 Plura exempla ponit Boſs.tit.de oppoſit.contr.teſt.n.95.& 96.quib. declarat, quæ dicuntur inueriſimilia. Et inueriſimile dicitur, ſi teſtis dicit non recordari id, quod veriſimiliter recordari debet, Bald.in l. Presbyteri in 4. notabili C. de Epiſc.& Cleric. Iaſ. in l. præſcriptione col.3. C. ſi contra ius vel vtilit.public.Crauet.cons.9.nu.9. Vbi, quòd ſi teſtis dicit ſe non recordari de his, quæ eodem contextu geſta ſunt, & cons.115.nu.11. Nam ſi recordatur de vno, ita veriſimiliter debet recordari de aliis, & conſil. 134.n.13. Idem dicit, quando teſtis dicit non recordari de perſonis, quę ſimul erant præſentes, Ricc.decis. 244.n.17.par.2.Vbi, quòd teſtes in hoc caſu debent torqueri, & quando teſtis veriſimiliter recordatur, ſi dixerit non recordari de falſo punitur, & veriſimiliter recordari quis poteſt de facto proximo, & de re admodum notoria, & dicendo non recordari redditur penitus ſuſpectus, Boſſ.tit. de reſp. à reo faciendis num.4. Caualca. poſt alios de teſtibus par.5.n.151.

11 Inueriſimilia dicuntur, quæ deuiant à naturali curſu, prout, quòd puer ſit aptus ad coeundum, cap.2. de

de frigid. & malefic. Boſſ. vbi ſupra, & inueriſimilia etiam ſunt, quæ deuiant à iure communi; vt, quando quis deponit impuberem cum Berta rem habuiſſe. Boſſ. ibidem. Vel quando deponeret vidiſſe aliquem oſtio thalami aperto coire cum muliere, cum ſoleat fieri ita in abſcondito, vt clauſo oſtio, & feneſtris non patiantur ſe videri. Boſſ. ibidem. Et qui deponit ſuper non veriſimili, debet aſſignare rationem etiam non interrogatus. Boſſ. tit. de pluribus violent. num. 94.

12 Suſpectus de falso dicitur teſtis, qui nominat in conteſtes omnes, qui mortui ſunt. Quia videtur ita eos nominare timens falſitatem probari, ſi viuentes nominaſſet. Crauet. conſ. 249. n. 8.

13 Suſpectus de falso dicitur teſtis, ſi ipſe ſolus de crimine deponit, quando eſt tale, quod veriſimiliter probari poteſt per alios teſtes. Natta conſ. 66. n. 12. Rim. iun. conſ. 489. num. 5. Guazz. defens. reor. 33. cap. 4. num. 8.

14 Suſpectus de falso, Eſt teſtis deponens ſe vidiſſe de nocte non reddens rationem etiam non interrogatus, quòd lumen erat accenſum, aut Luna lucebat, non probat. Bal. in l. ſi non ſpeciali numero 1. & ibi etiam Iaſ. n. 10. C. de teſtib. Gram. vot. 21. Roland. conſ. 7. nu. 29. Boſſ. tit. de iudic. nu. 172. Dec. conſ. 173. Clar. q. 21. n. 3. Farin. q. 62. nu. 38. & decis. 207. nu. 7. Carena par. 3. tit. 6. n. 28. Maximè ſi Luna non lucebat; Nec ſufficit dicere, quia Luna lucebat ea nocte, ſed eſt dicendum, vidi, quia hora commiſſi delicti Luna lucebat. Hugo conſ. 62. n. 5. Et tamquam ſuſpectus de falso punitur. Menoc. de arbit. caſu 279. n. 35. Roland. conſ. 3. n. 43. Barbo. in c. cum cauſam n. 6. vers. quartus caſus de teſtib. pœna extraordinaria, Maſcard. concl. 1109. n. 3, & concl. 1385. n. 26. Burſat. conſ. 34. num. 6. Honded. conſ. 171. n. 27.

Nec ſufficit quod vidit quia Luna lucebat, vel erat ibi lumen artificiale, ſed etiam debet addere ſe cognouiſſe, quia erat vicinus, quia diſtantes non probant. Farin. q. 62. n. 42. Habent enim Luna, & lumen artificiale radios lugubres, ideo teſtes debent eſſe vicini, vt videant, Alex. lib. 6. conſ. 4. n. 7. Crot. de teſtib. n. 352. Farin. ſupra nu. 37. 38. Carena par. 3. tit. 6. num. 20. Non tamen eſt neceſſe reddere rationem, quando alii teſtes eam expoſuerunt. Carena ibidem num. 20. Giurba conſ. 37. num. 41. Et teſtis aſſerentis ſe cognouiſſe *al fuoco della poluere del fegone*, admittitur Carena num. 26. Et etiam quod teſtis deponat ſe vidiſſe de nocte, quia Luna lucebat, non eſt omni exceptione maior, Boſſ. tit. de indicat. num. 173. Roland. conſ. 3. num. 42. libro tertio. Farinac. quæſt. 62. nu. 40. & conſ. 166. num. 15. libro ſecundo. Et per conſequens non concludit, & non ſufficit, ſine adminiculis ad torquendum, nec ſufficit dicere credo, quod Luna lucebat, ſed debet affirmare, Crot. Roland. & Natta citati à Bertazol. conſ. 316. Ricc. decis. 63. numero 4. par. 2.

Eſt

15 Eſt ſuſpectus de falſo, deponens ſuper negatiua non coarctata, l. 3. §. vltimo ff. de teſtib. Maſcard. concluſ. 1363. ſeu 1370. n. 10. Menoch. præſ. 55. n. 7. lib. 2. Farin. quæſt. 55. nu. 205. cum ſeqq. Imò eſt omninò falſus ſi deponit ſuper negatiua improbabili non coarctata, & non reſtricta ad certum tempus, nec ad certum locum, nec ad certas perſonas, & dicitur etiam periurus. Sed ſi deponit ſuper negatiua probabili, habente implicitam affirmatiuam, non reſtringens tamen ad certum locum, nec ad certas perſonas, eſt tantum ſuſpectus de falſo, & non probat. Pacia. poſt alios lib. 1. de probat. c. 36. n. 11. Et tunc negatiua eſt probabilis, quando eſt coarctata, & teſtis remouet actum à ſenſu, dicendo, quòd illud
16 non potuiſſet dici, vel fieri quia ipſe audiuiſſet, vel vidiſſet. Pacian. dicto lib. 1. cap. 37. n. 16. Rota apud Farin. deciſ. 573. n. 12. par. 1. Barbo. in cap. tertio loco num. 4. de teſtib. Iul. Chart. dec. 28. n. 1. & dec. 95. nu. 59. Farin. q. 65. nu. 228. Rota apud eundem Farinac par. 1. recent. dec. 573. n. 2. Carena par. 3. tit. 6. n. 65. & alii ab ipſis citati.
17 Deponentes per præmeditatum ſermonem ſunt ſuſpecti de falſo, l. 3. §. ideo quoque Diuus ff. de teſtib. & ibi Bartol. & Doctor. Dec. conſ. 438. nu. 24. Crauet. conſ. 295. n. 13. & conſ. 281. n. 5. Tindar. de teſtib. par. 2. cap. 10. n. 5. Et præſumuntur ſubornati. Caſtillo conſil. 27. n. 5. Farin. q. 65. nu. 23. Niſi agatur de proban lo formalib. verbis. Socc. iun. conſ. 19. n. 21. & 23. Corn. conſ. 140. n. 21. vol. 2. Maſcard. concluſ. 1374. n. 7. Aut teſtes ſint probatæ vitæ, & integræ opinionis. Maſcard. ibidem nu. 8. Imbrian. de repulſ. conſider. 6. n. 125. Sed hoc iudicis arbitrio remittitur, Farinac. qu. 65. n. 26. Aut ſint plures, quàm numerus neceſſarius, puta tres, vel quatuor, quia ex numero teſtium tollitur ſuſpicio reſultans ex præmeditato ſermone. Farin. ibidem num. 27. Tuſc. litt. T. concluſ. 220. num. 10.
18 Falſi ſuſpicione laborat, teſtis, qui ſe ingerit in cauſa, l. vnius facinoris §. ſerio, ff. de quæſtion. glo. in l. quæ omnia in verbo ſuſpectus, & ibi etiam Bart. Angel. & Iacob. de Beluis. ff. de in ius vocand. Marant. in Specul. in 6. actu iudic. in 6. par. principali n. 12. Menoch. præſ. 3. n. 102. Iul. Chartar. decis. 28. n. 8. Menoch. de arbitr. caſu 474. nu. 57. Maſcard. concluſ. 1311. num. 44. & concl. 1368. n. 4. Farin. q. 80. nu. 1. & ſeqq.
19 Suſpectus etiam dicitur, qui reſpondet vltra interrogata, argu. l. qui omnia §. 1. ff. de procur. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vendit. par. 3. c. vltimo n. 41. Barboſ. in c. de teſtib. n. 2. de teſtib. Et qui deponit ſine interrogatione iudicis, Rim. iun. conſ. 723. nu. 4. lib. 3. Decian. reſp. 65. nu. 14. & reſp. 96. num. 37. lib. 3. Gramm conſ. 21. n. 5. Marſil. ſingul. 540. Guazz. defenſ. reor. 19. cap. 6. num. 3.
20 Suſpectus dicitur, qui deponit id, quod nullus ſcit niſi ipſe teſtis. Decian. reſp. 92. num. 125. tom. 2. imò quandovnus ſolus ſcit delictum alterius

terius non tenetur delinquentem Prælato, vt iudici denunciare, quia huiuſmodi denunciatio eſſet inutilis, cum non poſſit contra denunciatum procedere ad punitionem, & peccat ita reuelando, Leſſ. lib.2.cap.29.nu.111. multos refert Diana reſol.1. de denunc. & ita debent intelligi Doctores dicentes, quod denunciator non poteſt eſſe teſtis, & peccat etiam mortaliter iudex recipiendo hanc denunciationem de delicto. Quod vnus tantum ſcit, cum faciat denunciato iniuriam dum non poteſt illum interrogare, præter enim denunciantem requiritur ad minus vnus teſtis omni exceptione maior, qui det iudici ius ad interrogandum, nec tenetur denunciatus reſpondere iudici interroganti ſciens contra ſe habere ſolum denunciatorem, Valent.tom.3.diſp.15. q.13. par.2.Dicaſtil.lib.2.de viſit.trac.1. diſp.6.dub.1.nu.12.Diana par.9.tr.8.reſol.43.

21 Qui in teſtimonio ferendo ſe iudicem conſtituit eſt ſuſpectus, Menoch.conſ.31.nu.38. conſ.45. n.25. cons.114.num.4.conſ.149. n.21. & 22.Bonac.comm.opin.par. 1.verbo teſtis fol.171. in fine, & par.2. eodem verbo fol 81. Maſcard.conſil. 656. n.50. & concl. 1200. num.14. Farin.conſ.40.num.32. par.4. Barboſa d.c.de teſtib.nu.2. de teſtibus.

22 Et qui dicit, quod pars pro qua teſtificatur obtineret, eſt ſuſpectus. Menoch.conſ.199.nu.48.Maſcard. concl.1156.n.27.

23 Et qui ſcit totum factum, & de eo interrogatus non vult deponere niſi partem, tacendo reliqua ſubſtantialia, tunc eſt ſuſpectus de falſo, tacendo veritatem. Farinac. q.65.n.167.168.Capic.latr.conſult. 35.n.110. Teſtes inter ſe diuerſi, & varij circa ſubſtantialia, licet in facto conueniant ſunt ſuſpecti, Farinac.deciſ.107.n.6 par.1.

24 Et qui tractat de ſe exonerando eſt ſuſpectus. Bart. in l.deferre n.2. ff.de iure fiſci, Viu. comm. opinio. lib.4.tit.9.n.109.Menoch.conſ.23. num.24.Rot.Gen.deciſ.84. Farina. conſ.60.n.83.par.4.

25 Iudex poteſt interrogare teſtem ſuſpectum de falso, etiam ſuper qualitatibus extrinſecis, & impertinentibus, ad detegendam falſitatem, cap.licet cauſam, & ibi Dec. num.52.& ſeq. de probat. Boſſ.tit. de oppoſit.contra teſt.nu.137. Gomez.var.reſol.tom.3.c.12.num.11. Iul.Chartar.deciſ. crimin.28. n 16. & 17. Vbi ſi in vno ex his extrinſecis reperitur falſus, in omnibus redditur falſus, & multos ad hoc citat Boſſ. tit.de tortura teſtium num. 29.

26 Suſpectus eſt teſtis, qui alium ad accuſandum induxit. Quia ſe examinabit, Alex. conſ.15. num.4. lib.3.Crauet.conſ.2. num.6. idem Alex.conſil.154.n.11.libro quinto. Vt quando alium ſollicitauit, Alexan.dicto num.11. Roland. à Vall. conſ.27.num.22.lib.3. Aut quando probat omnia articulata licet difficilia, Farinac. quæſt.60.n.36. Vel ſi dixiſſet, *Io ci metterei la vita, che il tale fece queſto, ò non fece queſto*. Iul. Chartar.dec.28. num.11. vbi alios citat.

27 Et

27 Et teſtes ſpontanei ſe vltrò offerentes præſumuntur inimici illius, contra quem ſpontè deponunt, Marſil.conſ.28.nu.11. Et tamquam ſuſpecti non probant. Marſil. ſing. 140. Gram.conſ.21.num.6. Boſſ. de tortura teſt.num.9. Rimin.iun.conſil.524.n.21. vol.5. Maſcard. concl. 817.num.43. Surd.conſ.132.num.3. vol.1. Cabal.caſu 247.n.9. Et ſponte dicitur deponere, quando Curiæ ſe præſentauit, non citatus, aut vocatus, vel requiſitus. Decian.reſp. 48.n.26.vol.3.

Fallit tamen quando perſona, quæ ſpontè comparet, eſt valdè digna, Farinac. qu.80. num.21. nam
28 tunc tollitur ſuſpicio. Teſtis in ſcala, ſi deponit de geſtis in camera, eſt ſuſpectus de falſo, Felic.al. leg.129.par.2.

29 Teſtis, ſi in primo examine dixit, quòd aliquis non fuit præſens, quòd recordatur, quia ſi in alio examine ex interuallo dicat de præſentia aliorum, eſt ſuſpectus. Quia magis debuit recordari in primo examine, quàm in ſecundo. Angel.Aretin.conſ.115.num.14.& ſeq. Sed de hoc ſupra cap.11. num. 23.

30 Et ſi in primo examine depoſuit taxatiuè, videlicet, ſe tantum ſcire hoc, & hoc, ſi poſtea deponit aliter, cùm melius debuerit recordari in primo examine præſumitur falsum deponere, Alexan.conſ. 2.n.6.& 7.lib.7.

CAPVT XV.

De Teſtibus, qui cogi poſſunt, vel non poſſunt à Iudice ad veritatem deponendam.

SVMMARIVM.

Officium teſtis eſt publicum, & neceſſarium.

1 *Teſtes omnes etiam priuilegiati cogi poſſunt ad veritatem dicendam, quando veritas aliter haberi non poteſt, & non priuilegiati indiſtinctè ſemper cogi poſſunt.*

2 *Teſtes in aliquos caſus cogi non poſſunt ad teſtificandum; Sicut etiam multi priuilegiati cogi non poſſunt, & hæc omnia recenſentur, num.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.*

3 *Tortura in teſte debet eſſe moderata, & quomodo.*

4 *Tortura illata reo pro complicibus, ſi eſt immoderata prodeſt ei ſuper negotio principali.*

QVoniam officium teſtis eſt publicum, & neceſſarium, gl. in rubric. extra de teſtibus cogend. Ideo teſtes etiam omni exceptione maiores, ſi nolunt veritatem deponere in iudicio regu-
1 lariter maximè in cauſa criminali poſſunt à iudice cogi, etiam per torturam, vt in ſequentibus capitibus dicetur, & de iure canonico prius ſunt monendi, vt veritatem dicant, & ſi eam deponere nolunt, ſunt cogendi per cenſuras, & efficacior

cacior eſt per carceres, cap. ſuper eo, & ibi glos. in verbo non cogendi, & c. peruenit el 2. extra de teſtibus, Hoſtienſ. in dicto cap. ſuper eo num. 1. in fine, & ibi Io. Andr. n. 5. Marc. Anton. Genuen. in ſua praxi cap. 10. Et licet de eodem iure Canonico in hac opinione ſit controuerſia, ſcilicet, an in cauſa criminali dum agitur directè ad pœnam teſtes cogi poſſint ad teſtificandum, & negatiuę opinioni adhæret Farinac. quæſtio. 78. num. 119. in fine, ſi tamen veritas aliter haberi poteſt, idem Farinac. numer. 125. Sed ſi aliter veritas haberi non poteſt, coguntur teſtes tam à iudice ordinario, quàm à delegato, Guazz. defenſ. reor. 14. cap. 11. numero primo. Etiam ſi eſſent priuilegiati, cap. peruenit el 2. extra de teſtibus ibi, ſi aliter veritas nequiuerit elici, Capell. Tholoſa. decif. 4. Baiard. quæſt. 24. numero 137. Farinac. conſil. 20. numero 8. Guazz. vbi ſupra num. 13. Et non priuilegiati etiam quod veritas aliter haberi poteſt, indiſtinctè coguntur, ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter. Farinac. dicta quæſt. 78. num. 188. Non tamen per torturam; quia hæc non infertur niſi in ſubſidium, quando in criminalibus veritas aliter haberi non poteſt, vt infra num. 5.

2 Sunt tamen aliqui caſus, in quibus teſtes non poſſunt cogi; Primò, ſi non conſtat de corpore delicti contra reum, in caſibus, in quibus non poteſt cogi principalis; quia multo minus cogi poteſt teſtis. Bartol. in l. 1. §. quæſtionem ff. de quæſtion. Foller. in verbo capiat informationem num. 38. Brun. de indic. qu. 4. part. 2. num. 11. Boſſ. tit. de tortura teſt. nu. 43. Farin. qu. 79. n. 70. Burg. de modo proced. ex abrupt. q. 100. n. 130. Guazz. defenſ. 19. c. 1. n. 1.

3 Secundò, ſi teſtes ſunt priuilegiati, vt filius contra patrem, etiam de conſenſu patris, Decian. reſp. 48. num. 16. volum. 3. vbi numer. 12. Quòd nec contra patrem quis cogi poteſt ad ferendum teſtimonium. Priuignus contra Vitricum, vel è contra; Nec frater, nec ſobrinus, nec ſobrina, & nati ex eis, nec patruus, amita, auunculus, & matertera, Gener aduerſus ſocerum, & è contra, Vxor contra maritum, & è contra, Liberti contra patronos, & eorum liberi, & è contra; Agnati, cognati, affines vſque ad quartum gradum. Farinac. quæſt. 78. à num. 83. & ſeqq. Guazz. defenſ. reorum 14. cap. 11. num. 9. Niſi veritas aliter haberi non poteſt. Farinac. ibidem numero 108. & quæſt. 100. n. 110.

4 Tertiò, non poſſunt cogi teſtes, ſi non conſtet, quòd ſint veriſimiliter informati, & quòd veriſimiliter ſcire poſſunt id, de quo interrogantur; aliàs, ſi eſſent torti confeſſio non noceret nec ipſis, nec nominatis ab ipſis, Gram. voc. 6. num. 10. Ruin. conſ. 7. num. 32. lib. 5. Dec. conſ. 189. num. 19. Baiard. quæſt. 25. num. 32. Bertaz. conſ. 114. num. 6. Maſcard. concl. 353. num. 6. Farinac. qu. 79. num. 73. & conſ. 22. num. 23.

5 Quartò, non debent torqueri, quando veritas aliter haberi poteſt. Boſſ.tit. de tortura teſtium nu. 43. Claud. Bertand. in ſuis regul. criminal.regul. 46. num.2. Bertaz. conſ.153.n.5.Monticel.pract.crim. regul.10.n.12.Clar.qu.64. verſ. debet etiam, Farinac. conſ.44. n.4. & q.79.n.76.Ricc.dec.244.n.2. par.2. Burg.dicta q.100.n.135.

6 Quintò, ſi teſti ex depoſitione aliquod periculum euenire poſſit, prout, ſi contraheret inimicitiam cum aliqua perſona potenti. Nauar.in c.inter verba nu.799.Menoch.de arbitr.caſu 487. num.3. & 4. Farin.qu.78.nu.123. De Lugo de iuſtit.tom.2.diſp.39. n.10. Et iudicis arbitrio relinquitur, ſi teſti immineat, vel non immineat periculum. Et in foro conſcientiæ, quòd interrogatus, non tenetur dicere veritatem, ſi timeat ſibi aliquod damnum euenturum in fama, honore, aut bonis externis. Nauar.in Enchirid.cap.25.n.50. Couar. practicar.qq.cap.18.Leſſ.de iuſt. lib.2. cap.30.verſ.6.Aut ſi ex eius teſtificatione ſit oriundum ſcandalum. Reginald.lib.24.cap.48.Aut timet damnum in pace,amicitia, & concordia, Sot.de Sigil.membr.2.q.7. concl.3.& 5.Nauar. in c.inter verba n.710.718. & in ſumma cap.17. n.133.& cap.25.num.44. & 49.

7 Niſi ageretur de bono communi; quia tunc tenetur teſtificare, etiam cum graui detrimento; & aliquando etiamſi ageretur de euitando graue damnum proximo, ſcilicet, quando ſecundum regulas prudentiæ, & charitatis eſſet præferendum proprio periculo. De Lugo, vbi ſupra.

8 Sextò, non poteſt cogi ad deponendum id, quod ſub Sigillo ſecreto, aut gratia petendi conſilium, aut auxilium, aut remedium quis nouerit, etiamſi præceſſerit infamia, aut ſemiplena probatio, niſi aliundè ſciuerit, vel factum vergerit in Reipublicæ,aut alterius præiudicium pendentem in futurum. Nauar.in manual.cap.25. num.46. Sot.5.de iuſt.q.6.art.2.concl.5.Leſſ. de iuſt.lib.2.cap.6.n.6. & 45. Reginald.in praxi lib.24. nu.47. Molin. to.5.de iuſt.diſp.5.Sanc.opuſc.li.6. cap.5.dub.1.n.1.Azor.par.3.lib.13. cap.28.ſub dub.2.Valent.tom.3. diſput.5.q 14.p.1. col.7.

9 Septimò, non poteſt cogi teſtis ad reſpondendum,quando interrogatur in tangentibus propriam turpitudinem; quia hoc eſt probandum à parte contraria. Baſt.in l.3.num.3.ff.de teſtib. Caualc. de teſtib.par.4.nu.160. & par.5. num. 165. & de Brach. reg. par.3. num. 72.

10 Octauò, Sacerdotes non poſſunt cogi ad reuelandum ea, quæ ipſis in ſacramento confeſſionis per pœnitentem expoſita ſunt. Bertaz. conſ.452.n.8.col.2.Maſcard.concl. 477.n.2.

11 Nonò, teſtes in totum, & totalier inhabiles non poſſunt torqueri ad deponendum, quia nullum facerent indicium. Burſat. conſil. 216.nu.11.vol.2. Bertaz. conſ.549. n.5. Tuſc. litt. T.concl.33.num.14. Baiard.q.25.n.11.Et ideo inimicus capitalis non debet torqueri pro

ſe-

ferendo teſtimonio contra inimicum; quia tortura non expurgat defectum inimicitiæ. Gram. conſ. 5.n.11.& conſ.38.n.11.& ſeq. Roland.conſ.28.n.38.vol.1.Boſſ.tit.de inquiſit.n.52.Rimin.iun. conſ.124. n.30.& ſeq.vol.5. Bertaz.conſ.151. n.141.Baiar.q.24.n.18. maximè in mulieribus. Burſat. conſ.134. n.36. Maſcard.concl.85.n.12.

12 Decimò, periurus de iure non cogitur ad veritatem dicendam; quia in eo deficit fidei fundamentum, ſed de conſuetudine obſeruatur contrarium, quod periurus cũ tortura facit indicium ad torturam contra eum, contra quem deponit. Boſſ.tit.de indic.n.156.& de oppoſit. contra teſtes ſub num. 3. Boer.deciſ.219. Clar. qu.53.verſic. quartus eſt caſus, Farinac.conſ.10. n.10.Guazz.defenſ.reor.19.cap.16. num. 19. Vbi quod nec totaliter creditur quoad indicium ad torturam, & ideo non poteſt grauare nominatum ad torturam, quia per primum dictum in iudicio cum iuramento debilitatur, ſecundum dictum factum in tortura, Thob. Non.conſ.99.n.6.Roland.conſ.98. num.20. & 53. Farinac. conſil. 39. num.8.

13 Vndecimò, Clerici contra laicos in cauſa ſanguinis, nam licet ad mittantur in caſibus exceptis, & priuilegiatis, tamen ſuperiores non debent dare licentiam, vt deponant in cauſa ſanguinis propter periculum irregularitatis, in caſibus tamen, qui non petunt pœnam ſanguinis poſſunt dare licentiam cum expreſſa proteſtatione, vt teſtificentur citra criminalitatem, Farin.q.61.n.65. & q.78. num.119. 120.Graſſ.effectu Cleric.10. nu.22. 23.Belleſt.diſquiſit.clerical. par.1. tit.de Clerico teſte §.2.n.5. Barboſ. in c.teſtimonium 11. q.1.

14 In caſu, quo teſtes non poſſunt cogi, præſertim in cauſis regularium, qui non poſſunt cogere laicos, nec Clericos, nec alios extraneæ Religionis, nec expedit eos compellere per ſuos ſuperiores, poſſunt Prælati regulares mittere duos religioſos graues probatæ vitæ, vt alloquãtur eas perſonas, à quibus informentur familiariter ſuper delicto, qui deinde factum narratum referant ad iudicem cum iuramento, & valebit depoſitio illorum, ac ſi ipſamet perſona, quæ delictum vidit, depoſuiſſet immediatè, ita Fr.Martin.à S.Ioſeph. in ſuo Epitome cap.4.n.5.& cap.7. n.6.Ouandus in 4.diſt.19. Ioſeph. à S.Maria in ſuo Tribunali tract.4. cap.7.§.7. qui duo caſum admittunt, modò ſuperior iudex ſit præſens. Sed contrarium tenet de Angelis cap.14.nu.3. & ſequitur Bordon.in praxi crim.c.15. nu.30. Sed credo, quòd huiuſmodi depoſitio valeat ad torturam, licèt diſſentiat Bordonus.

15 Superior regularis quamuis poſſit cogere ſuum ſubditum, vt teſtificet contra alium ſubditum ipſius ſuperioris in caſu, quo teſtis cogi poſſit ad teſtificandum, non poteſt tamen cogere, vt teſtificet contra aliquem laicum, vel Clericum, vel Religioſum alterius ordinis, nec ſubditus in hoc tenetur obedire,

Hhh 2 quia

quia ſuperior non poteſt præcipere ea, quæ ſunt præter, vel ſupra regulam, vt ex communi. Sanchez lib.6.cap.2.n.15.& in propriis terminis, Bordon. in prax.crim. cap, 16.n.11.

16 Teſtis an poſſit torqueri antequam reus examinetur? dictum fuit ſupra cap.3. num.65. & videndi ſunt etiam Baiard. quæſt.25.nu. 2.3. & 9. Guazzi. defenſ. reor. 19. c.1.n.9.

17 Sunt etiam nonnullæ perſonæ, quæ prohibitæ ſunt torqueri, & ſunt minores 14.annorum, l. de minore ff de quæſtion. Farin.qu. 79.n.42. Secundò, ſed poſſunt tantum minis, & ferulis terreri, & tunc faciunt indicium ad inquirendum, idem Farin. num.50. Nec conſtituti, in dignitate, nobilitate, & officio poſſunt torqueri. Farinac. vbi ſupra num.60.& 61.Tertiò, mulieres prægnantes, etiam per 40. dies poſt partum, Gomez. de delict.tom.3.cap.12.num.3.Sanchez opuſc. lib.6.cap.3.dub.15. nu. 12. Leſſ.lib.2.cap.29.num.155.Filliuc. tom.2 tract.40.num.197.Nec poſſunt torqueri laborantes febre quartana in die febris, laborantes morbo gallico, brachiorum debilitati,qui difficultate anhelitus laborant,Dian.parte quarta reſolut. 29.

Sunt etiam alii caſus, in quibus teſtes cogi non poſſunt ad teſtimonium ferendum, de quibus latè. Farinac. quæſtio.78. per totum. In aliis autem caſibus tenentur manifeſtare iudici interroganti veritatem, à quo cogi poſſunt, etiamſi iuraſſent veritatem non aperire, & licèt in hoc caſu aliqui dicant eſſe neceſſariam abſolutionem à iuramento; quos refert Farina.quæſt.78.num.150. Tamen non videtur eſſe neceſſariam, vt dicit idem Farinac. num. 151. Licet poſſint abſolui ad maiorem cautelam, vt tutius procedatur. Caualcan. de teſtibus par.3. num. 36. verſic. ſed poſtquam,Guaezin. defenſ.reor.14.c.11.n.23.

18 Tortura in teſte ſęculari, debet eſſe moderata, & quando torquetur ad conualidandum eiuſdictum, vel ad tollendam maculam, vel ad faciem rei, contraquem deponit, torqueri ſolet per ſpacium vnius Credo, niſi eſſet taliter infamis, vel ſuſpectus, vt iudex illum ſeuerius torquere arbitratus fuerit. Burg. dicta quæſt. 100. num. 127. 128. Quando torquetur pro habenda veritate delicti, & tamquam veriſimiliter informatus poteſt torqueri per quartam partem horæ, & quandoque per mediam horam inſpecta qualitate facti, & perſonarum. Burg. ſupra numero 129. Carena part.3. tit. 7. num.59. Scacc. cap.26. num. 14. libro primo. Guazz. defenſ. reor.19. capit. 13. num.2. Tortura per ſpacium vnius Pater noſter eſt inſufficiens, & non auget fidem teſtibus. Hippol. Riminald.conſil.370. numero 74. Decian.reſp.93. nu.46. volum. 2. Baiard. quæſt.21. num.53. & quæſt.24.num. 96. Socius criminis ad manifeſtandum complices non poteſt torqueri vltra mediam horam. Chartar. de execut.ſent. ca.2. num.

num.68. Farinac.conſ.10. num.21. & conſ.55. num. 13. Senogal. de modo forman. proceſſ. lib. 6. cap. 4. numero quinto. Burg. vbi ſupra quæſt. 42. num. 7. Guaz. dicta defenſ. 19. cap.13. num.3. Apud Regulares tortura contra teſtes non eſt in vſu, niſi tortura flagellationis, ieiunij panis, & aquæ, & ſimilia. Gomez. tom.3. variar. cap. 13. num. 29. Miranda de ordine iudic. quæſtio.17. artic.2. Hieron. Roderiquez reſolut. 42. num. 19. Teſtes Religioſi torquentur tortura religioſa de, qua infra ca. ſeq. in fine.

19 Si tortura illata Reo pro habendis complicibus, aut pro vlteriori veritate fuerit immoderata, ſuffragabitur ei ſuper negotio principali, ad effugiendam pœnam ordinariam, Farinac. conſil. 11. num.47. & conſ.60. num.35. & ibi additio litt. M. Guazz. defenſ. reor. 30. cap.40. num.10. Nam illa tortura immoderata debet aliquid operari plus quam id, ſuper quo fuit proteſtatum. Farinac. dicto conſil. 11. num. 47.

CAP. XVI.

§. I.

De varijs formis interrogandi teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Modus generalis traditur interrogandi teſtes.*
2 *Forma examinandi teſtes in ſpeciali inquiſitione.*
3 *Forma examinandi teſtes ad probandam inimicitiam.*
4 *Forma examinandi teſtes pro inquiſitione ſpeciali in cauſa Apoſtaſiæ.*
5 *Forma examinandi teſtes pro ſpeciali inquiſitione in cauſa vulneris.*
6 *Forma examinandi teſtes pro inquiſitione ſpeciali in cauſa furti.*
7 *Forma examinandi teſtes ad confeſſionem extraiudicialem probandam.*
8 *Forma examinandi teſtes, quando delictum eſt euidens, & manifeſtum, & patrator occultus.*
9 *Forma torquendi teſtem nolentem reſpondere iudici, aut nolentem reſpondere præciſè, aut nolentem ſe ſubſcribere.*

1 Est hic in primis notandum circa modum, & formam interrogandi teſtes, quod poſt interrogationes generales debet iudex deſcendere ad particularia, de ſcientia, vel fama delicti, de quo interrogantur, quæ interrogatio poteſt etiam eſſe in genere; ſcilicet, ſi ſciat in ciuitate, vel Monaſterio commiſſum fuiſſe ali-

aliquod delictum, & reſpondendo affirmatiuè debent interrogari de ſpecie delicti, de modo quo fuerit commiſſum, quibus armis, (ſi fuerit homicidium) in qua parte corporis fuerint illata vulnera; quibus præſentibus; ex qua cauſa; De tempore, ſcilicet de menſe, & die menſis; An fuerit commiſſum die, vel nocte, in qua hora diei, vel noctis; De loco non ſolum communi, ſed ſpeciali, ſeu de loco loci; De conteſtibus, quos ſi neſciat nominare, exprimere debet per ſigna; De cauſa ſcientiæ: Et Actuarius ſcribat fideliter omnem depoſitionem eiſdem verbis formalib. quibus à teſtib. pronunciantur, etiam ſi groſſo, & barbaro modo eſſent pronunciata, nullo modo illa immutando, vel corrigendo. Et quando iudex dubitat de teſtium ſubornatione, debet non redigere ſtatim in ſcriptis depoſitionem teſtium, ſed prius debet ab eis intelligere oretenus ſeriem facti, & cognoſcendo illos affectare offenſionem, vel defenſionem rei, debet eos diligentius interrogare, perſcrutando an ab alijs fuerint inſtructi, vel locuti cum aliquibus ſint prius, quam venirent ad depoſitionem faciendam; Et ſi animaduertat teſtes eſſe ſuſpectos debet eos iudex ſubtiliter interrogare de circumſtãtiis etiam ad rem non facientibus, vt poſſit elicere veritatem iuxta ſuperius dicta in hac par. 4. ca. 1. vbi traduntur regulæ examinandi teſtes, & poſt regulas ibi traditas, circa particulares interrogationes non poteſt dari certa regula, quia interrogatoria debent neceſſario variari iuxta criminum varietates, & eorum circumſtantias, ac etiam circa reſponſiones ipſorum teſtiũ, quæ ſolent iudici prudenti aperire viam cognoſcendi veritatem, vel falſitatem depoſitionis, vnde teſtium interrogationes ſcientiæ, & prudentiæ iudicis remittuntur, & forma poteſt eſſe vt infra.

Forma examinandi teſtes in ſpeciali inquiſitione.

2. In nomine Domini, &c. Die decimo Menſis Auguſti 1672. N. de N. Sacerdos, vel laicus, &c. ætatis ſuæ annorum, &c. vocatus in teſtem pro informatione Curiæ coram R.P. Abb. D.N. Monaſterij N. Ciuitatis N. in Camera eiuſdem R.P. Abb. & coram me Fr. N. de N. Actuario huius cauſæ, & præſtito ei iuramento de veritate dicenda, & non admiſcendo falſa veris, tactis Euangeliis ad opportunas interrogationes depoſuit, vt infra.

Fuit in primis interrogatus an ſciat, vel poſſit præſumere cauſam ſuæ vocationis, & præſentis examinis; Reſpondit, &c.

Interrogatus, an in tali Monaſterio, vel in tali Ciuitate, aut vicinia ſciat aliquod delictum fuiſſe commiſſum. Reſpond. &c.

Interrogatus, quod delictum fuit commiſſum. Reſpond.

Et ſic facienda eſt interrogatio de ſingulis ſupra in notatione numeratis, & ſi cauſa, & negotium requirit, poteſt interrogari ex quo tempore in hoc monaſterio

ſterio commoratur de familia, vel vbi erat tempore tali, ſcilicet commiſſi delicti; De fratribus, qui ſecum in eodem Monaſterio commorantur, vel commorabantur, &c. De ſcientia alicuius delicti commiſſi eodem tempore in eodem Monaſterio; de perſona delinquente; de qualitate perſonæ delinquentis; Et ſi aliàs fuit de eodem delicto, vel alio, proſequutus, & pœnitentiatus; ſi non deponit de cauſa ſcientiæ, ſed de auditu; Interrogari poteſt de perſonis à quibus audiuit, ſi delictum fuerit commiſſum in alio loco, vbi ipſe teſtis non erat præſens, poteſt interrogari, quomodo hoc ſciat; vbi tunc erat ipſe teſtis, de conteſtibus, & alijs, qui poſſunt ſcire à quo delictum de quo agitur fuit commiſſum, & ſic etiam de alijs, quæ iuxta occurrentem caſum à Iudice exiſtimabitur eſſe interroganda, proſequendo vſque ad finem, & tandem interrogatur de cauſa, ſcientia, loco, & tempore, & ſi vult dicere aliud?

Forma concluſionis examinis.

Tunc R.P. Abb. acceptatis, ſi, & in quantum eius depoſitionibus, mandauit ipſi teſti, vt lecto ei de verbo ad verbum ſuo examine, & ab ipſo bene audito ſe ſubſcribat, cum præcepto ſeruandi ſecretum in hac re, illi factum.

Io N. *Confermo quanto hò detto di ſopra.*

Etſi neſcit ſcribere, Actuarius ſcribat.

Et quia dixit ſe neſcire ſcribere, accepto calamo propria manu deſignauit hoc ſignum crucis. †

Sequuntur ſubſcriptiones teſti qui fuerunt præſentes, Iudicis, & Actuarij, ſi teſtis ſe correxit, vel declarauit, aut aliquid addit, conſtare debet in actis, his verbis.

Dictus teſtis in relectione eius examinis, ſtatim ſe correxit, vel declarauit, vel addit, dicendo hoc modo, &c.

Forma examinandi teſtes ad probandam inimicitiam.

3 In nomine Domini, &c. Die, &c. vt ſupra.

Et primò interrogatus an ſciat cauſam ſuæ vocationis.

Interrogatus, an cognoſcat Fulanum.

Interrogatus, ex quo tempore eum cognoſcit.

Interrog. An ſciat inter ipſum Fulanum, & Fabium de monte aliquam inimicitiam ortam fuiſſe.

Interrog. An ſciat cauſam talis inimicitiæ.

Interrog. Quomodo illam ſciuerit.

Interrog. Quæ ſigna inimicitiæ viderit, vel audierit interueniſſe inter ipſos.

Interrog. An ſciat fuiſſe reconciliatos, & ſi deponit affirmatiuè.

Interrog. Ex quo tempore fuerunt reconciliati.

Interrogat. An poſt reconciliationem viderit, vel audierit inimicitiæ ſigna inter ipſos pullulaſſe.

Interrogat. An credat ob talem inimicitiam Fulanum vulneraſſe dictum Fabium de Monte.

Interrog. De cauſa ſcientiæ talis credulitatis.

In-

Interrog.de conteſtibus. Tunc, &c.vt ſupra.

Forma examinandi teſtes pro Inquiſitione ſpeciali, in cauſa apoſtaſiæ.

4 In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. Amen.Anno, &c. die, &c.in Monaſterio N. Coram Admod.Reu.P. Abbate, &c. vocatus fuit Frat.Fulanus conuerſus ætatis ſuæ,&c.Religionis verò,&c. teſtis ex officio aſſumptus,& monitus de veritate dicenda, prout iurauit, &c. ad opportunas interrogationes. Reſp.vt in fin.

Et primò interrogatus, ſi ſciat cauſam ſuæ vocationis?Reſp.

Interrogatus, ex quo tempore in hoc conuentu de familia commoratur? Reſp.

Interrog.qui ſunt fratres, qui tecum in hoc Monaſterio commorantur? Reſp.

Interrog. ex quo hic manet de familia, ſcit aliquem fratrem vota tranſgreſſum eſſe? Reſpondetur. *Padre sì, sò che Fr.Giulio queſti giorni paſſati ſe ne fuggì dal Monaſterio.*

Interrog.de cauſa ſcientiæ? Reſpond. *Lo sò, perche lo viddi vſcire di notte fuori del Monaſterio, per le mura dell'horto.*

Interrog. in quo loco erat ipſe teſtis, quando vidit illum exeuntem? Reſp.*Era affacciato al feneſtrone, che corriſponde all'horto.*

Interrog. quomodo potuiſti illum videre, tempore noctis? Reſpond. *Che à queſt'hora, che fù verſo le tre hore di notte, la Luna luceua come giorno.*

Interrog. an ſciat cauſam talis fugæ? Reſp.

Interrog. an ſciat quò iuerit? Reſp.

Interrog.de conteſtibus? Reſp. *Lo poſſono ſapere Fr.N., & Fr.N., & non vedendolo nel Monaſterio, ſi è ſparſa fama per tutto, che ſe ne ſia fuggito.*

Interrog. ſi ipſe teſtis eſt amicus,vel inimicus talis fratris.Reſp. Tunc &c. vt ſupra.

Alia forma, in cauſa vulneris.

5 In nomine Domini, &c. Anno, &c. in Monaſterio, &c. Fr. Fulanus conuerſus noſtræ Religionis, ætatis ſuæ, &c. Religionis verò, &c. vocatus in teſtem à R. P. Abbate, &c. (vel productus à parte coram R.P. Abbate,) & monitus de veritate dicenda ſuper omnib., de quibus interrogabitur, prout iurauit, &c. ad opportunas interrogationes, reſp.vt infra.

Interrogatus, an ſciat, vel ſaltem imaginetur cauſam ſuæ vocationis? Reſp.

Interrog. de cuius Monaſterio,& familia ſit? Reſp.

Interrogat.vbi erat anno, &c. menſe, &c. (ſcilicet tempore commiſſi delicti.)

Interrog. an in dicto tempore contentionem aliquam inter aliquos in hoc Monaſterio cótingiſſet? Reſpond. *Padre sì, che il tal giorna, ò il tal meſe, che non mi ricordo bene il giorno, Fr.tale noſtro tertiario, hebbe alcune parole con vn tale ſecolare, e lo ferì nel braccio deſtro.*

In-

Digitized by Google

Interrog. Si ipſe teſtis fuit præſens, quando fuit commiſſum dictum delictum. *Padre sì.*

Interrog. Si ipſe ſciat, quo inſtrumento Fr. N. vulnerauit Fr. N. *Padre con vn coltello, che ſi cauò dalla ſaccoccia.*

Interrogat. Si ipſi oſtenderetur cultrum, quo Fr. N. vulnerauit Fr. N. recognoſceretur ab ipſo. Reſp. *Padre sì.*

Et oſtenſo ei cultro fuit recognitum, (& facta recognitione deſcribitur inſtrumentum cum ſua longitudine, latitudine, &c. & conſeruetur in archiuio.)

Interrog. quot vulnera dictus Fr. N. inflixit? dicto Fr. N.

Interrogatus, quo die, & in quo loco Fr. N. commiſit hoc delictum?

Interrog. qui erant præſentes, quando hoc delictum commiſſum fuit? Reſp.

Interrogat. an ſolus Fr. N. tale commiſit delictum, an vero cum alijs?

Interrogat. an hoc factum fuit diuulgatum, an vero eſt ſecretum?

Interrogat. an dictus Frat. N. fuit aliàs aliqua alia fama notatus?

Interrogatus, an ipſe teſtis ſit amicus, vel inimicus dicto Fr. N. &, an paſſione aliqua motus depoſuit?

Interrogatus de cauſa ſcientiæ, loco, & tempore? dixit, &c. Tunc, &c.

Alia forma, in cauſa furti.

In nomine Domini, &c. Anno, &c. in Monaſterio, &c. Fr. N. ætatis ſuæ, &c. vt ſupra.

Interrogat. an ſciat cauſam ſuæ vocationis, etc.

Interrogatus, an cognoſcat Fratrem Fulanum, etc. Item vbi eum cognouit. Item, à quo tempore eum cognoſcit. item, an ſecum in aliquo Monaſterio fuerit vnquam commoratus. item, cuius famæ, et opinionis ſit apud ſeipſum, et apud alios. item, quare eam opinionem de ipſo conceperit. item, an viderit eum furaſſe aliquã bona Monaſterii. item, an vnquam ab aliis audierit fuiſſe bona Monaſterii. item, à quibus audierit, et quando audierit, et quibus præſentibus. item, an de tali furto ſit ſparſa fama publica. item, quando habuit ortum talis fama, et qua de cauſa. item, quæ fuerunt bona ab ipſo Fr. N. furata? An de omnibus dictis bonis furatis ſit fama publica. item, qua die, quo menſe, et anno vidit, aut audiuit, quod dictus Frat. prædictum furtum commiſit. item, an dicta bona furata fuerunt inuenta. item, vbi, quando, et apud quem fuerunt inuenta. item, quidnam fecit ille de dictis bonis furatis. item, an ſolus, vel cum aliis fecit tale furtum, quare ipſe, et non alius fuit imputatus de dicto furto, etc.

Item an ipſe teſtis cognoſcat d.

bona furata, & an ſciat, cuius Monaſterii ſint, (& fiat recognitio.) item an depoſuit amore, vel odio motus. Interrogatus de cauſa ſcientiæ, &c.

Tunc, &c.

Forma examinandi teſtes ad confeſſionem extraiudicialem probandam.

7 In nomine Domini, &c. Anno, &c. in Monaſterio, &c. Fr. Fulanus conuerſus ætatis ſuæ, &c. vt ſupra.

Interrog. An ſciat cauſam ſuæ vocationis, &c.

Interrogat. An cognoſcat Fratrem Amodæum, &c. item vbi eum cognoſcit; item, à quo tempore. item, an aliquando ſecum ſermonem habuerit. item, an loquutus cum eo fuerit de vulnere illato in perſonam Lucij. item, in quo loco. item, quo tempore. item, quibus præſentibus. item, quid dicebat de perſona vulnerantis Lucij. item, quid dicebat de circumſtantiis pertinentibus ad dictum delictum. item, cui imputabat dictum delictum. item, an audierit eum dixiſſe quod in dicto vulnere manus habuerit. item, coram quibus hoc dixit. item, qua occaſione motus fuit ad tale delictum committendum dicebat. item, quid dicebat de modo, quem tenuit ad tale delictum committendum. item, cum quo dicebat tale delictum perpetraſſe. item, qua occaſione ad talem iactantiam lapſus fuerit. item, an ipſe teſtis credat eum verum dixiſſe. item, quare ita credat. item quoties audiuit ab eo dictum delictum perpetraſſe. item, an alii hoc ſciant, & audierint ab eo. item, an ipſe teſtis deponit amore, vel odio motus.

Item interrogatus de cauſa ſcientiæ, &c. Tunc, &c.

Si examen teſtis vna vice expediri non potuit, tunc ita ſcribitur.

Quoniam ob vrgentia negotia; vel ob horæ tarditatem, hoc examen compleri non poteſt, iuſſit Admodum Reu. P. Abbas pro nunc terminari examen, animo tamen continuandi illud cum primum commoditas acceſſerit; & lecto examine ipſi teſti, facit ab illo ſubſcribi, acceptis ſi, & in quantum eius depoſitionibus.

Fiant ſubſcriptiones ſolitæ, & deinde pro continuatione examinis.

Die, &c. Præfatus Reu. Abbas regrediens ad perficiendũ examen Fr. N. teſtis, ipſum in ius vocauit, & ipſi iterum iuramentum præſtitit, &c. prout iurauit, &c. & interrogauit, &c.

Forma interrogandi teſtes, quando delictum eſt euidens, & manifeſtum, & auctor delicti ignoratur, probato prius corpore delicti.

8 Die, &c. vt ſupra.

Primò interrog. an ſciat, aut ſaltem præſumat cauſam ſuæ vocationis? Reſpond. &c.

In-

Interrog. in qua ciuitate, vel Monaſterio erat. Die, &c. Menſe, &c. Anno, &c. Reſp.

Interrogat. An cognoſcat Fabium vulneratum. Reſp.

Interrogat. An ſciat à quo fuit vulneratus? Si reſpondet affirmatiuè.

Interrogatus, quomodo id ſciat. Reſpond. Et hic ſequuntur interrogationes de tempore, de loco, de armis, de conteſtibus, & huiuſmodi. Reſp. negatiuè.

Interrogatus, an ſciat eſſe famam in Monaſterio, vel in Ciuitate ſparſam, etſi contra aliquem de tali delicto. Reſp.

Interrogat. à quo tempore fuit ſparſa talis fama contra N. Reſp.

Interrog. à quibus audiuit dictam famam ſparſam contra.

Interrogatus quomodo, & qua de cauſa ortum habuit talis fama; cuius famæ, & conditionis ſint perſonæ à quibus audiuit talem famam. Reſp.

Interrog. Quid intelligit ipſe teſtis per famam publicam? Reſp.

Interrog. an nouerit ipſum vulneratum cum aliquo inimicitiam habuiſſe. Si reſp. Affirmatiuè interrogetur; cum quo, vel quibus; ex quo tempore; qua de cauſa; ſi fuiſſent reconciliati poſt contractam inimicitiam, ex quo tempore reconciliati fuerint, an poſt reconciliationem dict. N. exhibuit ſigna inimicitiæ contra vulneratum; an ſciat, vel credat illum vulneraſſe propter talem inimicitiam; item quare id credit; item an alii idem dicunt, vel credunt, & de ſcientia ſuper omnibus ſupradictis.

Interrogatus, an dictus N. indiciatus, vel infamatus de dicto delicto incedebat armatus; an ſolitus erat arma deferre; vel ea deferebat propter dictam inimicitiam; quæ arma erant illa, quæ retinebat; quomodo ſupradicta ſciat; & ſi ſolus, vel ſimul cum aliis incedebat armatus; & an alii etiam ſupradicta ſciant; ſi ſolus non poterat delictum committere.

Interrogatus, qui fuerunt ſocij ad tale delictum committendum; quomodo id ſciat: ſi delinquens non erat inimicus vulnerati.

Interrogatus, an ſciat delinquentem vulneraſſe illum ex propria inimicitia, vel de mandato alterius; an ſciat mandantem, an ſit ſparſa fama contra aliquem de mandato.

Et ſic continuabit examen iuxta naturam negotij, & reſponſionis; & tandem concluditur examen, vt ſupra.

9 *Si teſtis Interrogatus eſt pertinax, & nolit reſpondere, Iudex debet pluries admonere, quas admonitiones faciat ſcribere in actis ab Actuario, in ipſomet examine, & tandem formabit decretum, vt infra.*

Tunc præfatus R. P. Abbas videns quod prædictus teſtis pluries benignè admonitus noluit reſpondere, & quod ex benignitate peior efficitur, nec adducit cauſam veram, & rationabilem quare reſpondere recuſat; ideo, vt à ſua pertinacia diſcedat, iuris remediis vtendum cenſuit, & præſenti decreto pro reſponſione extorquenda

da decernit, vt dictus N. teſtis in carcerem detrudatur, ibique quotidie in pane, & aqua ieiunet, quouſque reſipiſcat, reſpondeat, & mandatis pareat. Die, &c.

Subſcribantur Abb. & Actuarius.

Poteſt etiam Iudex conſtringere inobedientem manicis ferreis, compedibus, &c. ſecundum qualitatem delicti, & perſonæ. Et eodem decreto vti poteſt, ſi teſtis ſuo examini nolit ſubſcribere, aut nolit reſpondere affirmatiuè, vel negatiuè; aut reſpondeat per verbum neſcio, non recordor, & ſimile, ſi eſt veriſimiliter informatus; aut veriſimiliter recordari poteſt, & ſi à pertinacia diſcedit, ſequitur examen, vt infra.

Cum Fr. N. Teſtis ad cor reuerſus fuerit, veniam petierit, & excarceratus fuit admiſſus ad examen, & denuo interrogatus, &c.

CAP. XVI.

§. II.

De tortura teſtium, qui facto interfuerunt, & hoc negant, vel negant vidiſſe delinquentem committere delictum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis veriſimiliter informatus, ſi negat veritatem fateri, pro ſuſpecto habetur, & poteſt torqueri, ſi probetur, quod ſciat veriſimiliter factum, & veritatem occultat, n. 2. & 3.*

4 *Teſtis qui fuit præſens poteſt rationabilem excuſationem allegare, & probare, vt euitaret torturam.*

5 *Teſtis qui fuit præſens non poteſt torqueri, quando adſunt alij teſtes, qui veritatem deponunt.*

6 *Teſtis veriſimiliter informatus, ſi negat deponere veritatem poteſt torqueri, etiamſi eſt religioſus;*

7 *Teſtis an poſſit torqueri non data copia indiciorũ contra eum: ab Authore reſoluitur dubium.*

8 *Teſtis qui interfuit delicto, & negat, ſi conuincitur de mendacio, etiam per vnum teſtem digniorem torquetur, qui ſi in tortura perſiſtit, non eſt credendum teſtibus, qui eum conuincerunt.*

9 *Teſtis conuictus, quod fuit præſens delicto, ſi negat cum iuramento poteſt puniri de periurio; Et quomodo practicatur inter regulares, & ſeculares?*

10 *Teſtes veriſimiliter informati, ſi ſunt plures, & negent an omnes debeant torqueri?*

11 *Vicini quando pro dicenda veritate poſſunt torqueri.*

12 *Offenſi principales recuſantes propalare delinquentes poſſunt carcerari, & torqueri.*

13 *Forma torquendi principalem offenſum recuſantem manifeſtare offendentem.*

14 *Forma torquendi teſtem negantem interfuiſſe facto.*

15 *Forma torquendi teſtem, qui facto interfuit, & negat aliquid vidiſſe, aut audiſſe.*

1 Te-

1 TEſtis qui delicto interfuit; ſci-
licet, quia fuit præſens in lo
co, & tempore commiſſi delicti;
vel quia delictum fuit commiſſum
ante ſuam domum apothecam, vel
ſtationem, vel quia interfuit tra-
ctatui; aut iniuriæ, vel quouis alio
modo veriſimiliter ſciat factum, &
negat interfuiſſe, aut negat dicen-
do, neminem vidiſſe, aut cogno-
uiſſe, aut nihil audiſſe, aut vacil-
lat, reddit ſe ſuſpectum tanquam
ſi veritatem celare velit, l. vnius, §.
iudex ff. de quæſtion. & ibi Bart. &
poteſt torqueri Bald. in l. milites
nunis. ff. de quæſt. Carauit. ritu 79.
nu. 14. & ritu 87. nu. 8. Decian. reſp.
115 nu. 3. lib. 3. Theſ. deciſ. 42. Burſ.
conſ. 202. num. 14. Ricc. deciſ. 243.
num. 3. par. 2. Debet tamen antea
probari, quòd veriſimiliter ipſe
ſciat factum. Gomez. de delict. ca.
13. nu. 4. Clar. quæſt. 5. nu. 8. Farin.
quæſt. 69. n. 20. Theſ. deciſ. 42. Boſſ.
tit. de tortura teſtium in princip.
Brun. de indic. par. 2. quæſt. 5. n. 2. &
quæſt. 1. n. 12. & 13. Et debere eſſe
2 conuictum, dicit Barto. in l. ex libe-
ro in principio, nu. 1. & l. is cui, ff.
de quæſt. vel confeſſum, quod fa-
cto interfuit. Burſat. dec. 216. num.
113. vol. 2. Bertaz. conſ. 154. nu. 6.
Guazzin. defenſ. 9. cap. 1. n. 6. Farin.
quæſt. 79. nu. 73. & 75. Et ſola aſſi-
ſtentia facit eum torquere. Theſ.
dicta dec. 42. Et poterit iudex hunc
teſtem examinare, & repetere plu-
ries, & pluries pro habenda veri-
tate, & poterit etiam eum inuolue-
re, & capere in verbis; nec erit ei
danda dilatio ad ſuam malitiam
inſtruendam, Bald. in l. fin. in fine
C. de teſtib. Dec. & Cagnol. in l. ea
eſt natura ff. de reg. iur. Grammat.
vot. 2. nu. 14. Et deinde poterit tor-
queri, ſi ſit vilis perſona, & ſuſpe-
cta. Gramm. vot. 31. nu. 20. & conſ.
3 40. num. 21. Et quòd ſola aſſiſtentia
facit teſtem torquere; quia præſu-
mitur, quòd viderit, & audierit,
Cæpol. conſ. 60. nu. 13. & ſeq. Clar.
qu. 25. verſ. torquetur etiam teſtis,
Claud. ad Bertaz. conſ. 153. num. 1.
litt. A. Farinac. quæſt. 77. num. 17.
4 Poteſt tamen teſtis, qui fuit præ-
ſens allegare veriſimilem, & ratio-
nabilem excuſationem, & eam
probare; ſcilicet, quòd delictum
fuit commiſſum à tergo extra eius
conſpectum, & per conſequens,
quòd non vidit delinquentem, vel
quod factum ſucceſſit in multitu-
dine gentium, vt in foro, in
nundinis, in choreis: vel quod de-
lictum fuit commiſſum in inſtanti,
& teſtis erat intentus ad alia, vel
cum aliquibus loquebatur; & mul-
ta alia allegare, & probare poteſt,
quæ interuenire poſſunt conſide-
rata qualitate facti, loci, & tempo-
ris. Et iudex informatus de verita-
te poteſt inclinare ad credendum
ipſi teſti, & non torquendum.
Quod facilius poteſt euenire circa
ea, quæ audiuntur, quam circa
ea, quæ videntur. Et ſic excludi-
tur illa iuris præſumptio, quam
habet teſtis contra ſe, ob præſen-
tiam in loco delicti. Et ita proce-
dunt Marſil. ſing. 408. Viu. comm.
opin. 899. num. 2. Baiard. quæſt. 25.
num. 34. Maſtrill. deciſ. 292. Ricc.
5 deciſ. 226. num. 2. part. 3. Et ſi quis
eſſet etiam conuictus, quòd fuit
præ-

præſens facto, & ipſe negaret; non poſſet torqueri, quando adeſſent alij teſtes, qui facto interfuerunt, & deponerent, & propalarent factum, & delinquentem, quia tortura eſt remedium ſubſidiarium in defectu aliarum probationum, quando veritas aliter haberi non poteſt. Bart. in l. Diuus ff. de quæſt. Gramm. vot. 2. n. 20. Boer. dec. 163. n. 1. Boſſ. tit. de indic. n. 29. Vulpel. reſp. 4. n. 13. Clar. qu. 64. n. 5. Menoch. de arbitr. q. 84. n. 2. lib. 1.

6 Quod dictum fuit de teſtib. veriſimilibus informatis, quòd poſſunt torqueri, ſi negant veritatem deponere, intelligi etiam debet non ſolum de teſtibus ſæcularibus, ſed etiam de Clericis, & Religioſis, qui à ſuis ſuperioribus torqueri poſſunt. Foller. pract. canon. verbo teſtis, qui diligenter examinatis cap. 18. n. 47.

7 Sed quæritur, an teſtis poſſit torqueri, non data prius copia indiciorum? & videtur, quòd non, & ita tenent Bart. & Marſil. in l. vnius §. teſtes ff. de quæſt. Brun. de indic. quæſt. 4. n. 22. Gramm. vot. 21. n. 21. Ruin. conſ. 7. n. 1. & ſeq. libro quinto. Claud. ad Bertaz. conſ. 153. litt. A. Farin. q. 79. n. 75. Villagut. pract. crim. lib. 8. cap. 6. Baiard. quæſt. 25. n. 6. Scacc. de iudic. c. 100. n. 16. Sed placet opinio Honofrij Camiani relati à Farin. q. 39. à num. 147. & ſeqq. vbi dicit, quod, quando agitur de torquendo teſtem ob variationem, vacillationem, vel mendacium reſultantem ex ore proprio ipſius teſtis, & de hoc conſtat in ipſomet proceſſu, tunc proceditur ad torturam, non data copia indiciorum, & ſine diſputatione, & diſcuſſione cauſæ cum aduocatis, & procuratoribus, ſed ſi de mendacio non conſtet per propriam confeſſionem, ſed per teſtes dicentes, ipſum teſtem fuiſſe præſentem alicui delicto, & Curia ex hoc vult ipſum teſtem torquere, tamquam veriſimiliter informatum, & teſtis ſe defendit dicendo, non eſſe verum, quòd tali tempore, in tali loco, vbi commiſſum fuit tale delictum, erat ibi præſens; vel ſe defendit, dicendo, quòd ſi erat præſens ex qualitate rei geſtæ; vel loci, in quo tunc ipſe teſtis erat, non poterat videre delinquentes, nec audire eorum verba; & ſi teſtes dicant contrarium, ſunt falſi, inimici, vel alias inhabiles, & non probantes. In hoc caſu non eſt neganda ei copia indiciorum, & defenſiones, ſi ab eo petantur. Si teſtis torquetur tamquam ſeruus, criminoſus, infamis, aut ſocius criminis, & hoc in actis conſtat per eius confeſſionem, vel notoriè; & non conceditur defenſio, & diſputatio cum aduocatis. Sed ſi hoc non conſtat ex ipſius teſtis confeſſione, aut notoriè; eſt audiendus in eius defenſione. Et tunc datur copia, quæ tantum percutit ipſum teſtē, & non totum proceſſum. Si verò torquetur tamquam principalis, quoad ſe, & teſtis, quoad alios, debet dari copia proceſſus, & defenſiones. Honofr. Cimaian. vbi ſupra à num. 147. vſque ad 152. Si torquetur ad ſciendum tantùm complices delicti iam confeſſi, non dantur de-

defenſiones; quia torquetur in caput tantum alterius; Secus, ſi torqueatur ad ſciendam qualitatem aggrauantem; quia dantur defenſiones. Scacc. de iudic. cap. 100. nu. 16.

8 Teſtis qui interfuit delicto, & negat, conuincitur de mendacio per vnum teſtem omni exceptione maiorem, & digniorem ipſo teſte; Boſſ. tit. de tortura teſtium nu. 10. Brun. de indic. qu. 4. 2. par. num. 5. Foller. in practica verbo capiat informationem n. 38. Farinac. qu. 69. n. 21. Baiard. qu. 25. n. 30. Marc. Ant. Genuen. in ſua practic. cap. 10. n. 4. Caualcan. de teſtib. par. 4. nu. 166. Sed ſi ſunt in dignitate pares vtrũque dictum confunditur, Bertazol. conſ. 210. n. 10. Burſat. conſ. 216. nu. 108. 109. Farinac. dicto num. 21. Et quòd dictum eſt, vnum teſtem digniorem ſufficere ad conuincendum teſtem de mendacio, intelligi debet, quando deponit de ipſo indicio proximo, nempè de viſu, quòd interfuit delicto; ſecus, ſi deponeret de indicio remoto; ſcilicet de confeſſione extraiudiciali, quòd interfuit delicto; nam tunc non ſufficit vnus teſtis etiam dignior, ſed plures teſtes requiruntur. Cumia de ſyndicatu c. 6. n. 4. Maſtrill. deciſ. 192. n. 7. Guazz. defenſ. reor. 19. cap. 3. n. 2. Ricc. deciſ. 216. nu. 2. par. 3. Giurb. conſ. 23. n. 10. Si teſtis conuictus etiam à duobus, & tortus negat, aliis teſtibus, qui illum conuicerunt, credendum non eſt, Farinac. conſ. 37. num. 24. Giurba conſ. 23. n. 8.

9 Si teſtis conuictus per alios teſtes aſſerentes, quòd fuit præſens delicto, cum iuramento à iudice examinatus, negat fuiſſe præſentem, puniri etiam poteſt de periurio, & falſo, eo quòd negauit veritatem; de qua fuit conuictus. Farinac. quæſt. 67. nu. 220. Et in hoc caſu debet iudex, dum eum examinat benignè admonere, vt veritatem dicat, & à mendaciis abſtineat, & ita non ſemel facere; et ſi adhuc eſſet pertinax, dicat illi iudex, quòd ſecundum iura erit puniendus, & cum ſociis erit confrontandus, & vbi licita eſt confrontatio, iubeat iudex alios teſtes ante ipſum aduocari, quos, medio iuramento, de eodem facto interrogabit, qui ſi vnanimes ſuum dictum coram teſte pertinaci confirmauerint, & de falſo conuicerint, etiamſi veniam petierit non indulgetur, ſed iudex debet dare illi terminum ad dicendum cauſam, quare non debeat tamquam teſtis, & periurus puniri? Sed in foro regulari, vbi non practicatur teſtis confrontatio, poteſt ſuperior dare huiuſmodi teſti terminum defenſionis cum copia refertorum, ſuppreſſis nominibus teſtium, & ita poteſt obſeruari quoties teſtis falſum deponit, aut verum negaſſe deprehenditur, et iudex tunc in fine examinis dicti teſtis, concludat dicendo. Tunc viſa pertinacia huiuſmodi teſtis, non obſtantib. tot, & tot admonitionibus factis, vt conſtat in actis, decreuit idem Reu. P. Abbas, etc. dari trium dierum terminum dicto teſti pertinaci, vna cum copia repertorum ad ſuas de-

defenſiones faciendas, quare tamquam teſtis periurus, et falſus puniri non debeat, et interim carceri ad cuſtodiam mancipari iuſſit. Acta ſunt hæc in Monaſterio N. die, etc. Sequuntur ſubſcriptiones Abbatis, et Actuarii, et poſtea Actuarius pro executione decreti carcerationis dicat. Fidem facio ego infraſcriptus Actuarius, qualiter Fr. N. carceratus fuit vigore dicti decreti die, etc. in Monaſterio, etc. Fr. N. Actuarius.

10 Quando teſtes veriſimiliter informati de aliquo delicto ſunt plures, non torquentur omnes, ſed tantùm duo, vel tres, Farinac. poſt alios q. 79. n. 77. Tuſc. litt. T. concl. 133. n. 8. Caualc. de Brach. reg. par. 3. nu. 37. Burg. de modo proced. ex abrupt. q. 100. n. 135. Farinac. conſ. 83. num. 1. Sed Clar. qu. 25. num. 9. dicit, quòd in praxi vidit plures teſtes aliquando torqueri, quando ſunt ſuſpecti, et nolunt dicere veritatem, vnde credit totum hoc eſſe in arbitrio iudicis. Sequitur Farinac. dicto n. 77. Hieron. Roderiq. reſol. 42. n. 19.

11 Vicini, et qui ſoliti erant frequentare domum, in qua cadauer repertus fuit, & omnes alii veriſimiliter informati, & qui poſſunt habere notitiam de delicto, ſi negant dicere veritatem, cum habeant contra ſe præſumptionem de ſcientia, poſſunt carcerari, & torqueri. Guaz. defenſ. reor. 19. c. 8. Ric. dec. 248. n. 16. par. 2. in delictis, quæ à communiter accidentibus ſunt nota vicinis, limitat Guaz. in vicino bonæ famæ, & in delictis momentaneis. Et quando delictum eſt publicum, licet auctor delicti ignoretur, poſſunt etiam veriſimiliter informati torqueri ad manifeſtandum delinquentem, vt ſupra par. 3. dictum fuit, & in decreto dici poteſt; conſiderato, quòd examinatus, eſt veriſimiliter informatus, quia vicinus, &c. vel variando verba pro varietate facti contingentis, & veriſimilitudine ſcientiæ.

12 Cogi etiam poſſunt per torturam principales offenſi, vel vulnerati recuſantes propalare delinquentes, Gomez. tit. de delict. cap. 11. num. 24 Foller. in pract. crimin. canon. ca. 8. in verbo teſtes diligenter examinati. Clar. qu. 16. num. 5. & quæſt. 21. num. 14. Theſ. dec. 42. in fine, Tuſc. lit. T. concl. 333. in fine, Farinac. qu. 39. n. 197. Guazz. defenſ. reor. 14. c. 11. num. 22. in fine quod procedit, quando iudex de delinquente eſt certus. Secus, ſi delictum fuiſſet commiſſum de nocte, vel in nundinis, in multitudine gentium, & in ſimilibus caſibus, in quibus poſſit veriſimilis ignorantia adaptari.

Die, &c. In hoc Monaſterio, &c. Coram R. P. Abbate vocatus fuit N. de N. vulneratus, & requiſitus, vt ſe examini ſubiaceat, & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, tactis corporaliter ſacris ſcripturis, ad opportunas reſponſiones reſpondit, vt infra.

Interrog. Quomodo reperitur ita vulneratus, & à quanto tempore citra.

In-

Interrogat. vbi fuit vulneratus.

Interrogatus, quando fuit vulneratus.

Interrog. à quo, vel à quibus.

Interrogatus, cum quibus armis.

Interrog. ex qua cauſa fuit vulneratus.

Interr. ſi habet aliquam inimicitiam cum aliquo, ſeu aliquibus, & à quanto tempore citra.

Interrog. contra quem, aut quos ſuſpicatur.

Interrogat. ſi poteſt imaginari de hoc caſu contra aliquem, ſeu aliquos.

Interrogatus, qui erant præſentes in dicto caſu.

Et cætera, vt in ſimili interrogatorio poſito in par. 2. cap. 5. num. 81. & ſi nolit prodere delinquentem ſequitur, vt infra.

Forma torquendi principalem offenſum, recuſantem manifeſtare offendentem, examinato, vulnerato, vel iniuriato, pro informatione Curiæ, iuxta formam traditam ſupra.

. . . . . . *Si nolet prodere delinquentem ſequitur.*

Et monitus, vt veritatem dicat, quia alias peccat mortaliter, & eſt reus periurii, ſi Reſpondet negatiuè, vt ſupra; Cui R. Abbas; *Auuerti, che ſe non lo reueli ſpontaneamente ſarai aſtretto à manifeſtarlo per via di tormenti.*

Si Reſpondet iterum negatiuè.

Tunc Præfatus Abbas, viſa pertinacia ipſius vulnerati nolentis manifeſtare offendentem, & conſiderato, quòd delictum fuit commiſſum de die, & per conſequens, quòd poterat illum videre, maximè, quia non fuit commiſſum à tergo, conſideratisque etiam aliis indiciis, de quibus in proceſſu. Et propterea mandauit ipſum vulneratum detrudi in carcerem, ibique ſolo pane, & aqua veſci, donec dicat veritatem, à quo vulneratus fuit, & cætera.

Forma torquendi teſtem negantem interfuiſſe facto, vel delicto, cuius examen ita concluditur.

14 Tunc Præfatus Abbas viſa ex vna parte pertinacia dicti teſtis negantis, ſe fuiſſe præſentem in loco delicti tempore, quo ipſum crimen perpetratum fuit. Et ex altera parte in proceſſu ſufficienter conſtat ipſum in dicto loco commiſſi criminis adfuiſſe tempore, quo crimen ipſum perpetratum fuit, & per conſequens veriſimile eſt, ipſum vidiſſe, quomodo factum ſe habuerit, & quis fuerit delinquens; conſideratisque aliis indiciis ex proceſſu reſultantibus contra ipſum teſtem.

Quapropter ad effectum habendi ab ipſo teſte plenam, & integram veritatem ſuper præmiſſis, & ſuper his, de quibus veriſimiliter apparet informatus atq;

ad omnem alium finem, & effe-ctum, mandauit, prout in præſenti decreto mandat eundem Fr. N. teſtem examinatum in carcerem detrudi, ibique ſolo pane, & aqua veſci, donec puram facti veritatem teſtetur, &c. Actum, &c.

Forma torquendi teſtem, qui facto interfuit, & negat aliquid vidiſſe, aut audiſſe, & in fine examinis ita concluditur.

15 Tunc conſiderato, quòd conſtet in iudicio per teſtes, vel per propriam confeſſionem, ipſum teſtem fuiſſe præſentem in loco commiſſi criminis tempore, quo fuerat perpetratum. Vnde veriſimile eſt ipſum vidiſſe, quomodo dictùm factum ſe habuerit, &, qui fuerint delinquentes, cuius ætatis, quibus veſtibus induti, quibus armis accincti, qua effigie, &c. Et non obſtantib. pluribus monitionibus, vt veritatem fateatur, negare non erubeſcat delinquentes vidiſſe: conſideratisq; etiam aliis indicijs ex actibus ipſius reſultantibus, & contra dictum teſtem facientibus; Ea propter præfatus R.P. Abbas ad effectum habendi ab ipſo teſte examinato plenam, & integram veritatem ſuper præmiſſis, de quibus, vt dictum eſt, veriſimiliter informatus apparet, & ad omnem alium meliorem finem, &c. Mandauit, &c.

Quando teſtis præſens non negat vidiſſe, ſed audiuiſſe; quia delictum conſiſtebat in verbis; nempè, in tractatu, aut verbis minatorijs, mutatis mutandis, vbi dicitur veriſimile eſt ipſum vidiſſe; mutatur, dicendo: veriſimile eſt ipſum audiſſe, &c. & ſic de cęteris.

CAPVT XVI.

§. III.

De tortura inferenda domeſticis, & familiaribus ad eruendam veritatem de delicto commiſſo in domo.

SVMMARIVM.

1 *Domeſtici poſſunt torqueri ad eruendam veritatem de delicto commiſſo in domo.*
2 *Dominus domus torqueri poteſt.*
3 *Hoſpes, & eius familiares poſſunt torqueri pro furto facto in hoſpitio.*
4 *Torquendi quando ſunt plures, prius torquentur, qui ſunt malæ famæ, & magis ſuſpecti.*
5 *Dominus domus, quando poteſt pro delicto facto in domo torqueri, vt teſtis? Et quando, vt reus? Declaratur.*
6 *Torqueri non poteſt, qui tempore patrati delicti non erat in domo.*
7 *Forma decreti torquendi domeſticum tamquam teſtem pro delicto domi commiſſo.*

1 DOmeſtici poſſunt torqueri ad eruendam veritatem de delicto commiſſo in domo argumen. tex. in l. fi. C. de Sica. & in l. in adulterij

terij quæſtione, & ibi Bald. C. de adulter. facit tex. in l. dominus horreorum, ff. locati, & in l. conſenſu §. ſuper ſeruis C. de repud. Quia præſumitur, quòd ipſi illud commiſerunt, aut ſaltem ſciant delinquentes. Foller. in verbo capiat informationes nu. 36. Boſſ. tit. de tortur. teſt. num. 11. Farin. qu. 52. num. 98 & ſeq. & qu. 79. n. 39. Et ideò, ſi reperiatur aliquis mortuus in domo, omnes de domo poſſunt torqueri. Nouel. in pract. crimin. in princip. num. 102. 108. Foller, vbi ſupra num. 37. Farin. dicta quæſ. 52.
2 num. 99. Et quòd poſſit torqueri etiam dominus domus, Guid. Suzzar. de indic. et tortura nu. 39. Foller. in verbo, quòd ſuffocauit vxorem nu. 9. et 10. et in verbo capiat informationem num. 36. Menoch. de arbitr. caſu 394. num. 55. lib. 2. Farin. dicta qu. 52. nu. 98. Perſonal.
3 de indic. num. 95. Loquendo de hoſpite, et eius familiaribus, quòd poſſunt torqueri pro furto facto in hoſpitio, maximè ſi ſtatim delictum Curiæ non denunciauerunt; quia illa taciturnitas etiam facit indicium ad torturam. Menoch. præſumpt. 89. n. 19. lib. 1. ac etiamſi tardè denunciauerunt. Marſil. in pract. crimin. §. expedita in fine.
4 Et illi prius torquentur, qui ſunt magis ſuſpecti de illo delicto, poſtea qui ſunt malæ famæ, etſi ſubſtineant, torquentur poſtea alii non malæ famæ. Nouell. dicto nu. 108. Natta conſ. 362. n. 3. et 6. lib. 2. Et hoc etiam procedit, ſi clauis domus ſit penes furtum paſſum, et ianua non reperiatur fracta. Bertaz. conſ. 313. Ball. tract. var. lib. 1.
5 quæſt. 4. num. 7. Dominus domus etiam non malæ famæ poteſt torqueri, tamquàm teſtis veriſimiliter informatus, ſed tamquam reus torqueri non poteſt, niſi ſit malæ famæ, aut concurrat aliquod indicium, aut præſumptio contra eum. Si dominus domus eſt bonæ famæ, & nulla adeſt præſumptio, aut indicium contra eum, tunc iudex debet conſiderare, an delictum domi commiſſum potuerit committi ab aliquo alio, quàm à domino domus, aut ab aliis eiuſdem domus, an vero à nullo alio, quã à domeſticis. In primo caſu dominus domus non poteſt vllo pacto torqueri, niſi fuerit malæ famæ, & ſolitus ſimilia committere: Secundò caſu dominus domus, & domeſtici poſſunt torqueri. Farin. dicta
6 qu. 52. à num. 107. vſque ad nu. 111. Sed, qui tempore patrati delicti non erat in domo torqueri non poteſt. Farin. ibid. n. 118.

Forma decreti torquendi domeſticum, tamquam teſtem pro delicto domi commiſſo.

Tunc præfatus R. N. Abbas N. &c. conſiderans, quòd teſtis examinatus, eſt ſuſpectus, & de familia, ſeu Monaſterio, in quo delictum patratum fuit, & per conſequens præſumitur, quod ipſe ſciat delinquentem, & nolit eum manifeſtare. Ideo mandauit, &c. quæ tortura inferatur pro qualitate delicti.

CAP. XVI.

§. IV.

De Teſte vario torquendo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis varius torqueri poteſt, quando in actis apparet de variatione, ante torturam, alias non poteſt torqueri.*

2 *Teſtis ſi variat, quia ab alio fuit ſubornatus ſtandum eſt primo dicto, & torqueri poteſt ad ſciendum à quo fuit ſubornatus.*

3 *Teſtis varius, quando præſumitur ſubornatus?*

4 *Forma torquendi teſtem varium.*

5 *Forma decreti ad teſtem varium ob præſumptionem ſubornationis.*

6 *Forma decreti torquendi teſtem varium, qui, quod iudicialiter cum iuramento depoſuit, extraiudicialiter cum iuramento, vel ſine negauit.*

7 *Teſtis ſemel tortus amplius non torquetur, niſi variauerit, nec vltra tertiam vicem torqueri poteſt.*

1 Circa torturam inferendam teſti vario diximus ſupra ad ſufficientiam in hac par. 4. c. 11. Aliud hic addere non occurrit, niſi, quòd iudex non torqueat teſtem varium, niſi appareat in actis per Notarium de tali variatione, vacillatione, vel contrarietate; ideo debet iudex curare, vt Actuarius ſcribat in actis omnes variationes, & vacillationes teſtis, vt poſſit poſtea eum torquere, tamquam varium: Quia, ſi in actis hoc non apparet, non poteſt eum torquere.

2 Nec ſufficit, quòd de hac variatione appareat poſt torturam, ſed variatio debet præcedere torturam. Solet etiam teſtis variare ſubornatus ab alio, & tunc ſtandum eſt primo dicto, & tantum torqueri ad ſciendum, à quo fuit ſubornatus, vt dictum fuit in dicto cap. 11.

3 Nam ſi Teſtis deponat ſe vidiſſe Titium committere furtum, & depoſitio eſt nonnullis circumſtantijs, & veriſimilitudinibus roborata, ſi poſtea reuocat ſuam primam depoſitionem, & non concludentem rationem adducit; præſumitur ſubornatus. Roland. à Valle conſ. 73. num. 23. Maſcard. concluſ. 1340. num. 8. Ambroſ. de proceſ. informatiuo lib. 1. cap. 4. n. 8. Et ſtandum eſt primo dicto ob timorem ſubornationis. Guazz. defenſ. reor. 19. cap. 2. nu. 15. vbi ait, quod non debet torqueri in quo dicto perſiſtat, quia ſtatur primo dicto; ſed à quo fuit ſubornatus.

Forma torquendi teſtem varium.

4 Tunc præfatus Adm. Reu. Abb. &c. conſiderata, & ponderata variatione, vel vacillatione, &c. & inconſtantia ipſius Fr. N. teſtis, qui in priori examine facto die, &c. dixit hoc, & hoc, & in examine præſēti dicit hoc, & hoc, & per conſequens contra ſuam primam depoſitionem. Vel, qui in priori examine dixit ſcire certitudinaliter tale delictum, & in præſenti examine deponit de eodem delicto dubitatiuè, & non allegat veram rationem

huiuſ-

huiuſmodi variationis ſufficientem nec veriſimilem. Igitur ad tollendam omnem maculam periurij, & variationis, & ad effectum ſciendi, in quo dicto ipſe teſtis perſiſtat, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, citra tamen præiudicium quorumcumque iurium fiſco ſeu Curiæ, ex dicta priore eius depoſitione acquiſitorum, quibus per præſentem torturam nullo modo præiudicare intendit, & citra præiudicium eum puniendi ob præfatam variationem, ac periurium, & non aliter, nec alio modo. Mandauit, prout præſenti decreto mandat eundem Fr. N. de N. teſtem examinatum, & varium, recludi in carcerem, ibique ſolo pane, & aqua veſci donec puram facti veritatem teſtetur. Actum fuit hoc in hoc Monaſterio, N. Die, &c.

Fr. N. Abbas.
Fr. N. Actuarius.

Forma decreti ad teſtem varium torquendum ob præſumptionem ſubornationis.

5 Tunc Præfatus Admod. Reuer. Pat. Abbas viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, ac ponderata variatione ipſius Fr. N. teſtis dicentis in primo examine facto die, &c. (deſcribatur ſuum primum dictum) conſideratiſque pluribus circumſtantiis dictam depoſitionem concomitantibus; ac veriſimilitudine ſui dicti perpenſa, & ex altera parte conſiderando quomodo in præſenti examine negat, id quod in primo examine dixit; Et in hac ſecunda depoſitione nullam ſufficientem, aut veriſimilē cauſam huiuſce ſuæ variationis adducit; vnde valdè credibile, ac veriſimile eſt ipſum Fr. N. teſtem ad dictam ſuam priorem depoſitionem reuocandam ab aliquo, aut ab aliquibus ſubornatum fuiſſe. Ad effectum ergo ſciendi ab ipſo examinato an ab aliquo, vel ab aliquibus ad ſuam priorem depoſitionem reuocandam ſubornatus fuerit, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, citra tamen præiudicium primi examinis veriſimilis, & quorumcumque iurium ex primo examine Curiæ acquiſitorum, ac ipſum puniendi Curiæ competentium ob præfatam variationem, & periurium, quibus per præſentem torturam ipſe R. Abbas præiudicare minimè intendit, de quo expreſsè proteſtatus fuit, & proteſtatur, &c. & nō aliter nec alio modo. Mandauit prout præſenti decreto mandat dictum teſtem examinatum in carcerem detrudi, ibique ſolo pane, & aqua veſci donec à quo, vel à quibus ſubornatus fuerit, aperiat. Actum, &c.

Forma decreti ad teſtem varium torquendum, qui, quod iudicialiter cū iuramento depoſuit, extraiudicialiter cum iuramento, vel ſine iuramento negauit, iuxta ſuperius d. cap. 11. *à num.* 19. *& ſeqq.*

6 Tunc Præfatus Admod. R. P. N. Ab-

Abbas viſis, &c. & perlectis depoſitionibus Fr. N. teſtis in iudicio factis,& dictum etiam eiuſdem teſtis extra iudicium ſine iuramento, vel cum iuramento, coram Fr. N. de N. & Fr. N. de N. & animaduertens aliud dixiſſe in iudicio, & aliud extra iudicium. De quibus omnibus dictis variis in proceſſu ſatis conſtat; Ideo ſtante varietate huiuſmodi teſtis, ad effectum ſciēdi in quo dicto perſiſtat, & ad purgandam maculam periurii, ac etiam varietatis, & ad omnem alium bonum, et meliorem finem, et effectum mandauit prout præſenti decreto mandat ipſum Fr. N. teſtem recludi, etc.

7 Teſtis ſemel tortus amplius non torquetur, niſi variauerit. Nec vltra tertiam vicem torqueri poteſt, Caualcan. de teſtibus par. quarta num. 556. Quia ſi varius torquetur, et in ſecunda tortura variauerit à primo dicto; non creditur primo, nec ſecundo dicto, ſed tertiò torqueri debet, et ſtatur dicto in tortura tertio loco adhibita. Caualc. ſupra; Si variando in prima, vel ſecunda tortura doceas de errore ſuæ confeſſionis, non debet iterum torqueri, Caualca. ſupra n. 258. et ſtatur vltimo dicto. Bertazz. conſ. 153. nu. 7. Menoch. de arbitrar. caſu 108. verſic. Tertius caſus.

CAP. XVII.

De captura ſeu carceratione reorum, de fuga ſuſpectorum.

SVMMARIVM.

1 *Probatio ſaltim ſemiplena requiritur ad reum citandum, interrogandum, & carcerandum in foro regulari.*
2 *Delicti corpore non probato carcerari quis non poteſt.*
3 *Carcerari quis non poteſt, niſi quando pro delicto patrato venit imponenda pœna corporalis.*
4 *Nec poteſt niſi prius ſit conſtitutus, & poſitus inter reos, & nu. 14.*
5 *Carcerari quis poteſt antequam ſit conſtitutus, quando eſt ſuſpectus de fuga.*
6 *Et ex ſola informatione extraiudiciali, quando crimen eſt atrox, & eſt ſuſpectus de fuga.*
7 *Carceratio in dubio præſumitur iuſta.*
8 *Pellizzar in manual. tract. 9. c. 4. num. 133. reijcitur. Fr. Anton. à Spirit. Sanct. trac. 4. diſput. 3. num. 414. reijcitur.*
9 *Fugæ ſuſpicio, vt quis poſſit carcerari ex quibus oritur, & num. ſeqq.*
10 *Fugæ ſuſpicio eſt arbitraria.*
11 *Querela vulnerati, an poſſit ſufficere ad capturam.*
12 *Carceratio regularis non debet fieri niſi cum conſilio ſeniorum.*
13 *Forma decreti carcerationis, quando delinquens eſt ſuſpectus de fuga.*
14 *Carcerari non poteſt, non ſuſpectus de fuga*

ſuga niſi prius conſtituatur.

Carcerari poteſt delinquens antequam citetur, ſi eſt ſuſpectus de fuga.

15 Forma decreti ad reum carcerandum.

16 Forma relationis de rei carceratione facta.

17 Appellatio non admittitur à decreto carcerationis.

18 Carceratus an poſſit dici religioſus miſſus à Prelato in Cellam cum ordine ne ab ea exeat, eo inconſulto, licet contrarium dici poſſit quoad ſæculares, n. 19.

20 Carcerari debet reus, quando delictum eſt de grauioribus, & eſt pœna arbitraria, nec poteſt habilitari.

21 Carcerato etiam ad cuſtodiam debet auferri habitus, & corona.

Carceratus remanet ſuſpenſus, etiam quod poſtea fuerit habilitatus, & miſſam celebrare non poteſt.

Reus quouſque non abſoluatur debet reputari delinquens.

22 Carceratus aufugiens præſumitur aufugiſſe ex mala cura cuſtodis.

23 Religioſus iuſtè carceratus non poteſt fugere abſque apoſtaſiæ nota.

24 Carcerati in pœnam ſi aufugiant, qua pœna puniri debent.

25 Carceratio longa ad cuſtodiam, an cedat in pœnam.

26 Carceratus mortuus præſumitur mortuus ex mala cuſtodia cuſtodis.

27 Prelatus quando reputatur homicida carcerati.

28 Carceratus ſecularis ſi aufugiat gaudet immunitate Eccleſiæ, non autem religioſus.

29 Carceratus ad cuſtodiam, ſi eſt ſuſpectus de fractione carceris debet vinculis conſtringi.

30 Carceris genus quotuplex ſit.

31 Carceratus ad cuſtodiam, an vocandus ſit ad electionem?

32 Carcerans iniuſtè religioſum incurrit excommunicationem, cap. ſi quis ſuadent. Diabol. 17. q. 14.

33 Carcer iniuſtus poteſt eſſe quatuor de cauſis.

34 Diffamatio contra delinquentem debet præcedere, vt poſſit carcerari, quando proceditur via inquiſitionis.

35 Carcer datus ad cuſtodiam non debet eſſe teterrimus, ſed clarus, & humanus.

36 Cuſtos carceris debet puniri, ſi aliquis cum carcerato loquatur, vel ſi deferat Epiſtolas ſine licentia, aut non faciat eum ieiunare tempore debito, & num. 38. 39. & 40.

37 Carcerum cuſtos, ſi carceratus detentus pro crimine fugiat ob negligentiam ipſius cuſtodis, qua pœna teneatur?

41 Cauſa etiam iniuſta, & fatua excuſat à dolo vero, non tamen à dolo præſumpto.

42 Contra cuſtodes carcerum quatuor ſpecialia notantur.

43 Cuſtos carcerum, quando carceratus aufugit, & ignoratus modus fugæ, debet torqueri, vt indicet modum fugæ.

44 Carceratus dicitur, qui eſt habilitatus.

45 Carcerum effractor poteſt in abſentia condemnari, quia pro confeſſo habetur, etiamſi poſtea capiatur.

46 Carcerum effractores ad effectum fugiendi, qua pœna fuerunt puniti.

47 Carceratus, qui fregit carceres, & iam exibat, qui fuit captus, punitus fuit tanquam aufugiſſet.

48 Carcerum effractores habentur pro con-

pro confeſſis, & conuictis.

49 *Delinquens ſi poſt commiſſum delictum aufugiat probato delicto, poteſt condemnari in contumaciam.*

50 *Citatio vna ſufficit de conſuetudine contra contumacem.*

51 *Forma qua reus contumax eſt citandus.*

52 *Forma relationis citationis, rei contumacis.*

53 *Forma decreti comparitionis, & carcerationis rei comparentis poſt citationem in contumacia.*

54 *Forma citationis contumacis ad ſententiam audiendam.*

55 *Forma ſententiæ contra contumacem.*

1 FOrmato proceſſu, & examina-
tis teſtibus, non poteſt reus in
foro regulari (quidquid ſit de foro
ſæculari) nec citari, nec interro-
gari, nec carceri mancipari niſi
apud acta conſtet delictum ſaltem
ſemiplenè probatum eſſe, nam
fruſtra quis citatur ſi reo compa-
rente iudex eum non poteſt inter-
rogare, & fruſtra interrogatur, ſi
reo exiſtente negatiuo iudex vlte-
rius procedere non valeat eum
carceri mancipando, & cogendo
per torturam ad dicendam verita-
tem, & ideo ſemiplena probatio
requiritur, ita Pitigian.init.1. ſub-
ſtant.cap.1.de Bictis q.78. Bordon.
in praxi crim.cap.5.n.16. & ca. 65.
n.24. vbi quod nec in Tribun.San
cti Officij aliquis citatur, nec car-
ceribus mancipatur niſi delictum
ſit ſaltim ſemiplenè probatum, ex
Genuenſ.cap.68. Carena par.3.tit.
2.n.24.Diana par.5. tr.8. reſol.11.
Salelles reg.185.n.43. P.Bouer.in
director.par.2.cap.34.verſ.citatio-
ne præmiſſa, & in par.1. fol.201.ſ.
expleto igitur, & alii citati infra
par.5.cap.2.num.13.cum ſeqq.

2 Requiritur etiam ad carceran-
dum reum, vt conſtet prius de cor-
pore delicti, quando eſt facti per-
manentis. Marſil. in pract.crim. in
princ.num.4.& conſ.18.n.34. Boſſ.
tit.de delict.nu.33.Farin.quæſt. 92
3 nu.2. aliàs carceratio eſſet iniuſta
ratione ordinis non ſeruati, nec
non requiritur, vt delictum ſit ta-
le, pro quo de iure corporalis pœ-
na eſt imponenda. Clar. quæſt.28.
in princip.P.Bouer.dicta par.2. ca.
34.verſ.citatione præmiſſa.

4 Tandem requiritur in eodem
foro regulari, vt reus non ſuſpe-
ctus de fuga prius interrogetur, &
ponatur inter reos, vt infra dice-
5 tur n.14. Sed quando reus etiam
regularis ſuſpectus eſt de fuga, vel
poſt capturam teſtes contra eum
liberè examinari poſſunt, & pœ-
na imponenda pro delicto eſt cor-
poralis, tunc etiam antequam a-
pud acta conſtet ſemiplena proba-
tio de delicto, poteſt carceri man-
cipari. Clar.q.28.Farinac.quæſ.27.
nu.125.Marc.Anton.Genuenſ. in
prax.Archiep. Neapol.ca.34.num.
4 & cap.28.nu.4.in 2.editione, qui
teſtatur, quod in dicta Curia non
proceditur ad carcerationem Cle-
ricorum, niſi contra ipſos adſint
probationes ſufficientes ad con-
demnandum, vel ſaltem ad tor-
quendum, dummodo Clericus non
ſit ſuſpectus de fuga, nec ſit timor
quod ſeducat teſtes, & deſtruatur
informatio, quia tunc ad finem

for-

formandi inquiſitionem, habita aliquali informatione carceratur, iuxta communem practicam Doctorum, ita ille; & poſtea poſſunt fieri ſupradictæ probationes, vt conſtet apud acta iuſtam fuiſſe carcerationem, Clar. dicta q. 28. Ricc. deciſ. 102. n. 9. par. 2. & in prax. for. Eccleſiaſt. reſol. 528. nu. 9. in 2. edit.
6 Imò in hoc caſu poteſt carcerari delinquens ex ſola informatione extraiudiciali, quando crimen eſt atrox, & reus ſuſpectus de fuga, dicunt Carena, vbi ſupra nu. 20. & 21. P. Bouer. par. 1. direct. §. ſi reus. Ghisler. de iudice regular. cap. 18. num. 64. Farina de carceribus, & carcerat. num. 121. 126. Pitigian. in dicta practica crim. fol. 185.
7 Et carceratio in dubio ſemper præſumitur iuſta. Marc. Anton. lib. 1. varia. reſolut. 102. ſub n. 10. Chart. deciſio. 66. num. 21. Et ſic ſuperior in dicto caſu carcerando ſubditum non incurrit excommunicationem. Alfonſ. de Leon. de cenſur. recollecta. 2. numero 869. in fine, & non eſt vera opinio dicti Pellizar. in manual. præl. tract. 9. cap. 4. n. 133.
8 Quod ad carcerandum religioſum non ſuſpectum de fuga requiruntur, duo aut tres teſtes conteſtes, quem ſequitur Frat. Anton. à Spir. Sanct. de regim. regul. tractat. 4. diſputat. 3. num. 414. Nec eſt vera opinio. De Angelis capit. 24. num. ſexto. Qui petit maiorem probationem, quam ſemiplenam, citans Aldretem, & Martin. à S. Ioſeph. licet loquantur de tortura inferenda.

9 Suſpicio fugæ ob quam reus carcerari poteſt modo quo ſupra, non ſolum oritur ex experimento alias facto, ſcilicet, quia alias inquiſitus fugit, ſed etiam oritur ex conditione perſonæ nullo experimento facto, puta ſi eſt iuuenis, indeuotus, vitæ non tam qualificatæ, parum honeſtus, non multum compoſitus, & minus ſpiritualis, & hæc ſuſpicio fugæ eſt arbitraria. Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. ca. 6. num. 41.
10 Oritur etiam ſuſpicio fugæ ex qualitate delicti, quando eſt enorme, vt ſi ſit homicidij, hæreſis, veneficij, Sodomiæ, furti rei notabilis, percuſſionis enormis, fornicationis, conſpirationis, & ſimilis. Fr. Ant. à Spir. Sanct. vbi ſup. n. 418. P. Bouer. dicta par. 2. c. 34. §. crimina verò, & Baiard. q. 28. nu. 11. aſſerit eſſe in arbitrio iudicis ex leuiſſima ſuſpicione ad capturam deuenire conſideratá qualitate perſonæ, & grauitate delicti, & licet ſola quærela non ſufficiat ad capturam, Farinac. quæſtione 27. nu. 128.
Niſi cũ quærela concurrat grauis
11 ex vulnere infirmitas quærelantis, & nu. 129. poſt Crauet. conſil. ſexto num. 51. & alios. Aut nominatio vulnerati exiſtentis in articulo mortis. Gandin. tom. 3. varia. cap. 13. num. 6. Sanchez in opuſc. tom. 2. lib. 6. cap. 4. dub. 6. num. 3. Farinac. vbi ſupra, & poteſt nominatus carcerari ante informationes. Pract. Frat. de obſeruat. verbo corpus delicti.

12 Hæc carceratio inter regulares, quia cedit in magnum damnum religioſi, & infert irreparabile iacturam, non niſi cum magno conſilio patrum, & ſeniorum in ordine eſt facienda, Miranda quæſ. 16. ar. 4. Berti tit. 16. c. vnico. Melfi in verbo reus, & quando reus ponitur in carcere pro cuſtodia, aut pro tortura, debet ſcribi in actis, & declarari, ne reus infamiæ notam incurrat, P. Bouer. dicta par. 2. cap. 34. verſ. cum vero, Ghisler. dicto num. 64. Nam quando dicitur, quod per carcerem irrogatur infamia, intelligitur de carcere in pœnam dato, Baiard. qu. 72. num. 1. Peyr. de ſubdito lib. 1. qu. 1. cap. 13. verſ. noto quinto, & non de carcere ad cuſtodiam, aut ad torturam.

Quando delinquens eſt ſuſpectus de fuga poteſt fieri decretum carcerationis modo infraſcripto.

13 Cum apud R. P. N. Abbatem huius Monaſterij, &c. fuiſſet accuſatus, vel denunciatus, vel infamatus Fr. Fulanus de furto magnæ quantitatis, & eſt ſuſpectus de fuga, &c. vel, & dictus R. Abbas eſt moraliter certus, quod poſt capturam dicti Fr. Fulani teſtes ad examen, ſine timore accedunt ad veritatem deponendam. Idcircò ſtante grauitate delicti, & ſuſpicione de fuga, &c. vel ſtante dicta morali certitudine, quod teſtes libere accedunt ad veritatem deponendã ſine timore ſeductionis, Præfatus R. Abbas mandauit, prout præſenti decreto mandat cum conſilio patrum, & ſeniorum Monaſterij, dictum Fr. Fulanum capi, & carceri ad cuſtodiam mancipari, à quo ſine ipſius mandato amoueri non poſſit. Acta ſunt hæc die, &c.

R. P. N. Abbas.

Fr. N. Actuarius.

14 *Quando autem non eſt ſuſpectus de fuga, non poteſt carcerari antequam conſtituatur, quamuis delictum ſit tale, pro quo ſolet infligi pœna corporalis, & ſit etiam ſemiplenè probatum, Baiar. q. 28. num. 11. Farina. qu. 27. num. 76. Sed debet prius citari, & interrogari, & poſtea in fine conſtituti carceribus mancipari ad cuſtodiam, iuxta formam conſtituti, & carcerationis poſitam p. 5. ca. 6. Verum, quod ſi reus eſſet citandus, & ob citationem eſſet etiam periculum fugæ, ante citationem ad cuſtodiam carcerari poteſt, & deinde è carcere ad ius vocandum erit, vt poſt Clar. Ghisler. Inciſa, Aret. Berti, & Miranda aſſerit P. Bouer. in dicta par. 2. cap. 34. §. citatione itaque premiſſa. Melfi in verbo reus, & tunc forma decreti erit illa, quę ponit dictus P. Bouer. in praxi prima, f. l. 202.*

Alia forma decreti ad reum ſuſpectum de fuga carcerandum.

15 Præf. R. P. Abbas viſis videndis, &c. & diligenter exploratis depoſitionibus teſtium, & indiciis, quæ contra inquiſitum in proceſſu conſtant, ex quibus aduerſus eundem reſultat ſemiplena probatio criminis; Inſuper conſiderato, quod crimen, de quo agitur, eſt eius generis, vt ipſius fuga merito timeatur, mandauit, prout præſenti decreto man-

mandat dictum Fr.N. capi, & carceri ad cuſtodiam mancipari, à quo niſi de ipſius mandato amoueri non poſſit. Acta ſunt hæc die, &c. in Monaſterio, &c.

Sequuntur ſubſcriptiones, vt ſupra.

Relatio de rei carceratione facta ab Actuario.

16 Ego Fr.N. &c. Actuarius fidem facio dictum decretum fuiſſe intimatum per me dicto Fr.N.& fuiſſe ipſum Fr.N. cum effectu carceri formali mancipatum, die, &c. Anno, &c. in Monaſterio, &c.

Fr.N. Actuarius.

17 *Si reus à Decreto carcerationis appellauerit, non eſt audiendus, quia non admittitur huiuſmodi appellatio quoad remedium ſuſpenſiuum, & ideo non obſtante appellatione carceri mancipatur, Clar. qu. 46. P. Bouer. vbi ſupra fol. 203. Portel. verbo carcer, & verbo appellatio, admittitur tamen quoad remedium deuolutiuum manente reo carcerato, Piaſec. in prax. Epiſc. par. 2. cap. 4. num. 10. Barboſ. in ſumma Bullar. verbo carceratio.*

18 *Si Prælatus aliquem religioſum mitteret in cellam, & preciperet ne eo inconſulto ab illa exeat, non poteſt talis dici carceris pœna coercitus, quia de eſſentia carceris eſt obſeratio, itaut quis priuetur libertate exeundi, vnde Prælatus ita religioſum in ſua cella recludens non incurrit pœnam indebitæ carcerationis, Sanctor. de pœn. cap. 4. de pœna carceris in princ. Fr. Anton. à Spir. Sanct. de regim. Prælat. trac. 4. diſp. 3. nu. 401. Et formaliter carceratus dicitur dum intra duos parietes, vel vinculis detinetur, l. ſuccurritur, ff. ex quibus cauſ. Clar. qu. 46. in princ. Fr. Anton. vbi ſupra n. 403.*

19 Sæculares habentes pro carcere Palatium, domum, vel Ciuitatē, ſi fugiant tenentur pœna frangentis carcerem; vt dicunt Bertaz. conſ. 13. n. 6. & conſ. 35. n. 3. Curt. iun. in l. admonendi num. 675. ff. de iure iur. Gramm. conſ. 59. Viuius com. opin. verſ. fugiens, Maſcard. de probat. in verbo carceratus concluſ. 266. n. 19. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 301. n. 7. Boſſ. tit. de carcer. fideiuſſ. committen. n. 3. & 4. Gramm. deciſ. 33. in fine. Magon. deciſ. Lucenſ. 90. nu. 5. vbi dicit, quòd ſtatutum puniens fugientē à carceribus publicis, comprehendit fugientem à camera, vel Palatio pro carcere a Iudice aſſignato, Becc. conſ. 44. nu. 36. conſ. 65. n. 6. & conſ. 124. num. 2. Guazz. defenſ. reor. 6. cap. 1. nu. 53. Ricc. deciſ. 100. n 4. par. 2. & contra Iaſonem oppoſitum tenentem in dicta l. admonendi n. 173. & tenet Menoch. dicto caſu 301. n. 7. Quoad religioſos tamen, ſi ſuperior ſimpliciter præcipiat alicui ex ſuis fratribus, ne ex cella exeat, remanente ibi cum capuccio, & chorda, non dicitur in carcere illum detrudere; pra ct. frat. de obſeru. verbo carcer.

20 Quando pœna imponenda non eſt expreſſa in iure, ſed arbitraria, reus non poteſt habilitari, ſed debet in carceribus ius dicere. Menoch. poſt alios de arbitr. caſu 303. n. 39. Ricc. deciſ. 180. nu. 10. & 11. par. 2. Quia quando pœna eſt

arbitraria iudicatur, vt corporalis, donec fuerit per iudicem arbitratum.

21 Et licet quando carcer eſt ad cuſtodiam non auferatur habitus ordinis, aut corona ab incarcerato religioſo, imò ei permittatur miſſam celebrare, dicit Fr. Anto. à Spir. Sancto d. trac. 4. diſp. 3. nu. 405. Contrarium tamen obſeruatur, & quamuis ſit carceratus ad cuſtodiã in formali carcere, aufertur habitus, & corona, Pract. Fr. de obſer. in verbo carcer. & carceratus remanet ſuſpenſus, etiam quod poſtea fuerit habilitatus, & quouſque non abſoluatur non poteſt miſſam celebrare, nec poteſt miniſtrare in ſuſceptis, vel aſcendere ad maiores ordines. Alfonſ. de Leon. de cenſu. recoll. 6. n. 869. Ex Ricc. deciſ. 264. par. 2. vbi n. 3. dicit, quòd pendente accuſatione, vel inquiſitione etiam ſubſequuta habilitatione reus remouendus eſt ab exercitatione diuinorum, ex opinione communi Doctorum, in c. venerab. de off. deleg. & reus quouſque non abſoluatur debet reputari delinquens, l. reus ff. de munerib. & honorib. l. 1. C. de reis poſtuland. lib. 10. Et carceratus, & poſtea habilitatus ob aliquod crimen, ſi celebret ſine licentia pœna arbitraria puniendus eſt. Genuenſ. in prax. Archiepiſc. cap. 27. num. 10. Campanil. in diuerſ. iur. Canon. rubr. 11. cap. 33. num. 4.

22 Carceratus aufugiens à carceribus, præſumitur aufugiſſe ex mala cura cuſtodis, & ideo probandus erit caſus fugæ per cuſtodem, necnon probare tenetur culpam abſuiſſe. Alciat. tractat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 15. nu. 3. Menoch. de præſumpt. lib. ſexto præſumpt. 61. num. 32. & ſeq. Maſcard. de probat. concluſ. 266. num. 10. Farin. quæſt. 31. num. 19.

23 Et Religioſus iuſtè carceratus, non poteſt fugere abſque apoſtaſię nota, ita Suarez tom. 4. de Relig. trac. 8. lib. 2. cap. 10. cum Ledeſma, & Sayro Belaſ. verbo carcer qu. 10. Etiamſi damnatus eſſet perpetuo carceri. Sanch. lib. 6. moral. ca. 8. nu. 12. cum Caiet. Armilla, Nauar. Salon. Sayro, Roderiq. & aliis, Barbo. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de regul. Secus ſi eſſet iniuſtè, & per vim carceratus. Peyrin. de ſubdito quæſtio. 1. cap. 13. notab. quarta. Nam poteſt fugere etiam fracto carcere, aut ſi immineret probabile periculum vitæ, Megal. in promptuar. verbo carcer num. 22. vbi citat Caietanum, Aragon. & Salon. Aut quando carceratio licet ſit iuſta, modus tamen eſt apertè iniuſtus. Salzed. ad Diaz. capit. 137. litter. B. Sanchez libro ſexto moral. cap. quarto dub. 11.

24 Damnati autem in pœnam carceris ad tempus, ſi aufugiunt, in perpetuum damnantur. Si verò in perpetuum damnati eſſent, in metallum damnantur, l. capitalium ff. de pœn. Farin. fragm. crim. lit. B. num. 96.

25 Carceratio longa ad cuſtodiam, licet non ſit ad pœnam, habet tamen in ſe pœnam, per quam ſi purgauit ſe per talem car-

carcerationem in totum, cedit in pœnam in totum, Si verò in partem, cedit in pœnam in partem. Vincent. de Franch. deciſio. 317. num.4. in 2. par. num. quinto. Vbi, quod ita Sacrum Concilium multoties iudicauit, & ſequitur Guazzin. defenſ. reor. 2. cap. 2. num. 18. & eſt gloſ. & ibi Bartol. & Albert. in l. ſi diutino tempore, ff. de pœnis. Royas in ſingulari fidei 49. num. 9.

26 Carceratus mortuus in carceribus, præſumitur mortuus ex mala cuſtodia cuſtodis, niſi aliud probetur. Maſcard. de probatio. concluſio. 266. Caualcan. de Brach. reg. part. 2. num. 135. & ſeq. Guazz. defenſ. reor. 4. cap. 1. num. 84.

27 Prælatus regularis includens ſubditum in duriſſimo carcere ad cuſtodiam, in quo veroſimiliter inter paucos dies eſt moriturus, reputatur homicida, & irregularis, ſi ibi moriatur. Belaſius verbo carcere num. nono. Frat. Anton. à Spiritu Sancto de regim. Prælat. tractat. 4. diſputat. 3. num. 441. Si verò in iuſtam pœnam commiſſi delicti abdicat religioſum ſubditum teterrimo carceri, & is ex triſtitia, ac ærumnis ibi toleratis moritur, non contrahit irregularitatem, quando pœna eſt iuſta, vt ſupponitur, & nulla culpa in hoc interuenit. Pellizar. in manual. regular. tractat. ſeptimo capit. quinto num. 250.

28 Carceratus ſæcularis, ſi aufugit non priuatur immunitate Eccleſiæ. Caſtr. Pala. tractat. 21. diſput. vnica par. ſeptima num. 10. Pelliza. vbi ſupra tract. 8. cap. quinto num. 32. Non autem ſi aufugit religioſus, latè Delbene de immunitat. & iuriſdictio. Eccleſiaſt. part. 2. cap. 16. dub. 15. per totum.

29 Carceratus ad cuſtodiam, ſi eſt ſuſpectus de fractione carceris, debet etiam vinculis conſtringi, nempe manicis ferreis, aut compedibus, vt non poſſit carcerem frangere. Frat. Anton. à Spiritu Sancto tractat. 4. diſputat. 3. num. 408. Subditus non tenetur obedire Prælato præcipienti, vt carceratum ſe præbeat, non aſſignata cauſa carcerationis; nec etiamſi Prælatus aſſignet cauſam inſufficientem. Peyrin. de ſubdito quæſtio. 1. cap. 13. & ſequitur Fr. Anton. vbi ſupra num. 231. & ſequent.

30 Vltra genus carceris ad cuſtodiam, de quo nunc propriè loquimur; datur genus carceris ad tormentum pro veritate dicenda, & id non adhibetur, niſi conſurgat prius ſemiplena probatio, & reus conſtituatur, qui ſi neget delictum, vi tormentorum eſt ad confeſſionem plectendus, & in carcerem conïicitur, de quo genere loquemur infra par. 6. per totam.

Datur etiam aliud genus carceris, ſcilicet ad pœnam, quod nunquam adhibetur, niſi per diffinitiuam ſententiam, præuiis probationibus, & defenſionibus. De quo genere loquemur infra parte ſeptima.

Da-

Datur etiam carcer ad correptionem morum, iuxta cap. ſi Clericos de ſent. excommun. in 6. vnde ſi Epiſcopus, vel Abbas detineant ſubditum carceratum per aliquot dies, etiam ſine proceſſu, non incurrunt excommunicationem, cum temeritas, & iniuria ceſſent. Farin. q. 27. n. 28. Marc. Anton. Genuenſ. in praxi Archiepiſc. cap. 34. n. 4. in fine. Peyrin. de ſubdito qu. 1. cap. 13. in fine. Et poteſt quis mitti in carcerem ad cuſtodiam pro delictis futuris, aut aliis malis vitandis, in quo caſu, qui poteſt deponere de vita, & actibus eius, poteſt, imò debet eum in carcerem includere, & ligare, ne aliquid ex eius libertate proueniat, & hoc quando probabiliter dubitat, quod niſi illum in carceribus tradat, delictum committat, D. Thom. 2. 2. quæſ. 65. art. 3. in corpore, & in reſp. ad 3. addens, poſſe etiam priuatos ad horam detinere hominē ab opere illicitò ſtatim perpetrando. Megal. in verbo carcer n. 10. verſ. ſecundo limita, & num. 15. verſ. quando autem.

31 Sed an religioſus iuſtè detentus in carcere ad cuſtodiam, aut in propria cella ſequeſtratus conuocari debeat ad electionem faciendam, itaut ſi non vocetur poſſit electionem infirmare? negat Bordon. tom. 2. reſol. 61. quæſ. 1. nu. 7. & ſequitur Pellizar. in manuali tr. 9. cap. 2. nu. 71. Sed hæc opinio mihi non placet, quoad vocem actiuam, de qua eſt ſermo, quia ius eligendi ſeu vox actiua eſt ius quæſitum, & à iure quæſito non poteſt quis priuari niſi ſit confeſſus, vel conuictus. Et requiritur ſententia, vt quis priuetur ab actibus legitimis; carceratus autem ad cuſtodiam non eſt ſententiatus, neque infamis. Et dato, quod eſſet infamis infamia facti; non per hoc prohibetur à iure eligendi. Et latè probantur omnia hæc in par. 3. c. 4. à n. 22. vſque ad finem. Et ideo ſi eſt abſens a loco capituli faciendi, debet citari ad mittendum procuratorem (niſi eſſet aliqua conſtitutio, aut conſuetudo in contrarium) ad eligendum ſuo nomine; Dum ſtante impedimento carceris non poteſt conuenire cum aliis capitularibus. Et ſi eſt præſens in domo, in qua ſit electio, debent mitti ad eum ſcrutatores ad recipiendam ſuam vocem, ſicut mittuntur ad infirmariam ad recipiendam vocem vocalium infirmorum, aliàs poteſt electionem infirmare. Si verò ſit iniuſtè detentus in carcere, multo magis poteſt electionem infirmare.

32 Carcerans iniuſtè religioſum incurrit ipſo facto excommunicationem, cap. ſi quis ſuadente Diabolo 17. qu. 14. & cap. ſi Clericos de ſent. excommun. in 6. Rodriq. tom. 2. qu. 16. & 42. art. 2. Hieron. Roderiq. in Compend. reſol. 43. Fr. Anto. à Spir. Sancto de regim. Præl. tract. 4. diſput. 3. num. 43. & ſequentibus. Vbi etiam quod prædictam excommunicationem incurrunt omnes illi, qui manus iniecerunt in religioſum, vt illum caperent, & reducerent ad carcerem, & etiam mandantes, auxilium, fauorem, & con-

& conſilium ferentes, vel ratum habentes.

33 Et carcer iniuſtus eſſe poteſt quatuor de cauſis. Primò, ob defectum iuriſdictionis, & poteſtatis, ſcilicet quando fit ab eo, qui non habet merum imperium in carcerato, vel quia non eſt iudex competens ratione originis, vel domicilii, vel delicti. Megal. verbo carcer num. 8. & 9. vbi limitat duobus modis. Secundò, reſpectu perſonæ, quæ mittitur, quando eſt priuilegiata, idem Megal. n. 14. Tertiò, reſpectu cauſæ, quia quando religioſus non eſt ſuſpectus de fuga, oportet, vt conſtet prius de corpore delicti enormis, per quod infligitur pœna corporalis à iure, & quod etiam ſit conſtitutus poſt quam conſtet ſaltim ſemiplenè de delicto, quando proceditur via accuſationis, vel denũciationis, aliàs eſt iniuſta, ratione ordinis non ſeruati, vt probant Doctor. ſupra citati n. 3. & alii citati à Megal. vbi ſupra n. 15.

34 Et quando proceditur via inquiſitionis, oportet etiam, vt præcedat contra ipſum diffamatio de crimine graui ab eo commiſſo, vt poſſit pro tali crimine in carcerem ad cuſtodiam detrudi; aliàs ſi eſſet carceratus non præcedente diffamatione, diffamatio orta poſt carcerationem, non poteſt iuſtificare ipſam carcerationem, quia eſſet orta ex ipſa detruſione in carcerem. Nauar. in c. inter verba coroll. 61. nu. 691. Sanchez lib. 6. conſil. ca. 3. d. 26. Pelliz. in Manual. tract. 9. cap. 4. n. 59. Et nos latè ſup. par. 3. cap. 8. & ſeq. Poteſt tamen iudex ſtante ſuſpicione fugæ, & diffamatione de crimine ſubditum carcerare; et poſtea probare dictam diffamationem ortam ante carcerationem, vt appareat iuſtificatio carcerationis per acta.

35 Quartò, reſpectu loci, in quo quis detinetur, quia carcer datus ad cuſtodiam non debet eſſe teterrimus, ſed clarus, et humanus. Carcer verò datus ad pœnam dari debet ſecundum qualitatem delicti, et perſonæ, et poteſt eſſe aliquanto obſcurior, arctior, et terribilior, modò ab humanitate non diſcedat, præſertim quando crimina ſola carceris pœna puniuntur. Peyrin. in formul. litt. C. cap. 4. num. 2.

36 Cuſtos carcerum, ſi in diebus, in quibus carceratus iubetur ieiunare in pane, & aqua, alios cibos ei miniſtraret ex compaſſione, peccat mortaliter, & eſt grauiter puniendus. Fr. Anton. à Spirit. Sanct. in direct. tract. 4. diſp. 3. n. 414.

37 Pœna contra cuſtodem carcerum, ſequuta fuga eius, qui de crimine conuictus veniebat puniẽdus; quando fugit ex nimia negligentia cuſtodis, ſeu lata eius culpa erit eadem, qua ipſe conuictus fugitiuus, ex l. ad commentarienſem C. de cuſtodia reorum, Boſſ. tit. de carcer. à num. 10. vſque ad 13. Farinac. quæſt. 31. num. 3. & 4. Sed quando carceratus non detinetur pro aliquo crimine, ſed pro bono regimine; & cuſtos eſt bonæ famæ, pro culpa mittendus eſt in exi-

exilium, vt deciſum refert Sanfelic. deciſ.46.nu.14.

38 Si cuſtos carcerum deferat carcerato literas, vel nuncios, vel permittat aditum exterorum, & cum carcerato, vel carceratis loqui contra prohibitionem ſuperioris, vel quando ponit carceratum in alio loco contra mandatum iudicis dicitur eſſe in dolo, l.non poteſt dolo carere, ff.de regul.iur. Farinac.quæſt.31.n.104.105. & de pœnis temperand. quæſt.89. num. 126. Peyrin. in formula litt.C.cap. 4.nu.5. Sanfelic.dicta deciſ.49.nu. 10. vbi loquitur in propriis terminis, & adducit Cyril.Fulgon. in ſumma crimin. tit. de cuſtod. reor. §.3.nu.5. & refert idem Sanfelic.

39 Quod cuſtodes, qui non obſeruauerunt præceptum, permittendo alloqui cum carceratis, qui in ſecreto detinebantur per trienniũ ad remigandum fuerunt condemnati, à quo præſumpto dolo ratio-

40 ne publici officii nemo, niſi ex iuſtiſſima cauſa excuſatur, dicta l.ad Commentarienſem cum ibi not. per Doctores, Bald. conſ.32. lib.3. Et licet quælibet cauſa etiam iniuſta, & fatua excuſet à dolo vero,

41 l.igitur §.1. ff.de liberal.cauſa l.1. in fine, & ibi Bart.ff. de abig. Hoc tamen non procedit in officio publico,& in dolo præſumpto,in quo ad excuſandum dolum iuſtiſſima cauſa requiritur.Sanfelic.vbi ſupra n.11.ex Cabal. de omni gener. homicid.n.317.& lata culpa dolo æquiparatur in cuſtode carceris. Farinac. dicta qu.31.n.4.

42 Et contra cuſtodem carcerum tria ſpecialia notat. Gramm. voto 29. in fine. Primum, quod præſumitur culpa. Secundum, quod non liberatur exhibendo carceratum. Et tertium, quòd tenetur pœna, qua ipſe carceratus fugitiuus, & Sanfelic.dicta dec.in fine. Addit quartum, quod ad excuſandum requiritur iuſtiſſima cauſa. Et poteſt addi quintum, quod ſola negligentia eſt punienda,quamuis carceratus non aufugerit.Farinac. vbi ſup.n.80. & 81.

43 Cuſtos carcerum, quando carceratus fugit à carceribus, & ignoratur modus fugæ debet torqueri, vt indicet modum fugæ. Farinac. quæſt.31.nu.110. Sed quando modus fugæ patet, non detenitur ad torturam, ſed diſcutiendum qua pœna veniret plectendus.Sanfelic. 46. nu.1.

44 Habilitatus tenendo domum loco carceris, dicitur carceratus, gloſ. in verbo non poſſint,& in l.in eadem ff.ex quib.cauſ.maior. Anna conſ.140.n.11. Sanfelic.deciſ.2.nu. 20.& 21.

45 Carcerum effractor poteſt in abſentia condemnari, quia pro confeſſo habetur, & contra ipſum poteſt ferri ſententia, tamquam confeſſum de crimine, de quo imputabatur condemnari,ita poſt Grill. in tract.de relaxat.carcerati ſub tit. de fuga nu.12.Caſon. poſt tract. de indic.& torm. in quæſt. ca.9. rubr. de captura, & carceratione nu.27. Gramm. conſ.57. n.3. Viu. comm. opinio. verbo fugiens à carcere publico n.2.Maſcard. de probatio. lib.1.concl.266.num.3. & 4. Ricc.

dec.

Digitized by Google

deciſ.65.par.3 num.2.& 3.& nu.4. Subdit, quod ſi carceratus effracto carcere aufugit, & denuo capiatur,poteſt tamquam confeſſus condemnari, ex Maſcard.dicto num.4.

46 Et carcerum fractores ad effectum fugiendi fuerunt per Curiam Archiepiſcopalem Neapol. condemnati ad remigandum per decennium in triremibus vltra pœnam delicti, pro quo prius detinebantur carcerati, refert Nouiſs. in ſua praxi cap.40.Ricc.deciſ.100 nu.1. part.2.

47 Et carceratus, qui fregit carceres, & iam exibat, ſi fuerit captus habetur, tamquam aufugiſſet, ex Boer.deciſ.215. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 301. Bertaz. conſ.35.volum.1. Duen.reg.232. & Maſcard.concl.4.vol.2.Grillant.de relax.carcerat.quæſ.4.Gram. dicto conſ.57.nu 4.Alex.conſ.144.vol.2.

48 Nam carcerum effractores pro confeſſis habentur, l.1.ff.de effrac. Foller. in prax. crimin. in verbo,& ſi confitebuntur. Grallan. quæſt.4. Gram.dicto num. 4. Alexan. dicto conſ. 44. Ricc. dicta deciſio. 100. num.1.

49 Si compilato proceſſu, & probato ad minus ſemiplenè delicto, reus non poſſit citari, nec perſonaliter, nec realiter, & per conſequens, nec poſſit interrogari, quia ſe abſentauit, & fugam arripuit, tunc citari debet in domo ſolitæ habitationis, & in valuis Eccleſiæ maioris, ſi eſt Clericus,vel in cubiculo ſolitæ habitationis, & in valuis refectorij, ſi eſt religioſus, & ſi non compareat,poſt terminum aſſignatum in citatione ob hanc contumaciam iudicialem (quicquid dicat P. Bictus qu.131.nu.18.) tamquam confeſſum,& conuictum poteſt condemnari, iuxta conſuetudinem totius Italiæ, de qua teſtantur Farin.qu.19.& conſ.14. nu. 3.Clar.qu.44 per totam.Burg.de modo proced.ex abrupt.cent.1.qu. 49.Cabal.qq.crim.caſu 269.Et de

50 conſuetudine ſufficit vna citatio, quæ debet continere tempus 30. dierum, ſecundum Scac. lib.1.de iudic.cap 43.num.10. Guazzin.defenſ.10.cap.1.num.12. quorum decem dies pro primo, decem pro ſecundo, & decem pro tertio, & vltimo peremptorio aſſignantur, & demum termino elapſo condemnatur,& ita loquendo quoad regulares aſſerit Bordon.in praxi crim. cap.65.num.7. ſed Megal. in ſua praxi cap. 4. num.25. dicit, quod tempus aſſignandum abſenti eſt arbitrarium, arbitrio tamen ita regulatum, vt citatus veriſimiliter venire poſſit.

Forma citandi reum abſentem per edictum.

51 Die N. Menſis N. anni N. Nos Abbas N. tenore præſentium mandamus, & expreſsè præcipimus tibi Frat.N. vt infra dies 15. proximè futuros ab executione præſentium numerandos, quorum dies,quinque pro primo,alios vero quinque pro ſecundo,poſtremo alios quinque pro vltimo,& peremptorio termino, coram nobis perſonaliter teipſum præſentare,& ad parendum noſtris mandatis com-

parere debeas, ſub pœna confeſſorum criminum, de quibus imputaris, necnon ad reſpondendum ſuper his, de quibus fueris à nobis interrogatus, in cauſa proceſſus contra te fabricati de (inſeritur delictum, vel delicta) prout in actis, & ad allegandum, & deducendum quidquid allegare, & deducere poteris pro tua excuſatione, exculpatione, & defenſione. Et volumus præſentem citationem tibi perſonaliter ſi repertus fueris, præſentari, & intimari, ſin autem in cubiculo tuæ ſolitæ habitationis, & in valuis refectorij dimiſſis, & affixis ibidem copiis. Illamque citationem ſic executam Ita ſe arctare, & afficere ac ſi perſonaliter, & magis legitimè executa foret, certificantes nihilominus te, quod ſi in dicto termino, & trina, ac canonica monitione tibi facta non comparueris, tamquam contumacem, conuictum, & confeſſum contra te procedemus omni meliori modo. In quorum fidem, &c. Datum in noſtro Monaſterio, &c.

Fr. N. Abbas.
Fr. N. Actuarius.

Relatio citationis, & executionis.

52 Fidem facio ego Fr. Actuarius, qualiter ſupradicta citatio fuit publicata, in Monaſterio N., & illius copia affixa in valuis cubiculi Fr. N. ſuæ ſolitæ habitationis, nec non in valuis Refectorij eiuſdem Monaſterii. Die N. &c.

Ita eſt Fr. N. Actuarius.

Si citatus comparuerit, mancipetur carceribus, & tempore opportuno examinetur, & in actis conſtet eius comparitio, his verbis.

53 Comparuit Fr. N. de N. qui fuerat citatus, vt patet per edictum ſupra in actis regiſtratum, & in carceribus, ſe conſtituit paratus obedire mandatis Adm. R. P. Abbatis.

Si non comparuerit infra tempus præfixum tamquam contumax condemnatur, & elapſo termino, Actuarius faciat fidem de contumacia, & elapſo altero die, citatur ad audiendam ſententiam contra eum ferendam, intra ſpacium, (exempli gratia) trium dierum.

Decretum citandi contumacem ad audiendam ſententiam.

54 Cum nos te Fr. N. de N. citauerimus, prout in actis apparet, ad reſpondendum ijs, quæ contra te obijciuntur in Proceſſu per nos fabricato die, &c. Et elapſo termino citationis, non comparuiſti, vti inobedientem, & contumacem, te de nouo citamus auditurum ſententiam definitiuam, quam contra te ferre, & legere intendimus, die N. monendo te, ſiue compareas, ſiue non, qualiter vti conuictum, & confeſſum condemnabimus in pœnas tibi de iure debitas, pro delicto de quo contra te conſtat in dicto Proceſſu. Datum, &c.

Subſcribantur Iudex, & Actuarius, & affigatur hæc citatio in dictis valuis dicti cubiculi, & refectorij.

Fidem facio ego Fr. N. Actuarius qualiter ſupradicta citatio fuit affixa in cubiculo ſolitæ habitationis

nis Frat. N. & in valuis Refectorij eiuſdem Monaſterii, &c.

Adueniente die præfixo in citatione, & non ante, nec poſt, iudex ferat ſententiam præſentibus ad minus duob. teſtibus, & omnes ſubſcribunt ſimul cum Iudice, & Actuario.

Forma ſententiæ contra contumacem.

55 In nomine Domini, &c. Chriſti nomine inuocato Nos P. N. Abbas, &c. Cum fabricauerimus proceſſum contra Fulanum denunciatum (accuſatum, vel inquiſitum ex officio noſtræ Curiæ fama publica præcedente, & clamoroſa inſinuatione ſubſequente) de eo, & ſuper eo, quod anno N. menſe N. die N. fecit inſultum contra N. in Refectorio Monaſterij N. & manu vacua in facie ipſum percuſſit, (vel quod animo furandi, &c. furatus fuit de Monaſterio N. hoc, & hoc) de quo delicto in proceſſu contra eum fabricato eſt ſufficienter indiciatus, quem ſtante fuga non poterimus citare perſonaliter, & citari, & moneri fecimus in cubiculo ſolitæ habitationis, & in valuis Refectorii, vt coram nobis comparéat ad ſe allegandum, & defendendum, & excuſandum à dicta denuncia, (accuſatione, vel inquiſitione), & ab aliis, de quibus denunciatus fuit, aſſignato ei tempore debito, & congruo, intra quod, nec vltra illud comparuit, ſed potius mandatum noſtrum habuit in contemptum, vnde ipſum habuimus pro conuicto, & confeſſo propter eius contumaciam, & inobedientiam tandem citari eum fecimus ad audiendam ſententiam cõtra eundem ferendam, ac legendam die N. prout hæc, & alia in actis noſtræ Curiæ plenius continentur. Quapropter dicimus, pronunciamus, & definitiuè dictum Fulanum condemnamus in exiliũ per ſeptem annos, in Prouinciam N. itaut dies penè tunc incipiat quando, verè, & realiter à condemnato, executa dicta pœna fuerit. Datum, &c.

Sequuntur ſubſcriptiones.

PARS QVINTA.

De Interrogatione Reorum.

CAP. I.

De exceptionibus dilatorijs, & declinatorijs, proponendis à querelato antequam reſpondeat Iudici interroganti.

SVMMARIVM.

1 *Citari debet perſonaliter delinquens, vt compareat coram iudice, quando poſt delictum non arripuit fugam.*

2 *Delinquens antequam conſtituatur, & inter reos ponatur poteſt ſe defendere, & proponere ſuas exceptiones dilatorias, vel declinatorias.*

3 *Exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ ſunt in triplici differentia, & num. 4.*

5 *Litis conteſtatio præcludit viam exceptionibus dilatorijs, & declinatorijs. Quæ propoſitæ, & probatæ ante litem conteſtatam, impediunt litis ingreſſum, & n. 6.*

7 *Exceptio recuſationis debet proponi ante litem conteſtatam, & ante omnes alias exceptiones dilatorias, & num. 8.*

9 *Conſentit in iudicem, qui illum elegit, & qui coram illo comparet, & qui non ſe opponit de ſuſpicione, & num. 10. 11. & 12.*

Et quando conſentire non cenſetur, nu. 13. 14. 15. & 16.

17 *Exceptio recuſationis coram quo eſt allegande, & probanda.*

18 *Suſpicionis cauſæ recenſentur, & num. 19.*

20 *Suſpicionis cauſa ſufficit, vt veniat culpa recuſantis, dummodo veniat ante litem conteſtatam, aut conſenſum in iudicem.*

21 *Suſpicionis cauſa debet eſſe iuſta, legitima, & rationabilis.*

22 *Suſpectum, an poſſit iudex recuſare in notorijs criminibus.*

23 *Suſpicionis allegatio, quando præſumitur calumnioſa.*

24 *Praxis traditur circa iudicis recuſationem in criminalibus.*

25 *Iudicis recuſatio inter ius ciuile, & Canonicum differunt, & n. 26.*

27 *Praxis recuſandi iudicem ſecundum ius Canonicum.*

28 *Recuſatio, quando eſt à iudice admittenda, vel reijcienda.*

29 *Iudex recuſatus quid facere poteſt, & debet poſt recuſationem, cũ ipſo recuſan-*

cuſante, & cum arbitris, & num. 33. & 49.

30 *Arbitri à quo ſunt eligendi?*

31 *An poſſint compelli à Iudice recuſato, vt ſuſcipiant arbitrium.*

32 *An poſſint eſſe laici in cauſis regularium, vel religioſi alterius religionis.*

34 *Iudex recuſatus, quando poteſt reaſſumere ſuam iuriſdictionem, & quando non?*

35 *Quando poteſt cauſam alteri delegare, & quando non?*

36 *Suſpicionis cauſa, in tribus caſibus, coram arbitris non tractatur.*

37 *Suſpecto ſuperiore, ſunt ſuſpecti omnes alij miniſtri.*

38 *Iudex poſt recuſationem, an validè, vel inualidè procedat?*

39 *Iudex an poſſit recuſari poſt concluſum in cauſa, aut poſtquam ſententia ſit ſubſcripta? & n. 40.*

41 *Geſta per Iudicem recuſatum, ante recuſationem ſunt valida.*

42 *Fratres vnius Monaſterij, an prætextu ſuſpicionis poſſint impedire ſuperiorem, ne viſitet Monaſterium.*

43 *Suſpectus non poteſt recuſari ſuperior regularis, niſi quando procedit formato proceſſu.*

44 *Suſpectus quando poteſt recuſari Prælatus regularis?*

45 *Appellatio datur à ſententia arbitri in cauſa recuſationis.*

46 *Iudex offenſus cauſa officij, vel dignitatis, poteſt ipſemet cognoſcere de offenſione.*

47 *Recuſationis, & appellationis remedio, qui vti poteſt electo vno remedio, ab eo incipi debet.*

48 *Recuſato vno ex iudicibus inſolidum coram alijs, quomodo interloqui ſolet.*

49 *Forma conſtituti, in quo Iudex recuſatur ſuſpectus.*

50 *Forma recuſationis.*

51 *Forma præfigendi terminum arbitris à Iudice recuſato, ad cauſam ſuſpicionis finiendam.*

52 *Forma appellationis, à reiectione recuſationis.*

53 *Forma ſententiæ arbitrorum in cauſa recuſationis.*

54 *Exceptio incompetentiæ eſt duplex.*

55 *Exceptione incompetentiæ, non obſtante iudex poteſt procedere in cauſa, ſi pars non appellat, quando iuriſdictio eſt prorogabilis.*

56 *Iudex ſi tacitè, vel expreſſè ſe declarat competens pars an, & quando poteſt appellare, & n. 57.*

58 *Arbitri non eliguntur ſuper exceptione incompetentiæ.*

59 *Prouincialis extra ſuã prouinciam, an poteſt exercere ſuam iuriſdictionem contentioſam cum ſubditis?*

60 *Epiſcopus extra diœceſim, an, & quando poteſt exercere ſuam iuriſdictionem contentioſam cum ſubditis.*

61 *Prouincialis cum ſuis ſubditis habet iuriſdictionem, ſicut Epiſcopus cum ſuis.*

62 *Prouincialis extra ſuam Prouinciam cum ſuis ſubditis, conſentiente Prouinciali alterius Prouinciæ, an poſſit exercere iuriſdictionem contentioſam ſubditis nolentibus, & num. 64.*

63 *Delegatus Papæ extra Diœceſim non poteſt ius dicere inuitis partibus.*

65 *Prouincialis, quando poteſt extra ſuã Prouinciam exercere iuriſdictionem contentioſam? Et n. 66.*

67 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ratione loci, ſed Prouincia-*

lis

[illegible] ſpecialiter ſententiam independenter à Leg.

68 *Prouincialis extra Prouinciam poteſt ferre ſententiam contra ſubditos exiſtentes in Prouincia.*

69 *Sententiam ſolam proferre in aliena Prouincia, non perturbat illius iuriſdictionem.*

70 *Prouincialis in aliena Prouincia poteſt multa facere, & quæ ſunt declaranda.*

71 *Prouincialis poteſt punire ſubditum reuertentem in propriam Prouinciam pro delicto commiſſo extra Prouinciam.*

72 *Prouincialis, an poſſit ferre ſententiam contra ſuum ſubditum, qui deliquit in ſua Prouincia, ſed nunc reperitur, extra illam.*

73 *Prouincialis, an poſſit ferre cenſuras contra ſubditos exiſtentes extra Prouinciam per ſententiam generalem.*

74 *Prouincialis, an poſſit præcipere ſubdito peregrinaturo ſub aliqua pœna, ne alia Prouincia, quam petit faciat aliqua à ſe prohibita.*

75 *Hoſpes poteſt puniri à ſuperiore Prouinciæ, vbi deliquit, & quid ſi ſtatim aufugit.*

76 *Et n. 76.*

77 *Priuationis pœna inflicta Hoſpiti delinquenti, debet exequi in propria Prouincia.*

78 *Fur ſi per tranſitum reperitur in aliqua Prouincia, cum re furata debet ibi carcerari.*

79 *Exceptio excommunicationis eſt anoloma.*

80 *Excommunicatus vitandus priuatur vſu iuriſdictionis, & ſententia eſt nulla, etiamſi cum alijs non excommunicatis iudicet.*

81 *Excommunicatus vitandus, ſi ſe confert in alium locum, vbi non habetur pro excommunicato, eius acta valent.*

82 *Excommunicatus toleratus, ſi ſubditi volunt validè iuriſdictionem exercet.*

83 *Arbitri excommunicati non poſſunt validè ſententiam ferre.*

84 *Delegatio expirat excommunicato delegante re integra, ſecus re non integra.*

85 *Sententia Vicarij eſt nulla excommunicato Epiſcopo.*

86 *Forma exceptionis contra Iudicem excommunicatum.*

1 DIctum eſt ſupra in vltimo capite ſuperioris part. quartæ, quid faciendum ſit à iudice, ſi delinquens poſt commiſſum delictum fugam arripiat; Nunc verò agere debemus de his, quæ facienda ſunt, quando poſt delictum commiſſum delinquens non fugit. Nam ſuppoſito proceſſu prius legitimè formato, & probato ſaltim contra eum ſemiplenè delicto, ſi non eſt ſuſpectus de fuga, citari ante omnia debet perſonaliter ad reſpondendum, quæ citatio dicitur legitima vocatio facta de mandato iudicis per eius nuncium perſonæ, quæ relatæ, vel inquiſitæ,

Digitized by Google

vt compareat coram eo Iudice ad reſpondendum in iudicio ſuper ijs, de quibus interrogabitur, & eſt ita de ſubſtantia iudicii, vt omiſſa vitiat proceſſum, & omnia ſecuta ex eo, de qua citatione loquitur text. in Clement. ſæpe de verb. ſignific.

Et omitti non poteſt etiam in cauſis, in quibus de plano proceditur. Obſeruatur tamen apud Regulares, quod non citetur, quæ relatus in forma iuridica, ſed tantum Prælatus eum vocat, ſi exiſtit in eodem Monaſterio, per aliquem Fratrem internuncium, & ſi eſt abſens vocat per ſimplicem Epiſtolam, nulla tamen intimata ipſi cauſa contra eum in proceſſu contenta, ita de hac obſeruantia teſtatur Pat. Bouer. in director. part. 2. capit. 34. Quo vocato, & coram Prælato comparente poteſt interrogari ſuper his, quæ contra eum continentur.

2 Cui interrogationi, ſi ipſe reſpondet, ſtatim dicitur conteſtata lis, & nomen eius receptum inter reos, Clar. quæſt. 14. verſic. ſed hic. Sed ſi habet cauſam veram, & legitimam ſe defendendi, & vult ſe defendere proponendo exceptiones dilatorias, & declinatorias defendere ſe poteſt, & huiuſmodi exceptiones, quæ tantum proponuntur ante litem conteſtatam dicuntur temporales, quia non opponuntur, vt actionem perimant; ſed vt principale negotium differant.

3 Et ſunt in triplici differentia: quædam reſpiciunt perſonam iudicis, & dicuntur declinatoriæ fori, ſeu exceptiones incompetentiæ, ſcilicet, quod Iudex caret iuriſdictione, vel eſt incompetens, vel quod eſt ſuſpectus. Et ſi eſt delegatus quod non præſentauit commiſſionem, vel quod delegans ante præſentationem literarum, fuit mortuus; vel quod in cauſa non poteſt procedere ſolus, & quid ſimile.

Quædam reſpiciunt libellum accuſatorium in criminalibus, prout ſi accuſator eſt inimicus, vel alia de cauſa inhabilis ad accuſandum; vel quod non ſe ſubſcripſit, & ad talionis pœnam obligauit.

Nam ſubſcriptio ad pœnam talionis de iure Canonico eſt facienda, c. quiſquis 11. quæſt. 18. c. licet Heli, extra de Simonia; & ſi accuſator non ſe ſubſcribit ad pœnam talionis, poteſt repelli parte opponente, antequam nomen rei, ſit receptum inter reos, l. qui crimen Cod. qui accuſar. non poſſeſſ. leg. final. ff. de priuat. delict. Roman. conſil. 451. Gandin. tit. de filiofamil. num. 316. Poteſt etiam accuſatus excipere, quod libellus eſt ineptus, & obſcurus, vel quod tamquam accuſatus non poteſt in præſenti caſu, reaccuſare; vel (ſi procedatur via inquiſitionis), quod proceſſus non fuit formatus diffamatione præcedente, & quod caret ſubſtantialibus, & huiuſmodi.

Quæ-

Datur etiam carcer ad correptionem morum, iuxta cap. ſi Clericos de ſent. excommun. in 6. vnde ſi Epiſcopus, vel Abbas detineant ſubditum carceratum per aliquot dies, etiam ſine proceſſu, non incurrunt excommunicationem, cum temeritas, & iniuria ceſſent. Farin. q. 27. n. 28. Marc. Anton. Genuenſ. in praxi Archiepiſc. cap. 34. n. 4. in fine. Peyrin. de ſubdito qu. 1. cap. 13. in fine. Et poteſt quis mitti in carcerem ad cuſtodiam pro delictis futuris, aut aliis malis vitandis, in quo caſu, qui poteſt deponere de vita, & actibus eius, poteſt, imò debet eum in carcerem includere, & ligare, ne aliquid ex eius libertate proueniat, & hoc quando probabiliter dubitat, quod niſi illum in carceribus tradat, delictum committat, D. Thom. 2. 2. quæſ. 65. art. 3. in corpore, & in reſp. ad 3. addens, poſſe etiam priuatos ad horam detinere hominē ab opere illicito ſtatim perpetrando. Megal. in verbo carcer n. 10. verſ. ſecundo limita, & num. 15. verſ. quando autem.

31 Sed an religioſus iuſtè detentus in carcere ad cuſtodiam, aut in propria cella ſequeſtratus conuocari debeat ad electionem faciendam, itaut ſi non vocetur poſſit electionem infirmare? negat Bordon. tom. 2. reſol. 61. quæſ. 1. nu. 7. & ſequitur Pellizar. in manuali tr. 9. cap. 2. nu. 71. Sed hæc opinio mihi non placet, quoad vocem actiuam, de qua eſt ſermo, quia ius eligendi ſeu vox actiua eſt ius quæſitum, & à iure quæſito non poteſt quis priuari niſi ſit confeſſus, vel conuictus. Et requiritur ſententia, vt quis priuetur ab actibus legitimis; carceratus autem ad cuſtodiam non eſt ſententiatus, neque infamis. Et dato, quod eſſet infamis infamia facti; non per hoc prohibetur à iure eligendi. Et latè probantur omnia hæc in par. 3. c. 4. à n. 22. vſque ad finem. Et ideo ſi eſt abſens à loco capituli faciendi, debet citari ad mittendum procuratorem (niſi eſſet aliqua conſtitutio, aut conſuetudo in contrarium) ad eligendum ſuo nomine; Dum ſtante impedimento carceris non poteſt conuenire cum aliis capitularibus. Et ſi eſt præſens in domo, in qua ſit electio, debent mitti ad eum ſcrutatores ad recipiendam ſuam vocem, ſicut mittuntur ad infirmariam ad recipiendam vocem vocalium infirmorum, aliàs poteſt electionem infirmare. Si verò ſit iniuſtè detentus in carcere, multo magis poteſt electionem infirmare.

32 Carcerans iniuſtè religioſum incurrit ipſo facto excommunicationem, cap. ſi quis ſuadente Diabolo 17. qu. 14. & cap. ſi Clericos de ſent. excommun. in 6. Rodriq. tom. 2. qu. 16. & 42. art. 2. Hieron. Roderiq. in Compend. reſol. 43. Fr. Anto. à Spir. Sancto de regim. Præl. tract. 4. diſput. 3. num. 43. & ſequentibus. Vbi etiam quod prædictam excommunicationem incurrunt omnes illi, qui manus iniecerunt in religioſum, vt illum caperent, & reducerent ad carcerem, & etiam mandantes, auxilium, fauorem, & con-

& conſilium ferentes, vel ratum habentes.

33 Et carcer iniuſtus eſſe poteſt quatuor de cauſis. Primò, ob defectum iuriſdictionis, & poteſtatis, ſcilicet quando fit ab eo, qui non habet merum imperium in carcerato, vel quia non eſt iudex competens ratione originis, vel domicilii, vel delicti. Megal. verbo carcer num. 8. & 9. vbi limitat duobus modis. Secundò, reſpectu perſonæ, quæ mittitur, quando eſt priuilegiata, idem Megal. n. 14. Tertiò, reſpectu cauſæ, quia quando religioſus non eſt ſuſpectus de fuga, oportet, vt conſtet prius de corpore delicti enormis, per quod infligitur pœna corporalis à iure, & quod etiam ſit conſtitutus poſt quam conſtet ſaltim ſemiplenè de delicto, quando proceditur via accuſationis, vel denũciationis, aliàs eſt iniuſta, ratione ordinis non ſeruati, vt probant Doctor. ſupra citati n. 3. & alii citati à Megal. vbi ſupra n. 15.

34 Et quando proceditur via inquiſitionis, oportet etiam, vt præcedat contra ipſum diffamatio de crimine graui ab eo commiſſo, vt poſſit pro tali crimine in carcerem ad cuſtodiam detrudi; aliàs ſi eſſet carceratus non præcedente diffamatione, diffamatio orta poſt carcerationem, non poteſt iuſtificare ipſam carcerationem, quia eſſet orta ex ipſa detruſione in carcerem. Nauar. in c. inter verba coroll. 62. nu. 691. Sanchez lib. 6. conſil. ca. 3. d. 26. Pelliz. in Manual. tract. 9. cap. 4. n. 59. Et nos latè ſup. par. 3. cap. 8. & ſeq. Poteſt tamen iudex ſtante ſuſpicione fugæ, & diffamatione de crimine ſubditum carcerare; et poſtea probare dictam diffamationem ortam ante carcerationem, vt appareat iuſtificatio carcerationis per acta.

35 Quartò, reſpectu loci, in quo quis detinetur, quia carcer datus ad cuſtodiam non debet eſſe teterrimus, ſed clarus, et humanus. Carcer verò datus ad pœnam dari debet ſecundum qualitatem delicti, et perſonæ, et poteſt eſſe aliquanto obſcurior, arctior, et terribilior, modò ab humanitate non diſcedat, præſertim quando crimina ſola carceris pœna puniuntur. Peyrin. in formul. litt. C. cap. 4. num. 2.

36 Cuſtos carcerum, ſi in diebus, in quibus carceratus iubetur ieiunare in pane, & aqua, alios cibos ei miniſtraret ex compaſſione, peccat mortaliter, & eſt grauiter puniendus. Fr. Anton. à Spirit. Sanct. in direct. tract. 4. diſp. 3. n. 414.

37 Pœna contra cuſtodem carcerum, ſequuta fuga eius, qui de crimine conuictus veniebat puniẽdus; quando fugit ex nimia negligentia cuſtodis, ſeu lata eius culpa erit eadem, qua ipſe conuictus fugitiuus, ex l. ad commentarienſem C. de cuſtodia reorum, Boſſ. tit. de carcer. à num. 10. vſque ad 13. Farinac. quæſt. 31. num. 3. & 4. Sed quando carceratus non detinetur pro aliquo crimine, ſed pro bono regimine; & cuſtos eſt bonæ famæ, pro culpa mittendus eſt in exi-

exilium, vt deciſum refert Sanfelic. deciſ.46.nu.14.

38 Si cuſtos carcerum deferat carcerato literas, vel nuncios, vel permittat aditum exterorum, & cum carcerato, vel carceratis loqui contra prohibitionem ſuperioris, vel quando ponit carceratum in alio loco contra mandatum iudicis dicitur eſſe in dolo, l. non poteſt dolo carere, ff. de regul. iur. Farinac. quæſt.31.n.104.105. & de pœnis temperand. quæſt.89. num. 126. Peyrin. in formula litt. C. cap. 4.nu.5. Sanfelic. dicta deciſ.49.nu. 10. vbi loquitur in propriis terminis, & adducit Cyril. Fulgon. in ſumma crimin. tit. de cuſtod. reor. §.3.nu.5. & refert idem Sanfelic.

39 Quod cuſtodes, qui non obſeruauerunt præceptum, permittendo alloqui cum carceratis, qui in ſecreto detinebantur per trienniũ ad remigandum fuerunt condemnati, à quo præſumpto dolo ratio-

40 ne publici officii nemo, niſi ex iuſtiſſima cauſa excuſatur, dicta l. ad Commentarienſem cum ibi not. per Doctores, Bald. conſ.32. lib.3. Et licet quælibet cauſa etiam iniuſta, & fatua excuſet à dolo vero,

41 l. igitur §.2. ff. de liberal. cauſa l.1. in fine, & ibi Bart. ff. de abig. Hoc tamen non procedit in officio publico, & in dolo præſumpto, in quo ad excuſandum dolum iuſtiſſima cauſa requiritur. Sanfelic. vbi ſupra n.11. ex Cabal. de omni gener. homicid. n.317. & lata culpa dolo æquiparatur in cuſtode carceris. Farinac. dicta qu.31.n.4.

42 Et contra cuſtodem carcerum tria ſpecialia notat. Gramm. voto 29. in fine. Primum, quod præſumitur culpa. Secundum, quod non liberatur exhibendo carceratum. Et tertium, quòd tenetur pœna, qua ipſe carceratus fugitiuus, & Sanfelic. dicta dec. in fine. Addit quartum, quod ad excuſandum requiritur iuſtiſſima cauſa. Et poteſt addi quintum, quod ſola negligentia eſt punienda, quamuis carceratus non aufugerit. Farinac. vbi ſup. n.80. & 81.

43 Cuſtos carcerum, quando carceratus fugit à carceribus, & ignoratur modus fugæ debet torqueri, vt indicet modum fugæ. Farinac. quæſt.31.nu.110. Sed quando modus fugæ patet, non deuenitur ad torturam, ſed diſcutiendum qua pœna veniret plectendus. Sanfelic. 46. nu.1.

44 Habilitatus tenendo domum loco carceris, dicitur carceratus, gloſ. in verbo non poſſint, & in l. in eadem ff. ex quib. cauſ. maior. Anna conſ.140.n.11. Sanfelic. deciſ.2.nu. 20. & 21.

45 Carcerum effractor poteſt in abſentia condemnari, quia pro confeſſo habetur, & contra ipſum poteſt ferri ſententia, tamquam confeſſum de crimine, de quo imputabatur condemnari, ita poſt Grill. in tract. de relaxat. carcerati ſub tit. de fuga nu.12. Caſon. poſt tract. de indic. & torm. in quæſt. ca.9. rubr. de captura, & carceratione nu.27. Gramm. conſ.57. n.3. Viu. comm. opinio. verbo fugiens à carcere publico n.2. Maſcard. de probatio. lib.1. concl.266. num.3. & 4. Ricc. dec.

deciſ.65.par.3 num.2.& 3.& nu.4. Subdit, quod ſi carceratus effracto carcere aufugit, & denuo capiatur, poteſt tamquam confeſſus condemnari, ex Maſcard.dicto num.4.

46 Et carcerum fractores ad effectum fugiendi fuerunt per Curiam Archiepiſcopalem Neapol. condemnati ad remigandum per decennium in triremibus vltra pœnam delicti, pro quo prius detinebantur carcerati, refert Nouiſs. in ſua praxi cap.40.Ricc.deciſ.100 nu.1.

47 part.2. Et carceratus, qui fregit carceres, & iam exibat, ſi fuerit captus habetur, tamquam aufugiſſet, ex Boer.deciſ.215. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 301. Bertaz. conſ.35.volum.1.Duen.reg.232. & Maſcard.concl.4.vol.2.Grillant.de relax.carcerat.quæſ.4.Gram. dicto conſ.57.nu 4.Alex.conſ.144.vol.2.

48 Nam carcerum effractores pro confeſſis habentur, l.1.ff.de effrac. Foller. in prax. crimin. in verbo,& ſi confitebuntur. Grallan. quæſt.4. Gram.dicto num. 4. Alexan. dicto conſ. 44. Ricc. dicta deciſio. 100. num.1.

49 Si compilato proceſſu, & probato ad minus ſemiplenè delicto, reus non poſſit citari, nec perſonaliter, nec realiter, & per conſequens, nec poſſit interrogari, quia ſe abſentauit, & fugam arripuit, tunc citari debet in domo ſolitæ habitationis, & in valuis Eccleſiæ maioris, ſi eſt Clericus, vel in cubiculo ſolitæ habitationis, & in valuis refectorij, ſi eſt religioſus, & ſi non compareat, poſt terminum aſſignatum in citatione ob hanc contumaciam iudicialem (quicquid dicat P.Bictus qu.131.nu.18.) tamquam confeſſum, & conuictum poteſt condemnari, iuxta conſuetudinem totius Italiæ, de qua teſtantur Farin.qu.19.& conſ.14. nu. 3.Clar.qu.44 per totam.Burg.de modo proced.ex abrupt.cent.1.qu. 49.Cabal.qq.crim.caſu 269.Et de

50 conſuetudine ſufficit vna citatio, quæ debet continere tempus 30. dierum, ſecundum Scac. lib.1.de iudic.cap 43.num.10. Guazzin.de-fenſ.10.cap.1.num.12. quorum decem dies pro primo, decem pro ſecundo, & decem pro tertio, & vltimo peremptorio aſſignantur, & demum termino elapſo condemnatur, & ita loquendo quoad regulares aſſerit Bordon.in praxi crim. cap.65.num.7. ſed Megal. in ſua praxi cap. 4. num.25. dicit, quod tempus aſſignandum abſenti eſt arbitrarium, arbitrio tamen ita regulatum, vt citatus veriſimiliter venire poſſit.

Forma citandi reum abſentem per edictum.

51 Die N. Menſis N. anni N. Nos Abbas N. tenore præſentium mandamus, & expreſsè præcipimus tibi Frat.N. vt infra dies 15. proximè futuros ab executione præſentium numerandos, quorum dies, quinque pro primo, alios vero quinque pro ſecundo, poſtremo alios quinque pro vltimo, & peremptorio termino, coram nobis perſonaliter teipſum præſentare, & ad parendum noſtris mandatis com-

parere debeas, ſub pœna confeſſorum criminum, de quibus imputaris, necnon ad reſpondendum ſuper his, de quibus fueris à nobis interrogatus, in cauſa proceſſus contra te fabricati de (inſeritur delictum, vel delicta) prout in actis, & ad allegandum, & deducendum quidquid allegare, & deducere poteris pro tua excuſatione, exculpatione, & defenſione. Et volumus præſentem citationem tibi perſonaliter ſi repertus fueris, præſentari, & intimari, ſin autem in cubiculo tuæ ſolitæ habitationis, & in valuis refectorij dimiſſis, & affixis ibidem copiis. Illamque citationem ſic executam ita ſe arctare, & afficere ac ſi perſonaliter, & magis legitimè executa foret, certificantes nihilominus te, quod ſi in dicto termino, & trina, ac canonica monitione tibi facta non comparueris, tamquam contumacem, conuictum, & confeſſum contra te procedemus omni meliori modo. In quorum fidem, &c. Datum in noſtro Monaſterio, &c.

Fr. N. Abbas.
Fr. N. Actuarius.

Relatio citationis, & executionis.

52 Fidem facio ego Fr. Actuarius, qualiter ſupradicta citatio fuit publicata, in Monaſterio N., & illius copia affixa in valuis cubiculi Fr. N. ſuæ ſolitæ habitationis, nec non in valuis Refectorij eiuſdem Monaſterii. Die N. &c.

Ita eſt Fr. N. Actuarius.

Si citatus comparuerit, mancipetur carceribus, & tempore opportuno examinetur, & in actis conſtet eius comparitio, his verbis.

53 Comparuit Fr. N. de N. qui fuerat citatus, vt patet per edictum ſupra in actis regiſtratum, & in carceribus, ſe conſtituit paratus obedire mandatis Adm. R. P. Abbatis.

Si non comparuerit infra tempus præfixum tamquam contumax condemnatur, & elapſo termino, Actuarius faciat fidem de contumacia, & elapſo altero die, citatur ad audiendam ſententiam contra eum ferendam, intra ſpacium, (exempli gratia) trium dierum.

Decretum citandi contumacem ad audiendam ſententiam.

54 Cum nos te Fr. N. de N. citauerimus, prout in actis apparet, ad reſpondendum ijs, quæ contra te obijciuntur in Proceſſu per nos fabricato die, &c. Et elapſo termino citationis, non comparuiſti, vti inobedientem, & contumacem, te de nouo citamus auditurum ſententiam definitiuam, quam contra te ferre, & legere intendimus, die N. monendo te, ſiue compareas, ſiue non, qualiter vti conuictum, & confeſſum condemnabimus in pœnas tibi de iure debitas, pro delicto de quo contra te conſtat in dicto Proceſſu. Datum, &c.

Subſcribantur Iudex, & Actuarius, & affigatur hæc citatio in dictis valuis dicti cubiculi, & refectorij.

Fidem facio ego Fr. N. Actuarius qualiter ſupradicta citatio fuit affixa in cubiculo ſolitæ habitationis

nis Frat.N. & in valuis Refectorij eiuſdem Monaſterii, &c.

Adueniente die præfixo in citatione, & non ante, nec poſt, iudex ferat ſententiam præſentibus ad minus duob. teſtibus, & omnes ſubſcribunt ſimul cum Iudice, & Actuario.

Forma ſententiæ contra contumacem.

55 In nomine Domini,&c. Chriſti nomine inuocato Nos P.N.Abbas, &c. Cum fabricauerimus proceſſum contra Fulanum denunciatum (accuſatum, vel inquiſitum ex officio noſtræ Curiæ fama publica præcedente, & clamoroſa inſinuatione ſubſequente) de eo, & ſuper eo,quod anno N. menſe N. die N. fecit inſultum contra N. in Refectorio Monaſterij N. & manu vacua in facie ipſum percuſſit, (vel quod animo furandi, &c. furatus fuit de Monaſterio N. hoc,& hoc) de quo delicto in proceſſu contra eum fabricato eſt ſufficienter indiciatus, quem ſtante fuga non potuerimus citare perſonaliter,& citari, & moneri fecimus in cubiculo ſolitæ habitationis, & in valuis Refectorii, vt coram nobis compareat ad ſe allegandum, & defendendum, & excuſandum à dicta denuncia, (accuſatione, vel inquiſitione), & ab aliis, de quibus denunciatus fuit, aſſignato ei tempore debito, & congruo, intra quod, nec vltra illud comparuit, ſed potius mandatum noſtrum habuit in contemptum, vnde ipſum habuimus pro conuicto,& confeſſo propter eius contumaciam, & inobedientiam tandem citari eum fecimus ad audiendam ſententiam cõtra eundem ferendam, ac legendam die N. prout hæc, & alia in actis noſtræ Curiæ plenius continentur. Quapropter dicimus, pronunciamus, & definitiuè dictum Fulanum condemnamus in exiliũ per ſeptem annos, in Prouinciam N. itaut dies penè tunc incipiat quando,verè,& realiter à condemnato, executa dicta pœna fuerit. Datum,&c.

Sequuntur ſubſcriptiones.

PARS QVINTA.

De Interrogatione Reorum.

CAP. I.

De exceptionibus dilatorijs, & declinatorijs, proponendis à querelato antequam reſpondeat Iudici interroganti.

SVMMARIVM.

1 *Citari debet perſonaliter delinquens, vt compareat coram iudice, quando poſt delictum non arripuit fugam.*

2 *Delinquens antequam conſtituatur, & inter reos ponatur poteſt ſe defendere, & proponere ſuas exceptiones dilatorias, vel declinatorias.*

3 *Exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ ſunt in triplici differentia, & num. 4.*

5 *Litis conteſtatio precludit viam exceptionibus dilatorijs, & declinatorijs. Quæ propoſitæ, & probatæ ante litem conteſtatam, impediunt litis ingreſſum, & n. 6.*

7 *Exceptio recuſationis debet proponi ante litem conteſtatam, & ante omnes alias exceptiones dilatorias, & num. 8.*

9 *Conſentit in iudicem, qui illum elegit, & qui coram illo comparet, & qui nenſe opponit de ſuſpicione, & num. 10. 11. & 12.*

Et quando conſentire non cenſetur, num. 13. 14. 15. & 16.

17 *Exceptio recuſationis coram quo eſt allegauda, & probanda.*

18 *Suſpicionis cauſæ recenſentur, & num. 19.*

20 *Suſpicionis cauſa ſufficit, vt veniat culpa recuſantis, dummodo veniat ante litem conteſtatam, aut conſenſum in iudicem.*

21 *Suſpicionis cauſa debet eſſe iuſta, legitima, & rationabilis.*

22 *Suſpectum, an poſſit iudex recuſare in notorijs criminibus.*

23 *Suſpicionis allegatio, quando præſumitur calumnioſa.*

24 *Praxis traditur circa iudicis recuſationem in criminalibus.*

25 *Iudicis recuſatio inter ius ciuile, & Canonicum differunt, & n. 26.*

27 *Praxis recuſandi iudicem ſecundum ius Canonicum.*

28 *Recuſatio, quando eſt à iudice admittenda, vel reijcienda.*

29 *Iudex recuſatus quid facere poteſt, & debet poſt recuſationem, cũ ipſo recuſan-*

cuſante, & cum arbitris, & num. 33. & 49.

30 *Arbitri à quo ſunt eligendi?*

31 *An poſſint compelli à Iudice recuſato, vt ſuſcipiant arbitrium.*

32 *An poſſint eſſe laici in cauſis regularium, vel religioſi alterius religionis.*

34 *Iudex recuſatus, quando poteſt reaſſumere ſuam iurisdictionem, & quando non?*

35 *Quando poteſt cauſam alteri delegare, & quando non?*

36 *Suſpicionis cauſa, in tribus caſibus, coram arbitris non tractatur.*

37 *Suſpecto ſuperiore, ſunt ſuſpecti omnes alij miniſtri.*

38 *Iudex poſt recuſationem, an validè, vel inualidè procedat?*

39 *Iudex an poſſit recuſari poſt concluſum in cauſa, aut poſtquam ſententia ſit ſubſcripta? & n. 40.*

41 *Geſta per Iudicem recuſatum, ante recuſationem ſunt valida.*

42 *Fratres vnius Monaſterij, an praetextu ſuſpicionis poſſint impedire ſuperiorem, ne viſitet Monaſterium.*

43 *Suſpectus non poteſt recuſari ſuperior regularis, niſi quando procedit formato proceſſu.*

44 *Suſpectus quando poteſt recuſari Praelatus regularis?*

45 *Appellatio datur à ſententia arbitri in cauſa recuſationis.*

46 *Iudex offenſus cauſa officij, vel dignitatis, poteſt ipſemet cognoſcere de offenſione.*

47 *Recuſationis, & appellationis remedio, qui vti poteſt electo vno remedio, ab eo incipi debet.*

48 *Recuſato vno ex iudicibus inſolidum coram alijs, quomodo interloqui ſolet.*

49 *Forma conſtituti, in quo Iudex recuſatur ſuſpectus.*

50 *Forma recuſationis.*

51 *Forma praefigendi terminum arbitris à Iudice recuſato, ad cauſam ſuſpicionis finiendam.*

52 *Forma appellationis, à reiectione recuſationis.*

53 *Forma ſententiae arbitrorum in cauſa recuſationis.*

54 *Exceptio incompetentiae eſt duplex.*

55 *Exceptione incompetentiae, non obſtante iudex poteſt procedere in cauſa, ſi pars non appellat, quando iuriſdictio eſt prorogabilis.*

56 *Iudex ſi tacitè, vel expreſsè ſe declarat competens pars an, & quando poteſt appellare, & n. 57.*

58 *Arbitri non eliguntur ſuper exceptione incompetentiae.*

59 *Prouincialis extra ſuã prouinciam, an poteſt exercere ſuam iuriſdictionem contentioſam cum ſubditis?*

60 *Epiſcopus extra diœceſim, an, & quando poteſt exercere ſuam iuriſdictionem contentioſam cum ſubditis.*

61 *Prouincialis cum ſuis ſubditis habet iuriſdictionem, ſicut Epiſcopus cum ſuis.*

62 *Prouincialis extra ſuam Prouinciam cum ſuis ſubditis, conſentiente Prouinciali alterius Prouinciae, an poſſit exercere iuriſdictionem contentioſam ſubditis nolentibus, & num. 64.*

63 *Delegatus Papae extra Diœceſim non poteſt ius dicere inuitis partibus.*

65 *Prouincialis, quando poteſt extra ſuã Prouinciam exercere iuriſdictionem contentioſam? Et n. 66.*

67 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ratione loci, ſed Prouincialis*

lis respectu perſonarum independenter à loco.

68 *Prouincialis extra Prouinciam poteſt ferre ſententiam contra ſubditos exiſtentes in Prouincia.*

69 *Sententiam ſolam proferre in aliena Prouincia, non perturbat illius iuriſdictionem.*

70 *Prouincialis in aliena Prouincia poteſt multa facere, & quæ ſunt declarantur.*

71 *Prouincialis poteſt punire ſubditum reuertentem in propriam Prouinciam pro delicto commiſſo extra Prouinciam.*

72 *Prouincialis, an poſſit ferre ſententiam contra ſuum ſubditum, qui deliquit in ſua Prouincia, ſed nunc reperitur, extra illam.*

73 *Prouincialis, an poſſit ferre cenſuras contra ſubditos exiſtentes extra Prouinciam per ſententiam generalem.*

74 *Prouincialis, an poſſit præcipere ſubdito peregrinaturo ſub aliqua pœna, ne alia Prouincia, quam petit faciat aliqua à ſe prohibita.*

75 *Hoſtes poteſt puniri à ſuperiore Prouinciæ, vbi deliquit, & quid ſi ſtatim aufugit.*

Et n. 76.

77 *Priuationis pœna inflicta Hoſpiti delinquenti debet exequi in propria Prouincia.*

78 *Fur ſi per tranſitum reperiatur in aliqua Prouincia, cum re furata debet ibi carcerari.*

79 *Exceptio excommunicationis eſt anoloma.*

80 *Excommunicatus vitandus priuatur vſu iuriſdictionis, & ſententia eſt nulla, etiamſi cum alijs non excommunicatis iudicet.*

81 *Excommunicatus vitandus, ſi ſe conferat in alium locum, vbi non habetur pro excommunicato, eius acta valent.*

82 *Excommunicatus toleratus, ſi ſubditi volunt validè iuriſdictionem exercet.*

83 *Arbitri excommunicati non poſſunt validè ſententiam ferre.*

84 *Delegatio expirat excommunicato delegante re integra, ſecus re non integra.*

85 *Sententia Vicarij eſt nulla excommunicato Epiſcopo.*

86 *Forma exceptionis contra Iudicem excommunicatum.*

1 Dictum eſt ſupra in vltimo capite ſuperioris part. quartæ, quid faciendum ſit à iudice, ſi delinquens poſt commiſſum delictum fugam arripiat; Nunc verò agere debemus de his, quæ facienda ſunt, quando poſt delictum commiſſum delinquens non fugit. Nam ſuppoſito proceſſu prius legitimè formato, & probato ſaltim contra eum ſemiplenè delicto, ſi non eſt ſuſpectus de fuga, citari ante omnia debet perſonaliter ad reſpondendum, quæ citatio dicitur legitima vocatio facta de mandato iudicis per eius nuncium perſonæ, quæ relatæ, vel inquiſitæ;

vt

vt compareat coram eo Iudice ad reſpondendum in iudicio ſuper ijs, de quibus interrogabitur, & eſt ita de ſubſtantia iudicii, vt omiſſa vitiat proceſſum, & omnia ſecuta ex eo, de qua citatione loquitur text. in Clement. ſæpe de verb. ſignific.

Et omitti non poteſt etiam in cauſis, in quibus de plano proceditur. Obſeruatur tamen apud Regulares, quod non citetur, quæ relatus in forma iuridica; ſed tantum Prælatus eum vocat, ſi exiſtit in eodem Monaſterio, per aliquem Fratrem internuncium, & ſi eſt abſens vocat per ſimplicem Epiſtolam, nulla tamen intimata ipſi cauſa contra eum in proceſſu contenta, ita de hac obſeruantia teſtatur Pat. Bouer. in director. part. 2. capit. 34. Quo vocato, & coram Prælato comparente poteſt interrogari ſuper his, quæ contra eum continentur.

2 Cui interrogationi, ſi ipſe reſpondet, ſtatim dicitur conteſtata lis, & nomen eius receptum inter reos, Clar. quæſt. 14. verſic. ſed hic. Sed ſi habet cauſam veram, & legitimam ſe defendendi, & vult ſe defendere proponendo exceptiones dilatorias, & declinatorias defendere ſe poteſt, & huiuſmodi exceptiones, quæ tantum proponuntur ante litem conteſtatam dicuntur temporales, quia non opponuntur, vt actionem perimant; ſed vt principale negotium differant.

3 Et ſunt in triplici differentia: quædam reſpiciunt perſonam iudicis, & dicuntur declinatoriæ fori, ſeu exceptiones incompetentiæ, ſcilicet, quod Iudex caret iuriſdictione, vel eſt incompetens, vel quod eſt ſuſpectus. Et ſi eſt delegatus quod non præſentauit commiſſionem; vel quod delegans ante præſentationem literarum, fuit mortuus; vel quod in cauſa non poteſt procedere ſolus, & quid ſimile.

Quædam reſpiciunt libellum accuſatorium in criminalibus, prout ſi accuſator eſt inimicus, vel alia de cauſa inhabilis ad accuſandum; vel quod non ſe ſubſcripſit, & ad talionis pœnam obligauit.

Nam ſubſcriptio ad pœnam talionis de iure Canonico eſt facienda, c. quiſquis 11. quæſt. 18. c. licet Heli, extra de Simonia; & ſi accuſator non ſe ſubſcribit ad pœnam talionis, poteſt repelli parte opponente, antequam nomen rei, ſit receptum inter reos, l. qui crimen Cod. qui accuſar. non poſſ. leg. final. ff. de priuat. delict. Roman. conſil. 451. Gandin. tit. de filiofamil. num. 316. Poteſt etiam accuſatus excipere, quod libellus eſt ineptus, & obſcurus, vel quod tamquam accuſatus non poteſt in præſenti caſu, reaccuſare; vel (ſi procedatur via inquiſitionis), quod proceſſus non fuit formatus diffamatione præcedente, & quod caret ſubſtantialibus, & huiuſmodi.

Quæ-

Quædam reſpiciunt cauſam ip-
ſam, vt puta, ſi de eadem cauſa,
ſeu de eodem delicto fuit jam diffi-
nitiuè abſolutus, vel condemna-
tus; aut quod lis pendet, & ſic de
ſimilibus. Maranta in ſpecul. par.
6. membr. 9. Aſin. in pract. §. 13. ca.
1. & 2. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 101.
Guaz. defenſ. reor. 1. cap. 8. Item
etiam poteſt excipere de præſcri-
ptione, ob quam non poteſt mole-
ſtari, vel quod habuit gratiam a
Principe, & huiuſmodi. Et iſtæ
4 exceptiones dilatoriæ, & declina
toriæ regulariter opponi debent
ante litem conteſtatam, l. exceptio-
nem C. de exception. Marant. in
ſuo Specul. par. 6. membr. 9. num. 8.
Aſin. in pract. §. 3. c. 1. nu. 17. Scacc.
5 dicto cap. 101. num. 2. Quia conte-
ſtatio litis præcludit viam exce-
ptionibus dilatorijs, l. Pomponius
§. ratihabitionis, & ibi gl. & Bart.
& Paul. de Caſtr. num. 2. & 7. ff. de
procur. Specul. tit. de lit. conteſt. §.
Effectus autem nu. 2. par. 2. Marant.
in Specul. par. 6. memb. 10. num. 15.
Vant. de nullit. rubric. qualiter, &
quib. mod. ſent. n. 37.

6 Et oppoſitæ ante litem conte
ſtatam impediunt litis ingreſſum,
cap. Paſtoralis de reſcript. ca. inter
Monaſterium de ſent. & re iudicat.
Cæpol. conſ. 62. num. 1. & ſeq. Aſin.
dicto §. 13. cap. 9. num. 27. Cumia
ſuper ritu cap. 42. num. 6. Dummo-
do probentur. Bald. & Paul. de
Caſtr. in l. exceptionem Cod. de
probat. num 4. Sunt enim non ſo-
lum proponendæ, ſed etiam pro-
bandæ ante conteſtatam litem, di-
cto c. Paſtoralis, & c. inter Mona-
ſterium; Vnde Iudicis recuſatio cũ
ſit etiam exceptio dilatoria, ſeu
declinatoria, ante litis conteſta-
tionem opponi debet, l. apertiſſimi
C. de iudic. l. fin. C. de excep. Couar.
pract. qq. cap. 26. nu. 1. in fine. Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 953. num.
34. Bertaz. conſ. 8. num. 5. vol. 1. Ca-
ualcan. de Brach. reg. par. 3. nu. 327.
Rota diuerſ. deciſ. 2. num. 2. par. 2.
& alii quos cumulat Barb. in coll.
ad dict. cap. cum Monaſterium n. 2.
Et in cauſis ſummariis, & crimi-
nalibus, in quibus lis non conteſta-
tur, debet ſicut aliæ declinatoriæ
proponi, & probari ante primum
actum, qui ſolet fieri poſt litis con-
teſtationem, ſcilicet antequam
delinquens interrogetur, & ſuper
delicto reſpondeat, vt dictum eſt
ſupra, ita Anton. Nigr. ſuper conſt.
Regn. cap. 227. num. 15. Carauit. ri-
tu 265. num. 10. Marant. dicto part.
6. verbo appellatio nu. 74.

8 Imò debet hæc exceptio opponi
ante omnes aliàs exceptiones dila-
torias, & declinatorias. Innoc. &
Bald. in dicto c. inter monaſterium.
Abb. ibidem n. 5. 6. & 7. Felin. nu. 4.
Caſtre. in l. ſi conuenerit num. 3. ff.
de iuriſdict. omn. iudic. Becc. conſ.
22. n. 4. Tuſc. ver. Iudex concl. 423.
num. 2. Iacob. Laur. de iudice ſuſpe-
cto cap. 14. num. 2. verſ. eandemque
Rot. diuerſ. deciſ. 2. num. 3. part. 2.
Maſcard. de probat. dicta concluſ.
153. num. 34. Farinac. fragm. crim.
par. 2. verbo iudex num. 898. Scac.
de iudic. cap 101. num 8. Et ratio
eſt; quia dum ſemel in iudicem
conſenſit, & approbauit, & illius
iuriſdictio eſt prorogabilis, non
po-

poteſt deinde illum vti ſuſpectum recuſare; & ab illius iuriſdictione ſe eximere. Felin. dicto nu. 4. Becc. dicto conſil. 22. Cum. dicto ritu 42. num. 10. Farin. deciſ. 531. nu. 2. par. 1. Et opponendo aliam exceptionem dilatoriam tacitè conſentit, & approbat iudicem, requirendo eum, vt ſuper eam pronunciet. Bar. & Bald. in dicta l. ſi conueneris nu. 1. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Scacc. dicto cap. 101. num. 8. cum aliis ab eo citatis. Imò opponendo exceptionem recuſationis poſt alias exceptiones, videtur calumnioſa ad euitandum iudicium.

9 Quia non ſolum videtur conſentire in iudicem, qui illum eligit, vel impetrat, itaut non poſſit illum poſtea recuſare; vt dicunt Hoſtiens. in cap. inſinuante num. 6. de officio deleg. Butr. ibi n. 19. Bellam. nu. 1. verſic. ſecundo opponit. Zabarel. col. fin. & in l. apertiſſimè C. de iudic. & ibi Caſtr. num. 9. Iaſon. num. 1. Marant. dicta par. 6. num. 53. & 56. Tuſc. litt. S. concluſio. 907. num. 17. & litt. I. conclus. 422. num. 13. Iaco. Laur. de iudice ſuſp. cap. 5. num. 2 Sicut ille qui coram iudi-
10 ce recuſato poſt recuſationem compareat, & litem proſequitur, d. c. inter monaſterium, vbi Doctores de re iudic. c. gratum de off. deleg. c. ſolicitudinem de appel. Marant. in Spec. par. 2. actu 2. de appell. nu. 35. Put. deciſ. 380. lib. 1. & dec. 318. lib. 2. Mohed. deciſio. 2. de iudic. Seraphin. dec. 628. num. 3. parte 1. Et refert deciſio. in vna Tridentina decimarum 21. Iunij 1610. Marches. de commiſſ. tom. 2. de iudice ſuſpecto §. 1. in deciſionibus ibi impreſſis. Scac. dicto cap. 101. num. 19. Barbos. in vot. deciſo. quarta num. 105. & 106. Cum tunc videatur recedere à recuſatione, etiam ſi fecerit prius proteſtationem de non comparendo; niſi ſemper, & in omnibus actibus eam repetat; Barbos. ibidem, ex Marcheſa. dicto tit. de iudice ſuſpecto par. 2. cap. 8. §. 1. num. 74. & §. 2. nu. 26. & ſeq.

11 Sed etiam ille, cum quo conteſtatur lis, & non ſe opponit de ſuſpicione ante litis conteſtationem, quo in caſu expreſſum in iudice operatur conſenſum. Barbos. ibi per l. ſed etſi ſuſceperit ff. de iudic. l. nemo Cod. de iuriſdict. omn. iud. leg. fina. Cod. de except. Sicut pariter ille, qui citatus à iudice comparuit, & nullam propoſuit recuſationem, dicto cap. inſinuante de officio deleg. Franch. in cap. ex parte de appell.

12 Et comparendo, & alias exceptiones non proponendo, videtur approbare perſonam iudicis, quam poſtea recuſare non poteſt. Barbos. vbi ſupra, ex Scac. dicto num. 8.

13 Limitant tamen Doctores ſupra dictam communem concluſionem. Primò, quando cauſa recuſationis de nouo ſuperueniſſet, quo caſu poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam. Abb. in dicto cap. inſinuante num. 10. Butr. n. 19. Felin. in d. cap. cum ſpeciali num. 17. & ibi Dec. num. 9. de except. Couarr. dicto ca. 26. nu. 2. Theſ. Pedam. dec. 295. num. 3. Tuſc. litt. S. concl. 907.

num.17.Scacc.dicto ca.101.nu.10. Declarant tamen dummodo non ſuperueniſſet facto ipſius oppo nentis. Bart.in l.2.§.numerum ff.de excuſ. tutor. Marant.dicto part.6. membr.9. num.8. Scac. vbi ſupra num.11.Farin.dicta deciſ.531.Sanchez in opuſc.lib.6.c.8.dub.3.num. 19. Quia tunc reportaret commodum de culpa, & dolo ſuo; Et ideo non eſt admittenda,Marcheſ.dicto §.1.n.36.

14 Limitant ſecundò,quando hanc exceptionem, & alias dilatorias, propter ignorãtiam omiſiſſet reus opponere ante litis conteſtationem. Felin.in cap. paſtoralis n.17. de elect. & ibi Dec.num.9. Gail.in pract.lib.1.obſeruat.33.num.11.Et ſufficit, quod de nouo veniat ad notitiam, quamuis de nouo non emergat. Portel. in dub.reg.verbo appellare nu.5. Paſqualig.deciſio. 351. Ioſeph. à S. Maria in tribun. relig tract.4.cap.20.n.3. Nald. in ſumma verbo Iudex n.17. Paſqual. deciſ.350.& ſeq.Lezana tom.quar. to verbo recuſatio iudicis regularis n.6. Debet tamen recuſans iurare, quòd illam ignorabat ante litis conteſtationem. Felin.vbi ſupra. Couar.dicto cap.26.nu.2.Portel.vbi ſup. n.15.Maſcard.d.concl. 953.n.35. Imò,quod in hoc præſumitur ignorantia, niſi probetur ſcientia, dicit Verall.deciſ.7.nu.4. par.3. Sed intelligi debet, quando ex facti qualitate adſunt de ignorantia vehemẽtes præſumptiones, vel ignorantia veriſimilis. Idem deciſ.19.nu.2.& 3.de dolo, & contumacia in nouis, Dec. conſ.256. num.9. Quæ ignorantia debet eſſe ignorantia facti, non iuris, gloſ.in dicto cap. paſtoralis de except. in verbo poſtmodum, Paſqualig.dec. 351. num.4. Si verò ante litem cæptam habebat notitiam de cauſa ſuſpicionis, non poteſt iudicem recuſare. Innoc. in dicto cap. inſinua nte n.2.Hoſtienſ.n.6.Anchara. n.2.in 2.notab. Butr.nu.6.in 4.notab. Abb.n.9.Felin.n.11.Imol.nu.2. Burſ.conſ.21.n.27.Pacian.de prob. lib.2.cap.41.n.13.Tuſc.dicta litt.S. concluſ.909. nu.3. Scac. de appell. qu.11.n.52.

15 Limitãt tertiò, quando hæc exceptio recuſationis eſſet appoſita ſimul cum aliis exceptionibus dilatoriis, licet eſſet ſcripta in vltima parte cedulæ. *Felin.in dicto ca.* inter Monaſterium n.5. Scac.dicto cap.101.num.9.Anton.Nigr.dicto cap.217.n.27.

16 Limitant quartò, quando excipiens proteſtatus eſſet non conſentire in iudicem, vel citra conſenſum in iuriſdictionem, niſi quatenus iuris eſſet, vel quatenus de iure teneretur. Bald.in dicto cap. inter monaſterium n.8. Abb.in c.Cumana n.9.extra de elect.Anton. Nigr. vbi ſupra n.30. Quæ proteſtatio in quolibet actu repetenda eſt; Et omiſſa proteſtatione in vna comparitione tollitur ſuſpicio. Rot. Roman.deciſ.901.par.3.lib.3.Put.dec. 380.lib.1.& dec.218.lib.2. Mohed. deciſ.2.de iudic.Seraph. deciſ.688. nu.3.part.1. Et ſi quis poſt oppoſitam recuſationem litigat coram iudice recuſato, videtur renunciare recuſationi. Pãnorm.in ca.inter mona-

monaſterium de re iudic. num. 8. Felin. num. 110. Marant. dicta par. 6 tit. de appellat. nu. 75. Lezana dicto verbo recuſatio iudicis num. 3. Quia iudex per recuſationem non priuatur iuriſdictione, ſed remanet ſuſpenſa donec decidatur articulus. Et ideo ſi pars conſentit in iudicem expreſsè, vel tacitè per comparitionem, exceptio recuſationis cenſetur renunciata, & articulus ſuſpenſionis non videtur amplius pendere, & ita videtur dicere, Franc. in cap. iudex nu. 2. de officio deleg. in 6. Sanchez dicto dub. 3. nu. 3. Gratian. diſcept. for. ca. 100. n. 27. Barboſ. in collect. ad c. gratum de officio deleg. & clauſ. 20. Rota dec. 563. par. 1. diuerſ.

17 Hæc exceptio recuſationis eſt alleganda coram ipſo iudice, qui allegatur ſuſpectus, vel corā ſuperiore, & tunc eſt illi notificanda, & inhibendum; aliàs, ſi ipſi non notificaretur; proceſſus, & ſententia tenerent. Triuiſ. deciſ. 51. in princ. lib. 1. & cauſæ recuſationis debent eſſe expreſſę, quas recuſans probare debet; quibus non probatis iudex remanebit.

18 Cauſæ ſufficientes ad iudicem ſuſpectum recuſandum non poſſunt, ita breuiter numerari. Specul. in tit. de officio deleg. in 6 enumerat 40. cauſas, & etiam 40. enumerat Pariſ. de Put. de ſyndic. in verbo appellatio n. 28. Pariter 40. enumerat Marant. in Specul. in 2. actu principali, & 40. etiam enumerat Borgn. deciſ. 28. num. 214. Conrad. in pract. tit. de except. ponit 50. cauſas, Card. Alex. in cap. poſtremo ponit 90. cauſas, Firm. in repet. in verbo iudex enumerat 60. cauſas, Ripa obſeru. 197. recenſet 84. cauſas, ad quos nos remittimus, & tantum paucas ſequentes recenſemus, quia magis frequenter occurrere ſolent.

Et primò, omnis cauſa, quæ ſufficit ad allegandum teſtem ſuſpectum, multo magis ſufficit ad allegandum ſuſpectum iudicem: Quia facilius repellitur iudex à iudicando, quam teſtis à teſtificando. Tuſc. litt. S. concl. 908. nu. 11. Maſcard. de probat. concl. 953. n. 18.

Secundò, inimicitia etiam non grauis, & ſolum probabilis in ſpecie tamen allegata, ſufficit. Francus in dicto cap. poſtremo cauſa 22. de appellat. Capyc. dec. 138. nu. 3. Carauit. rit. 265. n. 33. Tuſc. dicta concl. 908. n. 13. Farin. in fragm. dicto verbo iudex à nu. 862. & ſeqq. cum aliis ab eo citatis, & recuſari poteſt etiam reconciliatus de recenti, Marant. dicta par. 6. verbo appellatio n. 60. Maſcard. d. concl. 953. n. 18. Vel confederatus cum inimico. Farin. vbi ſupra num. 875. Sed ſi quis cauſam dediſſet inimicitiæ malitioſè, vt iudicem tanquam ſuſpectum repelleret, ſecus eſſet. Aufr. de recuſa. cauſa 35. Sanfelic. dec. 81. nu. 3. par. 1. vbi citat etiam Rebuffum.

Tertiò, compatriota vnius partis poteſt etiam vt ſuſpectus recuſari; Anton. Nig. dicto c. 217. n. 38. Marant. vbi ſupra nu. 39. Si ita tamen videatur Iudici, conſiderata qualitate perſonarum, Franc. vbi ſupra num. 20.

quibus cauſis in princip. Franc. d. num.20. Marant.num.66. vel eſſet corruptus prece, vel pretio. Franc. dicto n.20.cauſa 28.

Decimotertiò, ſi iudex eſſet indiſcretus, quia poſſet recuſari ſicut ſi fuiſſet iniquus. Marant. vbi ſupra num.69.ex Bald.ab eo citat.

Decimoquartò, ſi quis vti iudex in alia cauſa ſimili iudicauit. Maſtrill.dec.151.nu.19. Giurb.dec.99. num.12. Secus, ſi ſicuti aduocatus aliam cauſam ſimilem alias defendit. Sanfelic.dec.72.à nu.6. & ſeqq. par.1. vbi fuit deciſum, quod interueniat.

Decimoquintò, ſi iudex non vult audire aduocatum in cauſa. Marant.ibidem num.72. Guaz.defenſ.reor.1.c.21. n.49.

Decimoſextò, ſi contra me aliàs pronunciauit, & ab eius ſententia appellaui, gloſ.in dicto ca. poſtremo in verbo conſanguineus, vers. item ſi ab ipſo. Propoſ. ibi nu.11. cauſa 44. & 45. Menoch.de arbitr. caſu 221. à num.1. Scac. de appell. quæſt.17.limit.47.num.4. Tuſc.litt. S.concl.908.num.30. Grauamine etiam non probato, cap.ad hæc el primo de appellat. & ibi Franc.nu. 13. Barbos. ibidem in collect.doct. num.1.& 2.& in cap. poſtremo nu. 11. de iure Canonico, non ciuili. Sanfel. dec.88. par.1.

19 Sed appellatio in vna cauſa, non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, in aliis cauſis, dicunt Lancellot. & Scac. citati à Barbos. in d.c.poſtremo n.2.

Decimoſeptimò, ſi quis abſque legitima cauſa remotus aliàs fuerit, poteſt vti ſuſpectus recuſari. Sanfel.dec.79.par.1.

20 Si cauſa ſuſpicionis iudicis, culpa etiam partis recuſantis eueniſſet ante litem conteſtatam, & antequam in iudicem conſentiat, ſufficit. Abbas in d.cap. ſpeciali num. 32.& ibi addit contra gloſam ibidem, Barbos. in collect. ad cap.ſecundo requiris num. 7. & 8. de appellat, Rebuff.tr.3. ad leges Galliæ tr..de recuſ.arbitr.art.9. gl. vnica nu.11.& ſeqq. Farin.in fragm.dicto verbo iudex nu.879. Barbos. in collect.ad c.vt dilectus n.23. de appel. Secus poſt litem conteſtatam, & poſtquam conſentit in iudicem, vt ſupra probatum eſt, & ſemper omnis alia.

21 Cauſa recuſationis debet eſſe iuſta, legitima, & rationabilis, cap. cum ſpeciali, & ibi gl.in verbo iuſtè ſuſpicionis. Pacian.de probat. lib.2.c.45.nu.42. Farin.in fragm.d. verbo iudex nu.805.806. vbi, quòd quando iudex recuſatur ex cauſa notoriè friuola, & fruſtratoria poteſt reiici à iudice recuſato, & ea non obſtante ad vlteriora procedere, abſque eo quod arbitros eligat, idem Farinac.conſil.17.num. 16 par.prima. Marcel. Vulpel. in ſua pract. cap.25. numer.28. Barbos. vot. deciſo. canon. 4. numero 107.

Nec parit effectum attentatorum, dicto cap. cum ſpeciali de appellat. & ibi gloſ.paruula marginalis, citans ad hoc Innocent. & Ioan. Andr. Portel. in dub. regul. verbo appellare num. decimo tertio. Feder.de Sen.conſil.93. num.7.

Qui

qui loquitur in notoriè criminoſo. Franc.Marc.dec.705.num.2.par.2. Cappel.Tholoſ.dec.479. Farin. dicto verbo iudex n.807. & 941. dec. 531.nu.3.par.1.& qu.21. n.129. Et in notorijs criminibus iudex ſuſpectus recuſari non poteſt. Rebuff.ad leg.Gall.tract.de recuſ.art.6. glo.1
22 nu.6.& art.9.nu.8. Gomez. tom.3. variar.cap.1.nu.47. Farin.d.quæſt. 21.n.129. Barbos. in collect.ad ca. propoſuit nu.4.de appell.& in cap. ſecundo requiris nu.5. eodem tit. niſi cauſa rationabilis adducere tur, quæ vulneraret, & obumbra ret notorium, Laur. de iudice ſuſpecto cap.11. nu.16. Et non ſufficit cauſa notoria in iure, ſed debet eſſe notoria in facto, Coſta de ſub ſidiario remed.123.n.18. Et maxi mè cauſa notoria reputatur friuola, quando pœna à iure ſtatuta eſt certa. Iacob. Laur. dicto ca.11.nu.
38 Lancell. de attent.par.2. cap.6. num.27. Farin. dicto verbo iudex
23 nu. 700. Et calumnioſa præſumitur, quando eſt facta in limine ex peditionis, vel in prolatione ſententiæ. Rot.Rom.dec.563. num.1. par.1.in nouiſſim. Niſi cauſa ſuſpicionis eſſet nuper exorta de nouo. Lancel.dicto cap.6.n.49. Coſta de ſubſid.remed.123.n.16.

24 In criminalibus cauſis ſolet obſeruari, quòd cauſa ſuſpicionis non probatur coram arbitris, ſed Princeps auditis cauſis ex parte reorum expoſitis, ſi ei iuſtæ videbuntur poteſt iudicem remouere, ſiue ordinarius, ſiue delegatus ſit. Vel dare poteſt adiunctum ſuo arbitrio. Baiard.ad Clar. qu. 43. nu.18. Tuſc.litt.S.concl.907.n.10.Farina. in fragm. dicto verbo iudex n.687. vbi alios citat. Sed Iacob. de Laur. de Iudice ſuſpecto cap.5.n.12. probare conatur in criminalibus ex cauſa iuſta non dari adiunctum, ſed in totum remoueri.

25 Regulariter tamen ſecundum iura aliter dicendum eſt, & eſt diſtinguendum inter ius ciuile, & ius canonicum, & inter alias differentias: de iure ciuili ſatis eſt, vt iudex allegetur ſuſpectus in genere, & nulla requiritur expreſſio cauſæ. Requiritur tamen iuramentum, nempe, quòd recuſans iuret in manibus iudicis, vel ſuperioris non recuſare iudicem ex malitia, & per calumniam ad litem differendam; Sed propter metum, & ſuſpicionem, quam de ipſo habet, ita glos. in d.l. apertiſſimi in verbo libello, & Bald. ibidem n.7. Iaſ.nu.20.C.de iudic.Bart.in l.quia poterat n.2. ff.ad Senat.Conſ.Trebell. Marches. de commiſ.par.prima commiſ.3.cap. vnico ſub nu.8. Scac.de iudic.cap.66.n.16.Et non remouetur in totum, ſed datur adiunctus, ſiue ordinarius ſit, ſiue delegatus. Scac.dicto num.16.cum aliis ab eo citatis, (licet Cumia in ritu cap.42.nu.21. dicat, quod delegatus debet remoueri in totum,) qui adiunctus notificabit iudici ſuam adiunctionē, ac eidē inhibebit, vt ſine ipſo vlterius non procedat; & tunc ſi iudex procedat ſolus, proceſſus redditur nullus. Scac. cum aliis per eum citatis dicto ca. 66.n.17. Et ſi Iudex, & adiunctus contrarias præferant ſententias;

ad

ad ſuperiorem recurrendum eſt. Iacob. Laur. de iudice ſuſp. cap. quinto num. 5.

26 De iure autem Canonico requiritur expreſſio cauſæ in libello recuſatorio, dicto ca. cum ſpeciali, & dicto cap. ſecundo requiris §. 1. de appell. Abb. & communiter Canoniſtæ in præfatis iurib. Et hoc ius Canonicum ſeruari debet in foro Eccleſiaſtico, dicunt Abb. in cap. licet ex ſuſcepto n. 17. de foro competent. Gail. in ſua pract. lib. 1. obſeru. 35. n. 16. Maſcar. d. conclus. 953. n. 8. Tuſc. d. lit. S. concl. 913. n. 4. Capic. dec. 137. n. 10. Et per conſequẽs Prælati regularis recuſatio regulanda eſt ſecundum ius Canonicum, vt dicunt Sanc. conſ. moral. lib. 6. cap. 8. dub. 3. n. 7. Lezana in ſumma tom. 4. verbo recuſatio iudicis num. 4. Verùm, quod quando cauſa infamat, nec de iure Canonico eſt exprimenda; Sed ſufficit iuramentum allegantis ſuſpicionem conſiderata qualitate perſonæ. Abbat. in dicto cap. ſecundo requiris nu. 16. Maſcard. vbi ſupra num. 9. & tantum coram ſuperiore eſt exprimenda.

27 Praxis autem recuſandi iudicem de iure Canonico hæc eſt; vt recuſans debeat allegare, & proponere cauſam in ſcriptis coram iudice recuſato, probanda tamen coram arbitris, iuxta formam libelli recuſationis infra traditam. Ita iura, & Doctores ſupracitati. Sed cauſa debet eſſe ſpecifica, quam cauſam ſpecificam, ſi recuſans non aſſignat iudex poteſt non admittere, ſed reiicere libellum recuſationis, glo. in cap. ſuper eo el 2. §. in cauſis litt. D. de appell. Mar. Anto. lib. 1. reſol. 84. in princip. Et iudex recuſatus poteſt ad vlteriora procedere, idem Mar. Anto. & Mar. Vulpel. in ſua praxi cap. 25. Seac. de iudic. ca. 101. nu. 24. Aut ſi iudex vult, poteſt dare recuſanti terminum trium dierum, vt aſſignet cauſam ſpecificam recuſationis, & eligat ex parte ſua arbitrum, vt cognoſcat, & terminet cauſam ſuſpicionis, & decidat ſimul cum alio eligendo à iudice. Et ſi intra dictum terminum noluerit aſſignare dictam cauſam ſuſpicionis, & eligere arbitrum, poteſt iudex procedere ad vlteriora, vſque ad ſententiæ prolationem. Portell. in dub. regular. verbo appellare nu. 13. & in verbo exceptio contra iudicem.

28 Aſſignata cauſa à recuſante, aut eſt friuola, & euidenter fruſtratoria; Aut eſt iuſta, & rationabilis; Aut eſt dubia. Primo caſu, non tenetur iudex eam acceptare, ſed tamquam facta ad iudicium fugiendum poteſt illam ſpernere, & reijcere, & in cauſa procedere, vt ſupra dictum eſt. Secundò caſu; ſi cauſa eſt euidenter rationabilis, & legitima, & iudex debet à iudicandi munere ſe abſtinere; & poteſt etiamſi vult ſe abſtinere non expectata recuſationis probatione coram arbitris, & ſtandum eſt eius dicto habentis ſe pro recuſato. Beneu. de iudice ſuſpect. cap. 1. in fine. Caroſ. in explic. ad aliquas leges recompil. c. 9. n. 332. Dummodo non adſit colluſio inter iudicẽ, & partem recuſantem. Barboſ. in col-

ſuras, quando duo electi non poſſunt concordare. Fuſcar. vbi ſupra. Hoſtiens. in ſumma lib. 1. tit. de recuſ. iudic. delegat. §. qualiter recuſatio: quia principale negotium expediri non poteſt niſi expediatur articulus recuſationis.

32 An autem arbitri ſupradicti in cauſis regularium poſſint eſſe alterius religionis? Affirmant Lezana in verbo recuſatio num. 8. & Peyr. in formular. litt. R. cap. 2. numer. 4. quia in nullo iure oppoſitum habetur. Imò concedit Lezana, quod poſſunt eſſe laici. Sed mihi videtur, quod non debent eſſe neque laici, neque religioſi alterius religionis; Quod non debent eſſe laici, patet, quia ſi eligantur à partibus, iuriſdictionem tamen non recipiunt à partibus, ſed à iure, quia dicuntur arbitri iuris, & non compromiſſarii. Et de iure omnia poſſunt, quæ ad illum articulum pertinent; dicto cap. ſuſpicionis, & ideo poſſunt excommunicare, ſuspendere, interdicere, quod non poſſunt facere laici, contra Clericos, & religioſos, ita Fuſcar. vbi ſupra fol. 33. Quod non debet eſſe alterius religionis etiam patet; quia ſi arbitri non erunt ſubditi iudicis, non poterunt ab eo compelli, vt arbitrum ſuſcipiant, neque vt tertium eligant in caſu diſcordiæ, neque vt ſententiam proferant, & terminent articulum recuſationis. Sed iudex etiam per cenſuras, & priuationem officiorum poteſt eos compellere, dicto cap. ſuſpicionis gloſ. prima verſic. quid dices, Alexand. conſil. 81. libro quinto. Aufrer. de iudice ſuſpecto quæſtio. 23. Laurent. eodem tractat. capit. ſeptimo numero 27. Ricc. in praxi varia. reſolut. 400. num. ſecundo par. ſecunda. Ergo non poſſunt eſſe alterius Religionis.

Facta electione arbitrorum poteſt iudex recuſatus aſſignare terminum competentem arbitris intra quem definire debent cauſam ſuspicionis, dicto cap. ſuſpicio, vbi glos. in verbo terminum, Franc. Leo par. 2. Theſ. for. Eccl. cap. 1. num. 61. Sanch. tom. 2. conſil. moral. dicto lib. 6. capit. 8. dub. 3. num. 29. Et ſi ſunt diſcordes præfigere terminum, vt eligant tertium, dicto cap. cum ſpeciali. Barboſ. ibi in collect. numer. quarto. Qui arbitri electi debent aſſignare recuſanti terminum competentem ad probandum quicquid intendit ſuper exceptione recuſationis propoſita contra iudicem, teſtes examinare, & omnia alia facere, quæ ad hunc articulum ſpectant, & receptis probationibus debent audire allegationes hinc, & inde. Et cum fuerit concluſum in cauſa recuſationis pronunciare ſententiam, cuius forma infra tradetur. Ita poſt alios Ricc. dicta reſol. 400. nu. 2. Et poſſunt compellere etiam iudicem recuſatum reſpondere ſuper articulis poſitionum. Rebuff. ad leg. Gall. tit. de recuſ. art. 1. gloſ. 3. num. 5. Aufrer. de recus. quæſt. o. & alii citati a Barboſ. in collect. ad cap. 1. de except. num. 8.

Digitized by Google

Niſi recuſaretur ob crimen, Aut poſitiones ſuſpicionis continerent turpitudinem; quia non tenetur reſpondere. Barboſ. ibid.

34 Cauſa ſuſpicionis intra competentem terminum non probata, iudex poteſt ac debet vti ſua iuriſdictione. Ricc. vbi ſupra num. 1. Poteſt etiam aſſumere ſuam iuriſdictionem, & cauſam proſequi, ſi arbitri infra terminum illis aſſignatum à iudice recuſato cauſam non finierint, dicto ca. legitima, & c. ſuſpicionis de off. delegat. vbi glo. in verbo terminum. Hoſtien. in ſumma lib. 1. tit. de recuſ. iud. deleg. num. 5. §. qualiter recuſatio, Sanch. in opuſc. lib. 6. cap. 8. dub. 3. num. 29. Et tunc tenetur pars coram iudice recuſato litigare, dicto cap. legitima, & ibi glo. domin. Franc. & cæteri, dicto cap. cum ſpeciali extra de appell. cap. ſuſpicionis cauſa de off. deleg. vbi gloſ. in verbo terminum. Franc. Leo par. 2. Theſ. foren. eccleſiaſt. cap. 1. n. 61. Sicut etiamſi arbitri electi intra terminum præfixum, pronunciant cauſam recuſationis eſſe iniuſtam: procedit iudex in cauſa principali.

35 Sed ſi arbitri pronunciant cauſam recuſationis eſſe iuſtam, ſeu probatam iudex recuſatus, non poteſt amplius ſe intromittere in illa cauſa, dicto cap. ſecundo requiris, & cap. cum ſpeciali de appellat. An autem poſſit cauſam alteri delegare? Reſpondetur, quod ſi eſt ordinarius de conſenſu recuſatoris, poteſt cauſam alteri delegare. Sed ſi recuſator non conſentit, cauſa remittitur ad ſuperiorẽ, Fran. dicto cap. cum ſpeciali nu. 18. & 19. Sanch. in opuſc. lib. 6. cap. 8. dub. 3. num. 37. & 38. Peyr. de ſubdito quæſt. 1. cap. 18. §. 2. Pellizzar. in manual. tract. 9. ca. 4. nu. 8. Licet, quam arbitri iudicem ordinarium ante pronuncient, etiam inuita parte, poſſe etiam cauſam alteri delegare, dicant Franc. vbi ſupra num. 15. Marant. in Specul. part. 4. diſt. 5. num. 41. & Sanch. vbi ſupra num. 39. Si tamen cauſa ſuſpicionis reſpiciat tantum perſonam iudicis, & non iuriſdictionem, contra ſucceſſore, vel delegatum eius non competat exceptio. Sed ſi iudex non eſt ordinarius, & tunc aut eſt delegatus ab inferiore, quam à Principe, & non poteſt alteri delegare. Marant. dicto num. 41. Aut eſt delegatus à Principe, & nec poteſt ſubdelegare niſi tantum ante recuſationem, dummodo ſubdeleget cauſam in totum, & non in partem. Poſt autem recuſationem ante ſententiam, poteſt tantum cauſam alteri ſubdelegare de conſenſu partis recuſantis; poſt ſententiam verò non poteſt, etiam de conſenſu partis, quia definit eſſe iudex. Niſi à ſententia arbitrorum eſſet appellatum, cap. iudex de off. deleg. in 6. Marant. dicto nu. 41. Franc. in dicto ca. cum ſpeciali nu. 13. & 14. Sanchez dicto dub. 3. num. 37. & 38.

36 Sunt tamen tres caſus in quibus ſuſpicionis cauſam coram arbitris non tractatur; Quis enumerantur in cap. ſi contra de off. delega. in 6. Primus eſt, ſi recuſatur vnus ex delegatis datis non clauſula, quod ſi

non

non ambo, vel non omnes inteſeſſe non poſſunt, alter eorum in cauſa procedat. Iuxta terminus tex. in cap. ſi ſuper prudentiam de off. de leg. de cuius text. intellectus. Bald. conſ. 122. vol. 1. Alex. conſ. 23. vol. 2. & Franch. in dicto cap. ſi contra. Quia id cognoſcere ad iudices ſuperſtites pertinet, dicto cap. contra vnum de off. deleg. in 6. & ibi gl. & Franc. Barbos. ibi in collect. Doct. num. 4. Sed cauſa debet proponi coram omnibus. Barboſ. ibidem num. 15. Et non ſufficit, vt proponatur coram recuſato ſolum, probanda tamen coram non recuſato, vel non recuſatis; Et pendente cognitione ſuſpicionis de principali cauſa collega non cognoſcit. Sed ſi eſſent ſimpliciter delegati, itaut vnus ſine altero procedere non poſſit, aſſumendi ſunt arb t i, dicto ca. ſi contra, ibi, vbi verò non eſt dicta clauſula in ſcripto, debet ſuper hoc ad arbitros recurſus haberi. Et ibi gl. & Doctores, Sanch. dicto dub. 3. nu. 24. Et vno ipſorum mortuo, vel ſuſpecto declarato expirat iuriſdictio alterius; quia loco vnius habentur; Nam quando duo iudices ſunt ſimpliciter delegati, vnus ſine altero procedere non poteſt. Farin. dec. 451. nnm. 11. par. 5. recent. Secus, ſi habeant poteſtatem inſolidum; quia tunc ſi vnus eſſet ſuſpectus, & alter non, ille ſolus, qui non eſt ſuſpectus poteſt procedere in cauſa, c. cum plures de off. delegat. in 6. Felin. in ca. cum ſuper col. 2. in fine extra de off. deleg. Anton. Nigr. ſuper conſt. Regni cap. 217. num. 19. & poteſt cognoſcere de cauſa recuſationis alterius. Couar. pract. qq. 26. nu. 6. vers. nos verò, Sanch. in opuſc. lib. 6. cap. 8. dub. 3. nu. 25. Sbort. de off. Vicarij lib. 2. cap. 16. Paſqualig. decis. 238. vbi loquitur de duob. Vicariis inſolidum, quia dum quilibet habet iurisdictionem ſeorſim ab alio, & poteſt ea vti, qui non recusatur ſuſpectus poteſt cognoſcere de causa recuſationis alterius, & idem dicendum eſt de pluribus viſitatoribus inſolidum: Secus ſi non haberent iuriſdictionem inſolidum, quia coniunctim deberent iudicare, cum loco vnius habeantur. Secundus caſus eſt, quando recusatur delegatus ab Epiſcopo; quia tunc Epiſcopus cognoſcit de causa recusationis, & ſi delegatus haberet poteſtatem ſubdelegandi cauſam in totum, Et ipſe in totum causam alteri ſubdelegaſſet, ſi ſubdelegatus allegaretur ſuſpectus; cauſæ ſuſpicionis coram ſubdelegante proponendæ ſunt; & non eliguntur arbitri. Felin. in cap. ſuper quæſtionem nu. 19. de off. deleg. Tertius caſus eſt, quando recusatur officialis, vel Vicarius Epiſcopi; quia tunc causa ſuſpicionis eſt probanda coram Epiſcopo, & licet non appelletur à Vicario ad Epiſcopum, quia Epiſcopus cum Vicario facit idem tribunal quoad ea, quæ reſpiciunt iuriſdictionem; tamen quando agitur de recuſatione Vicarii recurritur ad Epiſcopum, quia recusatio Vicarij reſpicit eius perſonam, non autem iuriſdictionem. Marcel. Vulp. in ſua praxi cap. 25. num. 18. & ſeq.

Sborz. de off. Vicarij lib.2. cap.16. niſi Vicarius, vel eius delegatus recuſetur ex cauſa concernente ipſum Epiſcopum, Oldrad.conſ.268. Franc.in d.c.ſi contra vnum, de off. deleg.in 6. vel niſi Epiſcopus eſſet à remotis extra diœceſim; nam tunc ad arbitros eſſet recurrendum. Sborz. & alii citati à Barbos. allegat.54. num. 159. Et ſi allegaretur ſuſpectus delegatus Epiſcopi, vel eius auditor, aut Vicarius foraneus, & Epiſcopus eſſet a remotis; cauſa ſuſpicionis eſſet proponenda coram Vicario Generali. Sanchez dicto dub.3. num. 27.& 28. Gonzal.ad regul. cancell. gl.5. in princ.

37 Quando ſuperior eſt ſuſpectus, ſunt quoque ſuſpecti omnes inferiores miniſtri, etiamſi ab ipſo non dependeant. Roman. conſ.3. num. 78. & 79. vnde ſuſpecto iudice eius conſultor eſt ſuſpectus. Suſpecto Prorege totus ſenatus redditur ſuſpectus, & omnia tribunalia Regni; etiamſi non habeant iuriſdictionem ab ipſo Prorege. Roman. vbi ſupra, Caualcan.de Brach.reg.par.3. num.315. Lancellot. de attentat. part.2.cap.6. num. 45. Giurb.deciſio 27. num.2. & 9. Sanfelic. decis. 84. par. 1. Et quando caput, & ſuperior eſt ſuſpectus, totum Concilium poteſt recuſari. Ripa cap.1.num.41. Ludouic. dec. Peruſ.108. num.4. Et ſuſpecto Epiſcopo, poteſt Vicarius, & tota Curia Epiſcopalis recuſari, quamnis contra Vicarium, & Curiam nulla adeſſet ſuſpicio. Abb.in cap. inſinuante num.2. de off.deleg. Ripa, vbi ſupra n.44. Guttier. canon lib.1.cap.1.n.86. Steph.Quarant.i[n] Summa Bullar.verbo Archiepiſc[o]pi auctoritas num.19.vers.vlteri quæro, & alii citati à Barbo.alle[g.] 549.n.149. & in collect. ad dict. inſinuante n.2. Marchesa. de co[m]miſ.par.2.de ſuſpicione §.1. nu.5 Aſſeſſor, & conſultor iudicis ſi ſ[u]ſpectus fuerit recuſari poteſt, Bu[tr.] in cap.poſtremo num.12.de app[ell.] Abb.in ca.2.num.14.de iudic. & [in] Dec.in prima lectura num. 17. P[...] cian. de probat. lib.2.cap.45.nu[m.] 3.& 53. Tuſc.litt.S. concl.907. n[um.] 13. & conclus. 908. num.2.4. & Laur. de iudice ſuſpect. ca.4. nu[m.] 1. & ſeqq. & cap.10. per tot. & d[i]cit Ripa, vbi ſupra num.43. qu[od] poteſt recuſari iudex vbi aſſeſſ[or] eſt ſuſpectus; qui communem d[i]cit Menoch. de arbitr. caſu 458. n[um.] 24. Laur. de iudice ſuſpecto cap.[...] num.1.

38 Sed an iudice recuſato ſuſpect[o] ſi ad vlteriora procedat non ob[ſt]ante tali recuſatione nulliter fa[ciat]? & affirmatiuam opinione[m] tenent Bartol. & Doctores in le[g.] quia poterat ff. ad Trebellia. M[a]rant. in Specul. par.ſexta de appellat. num.24. Bald.ad Margarit. ad Innocent. in verbo proceſſus, Alexand.conſil.89. num.2. in fine lib.primo. Oſasc.decis.84. ſub num. 5. Oldrad.conſil.6 Triuiſ.decis.64. num.2. lib.2. Borell. in ſumma deciſ.tit.42. num. 31. Vant. de nullit. defectu iuriſdict.num.240. Barbos. in collect. ad cap. quoniam contra num. 25. de probat. & alii ab ipſis citati, & non ſolum acta,

ſed

ſed ſententia cum omnibus inde ſequutis erunt nulla. Lap. allegat. prima. Lancellot. de attentat. tit. de attentat. poſt recuſat. iudic. ratio eſt; quia per propoſitam recuſationem ſuſpenditur iuriſdictio iudicis recuſati donec articulus ipſe recuſationis diſcutiatur, vel pars renunciet recuſationi; Et ita etiam tenent Sayr. de cenſur. libro primo cap. 16. num. 18. Hurtad. de cenſur. in communi num. 111. Marcel. Vulp. in praxi capit. 25. num. 23. Guazz. qui alios refert defens. reor. 1. num. 1. Quod etiam eſt verum, ſi ipſe iudex reiiciat dictam recuſationem. Si pars à tali reiectione appellauerit. Borell. in ſumm. decis. par. ſecunda tit. 36. numer. 285. Sanfelic. deciſio. 83. par. prima. Imò etiam ſi reiectione appellationis nō fuerit appellatum. Lancellot. 2. par. de attentat. cap. ſexto. Alphons. de Leon. de cenſur. recollect. 2. num. 190. Sed hæc procedunt de iure ciuili, ita Farinac. deciſio. 162. numero primo parte prima. De iure autem Canonico aliter dicendum eſt, dicit Put. deciſ. 370. parte prima. Vbi refert varias ſententias Doctorum, & tenet; quod neque proceſſus, neque ſententia ſunt nulla. Tamen omiſſis multis, quæ hinc inde adduci poſſunt; Quæſtio dirimitur per cap. iudex de officio delegat. in ſexto. Tres faciendo conſiderationes, prima, aut iudex fuit voce recuſatus, & tunc geſta tenent: Quia libellus recuſationis offerri debet in ſcriptis. Sa- licet. Fulgoſ. & Angel. in l. cum ſpeciali Cod. de iudic. Federic. Se conſ. 24. Ruin. conſ. 6. num. 10. volum. 4. Auezed. l. 1. numero quint tit. 16. li. 4. nouæ recompil. Ama Roderic. de forma vidend. ſeu examin. proceſſ. cap. 10. num. 47. Rebuff. tract. de exception. num. 179. Cardoſ. in praxi iudic. verbo recuſatio num. 5. Barboſ. in collect. a cap. quoniam contra num. 26. de probat. Marcheſ. de commiſſ. pa 2. de iudice ſuſpect. §. 2. num. 10. & 22. vbi, quod recuſatio non eſt attendenda, ſi aliter fiat; & tunc geſta per iudicem valent; & ſi eri delegatus alteri cauſam ſubdelegare poteſt. Et ſuſpicio, qu eius perſonam afficit, ceſſabit.

Secunda conſideratio eſt; ſi l bellus recuſationis fuit porrectu ſed nondum pronunciatum ar cauſa recuſationis eſſet legitima necne: & tunc ex cauſæ euent iudicabitur an bene, vel male fecerit iudex in procedendo. Na ſi legitimè recuſatus reperitur omnia ab ipſo geſta in ſequenti erunt nulla. Si verò cauſa ſuſpicionis erit inualida iudicata, & erunt legitima omnia geſta in ſequenti. Roman. conſ. 120. num. 7 Carauit. ritu 277. num. 30. Nigr. i conſtit. regn. cap. 207. num. 67. A fr. ad Capell. Tholoſan. quæſt. 47 num. 4. Philip. probat. in addit. Monac. in cap. ſi noſtra ſuper verb nequibit de off. deleg. in 6. Sanche opuſc. moral. tom. 2. lib. 6. capit. dub. 3.

Conſideratio tertia eſt, quod ſ ſuper cauſa recuſationis fuit pr

nur

nunciatum, & iudex eo non obſtante ad vlteriora proceſſit, ſeu inhibitus, fuit, & ad vlteriora proceſſerit. Tunc omnia ſunt nulla, & attentata. Corn.conſil. 247. num.78.vol.1.Alexa.conſ.89.nu.9. vol.1.Gabriel lib.2. comm.opin.in tit.de Iudic.concl.5.Marcheſan.dicto num.22.Qui n.23.ſubdit, quod procurator debet eſſe diligens, ita vt,quando iudex eſſet tantum allegatus ſuſpectus, ſi ad vlteriora procedit, ſtatim appellet ab vlteriori proceſſu. Alias Rota pluries tenuit proceſſum eſſe validum. Achil.decis.1.de except.Veral.dec. 300.par.2.n.1.Gratian.diſcept.for. 100.num.6.cum ſeq.vbi,quòd proceſſus eſt nullus, ſi recuſans opponit de nullitate. Et in Rota Rom. dec.2.par.1.diuers. habentur infraſcripta requiſita, quæ requiruntur ad hoc, vt ſententia poſt recuſationem lata ſit nulla: Primum eſt, quod cauſa propoſita coram iudice recuſato ſit talis, quæ ſi probaretur eſſet legitima. Secundum, quod ſit oppoſita ante litem conteſtatam. Tertium, quod ſit propoſita in ſcriptis. Quartum, quod recuſans iurauerit non proponere dictam ſuſpicionem ob calumniã, & Quintum, quòd à decreto Iudicis recuſati de procedendo ad vlteriora ſit appellatum in ſcriptis; etiamſi poſtea non fuerit per recuſantem proſequuta appellatio. Et quod recuſans iudicem debet appellare ab vlteriori proceſſu, alias acta per illum, poſt recuſationem abſque appellatio ſunt valida, tenent etiam Burſat.conſ.21. n.16.& ſeq. Lancellot.de attent. par.2.c.8. num.1.cum ſeq.& n.48. Caputaqu. dec.60.n.4.& dec.172.par.1.Caualer.dec.348. n.3. & fuit dictum in Aſtenſi cenſurarum 28.Iunii 1617. coram Patriarcha Manzanedo, & ſubdit etiam, quòd huiuſmodi appellatio debet interponi in ſcriptis, & in ſchedula particulari.Nec ſufficit ſimplex proteſtatio facta, per recuſantem de habendo recurſum ad quos poterit. Rot. deciſio. 563.n.12.par.1. diuerſor.refert Ferentill. in addit. ad decis. Buratti 371.litt.A.

39 An poſt concluſum in cauſa poſſit iudex de iure Canonico recuſari ſuperueniente noua cauſa recuſationis? Negant Domin.in ca.iudex de off.deleg.in 6. Io.Andr. in cap.2.de ordine cognit. & Imola ibidem num. 19. Quia ſecundum ius Canonicum cauſa recuſationis probari debet. Et poſt concluſum in cauſa non datur locus probationibus, cap. cum dilectus de fide inſtrum. (quando concluditur in cauſa dicetur infra par.7. cap.3. in fine.) Sed contrarium quod poteſt recuſari etiam poſt concluſum in cauſa, tenent Dec. in cap.paſtoralis num.9.de excep. & ibi Felin.nu. 17.& in cap. inſinuante nu.15.de off.deleg.Franc.in ca. cum ſpeciali num.22.de appell. Marant. in Specul.par.6.de appell.n.74 Sanch.in opuſc.dicto lib.6.cap.8.dub.3.num. 19. Et licèt poſt concluſum in cauſa non habeant locum probationes, concernentes merita cauſæ; Poſſunt tamen habere locum probationes ſuſpendentes cauſam.

Paſ-

Paſqual.dec.352.n.6.& idem dicit, quando cauſa recuſationis de nouo venit ad notitiam recuſantis. Paſqualig.deciſ.353.num.3. cum aliis ab eo citatis; dummodo recuſans iuramento affirmet, cauſam de nouo ad eius notitiam veniſſe;

40 Sed ſi ſententia ſit ſubſcripta, non eſt amplius locus recusationi, dicit Couarru.pract.qq.126. vbi dicit hoc eſſe vtilius ad tollendas calumnias, quibus litigantes vtuntur in iudicum recuſationibus, & tradit iudicibus pro cautela, vt poſt concluſum in cauſa ſubſcribant ſententiam; ne poſſint amplius partes allegare ſuſpectos. Marcheſ. de commiſ. tom.2. tit.de iudicum ſuſpicione num.64.in fin. Sed contrarium tenent Sanch. dicto dub.3. num.19.in fine, vbi citat Paz.tom. 1.pract.par.1.tit.10. n.19. & ſequitur Paſqualig.dec.354.

41 Geſta per iudicem recuſatum ante recuſationem tenent. Rota coram Pamphil. in vna Tolet. decimandi Lunæ 2. Iun. 1660. refert Marcheſ.vbi ſupra poſt nu.1. Nam grauamen in procedendo non reſpicit præterita, ſed futura; & futura, ſed non præterita annullantur. Io.Franch.de Caſtill. decis. 17. num.1. per totum. Sicut Iudex reuocatus ſi ante cognitionem reuocationis profert ſententiam, eſt valida, Nald. in ſum,ver. Iudex n.15.

42 Fratres vnius Conuentus non poſſunt recuſare Prouincialem, aut Viſitatorem, cumque impedire ne viſitet ex officio Conuentum viſitatione generali; quamuis ſit ſuſpectus, ex Decreto Paul. V. relato à Barbos.in collect. ad Concil. Trid.ſeſſ.24.ca.1.de reform. Portel. tom.1.caſu 21.nu.3. Frat.Anton. à Spir.Sanct. in director. tr.4. diſp.3. num.14.Peyrin.in formular.litt.R. c.2. n.1. Lezana ver. recuſatio n.7.

Quia per viſitationem Generalem non inquiritur crimen alicuius particularis, nec formantur proceſſus. Sed ſolum procedit Prælatus in illa ex officio, inquirendo in generali de vitiis, & virtutibus religioſorum ad ipſorum correptionem, & ceſſat periculum grauaminis, propter quod poteſt recuſari Prælatus. Nec poſſunt ſubditi impedire bonum commune Conuentus, ad quod bonum tendit generalis viſitatio, quæ neminem grauat, nec infamat, nec per teſtes in illa receptos condemnari aliquis poteſt, ſed tantum Prælatus poteſt vti pœnis extraordinariis ad morum correptionem, ſine fabricatione proceſſus. Quia recuſatio non habet locum, quando imponit correctionem iuxta regularia inſtituta, vt in dicto cap.cum ſpeciali de appellat.ibi,has conſtitutiones præmiſſas nolumus ad regulares extendi, contra ſuas ſpeciales obſeruantias; & ibi etiam Innoc. Io. Andr. Præpoſit. Abb. &

43 Alexa.de Neuo. Niſi ſuperior ex repertis in viſitatione generali cõtra inculpatum velit formare particularem proceſſum, iudicialiter procedendo. Nam tunc poteſt ex cauſa legitima ab iſto particulari recuſari. Ita Doctores ſupracitati, & Portell.iu reſolut. par.1.caſu 21. num.3.4. & 5. & caſu 22. nu.3. Lezana

zana in verbo recuſatio iudicis regularis n.7. Sanch. lib.6. Summæ cap.8. num.3. & in opuſ. lib.6. cap.8. dub.3. num.17. Pellizar. in manual. tract.9. cap.4. n.7. & 8. & alii citati ſupra part.3. ca.9. §.1. nu.11. & 12.

44 Cauſa tamen recuſandi Prælatum regularem debet eſſe grauis, certa, & manifeſta, ne ſubditi habeant aditum ad recuſandum ſuum Prælatum ex quacumque cauſa; Quia turbaretur regularis diſciplina, & ſuperiores non poſſent ſubditos punire, & prouinciam a prauis religioſis purgare: Vnde diſſolueretur regularis obſeruantia. Et ita fuit Summi Pontificis intentio in dicto cap. ſpeciali, vt teſtatur Paſqualig. deciſio.346. numer.7.

45 Appellatio datur à ſententia arbitri in cauſa recuſationis, cap. ab arbitris de off. deleg. in 6. l. fin. C. de re iudic. vbi Bald. n.4. quia ſunt arbitri iuris; Et ſi iudex recuſatus terminum minus competentem, aſſignaret arbitris, poſſunt partes grauati appellare; ſicut etiamſi arbitri nolunt pronunciare in termino, vel ſi male pronunciant, glo. in dicto ca. legitima, ver. competens, & ver. non omittam. Sanch. d. dub. 3. nu.29. Portel. in dub. regul. verbo appellare nu.12. Peyrin. par.1. de ſubdit. cap.19. §.1. Baiard. ad Clar. qu.43. n.13. Vbi, quod poteſt etiam iudex recuſatus appellare, ſi cauſa ſuſpicionis non fuit legitimè probata. Contrarium tenet Achil. de Graſſ. dec.232. de appel. Si pronunciant Arbitri elapſo termino, ſententia erit nulla. Viu. comm. opin. lib.1. tit.1. n.27. Barboſ. in dicto ca. ſpeciali n.4. de appell.

46 Iudex offenſus cauſa officii, ſeu prætextu dignitatis poteſt ipſemet cognoſcere de offenſione, & condemnare, & non poterit allegari ſuſpectus, Anan. in c. innotuit n.8. & ſeqq. de maledict. Alex. conſ.13. num.10. vol.6. Roland. conſ.48. nu. 7. vol.2. Farin. q.17. n.44. & alii citati à Ric. dec.54. par.1. Secus, ſi eſſet offenſus, vti perſona priuata, idem in fine. Menoch. de arbitr. caſu 163. n.7. Cabal. caſu 128. num.1. Barbos. in l. generali n.12. & 13. C. ne quis in ſua cauſa. Cabal. caſu 128. nu.1. Capic. decis.124. Roland. conſ.47. n.7. vol.2. vbi n.2. explicat, quando dicatur iniuria facta ratione dignitatis, Menoch. de arbitr. caſu 163. n.7. Bonacoſ. comm. crim. par.1. verbo iniuria, quando facta eſt officiali, fol.91. Decian. tractat. crimin. lib.4. cap.42. nu.1. & lib.7. ca.38. num.15. Viu. dec. Neap.279. n.2. Farin. qu.17. nu.46. Barbos. in collect. ad l. generali vnica C. ne quis in ſua cauſa iudicet. nu.12. & nu.13. ex Bald. in ca.1. §. iniuria de pace iurament. firm. ſubdit, quod ſi quis dederit alapam iudici, iudex poteſt cognoſcere de tali crimine, ſed ex Iaſon. & Dec. per ipſum Barbos. citatis, intelligit, quando iniuria facta iudici eſt notoria, & habet pœnam in iure determinatam.

47 Qui vti poteſt remedio recuſationis, & appellationis, electo remedio appellationis, ab appellatione incipere debet. Laur. de iudice ſuſpecto cap.14. num.4. cum ſeq. Barbos. in vot. canonic.4. n.106. in fine,

fine, & qui non poteſt vti remedio appellationis, quia fuit commiſſa cauſa appellatione remota, vti poteſt remedio recuſationis, Sanchez in conſil. moral. lib. 6. c. 8. dub. 3. nu. 16. vbi quod princeps non poteſt tollere recuſationem iudicis niſi ex graui cauſa, Laurent. de iudice ſuſpect. cap. 9. num 10.

48 Si vnus ex pluribus iudicibus inſolidum eſſet recuſatus, & collegæ iudicant cauſam ſuſpicionis aſſignatam non eſſe veram, &c. Solent interloqui, quod interueniat in cauſa, &c. Si verò iudicant cauſam ſuſpicionis eſſe legitimam ſolent interloqui, quod abſtineat, &c.

Forma conſtituti, in qua Index recuſatur ſuſpectus.

49 In nomine Domini, &c. Die, &c. in Monaſterio, &c. Coram Admod. R. P. N. Abbate, &c. vocatus, & conſtitutus fuit Fr. N. de N. ætatis ſuæ, &c. religionis vero, &c. & declarato ei ſtatu ſuæ cauſæ præmiſſaque monitione, &c. nec non delato ei iuramento de veritate dicenda: noluit iurare, recuſando præfatum Abbatem, vt ſuſpectum Iudicem, & præſentauit libellum recuſationis modo infraſcripto.

Forma recuſationis.

50 Quia naturale eſt velle ſuſpectorum iudicum declinare iudicium, Coram vobis Admod. R. P. Abbate iudice in cauſa illatæ iniuriæ mihi oppoſitæ, compareo ego Fr. N. & dico, quod cum ſit mihi ſuſpectus ex cauſa (hic explicatur cauſa ſuſpicionis) te tamquam talem in hac cauſa recuſo, & præfatam cauſam ſuſpicionis coram arbitris me offero probaturum, ad quos ſtatim communiter (additur vna cum aduerſario, quando proceditur per accuſationem) eligendos me paratum offero, & caſu quo conuenire non poſſimus, ex parte mea, ex nunc pro tunc eligo patrem N. de N. ita die, &c.

Actuarius ſcribat in actis, ſub hac forma.

Die, &c. Anno, &c. Fuit per Fr. N. præſentatus ſuprascriptus libellus recuſationis, & a R. P. Abbate fuit admiſſus ſi, & in quantum, vel fuit reiectus tamquam calumnioſus, & ſine cauſa vera, & legitima.

Alia forma recuſationis.

Coram Admod. R. P. N. Abbate, &c. proponit Fr. N. & dicit, quod paternitas veſtra eſt perſona ſuſpecta, quia (eſt nimis familiaris Fr. N. ſibi inimico, vel quia noluit audire ſuum aduocatum, vel quia antequam vocauit illum ſuum votum propalauit, (& ſic de aliqua alia cauſa recuſationis,) & quia periculoſum eſt cauſam dicere coram iudice ſuſpecto; Ratio dictat, vt paternitatem veſtram, & veſtrum iudicium recuſet; de qua ſuſpicione paratus eſt iurare, & quatenus opus eſt in manibus pa-

ternitatis veſtræ iurat, & etiamſi opus eſt, cauſam huiuſmodi ſuſpicionis probaturum ſe offert coram arbitris, quos communiter eligere eſt paratus; & in caſu quo conuenire non poteſtis, ex parte ſua nominat incontinenti, & eligit P.N. ſaluis aliis exceptionibus ſibi de iure competentibus, & non aliter, &c.

Si iudex ſuſpectus eſt delegatus, & habet collegam, vel collegas cum clauſula, quod ſi non ambo, &c. vel habent cauſam delegatam inſolidum, tunc (vt ſupra probatum eſt) coram collega, vel collegis probanda eſt exceptio recuſationis, & libellus recuſatorius formatur infraſcripto modo, videlicet, & cauſam huiuſmodi ſuſpicionis coram collega veſtro, vel coniudicibus veſtris ſe probaturum offert, &c. & aduertendum eſt quod ſupradicta forma in qua recuſans iurat Iudicem ſuſpectum in manibus Iudicis, tale iuramentum poſitum eſt, non quia de iure Canonico ſit neceſſarium. ſed tantum de iure ciuili requiritur, de iure antem Canonico, requiritur expreſſio cauſæ, vt ſupra probatum eſt, fuit tamen poſitum ad maiorem cautelam, quia in aliquibus curijs etiam Eccleſiaſticis ſeruatur ius ciuile, & in hoc vnuſquiſque ſe regulari debet ſecundum ſtylum, & conſuetudinem Curiarum.

Alia forma recuſationis.

Quoniam periculoſum eſt coram ſuſpecto iudice litigare, idcirco ego Fr. N. intendens veſtrum declinare examen, excipiendo, propono, quòd Te habeo ſuſpectum per talem, & talem cauſam; propter quod Te tamquam ſuſpectum recuſo, & hoc me offero probaturum coram arbitris, ad hoc eligendis, prout eligo pro parte mea, & nomino patrem N. &c.

Alia forma recuſationis.

Ego Fr. N. me proteſtatus ſum, & proteſtor non conſentire in iuriſdictionem paternitatis veſtræ, cum mihi grauiter ſis ſuſpectus ex tali, & tali cauſa, & ideo iterum tamquam valdè ſuſpectum Te recuſo, & nolo paternitatem veſtram meum eſſe iudicem, ita hoc, & omni meliori modo, in quorum fidem, &c. Datum, &c. Hodie, &c.

Non debet iurare inquiſitus, vt in fine libelli recuſatorii apponat appellationem dicendo; ſi verò prædicta exceptio recuſationis non erit admiſſa, ex hoc ſentiens me grauatum appello, ad &c. quia talis appellatio non valet, dum nullum grauamen præceſſerit; nam appellatio debet fieri a grauamine illato, vel comminato, & non à futuro; quare debet expectare interlocutoriam iudicis.

Forma præfigendi terminum arbitris à Iudice recuſato ad cauſam ſuſpicionis proſequendam, & terminandam.

51 Cum certum ſit in cauſa recuſationis propoſita à Fr. N. dicente me eſſe ſuſpectum, fuiſſe electos in arbitros ad hanc cauſam ſuſpicionis decidendam vos P.N. & P.N. ideo vobis tamquam arbitris electis ter-

terminum aſſignamus dierum octo ad prædictam cauſam proſequendam, & terminandam à vobis, vel cum tertio a vobis aſſumpto ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ aliter non definiendo, ex nunc pro tunc dico me proceſſurum elapſo dicto termino in negotio principali, iuxta iuris diſpoſitionem.

Si cauſa recuſationis eſt friuola, & fruſtratoria, poteſt iudex eam reijcere, ſed ſi eſt legitima, & ſufficiens debet eam admittere, & non admittendo, poteſt inquiſitus ab hac reiectione appellare forma appellationis.

52 Ego Fr. N. ſentiens me grauatum per interlocutoriam latam à R.P. N. Abbate, &c. Iudice in cauſa, quia pronunciauit exceptionem recuſationis a me propoſitam coram ipſo die, &c. Anno, &c. non eſſe admittendam, idcirco his ſcriptis me appello, ad R.P.N. & Apoſtolos peto, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, ita hoc, & omni alio meliori modo, &c. Datum, &c.

Arbitri debent ſtatuere terminum partibus, & poſt ſtatutum terminum partibus ad probandum quicquid intendunt ſuper exceptione recuſationis propoſita, receptis probationibus, & auditis partibus, & tandem cum fuerit concluſum in cauſa ipſa ſuſpicionis, pronunciare debent ſententiam in hunc modum.

Forma ſententiæ arbitrorum in cauſa recuſationis Iudicis.

53 Nos P.N. de N. & P.N. de N. Arbitri electi à R.P.N. Abbate ex vna parte, & a Fr. N. ex altera parte ſuper exceptione propoſita contra dictum Abbatem iudicem ordinarium, vel delegatum in cauſa propoſita per dictum Fr. N., quæ talis eſt; (hic inſeritur totus tenor recuſationis de verbo ad verbum.) receptis probationibus hinc inde in termino dato ad hanc cauſam finiendam, & auditis omnibus, quæ voluerunt proponere coram nobis, viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, ſententiamus, diffinimus, & pronunciamus, dictam exceptionem recuſationis non eſſe probatam, vel eſſe probatam, hodie die, &c. Anno, &c. in Monaſterio, &c. in quorum fidem, &c.

Si Iudex recuſatus eſt delegatus, & recuſatio proponitur coram coniudicibus, terminatur ſententia hoc modo, dicimus definimus, ſententiamus, & pronunciamus, quod R.P. Abbas, interueniat in cauſa tali, &c. cum alijs tamquam non ſuſpectus, vel abſtineat à cauſa contra talem, tamquam ſuſpectum, &c.

54 Exceptio incompetentiæ, eſt etiam dilatoria, ſeu declinatoria reſpiciens perſonam iudicis incompetentis, & eſt duplex; Altera quę obijcitur aduerſus iuriſdictionem in prorogabilem; ſcilicet illa, quæ obiicitur a Clerico aduerſus iudicem laicum, & ſimilis; & hæc poteſt quandocumque obijci, tam ante, quam poſt litis conteſtationem, & ſemper reddit iudicium nullum. Altera quæ obiicitur aduerſus iuriſdictionem prorogabilem, & hæc opponi ſolum poteſt ante litis conteſtationem; & oppoſita hac exceptione fori declinatoria, non ſunt ita ligatæ manus iu-

Digitized by Google

dicis, vt non poſſit ad vlteriora procedere, & procedendo videtur tacitè proounciare ſe eſſe iudicem competentem, ita poſt Decium Ricc. dec.61.n.3. par.3. Et propterea procedendo ad vlteriora, quando exceptio eſt legitima, ex parte opponentis eſt neceſſaria appellatio. Angel. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocan. non ierit. Papienſ. in pract. in forma declinat. iuriſdict. in gloſ. nec fuiſſe Iudicem nu. quinto. Dec. conſil.107. & alii quos citat, & ſequitur Scacc. de iudic. cap. 101. nu. 17. Et quomodolibet iudex decla-
56 raſſet expreſsè ſe eſſe competentem, vel tacitè procedendo ad vlteriora, poſſet appellare. Beccan. conſil.21. num.42. libro primo. Roland. à Vall. conſil.33. num. quinto libro quarto. Scac. vbi ſupra nu.18.
57 Niſi ipſe excipiens poſt obiectam incompetentiæ exceptionem, vel ſuſpicionem, adhuc litigaſſet coram eodem iudice. Quia tunc exceptioni renunciaſſe cenſetur, cap. gratum de officio delegat. cap. ſollicitudinem de appell. Abb. in cap. inter Monaſterium de re iudicat. num. tertio. Scacc. vbi ſupra num. 19. Poteſt tamen ſe proteſtari, non facere actum animo conſentiendi in eius iuriſdictionem, niſi ſi, & in quantum arctetur a iure. Iaſ. in l. eleganter §. Si quis poſt tranſactionem numero quinto, ff. de condit. indebit. Beccan. conſil. 22. libro primo. Manſuer. in addit. ad pract. Papienſ. in forma declinat. iur. in glo. nec fuiſſe in verb. Iudi-
58 cem competentem litt. A. Super declinatoria incompetentiæ non eliguntur arbitri ſicut ſuper declinatoria ſuſpicionis, ſed ipſemet iudex cognoſcere poteſt, quando incompetentia obiecta ſugillat iuriſdictionem tantum iudicis, nempe, quia appellatur aliquod priuilegium exemptionis. Sed quando incompetentia ſugillat perſonam, ſcilicet, quod eſt excommunicatus, infamis, &c. tunc non ipſe iudex, ſed ſuperior, vel alius deputatus à ſuperiore cognoſcit. Clar. quæſtione 43. in fine, Gail. obſeruat. 34. libro primo numero primo. Guazz. defenſ. reor. 1. cap. 23. vbi, quod inhabilitatis exceptio contra Iudicem opponi non poteſt circa eius perſonam, niſi quando defectus prouenit à natu-
59 ra. Et circa hanc incompetentiam dubium quoad regulares eſſe poteſt. An Prouincialis extra ſuam Prouinciam poſſit exercere ea, quæ ſpectant ad iuriſdictionem contentioſam cum ſuis ſubditis, tamquam iudex competens? nam de iuriſdictione voluntaria eſt certum, quod poteſt eam exercere, l.2. ff. de officio proconſ. l. emancipat. ff. de adoptionib. Garzia de benefic. tom.1. par.5. cap.8. a num. 126. Ricc. deciſ. 187. & deciſio. 7. part. 3. Et non ſolum in caſu quo ſubditus vna cum ſuo Prælato in aliena Prouincia, ſed etiam quando ſolus Prælatus exiſteret extra Prouinciam commorante ſubdito in Prouincia: Quam iuriſdictionem exercere poteſt per nuncium, vel per literas; dicta l.2. ff. de officio proconſ. cap. nouit de officio delegat. Couar. lib.3. var. cap.20. num.8.

Nam

Nam iuriſdictio voluntaria non requirit ſtrepitum iudiciarium, nec cauſæ cognitionem, nec iudicem pro tribunali ſedentem. Et controuerſia tantum eſt de iuriſdictione contentioſa; quia ſicut Epiſcopus in ſua tantum diœceſi exercet iuriſdictionem contentioſam erga ſuos ſubditos, & non in diœceſi aliena, cap. Epiſcopus 9.qu.2. Genuenſ.prax.Archiep.c.31. Ricc. locis ſupra citatis, & deciſ.21.par. 3. Ita prouincialis extra ſuam prouinciam, non poteſt exercere cum ſuis ſubditis eandem iuriſdictionem contentioſam. Et ſicut Epiſcopus ſtatim ac egreditur ſuam iurisdictionem pro priuato habetur, quoad iurisdictionem contentioſam, l.3. ff. de officio præſid. Gemin.in cap. ſi Abbatem numero quarto de elect. in 6.ita,& prouincialis. Nam iuriſdictio non extenditur extra territorium, cap. vt animarum de conſtitut. in 6. cap. a nobis de ſent. excommunic. l. extra territorium Digeſt. de iuriſdictio. omn. iu-
60 dic. Et licet de conſenſu Epiſcopi Diœceſani, Epiſcopus alienus poſſit cum ſuis ſubditis exercere iurisdictionem contentioſam. Abb. in cap. nouit. numero tertio de officio delegat. Talis tamen licentia non præiudicat ſubditis. Qui niſi conſentiant non poſſunt iudicari in aliena Diœceſi. Et ſi fuerint citati non tenentur comparere, nec ad hoc cogi poſſunt. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de citat. §. contra citationem, verſic. item quod iudices, Soccin. de citat. art.18. quæſtione ſecunda. Et eſt communis opinio DD. in dicto cap. nouit.

61 Quia Prouinciales habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Nauar. in cap.non dicatis num.63.per Clem.1.& ibi glos.in verbo Monaſterium de reb.Eccl.non alien.Sanch.lib.2.decalog.c.11.nu.71.Suarez tom.4.in 3.par. diſt.30. ſect.7. nu.7. Roderiq.tom.1. qq.regul.61. art.9. Miranda manual.Præl.tom.2.q 16. art.6. Ricc. in praxi var. reſol.177.
62 num.2. Et non videntur habere cum dictis ſubditis maiorem iuriſdictionem, quam habent Epiſcopi, & ideo extra propriam prouinciam, etiam de conſenſu prouincialium exteræ Prouinciæ, ſi ſubditi non conſentiant, non poſſunt cum illis exercere iuriſdictionem contentioſam, in eadem extera Prouincia; & ſubditi poſſunt excipere de incompetentia iudicis ante litem conteſtatam, cum in hoc æquiparentur Epiſcopis, ita tenent Sanch.lib.3. de matrim. diſput. 19. Portell.in dub.regul. verbo Prælatus in addit. num.11. Pellizar. in manual.regul.tract.9. cap.3. ſect.1. num.12.Layman. lib.1. tr.4.cap.5.
63 Sicut etiam delegatus Papæ extra Diœceſim non poteſt ius dicere inuitis partibus ca.ſtatutum §.nullo quoque de reſcript. in 6. Ricc.
63 deciſio.188.nu.11.par.2. Sed contrarium eſt verius, vt etiam tenent Roderiqu. Megal. Sayr. Bonacin. & Diana, quos citat, & ſequitur Bordon. tom. 2. reſolutio. 78. nu-
64 mero 53. Concedo tamen primam opinionem in hoc quod in locis externæ Prouinciæ, vbi ſunt alii pro-

Prouinciales habentes iuriſdictionem contentioſam nō poſſunt prouinciales exteri iuriſdictionem contentioſam exercere, cum ſuis ſubditis ibi exiſtentibus, niſi de conſenſu prouincialium illarum prouinciarum. Quia quæ requi-
65 runt cauſæ cognitionem, & ſtrepitum iudiciarium non poſſunt exerceri in aliena Prouincia, ſine præiudicio prouincialium illius Prouinciæ, & ideo quo ad prouinciales requiritur eorum conſen-
66 ſus. Niſi eſſet conſuetudo legitimè præscripta in contrarium, Sayr. lib. 1. cap. 16. Nam conſuetudine, & legitima præſcriptione acquiri poteſt, vt propriam iuriſdictionē in alieno territorio quis exerceat, Surd. conſil. 465. nu. 6. Vgolin. de cenſur. ca. 27. tabul. 1. §. 1. num. 5. Gratian. diſcept. for. tom. 2. cap. 17. n. 12. Vel ſi quis ex priuilegio, aut commiſſione Summi Pontificis, (& ego addo) vel Generalis Religionis proprij ordinis hanc ſpecialem poteſtatem haberet, vt iuriſdictionem etiam contentioſam in alieno territorio, vel Prouincia exercere poſſit, Abb. in ca. cum contingat de foro compet. Cochier. de iuriſdict. in exempt. par. 4. quæſt. 109. Nouar. de grauam. vaſſal. tom. 1. grauamen 285. n. 14. Sed quoad ipſos ſubditos. Nego, quod vltra conſenſum prouincialis exteræ prouinciæ requiri etiam debeat conſenſus ſubditorum, vt poſſint iudicari in aliena Prouincia, & quod citati a propriis prouincialibus non tenentur com-
67 parere. Ratio eſt, quia prouinciales non habent iuriſdictionem dependentem a loco ſicut Epiſcopi, ſed ſunt iudices perſonarum independenter a loco, ergo in quocumque loco, ſi ſuperiores illius loci conſentiunt, poſſunt exercere ſuam iuriſdictionem contentioſam cum ſuis ſubditis, eos citare, & ferre contra eos cenſuras, & ſententias pœnales, etiam illis nolentibus, & diſſentientibus. Et poſſunt etiam ferre cenſuras, & ligare ſubditos in aliena Prouincia, ſine licentia illius prouincialis, quando illius iuriſdictio turbatur. Syluest. verbo excommunicatio 2. nu. 55. Manual. Prælat. qu. 3. art. 8. Coninch. diſput. 13. dub. 13. n. 64. Roderiq. qq. regul. 59. art. 1. Eman. Sà verbo abſolutio n. 7. Et hoc ratione perſonalis obligationis ex obedientiæ voto, ob quod in quocumque loco ſunt, ſemper ſunt ſubditi ſuis propriis Prælatis pluſquam filii parentibus, & vxores viris ſuis. Quod non accidit in Epiſcopis, qui habent ſuper ſubditos iurisdictionem contentioſam ratione loci, & ita etiam vltra Doctores ſupracitatos pro hac ſententia, tenet Fr. Anton. a Spir. Sanct. de regim. Præl. tract. 4. diſput. 2. ſect. 4. num. 85.

68 Poſſunt etiam prouinciales exiſtentes extra propriam prouinciam ferre ſententias contra ſuos ſubditos exiſtentes in prouincia, dummodo prius eſſent formati proceſſi in prouinciis propriis contra delinquentes per delegatos, vel Vicarios prouincialium, & citati, & auditi rei eſſent in ſuis defenſionibus, quia per ſolam ſententiam non videtur quis inuadere, & perturbare iu-

iuriſdictionem, & prouinciam alienam ſine citatione, & formatione proceſſus, Nauar. c. 27. n. 6. Vgolin. tabul. 1. cap. 27. §. 1. nu. 4. Sayr. lib. 1.
69 cap. 14. nu. 4. Layman lib. 1. tract. 5. ca. 4. num. 8. Et quod multa facere poteſt, ſicut etiam Epiſcopus, in a-
70 lieno territorio, ſcilicet, quod poteſt ſubditis imperare ſub pœna cenſuræ ipſo facto, ac ſine alia ſententia incurrenda. Layman. dicto num. 8. Item quod poteſt etiam particularem ſententiam in ſubditos pronunciare ob delictum notorium, quod nullam cauſæ cognitionem poſtulat, Layman dicto num. 8. & idem dicit Zerola in ſua praxi verbo excommunicatio §. excommunicationis cauſa efficiens ver. tertio ſimiliter. Sayr. lib. 1. cap. 14. n. 6. vers. 7. vbi, quod poteſt Epiſcopus quando ſemel cauſam ex communicationis nouit in ſuo territorio, in alieno territorio ſententiam ferre. Et quod poteſt etiam Epiſcopus extra ſuam diœceſim iuriſdictionem contentioſam exercere, quando cauſæ cognitio non vertitur, vel quando effectus confertur in ſuam diœceſim, dicunt Gonzal. reg. 8. cancell. gl. 62. nu. 11. Gratian. diſcept. for. tom. 2. cauſa 127. nu. 8. Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 16. n. 18. Et idem facere poteſt cum ſuis ſubditis prouincia-
71 lis. Poteſt etiam prouincialis punire ſuum ſubditum reuertentem in propriam prouinciam pro delicto commiſſo extra prouinciam, dummodo delictum commiſſum ſit contra legem naturalem, aut diuinam, aut iuris communis, aut ſtatuti totius Religionis, Abb. in c. 1. de raptor. à n. 17. Sylu. Sot. & Henriq. citati ab Auila de cenſur. par. 2. c. 3. diſp. 2. dub. 2. concl. 6. Suar. lib. 3. de legib. ca. 22. n. 5. Salas de legib. diſp. 14. ſect. 5. n. 74. Alter. de cenſur. lib. 3. diſp. 9. cap. 1. vers. verum, Sayr. lib. 1. ca. 6. nu. 42. Et dummodo prouincialis pro tali delicto non procedat ex officio, ſed per viam accuſationis, aut denunciationis. Bonifacius Vitalin. tit. de inquiſitionib. nu. 54. Boer. dec. 270. num. 4. Secus tamen eſſet, ſi prohibitum non eſſet delictum in illa prouincia, vbi illud peregit, ſed tantum in Prouincia, quò ſubditus facit regreſſum, Ciarl. controu. 61. à n. 23.

72 An prouincialis poſſit ferre ſententiam etiam cenſuræ contra ſuũ ſubditum, qui deliquit in ſua Prouincia, tamen nunc reperitur extra illam, negant loquendo de Epiſcopo reſpectu ſui ſubditi. Pont. de Leon. lib. 5. de matrim. c. 7. §. 2. n. 20. Diana par. 3. tract. 5. reſ. 34. ad fin., par. 5. tract. 9. reſol. 34. vers. reſpondetur. Sed contrariam ſententiam tenent communiter Doctores, ita Sot. Sylu. & Armilla, quos citat, & ſequitur Auila par. 2. ca. 3. diſput. 2. dub. 2. conclus. 2. Diana ſibi contrarius par. 5. tract. 9. reſol. 32. vers. notandum 2. Caſtr. Pal. tom. 1. tract. 3. diſp. 1. punct. 24. §. 5. n. 13. Reginald. lib. 9. n. 147. & alii ab ipſis citati; & confirmatur, quia aliàs quis de facili poſſet deludere iuriſdictionem ſui Epiſcopi, & hoc in praxi poteſt fieri, ſi antequam excommunicandus exierit à Diœceſi fuerit citatus à ſuo Prælato, ad dicendum cauſam qua-

quare, &c. vel ad informandum,& c.quia per citationem non comparendo dicitur ab ipſo contracta in loco contumacia ob quam poteſt Prælatus procedere ad vlteriora, ſententiam ferre, ac cenſuris delinquentem ligare,cum ſufficiat ſemel fuiſſe citatum,Genuen.in praxi ca. 24.n.12.Marcel.Vulp.in ſua praxi ca.1.n.40.Coccin.decis.216. nu.23. Sed ſi ſtatim poſt patratum crimen fugerit antequam eſſet citatus poteſt citari in domo ſolita habitationis,& in valuis Eccleſiæ Cathedralis iuxta practicam traditã à Clar. qu.31.nu.16. Villagut.in praxi lib. 1.ca.3.concl.3.in fine. Seraph. dec. 126.Et ita etiam poteſt obſeruari à prouinciali erga ſuos ſubditos, citando delinquentem ante fugam perſonaliter,vel poſt fugam in cella ſolita habitationis, & in valuis refectorii cum dimiſſione copiæ,& poſtea ferre ſententiam iuxta for mam traditam in fine quartæ partis.

73 Poteſt etiam prouincialis ferre cenſuras, contra ſuos ſubditos exiſtentes extra Prouinciam per ſententiam generalem, ſcilicet,dicendo; quis furtum fecerit excommunicatus ſit, &c. Et licet quoad Epiſcopos ſit controuerſia; nam vna opinio tenet, quod Epiſcopus non habet iuriſdictionem in perſonam ſubditorum niſi ratione territorii, itaut non poſſet ferre ſententiam etiam generalem contra eos exiſtentes extra territorium; Altera opinio, quæ eſt communis tenet oppoſitum, quia ſententia reſpicit perſonas, & non territorium, & ideo per ſententiam generalem poteſt fdrre cenſuram contra ſuos ſubditos, etiam extra territorium, ita de communi docet Alter. de cenſ. lib.3.diſp.9.c.31.propoſit.3. Bonac. diſp.1.qu.1.p.11. num.14. Sayr.lib. 1.cap.7.nu.18.Vgolin.tabula 1. ca. 9.§.3.nu.4. Suarez diſp.5. ſect.3.nu. 15 Diana par.3.tract.5.reſol.21. & alii ab ipſis citati; Et quia prouinciales habent iuriſdictionem in perſonas ſubditorum indepẽdenter à loco,ſine controuerſia poteſt contra eos ferre ſententiam cenſuræ per ſententiam generalem; (Non
74 autem per modum ſtatuti, quia non ligat ſubditos extra prouinciã) & per eandem rationem poteſt prouincialis præcipere ſubdito peregrinaturo ſub pœna ſuſpẽſionis ne in alia prouincia, quam petit ver. gr. ludat; arma geſtet, abſtineat ab aliquo exercitio, vel opera, & ſimilia; ita quod contraueniendo incurrat ipſo iure dictam cenſuram; ita dicunt de Epiſcopo reſpectu Clerici ſui ſubditi, Alter.lib.3.diſp. 9.cap.6. vers. alia tamen eſt ratio, Layman.lib.1.trac.5.ca.4.n.6.ad finem, & ſeq. Suarez, & alii, quos contra ſe citat Coninch. diſput.13. num.55. Qui per dictam rationem, quod Epiſcopi in alieno territorio nullam habent iuriſdictionem tenet oppoſitum, ſed Diana par.5.tr. 9.reſolut.32. vers.notandum, tenet opinionem affirmatiuam, contra illud, quod prius dixerat part.3. tr. 5.reſol.74. Sed quoad prouinciales habentes iuriſdictiones in perſonas ſine reſpectu ad territorium, ceſſat omnis controuerſia.

75 Po-

poteſt etiam Prouincialis punire hoſpitem religioſumdelinquentē in ſua prouincia, quia ratione delicti efficitur eius ſubditus. Auth. qua in Prouincia C. vbi de crimine agi oportet, & etiam poteſt carcerari ſi delictū eſt tale, ob quod debet carcerari. Melſi. ca. 4. de pœnis, qu. 12. fol. 204. Et hoc fieri poteſt, ſiue in conuentu, ſiue extra conuentum delinquat; quia delictum ius dat contra delinquentem ſuperiori lo
76 ci, vbi delinquit. An autem condēnari poſſit a prouinciali loci delicti ſi hoſpes poſt delictum commiſſum aufugiat? Reſpondeo, quod ſi antequam fugiat fuerat citatus in perſon a, & iudicium iam cæptum fuerit, tunc non comparendo contracta dicitur contumacia, & prouincialis loci delicti procedere poteſt ad vlteriora, & ſententiam contra eum ferre, Coninc. de cenſ. diſp. 14. n. 17; Auila par. 2. c. 3. diſp. 2. dub. 3. concl. 2. Megal. par. 3. lib. 1. ca. 3. nu. 50. Sed ſi fugerit antequam eſſet citatus, tunc (licet extra forum regulare aliter ſeruetur) Prouincialis debet capere informationes de delicto ab hoſpite commiſſo, & admonere ſuperiorem maiorem, vt prouideat, committendo ſuperiori Domicilij, vel Prouinciæ vbi reperitur, vt delinquentem puniat,
77 Melſi d. q. 12. Et ſi hoſpes pro delicto in aliena Prouincia commiſſo eſſet condemnatus ab illo Prouinciali in pœnam priuationis officii, hæc pœna cum non poſſit exequi in Prouincia, vbi deliquit, & fuit condemnatus, eſt exequenda in propria Prouincia, vbi reperitur. Molfeſ. c. 4. de pœnis qu. 4. fol. 206. Et ſi in dicta Prouincia, vbi hoſpes deliquit non fuit ab illo prouinciali ſufficienter punitus, cum redierit ad propriam Prouinciā a ſuo prouinciali puniri poteſt, Portel. tom. 1. caſu 19. num. 1. Et ſi hoſpes com-
78 miſiſſet furtum in aliqua prouincia, & per tranſitum reperiretur in alia Prouincia cum re furata, poteſt puniri a ſuperiore Prouinciæ, vbi inuenitur cum re furata, & carcerari, licet non ſit ſubditus, ratione originis, neque domicilij, neque delicti, vt poſt Bart. aſſerit Ciarlin. in ſuis controu. ca. 19. Exceptio ex-
79 cōmunicationis eſt anomala, quia opponi poteſt ante litem conteſtatam, & poſt, & in qualibet parte litis, etiamſi delatus eā ſcienter omiſiſſet inter dilatorias exceptiones proponere, c. except. ext. de except. Et probanda eſt coram arbitris, & quando ſunt plures iudices inſolidum, probanda eſt coram non excommunicatis, vt dictum eſt in recuſatione iudicis ſuſpecti; & idem dicendum eſt, quando contra iudicem proponitur aliud impedimentum iuris, videlicet, quod ſit furioſus, mentecaptus, & ſimile. Fuſcar. de ordine iudic. fol. 37. & 39. Sed quoad excommunicatum vitandum, & iam denunciatum certum eſt, quod non poteſt vti iuriſdictione aliqua, neque officium iudicis exercere, quia eo tempore priuatur vſu iuriſdictionis, Hurtad. de excommunic. diſput. 9. num. 8. Sanchez in opuſc. lib. 3. cap. vnico dub. 18. Layman lib. 1. tract. 5. par. 2. ca. 2. num. 14. Suar. de cenſur. diſput. 15.

ſeſt.7.num.1. & 2.vbi loquitur de
religioſis, Alter.lib.2.diſp.2. cap.1.
col.4.Baſſeus cum aliis ab eo citatis
verbo excommunicatio 3. num.21.
Et ſi ſententia eſſet lata a multis,
quorum vnus erat excommunica-
tus, eſt nulla. Layman lib.1. trac.5.
par.2.ca.2.num.14. Cornexo tract.
5.diſp.10.§.5.dub.1. Et tenetur ex-
communicatus reſtituere damnum
illatum reo, vel eius hæredibus,
Hurtad. Sanchez, & alii ſupracita-
ti. Lezana verbo excommunicatio
num.6. Verum,quod ſi talis excom-
municatus conferret ſe in alium
locum,vbi non habetur pro excom.
municato, denunciato,acta eius eſ-
ſent valida, licet grauius peccaret,
Leſſ.lib.2.cap 29.dub.7.nu.63. San-
chez de matrim. tom. 1.diſput. 27.
Suarez tom.1.diſp.14.ſeſt.1.num.4.
Nald. verb. excommunicatio n.36.
82 Idem dicitur de excommunicato
tolerato quantum ad eius fauorem
pertinet, nam a ſubditis pendet va
liditas actus;quia ſubditi ſi volunt,
poſſunt cum tali ſuperiore commu.
nicare, & coram eo cauſam agere,
Lezana verb. excommunicatio nu.
7. 17. 19. 29. 31. 34. & 36. Et poſ-
ſunt etiam eum recuſare, iuxta
Concil.Conſtantienſe,Filliuc.tract.
12.nu.141.Coninch.de cenſur.diſp.
14.a nu.87. Bonac. de cenſ.in com
mun.d.2.qu.2. pun. 5. Villalob. in
ſumma tom.1.tract.17. difficult.13.
num.21.Suar.diſp.15.ſect.7. num.3.
Cum ſubditi poſſint talem Præla-
tum vitare eo modo,quo ante con
ſtit.Cõſtantienſem .ſ. occultè ſi ex-
communicatio eſt occulta,vel pub-
licè ſi erit publica, Suar. ibidem, &
non tenentur admittere iudicem,
vel ſuperiorem excommunicatum.
Sed poſſunt contra illum excipere,
quamuis non ſit denunciatus; quia
Concil.Conſtant.concedit ſubditis,
vt poſſint ius petere ab excommu-
nicato tolerato, non tamen cogit,
Bonac.dicta diſp.3. de cenſur. qu.2.
punct.5.n.3.& pun. 7.n.2. Lezana
dicto verbo excommunicatio n.36.
Etſi excommunicatus toleratus po-
teſt caſtigare, excommunicare,
ſententiam ferre, &c. hoc intelligi
debet ſi ſubditi volunt, & non exci-
piunt de excommunicatione, Ricc.
in prax.for.Eccleſiaſt. reſol. 433. in
2.edit. Quia quod fidelibus, & ſub-
ditis per gratiam conceſſum fuit,
non debet in eorum odium retor-
queri, Laym.lib.1.tr.5.par.2. cap.4.
83 num.4. Et quod dictum eſt de iu-
dicibus, & ſuperioribus excommu-
nicatis, de arbitris etiam accipien-
dum eſt Suarez, & Cornexo citati a
Lezana dicto num.36. Vgolin. de
cenſur.tab.1.cap.9.§.6.nu.37. Regi-
nald.lib.32.nu.31. Delegatio etiam
84 expirat excommunicato delegante
re integra, ſecus re non integra,
quia tunc ſicut non impeditur de-
legatio per mortem delegantis,
ita nec impeditur, per excommu-
nicationem, & idem dicitur de
ſubdelegato, excommunicato de-
legato, Sanchez lib.3. de matrim.
diſp.30.n.6.Sayr.lib.2.cap.6. Alter.
lib.3.diſp.7.cap.3. Auila par.2.ca.6.
85 diſput.6.dub.4.vers.6. Non tamen
idem eſt de Vicario Epiſcopi, quia
excommunicato Epiſcopo,poſt ex-
communicationem ſiuè re integra,
ſiuè re non integra ſemper eius ſen-
ten-

tentia eſt nulla; quia Epiſcopus, & Vicarius faciunt idem tribunal; delegatus autem non facit idem tribunal cum delegante.

Forma exceptionis contra iudicem excommunicatum.

86 Coram vobis N. Iudice ordinario, &c. vel delegato, &c. Ego N. excipiendo dico, vos non poſſe procedere contra me, quia eſtis excommunicati maiori excommunicatione, vt paratus ſum probare coram arbitris, & ideo ſtatim eligo in arbitrum ex parte mea N. &c. Vel (ſi eſt delegatus) vos non poſſe procedere per literas delegationis ad vos directas, ex eo, quod eratis excommunicati tempore delegationis ad vos directę, & nunc etiam eſtis maiori excommunicatione ligati; Sed quia hæc exceptio contingit perſonam veſtram, idcirco ne contra me poſſetis obeſſe, ipſam exceptionem coram arbitris me offero probaturum, & illico ex partè mea eligo N.

Cætera, vt in formis ſupra poſitis dictum eſt, in recuſatione Iudicis ſuſpecti.

Et eſt hic addendum, quod licèt excommunicatus vitandus priuetur excommunicatione propriè dicta, non tamen eſt priuatus poteſtate dominatiua, & ſuperiotate, quæ ſpectat ad gubernationem domus cum adhuc ſit ſuperior, quia per excommunicationem non priuatur ſuo officio, Suar. de cenſur. diſp. 13. initio, Garzia de benef. par. 7. c. 13. num. 90. Peyrinus de Prælato q. 2. cap. 5. num. 11. Lezana ver. excommunicatio n. 22. & ex iſtis Bordon. de profeſſ. regular. c. 23. n. 46. Licet ſubditi poſſunt opponere exceptionem excommunicationis, Bordon. ibidem de communi, poteſt etiam excommunicatus recipere profeſſionem nouitii, quia huiuſmodi receptio non pendet a iuriſdictione, ſed a ſuperioritate, Bordon. ibidem ex Sanch. lib. 1. tr. 5. par. 2. c. 2. num. 13. Caſtr. Pal. de cenſur. diſput. 2. p. 15. n. 4.

CAP. II.

De his, quæ ſeruanda a Iudice ſunt ante interrogationem Reorum.

SVMMARIVM.

1 *Dei auxilium inuocare debet Iudex ante interrogationem Reorum.*

2 *Iudex antequam interrogat reum debet habere notitiam ipſius naturæ, qualitatis, ac morum, necnon omnium indiciorum, ac circumſtantiarum delicti.*

3 *Delicti corpus debet eſſe probatum antequam quis conſtituatur.*

4 *Indicia, & præſumptiones delicti in genere ſufficiunt aliquando ad reum interrogandum, & n. 5.*

6 *Delicti corpus probatur præſumptiuè per coniecturas in delictis difficilis probationis, & probatur per indicia in delictis; in quibus poſt factum non remanent veſtigia.*

7 *Indicia, ad reum interrogandum debent præcedere interrogationem, non ſunt eiuſdem valeris, num. 8. Quid ſit indicium? num. 9. Leue ad quid ſufficiat? num. 10. Graue an ſufficiat ad torquendum, & interrogandum reum, etiam quod non inducat ſemiplenam probationem? num. 11. Aliqui affirmant, ſed hec opinio reijcitur, nu. 12. & 13. Probatur, quod indicium ad interrogandum, non debet eſſe minus, quam ſemiplena probatio, num. 14.*

15 *Iuramentum reo deferri non debet in criminalibus, niſi præcedat ſemiplena probatio.*

16 *Probatio ſemiplena quæ ſit? & quot modis ſit? Maior quam ſemiplena non eſt neceſſaria ad reum interrogandum, & torquendum, n. 17.*

18 *Clerici, & Eccleſiaſtici an torquentur eodem modo ſicut laici.*

SI reus non proponit exceptiones neque dilatorias, neque declinatorias; aut propoſitæ iudicatæ ſunt friuolæ, & calumnioſæ ad differendum, vel effugiendum iudicium. Debet iudex reum conſtituere, ſeu interrogare, & per conſequens litem conteſtare; Sed antequam reum conſtituat, debet conſiderare, & obſeruare ea, quæ ſequuntur. Et ante omnia, vt officium ſuum feliciter ad finem perducere poſſit, Dei auxilium inuocare debet; vt a bono initio, melius medium, & optimum finem ſe-
1 quatur. Poſtea debet habere morum, & vitæ rei examinandi notitiam. Nec non, an ſit timidus, vel fortis; an loquatur timidè, vel audacter; nam timidus debet terreri; iracundus concitari; verecundus modeſtis, & blandis verbis capi: Item ſi eſt literatus, vel idiota; quia literatus debet diligentius examinari. Debet etiam conſiderare naturam, ſubſtantiam, qualitatem, & circumſtantias delicti; Ac omnia indicia quibus reus eſt irretitus; Tempus, etiam, & locum commiſſi delicti. Ex quibus omnibus bene conſideratis poſſit ſumere occaſionem, artem, & modum, examinandi, & interrogandi reum. Nam ipſa indicia ſunt media, & loca interrogationum, ex quibus, veluti ex certis, & propriis locis interrogatoria conſtruere debet iudex, vt conuincere reum poſſit. Nam ſicut infirmitates naturales in humanis corporibus ſunt variæ; vnde variæ debent eſſe medicinæ. Ita pariter, quia delicta, delinquentes, indicia, circumſtantiæ, & alia ſemper in qualibet cauſa variantur. Ita varius ſemper debet eſſe modus, & ars interrogandi, vt veritatem detegere, & inuenire Iudex poſſit. Et ideo aliter interrogādus eſt reus in cauſa vulneris; Et aliter in cauſa ſollicitationis ad turpia, nam interrogatio in cauſa vulneris verſari debet circa inimicitias, rixas, minas, arma, & ſimilia. Et interrogatio in cauſa ſollicitationis ad turpia, verſari debet circa colloquia, tactum, frequentiam, dona, locum, tempus, & ſimilia; Et idem dicendum eſt in aliis delictis, vt ſemper interrogatoria variari debeant ſecundum variationem delictorum, indi-

inditiorum, circumſtantiarum, & delinquentium.

3 Secundò debet iudex conſiderare ſi conſtet de corpore delicti; de quo ſi non conſtet, non poteſt iudex reum interrogare, Marſil.conſ. 12.nu.3.conſ.14.nu.15.conſ.18. nu. 4. Cartar.de interrogat. reor. lib.1. ca.2.n.3. Nec poteſt inquiſitionem ſpecialem formare, nec reum citare. Cartar. vbi ſupra n.4. nec ad capturam procedere. Boſſ. tit.de delict. in fin. niſi de fuga timeatur, Chart. vbi ſupra. Blanc.de indic.nu.
4 8. Baiard.q.4.n.3. Verùm, quod per indicia, & præſumptiones delicti in genere in delictis occultis, & & difficilis probationis poteſt procedi ad ſpecialem inquiſitionem, ad interrogationem, & torturam, affirmat Sanfelic.dec.28.n.2. Vnde ſi quis viſus fuerit ſimul cum alio, & poſtea per aliquod ſpacium temporis non apparuerit, exiſtente fama mortis illius; vel aliquod aliud indicium mortis; poterit inquiri, interrogari, vbi reperitur N. cum quo fuit viſus, &c. & ſuper hoc torqueri. Facit l.etſi certus §.ſi vnus ff. ad Senat.Conſult. Syllan. vbi notat Bart. ſeruos poſſe torqueri non comparente Domino. Et Iul.Clar. qu.4.n.4. refert. Quod Senatus iuſſit procedi contra quoſdam de Longinis, qui ſimul viſi fuerant cum eo, qui dicebatur interfectus, etiam quod cadauer repertum non fuiſſet, de qua re late Sanfelic. dicta decis.28.par.1. vbi n.3. dicit, quòd ſi eſſet probata ſimplex aſſociatio non poſſet torqueri; Et ita deciſum refert per magnam Curiam: Requiritur ergo vltra aſſociationem, vt concurrat fama mortis illius aſſociati, vel concurrant aliqua alia indicia mortis, vel occiſionis, & ita refert fuiſſe pluries iudicatum, vt aliis concurrentibus, quamuis non conſtet de corpore occiſo poſſit deueniri ad inquiſitionem, interroga-
5 tionem, & torturam. Et nu.4. dicit, quòd in delictis, quæ habent etiam figuram non delicti, & quæ poſſunt euenire cum ſcelere, & ſine ſcelere; concurrentibus indiciis ſufficientibus ad torturam poteſt procedi. Et refert, quod in crimine nefando, quamuis per fidem medici teſtificantis, non potuiſſent apparere ſigna in adoleſcente prouectæ ætatis, nibilominus fuiſſe ſufficienter probatum delictum in genere, concurrentibus indiciis ſufficientibus ad torturam, & ita deciſum refert.
6 Et Farin.q.2.n.12. inquit, quòd in delictis occultis, & difficilis probationis, corpus delicti ſufficit conſtare per coniecturas, vbi alios citat, & n.13. Quod corpus delicti probatur per indicia in delictis, in quibus poſt factum nulla remanent veſtigia. Et non præcedentib. indiciis, & coniecturis ſuper corpore delicti veſtigia non relinquentis, non poteſt deueniri ad interrogationem. Sicut nec poteſt reo tranſmitti inquiſitio, ſeu citatio. Farin.d.n.13. in fine. Et in omnib. quæ difficilis ſunt probationis, ſatis eſt, vt præſumptiuè conſtet de corpore delicti; Et idem dicit Menoch. præſumpt. 58. nu.2.lib.1. ex Foller. in pract.crim. p.2.rubr.capiat informationẽ n.9. Gabr.lib.7.concl.17.n.14. in fine.

7 Ter-

7 Tertiò requiritur, vt neceſſario præcedant indicia ad interrogandum ſufficientia. Boſſ.tit. de exam. reor.nu.6.Cartar.de interrog.reor. lib.1.ca.2. n.5. alias Curia ſumeret probationes de domo rei. Ideſt extorquendo confeſſionem ex ore ipſius rei; quòd eſt prohibitum non præcedentibus indicijs, l.de minore, §.tormenta ff. de quæſt. Et confeſſio inde ſequuta ac etiam perſeuerata, & cum iuramento firmata, & ex ſuperuenientibus indicijs roborata non nocet, Burſ.conſil.201. num.25.Parin.quæſt.37.n.110.Ball. tract.var.lib.1.quæſ.4.vbi reprobat Maſcard.concl. 353. n.31. afferentem nocere ſi eſſet expreſsè ratificata.

8 Indicia autem non ſunt eiuſdem valoris, gradus, ponderis, magnitudinis, & qualitatis. Et eſt indi-9 cium, ſignum ſiue demonſtratiuum adminiculum delicti, vel alterius rei de quo, vel de qua quæritur, & eſt pars probationis, quam lex interdum appellat indicium, interdum argumentum, interdum ſuſpicionem, interdum probationem. Quod indicium delicti aliud eſt leue, aliud graue, aliud indubitatum, de hoc indicio indubitato non eſt dubium, quod ſufficit ad interrogandum, cum ſufficiat etiam ad condemnandum, de quo ſermonem faciemus infra par.6.c.4.a num.17.

10 vſque ad finem. Indicium leue ſufficit tantum ad inquirendum, ideſt ad aſſumendas ex officio informationes contra aliquem de delicto, & non ſufficit ad interrogandum, quia non multum vrget, & raro infert delictum; nec ad capturam ſufficit, niſi quando adeſt ſuſpicio fugæ, Clar.quæſ.21. verſ.ad inquirendum, Parin.q.36.n.51. Miranda q.36.n.32.

11 Quoad indicium graue variant Doctores, Clar. vbi ſupra, dicit, quod indicium graue ſufficit ad interrogandum, & torquendum reum, etiam, quod non inducat ſemiplenam probationem, & huius opinionis ſunt nonnulli Doctores, quos citat Farin.qu.36.n.218. quos reijcit idem Farin. n.219. cum aliis

12 ab eo citatis, aſſerens, quod indicium ad torturam non debet eſſe minus, quam ſemiplena probatio, Scac.de iudic.lib.1.ca.8.n.9. Facit differentiam inter indicium graue ſufficiens ad citandum, & interrogandum reum, & inter indicium graue ad torquendum, dicens; quod indicium ad citandum, & interrogandum reum ſufficit, quod ſit aliquantum minus debile, quàm illud quod requiritur ad torturam; Sed hæc opinio non poteſt ſubſiſtere, quia interrogatio in hoc caſu eſſet fruſtratoria, nam ſi interrogatus negaret, illa negatio non augeret, ſed minueret probationem, & ſi per eum non ſufficeret ex ſe ad torquendum multo minus ſufficeret in caſu negationis; ad quid ergo interrogatio eſt facienda? Inſuper ſi reus citatus eſſet contumax (ſtante ſtatuto, quod contumax poteſt cōdemnari) condemnaretur per eum etiam ſine ſemiplena probatione; & ideo hæc opinio fuit reiecta à Natta conſ.554.num.14. lib.3. Aſ-

13 ſerente, quod ad contumacem con-

condemnandum requiritur ſaltem indicium ſufficiens ad torturam; quam opinionem veriorem dicunt Beccan.conſ.11.nu.7. & 8. Practic. Papiens.in forma inquiſit.gl.1. in verbo contumax fol. 1004. & conſentit Chartar.de execut.ſent. c.fin. nu.138. Ex dictis ſequitur, quod ſi-
14 cut indicium ad torturam non debet eſſe minus, quam ſemiplena probatio, ita etiam indicium ad reum interrogandum, & ita dicunt D.Thom.2.2.qu.69.art.2.in corpore, & ibi Caiet.& Mich.Salon. art. 2.contr.2.concl.2. in princip. Nau. c.25.nu.36. de iudic.& in cap. inter verba corol.64.n.744.& 797.in nouo eſt corol.65.n.256. Diaz.c.128. nu.4.Sanch.opuſc.lib.6.c.3. dub 32. n.2.Sot.de iuſt.lib.5.qu.7.art.1.erga finem, Clau.reg.lib. 12.c.16.n.5.De Lugo diſp.40.n.11.Bordon.in prax. crim.c.67.n.6. Et loquendo in iudicio regulari idem dicunt, Megal. in promptuar.verbo crimen nu.11. Peyrin.litt.R.c.9.n 6. Ghiſler. de iudice regul.ca.18.nu.4.iuncto n.9. P.Bouer.in director.par.2.c.35. in princip.P.Bict. q.80. nu.14.& licet D.Thom.vbi ſupra, & Nauarr.in rubr.de iudic.nu.58.dicant ſufficere famam, debent tamen intelligi de fama vehementi, adminiculata, quæ facit ſemiplenam probationem de qua loquimur infra ca. ſeq. nu.23.& ſeqq. Imò dicit Leſs.de iuſtit.& iur.c.2.dub 32.n.2.ex Couar.
15 ab eo citato. Quod nec iuramentum reo deferri poteſt in cauſa criminali, niſi præcedant indicia, & probationes ſufficientes ad torturam, quia iuramentum eſt quædam ſpiritualis tortura; idem dicit Reginald. in praxi for. pœnit. lib.24.
16 nu.42. Et per conſequens niſi præcedat ſemiplena probatio non poteſt interrogari. Eſt autem ſemiplena, probatio illa, quæ rei geſtæ fidem aliquam facit iudici, non tamen tantam, vt ſufficiat ad reum condemnandum pœna ordinaria, quæ quatuor modis fit; Primò, per depoſitionem vnius teſtis idonei vt aliàs dictum eſt; Secundò, per literarum comparationem; Tertiò per ſcripturam priuatam, & quartò per præſumptionem non vrgentem, Maſcard.de prob. concl.4. nu 11.15.& 17.& concl.11.nu.1.Farin qu.36.nu.21.
17 Et licet de Angel. c.24. n.6.Exiſtimet quod ad interrogandum, & torquendum reum requiratur maior probatio, quam ſemiplena, & citat pro ſe Aldret. & Martin. a S Ioſeph. tamen hæc opinio eſt reijcienda, quia eſt contra communẽ Nam ſicut requiritur ſemiplena probatio,& minor non ſufficit, ita maior probatio non eſt neceſſaria cum ſufficiat ſemiplena, quod procedit etiam quando Clerici,& Re-
18 ligioſi ſunt interrogandi,& procéditur per viã accuſationis, vel denunciationis torquentur ſicut laici, & ideo nulla contra eos præcedente infamia poſſunt torqueri, delictum eſt ſemiplenè probatum Megala in praxi crimin.c.14. n.1 Pegna part.3. comment.110.Salzedo ad Diaz.cap.125.litt.A. Caren par.2.tract.1.nu.115. Mirand. q.21 n.189.Diana par.4.tract.6. reſolu 36.quicquid alii dicant, maiora

ta-

tamen debent eſſe indicia, Farinac. qu.41.nu.6.Carena,vbi ſupra. Guazin.defenſ.30.c.10.n.3. Arbitrio tamen iudicis,etſi eſſent malæ famæ, aut delictum eſſet enorme torquentur ſicut laici, regulariter tamen quando delictum non eſt enorme, & ſunt aliàs bonæ famæ, tortura debet eſſe mitior, Spatar. tract.9. ca.22.Roderiq.tom.2.qu.19. art.1. in fine.Souſa lib.2. c.39. n.32.

CAPVT III.

De indicijs, quæ præcedere debent interrogationem, & torturam Reorum.

SVMMARIVM.

1 *Indicia ad interrogationem, & torturam an ſint ſufficientia, arbitrio iudicis relinquitur.*

2 *Indicium ad torturam facit vnus teſtis omni exceptione maior deponens de veritate facti, per ſenſum corporeum.*

3 *Teſtis non omni exceptione maior etiã cum tortura, non ſufficit ad interrogationem, & torturam, niſi in iudice habente arbitrium: non omni exceptione maior cum alio adminiculo ſufficit ad torturam, & ſine adminiculo, quando deponit contra hominem malæ famæ, num.4.& 5.*

6 *Teſtes minores duo, faciunt indicium ad torturam.*

7 *Teſtimonium puberis, cum alijs adminiculis facit indicium ad torturam.*

8 *Teſtes duo non omni exceptione maiores faciunt indicium ad torturam, & num.9.*

Meretrix non dicitur, quæ ſemel fornicata eſt, ibidem.

10 *Teſtes duo ſingulares deponentes contra vnam, & eandem perſonam de eadem delicti ſpecie, quæ reiterari poteſt, faciunt plus quam ſemiplenam probationem, & ſi non ſunt integri ſufficiunt ad torturam.*

11 *Teſtes ſingulares deponentes de diuerſis indicijs ad eundem rei finem tendentibus ſufficiunt ad torturam.*

12 *Iudex poteſt credere teſtibus ſingularibus, ſi ex eis reducitur ad credulitatem.*

13 *Indicium vnum proximum, & immediatum bene probatum facit indicium ad torturam. Vnum remotum probatum per duos teſtes cum adminiculis facit indicium ad torturam, & etiam ſine adminiculis, ſi valdè infert ad delictum, num.14.& 15. Vnum aliquando valet pro ſemiplena probatione, quod Iudicis arbitrio relinquitur, num.16.Vnum remotum ſine adminiculis, non ſufficit ad torturam, num.17.*

18 *Indicia duo remota probata per duos teſtes, faciunt indicium ad torturam.*

19 *Teſtes plures probantes indicia remota non eſt neceſſe, quod ſint omni exceptione maiores.*

20 *Confeſſio extraiudicialis an, & quando facit indicium ad torturam? Et ponitur regula cum ampliationibus, & limitationibus. Si confirmatur in tortura, indiget adhuc ratificatione extra torturam, num.21. Si eſt reuocata in iudicio non prodeſt, ſecus ſi ante iudicium coram ijſdem perſonis coram quibus confeſſus fuit, num.22.*

23 *Fama vehemens facit indicium ad torturam*

turam, & quæ ipſa ſit? Declaratur, num. 24. Orta ex auditis in confeſſione nullum facit indicium, num. 25. Bene probata facit indicium ad torturam in his, quæ ſunt difficilis probationis, & cum adminiculis plenam probationem, num. 26. In dubio cenſetur orta à fide dignis, niſi contrarium probetur, num. 27. Facit ſemiplenam probationem contra infamatum, quando habet ortum à veriſimilibus coniecturis, num. 28. Cum adminiculis facit indicium ad torturam, num. 29. In ſpecie contra aliquem iuncta cum mala fama ingerere, facit indicium ad torturom, nu. 30. Sola de Iure Canonico facit indicium ad torturam ſecundum aliquos, num. 31. Non eſt contemnenda licet habeat ortum à turpibus perſonis, quando in loco non poſſunt haberi alii teſtes, nu. 32. Contra valdè diffamatum probatur per teſtes inhabiles, num. 33. Quæ habent ortum ex aliqua coniectura, vel cauſa rationabili probant, abſque eo, quod teſtes nominent à quibus audierint, num. 34. In genere de delicto de quo quis inquiritur iuncta cum teſte de auditu, aut alio adminiculo facit indicium ad torturam, num. 35. Orta poſt carcerationem, vel inquiſitionem non nocet, niſi cauſa vnde oritur ſuperueniat, num. 36. In genere tollit indicium malæ famæ in genere, ſed non indicium malæ famæ in ſpecie, neque aliquod aliud indicium ſuper delicto, num. 37. In ſpecie, probatur per teſtes ſingulares, nu. 38. In genere multa operatur contra delinquentem, & plura exempla ponuntur, n. 39.

40 *Suſpectum conſortium plenè probatum eſt delictum de per ſe, & facit indicium de peccato ipſo contra caſtitatem.*

41 *Fuga quando facit indicium ad torturam, ponitur regula cum ampliationibus, & limitationibus.*

42 *Fugæ præſtans auxilium præſumitur particeps delicti.*

43 *Inimicitia capitalis iuncta cum alio adminiculo facit indicium ad torturam, & quando ſine adminiculis ſufficit? Et num. 46. Inimicus ſi conſtat quod occiderit præſumitur appoſtatè occidiſſe nu. 44. Inimicitia non præſumitur, ſed debet probari, & ſufficit probare cauſam inimicitiæ, num. 45. In multis caſibus non facit indicium ad torturam, qui recenſentur, num. 47.*

48 *Minæ cum adminiculis, quando faciunt indicium ad torturam, & num. 50. & 51. Quando etiam conſtat, quod minans fuit delinquens faciunt præſumere delictum appoſtatum, n. 49.*

50 *Iactanti an faciat indicium ad torturam declaratur.*

52 *Minæ ſunt probandæ per duos teſtes ſaltem ſingulares.*

53 *Minans, an, & quando in actu minarum poteſt occidi impune.*

54 *Furata res, penes aliquem inuenta, an, & quando faciat indicium ad torturam. Qui ſcienter acceptat, tenetur graui pœna, & quidam ad triremes per quinquennium fuit condemnatus, num. 55.*

56 *Indicia plura furti recenſentur.*

57 *Mendacium circa factum principale, vel circumſtantias ſubſtantiales, an, & quando faciat indicium ad torturam.*

58 *Variatio rei an, & quando faciat indicium ad torturam.*

59 *Forma ſcribendi ab Actuario variationem, vel ante torturam, vel in tortura traditur.*

60 *Vacillatio, an, & quando faciat indicium ad torturam.*

61 *Socij criminis nominatio adminiculata facit indicium, ſecus ſine adminiculis, & recenſentur adminicula, num. ſeq. Nominans conſocium debet torqueri, ad purgandam infamiam, (niſi ſtylus Curie aliud obſeruet,) quæ tortura qualis eſſe debet, & an debeat ratificari, id quod depoſuit in tortura, declaratur, num. 63. Torqueri an debet ad purgandam infamiam indultatus à Principe, ſi nominat ſocios, num. 64. Vt faciat indicium ad torturam contra nominatum quatuor requiruntur. ſed in aliquibus curijs non omnia obſeruantur, num. 65. Crimira excepta de quibus ſocius criminis interrogare poteſt de ſocijs, recenſentur, nu. 66. Secius criminis inimicus non facit indicium contra nominatum ab eo, num. 67. Quando poteſt interrogari de conſocijs debet interrogari in genere, & non in ſpecie, niſi contra aliquem eſſent indicia legitima, nu. 63. Reus quoties fatetur deliquiſſe cum ſocijs, poteſt cogi à Iudice, vt eos exprimat, non ſuggerendo perſonam, num. 69. Socius ſi ſua ſponte nominat ſocios ſine aliqua Iudicis interrogatione, an faciat indicium? Et quando cenſetur ſponte deponere? num. 70. & 71. An cum adminiculis faciat indicium ad torturam, num. 72. Nominans conſocios in tortura, ſi reuocat ſuam depoſitionem, an prodeſt nominatis, num. 73. Interrogatus à Iudice de ſe, & alijs ſi nihil dicit de alijs, ſi poſtea in tortura nominet alios, an eis noceat? num. 74. Cum teſte ideo an plenè probet? num. 75. Indicium reſultans ex nominatione ſocij criminis facta in tortura, an elidatur per bonam famam nominati? num. 76. Conſilium circa reum torquendum pro ſociorum nominatione, num 77.*

78 *Conſuetudo delinquendi, & mala fama cum adminiculis facit indicium ad torturam, & ponitur praxis circa hoc.*

79 *Conſuetus delinquere, vt poſſit acrius torqueri, aut acrius puniri, quæ requiruntur.*

80 *Mandatarij dictum, quando facit indicium contra mandantem declaratur, & num. 82. Duo faciunt indicium ad torturam contra mandantem, num. 81.*

83 *Mandatum in dubio non præſumitur etiamſi delictum factum ſit à filio famulo, vel ſeruo.*

84 *Occiſor, ſi erat inimicus occiſi, homicidium præſumitur effectuatum ex propria inimicitia.*

85 *Mandans non incidit in cenſuras, ſi mandatarius erat iam facturus ita prompto animo, ac ſi non eſſet mandatum.*

86 *Mandatum præſumitur ex ſecreta allocutione inter offenſum, & vulneratum ſequuto delicto incontinenti.*

87 *Literas ſcienter portans ad perficiendum mandatum tenetur de mandato.*

88 *Teſtis vnus idoneus deponens de mandato facit indicium ad torturam contra mandantem.*

89 *Iudex an poſſit contra mandantem procedere, non liquidata prius perſona mandatarij.*

90 *Aſſertio vulnerati facta in articulo mortis concurrentibus adminiculis facit indicium ad torturam, contra in-*

Digitized by Google

inculpatum, quæ ad minicula qualia eſſe debent declaratur. Rapta contra raptorem facit indicium ad torturam nu.91. Patientis Sodomiam cum adminiculis facit indicium ad torturam, num.92. Derobati contra derobantem in campis, cum adminiculis facit indicium ad torturam, renunciato intereſſe, n.93.

94 *Socius itineris iniuriati, an faciat indicium contra iniuriantem?*

95 *Res alicuius inuenta in loco, vel circa locum delicti facit regulariter indicium ad torturam contra illum, cuius probatur eſſe rem illam.*

96 *Acclamatio, aut vociferationes alicuius ſimul cum fuga, faciunt indicium contra fugientem.*

97 *Scriptura ex qua delictum colligitur facit indicium ad torturam contra ſcribentem, quomodo autem probetur, quod ſcriptura ſit facta manu alicuius declaratur, n.98.*

99 *Taciturnitas, an, & quando faciat indicium ad torturam.*

100 *Aſſociatio delinquentis extra locum, vel ciuitatem ne capiatur, quando faciat indicium.*

101 *Conuerſatio cum malis, cum adminiculis facit indicium ad torturam.*

102 *Frequentatio loci delicti non neceſſaria, facit indicium ad torturam cum adminiculis.*

103 *Deprehenſio in loco delicti accedente inimicitia cum offenſo, facit indicium ad torturam.*

104 *Aſſiſtentia cum armis in loco, & tempore commiſſi delicti, quando faciat indicium ad torturam, & quando præſumitur caſualiter, & quando præcedente tractatu aſſiſtere.*

105 *Armorum delatio contra eum, qui non eſt ſolitus arma deferre, alijs concurrentibus facit indicium ad torturam.*

106 *Sanguis profluens ex vulnere interfecti præſente ſuſpecto cum adminiculis facit indicium ad torturam.*

107 *Dominus domus ſi non denunciat delictum in eius domo commiſſum præſumitur contra eum, & eſt indicium ad torturam.*

108 *Cauſa delicti aliquo alio concurrente facit indicium ad torturam.*

109 *Interrogatus, ſi negat reſpondere quale indicium faciat.*

110 *Indicium quale facit, qui viſus eſt exire cum gladio ſanguinolento de aliquo loco, vbi reperitur homo mortuus. An faciat contra ſeipſum, qui emit venenum, & reperitur homo mortuus ex veneno, nu.111. Eſt ad torturam contra illum, qui mutuo accepit pecuniam, & paulo poſtea alium occidit, nam ex breuitate temporis præſumitur ob acceptam pecuniam occidiſſe, num.112. Ad torturam, quando facit conſcientia criminis, n.113. Indicium, quòd ex ore inquiſiti reſultat, multum facit contra ipſum, num. 114.*

115 *Teſtis falſus facit indicium contra corrumpentem, cum adminiculis.*

116 *Cartula peccatorum reperta contra aliquem non facit indicium contra ipſum.*

117 *Indicia leuiora ſufficiunt ad torturam in delictis de nocte commiſſis.*

118 *Indicium delicti appenſati, quando facit delictum tempore noctis commiſſum?*

Delicti preditorij, quando oritur num.119.

120 *Indicia, quando dicuntur legitima ad torturam.*

121 *Iudicis arbitrium quomodo debet regulari in tortura rei inferenda.*

1 POſito, quòd ſupra probatum eſt, nimirum indicia, facientia ſemiplenam probationem neceſſario requiri ad reorum interrogationem, ſicut requiruntur ad torturam; Sequitur modo videre, quæ, qualia, & quanta hæc indicia eſſe debeant, & an vnum ſufficiat? Sed quia non poſſunt omnia indicia recenſeri, nec dari poteſt certa, & determinata doctrina, iudicis arbitrio hoc remittitur. Card. Bald. & Angel. in l.milites, Cod. de quæſt. Alex.conſ.77.nu.4. lib.1. Marſil.in l.vltima nu.4.ff.de quæſtion. Clar. q.64.verſ.hoc autem, Gomez.tom. 3.c.13.de prob.delict.n.13. Menoc. de arbitr.lib.2.caſu 270.n.3. & de præſumpt.lib.1.q.89. n.1. Iudex ergo arbitrari debet, quando agitur de indicio facti, an ex deductis in proceſſu reſultet nec ne indicium ad torturam; Sed poſtquam indicium fuerit probatum; & conſtet quod ſemiplenam facit probationem, tenebitur iudex omnino reum interrogare. Et ſi negatiuum fuerit torquere. Rim. iun. conſil.361. nu 53. De quibus indicijs ſufficientibus ad torturam loquuntur. Blanch. in repet.l.fin.n.43.ff.de quæſtio. Brun.In tract.de indic.& tort.Boſs. tit.de indic. & conſid. ante tortur. Clar.& Baiard.qu.21.Menoch.de arbit.caſu 270.lib.2. & de præſumpt.lib.1.q.89. vbi cumulauit 43. indicia, Caualcan.de Brach.reg.part. 3.à nu.73. & ſeqq. Peregr. conſil. 2. vol.2.Farin.in tract.de indic.& tortur. & alii. Nos autem aliqua recenſebimus, quæ frequenter occurrere ſolent, & Primò ſermonem faciemus de teſtibus facientibus ſemiplenam probationem; Secundò, de indicijs in communi facientibus eandem ſemiplenam probationem, & poſtea de ipſis indicijs, in particulari.

2 Et primo vnus teſtis omni exceptione maior, deponens de veritate facti per viſum, vel per alium ſenſum corporeum, facit ſemiplenam probationem, idem Cornelio, & l.maritus ff.de quæſt.vbi Bart.& ceteri. Angel. in l.3. C. ad leg.Iul. Maieſt. Sufficientem ad interrogationem,& torturam. Menoch.de præſump.q.89.n.5.6.& qu.21.nu.1. Peregr.conſ.2.num.103.vol.2.Ball. tract.var.lib.1.q.10.n.2. Ric. deciſ. Cur.Archiep.268.par.; & alii citati par.4.cap.2. Farinac.q.36.n.224. & q.37.n.58.& qu.56.nu.22. Debet tamen eſſe invulnerabilis, itaut nulla exceptione vulnerari poſſit. Quia ſi vrget contra eum aliqua coniectura, aut aliqua leuiſſima exceptio, non facit ſemiplenam probationem, prout ſi non deponit veriſimilia; vel ſi non fuit ritè examinatus; vel ſi non reddit bonam rationem dicti ſui, & quid ſimile. Farin.qu.37.n.57.58. & nu.59.vbi, quòd ſi non eſt omni exceptione maior non facit indicium ad torturam, etiam cum tortura, & nu.60. ampliat etiam in criminibus exceptis.

3 Quod limitatur in iudice habente arbitrium, qui ex dicto vnius tantum teſtis etiam minus idonei torquere reum poteſt. Menoch.de præ-

præſumpt.qu.89. n.13.Boſſ.tit.de indic.nu.12.Baiard.qu.64. num.59. Ricc.deciſ.269. nu 6. par.2. Cabal. caſu 193.nu.7. Gramm. deciſ.34.nu. 31. ex Gandino, & Alex. conſil.65. vol.5. Etiamſi fuiſſet receptus parte non citata,dummodo ſtylus ita ſe habeat.

5 Vnus teſtis non omni exceptione maior concurrente fama, vel aliquo alio adminiculo ſufficit ad reum interrogandum, & torquendum. Farin.qu.37.nu.55.& 56.vel ſi delictum eſſet difficilis probationis, idem num.62. Et in criminalibus regulariter vnus teſtis non idoneus etiam in criminibus exceptis non facit indicium ad torturam, niſi aliis adminiculis adiuuetur. Bald. conſ.259.lib.1.Alex.conſ.11. nu.11. lib.1.Marſil.conſ.101. nu.36. & 37. Carrer.de indic.& tort.15. quæ autem nu.3. & 5. vbi ampliat etiam cum tortura. Menoch.de præſump. lib.1.q.89.n.11.Pariſ.conſ.2.num.4. vol.2.

6 Licet vnus teſtis non omni exceptione maior deponens de viſu faciat indicium ad torturam, quando deponit contra criminoſum, & malæ famæ.Menoch.dicta q.89.nu. 9.Farinac.dicta quæſt.37. num.65. Ball. tractat. variar.lib.1.quæſt.10. numero quinto.Guazz.defenſ.reor. 30. cap.30. num.5. Ricc. deciſ.268. n.5.par.2. Quia contra homines infames, & malæ vitæ, admittuntur teſtes inhabiles, Farin. vbi ſupra n.67.Ricc.d.n.5. Dummodo huiuſmodi teſtes non ſint prorſus inhabiles, vt inimici capitales, & ſimiles, Peregr.dicto conſ.2.n.103.Duo minores 20.annorum faciunt indicium ad torturam contra quem deponunt,Delr.diſquiſit.Magic.appendic.2.lib.5.qu.15.litt.F.Diana par.4.tr.6.reſol.25. in fine. Dictum

7 etiam puberis, ſcilicet maioris 14. annorum, vel proximi pubertati concurrentibus aliis adminiculis, & præſumptionibus facit indicium ad torturam. Farin.quæſt.58.nu.52. cum aliis ab eo citatis, Pereg.conſ. 2. num.78. Imò proximus pubertati, ideſt poſt decimum annum cum dimidio in caſibus difficilis probationis, & in caſibus exceptis ſine iuramento cum adminiculis facit indicium ad torturam, Farin.q.58. nu.52.Carena par.4. tit.5. num.49. Ricc.deciſ.85.par.2. vbi, quod dictum ſodomitati facit indicium ad torturam concurrente aliquo alio adminiculo, ex Boſſ. tit. de indicat. num. 160. & tit.de ſtupr. deteſt. in fine, Plot. conſil.132. inter conſ. crimin. libro primo. Triuiſ. deciſ. 14. par. ſecunda concurrente tortura ſodomitati, Ball.d.li.primo quæſtio.11. num.9. 10. & 11. Vbi citat Riminald. conſil. 287. & alios, Farinac. quæſtio. 43.numero 99. vbi citat Bertazol. conſil. 71. num.66. Hunded. conſil. 100. numero decimoſexto, & alios, Chartar. deciſio. 88. numero tertio, & quinto. Et quia a iure non eſt definitum, quale eſſe debeat adminiculum, ſeu indicium adiunctum confeſſioni dicti teſtis, reſidet in arbitrio iudicis, qui pro qualitate facti, & perſonarum arbitrari debet, ac poteſt, eſſe aut non eſſe locum torturæ, Gram. deciſ.vigeſimo octauo n.68.

Digitized by Google

nu.28.Menoch.de arbitr. caſu 474. nu.47.Maſcard.concl.1311.nu.53. Fachin.conſ.97.n.18. Vnde dictum ſtupratæ cum tortura concurrente bona fama mulieris, & mala fama inquiſiti facit indicium ad torturam. Ricc.dec.237.par.2. Aut con currente aliquo adminiculo contra inculpatum de ſtupro; & hoc non obſtante, quod ſit ſocia criminis. Boſſ.tit.de indic nu.160. iuncto nu. 166.Marſil.conſ.28.nu 16. Plot.inter conſil.crim.diuerſ.132.ſub n.23. & 25.Bertaz.conſ.crim.71.num.66. Farin.qu.43.n.99. Peguer.deciſ.76. n.3.Farin.conſ.25.nu.15.Treuiſ.deciſ.14.par.2. Ricc.in praxi for. Eccleſiaſt.deciſ.452.n.12. Et quando mulieri fuit illata vis non requiritur tortura. Ric. dicta deciſ.236. par.2. Idem dicitur de puero, cui etiam fuerit illata vis non requiritur tortura, nec ſi fuerit ſubductus, & deceptus a ſtuprante, vide infra num.64.& 94. & cap.5. à num.8. & ſeqq.

8 Duo teſtes non omni exceptionè maiores, ſi ſunt conteſtes faciunt cum tortura indicium ad torturám. Bald. in l. cunctos populos col.5. nu.5.C.de Sum.Trin.& fide Cathol. Gramm conſ.1.n.4. conſ.32. nu.14. Bonacoſ.comm.opinio.par.1.litt.I. Brun.de indic.2.qu.primæ part.nu. 7.Lanfranc.in pract.in ver. teſtium depoſitiones nu.131. Paris. de Put. de ſyndic. verbo, fuit ſemel interrogatus nu.3.Pegn.in annot. ad direct.inquiſit. par.3.ſchol.118.Clau. ad Bertaz.conſ.332.litt. C. Baiard. qu.21. num.49. Cephal.conſil.234. poſt n.23. Peguer. deciſ.5. num.37. Pereg. conſ.2.n.11.vol.2.Ball.dicto lib. 1.q.3.nu.13.Farin.qu.56.nu.68. vbi inquit, quòd infames examinantur in caſibus exceptis, & in non exceptis in ſubſidium, vbi veritas aliter habèri non poteſt, & ſi deponunt immediatè de viſu, aut alio ſenſu corporeo, in caſibus, in quibus, ſi infames non eſſent, reum conuincerent, & immediatè probarent; faciunt indicium ad torturam contra præſentem, ita Farin. ibid. poſt alios ibi citatos, contra Bertazolum conſ.157. n.13. Oppoſitum exiſtimantem; nam vbi teſtes ſi eſſent omni exceptione maiores facerent fidem ad effectum condemnationis, hi ſi inhabiles ſint, faciunt indicium ad torturam. Iaſ. in l.1.C.de Sum.Trin. n.46. in 2.lectura. Barbat. in repet.ca.teſtimonium, extra de teſtib. par.2.nu.15. Si ex veriſimilibus tamen coniecturis falſa dicere non præſumantur, Franc.Aret. in cap. cum P.Mancanella de accuſ.nu.21.& 22. Hippol. Marſil.conſ.24.n.13.Roland.conſil. 73.nu.25. lib.1. Honded.conſ.100.
9 num.17. Hinc eſt, quod teſtimonium duarum fœminarum facit indicium ad torturam, Pereg.dicto conſ.2.n.56.Licet ad condemnationem non ſufficiant, etiamſi eſſent tres quoad pœnam ordinariam, Ricc.deciſ.146 par.1. Vbi loquitur de depoſitione duarum meretricum, quod non coniunguntur ad conuincendum Clericum, ſed meretrix non dicitur, quæ ſemel fornicata fuerit; ſed illa, quæ pluries admiſit, cap. vidua 34. diſt.& ad minus debent eſſe tres, Socc. conſ.54. col.3.

col.3.vol.3.Peguer. deciſ.12. Ricc.
deciſ.63.nu.5.par.1. Et dictum duo-
rum iuuenum ſtupratorum facit
indicium ad torturam. Boſſ.de in-
dic. nu.167. nam dictum duorum
ſociorum criminis in caſibus, in
quibus poſſunt de conſociis inter-
rogari facit indicium ad tortu-
ram, ſine alijs adminiculis. Farin.
qu.43.n.37.& 38.iuncto nu.42. Pe-
reg.dicto conſ.2.nu.11.Chart.deciſ.
92.num.8.9. & 10. Cabal.caſu 185.
10 nu.1.& de hoc infra latè. Duo te-
ſtes ſingulares deponentes contra
vnam, & eandem perſonam de ea-
dem delicti ſpecie, quæ iterari po-
teſt, vt de furto, adulterio, & ſimi-
li, licet de loco, & tempore ſint di-
ſcordes, quia non deponunt de eo-
dem facto numero; ſed vnus de
vno, & alter de altero; cum ſit ſin-
gularitas diuerſificatiua, faciunt
tamen plus, quam ſemiplenam pro-
bationem. D.Thom.2.2. quæſt.70.
art.2.ad ſecundum, & ibi Caietan.
Sot.lib.5.de iuſtit. & iur.qu.7.art.2.
Berti in praxi crim.tit.11.c.11. nu.
50. Ricc.in prax.varia.reſolut.213.
nu.3.Tambur. in prax.crim. qu.13.
num.50.Farin.conſ.196.num.13. Et
ſufficiunt ad torturam, etiamſi non
eſſent integri, Peregr.dicto conſ.2.
nu.60. vol.2. Et ſi ſunt omni exce-
ptione maiores ſufficiunt ad acrius
torquendum, & ad pœnam extra-
ordinariam pro motu iudicis, Pa-
riſ.conſ.2.n.58.vol.2.
11 Et ſi ſunt ſingulares deponentes
de diuerſis indiciis, ad eundem rei
finem tendentibus, itaut vnum in-
dicium inferat aliud, & aliud ad-
iuuet ſufficiunt ad torturam, Socc.
conſ.54.n.3.& 4.Blanc.de indic.in
repet.l.fin.ff.de quæſtion. ſub num.
369.Brun.de indic.par.1.qu.2.nu.6.
Gramm.deciſ.34.nu.35.Surd.conſil.
173.num.48.lib.2 Gramm.conſ.56.
num.22. Crauet. conſ.35.ſub nu.15.
& conſ.73.num.24 Cabal.caſu 193.
num.4.Nam plura argumenta plu-
reſue coniecturæ, vel præſumptio-
nes coniunguntur ad effectum tor-
turæ infligendæ. Alex.conſ.65.in
fine vol.1.Ceph.conſ.crim.32.num.
16.Gramm.deciſ.34.nu.35.conſ.3.
nu.6.Menoch.de præſumpt. qu 40.
nu.9.Farin.q.36.n.234. vbi alios ci-
tat, & conſ.196.nu.14.Et habet lo-
cum hæc concluſio, quamuis teſtes
prædicti ſingulares ſint minus ido-
nei, & repulſati. Cabal. dicto caſu
193.n.6.vbi alios citat, dummodo
ſint plures numero duobus.Vulpel.
reſp.39.in fine, ſed Cabal. ibidem,
hoc arbitrio recti iudicis relinquē-
dum putat; in cuius facultate eſt
credere teſtibus ſingularibus, ſi ex
12 eis reducitur ad credulitatem. Ca-
ſtren.in l.Lucius n.4. ff de infamib.
& in l.admonendi col.7. de iureiur.
Soccin.conſ.262.lib.2.Crauet.conſ.
78.n.7.Gabr.comm opin.lib.1. tit.
de teſtib.concl.2.n 62. Marſil.conſ.
1.nu.75. Rimin.iun.conſ.7.nu.105.
Menoch. de arbitr. caſu 90. num.6.
Peregr.dicto conſ.2.n.59. Chartar.
deciſ.31.nu.17.Ball.vbi ſupra qu.5.
nu.12. Et in materia indiciorum
vna præſumptio iuuat aliā. Bart.in
l.fin.ff.de quæſt. Alex.conſ.75.colu.
fin.lib.1.Crauet.conſ.35.n.6.circa
finem, & teſtes repulſati, qui non
ſufficiunt ad condemnandum, Suf-
ficiunt ad torturam. Bart.in l.1. §.
quæ-

Digitized by Google

quæſtioni ff. de quæſtion. Gramm. deciſ.34.nu.51.Peregr.conſ.2.num. 61.vol.2. Sed de hac re ſermonem fecimus ſupra par.4.ca.5.nu.28.& ſeqq.Declarat Fulgos. citatus a Farinac.dicta q.37.n.34.hoc exemplo. Si vnus teſtis dicat ſe vidiſſe Seium in terra proſtratum, vulneratum a Titio, alter dicat vidiſſe Titium ſanguine aſperſum, & cum enſe euaginato fugientem; Alter dicat vidiſſe Titium latitantem. Blanch. ſupra citatus declarat ſi vnus teſtis dicat vidiſſe Titium adminantem cum enſe, alter dicat, vidiſſe Titium aſpersum ſanguine, & ſequitur Ball. tract. var. lib.1.q.5.n.2.vbi, quod ſi vnus teſtis deponit de inimicitia, alter de minis, vel de tranſitu viæ, non coniunguntur. Nam quando indicia ſunt valdè remota ab ipſo facto non coniunguntur. Guaz.defenſ.reor.30.cap.4.n.13.in fine.

13 Secundò, quoad indicia ipſa in communi conſiderata; Indicium vnum proximum, & immediatum de delicto ipſo, probatum per vnum teſtem omni exceptione maiorem, prout, ſi quis vidit committi delictum, vel audit ordinem datum ad occidendum, & quid ſimile, facit indicium ad torturam, vt ſupra dictum eſt etiam aliis adminiculis non concurrentibus. Boſſ.tit.de indic.nu.5.Plato.conſ.31. n.18. Brun. conſ.64.n.18.& ſeq.Becc. conſil.67. nu.12.Maſcard.de probat. conclus. 895.nu.4.Afflict.in conſt. ſi damna clandeſtina notab.5.q.2.nu.30. Menoch.libro primo quæſt.89. num. 11.Farinac.quæſt.37.nu.56.Guazz. defenſ.reor.30.cap.31.num.3.

14 Vnum indicium etiam remotum probatum per duos teſtes cum adminiculis, facit indicium ad torturam. Farin.qu.37. nu.45. vbi ponit exemplum in fuga, fama, inimicitia, minis, & ſimilibus, idem Farinac.conſ.55.num.74.Guazz.defenſ. reor.30.ca.4.nu.12.& ca.30.num.7. quæ adminicula debent eſſe talia, vt iudex ex qualitate perſonæ, vel facti arbitretur talia ſufficere ad corroborandum indicium principale. Maſcard.concl.1311. num.53. Peguer. decis.5. nu.33. Farin. qu.43. nu.62.Ball.var. reſol.lib.1. quæſt.8. num.5.

15 Verùm, ſi indicium remotum eſt valdè conferens ad delictum, quamuis non immediatè attingat illud; prout eſt confeſſio extraiudicialis, res furata inuenta penes aliquē, & aliud ſimile, (vt patet ex infra dicēdis indiciis particularibus) tunc vnum indicium etiam ſine adminiculis, probatum per duos teſtes ſufficit ad torturam. Clar.qu.64.verſ. ſed quæro quid Farin. qu.37. nu.46. Guazz.defens.reor.30.cap.4.nu.12. & cap.30. nu.8. Exemplificant in eo, qui viſus fuit exire, vel aufugere cum gladio pallidus, & ſe latitare, & viſus eſt ibidem in loco vulneratus, & occiſus aliquis, & hoc vnicum indicium ſufficit ad torturam. Farin.dicto num.46. & Giurba conſ.37 nu.17. vbi multos citat. Exemplificat etiam Carrer. ex Andr. Iſern. in probando violentiam, vt colluctatione cum muliere ac-

16 clamante. Aliquando enim vnum indicium valet, pro ſemiplena pro-

batio-

batione, Sanch.dicto nu.5. & nu.6. ſubdit, quod iudicis arbitrio relinquitur, an vnum ſufficiat indicium, & quæ indicia ſint ſufficientia ad torturam, & Sylu.Angel. & Tabie. vbi ſupra, & Armil.dicto verbo indicium num.3.& Greg.Lopez.l.26. tit.1. par 7. verſ. præſumptiones, Pegna in director. part.3.com.500. Marſil.in pract. §.diligenter n.177. Miranda qu.26.art.6. concluſ.2.Peguer.in prax.cap.12.§.9.n.8. Guaz. defenſa reor.30.cap.4.n.12. & c.30. nu.8.vide infra in 3.indicio. Vnum

17 indicium remotum ſine adminiculis, vel quando non valdè confert ad delictum, non ſufficit ad torturam, ſed plura debent eſſe. Bart.in l.fin.nu.9. ff.de quæſtion. vbi ponit exempla. Aug.ad Angel. in verbo, quod fama publica n.52.Blanch.de indic.n.150.Crauet.conſ.244. nu.9. Io.de Amic.conſ.126.n.26. & conſ. 141.nu.6. Pitigian.in pract.crim.in 2. ſubſtant. cap.8. & ſaltem debent eſſe duo, Boſſ.tit.de indic.nu.30. & Natta conſ.6.n.7.Nam duo indicia

18 leuia conſtituunt vnum indicium ſufficiens ad torturam.Barto. quem refert, & ſequitur Sylu.verbo indicium quæſt.2.Tabien. n.1. Sanchez in opuſc.lib.6.cap.3.dub.15. nu.11. latè Farinac.quæſt.37.n.43.Baiard. quæſt.64.nu.60.Corrad.in tit. de negat.crimin.nu.29.Bertazol.conſ. 213.num.8. lib.1. Berti in praxi tit. 17.cap.5.num.54. Delr. in append. 2.lib.5.quæſt.2. Dummodo ſint per duos teſtes probata, & veriſimilia. Rimin. iun. conſ.87. num.5. vol.1. Guazzin. qui alios citat. defenſ. reor.30. cap.4. num. 12. & cap.30. num.7, de quibus indiciis particularibus remotis, infra ſermonem faciemus.

19 Et quòd indicia remota debent eſſe per duos teſtes probata, vt ad torquendum ſufficiant, dicunt communiter Doctores, quos congerit, Farinac.quæſt.37.num.13.Sed difficultas eſt, an iſti duo teſtes probantes indicium remotum debeãt eſſe omni exceptione maiores? Farinac. dicto quæſt.37.adducit multos Doctores pro, & contra, & poſtea nu. 28. & 29. concludit, quod debent eſſe omni exceptione maiores. Et ſequitur Mirand.ordine iudic.quęſ. 26. art.4.concluſ.3. At contraria ſententia, quod non eſt neceſſe, vt ſint omni exceptione maiores, probatur per Bald.conſ.427.lib.quinto. Crauett.conſ.6.num.13.conſ.35.nu. 19.Gramm.voto 25.num.1. conſ.1. num.5.& deciſ.24.num.51. afferentes, quod quando agitur de probando indicio per plures teſtes non eſt neceſſe vt ſint omni exceptione maiores, & contra Farin.expreſsè tenent Ball.var.reſol.lib.1. quæſt.5. num.16.& Dian. par.4. tractat.6. reſolut. 3. Et cum hac opinione concurrit. Guazz. defenſ. reor.30. cap. 31. num.4. Niſi eorum dicta eſſent ipſo iure nulla, prout quando teſtes eſſent inimici, & prorſus inhabiles, aut deponerent ſine tortura; aut ageretur de condemnatione; aut eorum dicta eſſent eliſa per alia indicia inquiſiti.

20 Tertiò, quoad indicia remota ſpecialia. Primum indicium eſt confeſſio extraiudicialis, & hoc ſolum indicium facit indicium ad torturam.

ram. Ita Doctores quos congerit Farinac. q. 82. num. 23. quibus addo Syluest. verbo indicium q. 2. Angel. n. 1. Tab. en. n. 1. Sanchez in opuſc. tom. 2. lib. 6. c. 3. dub. 15. n. 8. Miranda ordine iudic. q. 26. art. 7. concl. 1. Aldret. de diſcipl. tenenda lib. 2. c. 8. nu. 3. Ioſeph. à Sancta Maria in tribun. religioſ. tract. 5. cap. 2. §. 8. Leſs. de iuſt. lib. 2. cap. 29. dub. 17. n. 157. Baiard. qu. 21. n. 112. & q. 55. n. 3. in fine, Cabal. caſu 81. n. 2. Bouer. cap. 33. verſic. excipienda in direct. Berti in praxi tit. 17. cap. 5. n. 20. & ſeq. Nam confeſſio extraiudicialis probata per duos teſtes facit ſemiplenam probationem, Bart. & Doctores in l. admonendi ff. de iureiura. Maſcard. concl. 350. n. 39. Farinac. d. n. 23. Et æquiparatur vni teſti de viſu deponenti de ipſo delicto immediatè. Carrer. in praxi crim. tit. de indic. §. ſed an vnum indicium n. 1. Ampliatur in confeſſione facta coram iudice competente non in forma iudicii, ſed vt à perſona priuata. Boer. decis. 90 n. 8 Roman. conſ. 8. Clar q. 21 Maſcard. concluſ. 351. n. 7 Bertaz. conſ. 342. vbi habetur quando dicatur in forma iudicii, vel facta, vt a priuata perſona. Cæſar. de Graſſ. decis. 148. n. 9. Berti dicto cap. 5. n. 25. Ampliatur ſecundò, in confeſſione extraiudiciali facta a minore, quando eſt veriſimilis. Menoch. de præſumpt. q. 89. n. 22. Baiard. q. 21. n. 126. Licet minori contra hanc confeſſionem concedatur reſtitutio, vt dicit ex Gomez. Farin. dicta q. 82. nu. 24. debet tamen docere de errore, idem Farin. q. 81. n. 378. Et ſemel, & non vltra conceditur, idem n. 390. Ampliatur tertiò in confeſſione abſq; vi, & metu facta coram iudice incompetenti. Quæ etiam habet vim confeſſionis extraiudicialis, & facit indicium ad torturam coram iudice competenti, licèt fuerit coram iudice competenti reuocata, Boer. deciſ. 90. n. 5. Roman. conſil. 8. nu. 2. Clar. q. 21. nu. 3. Maſcard. concl. 351. n. 7. Baiard. dicta q. 21. nu. 136. Berti in praxi tit. 17. cap. 5. num. 23. & 24. quamuis contrarium teneat Ricc. decis. 81. par. 4. Et etiamſi emanauerit coram quocumq; iudice prorſus non habente iuriſdictionem, ita vt nec poſſit coram eo aliquo modo prorogari iuriſdictio. Ruin. conſ. 14. n. 2. vol. 5. Boſſ. tit. de indic. n. 43. Viu. comm. opin. verbo condemnatus vers. confeſſio. Et ideo confeſſio facta non per vim à Clerico coram iudice laico, facit indicium ad torturam coram iudice Eccleſiaſtico. Abb. in cap. 1. n. 7. de reſcript. Felin. in cap. cum olim col. 2. eodem tit. Genuens. in prax. Archiepis. cap. 6. n. 3. Farin. q. 81. n. 207. Leſſ. lib. 2. de iuſt. ca. 29. dub. 17. nu. 158. Card. de Lugo tom. 2. de iuſtit. diſput. 37. ſect. 12. n. 154. Siue fuerit emanata iudicialiter, ſiue extraiudicialiter. Guaz. defenſ. reor. 32. ca. 26. nu. 8. Confeſſio etiam facta coram notario abſente iudice, habet vim extraiudicialis confeſſionis, ad torquendum ſufficiens, quamuis per reum reuocetur. Iaſ. in l. magiſtratus n. 5. ff de iuriſdict. omn. iud. Blanch. de indic. nu. 202. Foller. in pract. in verbo, & ſi confitebuntur n. 8. Maſcard. concl. 348. num. 54. &,

col-

concl.349.nu.6. Guaz. defenſ.reor. 32.c.26.n.9.Et quod confeſſio facta in vno iudicio,valet in alio ad torquendum, inquit Cæſar.de Graſſ. dicta deciſ.148. n.6. Limitatur primò, ſi confeſſio facta coram iudice incompetenti, non fuerit emanata in cauſa ciuili. Farin.q.82.num.42. Villagut.in pract.crim. lib.7. tit.de confeſſ.c.3.concl.1.in princ. Limitatur ſecundò, ſi per iudicem competentē omnia acta facta coram iudice incompetente fuerunt declarata nulla, & irrita, & illa irritauit, & annullauit. Nam tunc quia contra dictam confeſſionem pronunciatum fuit, non poteſt talis confeſſio amplius nocere, nec etiā ad torquendum, Roland.conſil.21. n.23.vol.3.Baiard.qu.21. num.134. Limitatur tertiò, ſi talis confeſſio fuerit emanata incidenter. Baiard. ibid.n.135.vbi, quod talis confeſſio non ſufficit ad torturam. Limitatur quartò, ſi fuerit emanata per torturam. Bald.in cap. at ſi Clerici de iudi.n.2.Felin.n.5. Bero. nu.126. vel metu tormentorum. Bero.ibid. Farin.dicta qu.81.n.210.Guazz.dicta defenſ.32.ca.34.n.2. Ghiſler.de iudice regul.cap.18.n.22. Limitatur quintò, vt procedat in confeſſione certa, & veriſimili, non autem quando confeſſio extraiudicialis eſt informis, indiſcreta, incerta, & generalis, quam confeſſionem putant eſſe illam, quæ facta eſt ſine loco, & tempore. Bald.in l.quoniam col.pen.verſ.5. ff. de ijs, qui notant.infam.Brun.de indi.par. 1.qu.3.nu.16.Menoch.d.præſumpt. 89.n.20.Maſcard.concl.350. nu.16. Bertaz.conſ.396. num.4. Guazzin. defenſ.32.cap.34.n.13. Peguer.dec. 17.num.3.& alii ab ipſis citati. Sed hæc expoſitio non placet. Boſſ.tit. de confeſſ. nu.45. dicit, quòd hæc limitatio non habet locum in practica, quia in confeſſione extraiudiciali nullus reperitur, qui rem ipſam recenſeat a principio vſque ad finem, ita etiam Tob.Non.conſ. 34. nu.14. Laderchia conſ.181. Rimin.iun.conſ.730.n.31.Farin.dicta qu 82. n.30. vbi alios citat, qui dicunt, quod in confeſſione extraiudiciali ſufficit manifeſtare certum delictum, & certam perſonam abſque ſpecificatione loci, & temporis; & hæc confeſſio dicitur ſpecifica, & ſufficit ad afficiendum confitentem, vt poſſit interrogari, & torqueri. Et ſequuntur etiam Ball. tr.var.de indi.q.14. n.3. Dian.dicta reſol.12.verſ.aduerte id. Limitatur ſextò, in confeſſione extraiudiciali ſine cauſa. Ita Menoch.d.quæſt.89. nu.17.& 18.& multi citati a Farin. dicta qu.82.nu.31. vbi nu.32. alios adducit pro contraria opinione, quod in realibus, & criminalibus non eſt neceſſaria expreſſio cauſæ in confeſſione, ſed bene requiritur, vt de cauſa confeſſi delicti conſtet, & non conſtito de cauſa confeſſio redditur inueriſimilis, ita Farin.ex Blanc.Menoch.& aliis. Limitatur ſeptimò, in confeſſione extraiudiciali inueriſimili; Quod debet intelligi, non quia confeſſio extraiudicialis debet neceſſario coadiuuari aliis veriſimilitudinibus, vt faciat indicium ad torturam, quia ſine aliis veriſimilitudinibus facit, in-

dicium ad torturam,& non per hoc ſequitur, quod ſit inuerisimilis, ita declarat Fari. dicta quæſt.82. num. 35. Nam ſufficit, quod non ſit inuerisimilis. Limitatur octauò,in confeſſione extraiudiciali emanata calore iracundiæ. Quæ iracundia eſt probanda per confitentem, & iudicis arbitrio remittitur, qualis debeat eſſe iſta iracundia. Farin. dicta q.82.n.3.cum aliis ab eo citatis. Ball. vbi ſupra nu.10. Limitatur nonò,in confeſſione extraiudiciali ioco, vel per laſciuiam emanata, vel per vanam gloriam. Menoch. dicta q.89.nu.19. Bertaz.conſ.396.nu.11. Farin.vbi ſupra n.37. quæ confeſſio licet non faciat indicium ad torturam quoad rem confeſſam, tamen ſi ſit etiam inuerisimilis, & falſa probata per duos teſtes conteſtes; Et redundat in damnum alicuius, confitens ex ſola illa iactatione, & gloriatione puniri debet. Marſil. in l.de minori num.32. ff. de quæſt. Menoch. de arbitr. lib.2. caſu 231. n.2.& caſu 232.num.1. Baiar.quæſt. 55.num.3. ad finem, Maſcard. concluſ.496.n.6. & ſeq. Cabal. caſu 91. n.9.& ſeq. Caualcan.de Brach.reg. par.3. num. 101. Quia huiuſmodi confeſſio eſt delictum de per ſe, prout ſi quis iactauerit ſe cognouiſſe carnaliter aliquam honeſtam mulierem, & quid ſimile. Menoch. dicto caſu 231. num.2. Gomez.de delict.cap.13. num.8. in fine, Maſcard. vbi ſupra, & concluſ.350.nu. 36. Corrad. in pract.tit. de confeſs. num.10. Farin. qui multos cumulat dicta qu.82.num.22.vbi, quod talis confeſſio ſufficit ad imponendam confitenti pœnam extraordinariam iudicis arbitrio. Secundum qualitatem iniuriæ tertiæ perſonæ illatæ; & præiudicii, quod ex tali confeſſione reſultauit famæ, & honori illius tertiæ perſonæ. Et ſi confitens non probaret ſuam confeſſionem emanatam fuiſſe ioco, & eſſet poſitus ad torturam pro delicto extraiudicialiter confeſſo,& ſuſtinuiſſet torturam; non per hoc, non debet puniri. Quia eſt delictum de per ſe. Vnde licet abſoluatur pro delicto principali, non debet abſolui pro dicta iactantia,legitimè probata. Et patet ex c. quam ſit graue de exceſſib. prælat. vbi Clericus ab officio, & beneficio ſuſpenditur, quia falſo extraiudicialiter confeſſus fuit ſe carnaliter cognouiſſe virginem viro poſtea nuptam. Gomez.var.tom.3.cap.13.rubr.de tortur. reor. num.8. ad finem vers. vnum tamen eſt. Puteus de ſyndic. in verbo tortura el 1.cap.3. ſub n.4. Menoch. de arbitr. lib.2. caſu 331. num.2.Maſcard. concluſ.350. num. 36.& concluſ.497.num.14.Ball. dicto tit.de indic. quæſt.14. in fine. Caualc.de Brach.reg.par.3. numer. 101. Baiard. quæſt.21. num.132. & quæſt.55.nu.3. Caball. caſu 81. nu. 9.10. & 11. Qui licet dicat, numquam vidiſſe punitum huiuſmodi confitentem pro tali gloriatione, & iactantia poſtquam fuerit tortus, & ſuſtinuerit; Hoc tamen fortè accidit, quia non fuit tortus cum clauſula citra præiudicium conuictorum, & probatorum, prout debebat torqueri; quia tortura non debet dari pro delicto iam plenè pro-

probato, quòd eſt iactantia illa: Sed quia illa confeſſio extraiudicialis, facit indicium ad torturam de delicto confeſſato, de quo delicto, ſi in tortura eſt negatiuus, aut ſine tortura, per alia indicia delictum euacuaret, & pro delicto confeſſato, abſolueretur; Semper tamen remaneret reus pro delicto plenè iam probato, non euacuato, ſcilicet pro illa iactantia, cuius pœna in Clerico eſt ſuſpenſio, Menoc. dicto caſu 331. num. 3. Farin. d. num. 22. Guazz. defenſ. reor. 32. cap. 33. num. 3.

Limita decimò, in confeſſione extraiudiciali extorta per metum, per minas, vel perſuaſiones aduerſarij, vel veri delinquentis. Farinac. dicta quæſtio 82. num. 38.

Limitatur vndecimò, in confeſſione extraiudiciali non probata teſtimonio duorum, quia cum ſit indicium remotum, debet probari duobus teſtibus. Blanch. de indic. nu. 212. Maſcard. concl. 248. nu. 26. concl. 351. n. 7. corol. num. 26. & 46. Guazz. defenſ. reor. 32. cap. 26. nu. 8. Afflict. deciſ. 364. n. 2. & deciſ. 475. nu. 5. Burſ. conſ. 166. n. 21. Tob. Non. conſ. 83. nu. 3. & conſ. 111. n. 4. Pariſ. conſ. 153. n. 27. vol. 4. Turret. conſil. 57. n. 9. & conſ. 62. n. 3. vbi alios citat Giurb. conſ. 87. n. 20. & non probatur per teſtes ſingulares tempore, & loco non concordes. Farinac. quæſtio. 64 num. 145 & quæſtio. 82. num. 45. & conſil. 70. num. 43. Nam in criminalibus teſtes probantes confeſſionem extraiudicialem, debent eſſe conteſtes, & ſingulares de diuerſis confeſſionibus loco, & tempore factis non coniunguntur, nec faciunt indicium ad torturam. Marſil. in leg. de minore §. plurimum numero 115. ff. de quæſtio. Pariſ. conſil. 154. numero 26. & ſequent. libro quarto. Bartol. Ghit. inter conſil. crimin. diuerſ. 160. nu. 13. lib. primo. Franc. Marc. de Plot. inter eadem conſ. 65. n. 11. eodem lib. 1. Foller. in pract. crimin. in 2. par. 3. par. princip. in verbo, etſi confitebuntur num. 2. & 3. Boſs. tit. indic. n. 21. Carrer. in pract. tit. indic. & tort. §. ſeptimum indicium nu. 8. Viu. commun. opin. 138. nu. 6. Burſ. conſ. 166. num. 20. & ſeq. lib. 2. Villadieg. in polit. cap. 3. num. 311. Tamen nonnulli DD. tenent contrarium, ſcilicet, quod confeſſio extraiudicialis probatur teſtibus ſingularibus, quorum ſingularitas eſt adminiculatiua, ita Pegn. in ſchol. 127. colum. 6. verſ. quia vero, & colum. 9. verſ. atque, aſſerens, qui vnam, & eandem, aut plures, & eaſdem hæreſes, diuerſis locis, & temporibus dicitur repetiſſe, proculdubio quæſtio de eo erit habenda, refert Maſcard. concluſio. 856. num. decimo ſeptimo, ita etiam dicit Albertin. de agnoſc. quæſtio. 25. num. 20. Souſ. in aphoriſm. inquiſitio. lib. ſecundo cap. 21. num. 21. Caſtr. Pala. in opere moral. tract. quarto diſputat. 8. punct. 9. numero tertio, & quarto. Dian. par. quarta tractat. 6. reſol. 12. in fine, quia veritas propriæ confeſſionis non menſuratur loco, & tempore, ſed ab ore ipſius confitentis. Bordon. in prax. crimin. cap. 63. num. 13.

Li-

Limitant etiam alii in Clerico, & Monacho, quod non poſſunt torqueri ex ſola confeſſione extraiudiciali, niſi præceſſerit infamia de delicto, ita Maſcard. concl. 350. nu. 22. Farin. qu. 82. nu. 39. Guazzin. de fenſ. 32. cap. 34. num. 11 Bič. qu. 84. nu. 24. De Angelis cap. 12. n. 17. Sed contrarium verius quoties delictum eſt ſemiplenè probatum, quia non requiritur infamia, vt Clericus, vel Monachus poſſit torqueri, vt alias probatum eſt, & quia confeſſio extraiudicialis plenè probata per duos teſtes facit ſemiplenam probationem ſufficientem ad torturam, ergo non requiritur etiam infamia ad huiuſmodi torquendum, & idem tenet Bordon. qu. 63. nu. 11. in praxi crim.

Limitant etiam alij, quod teſtes deponentes de confeſſione extraiudiciali debent eſſe rogati, vt probent Farin. qu. 82. in fine, Guazzin. defenſ. 32. cap. 34. in fine, Sed Bordon. dicta qu. 63. n. 14. dicit contrarium, & quod Farin. errauit in citatione tex. quia non reperitur tex. cap. de his 3. qu. 9. ab eo citatus, ſed eſt alius tex. incipiens teſtes, 3. qu. 15. & ibi gloſ. verbo audierunt, qui non loquitur in criminalibus, ſed in ciuilibus, & tunc debent eſſe moniti, & rogati; in criminalibus autem, qui ſe iactat de crimine commiſſo, non monet, nec rogat, vt alij eum audiant, ita Bordo. & ſic probant licet non moniti, nec

21 rogati. Eſt quæſtio hic inter Doctores, an confeſſio extraiudicialis operatur, vt confeſſio deinde habita in tortura, non requirat ratificationem, affirmat gloſ. in l capite quinto in verbo accuſatori verſic. item, & quod ff. ad leg. Iul. de adulter. & hanc opinionem ſequuntur multi Doctores, quos citat Farin. quæſt. 83. num. 80. ac etiam Villagut. in praxi lib. 7. cap. 14. concl. 3. Maſcard. concluſ. 353. num. 24. Sed hæc opinio non eſt tenenda, nec recipienda in praxi; quia illa confeſſio extraiudicialis potuit eſſe facta glorioſè, & dum fecit indicium ad torturam, & per eam confitens fuit tortus, operata iam eſt ſuum effectum, vt ea confitens torqueri poſſit. Vnde non poteſt etiam alium operari effectum: ſcilicet, quod ratificatio non debeat ſubſequi. Ita Boſſ. tit. de confeſs. per tortur. nu. 5. & tit. de conuict. nu. 33. in fine, Albert. in dicta l. capite quinto nu. 3. & ibi Fulgoſ. num. 5. vbi falſam dicit dictam opinionem gloſſæ, Blanch. de indic. nu. 208. Caſon. de torm. c. 21. rubr. de confeſs. ratificanda num. 6. Gomez. variar. tom. 3. ca. 13. rub. de tortur. reor. num. 3. Chartar. de interrogat. reor. lib. quarto cap. 1. num. 153. Farin. dicta quæſtio. 83. num. 81. Cabal. caſu 81. n. 6. Guazz. defenſa reor. 30. cap. 35. num. 6. & defenſ. 32. cap. 34. num. 3. Miranda de ordine iudic. tom. 2. quæſt. 26. artic. 7. conclus. 1. Baiard. quæſtio. 64. num. 136. Pegna in director. par. 3. comment. 110. Suarez de Paz. in praxi tom. primo par. 5. cap. 3. §. 12. num. 6. Diana dicta reſol. 12. verſ. nota ſecundo. Et ſi delictum extraiudicialiter confeſſum, in tortura etiam confiteretur, ſed poſtea noluiſſet eam ratificare, denuo poſſet tor-

torqueri. Simanch. de hæret. ca. 63. num. 92. Et ſi in ſecunda tortura iterum confiteretur, & poſtea noluiſſet ratificare, torqueri poſſet vſque ad tres vices, Pegna direct. inquiſit. comm. 31. in 2. part. Berti in praxi tit. 17. cap. 5. num. 27. Farina. quæſt. 38. nu. 99. & 105. & idem dicitur de confeſſione emanata coram iudice incompetenti, quæ requirit etiam ratificationem, & perſeuerantiam poſt torturam. Cabal. dicto caſu 81. num. 7. & 8. Eſt etiam alia quæſtio, ſcilicet, an huiuſmodi confeſſio extraiudicialis faciat inditium ad torturam, ſi ſit reuocata? Multi Doctores citati a Farinac. quæſt. 82. num. 27. Sunt negatiuæ opinionis; ſed ipſe nu. 28. tenet contrarium: quia ſi perſeuerat in eadem confeſſione coram iudice, non eſt opus tortura; ſed condemnatione. Et ita tenent Dec. in cap. at ſi Clerici nu. 122. de iudi. Blanch. de indic. num. 209. Boer. deciſio. 90. num. 9. Boſs. tit. de confeſſ. num. 55. 56. Gomez. tom. tertio var. cap. 15. rub. de tortur. reor. numero octauo. Clar. quæſt. 21. verſ. Confeſſio extraiudicialis. Peguer. deciſ. 17. numero quarto. Maſcard. concl. 350. num. 6. & 7. Cabal. caſu 81. numero quarto. Miranda quæſt. 26. numero ſeptimo concluſio. prima. Diana par. 4. tract. 6. reſolut. 12.

22 Nihilominus prima opinio ſano modo intellecta non eſt falſa, vt putat Clar. ſed vera; non ſolum quando facta eſt illico, & immediatè, vt voluit Carrer. tract. de indic. §. 11. num. 22. Sed etiam ex interuallo, dummodo facta ſit coram ipſiſmet perſonis, quibus confeſſus fuit extraiudicialiter delictum; & re integra, antequam ſit vocatus, & examinatus à iudice. Bero. in cap. at ſi Clerici num. 140. de iudic. Et tunc euitabit torturam abſque eo, quod in reuocatione probet errorem, aut cauſam erroris alleget. Et ſic procedit prima opinio. Poſt cęptum vero iudicium non prodeſt reuocatio, niſi docto de errore, aliàs non euitabit torturam. Guazz. defenſ. reor. 32. ca. 26. num. 9. Et ita procedit ſecunda opinio.

23 Secundum indicium eſt fama vehemens, quæ ſola ſufficit ad interrogationem, & torturam. Bartol. conſil. 191. Bald. in cap. 1. §. iniur. de pact. iur. firm. in vſi. feud. Iaſ. in l. admonendi num. 205. ff. de iureiuran. Felin. in cap. veniens el 1. num. 15. de teſtib. Marſil. in l. de minore §. pluſimum num. 29. ff. de quæſt. ſingul. 97. & 205. & in pract. §. diligenter num. 19. Gramm. dec. 34. num. 52. & conſil. 57. num. 16. Clàr. quæſt. 21. verſ. fama, Maſcard. concluſio. 474. et concluſ. 754. numero ſeptimo. Menoch. de præſumpt. quæſt. 89. num. 32. Peguer. dec. 17. numero 16. Triuiſ. dec. 50. nu. 11. Viu. dec. 533. num. 2. Farin. quæſt. 47. numer. 28. Ball. tit. de indicat. quæſtio. 13. numero primo. Giurb. conſil. 13. num. 18. Quæ autem dicatur fama vehemens relinquitur arbitrio iudic. Boſs. tit. de indicat. ſub numer. 65. Gramm. deciſio. 34. nu. 53. Menoch. dicta quæſt. 89. num. 33. & alij citati à Farin. dicta quæſt. 47. n. 29. qui num. 30 & ſeqq. dicit, quod fa-

ma

ma non dicitur vehemens, quando
habuit ortum à perſonis non hone
ſtis, & non fide dignis, & num.32.
Quod vt fama dicatur vehemens,
attenduntur cauſæ originis ipſius
famæ, & non numerus perſona
rum. Et ſic iudex debet conſidera-
re vnde, a quibus, & quod, & quale
dicitur, & num 33. Quod fama, vt
24 dicatur vehemens attendũtur cau
ſæ, & coniecturæ, ex quibus orta
eſt. Si enim tales cauſæ erunt veri
ſimiles, graues, & vrgentes, tunc
vehementem inducunt famam, ad
torturam ſufficientem. Secus ſi le-
ues, inueriſimiles, & friuolæ. Et
num.34. quod ſi fama fuerit nuda,
ſcilicet non orta ex aliqua veriſi-
mili, & probabili cauſa, vel quate-
nus ex aliqua cauſa originem ha-
bens; ea tamen cauſa, vel non fue-
rit probata, vel appareat falſa: eo
caſu fama non dicitur vehemens, &
non facit indicium ad torturam.
Ex quibus concludit idem Farinac.
num.35. quod quando fama habet
ortum ex veriſimili, & probabili
cauſa tunc non eſt ſola, & ſimplex
fama, ſed adminiculata. Simanch.
encherid.tit.65. n.36. Diana par.4.
tract.6.reſolut.3. Et, quod tantum
eſt dicere famam vehementem fa-
cere indicium ad tortnram; quan-
tum dicere, famam adminiculatam
facere indicium ad torturam. Et
ab omnibus approbatur, quod fa-
ma iuncta cum adminiculis, & con-
iecturis facit indicium ad tortu-
ram, ita DD. citati a Menoch. de
præſump.quæſt.89.nu.28. Maſcard.
concluſ.754.nu.8. & 9. Tuſc.litt.F.
concluſ.67.n.9. Cabal.caſu 83.n.14.
Giurb.conſ.13.n.18. Chartar. deciſ.
43.n.7. & deciſ.79. nu.12. Carena
25 par.3.tit.10.n.64. Infamia orta ex
auditis in confeſſione nullum facit
indicium. Sot. de ſecret. membr. 3.
quæſt.1.concl.5. Sanchez opuſc.lib.
6.cap.3.dub.39.nu.10. quicquid di-
cat Ledeſm.2.4. quæſt. 10. artic. 3.
26 In his, quæ ſunt difficilis probatio-
nis ſola fama facit indicium àd tor-
turam. Clar.qu.21. vers. cæterum,
Menoch dicta quæſt.89. nu.33. Ri-
minald.conſ.302.n.5.lib.3. Crauett.
conſ.41.n.6. Honded.conſ.87. n.18.
& 20.in 2. Intrigl. ſing.176.num.43.
Cepal.comm.qu.302.n.10. Giurb.d.
conſ.13.n.18. Farin.dicta quæſt.47.
num.11. Peregr.conſ.2.nu.43. vol.2.
Carena, vbi ſupra n.77. Qui dicunt,
quòd in his caſibus, fama ſola ſine
adminiculis facit indicium ad tor-
turam, & cum adminiculis facit
plenam probationem, idem Farin.
dicto n.11. & 91. Dummodo tamen
ſit legitimè probata, & habeat or-
tum ab aliqua veriſimili cauſa, &
coniectura, & Ball. dicta quæſt.13.
num.4. addit, & habeat ortum a
fide dignis, in dubio autem fama
27 cenſetur orta a fide dignis niſi con-
trarium probetur. Boſſ. tit. de in-
quiſit.num.38. & 39. Iuſtin. Bonde-
mar. inter conſ.crim.conſ.54.num.
45.lib.2. Farin.quæſ.47.n.48. & 162.
28 Ball.dicto nu.4. Et quod fama facit
ſemiplenam probationem, quando
habet ortum à veriſimilibus conie-
29 cturis, ita poſt alios Farin.quæſtio.
47.n.58. de quibus coniecturis ſtan-
dum eſt arbitrio iudicis, idem ibi-
dem, & vbi habet vrgentes præſum-
ptiones, Cabal.caſu 200.nu.122.in
fine.

Digitized by Google

fine. Et quòd iuncta cum inimicitia facit indicium ad torturam aſſerunt Farinac. vbi ſupra numero 18. Berti in praxi tit. 17. cap. quinto numer. 54. & Carena dicto titul. 10. num. 74. Quòd iuncta cum teſte inhabili facit indicium ad torturam, dicunt Berti, & Carena, vbi ſupra. At quòd facit indicium ad torturam iuncta cum fuga rei, eſt tex. in auth. de exhibendis reis §. ſi verò, auth. de ſanctiſſimis Epiſc. §. ſi quis autem, & aſſerunt Bart. in l. fin. ff. de quæſt. Io. Imol. & Felin. in c. nullus de præſump. in 6. Gomez. tom. 3. var. cap. 13. n. 10. verſ. quartum indicium, Duen. reg. 301. in 4. fallent. Maſcard. concl. 754. nu. 10. Ludouic. decis. 17. n. 20. Farin. quæſ. 47. n. 19. Berti in praxi, tit. 17. ca. 5. n. 41. & iuncta cum minis, Farin. vbi ſupra n. 20. cum aliis ab eo citatis. Berti vbi ſupra num. 54. & iuncta cum nominatione rei confeſſi. Peregr. conſil. 2. numer. 43. volum. 2.

30 Sicut mala fama in ſpecie contra aliquem de aliquo delicto, iuncta mala fama in genere, facit etiam indicium ad torturam. Gandin. de malefic. rubr. à quo, & a quibus poſſ. incip. fama numer. 22. Duen. reg. 301. limit. 3. Farin. quæſ. 23. n. 32. & vbi ſupra n. 22. & nu. 23. addit procedere, dummodo in actis conſtet de mala fama in genere, Menoch. lib. 5. præſumpt. 32. n. 23. iuncto n. 25.

31 Fama ſola facit indicium de iure Canonico, ita Gandin. Boſſ. & alii relati a Farin. dicta q. 47. nu. 15. Et licet hanc opinionem reprobet Auguſt. ad Angel. & non firmatur a Farina. ibidem nu. 16. tamen eam tenent Decian. lib. 2. cap. 21. n. 24. & poſt eum Ball. tit. de indic. quæſ. 13. num. 20.

32 Fama non eſt contemnenda licet habeat ortum a turpibus perſonis, quando in loco non poſſunt haberi teſtes honeſti, & fide digni, puta, ſi agatur de re commiſſa in lupanari; nam tunc poterit fama oriri a meretricibus, lenonibus, & ſimilibus, ita ex Clar. in §. fin. qu. 9. Maſcard. concl. 749. n. 19. Peguer. quæſt. 17. num. 18. Farinac. quæſt. 47. nume-

33 ro 160. vbi ponit alia exempla. Et quando teſtes deponentes de fama, deponunt contra valdè diffamatum, non eſt neceſſe, vt ſint omni exceptione maiores. Carrer. in §. obſeruare curabit n. 165. Claud. ad Bertaz. conſ. 162. litt. B. verſic. tertio requiritur. Farin. quæſt. 47. numero 210. De requiſitis iſtius famæ, qualis eſſe debeat, & qualiter teſtes debeant deponere dictum eſt ſupra par. 3. cap. 3. §. 2. à num. 20. & ſeqq.

34 Et licet regulariter teſtes deponentes de fama debeant nominare à quibus audierint, vt ſciatur an ſint fide digni, vel non. Tamen quando fama habuit ortum ex aliqua coniectura, vel cauſa rationabili, non eſt neceſſarium Auctores nominare, dummodo teſtes exprimant dictas cauſas, & coniecturas rationabiles. Ferra. Gargiar. inter conſil. criminal. diuerſ. conſil. 126. numero 77. volum. prima. Franch. Curt. in tractat. de conſuetud. num. 642. Maſcard. concluſio. 749. numero vigeſimo.

Ttt Quia

quia tunc non requiritur, quod habuerit originem à prouidis, & honeſtis perſonis. Cum defectus perſonarum ſuppleatur per argumenta probabilia. Maſcard. ibidem, & ſequitur Farin. conſ. 55. num. 51. & quæſt. 47. n. 235. vbi alios citat. Sed quando teſtes non adducunt cauſas, & coniecturas veriſimiles, nec nominant a quo audierint, non probant, etiamſi dixerint ſe ita publicè dici audiuiſſe, dicit poſt alios Farin. dicta quæſt. 47. nu. 159.

35 Mala fama in genere, quando eſt illius delicti de quo quis inquiritur facit in eo delicto præſumptionem, & iuncta cum aliis adminiculis facit indicium ad torturam. Et pro adminiculo ſufficit teſtis de auditu, Brun. in conſ. crim. diuerſ. conſ. tom. 2. conſ. 15. n. 6. & nu. 66. Et iuncta cum aliqua leui ſuſpicione, ſufficit ad torturam. Granut. theor. 23. n. 4. Farin. quæſt. 37. nu. 66. & quæſt. 47. n. 205. vbi, quòd iuncta cum aliqua leui ſuſpicione ſufficit ad torturã, Granut. Theor. 23. nu 4. Ricc. deciſ. 265. num. 5. par. 2. Fama orta poſt

36 inquiſitionem, accuſationem, vel carcerationem nihil probat, Farinac. quæſt. 37. num. 176. limitat, niſi cauſa vnde fama oritur ſuperuenerit poſt, quia tunc probat, & n. 78.

37 Bona fama in genere probata, tollit indicium bonæ famæ in genere, ſed non tollit aliquod aliud indicium ſuper delicto, & non obſtante probatione bonæ famæ poteſt torqueri. Clar. quæſt. 60. nu. 23. ver. frequens etiam Farin. quæſt. 47. n. 187. Cabal. caſu 84. n. 15. quicquid poſtea dicat caſu 200. num. 146. Nec tollit malam famam in ſpecie, quando eſt adminiculata aliis coniecturis, idẽ

38 Farin. ibidem num. 19?. Fama mala in ſpecie probatur per teſtes ſingulares, ſiue ſint ſingulares reſpectu perſonarum nominatarum, ſiue ſint ſingulares reſpectu loci in quo famã audierunt; ſiue ſint ſingulares in verbis; puta, ſi vnus dicat, quod de hoc eſt communis opinio in ciuitate, alter, quod eſt publica vox, & fama, alter, quod homines Ciuitatis, ita exiſtimant. Farin. quæſ. 47. n. 265. & n. 301. idem dicit de probatione famæ in genere, dummodo ſint conteſtes in ſpecie famæ

39 irrogatæ, vt num. 305. Mala fama in genere quandoque operatur, vt quis poſſit condemnari in pœnam exilii, vel etiam ad triremes, vbi aliàs ſi talis famæ non eſſet, iure hoc non permitteretur. Boſſ. in tit. de inquiſitione nu. 29. in fine, & nu. 30. & in tit. de indic. n. 68. Vbi ponit tria exempla; Primum in reo confeſſo, vel conuicto de aliquo crimine, pro quo de iure non poteſt puniri ita grauiter, & nihilominus ſi alias fuerit malæ famæ puniri poteſt, vt ſupra. Secundum in eo, qui imputatur de grauiſſimis delictis, ſi in tortura ſibi illata in negatiua perſtiterit, non debet abſolui, ſi eſt homo malæ vitæ, ſed condemnari, vt ſupra, ſi indicia ſunt vrgentia, vt certum ſit illum deliquiſſe; Tertium quando quis non eſt conuictus de aliquo graui crimine, licet nequeat torqueri, quia deficiunt indicia ad torturam; tamen quia laborat mala fama in genere, iunctis aliquibus ſpecialibus

bus circumſtantiis dicti delicti, de quo inquiritur, poteſt torqueri, & poteſt etiam ſtante dicta fama condemnari, abſque eo, quod torqueatur; Sed hoc vltimum exemplum Boſsij non admittit. Farin.d.quæſt. 47. nu.201. Nec primum admittit in iudicibus ordinarijs, ſed in ſupremis magiſtratibus; ſecundum exemplum, quod poteſt condemnari in pœnam extraordinariam admittit, & ſe refert ad qu.40. n.11. de qua nos ſermonem faciemus inf.

40 Tertium indicium, eſt ſuſpectum conſortium, quòd plenè probatum per duos teſtes, non ſolum eſt delictum de per ſe, & poteſt puniri pœna ordinaria debita tali delicto, vt in caſu ſimili diximus ſupra nu.20. in limitatione 9. Sed etiam eſt indicium ad torturam de peccato, ſeu de facto ipſo, vtputa ſi iuuenis inuentus fuerit cum fœmina in loco ſecreto, apto ad peccandum. Sylu. verbo indicium quæſt.2. Angel.nu. 2. Tabien.1. Armil.nu.2. Sanchez in opuſc.lib.6.cap.3.dub.15.n.5. Card. de Lugo tom.2.de iuſt.diſp.37. ſect. 13.num.154. maximè concurrentibus adminiculis, & Berti tit.17.ca. 4.nu.3.fol.310. col.2. Ponit exemplum, ſcilicet, ſi cum teſtibus captus quis fuerit in aliena domo, vel officina, vel camera de nocte; aut ſolus cum ſola clauſo oſtio, maximè ſpoliatus; & in huiuſmodi caſibus, in quibus delictum non conſtar, ſed præſumitur fuiſſe commiſſum, eſt indicium vehemens, & continuò a iudice interrogari poteſt ſuper facto ipſo, & ſi confeſſus fuerit, condemnari; ſi verò negauerit grauiter torqueri, nullo alio adminiculo requiſito, & conuictus de ſuſpecto conſortio, ſi torturatus ſuper delicto ipſo de quo ſuſpectum conſortium eſt indicium cum clauſula, ſine præiudicio conuictorum, & negauerit, condemnatur tamen de ipſo ſuſpecto consortio, vt in ſimili tenet Sarmient.lib.1.ſelect.ca. 1.num.10. Sanchez conſ.mor.lib.3. cap. vnico dub.12. num.11. & Menoch. præſumpt.97.num. 25. lib.1.

41 Quartum indicium eſt fuga, ſed vt clarius, & apertius ſciatur, quando habet locum hoc indicium: eſt præmittendum, quod fuga tribus modis poteſt opponi contra fugientem. Primò, vt crimen; putà, quando miles in bello aufugit, & ſigna deseruit; & hoc caſu probata fuga, probatum eſt crimen, neque aliud requiritur, vt poſſit ex ipſa fuga condemnari. Brun.de indic. fol.26. num.7. Clar. quæſt.21.19. idem dicitur, quando officialis fugit ab officio ſuo l.conſiliarios, C.de aſſeſſor. Maſcar.conclus.899.num.5. Baiard.dicta quæſ. 21.nu.72. & eſt communis opinio. Secundò, poteſt opponi pro alterius criminis probatione; quòd crimen ſufficit probari ex ſuſpicione; Et tunc ſola fuga ſufficit, vt eum ſuſpectum faciat, & vt ſequi poſſit condemnatio. Clar. ibidem nu.20. Tertiò, quando crimen eſt tale, vt ad eius probationem requiratur plena probatio, & iſte fugit ante inchoatum proceſſum, & antequam ſit accuſatus; tunc fuga probata per duos teſtes facit ſemiplenam probationem, & indicium ad tor-

turam; Quia hæc fuga arguit conſcientiam delicti commiſſi, ſine alio adminiculo. Et hanc eſſe communem opinionem dicunt Dynus, in l. Diuus de cuſtod. reor. Iaſ. in l. admonendi in repet. nu. 158. de iure iur. Duen. reg. 390. in princ. Blanc. de indic. n. 278. Gomez. in l. taur. 74. num. 18. Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de præſumpt. §. 1. ſub n. 3. vbi, quod hæc opinio Dyni de conſuetudine obſeruatur, Boſſ. tit. de indicat. nu. 49. & poſt n. 53. Clar. quæſt. 21. num. 22. Cur. & Rip. in dicta l. admonendi n. 168. Gramm. conſ. 32. nu. 7. Et quod ab hac opinione in praxi non eſt recedendum, Dyn. vbi ſupra, & Rim. iun. conſ. 302. nu. 1. Böer. deciſ. 115. Matheſil. ſingul. 145. Maſcard. concl. 499. num. 14. & conc. 819. n. 15. Tuſc. litt. T. conc. 529. num. 4. Hippolyt. ſingul. 497. Gayl. obſeruat. 109. libr. ſecundo. Menoch. conſil. 788. numero 28. Et huiuſmodi fuga ante accuſationem præſumitur facta ex cauſa delicti; ita, vt fugitiuo incumbit probare contrarium. Farinac. quæſtio. 48. a num. 44. ad 48. Miſing. cent. 6. obſeruat. 98. Reyger. theſ. iur. verbo iuda numero tertio. Eymaric. a Rosbach. in tract. crimin. tit. 5. cap. 9. num. 2. & 5. Ioſeph. a Sancta Maria in trib. religioſ. tract. quinto ca. 2. §. 9. Berti in praxi tit. 17. capit. 5. num. 44. Ball. var. reſolut. tit. de indicat. quæſt. 15. num. 1. Pitigian. in pract. crim. in 2. ſubſt. cap. 7. verſ. fuga. Peguer. decis. 17. n. 3. Chartar. in method. proceſ. in form. lib. 3. ca. 14. num. 103. & 105. Iul. Chartar. decis. 79. num. 24. & 25. & alij multi citati à Farin. quæſt. 48. n. 3. licet ipſe nu. 7. Exiſtimet opinionem contrariam eſſe veriorem, cum alijs Doctor. ab eo relatis num. 5. Scilicet, quod requiratur aliud adminiculum. Sed ego puto primam opinionem eſſe communiorem, & in praxi obſeruandam; nam fugiens ante accuſationem, vel inquiſitionem ſe ipſum accuſat. §. ſi vero quidam authent. de exhib. reis. Maximè quando quis fugit a loco delicti nemine illũ inſequente, & fortius ſi habet enſem nudum in manu, vel aliud inſtrumentum, Bart. in l. 2. in princip. ff. de furt. Alba conſ. 56. n. 20. Granut. theor. 23. nu. 14. aut quando fugit per loca inſolita, & non conſueta. Ricc. dec. 174. n. 1. poſt alios ibi citatos par. 4.

Ampliatur, quando accuſatione, & quærela propoſita, cum adhuc eſſet in ſua libertate aufugit, & vocatus ad iudicium non venit, ſed in contumacia perſeuerauit, tunc fuga ob illam contumaciam facit indicium ſi concurrit leuitas vitæ accuſati, vel aliud adminiculum. Menoch. præſumpt. 89. nu. 41. cum aliis ab eo citatis. Iul. Chart. d. deciſ. 79. num. 27.

Ampliatur hæc concluſio, vt per fugam eo ipſo res amiſſas ſubtraxiſſe videatur fateri fugiens, gl. in §. ſi verò, el 3. ſuper verbo factum, auth. de exhib. reis, Bart. in l. ſi quis ex argentariis §. an verò nec hæredi, n. 3. & l. vltima nu. 5. verſic. Et quod ipſe poſt furtum ff. de quæſt. Paris. conſ. 156. n. 23. & n. 38. lib. 4. Vbi loquitur de famulo petente commeatũ a Domino poſt furtum

An-

Angel.& Iaſ.in repet. dict. l. admonendi n.70. Ruyger. in verbo fuga n.8.& alii citati a Maſcard.concluſ. 831.n.6.ſed num.8.dicit, requiri, vt concurrat vltra fugam conqueſtus Domini rei ſubtractæ, & quod veriſimile ſit potuiſſe famulum ſubtrahere talia bona, cum eſſent penes Dominum, & Menoch. conſil. 246.nu.73. dicit, quod debet plenè conſtare de amiſſione rerum, & de fuga famuli, & Intrigl. ſingul.176. n.57.lib.2.vbi, quod conſtare debet de amiſſione rei, & de bona fama domini, & quod famulus ſit aliàs ſuſpectus, & hoc ſufficit ad torturam. Farin.qu.48. num.74. ſed Maſcard.vbi ſupra n.9.inquit, quod ſine aliis adminiculis fuga ſola inducit indicium ad torturam, de conſuetudine; ſecus de iure: idem dicit Pariſ. vbi ſupra, de qua re loquitur Farin.qu.176. a nu.69. vſque ad nu. 74.

Ampliatur tertiò, in viro fugiente, quia eſt indicium, quod interfecit vxorem. Bald. conſ. 254.lib. 2. Crauet.conſ.6.nu.37. Ball.tit.de indic.q.15.n.10.

Ampliatur quartò, vt habeat locum etiam in latitante occultè in eadem ciuitate, & loco ſolitæ habitationis. Farin. dicta quæſtio.48. num.8.Ricc.dicta deciſ.174.num.1. par.4. vbi loquitur de non comparente, vt antea ſolebat, & alios citat.

Ampliatur quintò, in præparante ſe ad fugam, licet nondum aufugerit, ſi per ſigna euidentia hoc conſtet. Idem Farin.q 4.

Ampliatur ſextò, in mercatore fallito, qui ex fuga habetur pro confeſſo. Duen.reg.389. num.8.qui torquetur, vt indicet pecunias. Maſcard.concl.819.nu.28. Farinac.vbi ſupra n.18.

Ampliatur ſeptimò in eo, qui repertus in delicto, vel in aliquo præparatorio fugatus eſt à populo cum clamore, dummodo cauſa, & origo dicti clamoris fuerit probabilis, & veriſimilis, idem Farin. ibid.n.13.

Limitatur primò, vt fuga non faciat indicium ad torturam contra tertium, ſed tantum aliquam ſuſpicionem. Vt putà ſi ſunt duo imputati de aliquo delicto, & vnus fugit etiam antequam ſit formata inquiſitio, aut accuſatio contra eos, vel antequam videat conſocium carceratum, & tunc tantum facit ſuſpicionem cōtra alium, quæ ſuſpicio iuncta cum aliis aliquid operatur. Farin.d.q.48.n 26.

Limitatur ſecundò, quando quis aufugit poſt inquiſitionem, aut poſt accuſationem, vel poſtquam iudex incæpit formare proceſſum, aut poſt comminatam inquiſitionem, vel licèt nondum cæptam, & inſtitutam. Aut fugit timore carcerationis, quando timet carcerari de facto, in cauſis tamen capitalibus, ita omnes Doctores ſupracitati, & Farin.dicta qu.48.a nu.27. vſque ad n.33. Secus in non capitalibus, in quibus facit fuga indicium ad torturam in fugiente tantum poſt inquiſitionem, vel accuſationem, ita Bart.& Doctores citati ab eodem Farin.n.33.Berti in praxi tit.17. ca. 5.n.44.fol.312. Aut ſi quis, aufugiſſet poſt inquiſitionem, vel accuſa-

ſationem, & fuga eſſet adminiculata aliquo alio indicio, ita Doctores citati à Menoch. d. præſumpt. 89. n. 41. & à dicto Farin. ibidem nu. 34. Qui licet n. 35. exiſtimet, quod indicia in hoc caſu debent eſſe plura, vltra fugam, vt poſſit facere fuga indicium ad torturam, tamen hanc declarationem non puto veram; quia duo indicia remota ſine fuga facerẽt indicium ad torturam de per ſe; quomodo ergo fuga poſt formatam inquiſitionem, vel accuſationem requirit duo indicia vltra fugam, vt poſſit eſſe ſufficiens ad torturam? oportet ergo dici, quod vnum indicium ſufficit.

Limitatur tertiò, vt non faciat indicium, quando quis diſceſſit ex aliqua alia iuſta cauſa, vtputà propter timorem contrariæ factionis, propter metum, & minas illatas ab inimicis. Aut ſi ſolitus ſit diſcedere ad mercantias exercendas. Et aliam ſimilem iuſtam cauſam, quam tamen debet probare. Caſon. de indicat. tract. 10. cap. 4. rubr. de fuga n. 19. Et ſaltem debet conſtare, & apparere de cauſa probabili, vt poſſit ſtare iuramento diſcedentis, dicentis ſe diſceſſiſſe ob iuſtam cauſam. Farin. dicta q. 48. nu. 44. & 45. & n. 46. ſubdit, quod iudicis arbitrio remittitur an cauſa excuſans ſit iuſta, & probabilis necne.

Limitatur quartò, quando quis fugit propter iudicis ſæuitiam, communiter reputatus crudelis, & minatus eſſet de illum male tractando. Farin. ibid. n. 47.

Limitatur quintò, quando quis ſpontè comparet cito, vel ex interuallo, quia purgat indicium fugæ. Ricc. decis. 174 n. 3. par. 4. Aut citatus ſpontè reuertitur, nam tunc purgat indicium fugæ contra eum, Bart. in l. ſi quis ſit fugitiuus §. 1. ff. de ædil. edict. Berti, vbi ſup. Farin. qui multos cumulat dicta q. 48. nu. 48. & 52. qui n. 53. ampliat in eo, qui ſciens ſe a ſatellitibus exquiri, non fugit, & permittit ſe capi. Secus ſi permiſerit in contumaciam banniri, nam bannum, & contumacia ſufficiunt ad torturam non obſtante comparitione, Neuizan. conſ. 60. n. 1. Felic. alleg. 81. n. 3. par. 2. Gram. deciſ. 11. n. 25. Tuſc. litt. F. concluſ. 529. n. 8. & 10. & concl. 531. n. 14. Chartar. de execut. ſent. ca. 1. n. 225. & 275. & 452. Farin. q. 11. num. 77. Maſtril. deciſ. 296. n. 12. & ſeqq. par. 3. Aut quando conſtat, quod malo animo aufugit. Maſcard. conclus. 815. n. 25. Raudenſ. conſ. 17. num. 77. vol. 2.

Limitatur ſextò, in fugiente a carcere, eo non fracto, ſi ſtatim reuertatur, ſecus ſi ſtatim non reuertatur. Menoch. de præſumpt. q. 89. n. 42. Theſ. Pedam. deciſ. 77. Ball. tit. de indic. q. 15. n. 5. Quia ſi fugit fracto carcere (in quo iuſtè detinetur) habetur pro confeſſo. Farinac. q. 30. n. 34. & cum conſpiratione, ſufficit, vt condemnetur. Pegna par. tertia comment. 35. §. in crimine, & §. ſed ne ob fugam. Pitigia. in 2. ſubſtant. cap. 7. §. ſed quid Menoch. præſump. 89. n. 45. Boer. deciſ. 215. n. 9. Gome. cap. 9. de delict. n. 11. Berti vbi ſup. n. 45.

Limitatur ſeptimò, quando quis fugit ad ſuperiorem, & facit actum de

de eius recurſu, & receſſu. Bald.in l.ſed et ſi per prætorem §. fina. ff. ex quib.cauſ.maior.Duen. reg.307. in 4.limit.Farin.dicta q.48. n.57. Maſtril.deciſ.296.n.22.par.3. vbi n.32. dicit, quòd fugiens à carceribus animo eundi ad ſuperiorem,non dicitur eſſe in fuga, nec aliqua pœna tenetur de fractura carcerum, ex Alberic. Boſs.Ioan.de Amic.& Maſcard. locis ab eo citatis.

42 Fugæ præſtans auxilium præſumitur particeps tractatus delicti. Maſcard. concl.1386. n.14. Ball. d. tit.de indic.q.15.n.18.

43 Quintum indicium eſt inimicitia capitalis. Iuncta cum aliquo alio indicio, vel coniectura, aut adminiculo. Bart.in l.1. §.præterea ff. de quæſt.Clar.q.21.vers.inimicitia, Riminald.conſ.88. n.5.lib. 1. Tuſc. litt.I.concl.97.n.70. Menoch. præſ. 89.n.51.Farin.q.49. n.102. Sunt autem adminicula, quæ concurrentia cum inimicitia faciunt indicium ad torturam; ſi inimicus minatus eſſet. Crau.conſ.35.n.3. vel aliquid præparaſſet, quod ſignificare quodammodo potuit illum voluiſſe delictum committere: vt ſi viſus ſit armatus tranſire per locum, vbi erat offenſus, tempore quo fuit delictum commiſſum: vel ſi paulo ante abſtulit è domo magis pretioſa, & deinde ille alter reperitur occiſus, vel offenſus. Item fama, fuga, conſuetudo delinquendi ſunt etiam adminicula, quæ cum inimicitia capitali faciunt indicium ad torturam. Farin. vbi ſupra. Menoch dicto n.51. Maſcard. concl. 902. n.6. Vbi loquitur de inimicitia iuncta cum fama, Plot. de in litem iuran. §.54.n.3.verſ.& idem, vbi loquitur de inimicitia iuncta cum conſuetudine delinquendi,de qua inimicitia iuncta cum conſuetudine delinquendi loquitur Crauet. conſil.35. n.3. Et debilia ſufficiunt indicia ad coadiuuandum indicium inimicitiæ, Boſſ.de indicat.n.47.ad finem, & Hippol.Riminald.conſ.302. n.9. lib.3.

Sola autem inimicitia ſine aliquo alio adminiculo non ſufficit, ita DD.ſupracitati, & præcipuè Maſcard.dicta concl.902. Vbi ponit plura exempla, & licet in delictis occultis, & difficilis probationis, ſi nullus alius appareat de delicto ſuſpectus ſola inimicitia capitalis ſufficiat ad torturam inferendam, dicant Clar. q.2. verſ. inimicitia vrgens.Vulpel.reſp.39.n.7. Hippol. Rimin. conſ.302.n.8. & 9. lib.3. & Farinac. vbi ſupra n.107. Decian.reſp.88.n.10.vol.3.Berti in praxi tit.18.cap.5.n.48.Hoc tamen eſt valdè periculoſum, ſi alia non concurrant, vt conſtat ex exemplis adductis à Maſcardo, vbi ſupra, & ita dicit Theſ. deciſ.Pedam.24. n.7. in fine, ex Vaſq.de ſucceſſ.reſol.lib. 1.§.3.n.45. ideo hæc opinio non eſt ſequenda. Ball. tit.de indicat. q.21. n.4. Et cum adminiculo facit indicium ad torturam,ſiue inimicitia proceſſerit facto offenſi, ſiue facto offendentis. Farinac.dicta quæſtio. 49.n.90. ac etiamſi offendens alia vice offenderit, idem n.92. vbi nu. 93. dicit, quòd in hoc multum verſabitur iudicis arbitrium, conſiderando qualitatem perſonæ offenden-

dentis. Aut perſonæ qualitas aliud ſuadet, & diſcat a veriſimili, vt qui ſemel offendit, velit amplius offendere. Facit etiam cum adminiculis indicium, contra eum qui cauſas inimicitiæ habet, licet palam ſe inimicum non profiteatur. Carrer. in 2.tract.de indic. §.quartum indicium n.14. in fine. Farin. vbi ſupra n.94. Dummodo cauſæ inimicitiæ ſint cognitæ ipſi offendenti. Idem n.96. vt nos diximus de teſte inimico, par.quarta cap.9. num.13. Et
44 quando conſtat quòd inimicus occidit, præſumitur ſtudioſè, & deliberatè occidiſſe, etiam quòd inimicitia non eſſet capitalis; quia ex effectu demonſtratur odium capitale, quamuis cauſa non eſſet capitalis. Farin. vbi ſupra a n.96. & ſeqq. Extenditur hæc traditio etiam ad inimicitiam cauſatam ex offenſione facta ſuis, ſcilicet patri, fratri, & ſimilibus. Menoch.lib.1.præſumpt. 89.num.53. cum aliis ab eo citatis.
45 Sed inimicitia non præſumitur, ſed debet probari. Nec ſufficit probari in genere, dicendo teſtes eſſe inimicos, ſed debet probari in ſpecie. Menoch. dicta præſumpt. 49. n.58.lib.1.& lib.5.præſump.43.Etſi inimicitia non ſit probata manifeſtè, ſufficit tamen, quòd ſubſit, & probetur cauſa ipſius inimicitiæ. Bart.in l.1. in fine C. de his quib. vt indign. Marſil. ſing. 128. Gramm. conſ.45.n.15.Maſcard. concl.1049. n.5.& ſeq. Peregr.conſ.2.n.30, par. 2. Et probata cauſa odii, dicitur probata inimicitia, licet odium quis non oſtendat. Innoc. in c.cum 1.& ad finem de re iudic. Bald.in l. præſcriptione c.ſi contra ius, n.36. Gramm.deciſ. 33. n.7. Triuiſ. decis. 28.n.4.lib.2. Ac etiamſi amicum ſe profiteatur. Giurb.conſ.37.numero 12. Farin.conſ.216.n.11. & ſignis ſe oſtendat amare, Bald. conſil.41. n 3.in 5.Tuſc.litt.I. concl.149. n.5. Giurb.conſ.47. n.1. Et homicidium
46 in rixa a pluribus commiſſum præſumitur commiſſum ab inimico, & in tali caſu ſola inimicitia facit indicium contra ipſum ad torturam. Farin.q.149.n.108.Ball. dicto tit.de indic.q.21.n.20.
47 Limitatur, quòd non faciat inimicitia indicium, quando poſt inimicitiam ſucceſſit pax, & reconciliatio, quando tamen eſt antiqua, ſecus ſi eſt de recenti. Farinac. vbi ſupra n.110. Nec facit indicium, quando offenſus habebat plures inimicos. Bald.conſ.78.lib. tertio. Gramm. vot. 6. Theſ.deciſ. 24. ſub n.7.Farin.vbi ſupra n.94. & conſil. 62.ſub n.5.Baiard.q.21.n.116. Ball. dicta q.21.n.15. Giurba conſ.9. nu. 10.Et in hoc caſu attenditur inimicitia grauior, & recentior. Vel ea, quæ eſt adminiculata pluribus indicijs. Aut illa, quæ prouenit ab atrociori iniuria. Vel contra illum, qui iniuriam ad animum prouocauit. Et iudicis arbitrio hoc remittitur, in præſumendo potius contra vnum inimicum, quam contra alium: conſiderando prudenter inimicitiam, vel perſonarum qualitatem. Farin. vbi ſupra num.118. Nec inimicitia facit indicium, quando offenſus elegit viam iuris, & iuſtitiæ: quia tunc ſuper homicidio ſequuto in perſonam offen-

den-

dentis non reſultat præſumptio cōtra ipſum offenſum. Alcia. conſ. 168. n. 3. Alban. conſ. 46. nu. 7. Burſ. conſ. 146. num. 19. & conſ. 216. num. 73. vol. 2. Guazz. defenſ. reor. 28. cap. 1. num. 9. Nec facit indicium ad torturam, quando offenſus peccata ſua confeſſus fuerit ſacerdoti, & ſacratiſſimam ſumpſerit Euchariſtiã. Rim. iun. conſ. 87. nu. 16. & ſeqq. lib. 1. Honded. conſ. 86. nu. 66. volum. 2. Guazz. defens. reor. 28. cap. 1. nu. 10. Ball. dicta quæſt. 21. nu. 15. Nec facit indicium ad torturam, quando inter inimicum, & offenſum erat data cautio de ſe inuicem non offendendo. Farin. dicta qu. 49. num. 121. & 125. Ball. dicto num. 15. Nec facit indicium reſpectu delictorum, quæ ſunt ad proprium commodum, vt ſunt peccata carnis, furti falſitas, &c. Farinac. quæſtio. 49. num. 120.

48 Sextum indicium ſufficiens ad torturam oritur ex præcedentibus minis. Quando minans eſt perſona potens, & malæ vitæ, & ſolitus minas exequi. Cephal. conſil. 424. num. 20. Honded. conſ. 107. num. 46. vol. 1. & conſ. 87. n. 110. volu. 2. Felic. alleg. 168. num. 8. par. 2. Farina. qui alios citat quæſt. 50. nu. 9. Menoch. lib. 1. præſump. 89. n. 60. Ball tit. de indic. quæſt. 12. num. 1. Si verò minans non ſit ſolitus minas exequi, tunc ſolæ minæ non faciunt indicium ad torturam, niſi cum minis concurrat aliquod aliud adminiculum. Menoch. vbi ſupra num. 62. & 63. Farin. num. 11. videlicet inimicitia, Crauet. dicto conſ. 35. num. 3. Farin. dicto num. 11. Odium, honor, vtilitas, delictum illicò ſequutum, & ſimilia adminicula cum minis faciunt indicium ad torturam. Vnde dicit Baiard. qu. 21. n. 241. Quod odium præcedens, & minæ ſequentes faciant indicium ad torturam, licet inimicus talia facere conſuetus non ſit.

49 Ampliatur, quod minæ præcedentes quando certus eſt occiſor, faciunt, vt homicidium ſubſequutum præſumatur deliberatè commiſſum. Etiamſi minæ prolatæ fuerint per modum iactationis, ſiue ſolitus minaas ſit exequi minas, ſiue non; Quia ex effectu ſequuto manifeſtatus eſt animus minantis; & tunc minæ non faciunt præſumere animum deliberatum, quando fuerunt prolatæ ſtatim ante ſequutum homicidium, ex aliquo dolore, vel ira, Menoch. de arbitr. libro ſecundo caſu 361. poſt num. 39.

50 Ampliatur ſecundò, quod non ſolum minæ, ſed etiam iactatio facit indicium ad torturam contra iactantem. Quando iacta s eſt perſona potens, & ſolitus exequi iactationes. Secus ſi fuerit impotens, vilis, ac timidus, & in iactationibus loquax, vnde in hoc valdè attendenda eſt qualitas perſonæ iactantis. Iacob. de Beluiſo in pract. in tit. de indic. numero 39. Farinac. quæſtio. 50. numer. ſeptimo. Peregr. conſ. 105. num. 16. vbi loquitur etiam de verbis minatorijs prolatis a fratre contra ſororem publicè, quæ ſunt ita accipienda, prout ſi eſſent prolata ab inimico capitali. Qui frater

Vuu quam-

quamuis minatus fuiſſet ſororem, quòd per manus ſuas moreretur, ea poſtea inuenta mortua in puteo, conſuluit ipſe Peregr. illa verba non facere indicium ad torturam contra fratrem.

51 Limitatur primò, vt aſſertio procedat quando ignoratur delinquẽs. Quia quando delinquens eſt certus, minæ non ſunt in conſideratione. Blanch. de indic. n. 183. Farin. conſ. 22. n. 14.

Limitatur ſecundò, quando offenſus, vel occiſus haberet alios inimicos. Paris. de Put. de ſyndic. in verbo tortura cap. 6. nu. 3. Caſon. de indic. cap. 1. n. 17. Caualc. de Brach. reg. par. 3. n. 95. Farin. qu. 50. n. 12. & 13. & dicto conſ 22. nu. 14. Baiard. q. 21. nu. 142. Vt de indicio inimicitiæ diximus ſupra n. 42. Erit tamen in hoc caſu an minæ faciant indicium ad torturam, in iudicis arbitrio, quia ſolent homines vindices, & peruerſi ita operari, vt eorum delictum retorqueatur in alios, vt patet in exemplo relato a Puteo ſupra citato, & a Farinac. dicto num. 13.

Limitatur tertiò, quando delictum ſequutum eſt diuerſi generis a minis prolatis. Dec. conſ. 189. nu. 14. Natta conſ. 42. n. 2. lib. 1. Menoch. dicta præſumpt. 89. n. 61. Farina. q. 50. n. 23. & ſeqq. vbi declarat quomodo hoc intelligi debet, ſed Ball. verò dicto tit. de indic. q. 12. num. 6. dicit, quod minæ faciunt indicium ad torturam, etiamſi delictum ſequutum non ſit eiuſdem ſpeciei.

Limitatur quartò, quando minæ per iracundiam fuiſſent prolatæ, vel ex lubrico linguæ. Menoch. vbi ſupra n. 64. & 65. poſt Boerium decis. 166. n. 3. Carre. de indic. ca. 12. nu. 3. Mirand. de ordin. iudic. quæſt. 26. art. 9. concl. 2. n. 133. Farin. conſ. 22. n. 10. & alij citati ab eodẽ Farin. qu. 30. n. 17. & 18. vbi, quod multo minus faciunt indicium, ſi fuerint per minantem reuocatæ, ex Nouel. ab eo citato.

Limitatur quintò, quando minæ ſunt dubiæ, & æquiuocæ, & poſſunt trahi in bonam, & in malam partem, videlicet ad vindictam iuris, vel proprijs manibus. Quia in dubio de iuris vindicta debent intelligi. Alexa. conſ. 188. nu. 7. vol. 7. Dec. conſ. 189. ſub num. 14. Crauet. conſ. 151. n. 18. Natta conſ. 42. nu. 3. vol. 1. Roland. cons. 11. n. 37. vol. 3. Gomez. tit. de tortur. reor. num. 14. Menoch. dicta præſump. 89. nu. 66. Decian. reſp. 4. n. 34. lib. 3. vnde non faciunt indicium illa verba, *io me ne vendicarò, io ne farò la vendetta, io la farò con fatti, e non con parole, noi ci potiamo fare piacere inſieme, io me ne riſentirò, io gli farò pentire, il tale non ſe ne uanterà di hauer fatto tal coſa, io mi farò conoſcere per quello, che ſono*, de quibus, & alijs ſimilibus verbis, loquitur Eugen. conſ. 76. num. 52. & ſeqq. refert alijs citatis Guazz. defens. reor. 29. cap. 2. nu. 10. Et in bonam partem, & de vindicta iuris accipienda ſunt. Niſi ille qui talia verba protulit, ſit talis, quòd ſolitus ſit ſumere vindictas facti, & propria authoritate. Farin. qu. 50. n. 22. Sed Ghisler. de iudice regul. cap. 18. n. 49. dicit, ſi vulneratus eſt Titius, Iſmael cum illo die quadam

præ-

Digitized by Google

præcedenti verbis contenderat, & illi fuit minatus eum nequaquam impunitum relicturum, vel quod vlciſceretur; aut etiam nutu manus, vel digiti morſu, huiuſmodi minæ contra Titium ſufficiunt ad torquendum Iſmaelem, ſi ignoretur quis vulnerauerit, & alius non adeſt inimicus, & idem poſt eum dicit Berti tit. 17. nu. 49. Sed in hoc caſu concurrunt minæ cum inimicitia.

Limitatur ſextò, quando minæ ſunt conditionatæ. Farin. quæſtio. 50. num. 32. 33. & 34. Minæ coniunctæ cum conſuetudine, quam habet minans illas exequendi, necnon cum inimicitia, & offenſione ſequuta immediatè poſt minas, in caſibus difficilis probationis ſufficiunt ad condemnandum minantem in pœnam extraordinariam, Farin. q. 10.

52 num. 38. & 39. Minæ ſunt probandæ per duos teſtes, non tamen requiritur, quod ſint conteſtes, ſed ſufficiunt ſingulares, Farin. dicta quæſt. 50. n. 41. Ball. tit. de indic. qu. 12. n. 12. Dummodo ſint concordes in qualitate minarum, licet diſcordes in loco, & tempore, ſed hanc reſtrictionem Baiardus q. 21. num. 143. Non putat veram, quia quando quis minatur minæ nō ſunt ſemper vno modo, & iiſdemmet ver-

53 bis. Et licet ſi minans in actu minarum occidatur impune dicant, Iaſ. in l. vt vim n. 14. ff. de iuſt. & iur. Duen. reg. 142. num. 4. Io. de Amic. cons. 116. n. 4. Corſet. in ſingul. verbo metus. Ball. dicto tit. de indicat. n. 15. idem dicit Gram. dec. 5. nu. 7. Magon. dec. Lucens. 56. num. 4. Simon. de Præt. cons. 189. n. 8. in fine. Clar. qu. 60. nu. 18. Vbi loquitur in homicidio commiſſo ex prouocatione verborum iniurioſorum, vt mitiori pœna ſit homicida puniendus. Thob. Non. cons. 109. Bertaz. conſ. 133. & 134. volum. 2. Maſcard. concl. 1120. n. 10. Philip. Paſqu. de virib. patr. poteſt. par. 3. cap. 6. n. 15. Thor. in compend. deciſ. verbo homicida.

Tamen hoc non procedit ſi prouocatio ab offendente prouenisset. Boſſ. tit. de inquiſit. nu. 118. Baiard. q. 60. n. 67. & dicit Seyſel. in l. vt vim n. 74. ff. de iuſt. & iur. quod ſi minans eſt ſolitus minas exequi, tunc licitum eſt illum offendere; Secus ſi non eſſet talis, quamuis ille eſſet homo vindicatiuus, & requiritur, quod minans habeat manus promptas ad vindictam, & offenſio ſequatur ſine mora, quia ex interuallo poterat adire iudicem, & ſequitur Guazz. defens. reor. 29. c. 4. n. 26. ſed de hac re latè Farin. q. 125. a nu. 67. & ſeq.

54 Septimum indicium, eſt res furata penes aliquem inuenta, ſi ignoratur delinquens, & ipſe non docet à quo habuerit, & eſt malæ famæ, & conſuetus res furtiuas penes ſe habere, vel emere. Nam tunc oritur contra eum indicium ad torturam. Farin. poſt alios qu. 177. nu. 5. Flamin. Chartar. in method. proceſſiuo cap. 17. n. 84. Iul. Chart. deciſ. 79. n. 21. niſi inquiſitus de Authore doceat, à quo habuit, idem eodem n. 21. cum alijs ab eo citatis. Vel niſi ſit perſona grauis, de qua non poſſit ſuſpicari, qui ſatis eſt, vt iu-

ret, ſe non cognouiſſe illum à quo emit rem furtiuam. Bonifac. de furt. §. eſt, num. 93. Guazzin. defenſ. reor. 17. cap. 2. numero quarto, idem Farinac. num. 4. Etſi is, penes quem bona ſubtracta reperiuntur, eſſet famulus Domini rei ſubtractæ; Tunc oritur indicium contra ipſum, etiam, quod alias fuerit bonæ famæ, idem num. ſexto, ex dicto Bonifac. tract. de furt. §. 2. numero 65. Etſi is, penes quem inuenitur res furata alleget Authorem hominem ignotum, aut dicat ſe non recordari a quo rem furatam emerit, facit contra ipſum indicium ad torturam, idem Farinac. num. 6. & 7. Niſi ſit vir bonæ famæ, idem nu. 8. Aut ſit ſtrazolarius, vel ragatterius, qui ſoleat emere, & vendere, & res venales palam tenere, idem n. 9. Roland. conſ. 47. num. 41. vol. 1. Guazz. d. cap. 2. n. 11. Verùm, ſi cum inuentione rei furatæ, concurrat aliquod aliud adminiculum, & inquiſitus non doceat de Authore, facit indicium ad torturam, quamuis ipſe ſit bonæ famæ, ita Farina. ibidem nu. 11. cum aliis ab eo citatis; nec ſufficit nominare Authorem, ſed debet nominare, & probare; alias fures, & latrones facilè occultarentur, idem Farinac. numer. 13. Maſcard. concluſ. 833. num. 13. Guazzin. vbi ſupra num. 9. Si vir etiam bonæ famæ penes quem inuenitur res furata, dicat non recordari de venditore, maximè ſi factum eſſet recens, non euitabit torturam; Quia bona fama non poteſt tollere duo indicia, nempe, quod res fuerit reperta penes ipſum, & quod inueriſimilia deponat, dicendo non recordari. Boſſ. tit. de indic. num. 55. Guazz. dicto cap. 2. num. 7. Secus, ſi dicat, non cognouiſſe venditorem. Et vt poſſit fieri fundamentum ſuper re furata penes aliquem inuenta, debet legitimè probari per duos teſtes, deponentes, rem furatam penes illum fuiſſe inuentam. Decian. reſp. 93. num. 23. Guazz. dicto
55 cap. 2 num. 13. Et actione furti tenetur, qui rem furatam ſcienter emit, aut pignori accipit, aut receptauerit. Vrſill. ad Afflict. deciſio. 369. nu. 5. vbi, teſtatur fuiſſe quemdam ob talem receptationem condemnatum ad triremes per quinquennium. Baiard. §. furtum num. 117. Secus ſi ignoranter emit, quia tantum tenetur rem Domino reſtituere, non reſtituto pretio. Capell. Tholoſan. & ibi Aufrer. num. primo. Guazzin. dicto cap. 2. in fine., & de iure Canonico is penes quem res furata inuenitur tenetur indiſtinctè indicare furem, c. qui cum fure, & ibi gloſ. de furt. Roman. ſingul. 794. & alii citati a Maſcard. dicta concluſio. 934. numero 11.

56 Indicia furti ad torturam multa ſunt, quæ recenſet Farina. quæſtio. 176. a num. 50. & ſequentibus, inter quę, primum eſt, mala fama in genere furti aliis adminiculis fulcita. Nouel. in pract. crim. fol. 121. n. 16. 17. Fari. ibid. n. 53. Secundum, eſt, contra vicinum malæ famæ, & maximè quando frequentat domum, vel quando ſolitus eſſet conuerſare in domo, in qua furtum

eſt

eſt commiſſum. Nouell. vbi ſupra num. 25. Farinac. à numero 56. vſque ad 62. Tertium, tranſitus inſolitus per locum, & viam, vbi furtum commiſſum fuit, ſeu frequentatio eiuſdem loci, in homine malæ famæ eſt indicium ad torturam. Farinac. ibidem num. 62. & 63. Quartum, ſi quis viſus fuiſſet exire de domo, in qua fuit factum furtum cum ſarcina, ſeu aliqua alia re ſub brachio, vel ſub pallio, & hoc probatur per duos teſtes, & hoc indicium dicitur propinquum delicto. Hippolyt. ſingular. 392. & alii citati a Nouell. fol. 118. num. 6. & 7. Aut viſus fuiſſet introire, vel exire è domo, vbi furtum commiſſum fuit de die, vel de nocte, & nullam habebat cauſam intrandi, vel exeundi ex illo loco, & non eſſet vir bonæ famæ. Nouell. vbi ſupra fol. 16. nu. 3. idem Farinac. à num. 64. vſque ad 68. Quintum indicium, ſi quis eſſet inuentus in loco furti, & eſſet conſuetus furari, idem nu. 68. Sextum indicium, eſt contra eum cuius res, puta pileus, pallium, aut ſimile fuit inuentum in loco furti, idem num. 74. Septimum indicium eſt contra illum, qui dum eſſet pauper, viſus eſſet expendere pecuniarum quantitatem. Nouell. ſupra num. 20. Maximè, ſi moneta, quæ expenditur eſſet eiuſdem formæ, & materiæ cuius erat pecunia furto ſubtracta. Sed hoc ſolum indicium non ſufficit in viro bonæ famæ, idem a num. 80. vſque ad 84. Sunt nonnulla alia indicia enumerata ab eodem Farinac. in dicta quæſtio. 176. inſpec. tertia per totam, de quibus latè per eum. Fuga famuli ex domo domini in qua res fuit ſubtracta, ſi dominus illico furto facto conqueſtus ſit facit indicium contra famulum, Nouell. vbi ſupra num. 18. & 19.

57 Octauum indicium, eſt mendacium circa factum principale, vel circa qualitates, & circumſtantias ſubſtantiales, cum aliquo alio adminiculo. Natta conſil. 499. numero ſeptimo. Gram. vot. 30. Farinac. quæſt. 52. nu. 6. 8. 9. & 10. Theſ. deciſio. Pedamon. 24. n. 8. De Lugo tom. 2. de iuſtit. diſputat. 37. ſect. 12. nu. 154. Iul. Chartar. deciſ. 49. num. 38. & deciſio. 87. num. 92. Vnde mendacium circa locum, & tempus delicti, vel aliquod aliud ſubſtantiale, eſt indicium ſufficiens ad torturam. Alban. conſ. 56. num. 31. Farinac. vbi ſupra numero 11. & 12. Non tamen facit indicium ſi conſiſtit circa id, quod ſi reus fuiſſet confeſſus ſibi non præiudicaſſet, idem Farinac. numero decimoquarto. Carthar. deciſion. 88. numer. 48. Nec facit indicium ad torturam, quando reus habet pro ſe aliquod indicium innocentiæ; tunc enim vnum indicium tollit aliud idem Farinac. numero decimo ſexto, & poteſt reus corrigere dictum ſuum antequam conuincatur de errore. Deciſio. Pedamont. 79. numero decimo ſeptimo, debet mendacium rei probari per duos teſtes, vel per ipſius rei propriam confeſſionem. Farinac. vbi ſupra nu. 13. Et tunc facit indicium, ſi fuerit

data

data copia mendacij cum termino ad ſe purgandum. Marſil. conſ. 51. n.17. Baiard. q.21. n.153.

58 Nonum indicium eſt variatio rei, circa ipſum delictum, vel circa qualitates, & circumſtantias ſubſtantiales delictum inferentes, adminiculata tamen aliqua alia coniectura, vel præſumptione. Secus ſi eſſet nulla, ſine adminiculo. Farin. quæſ.52.n.29.30.31.32.33. Pegna comm.110.in 3.par.direct. inquiſit. Leſſ.lib.2.de iuſt.cap.29.num.164. Cabal.caſu 200.n.136. Ampliatur, vt variatio faciat indicium ad torturam non ſolum ſi emanauerit, in examine ante torturam; ſed etiamſi in ipſa tortura. Angel. de malefic. in verbo fama publica præced. nu.105. Vbi aſſerit, quod quando quis legitimis præcedentib. indiciis torquetur, & tortus vno ſero dicit vnum, alio ſero dicit aliud; Tunc omnia debent ſcribi in actis; quia ſtante variatione de qua in actis conſtat, poteſt iudex ſæpe ac ſæpius, etiam alijs indicijs non ſuperuenientibus eum in tortura repetere, quod eſt notandum, dicit Farin. dicta q.52.n.2. vbi alios etiam citat. Et quando tortus variat in ſuis confeſſionibus, modo dicendo vnum, modo aliud, & vltimo loco ſubſiſtit in vna confeſſione, ratificatio non debet fieri in ipſis confeſſionibus lectis ei, vt iacent, ſed tantum debet illa confeſſio ratificari, quæ verum continet ſecundum probata. Bart. conſ.228. incipit Catharina, Boſſ.tit. de confeſſ. n.13. Brun. de indic. q.6. par.2. nu.9. Franc. Ponz. in tract. de lamijs n.70. Foller. in pract. verbo, etſi confitebuntur nu.58. Bero. q.126. Et debet fieri diſtinctè cum ſubſtantialibus, in ea parte in qua fuit confeſſus; Aliàs in dubio ſtaretur primo dicto. Corn. conſ.27. lib.3. col. penult. Dec. conſ.175. nu.7. vbi reſpondet Baldo in l.eos ff. de falſis, qui voluit, quod ſtaretur vltimo dicto. Gramm. voto vltimo. Aret. conſ.61. num.58. & conſ.19. num.7. Quod intelligi debet quando reus torquetur legitimis præcedentibus indicijs: alias ex variatione non poteſt iterum torqueri. Brun. à Sol. in ſuo conſil. crim. n.74. cum aliis citatis à Farin. d.q.52.n.26.

Limitatur, quòd variatio non nocet, quando reus ſe corrigeret, ac variaret propter obliuionem, vel aliam probabilem cauſam, nam poteſt reus dictum ſuum corrigere antequam conuincatur, arg. cap. præterea de teſtib. cogend. Roma. conſ.59. col. fin. poſt glos. in l. fina. de confeſſ. Olaſc. deciſ. Pedam. 79. n.18. vbi loquitur quando reus in ſecunda depoſitione dicit contrarium eius, quod dixerat in prima, tamquam melius recordatus. Nouel. in tract. ad defenſam, in rubr. an indicia pro reo danda ſint num.54. vbi loquitur de eo, qui corrigit dictum ſuum, & illud aliquo modo ad concordiam reduxit. Brun. à Sol. dicto conſ. crim. n.78. Qui loquitur, quando aſſignatur ratio melioris reminiſcentiæ. Bertaz. conſ.60. nu.14. lib.1. vbi dicit, admittendam eſſe ſtatim correctionem, quam facit reus melius recordatus, & ibi Claudius litt. A. vbi loquitur, quando

do correctlo fit in eodem conſtituto, & correctio facta præſertim immediatè, eſt emendatio, & non mendacium, dicit idem Bertazol. conſ. 548. n. 7. lib. 2. de quibus omnibus loquitur. Farin. d. q. 52. num. 34. Dicunt Blanch. de indic. nu. 168. & Baiard. dicto n. 150. quod tortura habet locum in reo vario, quando eſt varius in his, quæ non ſpectant ad eius defenſionem. Secus quando eſt varius in his, quæ ſpectant, ad eius defenſionem; puta, ſi primo negaſſet occidiſſe, aut vulneraſſe, Et poſtea fateatur occidiſſe, vel vulneraſſe ad ſui defenſionem, vel quia tunc temporis erat ebrius, aut quid ſimile, ſed hanc diſtinctionem non veram, dicit Menoch, præſumpt. 89. n. 69. lib. 1. & Farin. d. quæſt. 52. nu. 37. dicit, quod non facit ad propoſitum, quia in hoc caſu non eſt tractandum de tortura; Quia reo incumbit probare qualitatem, quam ſi non probauerit condemnabitur abſque alia tortura.

Forma ſcribendi ab Actuario variationem rei factam, vel in examine ante torturam, vel in tortura.

59 Et tunc Reu. P. Abbas mandauit mihi Actuario infraſcripto, vt ſcriberem, & notarem in actis, qualiter ipſe reus examinatus, vel tortus, eſt varius, & vacillans, & modo dicit vnum, videlicet, &c. & modo dicit aliud ſcilicet, &c. & quod fuit monitus à præfato Abbate, vt dicat puram, & ſimplicem veritatem, & deſiſtat à tali variatione, & vacillatione. *E ſe per ſua diſcolpa hà coſa di dire per tal variatione, e vacillatione, che la dica; altrimente ſi procederà come de iure ſi deue; (ſi riſponde, ſe ſcriua la riſpoſta del reo, ſe non reſponde ſi ſcriua, che non riſpoſe)*, & in fine dicit, & hæc omnia ipſe etiam vidi, & audiui, & ſcripſi.

60 Decimum indicium, eſt vacillatio, & titubatio, vt puta, quando quis dubitando, & trepidando, vel ſudando loquitur, & eſt indicium ad torturam. Quia hæc ſunt ſigna malæ conſcientiæ, Luc. de Penn. in l. quoties n. 42. C. de dignitat. lib. 12. Caualc. de Brach. reg. par. 3. n. 103. & fuit originale dictum Bartol. in l. de minore §. plurimum n. 2. & 4. ff. de quæſtion. Bertaz. conſ. 60. n. 10. lib. 1. Farinac. d. quæſt. 52. nu. 40 & 45. vbi, quod debet etiam concurrere variatio, vt faciat indicium ad torturam, ex Bartol. loco citato. Caualcan. vbi ſupra n. 106. Pegna comment. 110. in 3. part. direct. inquiſ. ver. rurſus, præter, quæ omnia ſcribi debent in actis ab Actuario de mandato Iudicis, aliàs non bene faceret Iudex reum torquendo; quia dici poteſt tortus ſine indicijs. Farinac. vbi ſupra num. 49. Forma autem ſcribendi ab Actuario dicta indicia, poſita fuit ſupra in proximo ſuperiori indicio, mutatis mutandis.

61 Vndecimum indicium, eſt nominatio ſocij criminis. Cuius confeſſio non adminiculata æquiualet famæ. Clar. quæſt. 21. num. 5. & ſeq. Azor. inſtitut. moral. par. 3. lib. 13. cap. 18. dub. 5. Farinac. quæſt. 43. num. 129. & facit indicium tantum

ad

ad inquirendum, etiam in criminibus non exceptis, vt dicit idem Farinac. In caſibus autem in quib. poteſt de conſocijs interrogari, concurrente aliquo alio adminiculo, ſcilic. ſecreta allocutione, amicitia, fama, & ſimili ſufficit ad torturam. Clar. q. 21. n. 9. & ibi Baiard. nu. 32. Menoch. lib. 1. præſumpt. quæſ. 89. n. 73. & de arbitr. caſu 472. num. 43. Decian. cons. 18. nu. 68. lib. 1. Cabal. caſu 200. n. 128. Rot. Rom. dec. 283. n. 3. par. 1. diuerſor. lib. 1. Caſtil. dec. 160. n. 3. Farin. 43. nu. 145. & ſeq. & quæſt. 52. n. 145. vbi alios citat. & quæſt. 45. n. 34. Simanch. Enchirid. tit. 65. n. 26. Sanch. opuſc. lib. 6. cap. 3. dub. 15. nu. 7, Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 81. n. 6. Guazz. defenſ. reor. 32. cap. 8. n. 2. Chartar. deciſ. 79. n. 22. & deciſ 88. n. 4. & alii ſupracitati par. 4. cap. 3. nu. 35. licet contrarium dicat Cabal. caſu 84. n. 5. & alii citati à Farin. d. q. 43. n. 154. quos ipſe reijcit n. 155. Sola autem depoſitio ſocii criminis ſine adminiculis, non ſufficit ad inferendam torturam contra nominatum, etiam in criminibus exceptis, ſed requiruntur alia indicia in ſpecie contra nominatum. Marſil. in pract. §. diligenter n. 60. & in l. Diuus Antonius n. 6. ff. de quæſtion. & ſing. 209. Buer. dec. 319. n. 1. Bertaz. conſ. 39. num. 13. & conſ. 234. nu. 1. & ſeq. lib. 1. Facchin. conſ. 97. lib. 1. n. 1. Borgn. deciſio. 13. n. 20. par. 5. Honded. conſ. 110. num. 16. lib. 1. Chartar. decis. 88. num. 12. Cantera in quæſt. crim. cap. 2. de probat. per teſtes quæſt. 1. num. 57. Aldrete de diſcipl. tuend. lib. 2. cap. 8. nu. 27. Souſa in aphoriſm. inquiſit. lib. 2. cap. 59. n. 51. Ioſeph. a Sancta Maria in tribun. religioſ. tractat. 5. cap. 2. §. 5. Dian. par. 4. tract. 6. reſol. 7. Bertazol. conſ. 341. num. 25. & 37. Contra Blancum in l. fin. num. 374. C. de accuſat. Nec dictum ſocii criminis, qui fuit ſuſpensus, facit indicium ad torturam contra ſocium ſine adminiculis. Ricc. dec. 24. par. 1. Secus cum adminiculis (licet exculpatio facta per ſocium criminis in articulo mortis, vel in patibulo prodeſſet inculpato. Maſtrill. decis. 195. Ricc. vbi ſupr. n. 2.)

62 Nam ſemper debent concurrere adminicula, ſcilicet, vel teſtes de auditu, vt dicunt Soccin. conſil. 95. vol. 4. in 3. Decian. conſ. 18. num. 68. volum. 1. Crauett. conſ. 178. num. 3. Vel fama contra nominatum. Calcan. conſ. 110. num. 4. Crauet. dicto cons. 178. nu. 3. Gramm. conſ. 21. Io. Maria Monticel. regul. crim. 4. nu. 35. Decian. dicto n. 68. Pariſ. conſil. 161. num. 14. lib. 1. Chartar. deciſio. 88. num. 19. vbi alios citat, & deciſ. 92. nu. 10. vel fuga nominati, Bald. conſ. 429. vol. 3. Gram. 14. num. 4. & conſ. 28. num. 16. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 474. num. 48. Decian. dicto conſ. 18. n. 71. Maſcard. concluſ. 1311. n. 53. vel ſtricta, & aſſidua amicitia nominati cum ſocio nominante. Gram. conſ. 6. n. 3. & conſ. 35. n. 16. Menoch. dicta q. 89. nu. 73. lib. 1. Anton. Nigr. in cap. frequens num. 57. Vel ſecreta allocutio inter nominatum, & nominantem. Monticel. regul. crimin. 4. num. 38. & regul. 5. poſt num. 13. Aut concurrat inimicitia nominati cum occiſo. Souſa in aphoriſm. inquiſit. libro 2. c. 25.

c.25.nu.24.Dian.par.4.trac.6.reſ.7. Pereg.conſ.2.nu.11.tom.2.vel vnus teſtis de viſu non integer, Pereg.d. num.11. vel aliquod aliud remotum indicium per duos teſtes probatum in ſpecie contra nominatum. Bertaz.conſ.341.num.8. in fine iuncto num.25. Menoch. de arbitr. lib. ſecundo caſu 474.num.45.& 46.Fari-
63 nac.quæſt.43. num.155. Et debet ſocius nominans torqueri ad purgandam infamiam.Clar.q.21. n.11. Marc.Anton.Genuen.in praxi Archiep.c.68.n.11.Mar.Anto. Delr.in diſqu.mag.li.5. ſect.3. qui ita tenent in ſpecie contra Simanc.in Cathol. inſti.53.n.38. Farinac. cum aliis ab eo citatis qu.43.à num.134.& ſeqq. Scacc.de iudic.libro primo cap.81. numero ſexto, & ſeptimo. Guazzin. defenſ. reor.19.cap.10. num.5. Chart.de interrog.reor.lib.4.cap.2. num.13. etiamſi agatur de crimine læſæ maieſt.Io.de Amic.conſ.27. n. 3.Eugen.conſ.27.n.46.Farin.conſil. 79.num.9. Ricc.deciſ.Cur.Archiep. 298.par.3.vbi loquitur in crimine hæreſis.Cabal.caſu 29.n.19.& caſu 33.num.5.& caſu 84.nu.11. Cacheran.deciſ.Pedam.79.nu.38. Baiard. q.21.num.51. Quæ tortura pro habendis complicibus debet eſſe moderata,Baiard.vt ſup.Farinac.conſ. 10.num.21.& conſ.55.num.13. vbi, quod ſi fuerit immoderata non nocet nec confitenti, nec nominato. Et moderata dicitur ſi fuit illata per ſpacium mediæ horæ ad ſummum. Intrigl. ſingul.180. num.18. lib.2.Chart.de execut.ſent.ca.2. nu. 68. Burg. de modo procedendi ex abrupt.quæſt.42.num.17. Et in Curia Romana non torquetur niſi per ſpacium vnius Credo. Guaz.defenſ. reor.19.cap.1.num.23.niſi teſtis eſſet taliter ſuſpectus, & infamis, vt iudex arbitratus fuerit eum eſſe vlterius in tortura detinendum, & quando torquetur, vt reus quoad ſe, & teſtis quoad alios, debet eſſe illata eo modo quo poſſit cruciatum corporis afferre. Rimin. iun. conſ.360.num.74.& ſeq. vol.4. Decian.reſp.93.num.46.vol.2. Baiard. quæſt.21.num.53. & ſeq. & qu.74. num.96.Guazz.defenſ.reor.19.cap. 18. numero quinto,& confeſſio facta in tormentis debet ratificari extra tormenta. Chartar. in method. proceſſu.lib.quinto cap.2. nu. 680. & de interrogat.reor.lib.quarto ca. 2.num.13.Ball de indic.q.26.nu.57. Burg. de modo proced. ex abrupt. qu.100.nu.44.& ſeq.Scacc.de iudic. lib.1.cap.81.nu.9. & denuo in tormentis, & in ipſa tortura eſt confirmanda, vt ſocios magis afficiat, & ad purgandam infamiam, & ad omnem alium bonum finem, & effectum.Farinac.q.43.à n.137. vſque ad num.140.Cabal.caſu 33.num.11. Guazz.defenſ.reor.19.cap.14.nu.3. quæ tortura quando infertur ad purgandam tantum infamiam debet eſſe leuis, vt ſupra, & non requiritur alia ratificatio ſecundum Cabal.dicto caſu 33.num.3.& 12.& Guazzin. dicit, quod ita in praxi ſeruatur, ſed Burgun.quæſtio. 100. nu. 130. tenet quod requiritur alia ratificatio, & iudex ſi ita expedire iudicauerit, poteſt ponere in ratificatione ipſum reum in tortura ad faciem nominati, ſi is præſens

ſit. Boer.319. poſt nu.4. Clar. qu.21. verſ. quæro numquid in fine. Vulpel. conſ.30. n.7. & conſ.83. num.8. Farin. dicto n.40. Peregr. conſ.2. in
64 fine vol.2. Etſi indultatus, & aggratiatus à Principe de pœna ſibi debita, nominat ſocios, non facit contra eos indicium ad torturam, niſi deponat in tortura, vt purget maculam infamiæ, vt fidem faciat, Boſſ. de indic. n.182. Bertaz. conſil. 136.341.556.559. Honded. conſil. 100. vol.1. Natta conſ. 283. & 298. tom.1. Viu. decis.216. lib.1. Coſta de ſubſidiar. remed.26. n.9. Vinc. de Franch. decis. 454. par. 3. Roland. conſ.24. nu.61. lib.1. Cabal. caſu 29. Paſqualig. de uirib. patr. poteſt. par. 4. cap.3. nu.7. Thor. vot.70. nu.85. & conſ.51. lib.3. Maſcard. conclus. 1311. Rota Roman. dec.283. tom. 1. Ricc. deciſ. Cur. Archiep.38. par. 1. vbi, quod indultatus de delicto poteſt torqueri, vt faciat indicium contra ſocios, & in prax. fori pen. 309. n.3. cum gratia non amplectatur torturam in caput aliorum. Guazz. defenſ. reor. 19. cap.18. nu. 10. & latè in defens.30. cap.6. & infra par.6. cap.4. n.31. fol.365. Niſi princeps diſpenſaſſet ſuper infamia, ſupplendo omnes alios defectus ipſius teſtis aggratiati de delicto, Ball. de indic. q.26. n.71.

65 Quatuor requiruntur de iure, vt ſocius criminis interrogatus faciat indicium ad torturam contra nominatum. Primò, quod crimen ſit exceptum de quo poſſit reus de conſociis interrogari. Secundò, iuramentum de veritate dicenda. Tertiò, tortura ſpecialis poſt primam torturam in qua depoſui quoad ſe, & quoad alios. Quartò, adminiculum per duos teſtes probatum, ſed de conſuetudine in aliquibus curiis, non omnes iſtæ conditiones videntur neceſſariæ. Nam in aliquibus Curijs non requiritur, quod crimen ſit exceptum, imò de conſuetudine totius Italiæ, & de conſuetudine generali teſtātur plures Doctores citati a Farina. quæſt. 43. nu.123. (qui nu.24. eam non approbat, & quod in ſtatu Eccleſiaſtico in pluribus locis reus non interrogatur de conſociis, niſi in caſibus a iure expreſſis,) Caball. caſu 84. n.7. Ball. tract. var. tit. de quæſt. quæſt.15. & in aliqui Curiis admittunt ſocium in teſtem ſine tortura cum ſolo iuramento.

66 Sed præſcindendo a conſuetudine, ſtando in iure communi, multa ſunt crimina de quibus ſocius de ſe confeſſus poteſt de conſociis interrogari, vt ſunt crimen læſæ maieſtatis Diuinæ, cap. in fidei fauorem de hæretic. & ſic in crimine hæreſis. Poteſt quis de conſociis interrogari, Farin. quæſt.43. nu.58. Ricc. deciſ.291. nu.3. par.2. in crimine læſæ Maieſtatis humanæ. Farina. nu.59. & Ricc. dicto n.3. & nu.6. & 7. In coniuratione, & conſpiratione etiam contra perſonam priuatam, Farin. nu.62. In crimine falſæ monetæ, Farin. n.63. Ric. n.8. In crimine latrocinii, & graſſatoris viarum, Farin. n.64. Decian. lib.9. c.29. n.91. Ric. deciſ.292. par.2. vbi, quod reus poteſt interrogari etiam de receptatoribus, & fautoribus. In mandato quando in delinquente

non

non apparet cauſa cur ad delinquẽdum ex ſeipso motus fuerit, Farina.n.65.Sanchez in opuſc.lib.6. ca.5.dub.15.Leſſ.de iuſt. lib.2. cap.30.n.39. In crimine ſacrilegii, Farina.nu.66.in Maleficiis, & mathematicis. Farin.nu.67. Maſcard. concluſ.1315 n 5. In omnibus delictis, quæ non poſſunt ſine ſocio committi, Gomez.de delict.ca.12.n.16.Sanch. dicto dub.15.Leſſ.dicto n.39. Farin.num.107.109.in omnibus delictis occultis, & difficilis probationis, Farinac.nu.74 in omnibus delictis, quæ de ſui natura committuntur cum pluribus, vt eſt conuentio, & tractatus; & quando adſunt particularia indicia, vel eſt veriſimilitudo, quod illud delictum cum pluribus commiſſum ſit, vel quod non potuiſſet compleri ſine ſociis, Salicet.in l.fin.C.de accuſat. Afflict. in conſtit. damna clandeſtina n.35. Gomez.dicto cap.12.n.26. Boſſ.tit. de indic.nu. 145. in quibus caſibus ſocius criminis cum adminiculo ſufficit ad torturam, & cum pluri bus adminiculis ſufficit ad pœnam extraordinariam, Farina. nu.76. & decis.147.n.15. par.1. Ricc.deciſio. 200.n.4. par.3. Et quod ſocius in crimine nefandi poteſt de conſocijs interrogari. Maſcard. concl.1313. n.15. Sed non poteſt de lenonibus, & mediatoribus interrogari niſi adſint indicia contra ipſos, Farina. dicta quæſ.43.à n.78. Nec ſi ab aliis fuerit Sodomitatus de quibus non extant indicia, Farin.n.100.& conſil.25.nu.13.lib.1. Chartar.deciſ 88. n.13.& 22. Ricc.deciſ.85. nu.10 & ſeqq.par.2. Requiri tam.n tortura vt faciat fidem, niſi eſſet ſubductus, & deceptus a ſtuprante, & citra animum, & conſenſum peccandi paſſus eſſet, Cabal.caſu 84.num.12. Fur inſignis, & famoſus, ſi legitimis præcedentibus indiciis eſſet poſitus in tortura, & confeſſus eſſet furtum, poteſt interrogari de aliis furtis ſine indiciis, Farin.quæſt.37. num.167.171.

67 Socius criminis inimicus non facit indicium contra nominatum ab eo, etiam in caſibus exceptis, & cum tortura, Farin.dicta quæſt.43.

68 n.179. Interrogatio debet fieri in genere, quando ſocius eſt interrogandus, & non in ſpecie contra certam perſonam niſi eſſent indicia legitima, & particularia contra aliquem, & quando interrogatur in genere, & fatetur deliquiſſe cum ſociis, ſi non exprimat nomi-

69 na, debet moneri, vt eos nominet in ſpecie, Farin.n 132. Alias poteſt compelli per torturam, ſicut poteſt compelli per torturam, vt nominet ſocios, quando poteſt de conſociis interrogari, gl. in l.fin. C.de accuſat.Salicet.ibidem nu.9. & 10. Gomez.de delict.cap.11.nu.17. Pe-

70 guer. in pract.crim. c.12.§.5. n.25. Et in omnibus caſibus, in quib. ſocius criminis facit indicium contra nominatum, debet intelligi ſi à iudice fuerit interrogatus, alias ſi nulla intercedente interrogatione nominet ſocios, talis nominatio tanquam ſuſpecta nullum facit indiciũ, Farin.d.q.43.n.189. Maſcard. conclus.1318.n.43. Non tamen di-

71 citur ſponte deponere, qui coactus, captus, & carceratus, & poſtea a

iudice interrogatus cùm iuramento de veritate dicenda, ſuper facto de quo agitur ipſe narrando delictũ, & eius ſeriem nominat ſocios. Farinac. ibidem num. 190. & ſeqq. vbi declarat quando nominatio dicatur ſpontè facta, & quod nominatio quando eſt iuncta cũ admini-
72 culis etiam ſpontè facta facit indicium ad torturam, niſi facta eſſet propter impunitatem, ibid. nu. 192.
73 Socii criminis confeſſio de ſe, & ſociis facta in tortura, ſiue ab eo reuocetur publicè, vel medio aliorũ, prodeſt quoad ſocios nominatos, ſi eſt nuda, ſine aliis indiciis, & adminiculis, Hippol. in ſua pract. §. repetat col. 4. Grammat. voto 3. num. 15. Ball. tit. de indic. q. 26. n. 56. Secus ſi habet pro ſe aliquod indicium, vel coniecturã, aut de veritate alio modo conſtat, aut exculpatio facta ſit parte procurante, Sanfel. decis. 238. Si vero confeſſio ſocii criminis in tormentis eſſet leuiter adminiculata, & poſtmodum pro exoneratione conſcientiæ reuocata non facit
74 indicium, idem Sanfelic. Si ſocius criminis prius à iudice interrogatus ſine tormentis de ſe, & aliis, de aliis nihil dixiſſet, ſi poſtea in tortura dicat de aliis, ſtatur primo dicto, ita ex Bart. in l. 1. §. quæſtioni, ff. de quæſtion. Dec. conſ. 189. colu. 6. & conſ. 275. num. 8. Aretin. conſ. 61. colum. 1. Ancharan. q. 79. nu. 22. Soccin. conſ. 255. Grammat. vot. 34. num. vndecimo. Crauett. conſ. 6. nu. 47. 48. Decian. conſ. 43. num. 41. lib. 2. Foller. in pract. crim. verbo, & ſi confitebuntur num. 99. Baiard. qu. 65. num. 21. & 51. Guazzin. defenſa reor. 19. cap. 18. num. 10. niſi ſit magis veriſimile dictum in tormentis, Crauet. vbi ſupra. Dec. dicto conſil. 189. colu. 6. verſ. ſecundo reſpondetur, Burſat. conſ. 201. num. 66. Gabr. lib. 7. conclus. 26. Sed de hoc dubitat Ballus tit. de indic. quæſtio. 26.
75 nu. 23. Socius criminis cum teſte idoneo faciunt plenam probationem, dicunt Calcan. conſ. 110. nu. 4. Crauet. conſ. 178. n. 3. Maſcard. concl. 1314. n. 34. Ball. tit. de indic. q. 26. nu. 10. cui opinioni non adhæreo, quia ſocius criminis non eſt omni exceptione maior, etiamſi deponat cum tortura.

76 Indicium reſultans ex nominatione ſocii criminis facti in tortura etiam in caſibus exceptis, eliditur per bonam famam nominati, Dec. conſ. 17. & conſ. 189. Riminal. conſ. 287. Clar. quæſt. 21. num. 36. & alii, quos citat Farinac. quæſt. 23. num. 187. & num. 188. vbi limitat quando concurrunt tot adminicula, & præſumptiones, quod ſupe-
77 rant bonam famam. Et conſilium eſt circa reum torquendum pro confeſſione ſociorum, vt Iudex prius reum condemnet, & poſt ſententiam, ante torturam, diſponatur, vt reuelet ſocios, & euitet magnam torturam. Leſſ. lib. 2. cap. 29. num. 62 77. 78.

78 Duodecimum indicium ad torturam, eſt conſuetudo delinquendi, nam qui delinquere ſolitus eſt in aliquo criminis genere, delinquere præſumitur, iuxta regulam ſemel malus de regul. iur. in ſexto l. ſi cui §. 1. ff. de accuſat. quæ conſuetudo delinquendi ex actu duplicato

..ato inducitur, Gramm.dec.48.nu. 3. Cephal. conſ.28.num.12.& quod duab. vicibus fit, id frequenter fieri dicitur, authent. de defenſ. ciui. ad finem, c.monaſterium, vbi Abb. num.5.de vita, & honeſt.cleric. Archid.in cap.illud diſtinct.12.Gram. conſ.34.num.5.voto 17.nu.22. dec. 16.num.2.decis.36.num.10. Brun.a Sol.in ſuo conſ.crimin.n.40. Claud. Bertaz.ad conſ.213.litt.D.Farinac. quæſt.23. num.17. Maſcard. concl. 838.num.11.Et licèt nonnulli, quos refert Farin.quæſt.23.n.22. dicant, quòd ex ſe ſola faciat indicium ad torturam, tamen veritas eſt, quòd requiruntur adminicula, Maſcard. concl.105.num.37. Pacian. de probat.lib.2. cap.15. num. 69. Farinac. dicto nu.22.vbi num.24. quod conſuetudo delinquendi iuncta etiam mala fama inquiſiti, inducit contra ipſum indicium, & vbi aliàs eſſet deueniendum leuiter contra inquiſitum ad torturam, debet ipſe acrius torqueri ſi alias conſuetus ſit delinquere, Farinac.ibidem num. 25.

Et homò diffamatus de aliis delictis, & malæ vocis, conditionis, & famæ, ex qualibet leui ſuſpicione attingente delictum de quo agitur, ſolet reus tormentis ſubijci; modo illa fama ſit in eodem genere delicti, Farinac.quæſtio.21. numero primo verſus finem. Et quando meretrix eſt offenſa, præſumptio eſt contra ſcortum, ſicut ex concubina contra concubinarium, & ex luſore contra colluſorem, & ſic de ſimilibus idem eſt iudicium, Caualcan. de Brach.regul. par.3.nu.99. Limitant Doctores id procedere, quando conſuetudo delinquendi, & mala fama ſit in eodem genere mali, de quo reus inquiritur, ita Maſcard. concluſ.221. nu.21.lib.1.& concl.831.n.10. lib.2. & alii citati a Farin.qu.23.num.31. quibus adde Menoch. conſ.488. nu. 18.quę debent adduci ad aggrauandum delinquentem, & combinantur informationes de aliis delicti, cum illo delicto, de quo proſequitur delinquens, quod ſit licitè ſecundum Celſ.Vgon. conſ.85.Ceph. conſ.204.n.54.Menoc.vbi ſup.Ricc. deciſ.Cur.Archiep.47.in fine par.2. vbi, quod delictum prius patratum non facit indicium circa aliud de quo quis inquiritur niſi ſit in eodem genere delicti, & quod delictum per prius patratum fuerit probatum; Alias nullum faceret indicium ex ſola deductione, & refert quod ita fuit deciſum. Nihilominus, quāuis ex delictis diuerſi generis, non oriatur indicium, oritur tamen ſuſpicio, quod ſit malus in aliis propter magnam connexionem, quam habent delicta inter ſe, Alciat.de præſumpt.reg.2. præſumpt.7. num. 2.Menoch.de præſumpt.lib.5. præſumpt.32.n.25. Farin.d.qu.23.nu.32. propter quam connexionem, ſtylus curiarum eſt, quod delicta etiam diuerſæ ſpeciei grauant delinquentem, & cum delicto de quo delinquens proſequitur, alia delicta diuerſæ ſpeciei combinantur, Ballo tract.variar.libro primo de indicat. qu.24. num.ſeptimo, & num.octauo ampliat, etiamſi delicta eſſent remiſſa per generalem indultum,

ex

ex Aretin.conſ.65. Bald. conſ. 204. lib.4.conſ.20.& 305.eod.lib.Gram. conſ.34.num.7. Nam remiſſa pœna non cenſetur remiſſa infamia, & licet ſecundum aliquos cenſeatur remiſſa infamia; non tamen ceſſat qualitas perſonæ notæ iudici, qui de præterita vita iudicare poteſt in præſenti; & ſi ſanantur vulnera, remanent veſtigia, & cicatrices ipſorum vulnerum, cap. ventum 1.q. 1.cap.illud 50.diſtinct. gloſ. iuncto text. in cap. conſtituit 17.quæſt.4. Roman. ſing.167.Marſil. ſing.207. & infamia facti, etiam per principem tolli non poteſt, Farin.quæſt. 6.n.45.verſ.& in propoſito, Ball.d. quæſt.24.in fine.

79 Limitant etiam Doctores, quòd ad hoc, vt conſuetus delinquere poſſit acrius puniri, vel torqueri, non ſufficit, quod fuerit de aliquo delicto prius inquiſitus, vel accuſatus, ſed neceſſe eſt, quod fuerit vel confeſſus, vel conuictus, vel condemnatus. Granut.theore.23.num. 29. Farina.qu.23.n.33.vbi addit ex Gramm.voto 30.nu.25.& ſeqq.& conſ.45. n.31. ad hoc vt quis dicatur ob delictum infamis, non ſufficit ipſius criminis probatio; ſed requiritur proprii oris delinquentis confeſſio, vel iudicis ſententia. Item etiã vt poſſit acrius puniri, vel torqueri propter iterationem delictorum, requiritur, vt delictum ſit graue, non autem leue, niſi in furtis, in quibus licèt minimis, pœna augetur. Farin.vbi ſupra n.35. vbi ex Carrer.in fine, dicit, quod in pœnis impoſitis ipſo iure, pœna non augetur propter iterationem delictorum. Et non poteſt dici conſuetus delinquere, qui per triennium benè, & laudabiliter vixit, Alciat. de præſump.reg.2.præſumpt.7.n.3. Maſcard.concl.222.num.12.& 22. Surd.conſ.173.n.105. Farin. quæſt. 43.n.26. quod triennium currere incipit a die commiſſi delicti, Guazzin. defenſ.reor.28.ca.1.n.21.Granut.theor.23.n.19.

80 Decimum tertium indicium eſt dictum mandatarii contra mandantem. Tribus tamen concurrentibus; primò, quod potuit de mandante interrogari; Et tunc mandatarius de mandante interrogari poteſt, quando non apparet cauſa, qua ipſe delictum commiſit. Puta inimicitia a qua motus fuit, & propter quam vulnerauit, vel occidit, & tunc delinquens non tantum interrogari poteſt de mandante, ſed etiam torqueri, vt indicet mandantem, l.etſi certus ff.ad Syllan. & ibi Angel. & l.ſi prius eodem tit. gloſ. & Bald. in l. ſi ideo minus C.de accuſat. Angel. de malefic. in verbo Sempronius Rodulphi n.4. Boſſ.de indic.n.144.iuncto n.146 Farin.qu. 37.nu.134. etiam quod delinquens non eſſet perſona ignobilis. Clar. q.21.verſ.dictum ſocii, Farin. q.43. n.50.& 100. Et ſi apparet de inimicitia, & propria cauſa ex qua delinquens motus fuit ad delinquendum, & ſunt indicia, quod interuenerunt conſultores, perſuaſores, auxiliatores, & ſimiles, poteſt etiam de iſtis interrogari. Farin. quæſ.44. n.1. Et non poteſt dici mandator, ſed potius conſultor, vel perſuaſor, quibuſcumque verbis vtatur, ille,

qui

qui non erat inimicus vulnerati, vel occiſi. Bart. in l. non ſolum §. ſi mandato ff. de iniur. Alexa. conſil. 224. col. 1. vol. 2. Marſil. conſil. 112. col. 2. Corn. conſ. 57. n. 6. lib. 4. Peregr. conſ. 104. n. 4. verſ. vbi autem, Rim. iun. conſ. 817. n. 50. 51. Farina. conſ. 104. litt. A. Et ſi inimicitia erit ſimul cum occiſore, & mandante, non mandatum, ſed inſtigatio dicitur. Bart. in l. non ſolum §. ſi mandato ff. de iniur. Gramm. voto 6. nu. 20 Hond. conſ. 87. n. 74. & conſ. 96. nu. 65. in 2. Bertaz. conſ. 70. num. 33. & conſ. 503. n. 6. Surd. conſ. 40. nu. 15. & ſeqq. Et tantum ille dicitur mandans, qui ſui tantum gratia mandat. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 31. in princ. Et ſi occiſor haberet particularem inimicitiam cum occiſo, non poterit interrogari de mandante. Farin. dicta qu. 34. nu. 1. Peregr. conſ. 103. n. 22. lib. 2. Secundò requiritur etiam vt cum dicto mandatarii concurrat aliquod indicium, vel adminiculum. Salyc. in l. fin. C. de accuſat. Io. de Imol. in ca. 1. de confeſſ. Alex. conſ. 127. volum. 4. Bald. conſ. 429. vol. 3. Pariſ. de Put. de ſyndic. in verbo tortura il 3. verbo dicitur communiter. Gram. voto 34. nu. 2. & deciſ. 28. nu. 9. Menoch. de præſumpt. qu. 87. num. 75. Decian. lib. 9. cap. 34. nu. 30. Farina. quæſt. 44. nn. 11. de qua re latè Anton. de Nigr. ſuper conſtit. Regni, num. 64. Simon. de Præt. conſil. 15. nu. 41. Et pro adminiculo ponunt inimicitiam inter mandantem, & occiſum, receptationem mandatarii, familiaritatem inter mandantem, & mandatarium, ſecretam alloquutionem, mendacia rei, venditionem bonorum factam ante delictum, & ſimilia. Farinac. dicto nu. 11. ex Doctoribus ab eo citatis, Peregr. conſ. 103. nu. 25. vol. 2. Tertiò, requiritur mandatarii tortura. Quia aſſertio mandatarii non facit indicium ad torturam contra mandantem, niſi fuerit in tortura confirmatum. Carrer. in pract. crim. in tract. de indic. in nono indicio n. 1. in fine, Ioan. Marc. Monticel. regul. crimin. 5. n. 14. Marc. Anton. Eugen. conſ. 27. n. 46. Farin. dicta quæſt. 44. n. 28. Peregr. d. conſ. 103. n. 26. Quibus tribus non concurrentibus, non oritur indicium ad torturam contra mandantem; nam ſi mandatarius non poteſt interrogari de mandante, non facit indicium, etiamſi concurrant adminicula. Farin. dicta q. 49. n. 13. Et aliquibus concurrentibus, probatur mandatum non ſolum ad effectum torquendi, ſed etiã condemnandi: puta, ſi mandator erat inimicus occiſi; ſi occiſor erat ſuus amicus, & non erat inimicus occiſi; ſi illum receptauerit in domo ſua, ſi mandator erat hòmo potens, & iactauerat ſe de illum occidendo, ſeu occidi faciendo. Ita poſt alios Peregr. conſ. 104. num. 5. volu. 2. Et facit mandatarius indicium ad torturam contra mandantem, cum aliquo indicio, vel præſumptione poſt ſuſceptum mandatum. Quia mandatum eſt ex delictis, quæ ſecreto fiunt, ante verò indiſtinctè. Boſſ. de indic. num. 154. 155.

81 Duo mandatarii faciunt indicium ad torturam contra nominatum

tum mandantem, in caſu in quo poterant de mandante interrogari, vt ſupra declaratum fuit, & ſunt conteſtes circa idem mandatum, & deponunt cum tortura. Farin. d. quæſ. 44. nu. 9. & 10. nam vnum dictum coadiuuatur ex dicto alterius, ſicut dictum eſt ſupra de duobus ſociis, qui faciunt indicium ad tortu-
82 ram contra alium ſocium. Et de mandatario aſſaſſino, quod facit indicium ad torturam contra mandantem concurrentibus adminiculis, aſſerunt Gramm. voto 34. nu. 1. & 2. Carrer. in pract. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. ſequitur videre nu. 12. Gabriel. lib. 7. concl. 1. nu. 38. Io. Mar. Monticel. reg. crim. 5. n. 5. poſt num. 16. Burſat. conſ. 30. n. 3. lib. 1. & conſ. 192. n. 7. lib. 2. Farin. d. quæſ. 44
83 num. 19. Mandatum autem in dubio non præſumitur. Cephal. conſ. 552. lib. 5. n. 22. Sed mandatarius in dubio præſumitur nomine ſuo proprio, & non alieno deliquiſſe. Cæphal. ibidem nu. 33. Simon de Pret. conſ. 15. n. 39. Etiamſi ſit factum a famulo, filio, vel ſeruo. Bald. in l. 1. ſub num. 11. C. de ſeru. fugit. Alciat. præſumpt. 40. reg. 3. de præſumpt. Boſſ. tit. de homicid. nu. 39. 51. & 52. Pereg. conſ. 204. ſub n. 4. verb. remo tis; niſi expreſsè pater filium, vel ſeruum mandaſſet, aut ex coniecturis, & indiciis colligi poſſit mandatum. Boſſ. & Peregr. vbi ſupra.
84 Et ſi occiſor erat inimicus occiſi, homicidium præſumitur patratum ex propria inimicitia. Gram. cons. 63. conſ. 69. nu. 4. & 12. conſ. 36. nu. 13. voto 5. num. 3. Riminal. conſ. 69. num. 33. & conſ. 70. tom. 2. crimin. Boſſ. de mandato ad homicid. n. 53.
85 Et ſi mandatarius erat alias facturus delictum tam prompto animo, & tanto conatu, ac ſi non eſſet ſibi mandatum, mandans non incidit in cenſuram latam contra mandantem. Auila citatus a Diana tomo quinto tract. 9. reſolut. 57.
86 Secreta alloquutio inter offenſum, & inter vulnerantem, vel occiſorem offenſoris, concurrente inimicitia capitali, & ſecuto delicto immediatè, præſumitur mandatum, vel tractatum de homicidio ſufficiens ad inquirendum, & torquendum. Bald. & Iaſon. in l. 1. C. de ſeruis fugit. Felin. in cap. afferte de præſumption. Clar. qu. 89. verſic. ſed quid ſi dominus, Gomez. tom. 3. tit. de homicid. tit. 46. Maſcard. conclus. 419. n. 8. & concluſ. 1012. num. 46. Gabr. lib. 7. conclus. 2. num. 57. Menoch. lib. 1. præſumpt. 89. n. 215. Burſ. conſ. 216. num. 83. lib. 2. Farin. quæſt. 43. num. 175. Pereg. conſ. 103. num. 19. Decian. lib. 9. cap. 34. n. 11.
87 & 13. Portans literas ſcienter ad perficiendum mandatum, tenetur
88 de mandato. Marſil. ſing. 181. Vnus teſtis idoneus deponens de mandato facit indicium ad torturam contra mandantem. Pariſ. de Put. de ſyndic. in verbo tortura el 3. ver. dicitur communiter, Carrer. in pract. crimin. in princ. ver. amplia, quod vnus teſtis, Decian. lib. 9. c. 34. n. 38.
89 Iudex non poteſt contra aliquem ſicuti mandatorem procedere niſi prius liquidauerit perſonam mandatarii occiſoris, Bart. in l. ſi is qui rem §. ſi tu Titium ff. mandati. Ancharan. conſ. 216. Alexand. conſ. 15. n. 15.

num. quintodecimo, vol.1.Marſil. conſ.10.Boſſ.tit.de delict.n.38.& alii citati a Farin.q.3.n.5. Nec contumacia mandatarii inquiſiti præiudicare poteſt mandanti, Giurba cum aliis ab eo citat. conſ.91. n.18. quibus adde Bald.conſ.259.nu.7. in princ.Tuſc.litt.M.concl.35.num.8. Decian.tr.crim.lib.9.ca.34.n.37.Et quamuis præceſſerint minæ, aut inimicitia, non poteſt damnari iſte de mandato niſi liquidata perſona rei, Peregr.cons.103.n.21. tom.2.ex Bald.in c.literis n.5.de præſum. Iaſ. in l.1.n.26.C.de ſeru. fugit. Et licet Clar.quęſ.90. verſ.ſcias autem contrarium teſtetur ſeruari in ſtatu Mediolani, quem ſequitur Farina d.num.5. dicens, quod Romæ proceditur indiſtinctè contra mandantem non ſolum ad capturam, & torturam, ſed etiam ad condemnationem, quamuis non conſtet plenè de mandatario, & quod ſufficit ad hoc vt contra principalem delinquentem conſtet per indicia ſufficientia ad inquirendum, & ad tranſmittendam inquiſitionem, & monitorium de comparendo. Et ſi adſunt indicia aliqua contrà aliquid aliud de mandato ſtatim proceditur contra mandantem indiciatum, etiam quod non conſtet de principali delinquente aliter, quam per indicia, quibus fuit contra ipſum formata inquiſitio; vel per ſententiam in contumaciam latam, tamen hæc opinio Clari, & Farin. non debet extra ſtatum Mediolani, & extra Romam extendi, vt dicunt Barſat.conſ. 145. num.10. & Chartar.de execut.ſent.ca.1. n.349. in fine. Nec credo poſſe etiam principalem delinquentem in contumaciam condemnari, ſi contra eum ſaltem non extet ſemiplena probatio.

90 Decimum quartum indicium ad torturam eſt aſſertio, ſeu inculpatio offenſi, ſeu vulnerati facta in mortis articulo concurrentibus adminiculis. Et licèt hæc opinio ſit controuerſa, vt videre eſt apud Menoch.de præſump.q.89.à nu.77. & ſeqq.& apud Farin. q.46. Tamen omnes conueniunt, quod concurrentibus adminiculis faciat indiciũ ad torturam. Paris.de Put.de ſynd. verbo tortura il 3.ca.6 poſt num.9. Gram.conſ.57.n.15.conſ.70.n.4. & deciſ.42.n.7.Menoch.d.præſ.qu.89. n.80.li.1.Maſcard.concl.144.nu.3. Plaz.in epitom. delictor. lib.1. cap. 13.poſt n.15.Io.Anton.Nig.in cap. frequens fol.45.Rim.iun.conſ.302. lib.3.& alij citati a Farin.quæſ.46. n.35.& 52. Et pro adminiculo ponunt inimicitiam. Pariſ. de Put. Gramm.vbi ſupra, & Roland.cons. 37.n.26.vol.3.Baiard. q.21.n.56. & erubeſcentiam, & trepidationem, ponunt Vulp.conſ.72.n.3.iunc.n.6. Et quod ſufficiũt alia indicia etiam leuia; Menoch.d.nu.81. quod in hoc multum verſatur Iudicis arbitrium, dicit Ludou.dec.Lucens.62.n 25.& ſeqq.Maſtril.dec.237.par.3. vbi, dũ contra inquiſitum de homicidio concurreret dictum vulnerati cum iuramento, & inimicitia fuit proceſſum ad torturam. Si enim conſtitutus in articulo mortis ſit probatæ vitæ, Sufficit pro adminiculo criminis quodlibet indiciũ, vtputà

ſimplex variatio, ſimplex mendacium, & quid ſimile. Si vero ſit exploratæ vitæ, tunc pro adminiculo requiritur indicium vrgens, & alicuius conſiderationis iudicis arbitrio, & ſequitur Farin. dicto nu. 35. & concurrentibus cum dicto vulnerati fama publica, delictum de nocte commiſſum, & quod illa nocte non eſſet in domo propria, irrogatur tortura. Maſtril. vbi ſupra.

91 Ampliatur in crimine raptus contra raptorem, nam aſſertio raptæ facit indicium ad torturam contra raptorem. Carrer. in pract. crim. in 10. indicio, poſt Afflictum quem recenſet, Menoch. dicta q. 89. n. 82. Baiard. qu. 21. nu. 62. Ratio eſt, quia voluntas mulieris iuris præſumptione coacta præſumitur, l. 1. §. pœnas autem C. de raptu virginum, Marſil. conſ. 61. Maſcard. concluſ. 1253. nu. 28. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 9. nu. 11. Sed contrarium tenet Anton. Nigr. in d. cap. frequens num. 75. Bertaz. conſ. 3. n. 4. & add. ad eum conſ. 235. litt. B. Io. Botta conſ. 88. nu. 32. & ſeq. de Adultera loquitur. Viu. decis. 247. Cum adminiculo Credo, quod procedat prima opinio, vt faciat indicium ad torturam, vt in crimine ſtupri fuit dictum ſup. ſecus ſine adminiculo.

92 Ampliatur in Aſſertione patientis ſodomiam, concurrentibus adminiculis, Riminald. iun. conſ. 287. Boſſ. de indic. num. 160. vbi loquitur de puero, & puella etiam minoribus. Bertaz. conſ. 3. num. 5. idem Boſſ. de ſtupro deteſtan. nu. 7. Maſcard. concl. 1313. & dictum eſt ſupra. Farin. quæſt. 43. nu. 99. Dicto autem pueri ſollicitati ſine adminiculis non eſt ſtandum, Marta decis. 138. Ricc. decis. 116. par. 2. vide inf. c. 5. n. 8. 9. fol. 316.

93 Ampliatur in furto facto in campis contra furantem, quando proſecutio fieret ad inſtantiam aliorum, & patiens furtum renunciaret intereſſe, & ſi eſſent duo ſine adminiculis facerent indicium ad torturam. Bald. in l. dictantibus C. de teſt. Alex. conſ. 72. lib. 1. Felin. in cap. perſonas de teſtib. Dec. conſil. 342. n. 14. Crauet. conſ. 73. Roland. conſ. 98. n. 31.

94 Ampliatur in ſocio itineris, qui iniuriam ad animum non reuocauit. Bald. & Salic. in l. quoniam liberi C. de teſtib. Farinac. q. 60. num. 402. Ball. tr. var. lib. 1. q. 11. num. 17. ſed Baiard. q. 21. n. 54. reijcit expreſsè Farinacium, & tenet mordicus, quod ſocius itineris non poteſt eſſe teſtis, vt probet de iniuria illata ſocio. Vbi adducit multos Doctores, & dicit quod Rimin. iun. conſ. 534. nu. 23. vol. 5. quem pro ſe citat Farin. dicit totum contrarium, & ſolum aſſerit, quod poteſt procedere opinio Farinac. quando veritas aliter haberi non poſſit, ex Dec. conſ. 139. n. 10. & Plot. de in litem iurand. §. 4. n. 23.

95 Decimumquintum indicium eſt, res alicuius inuenta in loco, vel circa locum delicti, verbi gratia occiſus fuit Fulanus in tali loco, in eodem loco, apud occiſum, vel circa illum inuentum eſt pallium, vel pileus, vel gladius, aut vagina vacua apta ad recipiendum illum gladiũ, vel

vel aliquid aliud, quod teſtibus idoneis Titij eſſe probatur, tale quid inuentum graue contra Titium ad torturam ſufficiens indicium eſt, & niſi quomodo illud fuerit illuc aſportatum, docuerit, & probauerit, præſumitur enim illud ibi Titium reliquiſſe, vt tutius fugeret, vel ſibi non aduertenti cecidiſſe in delicti commiſſione, aut perpetrato delicto, Carrer. in pract. crim. tract. de indic. indic. 36. Boer. decis. 166. ſub nu. 5. Menoch. de præſumpt. qu. 89. nu. 137. Farin. qu. 52. n. 74. Ghisler. de iudice regul. cap. 18. nu. 52. Berti in praxi tit. 17. cap. 5. nu. 52. Et ſi reperiatur gladius, vel enſis cum quo quis fuit percuſſus in loco percuſſionis, & vagina eius penes diffamatum de vulnere, & illa vagina ſit ad menſuram illius gladij, vel enſis, erit indicium ad torturam per rei euidentiam. Vt per Bartol. in tracta. de teſte aſſerit Pariſ. de Put. de ſynd. in ver. tortus c. 1. n. 49. Et in crimine furti, res aliqua inuenta in loco furti relicta, ex hac rei inuentione, ſumitur coniectura furtum fuiſſe commiſſum ab eo cuius eſt res relicta. Blanch. de indicat. n. 427. Maſcard. poſt alios ab eo citatos concl. 830. num. 10. Sumitur etiam coniectura ex forma pedis furantis in terra, infixa, ex qua ſumitur indicium contra eum, qui de furto fuit accuſatus, vel infamatus. Blanc. vbi ſupra n. 426. licet hoc ſolum indicium non ſit ſatis ad torturam, quia poteſt contingere ſimilitudinem pedum adeſſe, iunctis tamen alijs coniecturis poteſt torqueri. Blanc. vbi ſupra. Maſcard. dicta concl. 830. n. 11. & indicium rei inuentæ in loco delicti, poteſt elidi, probando diffamatus, vel accuſatus, quòd res illa alteri accommodauit, vel quòd eam perdidit, tempore ante percuſſionem, vel homicidium, Paris. de Put. vbi ſupr. Carrer. in prac. crimin. dicto indicio 36. Simile indicium ad torturam ſufficiens ſi vulnera reperiuntur ad menſuram gladij, aut ſecuris rei inculpati. Carrer. dicto indic. 36. Menoch. præſumpt. 89. n. 137. lib. 1. Maximè ſi reperiatur madefacta ſanguine. Ball. tit. de indicat. quæſtione 21.

96 Decimum ſextum indicium ad torturam ſumitur ex acclamatione, aut vociferatione læſi ſimul cũ fuga. Nam ſi in aliqua domo, vel loco audita fuerit puella, vel aliquis acclamare, aut vociferare, dicendo, ſuccurrite, ſuccurrite, *aiuto, aiuto*, & viſus ſit deinde aliquis exire de domo, & mulier reperitur ſtuprata; aut viſus ſit exire cum armis, & deinde in domo mulier, vel aliquis reperitur vulneratus, vel occiſus, præſumitur contra exeuntem, & eſt indicium ad torturam, Bald. in l. vltima C. de probat. & in l. 1. §. potuiſſe ff. ad Syllan. & in cap. noſtra de elect. Brun. de indic. par. 1. verſ. item pone, Paris. de Put. de ſyndic. in verbo tortura el 1. cap. 5. vbi dicit, Clamor, ſeu vociferatio facit indicium ad torturam, l. 1. §. pen. de quæſt. Carrer. indic. 22. & 32. vbi ait, ſi reperiatur puer occiſus in domo alicuius, & vicini dicant audiuiſſe in illa domo puerum plorantem, vel vociferantem aliquot

dies antea, ex hoc fit indicium ad torturam contra dominum domus, & Farin.qu.52.a num.57. & ſeq.vbi num.60. dicit, quod ſola acclamatio, ſeu vociferatio vim paſſi, probant violentiam, & ſic delictum, ſeu corpus delicti; non autem delinquentem, & ideo requiritur fuga, aut quid ſimile, vt contra inquiſitum procedi poſſit ad torturam, idem dicit Pater Bouer. in director.cap.33.vbi aſſerit, quòd acclamatio puellæ, vel læſi cum fuga, vel pallore, vel tremore delinquentis, quæ iuxta delicti grauitatem, & perſonarum, & loci, & temporis circumſtantias, quæ à Iudice examinanda ſunt; ſufficit ad torturam, quæ acclamatio, vel vociferatio cum ſit indicium remotum per duos teſtes probari debet, habentes notam vocem acclamantis, quamuis illum non viderint. Gerard.ſing.8.Crauett.conſ. 2. poſt Bald.in l.conuenticulam Cod. de Epiſ.& Cler. Ricc.in praxi var. reſ. 398.n.5. Et aliis concurrentibus facit indicium ad torturam. Viu.dec. 247.Menoch.d.quæſt.89. num.119. Ric.vbi ſupra.

97 Decimum ſeptimum indicium ad torturam eſt ſcriptura rei, ex qua delictum colligitur. Quando enim per ſcripturam committitur delictum, per ipſam ſcripturam probatur. Bart. in l.non intelligitur §. tacita ff.de iure fiſc.Farin.cum aliis ab eo citatis quæſt.44. num.7. & 8. Vnde Epiſtolæ amatoriæ ac laſciuæ ad aliquam mulierem ſcriptæ, ex quibus ſcribens ſollicitator ad peccatum, aut peccati reus deprehenditur, faciunt in iudicio indicium ad torturam, ſi à viris dignis,
91 qui rei characterem notum habent, iuramento aſtrictis, rei character in eiſdem literis agnitus fuerit. Bouer. in director.cap.33. verſ. ſecundus eſt, ſcripturæ enim recognitio cenſetur probata, ſi teſtes dicant habere notam manum ſcribentis, & alias vidiſſe eum ſcribere. Achil. deciſ.2.de fide inſtrumen. Put. deciſ.18.eodem tit. Rota apud Farin. deciſ.582.num.8. par.prima. Vbi ita pluries deciſum refert, licet hæc probatio non faciat plenam fidem, vt ſequi poſſit condemnatio. Ruin. conſ.131.in fine volu. 2. Afflict. deciſio.181.in fine, Rimin. conſ.49.num.50.& ſeq.volum. 1. & conſ.239.num.19.& ſeq.vol.2. Cabal. caſu 251. numero decimo tertio. Guazzin. defenſ.reor.20.ca. 23. numero ſexto. Tamen poteſt reus cogi ad ſcribendum, Doctores in l. admonendi ff.de iure iurand. Gramm.deciſio.34.numer.decimoſexto. Et iudex poteſt facere in ipſo conſtituto ſcribere reum verba per ipſum Iudicem dictanda, non taliter prout ſunt ſcripta in epiſtola; ſed alio modo ſcribat ſyllabas conuenientes dictæ Epiſtolę, vel ſcripturæ, vt ex identitate ſyllabarum, vel diſtinctionum deinde poſſit fieri per peritos comparatio, vel recognitio. Bald. in l.comparationes n.10.C.de fide inſtru. Franc. dec.935.in prin.par.2. Menoc.conſ. 114.n.12. Maſcard.concl.330. n.23. Farin.fragm.crimin.litt.C. nu.449. n.452. Guazz.defenſ.reor.20.ca.22. nu.5. Senogal. de modo formandi pro-

proceſſ.li.2.c.10.n.6. vbi ponit formam decreti, & facta hac comparatione, & recognitione coram iudice per peritos characteris rei, cũ charactere epiſtolæ, ſeu ſcripturæ poſſit ſequi tortura. Couar. prac.ca. 26.n.6.Paz.in prac.crim.p.4.tom.2. c.1.n.25.Sed requiruntur etiam adminicula, dicunt Farin.q.70. à n.14. ad 18.Carena par.3.tit.4.n 6.Triui. ſan.deciſ.crimin.52.n.8. Genuen.li. 2.de ſcriptura priuata n.118. Quod ſi epiſtola, vt propria a reo fateatur, abſque aliis teſtibus poteſt condemnari. Rebuf. in tr.de chirog. & ſched.recogn.n.44.Couar.lib.2.var. reſol.c.11.n.4.Auend.in c.prætor 2. par.c.3.n.1. verſ. aliquando tamen, Auiles in c.prætor c.10.in glo.ver. execut.n.33.Rodriq.to.2.q.12.ar.5. & probata a reo cenſetur epiſtola non ſolùm cũ eã apertè ſuameſſe fateatur; verum etiam cũ interrogatur reſpondere noluit, iux.c.fin.de confeſ.Couar.vbi ſup.ca.11. n.4.Auindan.loc.cit.c.30.n.4.Pere. in l.4. tit.8.l.3.ordin.Bouer.vbi ſupra, ſed ſi reus nolit ſcribere, tamdiu eſt torquendus; donec ſcribat. Charta. de execut.ſent.cap.2.num.44.Seno gal.dicto cap.10.n.10. & lib.3. cap. 3.num.3.Sed hæc practica non placet Guazzino, quia poteſt contingere, quod ſubſtineat per horam, & quia vltra horam non poteſt torqueri, purgatum remaneret indicium, & ideo melius putat, vt conuincatur per teſtes, quod ipſe ſciat ſcribere, & cumuletur tale indiciũ cum aliis probationibus; & deinde in meritis cauſæ de omnib. habeatur ratio, iuxta qualitatem facti. Sed hæc opinio Guazzini poteſt procedere quando reus reſpondit ſe neſcire ſcribere, non autem quando fatetur ſe ſcire ſcribere, aut quando hoc non negat, & tamen nolit ſcribere, quia tunc cenſetur ſcriptura approbata, ex ſupradictis.

99 Decimum octauum indicium ad torturam oritur ex taciturnitate, prout ſi ſocius reperiatur occiſus in domo ſocii, qui mortem ſocii non detulerit, ſed tacuerit, Roma. in l.excipiuntur in fine ff. ad Senat. Conſult.Sillan. Aug. ad Angel. de Malefic. in verbo fama publica, vel ſi maritus reperiatur mortuus, & mulier tacuerit. Et è contra, ſi mulier reperiatur mortua, & vir tacuerit eſt indicium contra eum, Blanch.de indicat. num. 219. Boer. deciſio. 162. & 193. Gramm. voto 23. Bertaz. conſ.448. numero ſecundo. Menoch.præſumptio. 89. num.91. & 107. libro primo. Pariſ. de Put. de ſyndicat. in verbo tortura el 1.numero octauo. Vbi, quòd fuit torta quædam mulier, quæ diu tacuerit de morte viri, qui non reperiebatur, & confeſſa, fuit ſuſpenſa, & pariter quando in domo, vinea, vel agro alicuius aliquis fuit interfectus, & ille non denunciat, ſed tacet, aut tardè, & ex interuallo denunciat, remanet ſuſpectus, & indiciatus. Caualcan. de Brach. reg. par. tertia numero 103. Farinac. qui alios citat. quæſtio. 52. num.96. vbi num.97. ampliat, etiamſi quod ille talis eſſet bonæ famæ.

Oritur etiam indiciũ ex taciturnitate, ſi amicus dicat, aut ſcribat ami-

amico, quod eſt rumor in loco, vel fama, quod ipſe commiſit tale delictum, & ille audit hoc, vel acceptis, & lectis literis tacuit, & non contradixit, vel ſe excuſauit. Et indicium etiam eſt ad torturam, ſi quis coram teſtibus fuerit repre henſus, quod commiſerit aliquod maleficium, & tacuit, & non ſe excuſauit, ita poſt Carrer. in 28. in dic. & Marſi. §. diligenter nu. 137. Menoch. lib. 1. præſumpt. 89. n. 129 Sed Iacob. Nouel. in prac. crim. fol. 57. n. 105. Dicit quod hoc indicium eſt ſatis leue, & alijs non concurrentibus non ſufficit ad torturam.

100 Decimum nonum indicium eſt aſſociatio delinquentis extra locum, vel ciuitatem ne comprehenderetur, dummodo aſſociatio ſit facta ſtatim commiſſo delicto, & non ex interuallo, aut non ſit facta ab affine, vel conſanguineo coniuncto delinquenti. Menoch. dicta q. 89. n. 109. cum ſeqq. cum alijs ibi citatis.

101 Vigeſimum indicium ſumitur ex conuerſatione cum malis. Quod indicium, ſi cum alio adminiculo concurrat ſufficit ad torturam. Bal. in l. 1. n. 12. C. de ſeru. fugit. & conſ. 95. in fine lib. 1. Gandin. tit. de præſumpt. n. 3. ad medium, verſ. item debet indagare iudex, Angel. de malefic. in verbo fama publica nu. 11. Paris. de ſindic. in verbo tortura el 3. cap. 6. n. 14. vbi, quod iudex, vt indicia ſuſcipiat debet indagare cum quibus conuerſatur, quia mala conuerſatio eſt malæ operationis indicium. Menoch. dicta quæſt. 89. n. 125. Giurba conſ. 87. n. 15. ſed Farin. q. 52. n. 88. dicit, quod hoc indicium non eſt indicium remotum, ſed generale, & ad torturam de ſe non ſufficit, licet benè adminiculet, & coadiuuet alia indicia, & ſic eſt indicium adminiculatiuum, & ſequitur Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſ. 164. par. 3. Sed idem Farin. ibidem n. 89. & ſeqq. dicit quod ſtricta, & continua conuerſatio, non ſolum facit indicium contra principalem imputatum, ſed etiam contra alios prætenſos complices, & participes, qui ſi probentur, quòd ſint ſoliti conuerſari cum principali delinquente, & inquiruntur tamquam conſocij, & participes delicti per reos commiſſi, habent contra ſe præſumptionem, & indicium participationis, & ſcientiæ illius delicti.

102 Vigeſimum primum indicium ſumitur ex frequentatione loci delicti. Quæ verificatur in duabus vicibus. Archid. in cap. illud 12. diſtinct. Farin. q. 23. n. 17. Merlin. dec. 100. n. 6. Vnde ſi in tali loco reperitur aliquis occiſus, indicium eſt ad torturam contra frequentantem, accedente alio adminiculo, vt puta, ſi malæ famæ iſte ſit. Bart. in l. iuſto in princ. ff. de vſucap. & in l. 3. ff. de furt. & in l. fin. n. 5. ff. de quæſtion. Menoch. de præſumpt. q. 89. n. 126. Boſſ. tit. de indicat. nu. 51. Merlin. deciſ. 100. num. 7. cum alijs multis, quos cumulat Giurb. conſ. 13. n. 11. & cons. 87. n. 17. vel ſi illuc ire non conſueuerat. Bart. in dicta l. fin. n. 6. Blanc. de indicat. n. 76. Maſcard. concl. 98. nu. 15. iuncto n. 31. Farina. q. 52. n. 143. nam actus inſo-

liti

liti ſuſpicionem arguunt. Dec. conſ. 94. Alba. conſ. 72. n. 14. conſ. 224. nu. 4. & conſ. 414. n. 34. Giurb. d. conſ. 13. n. 15. Limitat Menoch. dicta quæſ. 89. n. 127. Si probatum fuerit, hunc frequentantem locum illum eſſe virum bonæ conditionis, & famæ. Et quod illa frequentatio ſit ex cauſa neceſſaria, vt quia is habet domum vicinam, vel ob quid ſimile, & Sanfelic. dec. 137. n. 4. intelligit quando reus eſt aptus ad committendum illud maleficium.

103 Vigeſimum ſecundum indiciũ, eſt deprehenſio in loco delicti. Abbat. in cap. cum non ab homine nu. 19. de iudic. Afflict. in comment. in conſt. Neap. incip. humanitatem, Blanch. de indic. & tortur. n. 295. & 300. vel in loco propinquo, Menoch. de præſumpt. q. 89. num. 134. ex Blanch. dicto n. 300. Caualcan. de Brach. reg. par. 3. n. 103. Maximè ſi viſus fuit ſtare ibi cum gladio. Farin. q. 52. n. 133. Ball. tractat. variar. lib. 1. q. 19. n. 4. Accedente inimicitia cum occiſo, vel alia ſuſpicione, l. 1. §. ſi quis in villa verſ. ſufficit ergo ff. ad Sillan. Alba. conſ. 56. nu. 19.

104 Vigeſimum tertium indicium ſumitur ex aſſiſtentia cum armis tempore, & loco commiſſi delicti, quia ex ipſa aſſiſtentia facta delinquenti arguitur præſtitum auxilium, & fauor ad perpetrandum delictum, & delinquens audacior factus ad delinquendum. Innocent. in cap. continentia de Clerico percuſſo. Brun. de indicat. par. 1. n. 38. Menoch. d. præſumpt. dicta quæſt. 89. n. 139. & Clar. q. 90. n. 8. dicit, quod vbi ex aſſiſtentia delinquens potuit reddi audacior, aſſiſtentes debent puniri pœna extraordinaria, & ita vidit obſeruari per Senatum Mediolani, & per conſ. Neap. teſte Gramm. vot. 27. & quandoque vidit illos torqueri, & interrogari, an ſcienter, & tractatè maleficio aſtiterint. Pariſ. conſ. 164. vol. 4. dicit præſumptionem eſſe, quod caſualiter, & incidenter aſtiterint, & quod debet probari aliquis actus, quo is timidior factus fuit, & in dubio præſumitur, quod caſualiter aſtiterit. Giurba qui multos cumulat conſ. 2. n. 22. & conſ. 4. n. 12. Et aſſiſtens delicto, alia ex cauſa, quam auxilij, præter cogitatum, pœnam non meretur, idem Giurba cum alijs citatis d. conſ. 4. n. 11. Gramm. d. voto 21. dicit, quod aliqui nobiles, qui tantum armati aſtiterunt homicidio non ex propoſito, fuerunt condemnati in exilium per triennium, & refert Baiar. ad Clar. q. 90. n. 10. Grammat. in alio loco ab eo citato, quod quidam homo famæ non integræ, & humilis conditionis, ex ſola aſſiſtentia cum armis, fuit condemnatus per triennium ad remigandum, et non apparebat, quod ſcienter aſtitiſſet, ex ſola autem aſſiſtentia caſuali, prout in dubio præſumitur, non contrahitur irregularitas. Ricc. deciſio. 34.

An autem ſcienter, & tractatè, vel caſualiter quis aſtiterit delicto, recurrendum eſt ad coniecturas. Felin. in cap. ſicut dignum num. 5. de homic. Et quia in dubio non præſumitur ſcienter aſſiſtere, ſed

caſu

caſu debet ideo aliud apparere, quod non caſu aſtiterit, Bald. in d.l.1.de ſeruo corrupt.Iudex tamen poteſt, & debet hoc arbitrari ex coniecturis, & circumſtantijs. Bal. ibid. Angel. de Aret. in ver. dictus. Andreas n.4.Baiard.d.quæſt.21.17. Caualcan.de Brach.reg.par.3.num. 107. Ex quibus percipere poſſit, an data opera aſtiterit, vel caſualiter. Et prima coniectura, quod aſſiſtens ſcienter, & apoſtatè aſſiſtit, eſt parentela delinquentis. Secunda coniectura, quod armatus aſſiſtat. Tertia coniectura, ſi nihil dicit aduerſus delinquentes, ſed tacet. Quarta coniectura eſt aſſociatio cum delinquente patrato delicto, quæ aſſociatio facit aſſociantem reum, ex Blanch.de indic.n.336.337.Maſcar. concl.1144.n.12.& alijs, ita cum alijs quos citat Caualcan.d.nu.107. de quibus coniecturis, loquitur etiam Baiard.ad Clar.qu.21.à nu.12. cum ſeqq.vbi, quod aſſiſtens ſcienter maleficio eadem pœna tenetur qua principalis; & notandum eſt, quod quando conſtat aliquem fuiſſe auxiliatorem, & auxilium præſtitiſſe; poteſt torqueri ſuper tractatu præhabito. Bertaz.conſ.106. num.12. vbi ita intelligit dictum Clar.in d.quæſt.21. nu.8 Tuſc. litt. T.concl.329.n.89. Cabal.caſu 192. nu.7. Ex ſecreta etiam alloquutione facta inter aſſiſtentem, & delinquentem paulo ante delictum commiſſum præſumitur aſſiſtentia facta ſcienter, ex tractatu præcedente, Blanch.in l.fin. num.232. de quæſt. Vulpe.conſ. 115. in princip. Maſcard.concl.1392.nu.12.Guazz. defens.reor.4.cap.14. numer.12. & quod ex aſſiſtentia cum armis, etiã non euaginatis, ſi committens maleficium audacior efficiatur, & aggreſſus timidior, præſumitur tractatus, Blanch.vbi ſupra num.236. Vulpe. d.reſp.115.Claud. ad Bertaz. conſ 150. litt. A. Maſcard. conclus. 1392.num.12. Et eo magis, ſi poſt delictum ſequatur aſſociatio delinquentis. DD. citati, & poſt eos Guazz. defens.reor.4.cap.14.n.15. Et quod ex aſſociatione præſumatur tractatus, idem Guazz. ex Farin. conſ.55.num.52.& quæſt. 131. num.65.Chartar.decis.83.num.7.8. & 9.

105 Vigeſimum quartum indicium eſt armorum delatio, contra eum, qui non eſt ſolitus deferre arma. Caſon.de indic.tract.3. cap.4. nu.2. Blanch.in l.fin. de quæſt. nu.78.Farin.quæſt.52.nu.69.& 71.vbi, quod facit indicium quando de delinquente non conſtat, ſed ſi conſtat de delinquente, & quod ante rixam non erat ſolitus deferre arma, præſumitur delictum deliberatè commiſſum, ex Menoch. de arbitr.lib. 2.caſu 361.num.43.& Card.Alban. conſ.6.num.6.idem Farin. conſ.61. num.3. & num.17. idem dicit, de in gerente arma inſolita, ex Nouel. in tract.ad defenſam, in rubr.an indicia pro reo danda ſint, n.67.poſt Rom.Bart. & Alex. Et portans arma contra prohibitionem legis, & ſtatuti, quia præſumitur malum animum habere ipſi incumbit onus probandi, non portare ea malo animo. Cabal.caſu 45. nu.4. Et hoc indicium ſine aliis adminiculis ſufficit

ficit

ficit ad torturam. Secundum Iacobum de Beluſo,citato a Blanco, in l.fin.nu.81. ff. de quæſt.ſed contrarium tenet Farinac. dicta quæſt.52. num.84. Quod de ſe ſolum, aliis non concurrentibus, non ſufficit ad torturam, ita cum aliis ibi citatis.

106 Vigeſimum quintum indicium eſt ſanguis profluens ex vulnere interfecti præſente ſuſpecto. Farin. quæſt.36.n.61.& qu.52.n.154. vbi, quod hoc pluries contigit, & plura exempla refert,idem dicit Theſ. deciſ.Pedamont.137. Sed Farinac. ibidem nu.156. dicit, quod hoc indicium de ſe ſolum non ſufficit, ex Gomez.lib.3.ca.13. de tortur. reor. num.13.Marſil.in pract. §. diligenter in fine, ſed fama concurrente, aut inimicitia, aut minis, aut alio adminiculo bene oritur indicium ad torturam. Nouell.in practic.in princip. num.64. & regul.184. in fine, Maſcard. concluſio. 867. numero vigeſimoquarto in fine lib. 2. Caualcan.de Brach.reg.par.3.num. 104. vbi refert, vidiſſe quemdam nobilem noctis tempore occiſum, & mane repertum in agro quam pluribus ruſticis aſſiſtentibus in cuſtodia ſanguinem è vulnere emittere, & cum tot eſſent, ignorabat quò ſe verteret, & iudicatum fuit eſſe opportunum, vt omnes procul ſtarent, & deinde vocati fuerunt ſingillatim, vnus poſt alium, eique ſinguli ante, & iuxta cadaueri ſtatuti, compertum fuit, quod vnus ex dictis aſtantibus fuit interfector.

107 Vigeſimum ſextum indicium eſt contra exiſtentes in domo,quando interfectus in ea aliquis ſit, nam præſumitur interfectus ab his, qui in ea habitant, Dynus, & DD in l.1.§.ſi quis in villa ff.ad ſyllan. Angel. de maleſic. in verbo fama publica num.53. Et contra dominum domus, quando in eius domo reperitur aliquis mortuus. Quia præſumptio eſt contra ipſum, quod illum occiderit, ita poſt alios Farinac.quæſt.52.num.98. & domi reperta vxor mortua præſumitur occiſa ab eius viro, Foller. in pract. crimin. in verbo item, quod ſuffocauit vxorem, Farinac.ibidem, & oritur indicium ad torturam contra dominum domus etiam, quod ſit bonæ famæ, ſi delictum curiæ non denunciauit. Farinac. ibidem num. 97. & 106. Sed quia de hoc indicio ſermonem fecimus ſupra par.4.cap.16. §.3. ideo hic non repeto.

108 Vigeſimum ſeptimum indicium eſt cauſa delicti, quæ concurrente aliquo alio adminiculo ſufficit ad torturam. Farin q.52.nu.153. Nam duæ ſunt circumſtantiæ in cauſis criminalibus, ſcilicet, quis fecerit, & quam ob rem fecerit; Si enim quis fuerit interfectus, & ignoratur à quo, is præſumitur interfeciſſe, qui interficiendi cauſam habuit; Et tunc iudex illum per cauſas quærere debet, quæ cauſæ non ſolum indicant propoſitum, ſed etiam reum. Caſon. de indicat. tractat.2. cap.1.num 2. & cap.tertio numero 1. 2. 6. & 7. & eſt baſis, & fundamentum criminis. Crauet. conſil.6.num.22.Riminald. iun. conſil.

550.num.17.& ſeq. vol.5. Decian. reſp.4.num.30.vol.3.Guazz. defenſ. reor.28.cap.1. nu.6. Et in propoſito caſu dicitur id, ex quo, vel propter quod aliquid fit. Et eſt duplex, vna impulſiua, alia verò ratiocinatiua. Ita Ciceron. lib 2. de inuent. vbi ita dicit; impulſiua cauſa eſt, quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ægritudo, violentia, & omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuiſſe, vt rem perſpicere cum conſilio, & cura non potuerit, & id quod fecit, impetu quodam animi potius, quàm cogitatione fecerit. Ratiocinatio autem eſt diligens, aut conſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio, refert Caſon.dicto tract.2. de indic. præmedit.de ict. ex cauſis ca.1. n.4. & ſeqq.& cap.2.num.1. & ca.3.n.3. qui dicit, quòd propter ratiocinatiuam cauſam, quis facere dicitur ſi propter amicitiam, propter vindictam, propter odium, propter ſpē, propter dolorem, propter metum, propter gloriam, propter honorem, propter dominationem, propter commodum, propter pecuniam, propter incommodum, propter lucrum, propter libidinem, & iis ſimilia fecerit, de quibus cauſis tractat etiam Foller.inter conſ. crimin. diuerſ.n.13.li.1. in folio, & in pract.crimin.verbo capiat informationem,num.45. Blanch. dicta l.fin. ff.de quæſtio.num 255.& ſeqq. Menoch.de arbit.caſu 361.n.8. Bertaz. conſ.85.num.10.Surd.conſ.40.num. 19.Farin.quæſt.51.nu.145.Guttier. pract.quæſt.lib.1.quæſt.2.n.11. qui ſolum loquitur de cauſa impulſiua; Charta. deciſ.66.à num.39.& ſeqq. poteſt etiam cauſa eſſe putatiua. Farinac.vbi ſupra num.146.Et hoc indicium magis afficit quando apparet neminem alium habuiſſe cauſam delinquendi. Caſo.d.trac.2. cap.3.num.5.Farin.num.148. Aut quando nemo alius eſt imputatus de illo delicto. Farin nu 149.qua cauſa ceſſante, ceſſat omnis delicti præſumptio contra aliquem. Bart. inter conſ.crimin.diuerſ.conſ.8.nu. 8.lib.1.Foller. dicto conſ.138. num. 13.Gramm.conſ.42.num 10. in fin. Caſ. in tract.1 cap.9.num.2. Bertaz. conſ 556.num.5.& ſeq Farin.dicta quæſt.52. num.150. & conſ.50. ſub num.34.& conſ.62.num.6.in fine, Guazz. dicto num.6. Et debet cauſa delicti eſſe probata in proceſſu in ſpecie, non autem in genere.Caſon. dicto trac.2.cap.3. num.5. & 6. Et debet eſſe grauis, & non leuis. Caſon.ibidem cap.3.num.8.& ſeq. Farinac. dicta quæſt.52.num.152. vbi addit Blanch.in d.l.fin.Bertaz.conſ. 102.num.16.vol.1. & 556 num.22. Maſcard.concl.904.num.21.Simon. de Pret.conſ.15. num.38.circa medium, Decian.reſp.4. num.52. vol. 3.& in hac materia magis attenditur cauſa, quam factum. Crauett. conſ.75.nu.15.Bertaz. conſ. 11.nu. 22. Guazz.dicta defenſ. 28.cap.1. num.7.

109 Vigeſimum octauum indicium ſumitur ex eo, quod reus interrogatus negat reſpondere,vel reſpondet ſe aliqua neſcire, vel non recordari, cum tamen veriſimile ſit, quod

quod ignoret, & non recordetur. In his tamen caſibus poteſt reus torqueri non ad habendam confeſſionem ſuper delicto, ſed ad reſpondendum, vel ad habendam reſponſionem affirmatiuam, vel negatiuam, & ſic præciſam, abſque aliis indiciis, ita poſt alios Clar. q. 45. n. 6. verſ. ſed pone. Farinac. quæſt. 37. nu. 176. vbi idem dicit quando reſpondit per verba dubia, puta, dicendo, non ſcio, vel non recordor. Et quãdo reſpondit per verbum credo, in iis, quæ corpore percipiuntur, & non debet ei concedi terminus ad deliberandum, niſi reſpondeat non recordor, & eſt interrogatus non ſuper delicto, ſed ſuper circumſtantiis ſubſtantialibus, quia tunc ſi petat terminum competentem, vt poſſit recordari iudex debet illum concedere, quando veriſimile eſt ipſum non recordari. Secus quando veriſimile eſt recordari, prout quando agitur de facto proprio, de modico tempore, & de rebus, de quibus communiter ſolent homines recordari, & hæc tortura, quia non eſt ſuper delicto, debet eſſe moderata, vt nõ excedat quartam partẽ horæ, Farin. poſt alios dicta q. 37. à nu. 176. vſque ad 188. vbi quod non poteſt torqueri, quando habet legitimam cauſam non reſpondendi, puta, quia eſſet febre oppreſſus, vel quia habet iudicem ſuſpectum; ſed aduertẽdum hic eſt, quod Clar. & Farin. & alii ab ipſis citati præſupponunt, reum poſſe interrogari ſine ſemiplena probatione, & tunc non reſpondendo, aut non præciſe reſpondendo poteſt torqueri, vt ſupra dictum eſt. Nos autem negamus poſſe interrogari ſine ſemiplena probatione, & indiciis ſufficientibus ad torturã, vt probauimus ſupra; concedimus tamen quod ſi præcedente ſemiplena probatione, interrogetur, & nolit reſpondere, vel præcisè reſpondere, quod poſſit torqueri, cum proteſtatione tamen expreſſa, quod torquet illum non ad eruendam veritatem, ſed pro reſponſione, vel præciſa reſponſione; citra præiudicium probatorum, & tunc iudex non debet interrogare reum ſuper delicto, ſed ſuper reſponſione: vnde patet, quod iſta non reſponſio, non eſt propriè indicium ad torturã de ipſo delicto, & ideo melius eſt, quod iſto caſu iudex moneat reum ad præcisè reſpondendum: vel ad reſpondendum, ſi nolit reſpondere: alias, iſta pertinacia in non reſpondendo, vel in non præcisè reſpondendo connumerabitur inter alia indicia contra eundem reum ſuper delicto, vel negotio principali; Et addendo hoc indicium, ſupra ſemiplenam probationem, poteſt extraordinariè puniri, vel melius, poteſt à iudice fieri monitio, vt reſpondeat, vel præcisè reſpondeat, ſub pœna confeſſi criminis, & tunc ſi noluerit reſpondere poterit condemnari, vt aſſerit Claud. Bettand. reg. crim. 12. num. 18. & ſequitur Farin. quæſ. 37. num. 191. ſed de hac re inf. ca. 5. n. 16. redibit ſermo.

110 Vigeſimum nonum indicium, ſumitur, ex eo, quod quis viſus eſt exire de domo, quæ habet vnum oſtium, cum gladio euaginato ſan-

guinolento, vbi mortuus fuit re pertus. Quod non ſolum facit indicium ad torturam, ſed etiam ſufficit ad pœnam iudicis arbitrio, Clar.q.21. verſ.ſi quis aliquis. Menoch.dicta qu.89.num.117. Burſat. conſ.20.num.21. Farinac. quæſt.36. num.127. Et iſto caſu omnes de familia, etiam impuberes recipiuntur in teſtes. Bal.tract.var.lib.1.qu. 19. num.2. De quo indicio loquuntur. Gramm. deciſ.42. num.5. Sarmient. ſelect. interpret. lib. 1. cap. primo ſub num. nono. Monticel. regul. crimin. 11.n.15. Viu. deciſio. 262. num.quinto. Intrigl.lib.2. ſingul.176. num.77. Ci. ff.conſil.119. num.1. volum. 1. Idem ſi mortuus reperiatur in agro, vinea, via publica, vel alio loco, quando ille cum gladio ſanguinolento viſus eſt. Farinac. quæſt.52.num.55. Et quando concurrit aliquod adminiculum puta inimicitiæ, minæ, & ſimile poteſt deueniri ad condemnationem, idem Farinac. num. 61. in pœnam extraordinariam. Maſcard. concluſ.867. num.88. Sed ſi gladius non eſſet ſanguinolentus, non poteſt ſequi condemnatio. Farin.ibidem num.62. Hoc autem indicium per duos teſtes probari debet, idem Farin.n.63.

111 Trigeſimum indicium oritur contra eum, qui viſus eſt emere venenum, & deinde ſtatim ferè reperitur quis veneno interfectus, præſumptio eſt contra eum, qui venenum emit. Ita ex Angel. in l. milites Cod.de quæſtio Carcer.in 24. indicio. Foller. in pract.in verbo, item quod ſororem venenauit, num. quinto. Menoch. dicta præſumpt.89.num.123. Vbi militat, niſi is, qui emit venenum, eſſet homo probatæ vitæ, & item ſi is diligebat illum veneno necatum, In delicto autem veneni leuiora indicia ſufficiunt. Mandel.de Alb.conſ. 72. Ball.var. reſolut. lib.1. quæſt.4. num.18.

112 Trigeſimum primum oritur ex eo, quod quis mutuo accepit pecuniam, & poſtea alium occiderit. Nam ex breuitate temporis præſumitur ob eam cauſam datam, & acceptam pecuniam, & eſt indicium contra eum, qui illam mutuo dedit, quod occidi mandauerit, ita poſt alios Menoch. dicto lib.1.præſump.quæſt.89. num.120. 121.

113 Trigeſimum ſecundum indicium ſumitur ex conſcientia criminis, de quo indicio latè. Petr. Gregor.in ſyntagm.iur. part.3. lib. 48. à num.12. & ſequentibus. Vbi refert plura exempla, & num.20. refert nonnullos a canibus deliquiſſe detectos.

114 Trigeſimum tertium indicium, eſt illud, quod ex ore inquiſiti reſultat, & multum facit contra ipſum. Bald. in l.vnica colum. 4. de confeſſ. Lanfranc. in cap.quoniam contra in verb. confeſſio de probat. Gramm. conſil.quinto in fine, Hieron.de Federic. reſolut.9. num. 5. impreſſ. poſt concil. Farina.tom. 3. & dicitur plus quam indicium, vnde iudex ad torturam facilius procedere poteſt, idem Hieronym. Feder. reſolutio.44. numer.decimo ſexto.

Teſtis

115 Teſtis falſus, qui dicit ſe fuiſſe ad falſum deponendum ſollicitatum a tali, cum alio adminiculo, facit indicium ad torturam. Et quod ita ſeruatur in praxi docet. Boſſ. de indic. num. 156. contra Decium conſ. 189. Ratio eſt, quia eſt caſus difficilis probationis, & ſolet huiuſmodi ſollicitatio fieri occultè, & eſt delictum, quod non committitur ſine ſociis, cùm nemo dicat falſum in cauſa ad ſe non ſpectante, niſi ex ſollicitudine alterius, & ideò cum inſurgat manifeſta ſuſpicio, de hoc interrogari poteſt, & quotidie interrogatur, dicit Boſſ. ibidem.

116 Sed an ex chartula peccatorum reperta penes aliquem delinquentem, poſſit ſumi indicium contra ipſum? negatiuè reſpondetur. Ricc. deciſ. 172. par. 1.

117 Et in delictis de nocte commiſſis cum ſit difficilis probationis tortura infertur ex leuioribus indiciis. Farinac. quæſt. 86. numero 40.

118 Indicium delicti appenſati, & ex propoſito, eſt quando commiſſum eſt tempore noctis. Nouell. vt infra num. 67. Item aggreſſio nullis dictis verbis. Nouell. in practica criminal. fol. 42. num. 62. vel quando de retro ad viam capitis nullis dictis verbis percutitur, idem num. 64.

119 Indicium delicti proditorii eſt, quando ſocius itineris nulla interueniente rixa percutit ſocium, vel quando iniuriam quis alicui infert ſine diffidatione, ſi non eſt inimicus. Nouell. ſupra n. 65.

120 Et pro complemento non eſt omittendum, quod ad hoc, vt indicia dicantur legitima ad torturam debent eſſe veriſimilia, perfecta, probabilia, l. milites §. oportet C. de quæſt. Menoch. de arbitr. caſu 270. num. 6. Burſat. conſ. 336. nu. 16. Et non leuia, aut perfunctoria, ſed grauiora, certa, vrgentia, & apta ad plenè perſuadendum, & certificandum iudicem, vt ſit quaſi certus de delinquente, & quod aliud nihil ſibi deeſſe videatur, quam ipſius rei confeſſio, l. 1. ff. de quæſtio. Clar. qu. 64. verſ. dici etiam. Io. Ant. in c. Regn. Neap. 272. num. 29. Berti deciſ. 1. 6. in fine. Intrigl. ſing. 176. nu. 1. lib. 2. Farin. qu. 37. nu. 3. & ſeq. Ambroſ. de modo form. proceſſ. informat. lib. 4. cap. 1. nu. 16. Chartar. de interrog. reor. lib. 4. c. 1. n. 56. vbi multos citat.

Hinc eſt, quod ſi aduerſus indicia, aliqua reſiſtat præſumptio in fauorem rei, nota ex eiſdem indiciis, ſeu ex eodem proceſſu, tunc mediante ipſo notorio fauore rei, non poteſt contra eum procedi ad torturam. Gramm. vot. 3. num. 22. Burſat. conſ. 201. num. 132. & conſil. 271. n. 41. Oſaſ conſ. 79. nu. 5. Honded. conſ. 93. n. 83. vol. 2. Intrig. ſing. 37. lib. 3.

Imò ſi poſſibile eſt, rem aliter ſe haberi, quam prætenditur, non ſtatur indiciis, neque præſumptionibus. Gomez. tit. de delict. cap. 12. num. 25. Maſcard. de probat. concluſ. 1221. num. 49. Bertazol. conſil. 549. in fine.

Et quamuis ſit iudici arbitrarium. Gandin. de maleſ. tit. de quæſ. ſub

ſub num.14. Bonif. tit. quæ indicia debeant præcedere torturam nu.6. Bertaz.de indicat. & tort. 3. quæſt. 1.par.in princ.Clar. quæſt.64. verſ. dixi quoque.

121 Tamen huiuſmodi arbitrium non debet eſſe irregulatum, ſed debet conuenire terminis iuris. Marſil.in l.quæſtionis num.71.de quæſ. conſ.8.num.25.conſ.34. n.2. conſil. 63 num.16.conſ.65.num.15.Caſon. in pract.crimin.tract.de torm.ca.6. Burſat.dicto conſ.201. num.50. lib. 2.Simon. de Pret. conſ.15. num.18. Et cenſetur conceſſum in his, quæ in facto conſiſtunt, non in his, quæ conſiſtunt in iure. Bertaz.conſ.164. in addit. litt. A. Et ſi indicia non ſunt in ſua ſpecie luce clariora non ſufficiunt ad torturam. Bald.conſil. 259.lib.1.conſ.229. volu.3. Natta conſ.42. num.1. lib.1. & conſ.392. num.6.lib.2.Soccin.iun.conſ.39.nu. 55.lib.2.& conſ.8.num.8.lib.3. Roland.a Vall.conſ.7.num.34.lib.1. & conſ.4.num.3.lib.3. Marſil.conſ.20. num.2.Burſat.conſ.336.num.16.lib. 3. Beccan.conſ.85.num.1.Et multo magis, quando pluribus modis interpretari poſſunt, Bald. conſ. 402. lib.5.Natt.conſ.42. num.1. lib.1. & conſ.198. num. 13. Roland. à Vall. conſ.23.num.24.lib.1. Burſat. dicto conſ.336.num.16. Beccan. vbi ſupr. & Simon de Pret. conſ.15. num.18. refert Bald. conſ.515. num.4. lib.5. dicentem, quod ad hoc vt tortura imponatur, indicia debent eſſe certa, veriſimilia, & quod probabiliter concludant, nam èx diuerſis non ſurgit vnum indicium perfectum, quem etiam refert Beccan. dicto conſ.85. num.2. qui ex eodem Baldo conſ.85. in fine lib.2. dicit, quod iudex a tormentis abſtinere debet, vbi aliqua ratio naturalis excuſare poteſt, refert etiam Chartar.de interrogat.reor. lib.4. cap.1. num.57. Et hæc tantum indicia, quæ ſunt frequentioris vſus tetigi, & quoad alia me remitto ad Doctores, qui ex profeſſo de hac materia loquuntur, nam plura ſunt negotia, quam vocabula.

CAP. IV.

De indicijs, & probatione copulæ carnalis.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis eſt difficilis probationis, probatur per coniecturas, & præſumptiones n.2.3.6.7.9.& 10.*

4 *Probandi onus alleuiatur in negotio, quod liquidè probari non poteſt.*

5 *Veritas ne periret iura fauent.*

8 *Adulter dicitur, qui eſt deprehenſus in actu propinquo adulterij.*

11 *Perfecta probatio, quæ eſt.*

12 *Indicia poſſunt inducere animum iudicis ad perfectè credendum.*

13 *Indicium indubitatum quid ſit, & numer.15.*

14 *Indicium indubitatum conuincit reum ſicut teſtes.*

16 *Credere aliquid firmiter duobus modis conſiderari poteſt, & quæ ſunt, explicantur.*

17 *Adulterium an cenſeatur probatum ſi vir, & mulier viſi eſſent iacentes in lecto, & n.24.*

18 Ce-

18 *Copula carnalis probatur per teſtes familiares, & ex effectu ſequuto nu.* 19. *Et per teſtes ſingulares n.* 20.
21 *Corpore delicti etiam non probato, punitur copula carnalis.*
22 *Probatur per teſtes dicentes vidiſſe vnum poſt alium per foramen.*
23 *Indicia indubitata non ſufficiunt ad pœnam ordinariam.*
25 *Semen ſi non fuit poſitum intra vas, an copula carnalis puniri debeat pœna ordinaria?*
26 *Qualitates occultæ, non poſſunt probari niſi per confeſſionem rei.*
27 *Suſpectum conſortium, quando eſt indicium remotum copulæ carnalis, & quando proximum, & quando plena probatio, declaratur.*
28 *Suſpecta conſortia, quæ ſint?*
29 *Suſpectum conſortium, quando inducit plenam probationem?*
30 *Indicia remota copulæ carnalis, quæ ſint? & quæ indicia proxima, numero* 31.
32 *Duo ſocij faciunt indicium ad torturam in copula carnali.*
33 *Suſpecto conſortio plenè probato, quomodo eſt procedendum.*
34 *Mulieris, vel pueri dictum dicentem ſe ſtupratum, an credatur, & numero* 35.
36 *Tortura non adhibetur puero ſodomitato, ſi fuerit illata vis.*
37 *Adminicula, quæ ſolent eſſe in probatione copulæ carnalis.*
38 *Tortura aliquando adhibetur quamuis delictum pœna extraordinaria puniendum eſſet.*
39 *Peccatum ſodomiæ an committatur cum fœmina prepoſtera Venere.*

1 COpula carnalis ſiue ſit adulterium, ſiue ſtuprum, ſiue ſacrilegium, ſiue inceſtus, ſiue ſimplex fornicatio, eſt difficilis probationis. Bart. in l. 2. §. fin. in fine de adult. Soccin. iun. conſ. 32. verſ. quinimo vol. 2. Menoch. de arbitr. caſu 116. num. 11. verſ. ſeptimus caſus, Maſcard. concluſ. 57. à num. 23. & per rerum naturam verè probari non poteſt, quia conſiſtit in partibus clauſis, & circumſpectis, ideoque inuiſibilibus, & non poteſt directè probari. Nam tunc probaretur directè, ſi teſtes deponerent, quòd pudenda in pudendis, & obſcæna in obſcænis eſſent poſita. Etſi teſtes ita deponerent eſſent ſuſpecti de falſo. Maſcard. concl. 312. num. 12. & concl. 810. num. 2. Hector Æmil. de teſtib. in verbo teſtis adulterium num. 9. quia deponerent de re, quæ non ſubiacet oculis. Rolan. à Vall. conſ. 7. num. 7. lib. 1. Farinac. quæſt. 136. num. 56. & ſeq. Scac. de ſent. & re iudicat. gloſ. 14. quæſt. 21.
2 num. 16. Probantur nihilominus præſumptiuè, & ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones ad hoc delictum probandum, Hippol. conſil. 274. volum. 3. Cæphal. conſ. 140. num. 28. lib. 1. Menoch. de arbit. caſu 126. num. 12. Maſcard. conſ. 212. num. 19. & ſeq. & concl. 810. num. 1. & 12. per text. in cap. præterea de teſtib. & huiuſmodi præſumptiua probatio ſufficit pro plena probatione, dicit Io. Andr. ibi, in princip.
3 Nam in his, quæ ſuaptè natura ſunt difficilis probationis, præſumptiones inducunt plenam, & legitimam probationem, d. c. præterea,

l. om-

l. omnis §. à barbaris de re milit.
Angel.conſ.218.nu.7.Neuiz. conſ.
21.num.12.Caſſad.deciſ.7.ad finem
de dolo, & contumac. Rot.deciſio.
613.nu.12.in 3.par.nouiſſimarum.
Et alleuiatur onus probandi in ne
gotio, quòd ſuaptè naturà liquidè
probari non poteſt; Aut quod con-
4 ſueuit celebrari occultè. Caſtr.con
ſil.243.col.2. in princip. lib.2. alias
probationum facultas eſſet contra
bonum commune anguſtiata, con-
tra text.in cap.literis, & cap.tertio
loco de probat. Dec.in cap.2. n.25.
de probat. Crauet.conſ.207.num.9.
Pacian.de probat.cap.5.n.9. cum
aliis ab eo citatis, & veritas facilè
periret, cui iura ne pereat ſemper
5 fauent, l.fin.de probat. Et ſunt con-
tenta ea probatione, quæ fieri po-
teſt, ne res reddatur improbabilis,
& per conſequens impunibilis. Fe
lin.in cap.veniens 2.num.21. de te
ſtib. Rola.a Val.conſ.50.n.3.vol.1.
Marſil.conſ.28.num.5. Seraph.dec.
1108. & regula generalis eſt; quòd
in delictis ſecretis propter difficul-
6 tatem probationis ſufficit proba-
tio per coniecturas; Vel ſufficiunt
probationes, quę in aliis cauſis ſua-
pte natura faciliter probabilibus
non cenſentur ſufficientes. Alexan.
conſ.23.ad finem lib 2. Curt.iun.in
l.admonendi num.102.ff.de iur.iur.
7 Et ideo ad probandam copulam
carnalem ſufficiunt præſumptio
nes, cap.literis de præſumpt. c.ma-
ritis cum gloſ.de adult. Barto.in l.2.
§.fin.in fine ff. de adult. Alciat. in
cap. cum non ab homine num.27.
de iudic. Grat.conſ.50. nu.3. vol.2.
dummodo ſint propinquæ, & infe-
rentes delictum. Gratian. ibidem
8 num.33. Vnde depræhenſus in actu
nimis propinquo adulterii dicitur
adulter manifeſtus. Angel.de male-
fic.in verbo, *che mi hà adulterato, &c.*
num.47. Dec.in dicto cap.cum non
ab homine num.11.de iudic. Alcia.
ibidem num.27. Dec. in cap.tertio
loco num.13.de probat. Et quod in
9 dicia probabilia, imò vrgentes ſeu
violentæ præſumptiones, habentur
in hoc crimine pro ſufficienti pro-
batione, ſufficientes ad pœnam
ordinariam infligendam. Petr. di-
cit Barbos. in l.2. num.80. ff. ſolut.
10 matrim. Et quando agitur de ne-
gotio, quod ſuaptè natura liquidè
probari non poteſt, tunc ſufficiunt
coniecturæ, quæ inducunt iudicem
ad credulitatem. Paul.de Caſtr.con-
ſil.243. col.2. lib.2. Marſil.in pract.
§.diligenter num.21. Et perfecta
probatio nil aliud eſt, quam indu-
cere animum iudicis ad perfectè
11 credendum aliquid ita eſſe, l.quin-
quaginta ff.de probat. Bart.& Do-
ctor. in l.admonendi ff. de iure iur.
Crauett. conſ. 73. num. 20. Merlin.
controuerſ.64. num.18. & num.19.
ex Baldo ſubdit; quòd indicia poſ-
12 ſunt inducere mentem iudicis ad
huiuſmodi credulitatem. Et quod
taliter vrgent animum iudicis, vt
non poſſit perſuaderi ad credēdum
13 contrarium; nec eius intellectus
verti in oppoſitam conſcientiam,
dicitur indicium indubitatum, ſeu
præſumptio indubitata. Bald.conſ.
24.ad finem lib.1. & conſ.204. col.
fin.lib.3. Marſ.in rubr.C.de probat.
num.260. Bouer. deciſ.164. num.3.
& 4. Caſtr.in l.fin.num.5.C.de prob.

Ma-

Maſcard. concluſ. 1221. numero 49. Corrad. in practic.tit.de negat. crimin. numero 48. Magon. deciſ. 59. nu. 13. Martin. deciſ. 248. num. 1. Farinac. quæſt. 86. numero 67. & conſ. 99. nu. 30. Guazz. defenſ. reor. 33. cap. decimo quinto numero primo. Cabal. caſu 288. numero decimo. Giurb. conſ. 70. nu. 22. Merlin.
14 controuerſ. 60. n. 17. Ex quibus indiciis indubitatis non minus reus conuincitur, quàm ex teſtibus. Doctores in l. fin. C. de probat. Dec. in capit. at ſi Clerici num. 12. & ibi etiam Bero. num. 2. Mant. num. 1. in fine verſic. vltimo de iudic. Marſil. in practic. §. diligenter numer. 21. Carrer. in practic. crimin. §. in textu, ibi, argumentis conuictus, vbi quod indicia indubitata faciunt plenam fidem etiam in capitalibus. Cabal. qui alios citat. caſu 288. nu. 5. Et ſufficiunt ad pœnam ordinariam. Carrer. ſupra numero quinto, ex Bruno ibi citato; Et multo magis hoc procedit quando delicta ſuaptè natura ſunt difficilis probationis. Iaſ. in §. prætor ait num. 20. de edend. Neuiza. conſ. 27. num. 12. Petr. Barboſ. in dicta l. 2. num. 88. ff. ſolut. matrimon. Didac. Cantera quæſtio. crimin. cap. 2. quæſtio. 3. verſic. his ſic propoſitis. Et quia eſt aliqua difficultas ad certè cognoſcendum, quæ ſint indicia indubitata, vt poſſit iudex ſtantibus talib. indiciis imponere reo pœnam ordinariam; Ad tollendam hanc difficultatem, & dubietatem, fuit declaratum Neapoli per Regiam pragmaticam editam anno 1621. 20. Septembris,
15 illa eſſe indicia indubitata, quæ legitimè probata inducunt mentem iudicis ad credendum firmiter delictum eſſe commiſſum a Reo inquiſito, quieſcendo cum intellectu in hac forma credulitatis, refert Rouit. deciſio. 63. numero ſeptimo. Et ſequitur Sanfelic. deciſio. 47. in fine, qui Rouit. declarat quid ſit firmiter credere, iuxta declarationem Petri Barboſ. dicta leg. 2. num. 89. & 90. ff. ſolut.
16 matrimon. aſſerens; quòd firmiter credere aliquid poteſt duobus modis conſiderari; Primo modo, quando credo ita eſſe abſque aliqua hæſitatione actuali, cum aliqua tamen hæſitatione virtuali, ita vt ſi me aliquis interrogaret vtrum illud habeam pro indubitato, vel potius exiſtimem illud poſſe non eſſe verum? Veriſimiliter reſponderem, quod forſan non erit verum; ſed pro nunc credo firmiter ita verum eſſe. Secundo modo, quando credulitas eſt ita firma, vt neque actualem, neque virtualem habeam dubitationem, itaut ſi quis me interrogaret: reſponderem illud eſſe veriſſimum, neque alicui dubitationi locum eſſe relictum: quæ credulitas dicitur aſſertiua; Et iuxta iſtos duos modos conſiderandi credulitatem aſſerit Barboſ. loco citato, quod ſi ſumus in delictis, quæ in occulto committuntur, ex prima ſpecie credulitatis, poteſt procedi ad pœnam ordinariam; quia attenta materia illa cenſentur indicia indubitata; quamuis in aliis delictis talia non

Aaaa cen-

cenſeremus & illam hæſitationem, quam habet iudex in hac ſpecie credulitatis, debet deponere, & conformare ſe cum diſpoſitione legis, quæ in delictis occultis habet has præſumptiones vrgentes pro plena probatione. In aliis autem delictis non occultis ſecus eſt; quia illa indicia non debent cenſeri indubitata, cum adſit aliqua hæſitatio ſaltem virtualis. Ex ſecunda ſpecie credulitatis, quæ excludit omnem hæſitationem actualem, & virtualem, in omnibus delictis etiam non occultis poteſt procedi ad pœnam ordinariam. Ita Barbo. & ſequitur Rovit. vt ſupra.

17 Et ſecundum hanc declarationem ſi vir, & mulier viſi ſunt iacentes in lecto ſolus cum ſola, nudus cum nuda, probatũ cenſetur adulterium. Felin. in dicto cap. præterea col.2. de teſtib. Riminald. iun. conſ.274. num.47. & 48. Quia hæc probatio inducere ſolet iudicem ad actualem credulitatem; Licet poſſit etiam virtualiter credere, quod per frigiditatem viri, vel propter maleficium, aut aliud impedimentum non poſſint coire; & operatur quoad omnem effectum, ſcilic. tam ad matrimonium dirimendum, quam ad pœnam ordinariam irrogandam. Secundum Gomez. in leg. tauri 80. num. 17. Maſcard. concluſ. 452. num.1. Iul. Chariar. deciſ. 43. nu. 14. & ampliant Doctores etiam, quod in eodem lecto non eſſent viſi nudi, Felin. vbi ſupra, Rimin. iun. conſ.274. num.47. Sanchez de matrim. lib.10. diſp.11. num.45. ſed veſtiti, Rim. vt ſupra num.51. Et paſſim ſunt aliqui in adulteraſſe, vel cum muliere nupta iacuiſſe, gloſ. in verbo iacuit ff. de fideicomm. libert. Alex. conſ.77. num 2. volum.7. Boſſ. tit. de coitu damnat. n.58. Maſcard. concluſ. 810. num.9. Si autem eſſent viſi veſtiti non in lecto, ſed tantum in locis ſecretis ſolus cum ſola, non facerent violentam præſumptionem, ſeu indicium indubitatum, ſed tantum dubitatum. Sanchez vbi ſupra n.45. Dummodo locus ſecretus non ſit camera clauſo oſtio; quia ſi eò viſi ſunt introire, vel in aliquem alium locum obſcurum, & ibi manere per tantum ſpatium temporis, quod poterant peccare, probatum cenſetur adulterium, maximè ſi hora eſſet etiam ſuſpecta. Rimin. vbi ſupra. Et multo magis probatur copula carnalis, ſi teſtes deponunt vidiſſe virum, & mulierem carnaliter ſe commiſcentes, dicto cap. præterea, & ibi gl. in verbo de viſu, de teſtib. Hoſtienſ. ibi col.1. & col.2. nu.1. & 2. Io. Andr. in ſummario, & num.1. in 1. notab. & nu. 4. & 5. Abb. in ſummario, & in ſecundo notabili nu.1. Felin. in ſummario, & num.2. Gomez. in l. tauri 80. num.5. Maſcard. concl.59. nu.2. Corrad. in prac. rubr. de adult. n.13. Franc. Marc. deciſ.899. num.13. Et

18 probatur per teſtes etiam familiares, & domeſticos. Dec. conſ.572. nu.11. Pariſ. conſ.57. num. 34. conſ. 54 num.61. lib.4. Soccin. iun. conſ.3. lib 2. Alexa. conſ.77. lib.4. Maſcard. dicta concluſ.59. num.20. Tuſc. litt. A. concluſ. 223. num.13. Probatur

19 etiam copula carnalis commiſſa ex effectu ſequuto, nempe ex morbo

bo

20 bo gallico. Caualc. de teſtib. par. 3. num. 185. Et ſecundum aliquos probatur per teſtes ſingulares etiam in ſpecie, quando actus diuerſos ad eundem finem narrant. Specul. de teſtib. §. iam de interrogatoriis verſic quid ſi vnus teſtis, Iaſ. conſ. 11. vol. 2. Soccin. iun. conſ. 99. num. 5. & 7. Crauet. conſ. 73. nu. 3. Capel. Tholoſ. deciſ. 11. & ibi addit. & dec. 309. Gramm. deciſ. 107. num. 9. Gabr. tit. de teſtib. concl. 2. num 5). Bertazo. conſ. 20. num. 18. & conſ. 273. nu. 5. & 6. vbi alios citat, Rim. iun. conſ. 7. num. 59. Maſcard. concl. 59. num. 29. & concl. 65. num. 1. Caualcan. de teſtib. part. 3. num. 96. Alb. conſ. 25. num. 1. Sed hoc procedit, quando agitur ciuiliter, non autem quando agitur criminaliter: quia tantum iſti teſtes ſingulares probant delictum tantum in genere, & multum faciunt ad aggrauandum reum contra quem deponunt, vt acrius torqueatur: Vel vt ſeuerius extraordinariè puniatur. Clar. quæſt. 53. nu 19. in fine, Farin. qu. 64. nu. 223.
21 iuncto num 229. Et omnia delicta carnalia excepto ſtupro cum fractura puniuntur etiamſi non conſtet de corpore delicti; Quia non relinquunt poſt ſe veſtigia, Piot. conſ. 132. num. 2. inter cons. crim. vol. 1. Baiard in §. ſodomia num. 12. Armendariz. in recopil. ad leg. Natuar. lib. 2. tit. 21. l. vnica num. 31. Farinac. quæſt. 48. num. 46. Ricc. deciſ. 145. num. 10. par. 2. Et cognitio de facti in genere in his caſibus confunditur cum probatione delicti in ſpecie; quia probari non poſſunt, quin probetur delictum in ſpecie Marſil. conſ. 5. nu. 1. lib. 1. Foller. in verbo capiat informationem n. 20.
22 in fine. Probatur etiam copula carnalis ad effectum prædictum per teſtes dicentes vnum poſt aliũ per foramen vidiſſe virum, & mulierem carnaliter commiſcentes, vel aliquos nefandè coire. Maſcard. concl. 59. num. 17. & 18. & concluſ. 65. num. 2. Baiard. in §. adulterium num. 42. Farin. quæſt. 63. num. 91. & quæſt. 136. num. 28. Viu. deciſ. 241. num. 25. lib. 2. Ricc. in praxi reſol. 402. & dec ſ. 29. n. 6.

23 Contrariam opinionem, quod violentæ præſumptiones, & indicia indubitata non ſufficiunt in hoc delicto copulæ carnalis ad pœnam ordinariam reo infligendam, ſed quòd ſufficiunt in cauſa ciuili, ad plenam probationem adulterii, tenent Matheſ. ſing. 118. Corn. conſ. 192. lib. 4. Crauett. conſ. 205. num. 20. & 21. Quia vrgentiſſimæ, & violentæ præſumptiones, ſeu indubitata indicia, non ſufficiunt in cauſa criminali ad pœnam ordinariam imponendam, etiam in caſu difficilis probationis, & quod ſuaptè natura non poteſt concludenter probari. Aret. in dicto cap. præterea num. 5. de teſtib. Campeg. de teſtib. reg. 385. Lap. alleg. 53. Menoch. lib. 5. præſumpt. 45. num. 55. vbi, quod poteſt reus puniri pœna extraordinaria, & Farinac. quæſ. 148. num. 64. ita etiam Innoc. in ca. quia veriſimile de præſumpt. Alex. conſ. 105. num. 8. lib. 3. Marſil. in practic. crimin. §. diligenter à nu. 21. Gram. deciſ. 42. a num. 14. Boer. deciſ. 164. num. 6. Tiraqu. de pœn. temperand.

550.num.17.& ſeq. vol.5. Decian. reſp.4.num.30.vol.3.Guazz. defenſ. reor.28.cap.1. nu.6. Et in propoſito caſu dicitur id, ex quo, vel propter quod aliquid fit. Et eſt duplex, vna impulſiua, alia verò ratiocinatiua. Ita Ciceron. lib 2. de inuent. vbi ita dicit; impulſiua cauſa eſt, quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ægritudo, violentia, & omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuiſſe, vt rem perſpicere cum conſilio, & cura non potuerit, & id quod fecit, impetu quodam animi potius, quàm cogitatione fecerit. Ratiocinatio autem eſt diligens, aut conſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio, refert Caſon.dicto tract.2. de indic. præmedit.de ict. ex cauſis ca.1. n.4. & ſeqq.& cap.2.num.1. & ca.3.n.3. qui dicit, quòd propter ratiocinatiuam cauſam, quis facere dicitur ſi propter amicitiam, propter vindictam, propter odium, propter ſpē, propter dolorem, propter metum, propter gloriam, propter honorem, propter dominationem, propter commodum, propter pecuniam, propter incommodum, propter lucrum, propter libidinem, & iis ſimilia fecerit, de quibus cauſis tractat etiam Foller. inter conſ. crimin. diuerſ.n.13.li.1. in folio, & in pract.crimin.verbo capiat informationem,num.45. Blanch. dicta l.fin. ff.de quæſtio.num 255.& ſeqq. Menoch.de arbit.caſu 361.n.8. Bertaz. conſ.85.num.10.Surd.conſ.40.num. 19.Farin.quæſt.51.nu.145.Guttier. pract.quæſt.lib.1.quæſt.2. n.11. qui ſolum loquitur de cauſa impulſiua: Charta. deciſ.66.à num.39.& ſeqq. poteſt etiam cauſa eſſe putatiua. Farinac.vbi ſupra num.146. Et hoc indicium magis afficit quando apparet nullum alium habuiſſe cauſam delinquendi. Caſo.d.trac.2. cap.3. num.5. Farin. num.148. Aut quando nemo alius eſt imputatus de illo delicto. Farin nu 149. qua cauſa ceſſante, ceſſat omnis delicti præſumptio contra aliquem. Bart. inter conſ. crimin.diuerſ.conſ.8.nu. 8.lib.1.Foller. dicto conſ.138. num. 13.Gramm.conſ.42.num 10. in fin. Caſ. in tract.1 cap.9.num.2. Bertaz. conſ 556.num.5.& ſeq Farin.dicta quæſt.52. num.150. & conſ.50.ſub num.34.& conſ.62.num.6.in fine, Guazz. dicto num.6. Et debet cauſa delicti eſſe probata in proceſſu in ſpecie, non autem in genere. Caſon. dicto trac.2.cap.3. num.5. & 6. Et debet eſſe grauis, & non leuis. Caſon.ibidem cap.3.num.8.& ſeq. Farinac. dicta quæſt.52. num.152. vbi addit Blanch.in d.l.fin.Bertaz.conſ. 192. num.16.vol.1. & 556 num.22. Maſcard.concl.904.num.21.Simon. de Pret.conſ.15. num.38. circa medium, Decian.reſp.4. num.52. vol. 3. & in hac materia magis attenditur cauſa, quam factum. Crauett. conſ.75.nu.15.Bertaz. conſ. 11.nu. 22. Guazz. dicta defenſ. 28. cap.1. num.7.

109 Vigeſimum octauum indicium ſumitur ex eo, quod reus interrogatus negat reſpondere, vel reſpondet ſe aliqua neſcire, vel non recordari, cum tamen veriſimile ſit, quod

quod ignoret, & non recordetur. In his tamen caſibus poteſt reus torqueri non ad habendam confeſſionem ſuper delicto, ſed ad reſpondendum, vel ad habendam reſponſionem affirmatiuam, vel negatiuam, & ſic præciſam, abſque aliis indiciis, ita poſt alios Clar. q. 45. n. 6. verſ. ſed pone. Farinac. quæſt. 37. nu. 176. vbi idem dicit quando reſpondit per verba dubia, puta, dicendo, non ſcio, vel non recordor. Et quãdo reſpondit per verbum credo, in iis, quæ corpore percipiuntur, & non debet ei concedi terminus ad deliberandum, niſi reſpondeat non recordor, & eſt interrogatus non ſuper delicto, ſed ſuper circumſtantiis ſubſtantialibus, quia tunc ſi petat terminum competentem, vt poſſit recordari iudex debet illum concedere, quando veriſimile eſt ipſum non recordari. Secus quando veriſimile eſt recordari, prout quando agitur de facto proprio, de modico tempore, & de rebus, de quibus communiter ſolent homines recordari, & hæc tortura, quia non eſt ſuper delicto, debet eſſe moderata, vt nõ excedat quartam partẽ horæ, Farin. poſt alios dicta q. 37. a nu. 176. vſque ad 188. vbi quod non poteſt torqueri, quando habet legitimam cauſam non reſpondendi, puta, quia eſſet febre oppreſſus, vel quia habet iudicem ſuſpectum; ſed aduertẽdum hic eſt, quod Clar. & Farin. & alii ab ipſis citati præſupponunt, reum poſſe interrogari ſine ſemiplena probatione, & in c non reſpondendo, aut non præciſe reſpondendo poteſt torqueri, vt ſupra dictum eſt. Nos autem negamus poſſe interrogari ſine ſemiplena probatione, & indiciis ſufficientibus ad torturã, vt probauimus ſupra; concedimus tamen quod ſi pręcedente ſemiplena probatione, interrogetur, & nolit reſpondere, vel præciſè reſpondere, quod poſſit torqueri, cum proteſtatione tamen expreſſa, quod torquet illum non ad eruendam veritatem, ſed pro reſponſione, vel præciſa reſponſione; citra præiudicium probatorum, & tunc iudex non debet interrogare reum ſuper delicto, ſed ſuper reſponſione: vnde patet, quod iſta non reſponſio, non eſt propriè indicium ad tortura de ipſo delicto, & ideo melius eſt, quod iſto caſu iudex moneat reum ad præciſè reſpondendum: vel ad reſpondendum, ſi nolit reſpondere: alias, iſta pertinacia in non reſpondendo, vel in non. præciſè reſpondendo connumerabitur inter alia indicia contra eundem reum ſuper delicto, vel negotio principali; Et addendo hoc indicium, ſupra ſemiplenam probationem, poteſt extraordinariè puniri, vel melius, poteſt à iudice fieri monitio, vt reſpondeat, vel præciſè reſpondeat, ſub pœna confeſſi criminis, & tunc ſi noluerit reſpondere poterit condemnari, vt aſſerit Claud. Bettand. reg. crim. 12. num. 18. & ſequitur Farin. quæſ. 37. num. 191. ſed de hac re inf. ca. 5. n. 16. redibit ſermo.

110 Vigeſimum nonum indicium, ſumitur, ex eo, quod quis viſus eſt exire de domo, quæ habet vnum oſtium, cum gladio euag nato ſan-

guinolento, vbi mortuus fuit re pertus. Quod non ſolum facit indicium ad torturam, ſed etiam ſufficit ad pœnam iudicis arbitrio, Clar. q. 21. verſ. ſi quis aliquis. Menoch. dicta qu. 89. num. 117. Burſat. conſ. 20. num. 21. Farinac. quæſt. 36. num. 127. Et iſto caſu omnes de familia, etiam impuberes recipiuntur in teſtes. Ball. tract. var. lib. 1. qu. 19. num. 2. De quo indicio loquuntur. Gramm. deciſ. 42. num. 5. Sarmient. ſelect. interpret. lib. 1. cap. primo ſub num. nono. Monticel. regul. crimin. 11. n. 15. Viu. deciſio. 262. num. quinto. Intrigl. lib. 2. ſingul. 176. num. 77. Ci ff. conſil. 119. num. 1. volum. 1. Idem ſi mortuus reperiatur in agro, vinea, via publica, vel alio loco, quando ille cum gladio ſanguinolento viſus eſt. Farinac. quæſt. 52. num. 55. Et quando concurrit aliquod adminiculum puta inimicitiæ, minæ, & ſimile poteſt deueniri ad condemnationem, idem Farinac. num. 61. in pœnam extraordinariam. Mascard. concluſ. 867. num. 88. Sed ſi gladius non eſſet ſanguinolentus, non poteſt ſequi condemnatio. Farin. ibidem num. 62. Hoc autem indicium per duos teſtes probari debet, idem Farin. n. 63.

111 Trigeſimum indicium oritur contra eum, qui viſus eſt emere venenum, & deinde ſtatim ferè reperitur quis veneno interfectus, præſumptio eſt contra eum, qui venenum emit. Ita ex Angel. in l. milites Cod. de quæſtio Carcer. in 24. indicio. Foller. in pract. in verbo, item quod ſororem venenauit, num. quinto. Menoch. dicta præſumpt. 89. num. 123. Vbi militat, niſi is, qui emit venenum, eſſet homo probatæ vitæ, & item ſi is diligebat illum veneno necatum. In delicto autem veneni leuiora indicia ſufficiunt. Mandel. de Alb. conſ. 72. Ball. var. reſolut. lib. 1. quæſt. 4. num. 18.

112 Trigeſimum primum oritur ex eo, quod quis mutuo accepit pecuniam, & poſtea alium occiderit. Nam ex breuitate temporis præſumitur ob eam cauſam datam, & acceptam pecuniam, & eſt indicium contra eum, qui illam mutuo dedit, quod occidi mandauerit, ita poſt alios Menoch. dicto lib. 1. præſump. quæſt. 89. num. 120. 121.

113 Trigeſimum ſecundum indicium ſumitur ex conſcientia criminis, de quo indicio latè, Petr. Gregor. in ſyntagm. iur. part. 3. lib. 48. a num. 12. & ſequentibus. Vbi refert plura exempla, & num. 20. refert nonnullos a canibus deliquiſſe detectos.

114 Trigeſimum tertium indicium, eſt illud, quod ex ore inquiſiti reſultat, & multum facit contra ipſum. Bald. in l. vnica colum. 4. de confeſſ. Lanfranc. in cap. quoniam contra in verb. confeſſio de probat. Gramm. conſil. quinto in fine, Hieron. de Federic. reſolut. 9. num. 5. impreſſi poſt concil. Farina. tom. 3. & dicitur plus quam indicium, vnde iudex ad torturam facilius procedere poteſt, idem Hieronym. Feder. reſolutio. 44. numer. decimo ſexto.

Teſtis

115 Teſtis falſus, qui dicit ſe fuiſſe ad falsum deponendum ſolicitatum a tali, cum alio adminiculo, facit indicium ad torturam. Et quod ita ſeruatur in praxi docet. Boſſ. de indic. num. 156. contra Decium conſ. 189. Ratio eſt, quia eſt caſus difficilis probationis, & ſolet huiuſmodi ſolicitatio fieri occultè, & eſt delictum, quod non committitur ſine ſociis, cùm nemo dicat falſum in cauſa ad ſe non ſpectante, niſi ex ſolicitudine alterius, & ideò cum inſurgat manifeſta ſuſpicio, de hoc interrogari poteſt, & quotidie interrogatur, dicit Boſſ. ibidem.

116 Sed an ex chartula peccatorum reperta penes aliquem delinquentem, poſſit ſumi indicium contra ipſum? negatiuè reſpondetur. Ricc. deciſ. 172. par. 1.

117 Et in delictis de nocte commiſſis cum ſit difficilis probationis tortura infertur ex leuioribus indiciis. Farinac. quæſt. 86. numero 40.

118 Indicium delicti appenſati, & ex propoſito, eſt quando commiſſum eſt tempore noctis. Nouell. vt infra num. 67. Item aggreſſio nullis dictis verbis. Nouell. in practica criminal. fol. 42. num. 62. vel quando de retro ad viam capitis nullis dictis verbis percutitur, idem num. 64.

119 Indicium delicti proditorii eſt, quando ſocius itineris nulla interueniente rixa percutit ſocium, vel quando iniuriam quis alicui infert ſine diffidatione, ſi non eſt inimicus. Nouell. ſupra n. 65.

120 Et pro complemento non eſt omittendum, quod ad hoc, vt indicia dicantur legitima ad torturam debent eſſe veriſimilia, perfecta, probabilia, l. milites §. oportet C. de quæſt. Menoch. de arbitr. caſu 270. num 6. Burſat. conſ. 336. nu. 16. Et non leuia, aut perfunctoria, ſed grauiora, certa, vrgentia, & apta ad plenè perſuadendum, & certificandum iudicem, vt ſit quaſi certus de delinquente, & quod aliud nihil ſibi deeſſe videatur, quam ipſius rei confeſſio, l. 1. ff. de quæſtio. Clar. qu. 64. verſ. dici etiam. Io. Ant. in c. Regn. Neap. 272. num. 29. Berti deciſ. 146. in fine. Intrigl. ſing. 176. nu. 1. lib. 2. Farin. qu. 37. nu. 3. & ſeq. Ambroſ. de modo forin. proceſſ. informat. lib. 4. cap. 1. nu. 16. Chartar. de interrog. reor. lib. 4. c. 1. n. 56. vbi multos citat.

Hinc eſt, quod ſi aduerſus indicia, aliqua reſiſtat præſumptio in fauorem rei, nota ex eiſdem indiciis, ſeu ex eodem proceſſu, tunc mediante ipſo notorio fauore rei, non poteſt contra eum procedi ad torturam. Gramm. vot. 3. num. 22. Burſat. conſ. 201. num. 132. & conſil. 271. n. 41. Oſaſ conſ. 79. nu. 5. Honded. conſ. 93. n. 83. vol. 2. Intrig. ſing. 37. lib. 3.

Imò ſi poſſibile eſt, rem aliter ſe haberi, quam prætenditur, non ſtatur indiciis, neque præſumptionibus. Gomez. tit. de delict. cap. 12. num. 25. Maſcard. de probat. concluſ. 1221. num. 49. Bertazol. conſil. 549. in fine.

Et quamuis ſit iudici arbitrarium. Gaudin. de malef. tit. de quæſ.

ſub

ſub num.14. Bonif. tit. quæ indicia debeant præcedere torturam nu.6. Bertaz.de indicat. & tort. 3. quæſt. 1.par.in princ.Clar. quæſt.64. verſ. dixi quoque.

121 Tamen huiuſmodi arbitrium non debet eſſe irregulatum, ſed debet conuenire terminis iuris. Marſil.in l.quæſtionis num.71.de quæſ. conſ.8.num.25.conſ.34. n.2. conſil. 63 num.16.conſ.65.num.15.Caſon. in pract.crimin.tract.de torm.ca.6. Burſat.dicto conſ.201. num.50. lib. 2.Simon. de Pret. conſ.15. num.18. Et cenſetur conceſſum in his, quæ in facto conſiſtunt, non in his, quæ conſiſtunt in iure. Bertaz.conſ.164. in addit. litt. A. Et ſi indicia non ſunt in ſua ſpecie luce clariora non ſufficiunt ad torturam. Bald.conſil. 259.lib.1.conſ.229. volu.3. Natta conſ.42. num.1. lib.1. & conſ.392. num.6.lib.2.Soccin.iun.conſ.39.nu. 55.lib.2.& conſ.8.num.8.lib.3. Roland.a Vall.conſ.7.num.34.lib.1. & conſ.4.num.3.lib.3. Marſil.conſ.20. num.2.Burſat.conſ.336.num.16.lib. 3. Beccan.conſ.85.num.1.Et multo magis, quando pluribus modis interpretari poſſunt, Bald. conſ. 402. lib.5.Natt.conſ.42. num.1. lib.1. & conſ.298. num. 13. Roland. à Vall. conſ.23.num.24.lib.1. Burſat. dicto conſ.336.num.16. Beccan.vbi ſupr. & Simon de Pret.conſ.15. num.18. refert Bald. conſ.515. num.4. lib.5. dicentem, quod ad hoc vt tortura imponatur, indicia debent eſſe certa, veriſimilia, & quod probabiliter concludant, nam ex diuerſis non ſurgit vnum indicium perfectum, quem etiam refert Beccan.dicto conſ.85. num.2. qui ex eodem Baldo conſ.85. in fine lib.2. dicit, quod iudex a tormentis abſtinere debet, vbi aliqua ratio naturalis excuſare poteſt, refert etiam Charrar.de interrogat.reor. lib.4. cap.1. num.57. Et hæc tantum indicia, quæ ſunt frequentioris vſus tetigi, & quoad alia me remitto ad Doctores, qui ex profeſſo de hac materia loquuntur, nam plura ſunt negotia, quam vocabula.

CAP. IV.

De indicijs, & probatione copulæ carnalis.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis eſt difficilis probationis, probatur per coniecturas, & preſumptiones n.2.3.6.7.9.& 10.*

4 *Probandi onus alleuiatur in negotio, quod liquidè probari non poteſt.*

5 *Veritas ne periret iura fauent.*

8 *Adulter dicitur, qui eſt deprebenſus in actu propinquo adulterij.*

11 *Perfecta probatio, quæ eſt.*

12 *Indicia poſſunt inducere animum iudicis ad perfectè credendum.*

13 *Indicium indubitatum quid ſit, & numer.15.*

14 *Indicium indubitatum conuincit reum ſicut teſtes.*

16 *Credere aliquid firmiter duobus modis conſiderari poteſt, & quæ ſunt, explicantur.*

17 *Adulterium an cenſeatur probatum ſi vir, & mulier viſi eſſent iacentes in lecto, & n.24.*

18 Ce-

18 *Copula carnalis probatur per teſtes familiares, & ex effectu ſequuto nu.* 19. *Et per teſtes ſingulares n.* 20.
21 *Corpore delicti etiam non probato, punitur copula carnalis.*
22 *Probatur per teſtes dicentes vidiſſe vnum poſt alium per foramen.*
23 *Indicia indubitata non ſufficiunt ad pœnam ordinariam.*
25 *Semen ſi non fuit poſitum intra vas, an copula carnalis puniri debeat pœna ordinaria?*
26 *Qualitates occultæ, non poſſunt probari niſi per confeſſionem rei.*
27 *Suſpectum conſortium, quando eſt indicium remotum copulæ carnalis, & quando proximum, & quando plena probatio, declaratur.*
28 *Suſpecta conſortia, quæ ſint?*
29 *Suſpectum conſortium, quando inducit plenam probationem?*
30 *Indicia remota copulæ carnalis, quæ ſint? & quæ indicia proxima, numero* 31.
32 *Duo ſocij faciunt indicium ad torturam in copula carnali.*
33 *Suſpecto conſortio plenè probato, quomodo eſt procedendum.*
34 *Mulieris, vel pueri dictum dicentem ſe ſtupratum, an credatur, & numero* 35.
36 *Tortura non adhibetur puero ſodomitato, ſi fuerit illata vis.*
37 *Adminicula, quæ ſolent eſſe in probatione copulæ carnalis.*
38 *Tortura aliquando adhibetur quamuis delictum pœna extraordinaria puniendum eſſet.*
39 *Peccatum ſodomiæ an committatur cum fœmina prepoſtera Venere.*

1 COpula carnalis ſiue ſit adulterium, ſiue ſtuprum, ſiue ſacrilegium, ſiue inceſtus, ſiue ſimplex fornicatio, eſt difficilis probationis. Bart. in l. 2. §. fin. in fine de adult. Soccin. iun. conſ. 32. verſ. quinimo vol. 2. Menoch. de arbitr. caſu 116. num. 11. verſ. ſeptimus caſus, Maſcard. concluſ. 57. à num. 23. & per rerum naturam verè probari non poteſt, quia conſiſtit in partibus clauſis, & circumſpectis, ideoque inuiſibilibus, & non poteſt directè probari. Nam tunc probaretur directè, ſi teſtes deponerent, quòd pudenda in pudendis, & obſcæna in obſcænis eſſent poſita. Etſi teſtes ita deponerent eſſent ſuſpecti de falſo. Maſcard. concl. 312. num. 12. & concl. 810. num. 2. Hector Æmil. de teſtib. in verbo teſtis adulterium num. 9. quia deponerent de re, quæ non ſubiacet oculis. Rolan. à Vall. conſ. 7. num. 7. lib. 1. Farinac. quæſt. 136. num. 56. & ſeq. Scac. de ſent. & re iudicat. gloſ. 14. quæſt. 21.
2 num. 16. Probantur nihilominus præſumptiuè, & ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones ad hoc delictum probandum, Hippol. conſil. 274. volum. 3. Cæphal. conſ. 140. num. 28. lib. 1. Menoch. de arbit. caſu 126. num. 12. Maſcard. conſ. 212. num. 19. & ſeq. & concl. 810. num. 1. & 12. per text. in cap. præterea de teſtib. & huiuſmodi præſumptiua probatio ſufficit pro plena probatione, dicit Io. Andr. ibi, in princip.
3 Nam in his, quæ ſuaptè natura ſunt difficilis probationis, præſumptiones inducunt plenam, & legitimam probationem, d. c. præterea,

lom.

l. omnis §. à barbaris de re milit. Angel. conſ. 218. nu. 7. Neuiz. conſ. 21. num. 12. Caſſad. deciſ. 7. ad finem de dolo, & contumac. Rot. deciſio. 613. nu. 12. in 3. par. nouiſſimarum. Et alleuiatur onus probandi in negotio, quòd ſuaptè natura liquidè probari non poteſt; Aut quod con-
4 ſueuit celebrari occultè. Caſtr. conſil. 243. col. 2. in princip. lib. 2. alias probationum facultas eſſet contra bonum commune anguſtiata, contra text. in cap. literis, & cap. tertio loco de probat. Dec. in cap. 2. n. 25. de probat. Crauet. conſ. 207. num. 9. Pacian. de probat. cap. 5. n. 9. cum aliis ab eo citatis, & veritas facilè periret, cui iura ne pereat ſemper
5 fauent, l. fin. de probat. Et ſunt contenta ea probatione, quæ fieri poteſt, ne res reddatur improbabilis, & per conſequens impunibilis. Felin. in cap. veniens 2. num. 21. de teſtib. Roia. a Val. conſ. 50. n. 3. vol. 1. Marſil. conſ. 28. num. 5. Seraph. dec. 1108. & regula generalis eſt; quòd in delictis ſecretis propter difficul-
6 tatem probationis ſufficit probatio per coniecturas; Vel ſufficiunt probationes, quę in aliis cauſis ſuapte natura faciliter probabilibus non cenſentur ſufficientes. Alexan. conſ. 23. ad finem lib 2. Curt. iun. in l. admonendi num. 102. ff. de iur. iur.
7 Et ideo ad probandam copulam carnalem ſufficiunt præſumptiones, cap. literis de præſumpt. c. maritis cum gloſ. de adult. Barto. in l. 2. §. fin. in fine ff. de adult. Aleiat. in cap. cum non ab homine num. 27. de iudic. Grat. conſ. 50. nu. 3. vol. 2. dummodo ſint propinquæ, & inferentes delictum. Gratian. ibidem.
8 num. 33. Vnde depræhenſus in actu nimis propinquo adulterii dicitur adulter manifeſtus. Angel. de malefic. in verbo, *che mi hà adulterato, &c.* num. 47. Dec. in dicto cap. cum non ab homine num. 11. de iudic. Alcia. ibidem num. 27. Dec. in cap. tertio loco num. 13. de probat. Et quod in-
9 dicia probabilia, imò vrgentes ſeu violentæ præſumptiones, habentur in hoc crimine pro ſufficienti probatione, ſufficientes ad pœnam ordinariam infligendam. Petr. dicit Barbos. in l. 2. num. 80. ff. ſolut.
10 matrim. Et quando agitur de negotio, quod ſuaptè natura liquidè probari non poteſt, tunc ſufficiunt coniecturæ, quæ inducunt iudicem ad credulitatem. Paul. de Caſtr. conſil 243. col. 2. lib. 2. Marſil. in pract. §. diligenter num. 21. Et perfecta probatio nil aliud eſt, quam inducere animum iudicis ad perfectè
11 credendum aliquid ita eſſe, l. quinquaginta ff. de probat. Bart. & Doctor. in l. admonendi ff. de iure iur. Crauett. conſ. 73. num. 20. Merlin. controuerſ. 64. num. 18. & num. 19. ex Baldo ſubdit; quòd indicia poſ-
12 ſunt inducere mentem iudicis ad huiuſmodi credulitatem. Et quod taliter vrgent animum iudicis, vt non poſſit perſuaderi ad credēdum
13 contrarium; nec eius intellectus verti in oppoſitam conſcientiam, dicitur iudicium indubitatum, ſeu præſumptio indubitata. Bald. conſ. 24. ad finem lib. 1. & conſ. 204. col. fin. lib. 3. Marſ. in rubr. C. de probat. num. 260. Bouer. deciſ. 164. num. 3. & 4. Caſtr. in l. fin. num. 5. C. de prob. Ma-

Maſcard. concluſ. 1221. numero 49. Corrad. in practic. tit. de negat. crimin. numero 48. Magon. deciſ. 59. nu. 13. Martin. deciſ. 248. num. 1. Farinac. quæſt. 36. numero 67. & conſ. 99. nu. 30. Guazz. defenſ. reor. 33. cap. decimoquinto numero primo. Cabal. caſu 288. numero decimo. Giurb. conſ. 70. nu. 22. Merlin.
14 controuerſ. 60. n. 17. Ex quibus indiciis indubitatis non minus reus conuincitur, quàm ex teſtibus. Doctores in l. fin. C. de probat. Dec. in capit. at ſi Clerici num. 12. & ibi etiam Bero. num. 2. Mant. num. 1. in fine verſic. vltimo de iudic. Marſil. in practic. §. diligenter numer. 21. Carrer. in practic. crimin. §. in textu, ibi, argumentis conuictus, vbi quod indicia indubitata faciunt plenam fidem etiam in capitalibus. Cabal. qui alios citat. caſu 288. nu. 5. Et ſufficiunt ad pœnam ordinariam. Carrer. ſupra numero quinto, ex Bruno ibi citato; Et multo magis hoc procedit quando delicta ſuaptè natura ſunt difficilis probationis. Iaſ. in §. prætor ait num. 20. de edend. Neuiza. conſ. 27. num. 12. Petr. Barboſ. in dicta l. 2. num. 88. ff. ſolut. matrimon. Didac. Cantera quæſtio. crimin. cap. 2. quæſtio. 3. verſic. his ſic propoſitis. Et quia eſt aliqua difficultas ad certè cognoſcendum, quæ ſint indicia indubitata, vt poſſit iudex ſtantibus talib. indiciis imponere reo pœnam ordinariam; Ad tollendam hanc difficultatem, & dubietatem, fuit declaratum Neapoli per Regiam pragmaticam editam anno 1621. 20. Septembris,
15 illa eſſe indicia indubitata, quæ legitimè probata inducunt mentem iudicis ad credendum firmiter delictum eſſe commiſſum a Reo inquiſito, quieſcendo cum intellectu in hac forma credulitatis, refert Rouit. deciſio. 63. numero ſeptimo. Et ſequitur Sanfelic. deciſio. 47. in fine, qui Rouit. declarat quid ſit firmiter credere, iuxta declarationem Petri Barboſ. dicta leg. 2. num. 89. & 90. ff. ſolut.
16 matrimon. aſſerens; quòd firmiter credere aliquid poteſt duobus modis conſiderari; Primo modo, quando credo ita eſſe abſque aliqua hæſitatione actuali, cum aliqua tamen hæſitatione virtuali, ita vt ſi me aliquis interrogaret vtrum illud habeam pro indubitato, vel potius exiſtimem illud poſſe non eſſe verum? Veriſimiliter reſponderem, quod forſan non erit verum; ſed pro nunc credo firmiter ita verum eſſe. Secundo modo, quando credulitas eſt ita firma, vt neque actualem, neque virtualem habeam dubitationem, itaut ſi quis me interrogaret: reſponderem illud eſſe veriſſimum, neque alicui dubitationi locum eſſe relictum; quæ credulitas dicitur aſſertiua; Et iuxta iſtos duos modos conſiderandi credulitatem aſſerit Barboſ. loco citato, quod ſi ſumus in delictis, quæ in occulto committuntur, ex prima ſpecie credulitatis, poteſt procedi ad pœnam ordinariam; quia attenta materia illa cenſentur indicia indubitata; quamuis in aliis delictis talia non

cenſerentur;& illam hæſitationem, quam habet iudex in hac ſpecie credulitatis, debet deponere, & conformare ſe cum diſpoſitione legis, quæ in delictis occultis habet has præſumptiones vrgentes pro plena probatione. In aliis autem delictis non occultis ſecus eſt; quia illa indicia non debent cenſeri indubitata, cum adſit aliqua hæſitatio ſaltem virtualis. Ex ſecunda ſpecie credulitatis, quæ excludit omnem hæſitationem actualem, & virtualem, in omnibus delictis etiam non occultis poteſt procedi ad pœnam ordinariam. Ita Barbo. & ſequiturRouit.vt ſupra.

17 Et ſecundum hanc declarationem ſi vir, & mulier viſi ſunt iacentes in lecto ſolus cum ſola, nudus cum nuda, probatũ cenſetur adulterium. Felin. in dicto cap. praeterea col.2.de teſtib.Riminald.iun. conſ.274. num.47.& 48. Quia hæc probatio inducere ſolet iudicem ad actualem credulitatem; Licet poſſit etiam virtualiter credere, quod per frigiditatem viri, vel propter maleficium, aut aliud impedimentum non poſſint coire; & operatur quoad omnem effectum, ſcilic. tam ad matrimonium dirimendum, quam ad pœnam ordinariam irrogandam. Secundum Gomez. in leg. tauri 80.num.17. Maſcard.concl. ſ. 452.num.1.Iul.Chartar.deciſ.43.nu. 14.& ampliant Doctores etiam, quod in eodem lecto non eſſent viſi nudi, Felin. vbi ſupra, Rimin iun. conſ.274.num.47. Sanchez de matrim.lib.10.diſp.11.num.45.ſed veſtiti, Rim.vt ſupra num.51. Et paris ſunt aliqui in adulteraſſe, vel cum muliere nupta iacuiſſe, gloſ. in verbo iacuit ff.de fideicomm.libert. Alex.conſ.77.num 2.volum.7. Boſſ. tit.de coitu damnat.n.58. Maſcard. concluſ.810.num.9. Si autem eſſent viri veſtiti non in lecto, ſed tantum in locis ſecretis ſolus cum ſola, non facerent violentam præſumptionem, ſeu indicium indubitatum, ſed tantum dubitatum.Sanchez vbi ſupra n.45. Dummodo locus ſecretus non ſit camera clauſo oſtio;quia ſi eò viſi ſunt introire, vel in aliquem alium locum obſcurum, & ibi manere per tantum ſpatium temporis, quod poterant peccare, probatum cenſetur adulterium,maximè ſi hora eſſet etiam ſuſpecta. Rimin.vbi ſupra. Et multo magis probatur copula carnalis, ſi teſtes deponunt vidiſſe virum, & mulierem carnaliter ſe commiſcentes, dicto cap.præterea, & ibi gl.in verbo de viſu, de teſtib.Hoſtienſ.ibi col.1. & col.2.nu.1.& 2.Io.Andr. in ſummario, & num.1.in 1. notab. & nu. 4.& 5.Abb.in ſummario, & in ſecundo notabili nu.1. Felin. in ſummario, & num.2. Gomez. in l.tauri 80.num.5.Maſcard. concl.59. nu.2. Corrad.in prac.rubr.de adult.n.13. Franc.Marc.deciſ.899. num.13. Et

18 probatur per teſtes etiam familiares, & domeſticos. Dec.conſ.572. nu.11.Pariſ.conſ.57.num. 34. conſ. 54 num.61.lib.4.Soccin.iun.conſ 3. lib 2.Alexa. conſ.77.lib.4.Maſcard. dicta concluſ.59.num.20. Tuſc.litt. A. concluſ. 223. num.13. Probatur

19 etiam copula carnalis commiſſa ex effectu ſequuto, nempe ex morbo

bo gallico. Caualc.de teſtib. par.3.
20 num.185. Et ſecundum aliquos pro-
batur per teſtes ſingulares etiam in
ſpecie, quando actus diuerſos ad
eundem finem narrant. Specul.de
teſtib §.iam de interrogatoriis verſ-
fic quid ſi vnus teſtis, Iaſ. conſ.11.
vol.2. Soccin.iun.conſ.99.num.5. &
7. Crauet.conſ.73.nu.3. Capel.Tho
loſ.deciſ.11.& ibi addit.& dec.309.
Gramm.deciſ.107.num.9. Gabr.tit.
de teſtib.concl.2. num 5?. Bertazo.
conſ.20.num.18. & conſ.273. nu 5.
& 6. vbi alios citat, Rim.iun.conſ.
7.num.59. Maſcard. concl.59. num.
29.& concl.65.num.1. Caualcan.de
teſtib.part.3. num.96. Alb. conſ.25.
num.1. Sed hoc procedit, quando
agitur ciuiliter, non autem quando
agitur criminaliter: quia tantum
iſti teſtes ſingulares probant deli
ctum tantum in genere, & multum
faciunt ad aggrauandum reum
contra quem deponunt, vt acrius
torqueatur: Vel vt ſeuerius extra-
ordinariè puniatur. Clar.quæſt.53.
nu 19. in fine, Farin. qu.64.nu.223.
21 iuncto num 229. Et omnia delicta
carnalia excepto ſtupro cum fra-
ctura puniuntur etiamſi non con
ſtet de corpore delicti; Quia non
relinquunt poſt ſe veſtigia, Piot.
conſ.132. num.2. inter cons. crim.
vol.1. Baiard in §.ſodomia num.12.
Armendariz. in recopil.ad leg.Na-
uar.lib.2.tit.21.l.vnica num.31. Fa-
rinac.quæſt.48.num.46. Ricc.deciſ.
145.num.10.par.2. Et cognitio de
licti in genere in his caſibus con-
funditur cum probatione delicti in
ſpecie; quia probari non poſſunt,
quin probetur delictum in ſpecie.

Marſil.conſ.5.nu.1. lib.1. Foller. in
verbo capiat informationem n.20.
22 in fine. Probatur etiam copula
carnalis ad effectum prædictum
per teſtes dicentes vnum poſt aliū
per foramen vidiſſe virum, & mu-
lierem carnaliter commiſcentes,
vel aliquos nefandè coire. Maſcard.
concl.59.num.17.& 18. & concluſ.
65.num.2. Baiard. in §.adulterium
num.42. Farin.quæſt.63.num.91. &
quæſt.136.num.28. Viu. deciſ.241.
num.25. lib.2. Ricc. in praxi reſol.
402.& deciſ.29. n.6.

23 Contrariam opinionem, quod
violentæ præſumptiones, & indi-
cia indubitata non ſufficiunt in
hoc delicto copulæ carnalis ad pœ-
nam ordinariam reo infligendam,
ſed quòd ſufficiunt in cauſa ciuili,
ad plenam probationem adulterii,
tenent Matheſ. ſing. 118. Corn.
conſ. 192. lib. 4. Crauett. conſ.205.
num.20.& 21. Quia vrgentiſſimæ,
& violentæ præſumptiones, ſeu in-
dubitata indicia, non ſufficiunt in
cauſa criminali ad pœnam ordina-
riam imponendam, etiam in caſu
difficilis probationis, & quod ſua-
ptè natura non poteſt concluden-
ter probari. Aret.in dicto cap. præ-
terea num.5. de teſtib. Campeg.de
teſtib.reg.385. Lap.alleg.53. Meno-
ch.lib.5.præſumpt.45.num.55. vbi,
quod poteſt reus puniri pœna ex-
traordinaria, & Farinac. quæſ.148.
num.64. ita etiam Innoc.in ca. quia
veriſimile de præſumpt. Alex.conſ.
105.num.8.lib.3. Marſil. in practic.
crimin.§.diligenter à nu. 21. Gram.
deciſ.42.a num.14. Boer. deciſ.164.
num.6. Tiraqu.de pœn.temperand.

cauſa 27. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 279. n. 4. Gabr. conſ. 180. num. 20. Farinac. quæſt. 86. nu. 110. 113. qui dicunt pœnam eſſe minuendam, idem Farinac. quæſt. 136. num. 63. & 175. qui dicit, quod dictæ probationes faciunt indicium ad torturam. Hinc eſt, quod ſi vir, & mu-
24 lier viſi ſunt iacentes in lecto ſolus cum ſola, nudus cum nuda, hæc probatio ſufficit ad ſeparationem matrimonii, cap. literis de præſumpt. Sed non ad plenam probationem in cauſa criminali. Matthesſil. Corn. & Crauett. ſupracitati addentes ad Farinac. deciſ. 35. litt. E. (facit tamen indicium indubitatum ſufficiens ad torturam cum clauſu-
25 la iuxta dicenda num. 26.) Fauent huic opinioni Doctores diſcrepantes in hoc, ſcilicet, an vt delinquens pœna ordinaria puniatur in crimine ſodomiæ, ſufficiat vt membrum ſit poſitum in ipſis partibus pudendis, ita vt ſi poſtea extrahatur, & ſemen extra vas emittatur pœnam ordinariam non euadat; an vero etiam requiratur, vt ſemen intra vas emittatur? Primam opinionem, quod ſufficit membrum fuiſſe poſitum intra vas, vt delictum cenſeatur conſummatum, tenent Afflict. lib. 3. Conſtitut. Regni Neapolit. rubr. 42. de adulter. & lenocin. & in Conſtitut. legum aſperitas numer. 12. & ſeq. Clar. in §. Sodomia, num. 8. Peguer. deciſ. 72 num. 2. Farinac. q. 148. n. 65. Maſtril. deciſ. 265. n. 29. Tuſc. & Bertach. citati a Muta dec. 86. n. 7. Muſcatel. in practic. tit. de cognit. delic. tit. de adulterio, &c. n. 28. Cabal. caſu 16. n. 11. Rodeiq. in ſumma cap. 209. nu. 2. Menoch. de arbitr. caſu 360. lib. 2. Gomez. l. taur. 80. n. 34. Plot. conſ. 132. n. 22. inter conſil. crimin. diuerſ. volum. 1. Artaman. conſ. 32. n. 3. Merend. conſ. 24. Bomin. conſ. 65. Ric. in prax. rer. quotid. reſolut. 62. num. 2. & 3. Secunda opinio, quod ſit neceſſe non ſolum, vt membrum intra vas ponatur, ſed etiam quod ſemen intra vas emittatur, alias pœna ordinaria contra delinquentem locum ſibi non vendicat, tenent Lel. Zech. in reſp. caſu conſc. caſu 1. tit. de irregularitat. prouenient. ex delicti qualit. Garz. de benefic. part. 11. punct. 10. nu. 203. Rodriq. qq. regul. 30. artic. 18. tom. 1. Nauar. in manual. capit. 27. num. 250. Reginald. l. 22. nu. 49. Quaranta verbo ſodomia limitat. 2. Vgolin. de irregular. capit. 43. §. 3. Suarez tom. 5. diſput. 31. ſect. 4. n. 21. vbi dicit, quod vt incurratur pœna Conſtit. Pij Quinti contra ſodomitas; neceſſe eſt vt huiuſmodi peccatum ſit in ſua ſpecie conſummatum, & non ſufficere quamlibet pollutionem, vel immunditiā cum alio, niſi intercedat copula intra vas, & in cap. fin. de ſponſalib. dicitur; non conſummari copulam niſi intra vas effundatur ſemen, et Alois de Leo in l. cum vir num. 11. Cod. de adulter. dicit; quod pœna contra ſodomitam minimè locum ſibi vendicat niſi quando membrum intra vas contra naturam, et ſemen intus emittitur. Idem dicunt Campanil. diuerſ. iur. canonic. rubric. 11. cap. 22. numero 14. Ricc. deciſ. 82. num. 3. par. 3. & dec. 145. n. 7. par. 4.

Et

Et licet Scort. in ſelect. epitom. 103. theorem. 155. aſſerat; quod prima opinio procedit in foro externo criminali, ſecunda verò in foro conſcientiæ. Nonnulli tamen Doctores ſecundæ opinionis loquuntur de vtroque foro. Sed quidquid ſit de hoc, certum eſt, quod omnes ſupradicti Doctores conueniunt, & ſupponunt in hac controuerſia, quod quando membrum non eſt poſitum intra vas non poteſt puniri delinquens pœna ordinaria, & idem etiam dicit Farinac. d. qu. 148.
26 num. 64. Et quia ſupradictæ qualitates occultæ non poſſunt probari niſi per confeſſionem rei; Ideo opus erit tortura ſuppoſitis indiciis legitimis ad torturam inferendam, ita Afflict. vbi ſupra. Muſcatel. dicto tit. de adulter. ſtupr. &c. num. 33. Ball. var. reſolutio. libro tertio caſu 15. num. 16. Et licet Maſtril. deciſio. 295. num. 36. vbi ob probationem factam per teſtes deponentes vidiſſe vnum ſupra alium commouendo corpus per actus motiuos luxuriæ condemnaſſet ſodomitam ad pœnam ordinariam ſequendo forſan primam opinionem Petri Barboſæ, & aliorum; Melius tamen feciſſet ſi ſequendo ſecundam opinionem æquiorem, reum torturæ ſubieciſſet, cum clauſula citra præiudiciun probatorum, ad ſciendum ab eius ore an ſemen, aut ſaltem membrum intra vas emiſiſſet; quia etiamſi eſſet negatiuus vltra torturam, non potuiſſet euadere pœnam extraordinariam, & delictum numquam remaneret impunitum. Non obſtant ſupradicta num. 14. 15. & 16. quod poteſt quis pœna ordinaria puniri ex indiciis indubitatis, quia procedit hæc ſententia in aliis delictis, & quando cauſa vertitur apud maiores magiſtratus; apud magiſtratus autem minores, cauſa debet expediri per torturam.

Probatur etiam copula carnalis per indicia dubitata; & vnum indicium dubitatum ſi eſt vrgens valdè inferens copulam ſufficit ad torturam, vt de indicio proximo diximus ſupra cap. 3. Si verò eſt remotum requiruntur duo, vel ſaltem vnum cum adminiculis, vt de indicio remoto diximus etiam ſupra eodem cap. tertio. Et licet non habeamus iura, quæ determinent quale ſit in hoc indicium proximum, & quale remotum; Iudex tamen ex ſuo bono, æquo, & recto iudicio arbitrari poteſt, & debet.

27 Vnde ſuſpectum conſortium; ſeu ſuſpicio, quæ appellari etiam poteſt præſumptio legitimè probata, aliquando eſt indicium remotum, aliquando proximum, & aliquando eſt præſumptio iuris, et de iure ſufficiens ad condemnatio-
28 nem. Et Hieronym. Polit. ſuper regula Sancti Patris Franciſci capi. vndecimo numero quarto. Loquendo de ſuſpecto conſortio indiſtinctè, et confuſè, ita dicit: Si quæras, quænam ſuſpecta ſunt conſortia, ex quibus alii ſcandalum haurire poterunt; Dico, id plurib. conditionibus eſſe ſpectandum, vtpotè ex genere ipſius actus, & ex circumſtantiis perſonarum, loci, temporis, frequentia, & cæteris huiuſmodi,

modi, vt dicunt quatuor magiſtri, & communiter regulæ expoſitores in hoc paſſu. Vnde S. Bonauentura dicit; quod ſuſpectum conſortium non ſolum eſt cum muliere, ſeu perſona ſuſpecta, ſed etiam cum omni alia, vbi locus, tempus, geſtus, aſpectus, & alia indicia ſuſpicionem immunditiæ generare ſolent; ſcilicet, ſi pro colloquiis habendis locus quæratur ſolitarius, & obſcurus, tempus nocturnum, aut alias importunum; puta, quando fratres omnes ſunt in choro, vel refectorio; Si geſtus ſit diſſolutus, puta nimia appropinquatio ad mulierem, vel nimia affixio oculorum ad faciem eius, vel manuum contactus. Item ſi talia conſortia, & colloquia fiant excluſo aliorum auditu, licet non viſu, & ſunt cum eadem perſona perlongata, aut frequentata, abſque vlla manifeſta, pia, ſeu rationabili cauſa. His enim concurrentibus vel in toto, vel in parte: ſuſpecta ipſa conſortia, vel colloquia communiter redduntur. Et in his maximè ætas, & conditio perſonarum attendenda eſt, & Petr. Io. ait; quod ſuſpecta conſortia non ſolum per mutuam præſentiam; ſed etiam in abſentia multipliciter per literas, per dona, per nuncios, & cætera huiuſmodi ſæpe contrahi ſolent. Et Hugo, Piſan. Bart. & Ioan. de Valent. dicunt in hoc capitulo vndecimo; quod ſi alicui fratri diſſuadeatur, & eo magis ſi prohibeatur per Prælatos colloquium alicuius mulieris, vel familiaritas alicuius perſonæ, cum qua ſuſpicio poſſit oriri, ex hoc quod timetur de impudicitia aliqua, ſi reiteratur iam de facto ſuſpectum reddit, vt habetur in conſtit. B. Io. Capiſtrani cap. 11. ita Polit. dicto num. 4. & num. 5. Sequitur dicendo, & ex iis patere poteſt quoties a multis mortaliter peccetur in familiaritatibus, & viſitationibus frequentibus mulierum, ſeu iuuenum, licet malo animo non fiant, propter ſcandalum, & ſuſpicionem ſiniſtram quam alii, & maximè ſeculares concipere poſſunt. Sed quia ſupradicta exempla poſita à Politio, & Doctoribus ab eo citatis, aliqua pertinent ad indicia remota, aliqua ad indicia proxima, & illud poſitum a quatuor magi-
29 ſtris, ſcilicet, quando alicui diſſuadetur, & multo magis ſi prohibetur per ſuperiores colloquium alicuius mulieris, propter timorem impudicitiæ, ſi ille nihilominus reiterat, iam de facto ſe reddit ſuſpectum, & huiuſmodi exemplum ſuſpicionis, eſt præſumptio iuris, & de iure, & a iure ipſo condemnata, vnde ex tali reiteratione poteſt condemnari a iudice. Vt patet ex l. fin. C. de adulter. ne ergo iudex erret in proprio iudicio, ponimus hic aliqua exempla indicii remoti, & aliqua indicii proximi. Et ideo
30 dicimus, quòd indicium remotum copulæ carnalis, quod per ſe ſolum non ſufficit ad torturam, eſſe poteſt ſecreta alloquutio cum muliere maximè iuuencula in loco, & hora ſuſpecta ad copulam carnalem, ita D. Thom. in 5. ſentent. diſtinct. 5. quæſt. 4. artic. 5. vltra medium, Abb. in cap. quanto num. 3.

de

de præſump. Maſcard. concl. 64. nu. 11. Lap. alleg. 53. num. 4. Rim. iun. conſ. 274 num 11. Farinac. qu. 136. num. 113. 114. imò ſimplex colloquium ſolius cum ſola inducit præſumptionem copulæ carnalis, gloſ. in l. quod ait, in verbo in ipſis ff. ad leg. iul. de adult. de qua re loquitur Iul. Chartar. deciſ. 79. num. 13. & 15. Item indicium remotum eſſe poteſt riſus, & iocus inter virum, & mulierem Hoſtienſ. in cap. præterea n. 5. de teſtib. & ibi Io. Andr. nu. 2. Ancharan. n. 3. Abb. n. 7. Butr. nu. 9. Felin. nu. 3. Petr. Barboſ. in conſ. crimin. diuerſ. 96. n. 1. lib. 1. in paruis; Item tranſmiſſio munerum, & iocalium. Hoſtiens. dicto cap. præterea n. 5. Io. Andr. n. 4. Ancharan. n. 3. Butr. n. 9. Abb. n. 7 Rim. iun. dicto conſ. 274. n. 9. & 28. Farin. dicta q. 136. n. 125. item tactus mamillarum, & omnis alius actus impudicus, Hoſt. in dicto cap. præterea n. 5. Io. Andr. n. 5. Ancharan. num. 3. Butr. nu. 9. Abb. in cap. tertio loco n. 4. de præſump. Farin. dicta quæſt. 136. n. 140. 141. item fama ſparſa in vicinia, eſt etiam indicium remotum, quod per ſe non facit indicium ad torturam, Abb. in dicto cap. præterea n. 3. quia vnum indicium remotum non ſufficit ad torturam, ſed iuncta cum aliquo alio indicio, vel adminiculo bene facit indicium ad torturam. Iul. Chartar. deciſ. 43. n. 7 vbi alios citat, & Abb. in dicto cap. præterea in principio dicit, quod diuerſæ ſpecies probationum ſimul iunguntur ad faciendam probationem perfectam in materia copulæ carnalis. Dormitio alicuius viri cum puero perſe ſola non facit indicium ad torturam, (licet ſecus ſit de dormitione cum muliere extranea.) Foller. in practic. verbo capiantur informationes n. 13. Gomez. leg. 80. taur. nu. 18. Abb. in cap. tertio loco n. 1. de præſumpt. Triuiſ. deciſ. 13. per tot. Monald. conſ. 65. n. 21. quod intelligitur quando redditur veriſimilis cauſa dormitionis, puta conſanguinitas, & quid ſimile; Secus ſi nulla redditur veriſimilis cauſa; quia tunc facit indicium ad torturam. Farinac. quæſt. 148. n. 69. Muta deciſ. 86. n. 5. maximè ſi concurrat mala fama inquiſiti, ac pueri patientis. Ricc. deciſ. 39. n. 7. par. 2. Aut ſi concurrat fuga, & teſtis, qui audiuit quaſſationes, & tergiuerſationes in lecto, idem Ricc. num 8. cum aliis ab eo citatis.

31 Indicia proxima, quæ ſine alio indicio, vel adminiculo ſufficiunt ad torturam ſunt, ingreſſio in domum mulieris, & inde egreſſio. Vel è contra ingreſſio mulieris in domum viri, & inde egreſſio tempore ſuſpecto, præſertim de nocte, quando non affertur aliqua iuſta cauſa ingreſſus. Gratian. conſ. 50. ante n. 1. lib. 2. & num. 4. Ioſeph. Fontan. conſ. crimin. diuers. 97. nu. 35. lib. 1. in paruis, Soccin. iun. conſ. 32. num. 16. lib. 2. Crot. conſ. 413. num. 35. Io. Bapt. Turret. conſ. 168. nu. 1. & ſeq. Burſat. conſ. 69. nu. 9. Rim. iun. conſ. 174. n. 13. & 19. in fine, & quod hoc ſolum indicium ſufficiat ad torturam, dicunt etiam Imol. in l. fin. col. um. fin. ff. de hæred. inſtit. Menoch. lib. 5. præſumpt. 41. nu. 22. Farinac. quæſt.

quæſt. 136. num. 121. 122. vbi etiam, quod poteſt ex hoc indicio condemnari ad pœnam extraordinariam, ex Ripa de nocturno tempor. cap. 36. num. 14. & ſeqq. Indicium etiam proximum faciunt literæ amatoriæ, & receptiones earum. Hoſtienſ. in dicto cap. præterea nu. 5. & ibi Io. Andr. nu. 4. Ancharan. nu. 3. Butr. n. 9. Abb. n. 7. Felin. nu. 3. Pariſ. conſ. 54. nu. 64. lib. 4. Rim. iun. dicto conſ. 274. n. 9. Maſcard. concl. 64. n. 10. Hector Æmil. de teſtib. in verbo teſtis adulterium n. 4. Sed in hoc valdè attendendus eſt tenor literarum; quia ſi ex ipſo tenore oritur indicium committendi adulterium, vel aliud peccatum carnale, eſt tantum ſollicitatio, & verificatis literis, aut confeſſatis puniri debet tamquam ſollicitator ad tale peccatum, & non faciunt indicium ad ipſam copulam. Si vero oriatur indicium commiſſi peccati, vel habent iam implicitam confeſſionem commiſſi peccati, ſeu copulæ talis confeſſio tamquam extraiudicialis facit indicium ad torturam. Sanch. de matrim. tom. 3. lib. 10. diſp. 12. qu. 3. num. 48. Farin. qu. 136. num. 127. item oſcula voluntaria ſecreta. Abb. in cap. tertio loco num. 4. de præſumpt. Hoſtienſ. in dicto c. præterea nu. 5. & ibi Ioan. Andr. num. 4. Ancharan. n. 3. Butr. nu 9. imò Abb. ibi n. 2. & 7. dicit, quod in tali caſu dicitur probata fornicatio, tamquam ex actibus propinquis, & Felin. ibi n. 2. & 3. & plus dicit Gome. ad leg. tauri 80. n. 50. ſcilicet, quod ſi mulier conſentit deoſculari in loſo ſecreto, copula cenſetur probata, & deoſculantes conuicti, vt poſſint puniri criminaliter. Sed melius Sanch. vbi ſupra n. 45. & 46. qui aſſerit quod ex oſculis, & amplexibus non inducitur violenta præſumptio; nec Clar. in §. adulterium nu. 16. ſupradictam opinionem admittit quantum ad pœnam ordinariam delicti. Et licet arguant copulam carnalem, & in præteritum, & in futurum, tamen faciunt tantum indicium ad torturam. Farin. quæſt. 136. nu. 134. contra Menoch. lib. 1. præſumpt. 41. nu. 26. item amplexus voluntarius, facit indicium proximum ad torturam, ita Hoſtie. Io. Andr. Anchar. Butr. & Abbat. in dicto cap. præterea ſupracitati. Et licet gl. in cap. adſit 15. q. 3. & Spec. tit. de præſumpt. in princip. dicat, quod in Clerico amplexante mulierem non præſumatur copula carnalis, ſed potius cauſa benedictionis, tamen reprehenditur ab Abbat. in capite primo de Clerico non reſidente, a Felin. in dicto cap. præterea, à Nicol. de Bel. in repet. rubric. C. de edendo, vbi refert Angelum a Maſcardo concl. 59. n. 16. & à Menoch. præſump. 41. num. 19. vbi quod amplexus, & oſcula in muliere iuuene in loco ſecreto faciunt præſumere copulam carnalem, etiam in Clerico, & religioſo, & licet ſoli amplexus non ſufficiãt ad inducendam violentam præſumptionem, niſi etiam concurrant aliæ circumſtantiæ loci, temporis, & perſonarum, & quod ſimul vir, & mulier ſteterint per tantum tempus, in quo potuerunt adulterium committere. Nauarr. rubr.

rubr.de iudic.n.10.Sanch.vbi ſupra nu.45. & 46.tamen ad faciendum indicium ad torturam tot circumſtantiæ non requiruntur, vt dicit Farin.dicta qu.136.nu.134.135.imò vix datur amplexus ſine oſculis.Farin.ibidem n.131.contra Io Zangh. tr.de quæſtion.cap.2.nu.74. Item indicium proximum ad torturam faciunt vir, & mulier reperti in eadem camera horis ad copulam carnalem commodis, & oſtium cameræ fuerit clauſum. Abb.in cap.tertio loco nu.4. vers. vnde puto de præſump. Bart.in l.quod ait lex nu.1.ff.ad leg.iul.de adult.& idem dicitur ſi fuerint viſi in locis ſecretis, & abditis aptis ad peccandum, Doctor.communiter in cap.literis de præſump.Doctores relati a Syl.ver. indicium q.2.Tabien.eodem verbo n.2.Sanch.in opuſc.li.6.c.3.dub.15. Gomez.c.13. n.2. Clar.q.21.n.2.Salon.2.2.q.69.art.2. Emm.Sa Aphor. ver.iudex n.8.vers.ad torquendum. Leſſ.de iuſt.lib.2.ca.29. dub.15.Filliuc.trac.40.c.7.nu.196.Beia par.3. caſu 18.Nald. in ſumma verbo reus n.2. in fine. Farinac. dicta quæſtio. 136.num. 148. & ſequentibus. Iul. Charta. deciſio. 79. num.17. & alii ab ipſis citati. Nec aliud requiritur indicium, vt dicit Imola citatus ab eodem Farinac. ſed ipſe Farinac. exiſtimat requiri alium actum venereum; idem dicit Alexand.conſ.13. nu.24.volum.2. Imò, ſi in dictis locis viſi eſſent in oſculis, & amplexibus facerent violentam præſumptionem copulæ carnalis, dicit Menoch. dicto libro quinto præſumptio.41.num.11. Et Bald.conſil.421.libro quinto, dicit quod mulier reperta tempore noctis in loco ſecreto cum homine extraneo poteſt torqueri tamquam indiciata de adulterio; & ſequitur Tuſc.litt.A. concluſio.223.numero decimo quarto. Item ſi quis viſus eſſet cum puero in loco occulto, & ſecreto apto ad peccandum, & fuerint viſa aliqua ſigna, puta oſculum, & ſimilia faciunt hæc indicium ad torturam. Marc. Cala. de modo articuland. & proband. num.432. Et ex oſculo, & amplexu pueri maioris decem annorum oritur probatio attentati criminis. Pariſ. conſil.163.num.ſecundo, & ſeq. Farinac. quæſtio. 148. num.71. & 72.

32 Item duo ſocii criminis faciunt indicium ad torturam contra nominatum etiam, quod ſint ſingulares, Boer.deciſio 319. num.quinto. Clar.quæſtio.21. num.9. verſic. ſed pone. Farinac.quæſtio.43.num. 37. 38. 41. & 42. Cabal. caſu 84. numero decimo. Debent tamen torqueri. Marc. Anton. Genuenſ. in pract.Archiepiſc. cap.82.num.2. Maſtrill.deciſio.195. num.decimoquinto lib. tertio. Niſi tantum tentatas fuiſſe affirment, aut ſi per vim, & coactè conſumatum delictum dixerint, quia tunc ſine tortura admittuntur. Plot. conſil. 132.num.24.& conſ.153.num.nono volum.1. diuerſ. Farinac. conſil.25. num.52. Dummodo de vi, & metu conſtet; & admittuntur ſiue conſtet, ſiue non conſtet de corpore delicti. Triuiſ.deciſio. 14.numero 5.par.3.et Plot. dicto conſ.132. n.23.

num.23.& 24.Calcan.conſ.100. per totum Monald. conſ.150. nu.33. & ſeq.lib.1.Maſtril.vbi ſupra . Ludou. Alpher.conſ.143.nu.8. inter conſil. crim.diuerſ.lib.1. Sed de hac re melius infra . Et eſt notandum, quod
33 tortura inflicta reo pro extorquenda veritate copulæ carnalis quando ſuſpectum conſortium eſt plenè probatum, & eſt indicium proximum, debet dari cum clauſula citra præiudicium probatorum ſeu conuictorum quoad ſuſpectum conſortium, ſed tantum pro habenda veritate ſuper copula ipſa , tunc non debet tortus interrogari in tortura de ſuſpecto conſortio, ſed tantum de ipſa copula, ne videatur recedere a proteſtatione; & ſi tortus eſſet negatiuus poſſet condemnari pro ſuſpecto conſortio plenè probato; ratio eſt, quia huiuſmodi ſuſpectum conſortium non ſolũ eſt indicium copulæ carnalis, ſed eſt etiam delictum de per ſe, vt dictum fuit ſupra cap.3.nu.40.Secus autem eſſet ſi ſuſpectum conſortium eſſet tantum ſemiplenè probatum, quia non poteſt procedi contra delinquentem niſi pro ipſo ſuſpecto conſortio, de qua re infra par.6.cap.4. num.4.
34 Et pro complemento eorum , quæ dicta ſunt, notandum eſt, quod mulieris ſeu pueri dictum dicentis, ſeu conquerentis ſe ſtupratum fuiſſe, creditur quoad inquiſitionem generalem formandam, ſeu vt poſſit contra nominatum formari inquiſitio , Hippol. conſ.18.Gramm. conſ.66. Muſcatel. rubr. de cognitione delicti, tit.de adulterio, &c. num.12. Foller.in pract. crimin.tit. capiat informationem, num.20. Sed dubium eſt an credatur , vt faciat indicium ad torturam contra nominatum? Negant Marſil. conſ.28. nu 6.13.& ſeq. vol.1. Quia aſſerendo ſe ſuppoſitam, vel ſuppoſitum, & complicem , fatetur ſe eſſe infamem, necnon turpitudinem ſuam allegat, Alex.conſ.157.in princ.lib. 4.Caſtr.conſ.348.nu.14. Marſil. vbi ſupra, Pariſ.cons.163. n.6. Roland. conſ.3.num.26.vol.3. Gramm.conſ. 40.n.16.& conſ.45.nu.1.Boer.deciſ. 319.n.7.Crauet. conſ.41.n.2. Honded.conſ.100.Bertaz.cons.3.n.4. & conſ.167.n.9.Burſat conſ.69. nu.19. Ricc.deciſ.316.nu.7. Vnde non eſt credendum ei, qui affirmat aliquem ſecum crimen ſodomiæ committere voluiſſe,Crau.conſ.41.Baiard. in §.ſodomia nu.28. Ampliat Vulpel. etiamſi deponat in tortura , conſil. 30.n.6. Et multo minus credendum eſt meretrici, quæ dicit ſe eſſe ſodomitatam, Decian.cons.85. Armendariz.in recopil.leg. Nauarr. lib.2. tit.21.l.vnica n.28.in fine, imò nec vxori dicenti ſe a viro ſodomitatam, vel attentatam fuiſſe. Ricc. deciſ.72. par.1. nec credendum eſt ei, qui ſe dicit ſodomitatum per vim. Gramm.decis.40. n.16. Anan. cons.159.colum.2. verſ.non obſtat. Baiard.dicto §.ſodomia n.3. Etiam ſi concurrat fama cum depoſitione pueri; quia potuit habere originem ab eodem puero . Ricc.dec.145.nu. 14.licet Baiard.vbi ſupra n.4. dicat contrarium quando concurrit fama publica, ex Caſtrenſ.conſ.344.circa finem volum.1.Contrariam ſenten-

tiam

Digitized by Google

tiam affirmatiuam tenent gloſ. in l. fin. C. de accuſat. in ver. conſcientia, Boſſ. tit. de indic. n. 160. Et hoc non ſolum propter immanitatem criminis; ſed etiam quia hoc crimen ex ſui natura aliter probari non poteſt. Plot. inter conſ. crim. diuerſ. 132. n. 23. vol. 1. Ludou. Alphe. cons. 143. n. 8. in eodem vol. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. rubr. de probat. delicti nu. 16. Debet tamen prudens iudex in hoc caſu conſiderare qualitatem paſſi an ſit pubes, vel impubes. Viu. dec. 157. par. 1. Simon de Pret. conſ. 178. lib. 1. An infans ſit puerulus; quia iſti tales facile ſubornantur. Viu. vbi ſup. n. 9. & deciſ. 86. n. 1. eodem lib. 1. vbi quod minor 18. annorum facit indicium ad torturam. Ricc. deciſ. 85. num. 8. & 9. Theſſ. qui alios citat quæſt. for. 35. n. 3. lib. 1. Triuiſ. deciſ. 14. nu. 1. lib. 2. vbi de communi etiam ſi deponat ſine tortura, in duobus tamen caſibus. Primò, ſi conſtet de corpore delicti, nempe ex fractura de recenti vnica vice ſecuta, non autem reiterata, & de mala fama inquiſiti. Secundò, ſi concludenter conſtet de vi, & metu illato patienti; & in hoc ſecundo caſu etiam, quod non conſtet de corpore delicti ſufficit ad torturam. Triuiſ. ibidem ex Ploto, & Ludou. Alpher. ſupracitati, & Calcan. conſ. 110. per totum, in aliis autem caſibus requiruntur indicia ſufficientia, vel tortura in teſte, & licet l. teſtimonium ff. de teſtib. non admittat teſtimonium minorum, tamen illa lex non procedit in delictis, quæ de ſui natura fiunt occultè, & ſine teſtibus; Nam in delictis, in quibus veritas aliter haberi non poteſt, impulſus faciunt indicium, non ſolum ad inquirendum, ſed etiam ad torturam. Boſſ. tit. de indic. n. 160. Plot. vbi ſupra n. 23. Calcan. vbi ſup. nu. 8. Maſcard. concl. 1349. num. 11. & 12. vbi reiicit Marſil. conſ. 28. vol. 1. & Pariſium conſ. 163. lib. 4. exiſtimantes, quod minores in criminibus prædictis non poſſunt teſtificari.

35 Tamen pro reſolutione dicendum eſt, quod depoſitio ſtuprati ſiue maris, ſiue fœminæ, ſiue maioris, ſiue minoris cum iuramento, tortura, & adminiculis facit indicium ad torturam contra nominatum, Gram. dec. 28. n. 14. & dec. 40. nu. 16. & conſ. 61. nu. 2. & ſeq. Pariſ. conſ. 163. n. 7. & 8. lib. 4. Boſſ. d. num. 160. & 166. Plot. vbi ſupra conſ. 50. n. 23. & d. conſ. 132. nu. 23. Bertaz. & ibi Claud. conſ. 71. n. 66 lib. 1. Riminſin. conſ. 290. num. 9. lib. 3. Honded. conſ. 98. n. 15. & conſ. 100. n. 16. li. 1. Peguer. dec. 76. nu. 3. Alex. 35. conſ. 20. n. 1. & ſeq. Ricc. dec. 85. n. 12. par. 2. & dec. 145. par. 4. & dec. 137. par. 2. nu. 9. Marta dec. 138. Theſ. dec. 35. Viu. dec. 157. Muſcatel. in praxi rubr. de prim l. & pœn. adult. nu. 25. & 26. Brognin. dec. 13. nu. 19. Maſtrill. dec 295. nu 5. & 15. par. 3. Tuſc. litt. S. concl. 317. n. 4. Ricc. in praxi rer. quotid. reſ. 63. vbi, quod ſodomia probatur per dictum ſodomitati cū adminiculis ad incurrendas pœnas Bullæ Pii V. contra ſodomitas. Nec
36 tortura adhibetur ſi fuiſſet illata vis, & fuiſſet probata, vt dictum eſt ſupra, quia tunc non efficitur infamis, & ſtandum erit illius dicto ſine tor-

tortura, Theſ.d.qu.for.35.n.4. in fine,& Cabaſ.caſu 84.num.12.vbi inquit, quod ſodomitati citra animũ, & conſenſum peccandi, ſed quia fuerunt decepti,& ſeducti,abſque tortura faciunt indicium ad torturam; quia non cenſentur infames, etiamſi ſodomiam paſſi ſint maiores, aut minores viginti, aut quatuordecim annorum. Adminicula,
37 vt plurimum ſolent eſſe in hoc caſu bona fama ſtuprati, mala fama inquiſiti,mendacium,& ſimile.Genuenſ.in pract.c.82.n.2. & Ricc.dicta reſ.63.n.4.refert, quòd in Regio Concil. die 28. Ianuarii 1599. contra quemdam,qui deuenit ad actum proximum maleficio, & patiens confeſſus eſt delictum, & eius dictũ fuit adminiculatum, vtpotè, quia fuit reperta læſio in partib. pudendis; quamuis dictum ſodomitati non fuerit confirmatum in tortura; tamen inquiſitus fuit condemnatus, vt torqueretur ad ſciendum ab eius ore, an membrum intra vas poſuerit, aut non; probatis tamen in ſuo robore permanentibus.
38 Sed remanet adhuc dubium, an poſſit torqueri reus,quando crimen non eſt plenè probatum, & videtur dicendum, quod non, quia quando delictum eſt plenè probatum puniṫur pœna ordinaria; ſed quando probatur per indicia etiam indubitata, non poteſt puniri niſi pœna extraordinaria:& numquam ordinaria. Quando autem pro delictis pœna extraordinaria venit imponenda non infertur tortura. Giurb. cum aliis ab eo citatis conſ.91. nu. 19.et in propriis terminis criminis ſodomiæ, conſuluit Marta deciſio. 138.n.11. Cœterum contrarium eſt dicendum,quia quoties pro delicto venit imponenda pœna corporalis, quamuis extraordinaria, proceditur ad torturam. Foller.in practica crimin.in fragm.nu.79.ſeu 80. Carrer.in prax.crim.tit.de indic.et tortur.5.circa ſecundum,et in propriis terminis expreſsè. Maſtril.d.deciſ. 295.n.20.et 21.Vbi extendit etiam, quod pœna efficiatur non corporalis ex aliqua cauſa minuente delictum,ex Flamin. Charta.de interrog.reor.lib.4. c.1.n.17.Farin.q.43. n.3.& ſeqq.Peguer.deciſ.16.nu.6. & communis obſeruantia eſt, quod in omnibus delictis,in quibus pœna corporalis imponitur infertur tortura. Alber.in l.edictum n.4. C.de quæſt.Clar.q.64.nu.66.*Ball.var.reſol.*lib.2.q.13.n.3.& lib.4. q.5. n.16. Sed pœna huius criminis ſodomiæ imperfectæ eſt corporalis; quià eſt deportatio, cuius loco fuit ſubrogata pœna triremium. Maſtril.vbi ſup.à n.25.& ſeqq.
39 Nec eſt omittenda illa quæſtio, in qua eſt controuerſia tam inter Theologos, quam inter iuriſtas; ſcilicet an habens rem præpoſtera venere cum fœmina, & cum ſeminis effuſione etiam intra vas, ſit peccatum ſodomiticum,ita ut comprehendatur in Conſt. Sixti contra ſodomitas? Negant D. Thom. & Caiet.2.2.q.154.art.19. Sylu.verbo luxuria qu.1.Azor.tom.3. lib.3. ca. 17.not. 1.& cap.18.notab.1.& cap. 19.q.3.& cap.20.qu.1. et 2. et Diana tr.3.miſcell. reſol.62. inter iuriſtas, tenent Soccin.apud Dec. in l.ſi

qui

qua mulier nu.6. C.de ſecund. nupt. & Alciat. aſſerentes eſſe peccatum contra naturam, ſed non ſodomia, & videtur ſequi Scort. in epito. 103. theor. 255. Affirmant tamen gloſ. in ca. omnes cauſationes verbo ſodomitæ 32. qu. 7. Abb. in cap. cum Archiepiſcopatu de rapt. Couar. in epitom. par. 2. cap. 7. §. 5. nu. 7. Salic. & Cyn. in l. fœdiſſimam C. de adult. Boer. deciſ. 116. Clar. in §. ſodomia num. 2. Gomez. in l. taur. 80. numer. 33. Menoch. de arbitr. caſu 286. nu. 23. & ſeq. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 12. num. 24 verſ. 3. Farinac. quæſtio. 148. num. 36. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de pœnis Clericor. §. 11. numero 8. Campanil. in diuerſ. iur. canon. rubr. 11. num. 17. Ricc. deciſio. 145. par. quarta, & reſolutio. 69. & collect. 1877. & reſolutio. 66. numero quarto par. 3. Layman in ſumma par. 3. cap. 8. §. 21. Gambarupt. de caſibus reſeruat. cap. 2. num. tertio. Homobon. in examin. eccleſ. parte prima tract. 7. cap. 28. quæſtio. 114. Nouar. Lucerna regul. verbo ſodomia num. 10.

CAP. V.

De his, quæ ſeruanda ſunt à Iudice in actu interrogationis reorum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, ante interrogationem debet reum admonere, vt ſimpliciter veritatem dicat. Non debet contra reum excandeſcere, num. 2. Nec debet cum reo familiaritatem contrahere, num. 3. Debet conſiderare qualitatem rei, & aſſignatur ratio, num. 4. Debet referre reo iuramentum de veritate dicenda, etſi nolit iurare eſt cogendus per torturam, num. 5. & 6. Interrogatus tenetur reſpondere ad mentem iudicis.*

8 *Reus examinandus, ſi petat copiam indiciorum ſibi dari, non eſt concedenda.*

9 *Reo ante interrogationem debet aperiri ſtatus ſuæ cauſæ in genere. Dantur remedia, vt poſſit ſe defendere, non data ſibi copia indiciorum, nu. 10.*

11 *Reus interrogatus, ſi petat dilationem ad reſpondendum non eſt ei concedenda. Reus, ſi interrogatus nolit Iudici reſpondere, eſt admonendus, num. 12.*

13 *Forma monendi reum à Iudice nolentem reſpondere, & ſcribenda monitio ab Actuario.*

14 *Iudex an, & quando poteſt torquere reum nolentem reſpondere.*

15 *Reus quando poteſt iuſtè non reſpondere Iudici.*

16 *Iudex an potius debet reum nolentem reſpondere, torquere, vel in contumaciam condemnare, vel aliud facere, & num. 18. Torquendo reum nolentem reſpondere, debet proteſtari, numero 17. Iudex interrogando reum nõ debet differre ſuas defenſiones, numero 19. Non poteſt interrogare reum de alio delicto, de quo non laborat infamia, num. 20. Non poteſt interrogare reum de complicibus, regulariter, n. 21. Quando poteſt interrogare reum de complicibus, debet eum interrogare tantum in genere, fallit, vt in n. 22. & 23.*

Quan-

Quando poteſt in ſpecie reum confeſſum interrogare, poteſt eum torquere ſi negat, num. 24. Pro eruenda à reo veritate poteſt illum fame, & vigilia afficere, ſed non poteſt vti ſimulationibus, & cautelis deceptorijs, num. 25. & 26. Quid poteſt facere, vt veritatem à reo extorqueat? nu. 27. Iudicis, & Actuarij exceſſus in examine per præſumptiones probari poſſunt, numero 28.

29 *Reus ſi in examine dicit mendacium in facto principali, facit contra eum indicium ad torturam. Si in examine falſum dicit, non poteſt in foro exteriori puniri, num. 30. In examine an poſſit teneri ligatus, n. 31. In quo loco debet examinari? n. 32.*

33 *Iudex debet examinare reum ſecundum qualitatem perſonæ. Quando reus eſt ſuſpectus, & malitioſus poteſt eum includere, & interrogare de rebus etiam impertinentibus, n. 34. Debet in memoria cuſtodire omnia indicia, quæ militant contra examinandum, ex quibus poſſit conſtruere interrogatoria, & reum conuincere, n. 35.*

36 *Reus ſi incipit dicere veritatem, non debet iudex dimittere examen, ſed illud continuare, & non interrumpere, etiamſi miſceat aliena.*

37 *Interrogatoria debet Iudex formare in figuris ſyllogiſmorum, & traduntur exempla.*

38 *Interrogationes debent fieri ordinatè, & primo fieri de qualitate rei, & de remotis à delicto, & in genere, & traditur exemplum.*

39 *Interrogari ſemper debet reus de cauſa delicti, de occaſione, de tempore, & loco, & ſemper à longè, & in genere, & traduntur multa exempla.*

40 *Interrogatio fieri poteſt pluribus vicibus.*

41 *Reus in ſecundo, & tertio, & ſequentibus conſtitutis, an poſſit ſe referre ad præcedentes?*

42 *Reus in ſecundo conſtituto, quomodo ſe poteſt proteſtare, & referre ad ea, quæ depoſuit in primo, & ſic de cæteris conſtitutis? Proteſtatio rei, quod ſi in ſecunda depoſitione aliter dicat, ſe remittit ad primam, an ſit admittenda? ibidem.*

43 *Iudex poteſt reum interrogare, etiam poſt concluſum in cauſa. Interrogando per ſuggeſtionem perdit animam, & proceſſus per ſuggeſtionem factus eſt nullus, num. 44.*

45 *Suggeſtio eſt duplex, aperta, & palliata, & quæ ſit declarat. & oritur ex mendacio, & promiſſione impunitatis.*

46 *Indicia debent eſſe vrgentiora, vt poſſit Iudex interrogare reum in ſpecie, in tortura.*

47 *Interrogari, vt poſſit reus in ſpecie, in tortura requiritur plus quam ſemiplena probatio.*

48 *Interrogatio de conſuetudine ſemper facienda eſt in genere, & per circuitum. Super circumſtantijs, & qualitatibus delicti, ſiue in genere, ſiue in ſpecie dicitur facta ſuggeſtiuè, n. 49.*

50 *Index ſi facta interrogatione præuenit reum in reſpõſione dicitur ſuggerere. Interrogando de complicibus debet interrogare cum proteſtatione, hic tradita, num. 51.*

52 *Confeſſio rei aut depoſitio teſtis facta per Iudicis ſuggeſtionem eſt nulla. Interrogatio, an cenſetur facta ſuggeſtiuè in dubio?*

53 *Reus etiam conuictus debet examinari,*

ri, cum clauſula, ſine præiudicio conuictorum probationem claram negās, reddit dubiam, num. 54. Interrogatus ſi mutat colorem, & alia ſigna faciat, debet Iudex mandare Actuario, vt omnia ſcribat in actis, num. 55.

56 *Forma ſcribendi ab Actuario ſigna facta à Reo in actu interrogationis.*

57 *Reſponſio indefinita intelligi debet ſecundum præcedentem interrogationem.*

58 *Confeſſio ſub promiſſione impunitatis eſt ſuggeſtiua, & quando fieri poteſt, at quando ſufficit ad reum condemnandum.*

59 *Interrogatio non debet fieri de his, quæ conſiſtunt in iure, ſed tantum ſuper facto.*

60 *Iudex non debet admittere reſponſionem rei, quod non eſt culpabilis.*

61 *Interrogare non debet Iudex reum de his, quæ ad iudicium petitorum ſpectat.*

62 *Reum negatiuum, quomodo Iudex debet interrogare? Confeſſum quomodo iudex debet interrogare? n. 63.*

64 *Examen rei quare appellatur conſtitutum.*

65 *Iudex ſecundum varietatem reſponſionum debet variare interrogationes. Quomodo debet formare interrogatoria, quando reus eſt verſatus? numero 66.*

67 *Forma interrogandi reum in primo conſtituto.*

68 *Forma ſecundi, tertij, & aliorum conſtitutorum.*

Probato ſaltim ſemiplenè delicto, ſi reus vocatus à Iudice, ſeu Prælato, vt examinetur, & conſtituatur nihil opponat de exceptionibus dilatoriis, vel declinatoriis impedientibus litis ingreſſum. Vel ſi opponat, & excipiat exceptiones, tamquam friuolę, fruſtratoriæ, & illegitimæ reijciantur, ita vt nihil obſtet, vt poſſit à iudice examinari, & interrogari: debet iudex in examine multa obſeruare: & pro

1 Prima regula debet benignè reū admonere, & ſubinde exhortari, vt plenè, ac ingenuè fateatur, & ad interrogationes reſpondeat ſecundum veritatem, ac longè caueat, ne contra ſe ipſum, vel alios falſum dicat.

2 Secunda regula, vt aduerſus ipſum reum etiam malum non excandeſcat, l. obſeruare ff. de offic. preſid. nec precibus, aut lachrymis rei moueri debet, Chartar. de interrogat. reor. lib. 2. c. 1. n. 6.

3 Tertia, vt cum reo familiaritatem non contrahat. Quia ex æquali conuerſatione naſcitur contemptus, dicta l. obſeruare gloſ. in cap. nullam poteſtatem, in verbo authoritas, 18. qu. 2.

4 Quarta regula, debet conſiderare qualitatem rei, vt dictum fuit ſupra cap. 1. num. 4. Nam aliquando, vt veritatem à reo extorqueat, oportet oſtendere ei vultum terribilem. Vt in auth. de mandat. princ. §. feſtinabis, ibi, vt terribilis ſis delinquentibus; Aliquando verò oportet vti cum eo blandis verbis, & hoc iudicio prudentis iudicis remittitur, & infra n. 33.

5 Quinta regula, debet deferre reo iuramentum de veritate dicenda, & licet hoc iuramentum ob pericu-

riculum periurii, non eſſe reo deferendum; ſcribunt Marſil. in l. penul. num. 32. ff. de quæſt. & in pract. crimin. §. poſtquam in principio, ſub nu. 4. Clar. quæſt. 45. verſ. ſed quæro. Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 21. nu. 23. Villagut. in pract. crimin. lib. 1. cap. 5. concl. 2. & alii multi; & ita ſeruatur in regno Franciæ, vt dicit Franc. Marc. dec. 674. & in Regno Cathaloniæ. Pegue. in pract. crim. cap. 12. §. 5. num. 6. De conſuetudine tamen, & communi ſtylo Italiæ imò etiam de iure eſt deferendum, vt ſupponit Clem. ſæpè de verb. ſignific. Et communis concluſio eſt, quòd iuramentum de veritate dicenda reo defertur, ita Bart. in l. inter omnes §. rectè in fine ff. de furt. l. Marcel. ff. de reor. amot. Gomez. tit. de delict. cap. 12. num. 15. Couar. var. lib. 1. cap. 2. num. 2. Clar. vbi ſupra, Sot. de ſecr. membr. 2. qu. 7. & de iuſtit. lib. 5. quæſt. 6. art. 2. Cæual. com. contr. com. quæſt. 301. num. 1. & 2. Miranda quæſt. 19. nu. 40. Peyrin. litt. R. cap. 9. nu. 12. De Lugo diſput. 40. n. 13. Pitigian. in 3. ſubſtan. cap. 2. qu. 2. Scacc. de iudic. lib. 1. ca. 86. num. 27. Chartar. lib. 3. de interrog. reor. lib. 3. cap. 3. nu. 15. Peregr. conſ. 2. nu. 153. lib. 2. Dummodo (vt nos probauimus ſupra cap. 2. n. 13. & 14.) præcedat ſemper ſemiplena probatio. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 31. num. 15. Reginald. in prax. for. pœn. lib. 24. nu. 42. Bordon. in pract. crimin. cap. 67. num. 6. Pitigian. in pract. crim. in 3. ſubſtant. cap. 3. verſ. tertio obſeru & debet iurare tactis ſanctis Dei Euangeliis propria manu, vel alia Sacra ſcriptura, vel tactis ſcripturis de conſuetudine. Scacc. dicto num. 2. Guazzin. defenſ. reor. 14. cap. 6. num. 2. & 3. Vel tacto pectore ſi eſt ſacerdos, & ſi recuſet iurare cogendus eſt per torturam. Baiard. ad Clar. qu. 45. num. 5. Caualcan. de Brach. reg. par. 3. num. 69. Guazz defenſ. reor. 20. ca. 1. n. 3.

7 Reus interrogatus cum iuramento tenetur reſpondere ad mentem iudicis iuridicè interrogantis, & æquiuocare non poteſt; & ſi curat contra hanc intentionem peccabit mortaliter. D. Thom. 2. 2. quæſt. 87. art. 7. ad 4. & ibi Caiet. Sot. lib. 8. de iuſt. quæſt. 1. artic. 7. Berti in prax. crim. tit. 19. cap. 4. n. 4. Bordon. dicto c. 67. n. 9.

8 Sexta, ſi reus prius quam examinetur, petat copiam *inquiſitionis*, & indiciorum contra eum exiſtentium, licèt de iure diei poſſit, quòd iudex debet ei eam dare. Pract. Papiens. in forma inquiſitionis in ver. bo fama publica num. 3. Nauar. in cap. inter verba concl. 6. n. 20. Salon. in 2. 2. D. Thom. tom. 1. qu. 69. art. 2. concluſ. 3. & alii citati a Dian. par. 3. tract. 5. reſol. 101. (licet non omnes Doctores ab eo citati dicant, quòd iudex tenetur ante examen copiam indiciorum reo dare, ſed tantùm, quod tenetur aperire ſtatum cauſæ,) & præcipuè. Abb. in ſua practic. cap. 152. vbi tradit reo formam petendi copiam proceſſus antequam conſtituatur. Et ſi iudex copiam negauerit, tradit etiam formam appellandi, a tali negatione actorum, & capitulorum in ſcriptis, & ſi copia fuiſſet data, tradit etiam modum ſe defendendi ante inter-

interrogationem. Et alij dicunt, vel dandam eſſe copiam proceſſus reo ante interrogationem, vel ſaltem legendas eſſe illi depoſitiones teſtium, aliter non dicitur legitimè interrogari, ita Sanchez lib. 6. conſ. cap. 3. nu. 32. Diana par. 3. tr. 5. reſolut. 91. De Lugo diſp. 40. num. 7. De ſancto Iul. cap. 6. Salzed. in pract. crimin. ca. 129. verſ. 9. Tamen conſuetudo generalis ſeruat contrarium, quòd reus examinatur, & interrogatur ante datas defenſiones, & copiam indiciorum. Et ita quotidie obſeruari teſtatur Foller. in pract. crimin. canon. fol. 165. nu. 6. practic. Corradi fol. 255. in 6. limitat. Iodoc. in pract. crimin. fol. 24. num. 18. Cagnol. in l. 2. num. 18. circa finem, Cod. de eden. Neuizan. conſil. 75. numero primo, & ſeq. Et malè faceret iudex qui aliter ſeruaret in practica, ſtante hac conſuetudine, Franch. Marc. deciſio. 692. numero quarto parte prima. Clar. quæſtio. 45. numero 8. Chartar. de interrog. reor. lib. tertio cap. 3. num. 22. Salzed. ad Diaz. in practic. crimin. canon. c. 129. litt. B. Pitigian in pract. crimin. in 3. ſubſtant. cap. 2. verſ. ſed quæritur an ſi reus, Megal. in pract. crimin. quæſt. 14 num. 15. Sanch. opuſc. par. 2. lib. 6. cap. tertio dub. 32. num. 2. Nald. verbo reus num. 2. Et inter regulas

9 res ſufficit, vt reo ante interrogationem aperiatur in genere ſtatus ſuæ cauſæ; ſcilicet, notificando ei, quod contra eum præceſſit infamia de delicto, de quo eſt interrogandus, de qua infamia conſtat in proceſſu, ſi via ſpecialis inquiſitionis eſt formatus. Et etiam, quòd ex deductis in proceſſu plenè, aut ſemiplenè, conſtat de delicto, & idem eſt, ſi via denunciationis, vel accuſationis proceſſus ſit formatus, nam ſufficit ſemiplenè conſtare de delicto; Et hoc vt ipſi reo perſpectum ſit ſe legitimè, ac iuridicè interrogari manifeſtando huiuſmodi ſemiplenam probationem. Caietan. 2. 2. quæſtio. 69. artic. 2. Miranda de ordine iudic. quæſt. 18. artic. 7. Reginal. lib. vigeſimo quarto num. 134. Filliuc. tom. 2. tractat. 40. cap. 7. num. 272. Layman lib. 3. tract. 6. cap. quinto num. 2. Diana par. 3. tract. quinto reſolut. 91. Leſs. lib. 2. cap. 31. dub. 3. num. 10. Sanch. lib. 6. moral. cap. tertio numero 24. Hurtad. in ſuis reſolut. moral. par. 2. cap. tertio §. 6. Sot. de iuſtit. lib. 5. quæſtio. 6. artic. 2. & de ſecr. memb. 2. quæſtio. ſeptima concluſio. tertia. Peguer. in practic. crimin. cap. 12. §. quinto numero vndecimo. Trullench. in decalog. lib. octauo capit. quarto dub. ſecundo, & tertio. Pitigian. in practic. crimin. in 3. ſubſtant. cap. tertio verſic. hinc ſequitur. Pat. Boner. in director. par. 2. cap. 36. verſic. Reo quoque fol. 124. Roderiqu. qq. reg. tom. ſecundo, qu. decimo nono artic. tertio. Aldret. de relig. diſcipl. tuen. li. 2. ca. quarto numero ſeptimo, vbi alios citat, non tamen ante interrogationem ſunt Reo legendæ teſtium depoſitiones ab Actuario, vt exiſtimant Sanch. Dian. De Lugo, Salzedo, & de Sancto Iuliano ſupracitati, quia eſſet ſuggeſtio, vt aduertunt Chartar. de interrogat.

 reor.

reor. lib. 2. capit. 1. num. 65. Farinac. quæſtio. 83. num. 90. Guazzin. defenſ. reor. 20. cap. 13. num. 10. circa finem. Drog. in addit. ad Clar. quæſt. 6. litt. E. Bordon. in praſt. crimin. cap. 67. num. 7. Et ideo, vt reus teneatur reſpondere ſufficit, vt ante interrogationem aperiatur in genere ſtatus ſuæ cauſæ, vt dictum eſt, indicando illi oretenus iudex, quòd ex deductis in proceſſu delictum taliter conſtat, quòd iuridicè, & iuſtè poteſt illum interrogare, vt dicit P. Bouer. loco citato, Bordon. dicto num. 7. & Diana par. 4. tract. 8. reſolut. 91. ait, quòd ſufficit aliqualiter reo conſtare de legitima interrogatione, quia in examine rei non agitur de ipſo reo condemnando; Sed tantum de veritate ſcienda ex ore proprio ipſius. Vnde ſufficit quod iudex manifeſtet illi in vniuerſali ſtatum cauſæ, vt videat, quòd tenetur obedire, quia ſuum delictum non eſt occultum, ſed deductum in iudicio, & de eo legitimè, et ſufficienter conſtat, Spatar. de modo corrigend. regul. tract. 9. cap. 10. num. 5. Peyrin. litt. R. cap. 9. num. 6. in fine. Bordon. dicto num. 8. Non obſtat, quòd defenſiones de iure naturæ ſunt reo dandæ, quia ſufficit quod dentur ante torturam, quando reus eſt torquendus, & ante diffinitiuam ſententiam, & ita ſeruat conſuetudo.

10 Nec in hoc caſu reus interrogandus, qui cogitur à iudice reſpondere, poteſt dici indefenſus, quia ſi vult habet remedium; nam proteſtari poteſt de nullitate proceſſus, & ſaluare ſibi ius opponendi contra inquiſitionem nulliter formatam non præcedente diffamatione. Vel opponendi contra accuſationem, ſi accuſator non ſe ſubſcripſit ad pœnam talionis, vel ſi indicia non eſſent ſufficientia ad ipſum interrogandum, & conſtituendum, & quatenus talis eſſet proceſſus, proteſtari de eius nullitate, videlicet; dixi, & dico nullum, & ſi qua eſt appellaui, & appello, &c. Clar. quæſt. 6. n. 2. Scacc. de iudic. quæſt. 100. num. 11. Et ſi deinde publicato proceſſu apparet de nullitate inquiſitionis, poteſt reus de ea opponere, & ſuas defenſiones facere. Scacc. ibidem.

11 Septima, ſi reus antequam reſpondeat petat dilationem ad reſpondendum, licèt concedendam illi eſſe, dicat Alex. in l. 1. in princ. num. 6. ff. de edendo. Tamen contrarium eſt verius, quia ſuper facto proprio non debet dari reo terminus ad deliberandum. Bald. in l. cum falſum num. 2. ff. de acquiren. hæred. Aug. ad Angel. de malefic. in verbo comparuerunt, & ita ſeruatur de conſuetudine, Clar. qu. 45. verſ. ſed hic quæro, & hæc eſt practica mundi, vt teſtantur Salic. in authent. offeratur n. 6. delictis conteſt. Salzed. in pract. crimin. canon. cap. 129. verſ. quinto obſeruandum eſt, Amed. de ſyndic. n. 184. Rodriq. qq regul. 19. art. 2. tom. 2. Peguer. in pract. crim. cap. 12. §. 5. n. 27.

12 Octaua, quando reus interrogatur, ſi nolit reſpondere ſuper delicto de quo interrogatur, vel ſuper qualitatibus, & circumſtantiis eſſentialibus affirmatiuè, vel negatiuè.

uè. Aut non præciſè reſpondere. Aut reſpondit obſcurè, vel per verbum non recordor, vel neſcio, quãdo interrogatur ſuper his, de quib. debet veriſimiliter recordari, poteſt iudex charitatiuè eum monere,
13 vt reſpondeat. Forma autem monendi reum, vt reſpondeat, poterit eſſe talis. Et per prædictum R.P. Abbatem monitus, vt pro veritate reſpondeat affirmatiuè, vel negatiuè, (& ſi nolit ſubditur,) & quia noluit reſpondere, R.P. Abbas, mãdauit mihi Actuario, vt ſcriberem, & notarem in actis, qualiter ipſe reus interrogatus, non vult reſpondere, prout ipſe vidi. Iterum monitus ſub pœna confeſſi criminis, vt veritatem dicat, *& ſi adhuc non reſpondit*, notatur in actis eo modo, vt ſupra, *& ſubditur. Et dicente R.P. Abbat., vt à contumacia, & obſtinatione recedat, & preciſè reſpondeat; Si perſ.nerat in obſtinatione notatur iterum in actis, hæc tertia contumacia; & ſubditur.* Et ſubiungente R.P. Abbate, vt recedat ab obſtinatione, & reſpondeat, alioquin declarabitur incurriſſe in pœnas comminatas. Et ſi adhuc nolit, notatur ab Actuario in actis hæc contumacia, & iterum ſubditur. Et licet pluries, & pluries per eundem R.P. Abbatem monitus fuerit ad præciſè, vel ad clarius reſpondendum, ſemper in ſua obſtinatione permanſit; Quo circa videns Præfatus Abbas ipſius conſtituti notoriam pertinaciam, & inobedientiam, & contemptum pœnarum comminatarum, reſeruato ſibi ſemper, & quandocumque pronunciandi prædictum conſtitutum eſſe notorium contumacem, & inobedientem, & tamquam talem in pœnam commiſſi criminis, nec non, & periurij incurriſſe, illum pro nunc interrogauit, &c.

14 Poteſt etiam iudex in delictis grauioribus, pro quibus venit imponenda pœna corporalis omiſſa pœnarum comminatione, facta tamen monitione, vt præciſè reſpondeat, eaque per Actuarium de eius mandato redacta pœnes acta, modo ſupradicto, non data copia indiciorum ex abrupto procedere ad torturam, ad finem tantum, vt præciſè reſpondeat affirmatiuè, vel negatiuè. Bald. in l. accuſationem ſub num. 11. verſic. ſuper hoc melius C. qui accuſar. non poſſ. Maranta in ſpecul. par. 6. memb. 2. nu. 29. & actu 14. num. 9. Foller. in pract. criminal. in verbo, et ſi confitebuntur 3. par. num. 4. & in verbo, & ſi compar. an cont. examin. 3. par. num. 4. in fine. Clar. quæſt. 45. verſ. ſed pone. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num 142. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 46. Baiard. in qu. 45. num. 4. Tuſc. concluſ. 329. num. 78. & ſequ. Farin. quæſt. 37. n. 136. & 191. quæſ. 39. num. 147. in fine, conſ. 23. num. 5. 6. 16. et 78. Burg. qui alios citat de
15 modo procedend. ex abrupt. quæſt. 100. nu. 136. intellige, niſi ex iuxta cauſa nolit reſpondere, puta, ſi recuſauit iudicem, vt ſuſpectum, vel incompetentem, Bart. in l. de ætate §. qui tacuit in fine de in ſer. actio. Blanch. in l. fin. 273. ff. de quæſtio. Burg. d. quæſt. 110. nu. 137. vbi ampliat etiamſi reus ſit febre oppreſſus, vel aliquo repentino morbo,

aut iuſto impedimento detentus. Guazzin. defenſ.reor.20. capit. 16. num.10. vbi alios citat. vel quia non extant legitima indicia,& non interrogatur iuridicè, aut etiam quando dubitat vtrum iudex iuridicè eum interrogat,Sayr. Clau.Reg. lib.12.ca.16.num.18. & 21. Salzed. ad Diaz.cap.129. verſic.illud verò, Thom.à Ieſu de viſit. regul. tract.3. capit.3.num.10.Leſſ.lib.2. de iuſtit. cap.31.dub.3.num.10. Et non tenetur reſpondere, niſi iudex aperiat ſtatum ſuæ cauſæ, iuxta notata ſupra num.9. Perſeuerans tamen in non reſpondendo ſine legitima cauſa, facit indicium ad torturam, ad
16 eruendam veritatem. Menoch.dicta præſumpt.89.num.142. & conſ. 240. Sed prædicta non tranſeunt ſine contradictione,nam licet aliqui dicunt, recuſantes reſpondere, vel non præcisè reſpondere, tamquam confeſſos poſſe damnari, ita Clarus quæſt.4.verſic.ſed pone, & alii Doctores, quos citant Chartar. de interrog.reor. lib.3.ca.2.num.7. & 8. Caſon.in pract. crimin.tit. de tortu. cap.3.num.2. Triuiſ. deciſ. 38. nu.1. lib.1.Scacc.dicto cap.86 nu.49.Qui præcipuè ſe fundant, quia contumax habetur pro confeſſo,arg.text. in l.de ætate §.qui tacuit, ff. de interrog. action. hanc opinionem tenet Farin.quæſt.37. nu.191. in fin. ſi præceſſerit monitio de habendo illum pro confeſſo, & ita fuiſſe obſeruatum, in cauſa ſatis graui ex Claro loco citato, & Suar. aſſerit Spatar.de modo corrigendi regulares tract.9.cap.10.num.2.

Alii tamen hoc tantum admittunt in delictis pro quibus non irrogatur pœna corporalis, & in leuibus delictis, ſecus in grauioribus, & arduis pro quibus venit imponenda pœna corporalis. In quibus caſibus pro habenda reſponſione, aut præciſa reſponſione,non poteſt vt contumax condemnari, ſed poteſt torqueri, ita poſt Scacc. dicto cap.86.num.49 & Barg.d.cap.100. nu.136 & 138 Guazz.defenſ.reor. 20.cap.17. num.1. & 6. Vbi habet, quod contumax in non reſpondendo, aut præcisè reſpondendo, non poteſt haberi pro confeſſo,ſed tantum poteſt torqueri, & non condemnari. Miranda quæſt.26. art.4. concl.5. Diana par.4. tract.6.reſo-
17 lutio.34. Et debet iudex expreſsè proteſtari,quod non torquet ad eruendam veritatem, ſed ad reſponſionem, aut præciſam reſponſionem habendam, citra præiudicium probatorum. Et non debet iudex
18 in hoc caſu interrogare reum ſuper delicto, Scacc. dicto num. quarto verſic.Et aduertat iudex, Guazzin. dicto cap.17. numero quinto. Sed aliter alii obſeruant: & tantum reum ligaminibus, ferris, & ſtrictioribus carceribus compellunt,vt reſpondeat. Regulares verò, quia non interrogant niſi præcedat ſaltem ſemiplena probatio; ſi habeat in conſtitutionibus, & inſtitutis particularibus, quòd ſi Reus non reſpondeat, vel non præcisè, aut obſcurè reſpondeat habeatur pro confeſſo: tunc poſt trinam monitionem factam, poteſt ei dari terminus ad ſe defendendum, & ſi non ſe defendit, poteſt condemnari. Sed

ſi non,

ſi non habet dictas conſtitutiones, vel inſtituta; quia ex taciturnitate inſurgit ſuſpicio vehemens contra eum, vt dicunt Brun. de indicat. & tortu. par. 2. quæſt. 8. nu. 4. Caualcan. de Brach. Reg. p. 3. nu. 64. Et eſt præſumptio contra tacentem, idem Caualcan. ex Bald. & Salic. in auth. ſi quis in fin. C. de adult. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 7. num. 54. Scacc. dicto cap. 86. num. 46. 47. & 48. Illa pertinacia in non reſpondendo, vel in non præciſè reſpondendo deſeruire poteſt pro alio indicio contra ipſum Reum, vt aduertit Guazzin. dicto cap. 17. nu. 7. Vnde melius eſt, vt non torqueatur, ſuper reſponſione, vel præciſa reſponſione. Quia iſta tortura vulneraret proceſſum ſi Reus eſſet negatiuus, & debilitaret probationem. Itaut ſi delictum eſſet tantum ſemiplenè probatum, non remaneret amplius ſemiplenè probatum. Et Regulares, qui non ſolent habere torturam adequatam, vt poſſint ſuper delicto Reum ſufficienter torquere, poſſunt extraordinariè ipſum punire. Dato prius termino ad ſe defendendum, & ſolitis defenſionibus; maximè, quia illa pertinacia in non reſpondo, auget aliud indicium ſupra ſemiplenam probationem.

19 Nona, Iudex interrogando Reum non poteſt, nec debet ab eo auferre ſuas defenſiones, puta ſi reus confiteatur aliquem percuſſiſſe, aut vulneraſſe, non debet eum interrogare, an ille ex tali percuſſione, aut vulnere deceſſerit. Neque ab eo extorquere huiuſmodi confeſſionem. Quia Curia ſatis habet intentionem fundatam, ex quo ille percuſſus, ſeu vulneratus mortuus eſt, & hoc iudici ſufficere debet, abſque eo, quod velit per huiuſmodi confeſſionem tollere Reo facultatem probandi, quòd non deceſſerit ex vulnere, vel percuſſione, & per conſequens tollere defenſionem, Alexand. conſil. 115. Signorol. conſil. 115. per totum, maximè in fi. conſil. 163. num. 5. vbi, ait, quòd hoc interrogare eſt diabolicum, Et ſequitur Peguer. in pract. crim. cap. 12. §. 5. nu. 15. fol. 18. Tuſc. litt. C. concluſ. 676. nu. 13. 14. & 15. Vbi quod talis confeſſio non nocet confitenti.

20 Decima regula, non debet iudex interrogare reum de alio delicto de quo non laborat alia ſemiplena probatio, vel indicia, vel infamia, putà, Titius conuictus, vel ſemiconuictus de adulterio, non poteſt interrogari de furto, de quo non præcedit infamia, vel indicium, vel ſemiplena probatio. Quicquid dicat Paludan. in 4. diſtinct. 19. quæſtio. 4. Exiſtimans, infamatum de vno delicto, quia iam famam amiſit, poſſe interrogari de alio delicto, nam contrarium eſt verius, quia quoad aliud delictum de quo non eſt infamatus retinet famam & iura non ſolum infamiam delinquentis, ſed etiam delicti requirunt, cap. cum oportet, & cap. inquiſitionis de accuſat. Caietan. 2. 2. quæſtio. 69. art. 2. Sot. de iuſtit. lib. quinto quæſtio. 6. artic. ſecundo, & de ſecr. memb. 2. q. 6. concluſ. 5. Clar. q. 64. verſ. ſucceſſiuè quæro. Meno-

Menoch. de arbit. caſu 532. num. 4. Et hoc procedit etiam quoad delicta eiuſdem ſpeciei, & licet ſi ſemel malus præſumatur malus in eodem genere mali, tamen non poteſt interrogari, nec inquiri de criminibus eiuſdem ſpeciei, ſine indiciis illius criminis, Nauar. rub. de indic. num. 62. vnde conuictus ſufficienter, & interrogatus, & etiam confeſſus adulterium cum vna, non poteſt ſine indiciis interrogari, an etiam idem crimen commiſit cum alia, niſi ex circumſtantiis vnum crimen eſſet indicium alterius. Pet. Nau. de reſt. lib. 2. cap. 4. num. 170. Vel niſi aliud crimen etiam alterius ſpeciei eſſet annexum principali crimini, prout ſi quis eſſet conuictus de homicidio, & cadauer eſſet inuentum ex poliatum, interrogari poſſet de ſpoliatione: vel ſi quis eſſet conuictus de adulterio, & conſuetudine cum aliqua muliere, & maritus adulteræ inueniretur necatus in cubiculo ſuo, tunc adulter interrogari poteſt de homicidio, Nauar. vbi ſup. num. 64. & verſ. dicto lib. 5. de iuſt. quæſt. 6. artic. 2. verſ attamen duobus modis, vbi idem dicit, quando vnum crimen eſt circumſtantia alterius; prout ſi quis eſſet conuictus de conſuetudine cum aliqua puella, interrogari poteſt an illam defloraueric; Vel niſi in actis conſtaret reum eſſe hominem malæ famæ, & diffamatum de aliis delictis, puta ſi eſſet inſignis latro, graſſator viarũ, aut alias magnus facinoroſus; tũc poterit interrogari ẽt de delictis de quibus in actis non eſt aliter indiciatus. Brun. de indic. par. 2. quæſt. 5. num. 66. Farin. quæſt. 37. num. 167. & 171. & quæſt. 43. n. 45. Vnde famoſus latro, qui confeſſus eſt aliquod furtum, poteſt interrogari de aliis furtis, ideſt an commiſerit plura alia furta. Berti in pract. crim. tit. 19. cap. 4. num. 5. Et poteſt ſuper aliis furtis torqueri. Farinac. dicto num. 45. vbi alios citat. Fachin. controu. iur. lib. 9. cap. 92. & nos infra par. 6. cap. 3. Imò nullis præcedentib. indiciis torqueri poteſt fur inſignis, ita poſt Marſil. nu. 21. & 22. de quæſt. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 84. n 8.

21 Vndecima regula, regulariter non poteſt iudex interrogare de complicibus illum, qui proprium crimen faſſus eſt, de qua re ſermonem fecimus ſupra cap. 3. a nu. 61. vſque ad 77. Sed in Religionibus poteſt iudex interrogare reum de complicibus in ſubornationibus factis in electionibus, in dogmatizationibus aduerſus ſtatuta, & bonos mores, Bouer. dicto cap. 3. §. verſic. ſecundus caſus. Et quoties iudex po-
22 teſt reum de conſociis interrogare, tantum in genere poteſt illum interrogare; videlicet quis fuit tecũ, quando delictum perpetraſti, vel qualiter potuiſti hoc facere ſine auxilio; vel qualiter fuiſti auſus talia facere; vel de cuius mandato, vel quo procurante hoc feciſti; vel quantũ pro hoc faciendo habuiſti, vel debebas habere, & a quo; vel impoſſibile eſt, quod tu ſolus potueris talia facere; vel intelleximus, quòd multi eratis; vel quis fuit ille, qui primo accepit; quia multi eratis, vt dicitur; Dic ergo, qui erant te-

tecum, & qualiter fuit factum, & cum quibus: & ſic ſemper generaliter debet iudex extorquere veritatem, quando non eſt ſpecialis præſumptio contra aliquem; Et hunc modum interrogandi generaliter, tradit Beluiſ. in pract. crimin. tit. de quæſt. num. 50. verſ. ſextus eſt; & ſequitur Chartar. de interrogat. reor. lib. 2. cap. 1. nu. 70. Et ſi reus reſpondet, quod fuerunt aliqui, iudex poteſt, & debet interrogare, quod manifeſtet, & nominet illos in ſpecie. Farinac. vbi ſupra num. 133.

23 Si verò adſit ſpecialis, & legitima præſumptio, quod certa perſona interuenerit, vel aliquod eſſet indicium contra certos ſocios, & complices in ſpecie de delicto, de quo principaliter quæritur, vel de aliis delictis, poteſt iudex de his etiam in ſpecie interrogare. Salycet. Boſſ. Blanch. & Clar. citati a Chartar. dicto lib. 2. cap. 1. n. 71. Et poteſt etiam torqueri, & ad hoc ſufficiunt leuia indicia. Boſſ. tit. de indic. & conſid. ante tort. num. 136. & ſeqq. Carrer. in l. obſeruare n. 198. Caualcan. de Brach. Reg. par. 3. num. 39.

24 Et quando reus poteſt de conſociis interrogari, ſi neget, poteſt à iudice torqueri, ſi adeſt aliqua præſumptio ſcientiæ. Peguer. deciſ. 5. num. 29. Farin. q. 43. n. 131.

25 Duodecimò, poteſt iudex pro erunda veritate reos fame, & vigilia afficere. Chart. dicto lib. 2. ca. 31.

26 num. 37. Non poteſt tamen vti ſimulationibus, & cautelis deceptoriis, & in malum finem directis; nam non poteſt reo inferre timorem, fingendo ſe illum condemnaturum grauiori pœna, quam meretur ſi non fateatur delictum, vel fingere delictum plenè probatum, quando ita non eſt, nec debet mittere in carcerem exploratores viles, qui mendaciis, & fallaciis ſuadeant carcerato, vt fateatur deli-

27 ctum de quo imputatur; Poteſt tamen vti cautelis licitis, & honeſtis, & ſimulare, & fingere ſe velle facere id, quod re vera non intendit; Quia debet omnem diligentiam, & ſolertiam adhibere ad inueſtigandam veritatem, maximè in delictis valdè occultis, & difficilis probationis, prout fecit Salomon ad inueſtigandam veritatem de filiatione vera à diuerſis matribus petiti infantis, qui gladium afferri iuſſit fingens velle diuidere puerum, & ſic veritatem inueſtigauit, vt refertur in cap. afferte de præſumpt. Poteſt etiam iudex reo innuere, quòd iam ſcit eius factum, & eſt informatus, & taliter ita loqui, vt reus quaſi credat omnia iam ſcire iudicem, ſed non debet dicere mendacium, quod omnia ſcit, & eſt de delicto informatus, quando hoc non eſt verum. Scilicet dicere, quod ſcit eius factum, ſi neſciret, & ideo poteſt tantum innuere, quod ſcit eius factum, cum tali moderatione, quod non deſcendat ad ſpeciem, dicendo, ſe ſcire tale negotium, ne reus cognoſcat, quod iudex ignorat, ſed debet ſtare in genere, dicendo, bene ſcitur vbi fuiſti, cum quo, & quo tempore, & quid feciſti, & dixiſti; & tangat vnum certum, quod ſcit certè ita eſſe; ita ex Emerico aduertit Charta. d. lib. 2.

c. 1.

cap.1.à num.77. & ſeqq. Nec debet iudex pro reperienda veritate cœnare cum reo, vt poſt cœnam deueniat ad colloquia pro habenda confeſſione delicti. Baiard. quæſt. 55.num.10. Poteſt tamen cum reo blandis verbis amicabiliter, & benignè tractare, & alia facere, quæ cum dulcedine ipſum ad confitendum veritatem promoueant. Farinac.quæſt.81.num.306. vbi ponit exempla. Poteſt etiam ad carceratum intromittere hominem probum, vt ſine mendacio aliquo ſuadeat illum ad veritatem dicendam, dicendo etiam illi, quod iudex eſt homo miſericors, cui ſi veritatem fatebitur, erit mediator ad miſericordiam obtinendam: Poteſt etiam intromittere ad carceratum vnum de complicibus iam confeſſum, ad effectum, vt illi veritatem dicere ſuadeat, imo ponere teſtes abſconditos, vbi eorum ſermones audire poſſent, vt poſtea ſuper colloquiis, & ſermonib.factis contra carceratum examinari poſſint; dummodo tamen ſocius intruſus, vel alius non dicat reo aliquod mendacium, ita Farinac. cum Pegna, & Eymeric. vbi ſupra num.307. Guazz. defenſ. reor.20.cap.12.num.6.circa finem, qui aduertunt in hoc caſu iudicem, vt faciat per notarium apparere in ſcriptis has licitas, et honeſtas ſimulationes factas ad effectũ eruendi veritatem; alias præſumeretur

28 contra iudicem. Et Iudicis, ac Actuarii exceſſus in examine, per præſumptiones, & coniecturas probari poſſunt, Guazzin. defenſ.reor. 20.cap.14.nu.3. vbi quod per vnum teſtem plenè probantur, ex Boſſ. conſ.201.n.5.vol.2.

29 Tertiadecima, ſi reus in examine dicat mendacium, de quo per teſtes conuincitur, facit contra eum indicium ſufficiens ad torturam. Clar.quæſt.45. num.10. & qu. 21.verſ.mendacium, Charta.de interrog.reor.lib.3.cap.3. n.17. quando mendacium dicit ſuper facto principali, in caſibus, in quibus poteſt inferri tortura, Granut. theo-
30 rem.3. num.7. Si tamen falſum dicat, in foro contentioſo de periuro puniri non poteſt, ſed ſolum Deum habet vltorem, l.2. C.de reb. credit Alex.in apoſtil.ad Bart.in l.1, nu.1. ff.de bon.eorum, qui ante ſentent. Boſſ.de periur.nu.3. Clar. vbi ſupra num. 9. Guazzin. defenſ. 20. cap.3. Peyrin.litt.R.cap.9.nu.12.Chartar. dicto cap.3.num.16.Granut.dicta theorem.3.num.3. Quod ampliatur procedere etiam in Reo, qui examinatur vti principalis in ſe, & vti teſtis in alios, Carauit. ſuper Ritu Magn.Cur.Neapol.70. in fine. Bertaz.conſ.124.num.1.& 2. volu.1. & ibi additio, & conſ.323.nu.2.vol.2. Granut.dicto theorem. 3. num.11. Baiard.quæſt.45.num.8. Chartar.d. nu.16. Limitatur tamen ſecundum aliquos, vt procedat tantum, quando crimen eſt tale, ex quo venit imponenda pœna ſanguinis, l. tranſigere, & ibi gl.& Bald. C.de tranſac. Paul. Ghirland. de relax. carcerat. verſ. quæro num.9. rubr. de fuga incarcerat. Baiard. dicta quæſt.45. num.6. Limitatur ſecundò, quando reus nedum in primo proceſſu periurus fuit, verum etiam in ſecundo; nam

nam ratione iſtius geminationis extra ordinem puniri debet. Maiol. tracta. de irregular. libro quinto numero tertio verſic. præterea. Granut. dicto theorem. 3. numero 13.

31 Decima quarta, ſi Reus eſt in carcere debet excarcerari, & dum examinatur non debet detineri manicis ferreis, ſed ſolutus. Afflict. in conſtit. humanitate nobis num. decimo lib. ſecundo. Foller. in practic. crimin. in verbo fiat conteſtatio litis num. 1. & 3. Spatar. de modo corrig. regul. tract. 9. cap. 15. num. 15. Hieronym. Roder. reſol. 44. num. 14. Anto. Nig. ſuper cap. Regn. Neapolit. 143. num. 16. Pat. Bouer. in director. par. 2. cap. 35. verſic. delicto igitur. De conſuetudine tamen examinari poteſt ligatus, ſi qualitas delicti, & perſona ita ſuadeat. Scacc. de iudic. lib. primo cap. 86. numero 66. vbi, quod ita ſæpè obſeruauit, monitus de miſerando exemplo illius iudicis, qui (vt refert Franch. Caſon. in controuerſ. crimin. articul. 195. ex Paris de Put.) rogatus ab accuſato, vt aurem porrigeret, quia habet quædam in ſecreto ei dicere, fuit ab eo gladio iugulatus, refert etiam Guazzin. defenſ. reor. 20. cap. 5. n. 1.

32 Vbi quod debet etiam examinari in loco, vel camera, à qua per feneſtras Reus ſe proiicere non valeat; & refert, quòd in foro capitulino quidam ſe proiecit è feneſtra cameræ, in qua examinabatur, & num. ſecundo. Aſſerit, quod eſt conſideranda qualitas rei, nam grauis perſona, & qui in dignitate eſt conſtitutus eum decenti honore examinandus eſt, Chartar. de interrogat. reor. lib. ſecundo cap. 3. in princip. Scacc. dicto cap. 86. num. 19.

33 Debet etiam conſiderare iudex an perſona, quæ examinatur ſit docta; nam tunc diligenter eſt examinanda, & ex locis etiam topicis, & ſyllogiſmis, & argumentis ex proceſſu ſumptis interrogationis armamentum ſumere debet; & ſi eſt perſona ſimplex, vel ruſtica ſufficit ſimplex interrogatio cum ratione quadam ex na-

34 tura deſumpta; & ſi eſt perſona ſuſpecta, malitioſa, aut pertinax, debet iudex vti pluribus verbis, & interrogationibus, & diligentius, quàm alios eam examinare; & licèt eam ipſam capere, inuoluere, intercipere, & interrogare etiam de circumſtantiis ad actum de quo quæritur non pertinentibus; nempè an ſtarent, vel ſederent, ſi tempus erat tempore delicti nubiloſum, vel clarum, & ſerenum, de qualitate veſtium, & de ſimilibus, ſecundum facti contingentiam, & Rei ſuſpicionem. Specul. tit. de teſtib. §. iam de interrogatoriis, verſic. & nota. Bald. in l. final. in fin. Cod. de teſtib. Alexand. conſ. 153. colum. 3. in fin. & conſil. ſeq. num. 7. volum. 5. Charta. de interrog. reor. lib. 2. c. 3. num. 5. Et licet iudex interrogando, & veritatem exquirendo vultum debeat oſtendere terribilem, vt territi veritatem agnoſcant. Auth. de mandat. princip. §. talem.

Tamen poſtquam iudex veritatem eruerit, in iudicando cum aliquo benignitatis temperamento procedere debet, l. reſpiciendum. ff. de pœnis. Charta. vbi ſup. num. 8. & 9.

35 Debet etiam iudex in memoria cuſtodire omnia indicia, quæ militant contra Reum examinandum, ex quibus præſumptionibus, & circumſtantiis, veluti ex certis, & propriis locis debet conſtruere interrogatoria, & ſunt media, & loca ad interrogandum, & quaſi argumentandum, & conuincendum Reum; qui ſi fatetur delictum, aut

36 incipit dicere veritatem non debet dimittere examen, nec interrumpere, ſed illud continuare quouſq; dixerit veritatem ſaltem quoad principalia, nam quandoque Reus ex ſeipſo iudicem ducit ad viam indagandæ veritatis; & ideo non debet interrumpere ſuam confeſſionem, & ſi aliquid deeſſe cognouerit, ſuis interrogationibus poſtea extorquere poterit. Et ſi Reus in confeſſione miſceat aliena, nec eſt interrumpendus, ſed omnia in actis ſcribenda ſunt, vt ex eis ſumat iudex occaſionem ad eruendam integram veritatem. Charta. dicto lib. 2. cap. 1. num. 73. 74. Nec curet prorogare prandium, vel cœnam ne poſtea Reus pœniteat, & nihil dicat. Et ſi reus interrogatione facta neget id de quo eſt interrogatus, debet iudex aliquo argumento ab eo extorquere veritatem.

37 Formando interrogatoria in figuris ſyllogiſmorum, nam ſi agitur de vulnere, poteſt iudex vti hoc argumento; ſi vnus contrahit inimicitiam cum alio, & iſte eſſet vulneratus indicium eſt, quod vulneratus ab inimico fuit, non autem ab amico, tu eras inimicus cum vulnerato, ergo indicium eſt contra te, & hoc indicium contra te probatur etiam per teſtes. Vel ſic, tu eras inimicus cum vulnerato, & ea nocte qua ille fuit vulneratus fuiſti viſus in loco, vbi fuit vulneratus, ergo negare non potes, quòd tu fuiſti. Si agitur de ſollicitatione ad turpia poterit formare argumentum, hoc modo; tu eras familiaris, & amicus Bertæ; tu cum ea loquutus fuiſti tanto tempore in loco ſecreto, vt dicunt teſtes, &c. ergo, &c. Et ſic faciendo de omnibus aliis argumentis, & indiciis interrogando de omnib. ſingillatim vnum poſt aliud. Nec ſatis eſt congerere contra Reum indicia, coniecturas, & præſumptiones, & interrogare de qualitate rei, & criminis, niſi etiam interroget ordinatè, interrogando primo de qualitate rei, & de remotis a delicto, pro quolibet

38 indicio, quod militat aduerſus ipſum Reum. Poſtea de cauſa, & occaſione delicti, nempe de inimicitia cum aliquo, de cauſa inimicitiæ, de tempore inimicitiæ, de reconciliatione, de minis, &c. Et de aliis indiciis, prout conſtant in proceſſu; &c. poſtea de loco, & tempore, nempe vbi erat tali die, & hora, ſcilicet quando fuit commiſſum delictum, (non nominando ipſum delictum,) & vbi erat ante illud tempus, & poſtea: Et ſic ſemper debet interrogari prius a remotis,

& in

& in genere, quia ſi prius interrogaretur a circumſtantiis proximis, vel ſuper delicto, de facili inueniet reſponſiones, & interrogatoria redderētur debiliora. Et ideo, ſi iudex vult interrogare Reum ſuper qualitate perſonæ Rei, non debet interrogare an ſit malæ conditionis, & famæ, (quia ſine dubio reſponderet negatiuè) ſed an vnquam fuerit inquiſitus, vel denunciatus de aliquo delicto: ſi aliàs fuerit carceratus; à quo iudice; quo tempore; in quo loco; ex qua cauſa, & occaſione; quomodo poſtea fuerit excarceratus; an fuerit condemnatus, vel liberatus: Si fuerit condemnatus, quam pœnam paſſus fuerit, an ſemel, vel pluries fuerit proſequutus; & carceratus; an ſemper fuerit condemnatus, & qua pœna, &c. Ex quibus interrogationibus colligitur an ſit malæ, vel bonæ famæ.

Item, ſi vult interrogare ſuper indicio minarum hoc modo poteſt ordinare interrogationem, videlicet; an cognouerit Sempronium, &c. à quo tempore; quæ fuit cauſa cognitionis, an cum illo vnquam habuerit verba contentioſa, quade cauſa, quo tempore, quo loco, quibus præſentibus; an fuit ab eo iniuriatus, quibus verbis iniurioſis; an ægrè tulerit dictas iniurias; an cum aliquibus loquutus fuerit de dicta iniuria ipſi allata; cum quibus, quot vicibus, quibus locis, qua occaſione; quid ipſe dixerit, quando cum aliis de dictis iniuriis loquutus fuerit; an contra illum minatus fuerit, quibus minis.

Item, ſi vult interrogare de tempore commiſſi delicti, ſimiliter non debet interrogare directè; Sed in quo loco fuerit per dies aut horas, ante commiſſum delictum, videlicet, ſi delictum fuit commiſſum die dominico, incipiat interrogare de die iouis antecedente, & quid fecerit eo die a mane vſq. ad ſerum; ſi de loco, ſeu Monaſterio exierit, & cum quo, qua occaſione; quò ierit, & ſimiliter ita interroget de die Veneris, Sabbati, & ſucceſſiuè vſq; ad tempus commiſſi delicti, & quod dictum eſt de die, ita pari modo interrogari debet de hora; nam ſi delictum fuit commiſſum hora nona, incipere debet interrogationem ab hora tertia: Idem etiam dicendum eſt, ſi de loco commiſſi delicti, eſſet interrogandus, nam ſi eſt interrogādus de delicto commiſſo, nempe in Sacriſtia, interrogari debet quid ipſe fecerit, & in quo, ſeu quibus locis fuerit die Mercurii, & poſtea de loco in quo fuerit die Martis, & ſic ſucceſſiuè vſque ad locum commiſſi delicti, & ſi fatebitur Curia habet intentum, ſi verò negauerit, & mendacium dixerit de dictis locis, indicio mendacii remanet grauatus, & ita ſimiliter facienda eſt interrogatio ſingillatim, ſuper omnibus aliis indiciis, quæ militant contra Reum, & vna interrogatio ex altera eſt deducenda, vt etiam reſponſio rei in vno, ex altero recta ſit deductio. Chartar. de interrog. reor. lib. 3. ca. 1. num. 77. Et examinare debent omnes illi quos Reus nominauerit, qui ſi aliter dicunt de mendacio illum conuincunt,

cunt, Carta. vbi ſup.n.75.verſ.& de mendacio. Reo quærenti diſputare de aliquo articulo cum iudice, non debet audiri, ſed debet compelli ad reſpondendum ad interrogationem ſine aliqua contentione.

40 Quintadecima; Iudex poteſt Reũ examinare pluribus vicibus ſuo arbitrio. Foller. in praxi crimin. in verbo, & ſi comparent ante cont. examin. num.4. Clar. quæſtio. 45. verſic. ſcias autem, vbi, quòd licet de iure videatur, quod ſemel tantum poſſit interrogari; De conſuetudine hodie ſeruatur contrarium, quod Reus pluribus vicibus interrogetur, & examinetur arbitrio iudicis; & hoc in praxi nullam habet difficultatem, teſtantur Clar. vbi ſup. Charta. de interrogat. reor. lib.1.cap.ſecundo num. 13. Scacc. de iudic. lib.1. capit. 86. num.64. Guazzin. defenſ. reor. 20. cap.decimo. Et poſſunt multiplicari interrogatoria, etiam circa eoſdem articulos, vt varium depræhendere poſſit. Charta. vbi ſup. lib.3. cap.1. num.14. Quod maximè procedit quando iudex vellet Reum capere in ſermone, vel verbis, & veritas aliundè haberi non poſſit; ſed controuerſia eſt, an

41 Reus in ſecundo, & tertio, & ſequentibus conſtitutis poſſit ſe referre ad ea, quæ dixit in aliis præcedentibus examinibus? Nonnulli dicunt, quod poteſt cogi ad reſpondendum per extenſum. Ita loquentes de teſte, dicunt Bald. in leg. final. in fine Cod. de teſtibus. Simanch. de Catholic. inſtitut. tit.64. num. vigeſimo quarto ad ditio. in practic. Papienſ. in forma opponendi contra teſt. poſt public. in glos. ſed alii dicunt, hoc eſſe poſitum in arbitrio iudicis, an velit talem reſponſionem relatiuam admittere, vel non. Bartol. in leg. eos num. ſexto ff. ad l. Corn. de falſ. Soccin. conſil.96. num. 1. lib. 3. Felin. in cap. cum in tua num.1. de teſtibus. Foller. in pract. crimin. in verbo capiat informationes ſub num.quinto. Menoch. de arbit. caſu 109. num. 3. Miſing. cent.3. obſeruatio. 64. Charta. de interrogatio. reor. lib. 3. cap. ſecundo a num. 83. Scacc. cum aliis ab eo citatis dicto cap. 86. numero 47. Alii dicunt, quod ſi iudex nolit admittere hanc reſponſionem, & Reus ſibi prius legi depoſitionem factam in alio examine petat, tenetur eam legere, ita Bartol. vbi ſupra numero ſexto, & ſeptimo. Felin. in dicto cap. cum tua num. 1. Boer. decis. 108. num.nono. Foller. vbi ſupra num.51. Amic. conſil. decimo nono. Boſſ. tit. de reſp. à Reo facienda num.3. & tit. de tortura num.quarto. Sed quod hoc etiam reſidet in arbitrio iudicis. Menoch. vbi ſup. num. 12. Charta. dicto cap. 2. num.86. Scacc. dicto cap. 86. num.48. Præſertim in Reo ſuſpecto, qui ſi interrogetur de re recenti, & ab eo aliquo corporis ſenſu percepta, ſecus ſi non interrogetur de formalitate verborum, & non recenter auditorum, ita Scac. vbi ſup.

42 Sed inſurgit alia difficultas; an lecta prima depoſitione, vel ſibi de-

denegata, poſſit antequam reſpondeat præmittere hanc proteſtationem? Dico, vt nunc mihi videtur, quòd ſi conſtabit, me iam aliter dixiſſe, meam hanc reſponſionem, & depoſitionem ad illam primam refero, cum tunc melius recordarer? Hanc proteſtationem eſſe admittendam videntur concludere, Felin. vbi ſup. Boſſ. tit. de tort. teſtium num. 34. Et de oppoſitione contra teſtes num. 8. Gayl. obſeru. 104. lib. 1. Caualcan. de Brach. reg. par. 3. num. quinto in fine, Charta. de interrogat. reor. lib. 3. c. 2. num. 8. Dicit, quòd ex iuſta cauſa poteſt iudex hanc proteſtationem reiicere. Sed Scacc. dicto cap. 86. num. 48. verſ. ad ſecundum tenet, remittendum eſſe arbitrio iudicis, huiuſmodi proteſtationem admittere, vel non admittere, ſi quidem talis proteſtatio videtur contraria facto, quando ſecunda depoſitio aduerſaretur primæ depoſitioni, & ſuſpicionem, quæ ob contrarietatem contra eum laboraret, minimè tolleret. Guazzin. verò defenſ. reor. 20. cap. 10. in fine cenſet, proteſtationem omnino eſſe admittendam, & eam iudex redigi faciat in ſcriptis per Notarium, de qua deinde conſiderationem habebit, quæ de iure erit habenda, conſiderando, an agatur de facto recenti, vel antiquo. Ego vero exiſtimo, quod ſi non agatur de facto recenti, iudex poteſt eam admittere cum hac proteſtatione, quatenus ſecunda depoſitio nullo modo ſit contraria facto, & primæ depoſitioni. Sed an iudex poſſit Reum interrogare etiam poſt concluſum in cauſa? Affirmatiuè reſpondent Alex. conſ. 77. num. 9. lib. 1. Charta. vbi ſup. lib. 1. c. 2. n. 14. in fine.

43 Sexta decima, non debet iudex interrogare Reum per ſuggeſtionem, quia eſt prohibita in quocumque examine etiam ſine tortura facienda, Boſſ. tit. de exam. reor. ſub tit. 12. Chart. de interrog. reor. lib.
44 2. cap. 1. n. 54. Farin. q. 83. n. 84. conſ. 22. num. 20. in fin. & conſ. 83. num. 6. in fin. Et iudex interrogando per ſuggeſtionem propriam animam perderet, & proceſſum. Et facit ad hoc tex. in l. 1. §. qui quæſtionem ff. de quæſtion. Nam proceſſus per ſuggeſtionem factus, non præcedentibus legitimis indiciis eſt ipſo iure nullus. Clar. quæſt. 21. verſic. Retenta igitur, circa finem, Chartar de interrog. reor. lib. 4. cap. 1. num. 95.

45 Suggeſtio autem eſt duplex, aperta, & palliata; aperta eſt, quando iudex interrogaret Reum in ſpecie, videlicet, an vulnerauerit, vel occiderit Seium; an fecerit talem fornicationem, vel falſitatem; vel aliud ſimile; an Caius occiderit Sempronium eſſe tali die, in tali loco. Nam debet interrogari in genere, an ſciat quis tale delictum fecerit, &c. Palliata ſuggeſtio dicitur, quando nullo modo apparet de qua re fuerit interrogatus, vt puta, quia ſcriptum ſit; ad opportunas Domini interrogationes, vel opportunè interrogatus, reſpondit Chartar. dicto numero 54. Farinac. quæſtio. 83. num. 92.

Sed

aut iuſto impedimento detentus. Guazzin. defenſ. reor. 20. capit. 16. num. 10. vbi alios citat. vel quia non extant legitima indicia, & non interrogatur iuridicè, aut etiam quando dubitat vtrum iudex iuridicè eum interrogat, Sayr. Clau. Reg. lib. 12. ca. 16. num. 18. & 21. Salzed. ad Diaz. cap. 129. verſic. illud verò, Thom. à Ieſu de viſit. regul. tract. 3. capit. 3. num. 10. Leſſ. lib. 2. de iuſtit. cap. 31. dub. 3. num. 10. Et non tenetur reſpondere, niſi iudex aperiat ſtatum ſuæ cauſæ, iuxta notata ſupra num. 9. Perſeuerans tamen in non reſpondendo ſine legitima cauſa, facit indicium ad torturam, ad
16 eruendam veritatem. Menoch. dicta præſumpt. 89. num. 142. & conſ. 240. Sed prædicta non tranſeunt ſine contradictione, nam licet aliqui dicunt, recuſantes reſpondere, vel non præcisè reſpondere, tamquam confeſſos poſſe damnari, ita Clarus quæſt. 4. verſic. ſed pone, & alii Doctores, quos citant Chartar. de interrog. reor. lib. 3. ca. 2. num. 7. & 8. Caſon. in pract. crimin. tit. de tortu. cap. 3. num. 2. Triuiſ. deciſ. 38. nu. 1. lib. 1. Scacc. dicto cap. 86 nu. 49. Qui præcipuè ſe fundant, quia contumax habetur pro confeſſo, arg. text. in l. de ætate §. qui tacuit, ff. de interrog. action. hanc opinionem tenet Farin. quæſt. 37. nu. 191. in fin. ſi præceſſerit monitio de habendo illum pro confeſſo, & ita fuiſſe obſeruatum, in cauſa ſatis graui ex Claro loco citato, & Suar. aſſerit Spatar. de modo corrigendi regulares tract. 9. cap. 10. num. 2.

Alii tamen hoc tantum admittunt in delictis pro quibus non irrogatur pœna corporalis, & in leuibus delictis, ſecus in grauioribus, & arduis pro quibus venit imponenda pœna corporalis. In quibus caſibus pro habenda reſponſione, aut præciſa reſponſione, non poteſt vt contumax condemnari, ſed poteſt torqueri, ita poſt Scacc. dicto cap. 86. num. 49 & Barg. d. cap. 100. nu. 136. & 138 Guazz. defenſ. reor. 20. cap. 17. num. 1. & 6. Vbi habet, quod contumax in non reſpondendo, aut præcisè reſpondendo, non poteſt haberi pro confeſſo, ſed tantum poteſt torqueri, & non condemnari. Miranda quæſt. 26. art. 4. concl. 5. Diana par. 4. tract. 6. reſo-
17 lutio. 34. Et debet iudex expreſsè proteſtari, quod non torquet ad eruendam veritatem, ſed ad reſponſionem, aut præciſam reſponſionem habendam, citra præiudicium probatorum. Et non debet iudex
18 in hoc caſu interrogare reum ſuper delicto, Scacc. dicto num. quarto verſic. Et aduertat iudex, Guazzin. dicto cap. 17. numero quinto. Sed aliter alii obſeruant: & tantum reum ligaminibus, ferris, & ſtrictioribus carceribus compellunt, vt reſpondeat. Regulares verò, quia non interrogant niſi præcedat ſaltem ſemiplena probatio; ſi habeat in conſtitutionibus, & inſtitutis particularibus, quòd ſi Reus non reſpondeat, vel non præcisè, aut obſcurè reſpondeat habeatur pro confeſſo: tunc poſt trinam monitionem factam, poteſt ei dari terminus ad ſe defendendum, & ſi non ſe defendit, poteſt condemnari. Sed

ſi non

ſi non habet dictas conſtitutiones, vel inſtituta; quia ex taciturnitate inſurgit ſuſpicio vehemens contra eum, vt dicunt Brun. de indicat. & tortu. par. 2. quæſt. 8. nu. 4. Caualcan. de Brach. Reg. p. 3. nu. 64. Et eſt præſumptio contra tacentem, idem Caualcan. ex Bald. & Salic. in auth. ſi quis in fin. C. de adult. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 7. num. 54. Scacc. dicto cap. 86. num. 46. 47. & 48. Illa pertinacia in non reſpondendo, vel in non præciſè reſpondendo deſeruire poteſt pro alio indicio contra ipſum Reum, vt aduertit Guazzin. dicto cap. 17. nu. 7. Vnde melius eſt, vt non torqueatur, ſuper reſponſione, vel præciſa reſponſione. Quia iſta tortura vulneraret proceſſum ſi Reus eſſet negatiuus, & debilitaret probationem. Itaut ſi delictum eſſet tantum ſemiplenè probatum, non remaneret amplius ſemiplenè probatum. Et Regulares, qui non ſolent habere torturam adequatam, vt poſſint ſuper delicto Reum ſufficienter torquere, poſſunt extraordinariè ipſum punire. Dato prius termino ad ſe defendendum, & ſolitis defenſionibus; maximè, quia illa pertinacia in non reſpondo, auget aliud indicium ſupra ſemiplenam probationem.

19 Nona, Iudex interrogando Reum non poteſt, nec debet ab eo auferre ſuas defenſiones, puta ſi reus confiteatur aliquem percuſſiſſe, aut vulneraſſe, non debet eum interrogare, an ille ex tali percuſſione, aut vulnere deceſſerit. Neque ab eo extorquere huiuſmodi confeſſionem. Quia Curia ſatis habet intentionem fundatam, ex quo ille percuſſus, ſeu vulneratus mortuus eſt, & hoc iudici ſufficere debet, abſque eo, quod velit per huiuſmodi confeſſionem tollere Reo facultatem probandi, quòd non deceſſerit ex vulnere, vel percuſſione, & per conſequens tollere defenſionem, Alexand. conſil. 115. Signorol. conſil. 115. per totum, maximè in fin. conſil. 163. num. 5. vbi, ait, quòd hoc interrogare eſt diabolicum, Et ſequitur Peguer. in pract. crim. cap. 12. §. 5. nu. 15. fol. 18. Tuſc. litt. C. concluſ. 676. nu. 13. 14. & 15. Vbi quod talis confeſſio non nocet confitenti.

20 Decima regula, non debet iudex interrogare reum de alio delicto de quo non laborat alia ſemiplena probatio, vel indicia, vel infamia, putà, Titius conuictus, vel ſemiconuictus de adulterio, non poteſt interrogari de furto, de quo non præcedit infamia, vel indicium, vel ſemiplena probatio. Quicquid dicat Paludan. in 4. diſtinct. 19. quæſtio. 4. Exiſtimans, infamatum de vno delicto, quia iam famam amiſit, poſſe interrogari de alio delicto, nam contrarium eſt verius, quia quoad aliud delictum de quo non eſt infamatus retinet famam & iura non ſolum infamiam delinquentis, ſed etiam delicti requirunt, cap. cum oportet, & cap. inquiſitionis de accuſat. Caietan. 2. 2. quæſtio. 69. art. 2. Sor. de iuſtit. lib. quinto quæſtio. 6. artic. ſecundo, & de ſecr. memb. 2. q. 6. concluſ. 5. Clar. q. 64. vers. ſucceſſiuè quæro. Meno-

Menoch. de arbit. caſu 532. num.4. Et hoc procedit etiam quoad delicta eiuſdem ſpeciei, & licet ſi ſemel malus præſumatur malus in eodem genere mali, tamen non poteſt interrogari, nec inquiri de criminibus eiuſdem ſpeciei, ſine indiciis illius criminis, Nauar. rub. de indic. num. 62. vnde conuictus ſufficienter, & interrogatus, & etiam confeſſus adulterium cum vna, non poteſt ſine indiciis interrogari, an etiam idem crimen commiſit cum alia, niſi ex circumſtantiis vnum crimen eſſet indicium alterius. Pet. Nau. de reſt. lib. 2. cap. 4. num. 170. Vel niſi aliud crimen etiam alterius ſpeciei eſſet annexum principali crimini, prout ſi quis eſſet conuictus de homicidio, & cadauer eſſet inuentum expoliatum, interrogari poſſet de ſpoliatione: vel ſi quis eſſet conuictus de adulterio, & conſuetudine cum aliqua muliere, & maritus adulteræ inueniretur necatus in cubiculo ſuo, tunc adulter interrogari poteſt de homicidio, Nauar. vbi ſup. num. 64. & verſ. dicto lib. 5. de iuſt. quæſt. 6. artic. 2. verſ attamen duobus modis, vbi idem dicit, quando vnum crimen eſt circumſtantia alterius; prout ſi quis eſſet conuictus de conſuetudine cum aliqua puella, interrogari poteſt an illam deflorauerit; Vel niſi in actis conſtaret reum eſſe hominem malæ famæ, & diffamatum de aliis delictis, puta ſi eſſet inſignis latro, graſſator viarũ, aut alias magnus facinoroſus; tũc poterit interrogari ẽt de delictis de quibus in actis non eſt aliter indiciatus. Bruno. de indic. par. 2. quæſt. 5. num. 66. Farin. quæſt. 37. num. 167. & 171. & quæſt. 43. n. 45. Vnde famoſus latro, qui confeſſus eſt aliquod furtum, poteſt interrogari de aliis furtis, ideſt an commiſerit plura alia furta. Berti in pract. crim. tit. 19. cap. 4. num. 5. Et poteſt ſuper aliis furtis torqueri. Farinac. dicto num. 45. vbi alios citat. Fachin. controu. iur. lib. 9. cap. 92. & nos infra par. 6. cap. 3. Imò nullis præcedentib. indiciis torqueri poteſt fur inſignis, ita poſt Marſil. nu. 21. & 22. de quæſt. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 84. n 8.

21 Vndecima regula, regulariter non poteſt iudex interrogare de complicibus illum, qui proprium crimen faſſus eſt, de qua re ſermonem fecimus ſupra cap. 3. a nu. 61. vſque ad 77. Sed in Religionibus poteſt iudex interrogare reum de complicibus in ſubornationibus factis in electionibus, in dogmatizationibus aduerſus ſtatuta, & bonos mores, Bouer. dicto cap. 3 . verſic. ſecundus caſus. Et quoties iudex po-
22 teſt reum de conſociis interrogare, tantum in genere poteſt illum interrogare; videlicet quis fuit tecũ, quando delictum perpetraſti, vel qualiter potuiſti hoc facere ſine auxilio; vel qualiter fuiſti auſus talia facere; vel de cuius mandato, vel quo procurante hoc feciſti; vel quantũ pro hoc faciendo habuiſti, vel debebas habere, & à quo; vel impoſſibile eſt, quod tu ſolus potueris talia facere; vel intelleximus, quòd multi eratis; vel quis fuit ille, qui primo accepit; quia multi eratis, vt dicitur; Dic ergo, qui erant te-

tecum, & qualiter fuit factum, & cum quibus: & ſic ſemper generaliter debet iudex extorquere veritatem, quando non eſt ſpecialis præſumptio contra aliquem; Et hunc modum interrogandi generaliter, tradit Beluiſ. in pract. crimin. tit. de quæſt. num. 50. verſ. ſextus eſt; & ſequitur Chartar. de interrogat. reor. lib. 2. cap. 1. nu. 70. Et ſi reus reſpondet, quod fuerunt aliqui, iudex poteſt, & debet interrogare, quod manifeſtet, & nominet illos in ſpecie. Farinac. vbi ſupra num. 133.

23 Si verò adſit ſpecialis, & legitima præſumptio, quod certa perſona interuenerit, vel aliquod eſſet indicium contra certos ſocios, & complices in ſpecie de delicto, de quo principaliter quæritur, vel de aliis delictis, poteſt iudex de his etiam in ſpecie interrogare. Salycet. Boſſ. Blanch. & Clar. citati a Chartar. dicto lib. 2. cap. 1. n. 71. Et poteſt etiam torqueri, & ad hoc ſufficiunt leuia indicia. Boſſ. tit. de indic. & conſid. ante tort. num. 136. & ſeqq. Carrer. in l. obſeruare n. 198. Caualcan. de Brach. Reg. par. 3. num. 39.

24 Et quando reus poteſt de conſociis interrogari, ſi neget, poteſt à iudice torqueri, ſi adeſt aliqua præſumptio ſcientiæ. Peguer. deciſ. 5. num. 29. Farin. q. 43. n. 131.

25 Duodecimò, poteſt iudex pro eruenda veritate reos fame, & vigilia afficere. Chart. dicto lib. 2. ca. 31.

26 num. 37. Non poteſt tamen vti ſimulationibus, & cautelis deceptoriis, & in malum finem directis; nam non poteſt reo inferre timorem, fingendo ſe illum condemnaturum grauiori pœna, quam meretur ſi non fateatur delictum, vel fingere delictum plenè probatum, quando ita non eſt, nec debet mittere in carcerem exploratores viles, qui mendaciis, & fallaciis ſuadeant carcerato, vt fateatur delictum de quo imputatur;

27 Poteſt tamen vti cautelis licitis, & honeſtis, & ſimulare, & fingere ſe velle facere id, quod re vera non intendit; Quia debet omnem diligentiam, & ſolertiam adhibere ad inueſtigandam veritatem, maximè in delictis valdè occultis, & difficilis probationis, prout fecit Salomon ad inueſtigandam veritatem de filiatione vera à diuerſis matribus petiti infantis, qui gladium afferri iuſſit fingens velle diuidere puerum, & ſic veritatem inueſtigauit, vt refertur in cap. afferte de præſumpt. Poteſt etiam iudex reo innuere, quòd iam ſcit eius factum, & eſt informatus, & taliter ita loqui, vt reus quaſi credat omnia iam ſcire iudicem, ſed non debet dicere mendacium, quod omnia ſcit, & eſt de delicto informatus, quando hoc non eſt verum. Scilicet dicere, quod ſcit eius factum, ſi neſciret, & ideo poteſt tantum innuere, quod ſcit eius factum, cum tali moderatione, quod non deſcendat ad ſpeciem, dicendo, ſe ſcire tale negotium, ne reus cognoſcat, quod iudex ignorat, ſed debet ſtare in genere, dicendo, bene ſcitur vbi fuiſti, cum quo, & quo tempore, & quid feciſti, & dixiſti; & tangat vnum certum, quod ſcit certè ita eſſe; ita ex Emerico aduertit Charta. d. lib. 2. c. 1.

cap.1.à num.77. & ſeqq. Nec debet iudex pro reperienda veritate cęnare cum reo, vt poſt cęnam deueniat ad colloquia pro habenda confeſſione delicti. Baiard. quæſt. 55. num.10. Poteſt tamen cum reo blandis verbis amicabiliter, & benignè tractare, & alia facere, quæ cum dulcedine ipſum ad confitendum veritatem promoueant. Farinac.quæſt.81.num.306. vbi ponit exempla. Poteſt etiam ad carceratum intromittere hominem probum, vt ſine mendacio aliquo ſuadeat illum ad veritatem dicendam, dicendo etiam illi, quod iudex eſt homo miſericors, cui ſi veritatem fatebitur, erit mediator ad miſericordiam obtinendam: Poteſt etiam intromittere ad carceratum vnum de complicibus iam confeſſum, ad effectum, vt illi veritatem dicere ſuadeat, imo ponere teſtes abſconditos, vbi eorum ſermones audire poſſent, vt poſtea ſuper colloquiis, & ſermonib. factis contra carceratum examinari poſſint; dummodo tamen ſocius intruſus, vel alius non dicat reo aliquod mendacium, ita Farinac. cum Pegna, & Eymeric. vbi ſupra num.307. Guazz. defenſ reor.20.cap.12.num.6. circa finem, qui aduertunt in hoc caſu iudicem, vt faciat per notarium apparere in ſcriptis has licitas, et honeſtas ſimulationes factas ad effectū eruendi veritatem; alias præſumeretur

28 contra iudicem. Et Iudicis, ac Actuarii exceſſus in examine, per præſumptiones, & coniecturas probari poſſunt, Guazzin. defenſ.reor. 20.cap.14.nu.3. vbi quod per vnum teſtem plenè probantur, ex Boſſ. conſ.201.n.5.vol.2.

29 Tertiadecima, ſi reus in examine dicat mendacium, de quo per teſtes conuincitur, facit contra eum indicium ſufficiens ad torturam. Clar.quæſt.45. num.10. & qu. 21. verſ. mendacium, Charta.de interrog.reor.lib.3.cap.3. n.17. quando mendacium dicit ſuper facto principali, in caſibus, in quibus poteſt inferri tortura, Granut. theo-

30 rem.3. num.7. Si tamen falſum dicat, in foro contentioſo de periuro puniri non poteſt, ſed ſolum Deum habet vltorem, l.2. C.de reb. credit Alex.in apoſtil.ad Bart.in l.1. nu.1. ff.de bon. eorum, qui ante ſentent. Boſſ.de periur.nu.3. Clar. vbi ſupra num. 9. Guazzin. defenſ. 20. cap.3. Peyrin.litt.R.cap.9.nu.12. Chartar. dicto cap.3.num.16. Granut. dicta theorem.3.num.3. Quod ampliatur procedere etiam in Reo, qui examinatur vti principalis in ſe, & vti teſtis in alios, Carauit. ſuper Ritu Magn.Cur.Neapol.70. in fine. Bertaz.conſ.124.num.1.& 2. volu.1. & ibi additio, & conſ.323.nu.1.vol.2. Granut. dicto theorem. 3. num.11. Baiard.quæſt.45.num.8. Chartar.d. nu.16. Limitatur tamen ſecundum aliquos, vt procedat tantum, quando crimen eſt tale, ex quo venit imponenda pœna ſanguinis, l. tranſigere, & ibi gl. & Bald. C.de tranſac. Paul. Ghirland. de relax. carcerat. verſ. quæro num.9. rubr. de fuga incarcerat. Baiard. dicta quæſt.45. num.6. Limitatur ſecundò, quando reus nedum in primo proceſſu periurus fuit, verum etiam in ſecundo; nam

nam ratione iſtius geminationis extra ordinem puniri debet. Maiol. tracta. de irregular. libro quinto numero tertio verſic. præterea. Granut. dicto theorem. 3. numero 13.

31 Decima quarta, ſi Reus eſt in carcere debet excarcerari, & dum examinatur non debet detineri manicis ferreis, ſed ſolutus. Affiict. in conſtit. humanitate nobis num. decimo lib. ſecundo. Foller. in practic. crimin. in verbo fiat conteſtatio litis num. 1. & 3. Spatar. de modo corrig. regul. tract. 9. cap. 15. num. 15. Hieronym. Roder. reſol. 41. num. 14. Anto. Nig. ſuper cap. Regn. Neapolit. 143. num. 16. Pat. Bouer. in director. par. 2. cap. 35. verſic. delicto igitur. De conſuetudine tamen examinari poteſt ligatus, ſi qualitas delicti, & perſona ita ſuadeat. Scacc. de iudic. lib. primo cap. 86. numero 66. vbi, quod ita ſæpè obſeruauit, monitus de miſerando exemplo illius iudicis, qui (vt refert Franch. Caſon. in controuers. crimin. articul. 195. ex Paris de Put.) rogatus ab accuſato, vt aurem porrigeret, quia habet quædam in ſecreto ei dicere, fuit ab eo gladio iugulatus, refert etiam Guazzin. defens. reor. 20. cap. 5. n. 1.

32 Vbi quod debet etiam examinari in loco, vel camera, à qua per feneſtras Reus ſe proiicere non valeat; & refert, quòd in foro capitulino quidam ſe proiecit è feneſtra cameræ, in qua examinabatur, & num. ſecundo. Aſſerit, quod eſt conſideranda qualitas rei, nam grauis perſona, & qui in dignitate eſt conſtitutus cum decenti honore examinandus eſt, Chartar. de interrogat. reor. lib. ſecundo cap. 3. in princip. Scacc. dicto cap. 86. num. 19.

33 Debet etiam conſiderare iudex an perſona, quæ examinatur ſit docta; nam tunc diligenter eſt examinanda, & ex locis etiam topicis, & ſyllogiſmis, & argumentis ex proceſſu ſumptis interrogationis armamentum ſumere debet; & ſi eſt perſona ſimplex, vel ruſtica ſufficit ſimplex interrogatio cum ratione quadam ex na-
34 tura deſumpta; & ſi eſt perſona ſuſpecta, malitioſa, aut pertinax, debet iudex vti pluribus verbis, & interrogationibus, & diligentius, quàm alios eam examinare; & licèt eam ipſam capere, inuoluere, intercipere, & interrogare etiam de circumſtantiis ad actum de quo quæritur non pertinentibus; nempè an ſtarent, vel ſederent, ſi tempus erat tempore delicti nubiloſum, vel clarum, & ſerenum, de qualitate veſtium, & de ſimilibus, ſecundum facti contingentiam, & Rei ſuſpicionem. Specul. tit. de teſtib. §. iam de interrogatoriis, verſic. & nota. Bald. in l. final. in fin. God. de teſtib. Alexand. conſ. 153. colum. 3. in fin. & conſil. ſeq. num. 7. volum. 5. Charta. de interrog. reor. lib. 2. c. 3. num. 5. Et licet iudex interrogando, & veritatem exquirendo vultum debeat oſtendere terribilem, vt territi veritatem agnoſcant. Auth. de mandat. princip. §. talem.

Dddd Ta-

Tamen poſtquam iudex veritatem eruerit, in iudicando cum aliquo benignitatis temperamento procedere debet, l. reſpiciendum ff. de pœnis. Charta. vbi ſup. num. 8. & 9.

35 Debet etiam iudex in memoria cuſtodire omnia indicia, quæ militant contra Reum examinandum, ex quibus præſumptionibus, & circumſtantijs. veluti ex certis, & propriis locis debet conſtruere interrogatoria, & ſunt media, & loca ad interrogandum, & quaſi argumentandum, & conuincendum Reum; qui ſi fatetur delictum, aut

36 incipit dicere veritatem non debet dimittere examen, nec interrumpere, ſed illud continuare quouſq; dixerit veritatem ſaltem quoad principalia, nam quandoque Reus ex ſeipſo iudicem ducit ad viam indagandæ veritatis; & ideo non debet interrumpere ſuam confeſſionem, & ſi aliquid deeſſe cognouerit, ſuis interrogationibus poſtea extorquere poterit. Et ſi Reus in confeſſione miſceat aliena, nec eſt interrumpendus, ſed omnia in actis ſcribenda ſunt, vt ex eis ſumat iudex occaſionem ad eruendam integram veritatem. Charta dicto lib. 2. cap. 1. num. 73. 74. Nec curet prorogare prandium, vel cœnam ne poſtea Reus pœniteat, & nihil dicat. Et ſi reus interrogatione facta neget id de quo eſt interrogatus, debet iudex aliquo argumento ab eo extorquere veritatem.

37 Formando interrogatoria in figuris ſyllogiſmorum, nam ſi agitur de vulnere, poteſt iudex vti hoc argumento; ſi vnus contrahit inimicitiam cum alio, & iſte eſſet vulneratus indicium eſt, quod vulneratus ab inimico fuit, non autem ab amico, tu eras inimicus cum vulnerato, ergo indicium eſt contra te, & hoc indicium contra te probatur etiam per teſtes. Vel ſic, tu eras inimicus cum vulnerato, & ea nocte qua ille fuit vulneratus fuiſti viſus in loco, vbi fuit vulneratus, ergo negare non potes, quòd tu fuiſti. Si agitur de ſollicitatione ad turpia poterit formare argumentum, hoc modo; tu eras familiaris, & amicus Bertæ; tu cum ea loquutus fuiſti tanto tempore in loco ſecreto, vt dicunt teſtes, &c. ergo, &c. Et ſic faciendo de omnibus aliis argumentis, & indiciis interrogando de omnib. ſingillatim vnum poſt aliud. Nec ſatis eſt congerere contra Reum indicia, coniecturas, & præſumptiones, & interrogare de qualitate rei, & criminis, niſi etiam interroget ordinatè, interrogando primo de qualitate rei, & de remotis a delicto, pro quolibet

38 indicio, quod militat aduerſus ipſum Reum. Poſtea de cauſa, & occaſione delicti, nempe de inimicitia cum aliquo, de cauſa inimicitiæ, de tempore inimicitiæ, de reconciliatione, de minis, &c. Et de aliis indiciis, prout conſtant in proceſſu; &c. poſtea de loco, & tempore, nempe vbi erat tali die, & hora, ſcilicet quando fuit commiſſum delictum, (non nominando ipſum delictum,) & vbi erat ante illud tempus, & poſtea: Et ſic ſemper debet interrogari prius a remotis,

& in

& in genere, quia ſi prius interrogaretur a circumſtantiis proximis, vel ſuper delicto, de facili inueniet reſponſiones, & interrogatoria redderētur debiliora. Et ideo, ſi iudex vult interrogare Reum ſuper qualitate perſonæ Rei, non debet interrogare an ſit malæ conditionis, & famæ, (quia ſine dubio reſponderet negatiuè)ſed an vnquam fuerit inquiſitus, vel denunciatus de aliquo delicto: ſi aliàs fuerit carceratus; à quo iudice; quo tempore; in quo loco; ex qua cauſa, & occaſione; quomodo poſtea fuerit excarceratus; an fuerit condemnatus, vel liberatus: Si fuerit condemnatus, quam pœnam paſſus fuerit, an ſemel, vel pluries fuerit proſequutus; & carceratus; an ſemper fuerit condemnatus, & qua pœna, &c. Ex quibus interrogationibus colligitur an ſit malæ, vel bonæ famæ.

Item, ſi vult interrogare ſuper indicio minarũm hoc modo poteſt ordinare interrogationem, videlicet; an cognouerit Sempronium, &c. à quo tempore; quæ fuit cauſa cognitionis, an cum illo vnquam habuerit verba contentioſa, qua de cauſa, quo tempore, quo loco, quibus præſentibus; an fuit ab eo iniuriatus, quibus verbis iniurioſis; an ægrè tulerit dictas iniurias; an cum aliquibus loquutus fuerit de dicta iniuria ipſi allata; cum quibus, quot vicibus, quibus locis, qua occaſione; quid ipſe dixerit, quando cum aliis de dictis iniuriis loquutus fuerit; an contra illum minatus fuerit, quibus minis.

Item, ſi vult interrogare de tempore commiſſi delicti, ſimiliter non debet interrogare directè; Sed in quo loco fuerit per dies aut horas, ante cõmiſſum delictum, videlicet, ſi delictum fuit commiſſum die dominico, incipiat interrogare de die iouis antecedente, & quid fecerit eo die a mane vſq. ad ſerum; ſi de loco, ſeu Monaſterio exierit, & cum quo, qua occaſione; quò ierit, & ſimiliter ita interroget de die Veneris, Sabbati, & ſucceſſiuè vſq; ad tempus commiſſi delicti, & quod dictum eſt de die, ita pari modo interrogari debet de hora; nam ſi delictum fuit commiſſum hora nona, incipere debet interrogationem ab hora tertia: Idem etiam dicendum eſt, ſi de loco commiſſi delicti, eſſet interrogandus, nam ſi eſt interrogãdus de delicto commiſſo, nempe in Sacriſtia, interrogari debet quid ipſe fecerit, & in quo, ſeu quibus locis fuerit die Mercurii, & poſtea de loco in quo fuerit die Martis, & ſic ſucceſſiuè vſque ad locum commiſſi delicti, & ſi fatebitur Curia habet intentum, ſi verò negauerit, & mendacium dixerit de dictis locis, indicio mendacii remanet grauatus, & ita ſimiliter facienda eſt interrogatio ſingillatim, ſuper omnibus aliis indiciis, quæ militant contra Reum, & vna interrogatio ex altera eſt deducenda, vt etiam reſponſio rei in vno, ex altero recta ſit deductio. Chartar. de interrog. reor. lib. 3. ca. 1. num. 77. Et examinare debent omnes illi quos Reus nominauerit, qui ſi aliter dicunt de mendacio illum conuincunt,

denegata, poſſit antequam reſpondeat præmittere hanc proteſtationem? Dico, vt nunc mihi videtur, quòd ſi conſtabit, me iam aliter dixiſſe, meam hanc reſponſionem, & depoſitionem ad illam primam refero, cum tunc melius recordarer? Hanc proteſtationem eſſe admittendam videntur concludere, Felin. vbi ſup. Boſſ. tit. de tort. teſtium num.34. Et de oppoſitione contra teſtes num.8. Gayl. obſeru. 104. lib.1. Caualcan.de Brach. reg. par.3.num.quinto in fine, Charta. de interrogat. reor. lib.3. c.2.num. 8. Dicit, quòd ex iuſta cauſa poteſt iudex hanc proteſtationem reiicere. Sed Scacc.dicto cap.86. num.48. verſ. ad ſecundum tenet, remittendum eſſe arbitrio iudicis, huiuſmodi proteſtationem admittere, vel non admittere, ſi quidem talis proteſtatio videtur contraria facto, quando ſecunda depoſitio aduerſaretur primæ depoſitioni, & ſuſpicionem, quæ ob contrarietatem contra eum laboraret, minimè tolleret. Guazzin. verò defenſ. reor. 20. cap.10. in fine cenſet, proteſtationem omnino eſſe admittendam, & eam iudex redigi faciat in ſcriptis per Notarium, de qua deinde conſiderationem habebit, quæ de iure erit habenda, conſiderando, an agatur de facto recenti, vel antiquo. Ego vero exiſtimo, quod ſi non agatur de facto recenti, iudex poteſt eam admittere cum hac proteſtaiione, quatenus ſecunda depoſitio nullo modo ſit contraria facto, & primæ depoſitioni. Sed an iudex poſſit Reum interrogare etiam poſt concluſum in cauſa? Affirmatiuè reſpondent Alex. conſ. 77.num.9.lib.1.Charta.vbi ſup.lib. 1.c.2.n.14.in fine.

43 Sexta decima, non debet iudex
interrogare Reum per ſuggeſtio-
nem, quia eſt prohibita in quocum-
que examine etiam ſine tortura
facienda, Boſſ.tit.de exam.reor.ſub
tit.12. Chart.de interrog. reor.lib.
44 2.cap.1.n.54.Farin.q.83.n.84. conſ.
22.num.20. in fin. & conſ.83. num.
6. in fin. Et iudex interrogando per
ſuggeſtionem propriam animam
perderet, & proceſſum. Et facit
ad hoc tex. in l.1.§.qui quæſtionem
ff. de quæſtion. Nam proceſſus per
ſuggeſtionem factus, non præce-
dentibus legitimis indiciis eſt ipſo
iure nullus. Clar.quæſt.21. verſic.
Retenta igitur, circa finem, Char-
tar de interrog. reor. lib.4. cap.1.
num.95.

45 Suggeſtio autem eſt duplex, aperta, & palliata; aperta eſt, quando iudex interrogaret Reum in ſpecie, videlicet, an vulnerauerit, vel occiderit Seium; an fecerit talem fornicationem, vel falſitatem; vel aliud ſimile; an Caius occiderit Sempronium enſe tali die, in tali loco. Nam debet interrogari in genere, an ſciat quis tale delictum fecerit, &c. Palliata ſuggeſtio dicitur, quando nullo modo apparet de qua re fuerit interrogatus, vt puta, quia ſcriptum ſit; ad opportunas Domini interrogationes, vel opportunè interrogatus, reſpondit Chartar. dicto numero 54. Farinac. quæſtio. 83. num. 92.

Sed

Sed debet interrogari eo modo, vt appareat de qua re interrogetur; puta, ſi cum aliquo habuit rixam, &c. Nam interrogatio obſcura, & æquiuoca importat ſuggeſtionem, & proindè eſt nulla, quia debet eſſe clara, & diſtincta, vt reſponſio illi interrogationi adæquare poſſit ſine deceptione, & cauillatione. Clar.quæſtio.45.§.debet ex mendaciis etiam interrogantis oritur ſuggeſtio. Farina. q.81.n.322.ac etiam ex promiſſione impunitatis, idem num.276. Et licet quando præcedunt indicia ad interrogandum, tunc ſiue reus, ſiue teſtis poſſunt in ſpecie de delicto interrogari: Indi-
46 cia autem requiruntur aliquantulum vrgentiora, quàm ad interrogandum in genere, adeo, vt iudex ex illis certo ſciat illum commiſiſſe delictum. Boſſ.tit.de examin.reor. num.12.Brun.de quæſtio.& tortur. par.1.quæſt.3.num.25. Charta.de interrog.reor.lib.2.cap.1.num.64. Guazzin.defenſ.reor.20.ca.13.n.6. ſed Boſſ.Brun.& Chart. loquuntur de interrogatione facta in tortura, vt etiam loquitur Scac.de iudic.ca. 86.num.3. Vbi diſtinguit de interrogatione facta Reo in tortura, & de interrogatione facta Reo in ſim-
47 plici examine. In primo caſu tenet, quod iudex debet certo ſcire Reum commiſiſſe delictum, & pro certo ſcire exiſtimat, quando præcedit plus quam ſemiplena probatio, prout etiam exiſtimat Farinac. quæſt.83.num.97. In ſecundo verò caſu dicit, quod requiruntur aliquantulo vrgentiora, quàm ad interrogandum in genere, & non quod ſit neceſſarium, vt iudex certo ſciat reum commiſiſſe delictum. Nos autem dicimus, quod requiritur ſemiplena probatio etiam in ſimplici examine, vt patet ex dictis ſup.in cap.2.num.12. & 13. Et hæc dicta ſunt loquendo de iure. De conſuetudine autem Reus eſt interrogandus in genere, & per circuitum, & per interrogationes remotas, & a longè, itaut reus quò iudex tendit, non intelligat, quia hoc modo ſolet Reus multa concedere, quæ ſibi non nocere exiſtimat, quibus poſtea conceſſis cogitur fateri, quæ negare vult; nam ex oratione ſparſa ſolent colligi argumenta, quæ per ſe conceſſa iudicat Reus, quod nihil ſibi aggrauant; ſed poſtea ſimul collecta eò ipſum producunt, vt vel cogatur delictum fateri, vel ſuperioribus ab eo dictis repugnare. Scac.dicto cap. 86.num.40. vt patet ex formulis interrogandorum reorum, quas tradunt Eymer. indirect. inquiſit. par. 3.num.74. & ibi Pagn. comm.18. §. communioribus cum ſeqq. Siman.c. de Cathol.inſtit. tit.44.num.14. & ſeq. Charta.lib.3.cap.3. num.22. & ſeqq.de interrog.reor. Et poſtquam fuit interrogatus in genere poterit interrogari circa qualitates, & indicia, & tandem de ipſo delicto ſecundum prudentiam iudicantis. Et quando iudex interrogat Reum ſuper circumſtantiis, & qualitatibus delicti ſiue interroget eum in gene-
49 re, ſiue in ſpecie, ſemper dicitur ſuggeſtio, puta ſi interrogat, an percuſſerit Sempronium in capite, baculo, enſe, tali die, & hora. An

fur-

ſurripuerit pecuniam ex capſula, vel ſacculo viridi, aut rubeo, vel alio loco certo: Sed ne qualitates, & circumſtantias ſuggerat, debet interrogare in genere, puta ſi ſciat fuiſſe commiſſum furtũ, in quo loco in quo tẽpore, &c. Et an fecerit rixã, cum quo, in quo loco, quo modo, & quo tempore; an illata fuerint vulnera, in qua parte corporis, in quo loco, quibus armis, quo die, ex qua cauſa, de qua re loquuntur Charta. vbi ſup. lib. 2. cap. 1. nu. 67. & 68. Scacc. dicto cap. 86. num. 7. Farinac. quæſt. 43. num. 132. & ſeq. & quæſt. 83. num. 88. addit ad Farinac. conſ. 83. litt. B. Et non ſolum Iudex debet fugere ſuggeſtionem, quæ tendit in damnum Rei, ſed etiam eam, quæ tendit in damnum fiſci, ſcilicet, quando facta interro-
50 gatione, præuenit eum in reſponſione, quaſi indicando ipſi Reo modum, & viam reſpondendi, & euadendi. Pegna in direct. Eymer. par. 3. commento 18. 4. inter cæteros. Scacc. dicto cap. 86. num. 41. Et ſi Reus interrogetur de ſociis, &
51 complicibus in tortura, debet interrogari cum proteſtatione, quod non intenditur de delicto principali interrogare, ſed ſolum de complicibus. Burg. de modo proced. ex abrupt. quæſt. 100. num. 58. & ſeqq. vbi ſubdit, quod ſi reſpondet non commiſiſſe delictum, non eſſe recipiendã in actis eius reſponſionem. Charta. de execut. ſent. cap. 2. nu. 76. & ſeqq. Baiard. quæſtio 64. num. 16. cum ſit tantum interrogandus de complicibus. Intrigl. ſing. 180. nu. 5. & ſeq. lib. 2. Charta. dicto ca. 2. num. 58. & 67. Farinac. quæſt. 40. nu. 28. Viu. opin. 21. par. 2. Guazz. defenſ. reor. 20. ca. 13. num. 9. Et proceſſus,
52 qui laborat vitio ſuggeſtionis, non ſolum eſt ipſo iure nullus, vt ſupradictum eſt, & afferunt etiam Farinac. quæſt. 43. ſub num. 132. & quæſ. 83. num. 84. Scacc. dicto cap. 86. n. 7. & 40. Burg. dicta quæſt. 100. nu. 83. Sed ſi per ſuggeſtionem ſequatur confeſſio, non afficit confitentem, Farinac. dicta quæſtio. 83. num. 94. Etiamſi procedatur manu Regia, leuato velo, & ex abrupto. Burg. ibid. num. 82. Guazzin. defenſ. reor. 20. cap. 13. nu. 11. imò omnia inde ſequuta ſunt nulla, l. 1. §. qui ad quæſtion. ff. de quæſt. Farina. quæſt. 83. num. 84. Et quod dictum eſt de Reo ſuggeſtiuè interrogato, quod confeſſio, & proceſſus eſt nullus, idem dicitur de teſte, nam per ſuggeſtionem ſicut decipitur Reus, ita etiam decipitur teſtis, ita DD. ſupra cit. & Bordonus dicta practic. crimin. qu. 68. per totam.

In dubio an interrogatio ſit licita, vel ſuggeſtiua? Relinquitur arbitrio iudicis, Farin. quæſt. 83. num. 89. Et non eſt ſtandum iudici, qui Reum examinauit, quia eſſet iudex in propria cauſa, Bordon. dicta quæſt. 68. num. 20. Sed debet ſtari vel teſtibus, qui fuerunt præſentes examini, vel ipſimet examini ſcripto, & in dubio præſumitur ſuggeſtio, dicit Bordon. d. num. 20. in fin.

53 Tandem non ſunt relinquendæ aliæ regulæ, quæ à iudice debent etiam conſiderari, & primò, quod non ſolum reus ſemiplenè conuictus

ctus debet interrogari, & examinari, ſed etiam plenè conuictus, (quicquid dicat Baiard. quæſt. 64. num. 24. & alij ab eo citati.) Alias ſequetur abſurdum, quòd condemnaretur, abſque eo, quod lis cum eo conteſtaretur, ita Caualcan. de Brach. reg. par. 3. num. 25. Nam lis conteſtatur, quando Reus ad iudicis interrogationem ſuper delicto, reſpondet affirmatiuè, vel negatiuè, & licet non poſſit torqueri, quando delictum eſt plenè probatum, cum tortura ſit remedium ſubſidiarium, nihilominus debet interrogari, cum clauſula citra præiudicium conuictorum, Guazz. Caualca. vbi ſup. dicta defenſ. reor. 20. cap. 7. circa finem, quia ſi reus conuictus eſſet interrogatus abſq; tali proteſtatione, & negaret, rema-
54 neret ac ſi non fuiſſet conuictus; quia negans probationem claram, reddit dubiam. Caualcan. d. nu. 25. Et non debet reus conuictus interrogari à iudice dubitatiuè, ſcilicet, an tale delictum commiſerit, ſicut nec confeſſus. Quia reuocaret in dubium, id quod per conuictionem, aut confeſſionem habetur pro certo, ſed debet interrogare hoc modo, ſcilicet cur tale delictum commiſiſti? qui fuerunt ſocii, complices, auxiliatores, aut fautores, &c. Caualcan. dicta par. 3. num. 25. & 40.

55 Secundò, ſi Reus mutat colorem faciei, aut loquitur pauendo, aut trepidando, vel variando, aut vacillando, aut lachrymando, aut ſuſpirando, aut alia ſigna notabilia faciendo, Iudex debet ordinare Actuario, vt ſcribat in actis ſub hac forma; *Et R. P. Abbas mandauit mihi Actuario, vt ſcribam, quòd dictus Fr. N. interrogatus mutauit in examine colorem faciei. Vel quòd loquitur pauendo, trepidando, aut variando, vel vacillando, &c. Prout etiam ego ipſe vidi, & obſeruaui.* Eodem modo ſcribere faciat, *ſi oculis demiſſis reſpondeat, aut ſimilia faciat.*

57 Tertiò, quod quando reſponſio rei eſt indefinita, debet in criminalibus intelligi ſecundum præcedentem interrogationem. Baiard. q. 55. num. 44. Guazzin. defenſ. reor. 20. cap. 10. num. 3.

58 Quartò, cauere debet iudex ne extorqueat confeſſionem delicti a Reo cum promiſſione impunitatis, quia eſt ſuggeſtiua, vt ſupra dictum eſt, & non ſufficit ad condemnandum. Farinac. quæſt 81. num. 276. cum ſeqq. Maximè, ſi non fuerit ratificata, vel reuocata, idem Farin. n. 287. 289. & 290. non debet iudex promittere impunitatem, & promittendo impunitatem peccat mortaliter, vt probat Bordon. in pract. crimin. cap. 74. num. 4. & 5. niſi eam promittat de principis mandato; & tunc ſeruanda eſt. Ambroſin. de modo forman. proceſſ. in format. li. 2. cap. 2. num 20. Boſſ. tit. de confeſſ. per tortur. num. 9. Farina. quæſt. 83. num. 181. Sed hic poteſt quæri, an iudex promittens illicitè Reo impunitatem, non præcedentibus legitimis indiciis, ſi confeſſio ab ipſo Reo extorqueat, ſtante huiuſmodi promiſſione hæc confeſſio ſit ſufficiens ad pœnam? Et reſpondetur negatiuè; ſed tantum ſufficit ad torturam,

turam, quia cum præceſſerit ab eius ore ſub ſpe impunitatis, videtur veriſimilis, nam qui non deliquit, non quærit impunitatem. Boſſ. de confeſſ. per tortur. num. 13. & ſeq. Farinac. quæſt. 81. num. 300. Sed quid ſi iudex impunitatem promiſit legitimis præcedentibus indiciis, vide infra cap. ſeptimo num. 19.

59 Quintò, non debet iudex interrogare Reum de his, quæ potius in iure, quam in facto conſiſtunt, ſed ſuper factum tantum interrogare debet, Charta. de interrogat. reor. lib. ſecundo cap ſecundo num. vigeſimo nono. Nec Reus interrogatus reſpondere tenetur. Vnde non debet interrogari an occiderit, vel venenauerit, ſed ſuper facto, ſcilicet an percuſſerit, an vulnerauerit, vel an aliquid propinauerit, quod defunctus ſumpſit? Clar. quæſtio. 45. verſic. debet autem; Nec interrogari debet, nec Reus reſpondere tenetur an ſit culpabilis. Sed ſuper facto interrogari, & reſpondere debet, an fecerit, vel non fecerit, quia diſcernere an ſit culpabilis, vel non ad iudicem ſpectat, ita Doctores citati ſupra num. decimo nono.

60 Et hanc reſponſionem Rei, quod non eſt culpabilis iudex non debet admittere, quia talis reſponſio eſt iuris, & non facti, & eſt etiam obſcura, & æquiuoca, quia poteſt quis dici innocens multis modis, vel probando, quod non fecit, vel quod licitè fecit, ita Charta. de interrogat. reor. lib. 2. capit. 2. num. 19. Guazzin. defenſ. reor. 20. cap. 11. num. 1. & 2. & num. 3. Subdit, quod

61 minus eſt interrogandus ſuper his, quæ ſpectant ad peritiam, vel iudicium peritorum, nempe, an vulnus per eum in talem illatum fuerit lethale, necne, ex Franch. Caſon. de indic. & tortu. cap. 4. num. 3. Clar. quæſtio. 45. verſic. debet autem, Triuiſ. deciſio. quinta num. ſecundo lib. ſecundo. Scacc. dicto cap. 86. num. 34. & nos notauimus ſupra in nona aduertentia.

62 Sextò, ſi Reus negauerit aliquid ex eis, quæ a iudice fuerūt in interrogatione propoſita, interrogare debet interdum eum longius repetita interrogatione ſuper eo, donec de mendacio eum conuincat, & ita facere ſiue in eodem, ſiue in aliis examinibus, & conſtitutis, vel alio argumento illud ab eo extorquere conatur; Et ſi Reus

63 fatebitur delictum, nempe homicidium, debet iudex ab eo perquirere, quibus armis vulnerauerit, vnde dicta arma habuerit, vbi poſuerit, vel habeat, & deinde mittere debet pro dictis armis, & ita videre, an veriſimile ſit, quod cum dictis armis homicidium commiſſum fuerit, ſciſcitando, & perquirendo à medicis, & ab aliis, qui vulneratum viderunt, & hoc ne forte innocentem damnari contingat, maximè ſi metu tormentorum confeſſus fuerit. Et ſi reus interrogatus fatebitur furtum, debet iudex ab eo perquirere, vbi, à quo, quam rem, quo tempore furatus fuerit;

Ecce quid

quid dè re furata fecerit, & vbi reperitur, & ita ſimiliter faciendum in cœteris delictis, ſecundum va-
64 rias delictorum contingentias. Ita poſt Marian. Socc. admonet Chart. dicto lib. 2. cap. 2. num. 22. Septimò, licet examen rei incipi ſoleat; Conſtitutus perſonaliter N. &c. qua de re à vulgo examen rei ſolet appellari conſtitutum, vt notant Chart. vbi ſup. lib. 1. num. 6. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 26. Tamen ſi alio modo incipiat, ſemper habet idem robur; quia modus iudicii non eſt attendendus, ſed effectus: Sicut reus quando eſt examinatus tamquam teſtis, non per hoc ſequitur, quod non ſit ſocius criminis, cui fides non adhibetur. Maſcard. concluſio. 1311. Guazzin. defenſ. reor. 20. cap. 4. in fine. Et notandum etiam eſt, quod prima pars conſtituti, ſolet continere communiores interrogationes, & de qualitate perſonæ rei. Charta. lib. 3. cap. 1. num. 38. & iu-
65 dex ſecundum varietatem reſponſionum debet prudenter variare interrogationes, ad veritatem eruendam; nam interrogatio vna ex altera deducenda eſt, vt etiam reſponſio rei in vno, ex altero recta ſit deductio, vt alias dictum eſt: Et
66 quando reus eſt verſutus, iudex ſubmiſſa voce ad aures ſcribæ formare poteſt interrogatoria, ne reus audiat, & dum ab Actuario ſcribuntur, cogitare poſſit de reſponſione mandati.

Forma interrogandi Reum in primo conſtituto, ſeu exemplar modi generalis quo reus eſt interrogandus, iuxta ſupradictas regulas.

67 In nomine Domini. Amen. &c. Die, &c. Anno, &c. in Monaſterio, ſeu Conuentu, &c. in Camera ſolitæ reſidentiæ vocatus, & conſtitutus fuit perſonaliter coram R. P. N. Abbate, &c. Et N. N. teſtibus aſſiſtentibus, adhibitis, & me N. Actuario, Fr. Fulanus, &c. Reus in hac cauſa principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, ætatis ſuæ annorum, &c. Religionis, &c. officio, &c. Et declarato illi ſtatu ſuæ cauſæ, nempè, quod in actis habeantur ea, quæ requiruntur ad eum iuridicè interrogandum, præmiſſaque admonitione, quod proprium crimen ſtantibus indiciis, & probationibus, quæ contra eum in proceſſu militant ſub æterna damnationis pœna fateri teneatur; ac propterea delato ei iuramento de veritate dicenda ſuper his de quibus interrogabitur, prout iurauit tactis ſacris ſcripturis, vel tacto pectore, ſi fuerit ſacerdos, ad opportunas interrogationes reſpondit, vt infra.

Interrogatus ſi ſciat, vel præſumat cauſam ſuæ vocationis. Reſp.

Reſponſio ſemper ſcribatur eo termino quo à Reo profertur, ſi Reſp. affirmatiuè, ſubdat iudex, vt eam per extenſum enarret, & non interrumpat eius confeſſionem, ſi liberè cœperit fateri, iuxta dicta ſuperius num. 38. Etiamſi aliena à propoſito miſceat, ne fortè aliquo modo

ad

ad dicendam in omnibus veritatem remoraretur, nam quandoque Reus ex ſeipſo ſuis reſponſionibus ducit Iudicem in viam indagandæ veritatis; Et ſi in huiuſmodi confeſſione à Reo facta aliquid ad integram rei veritatem Iudex deeſſe cognouerit, ſuis deinde prudentibus, aptiſque interrogationibus extorquere poterit, & nullo modo in hoc caſu debet Iudex dimittere examen, nec debet curare ſi prandium, aut cœna prorogetur, ſed debet illud continuare, nè Reus pœniteat, & veritatem amplius non dicat, & poſt finitam à Reo reſponſionem, debet Iudex Reum interrogare de omnibus circumſtantijs, & qualitatibus delicti iam confeſſi. Si reſpond. negatiuè, & Reus veniat è carceribus.

Interrogatus vnde veniat? Reſp.

Interrogatus an ſciat, vel præſumat cauſam ſuæ carcerationis. Reſpond.

Interrogatus ex quo tempore detruſus fuit in carcerem. Reſp.

Interrogatus an alias fuerit inquiſitus, proceſſatus, aut etiam alias carceratus? Reſp. Et ſi reſpondeat affirmatiuè, interrogetur de tempore dictæ carcerationis, de loco, de cauſa, de iudice a quo fuit carceratus, ſi exierit condemnatus, vel abſolutus, ac etiamſi pluries fuerit in carceribus detruſus, aut proteſtatus, & hæc à Reo inquiruntur, vt conſtet in proceſſu de eius fama, vt fuit notatum ſupra num. 41.

Interrogatus an inimicitiam cum aliquo gerat. Reſp.

Interrog. quis nam ille ſit. Reſp.

Interrogatus quomodo ſciat illum eſſe inimicum. Reſp.

Interrogatus quo loco, & quo tempore, & quis tunc eſſet præſens cum ille ſibi minatus, aut iniuriatus eſt. Reſp.

Interrogatus qualia fuerunt verba minatoria, aut iniurioſa. Reſp.

Interrogatus an vnquam reconciliati fuerint. Reſp.

Interrogatus quando fuerint reconciliati. Reſp.

Interrogat. quo tempore. Reſp.

Interrogatus an aliis hæc inimicitia nota fuerit, & quibus. Reſp.

Interrogatus an exiſtimet ob prædicta verba D.N. ipſum odio proſequi. Reſp.

Interrogatus an dictus N. ſit homo probus. Reſp.

Interrogatus quare illum exiſtimet eſſe malignum, & ſibi inimicum. Reſp.

Hæc interrogatio debet præcedere antequam Iudex ad alias interrogationes proſiliat, ne poſtea ſi Reus venerit in cognitionem teſtium contra ipſum deponentium, non poſſit contra ipſos excipere de inimicitia; nec non ad alios bonos fines, & præcipuè ad extorquendum contra ipſum Reum indicium inimicitiæ contra offenſum ab eo, ſi delictum fuit commiſſum de nocte, ſequitur, vt infra.

Interrogatus, qui habitant in domo ipſius conſtituti.

Interrogatus, vbi ſtetit illa nocte in qua N. de N. fuit vulneratus.

Interrogat. cum quo, ſeu cum quibus dormiuit illa nocte, & in quo loco.

Interrogatus in tali hora dictæ noctis an dormiebat, vel vigilabat, & ſi vigilabat, vbi reperiebatur.

Et ſequuntur aliæ interrogationes ſimiles, ſed ſi delictum non fuit commiſſum de nocte, relinquuntur ſupradictæ interrogationes, & ſequitur, vt infra.

Interrogatus in quo loco ipſe conſtitutus reperiebatur tempore, quo dict. N. de N. fuit vulneratus.

Interrogatus, vbi ipſe conſtitutus erat tali anno, menſe, die, & horaz Reſp.

Hæc interrogatio fit, vt proprio ore fateatur reus, quod tempore commiſſi delicti fuit in eodem loco; ſi dicat neſcire, ac non recordari, & tempus non eſt antiquum ſed recens, itaut non ſit veriſimile non recordari, Iudex poteſt ipſum interrogare de aliquo tempore ante commiſſum delictum, iuxta ſuperius dicta nu. 11. nempe ſi delictum fuit commiſſum die dominico 20. Decembris, Iudex poteſt interrogare, vbi fuit die Iouis 17. Decembris, & poſtea vbi fuit die Veneris, & ſic ſucceſſiuè vſque ad diem dominicum, & ita etiam poteſt interrogare de loco, iuxta notata in regula ſupra poſita num. 37. & ſequentibus. Tandem, ſi reus eſt pertinax poſt trinam charitatiuam monitionem poteſt ipſum torquere, cum clauſula nullo præiudicio probatorum; & tantum torqueat pro præciſa reſponſione, abſque ullo præiudicio indicij delicti reſultantis ex dicta inobedientia; & contumacia, vt notatum eſt ſupra in regula octaua num. 8.

Et monitus, vt veritatem dicat, quia non eſt veriſimile, non recordari, dum tempus de quo interrogatur eſt recens. Reſp.

Et iterum monitus, vt dicat veritatem, & recedat ab obſtinatione, alias deuenietur ad iuris, & facti remedium. Reſp.

Et tertio monitus, vt dicat veritatem, & eam non neget in præiudicium animæ ſuæ. Reſp.

Et quia pluries, & pluries monitus à Reu. Pat. Abbate nunquam voluit præciſè reſpondere, & quia non eſt veriſimile ſe non poſſe recordari de dicto tempore recenti, ideo ſtante dicta inobedientia, & contumacia, nullo præiudicio probatorum, nec indicii reſultantis ex dicta inobedientia, & contumacia; Mandauit idem Reuer. Pater Abbas, eundem conſtitutum recludi in carcerem, & ibi tantum pane, & aqua veſci quouſque præciſè reſpondeat declarans, quod hæc tortura non datur niſi tantum pro dicta præciſa reſponſione, & non aliter, nec ad alium finem, & ita fuit exequutum hodie die, &c.

Ego Fr. N. Actuarius.

Ita eſt P. N. Abbas.

Eodem modo proceditur, ſi Reus non vult reſpondere, & pro qualibet non præciſa, & congrua reſponſione.

Tranſactis tribus diebus, faciat vocari ad ſe dictum conſtitutum.

Hodie die, &c.

Iterum vocatus Fr. N. conſtitutus a R. P. Abbate, & delato ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit, &c.

Interrogatus, ſi ſe reſoluit veritatem fateri, quod eam libere dicat, aliàs hæc pertinacia, & inobe-

obedientia, ac contumacia numerabitur inter alia indicia contra ipſum.

Si Reus in negatione perſiſtit, poſt charitatiuas monitiones, et ſi per teſtes eſt conuictus, vel ſuper delicto ipſo, vel indicio ad illud, Iudex per Actuarium legi faciat teſtium dicta ſuppreſſis tamen eorum nominibus (in foro regulari) ita quod Reus per teſtes ſe conuictum eſſe cognoſcat: Et ſi penes Curiam ſunt arma quibus Reus vulnerauit N. ſubdat Iudex; quomodo audenter præſumis negare veritatem, de qua vltra teſtes, te conuincunt arma ipſa cum quibus delictum commiſiſti, & ſtatim coram ipſo Reo faciat deferri arma, exempli gratia.

Et delato ei gladio ſanguinolento longitudinis, &c. & latitudinis, &c. cum manico nigro, &c.

Oſtenſo ipſi Reo dixit, *Conoſci tu queſto coltello? Come hora al conſpetto di Dio qui preſente, che ti vede, e sà ogni coſa, e del giudice ſuo miniſtro ti baſta l' animo di negare la verità? Non fù queſto il coltello col quale feriſti Frat. N. non è forſe bagnato del ſangue dello ſteſſo ferito; Horsù confeſſa hora la verità, che non la puoi negare?*

Et ſi perſiſtit in negatiua, coarguendus eſt ex indicijs, quæ contra ipſum conſtant; nempe ex odio, ex inimicitia, ex minis, ex præparationibus, ex tempore, ex loco, ex fuga, ex fama, & ex alijs indicijs prout ex proceſſu elici poterunt, vt dictum eſt ſupra in quartadecima regula, num. 10.

Et ſi adhuc teſtes ad faciem rei confrontare, id eſt præſentialiter teſtes, & Reum producere, & conciliare, vt acrius viſis teſtibus, & commemoratis ſinguli delicti circumſtantijs, Reus vrgeatur, per text. in leg. ſi poſtulauerit §. quæſt. ff. ad leg. Iul. de adult. ita direct. inquiſit. 3. par. num. 99. & Franch. Pegn. ibi ſchol. 28. Clar. quæſtio. 45. verſic. ſed in propoſito, Royas ſingul. 94. num. ſecundo. Chartar. de interrogat. reor. lib. 3. cap. 1. num. 83. Sed quomodo, & quando in foro regulari facienda eſt hæc confrontatio, infra dicetur cap. 1. num. 8. Si Reus non negat fuiſſe in loco commiſſi delicti eodem tempore, ſed fatetur, ſequuntur interrogationes.

Interrog. an ſciat de N. vulnerato. Reſp.

Interrog. an agnouerit D.N. vulneratum. Reſp.

Interrog. à quo tempore, & quomodo illum cognouerit. Reſp.

Interrogat. quantum temporis lapſum fuerit ex quo ipſum vidit, & cum eo loquutus eſt. Reſp.

Interrog. qua de cauſa, vel occaſione ſe recepit ad locum, vbi erat Fr. vulneratus.

Interrogat. de qua re cum ipſo egit. Reſp.

Interrog. an pacificè ab eo diſceſſerit. Reſp.

Interrog. quænam fuerint illa verba contentioſa. Reſp.

Interrogat. quis ibi erat præſens. Reſp.

Interrogat. an ſciat quo tempore, & qua hora D.N. fuit vulneratus. Reſp.

Interrog. quomodo id ſciat. Reſpon.

In-

Interrog. an eo tempore imme diatè antequam fuit ſecutus caſus vulneris in perſonam dict.N.de N. viderit ipſum vulneratum, & an, vel ipſum viderit poſt illatum vulnus, immediatè.

Interrogat. an audierit dictum vulneratum clamantem. Reſp.

Interrog. vbi nam tunc erat ipſe tempore quo fuit illatum vulnus, quando vulneratus clamabat.

Interrog. an clamor em vulnerati alii audierunt, & qui ſunt.

Interrog. quomodo id ſciat. Reſpond.

Interrog. vbi nam ipſe reus tunc erat. Reſp.

Interrog. an tunc ſecum aliquis eſſet. Reſp.

Interrog. an ad clamorem vulnerati accurrerit, & locutus fuerit cum dicto vulnerato.

Interrog. quare non accurrerit. Reſp.

Interrogat. an ſciat quis dictum Fratrem vulnerauerit. Reſp.

Interrogat. an ſciat famam eſſe contra aliquem, de huiuſmodi vulneratione? Si reſp. affirmatiuè.

Interrog. quomodo ſciat. Reſp.

Interrog. vnde orta fuerit illa fama. Reſp.

Interrog. quare orta fuerit; reſp.

Interrog. an arma aliqua in cellam ſuam detulerit; reſp.

Interrog. quænam arma fuerint, & cuius generis. Reſp.

Interrog. an ab aliquo viſa fuerint, & a quo. Reſp.

Interrog. quorſum illa arma in cella ſeruaret. Reſp.

Interrog. vbi nam ſunt ad præſens dicta arma. Reſp.

Interrog. vnde dicta arma ſumpſerit, vel a quo habuerit. Reſp.

Interrog. quare poſt clamorem vulnerati velociter cucurrit, & a loco diſceſſit, vbi dictus N. fuit vulneratus.

Interrog. an aliquem obuium habuerit, aut viderit currere; reſpond.

Interrogat. quis nam eſſet ille; reſp.

Interrog. quare per dormitorium cucurrit; reſp.

Interrog. quid geſtaret in manibus; reſp.

Interrogat. quare poſtquam dictus N. de N. fuit vulneratus ipſe conſtitutus fugit?

Interrog. quònam ſe receperit; Reſp.

Interrogatus an non ipſe D. N. vulnerauit.

Si Reus delictum confeſſus fuerit, efficiat iudex, vt omnes delicti qualitates, & circumſtantias integrè recenſeat, & non interrumpat, neque aliquo modo impediat confeſſionem, aut dimittat examen, etiamſi hora prandij, cœnæ, aut ſomni inſtaret, vt dictum eſt ſupra in regula quartadecima num. 38. Et in delictis in quibus poteſt Iudex interrogare de alijs Rei delictis, vt notatum eſt in regula decima, num. 20. Aut quando poteſt interrogare de ſocijs, vt in regula vndecima nu. 21. Interroget Iudex de alijs delictis, aut de ſocijs, vt in citatis locis dictum eſt, & ſi apoſtatè, vel caſualiter delictum commiſerunt; Habita à Reo confeſſione, deſcribatur ab Actuario his verbis.

Et cum dictam confeſſionem audiſſet

diſſet R. P. Abbas, fuit per eum in examine ſuperſeſſum, animo tamē iterum, & quoties ſibi viſum fuerit ipſum reum repetendi, & interrogandi. Et quia delictum eſt tale, quod pro eo incurritur pœna corporalis, præfatus R. Abbas mandauit, prout præſenti decreto mandat ipſum reum carceri ad cuſtodiam mancipari, a quo niſi de ipſius mandato amoueri non poſſit. Et iuſſit eundem ſubſcribi ſupradictæ depoſitioni, prout relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit, vel fecit infraſcriptum † neſciens ſcribere.

Ego Fr. N. fateor, vt ſup.
Ego Fr. N. Abbas.
Ego Fr. N. teſtis.
Ego Fr. N. teſtis.
Ego Fr. N. Actuarius.

Reo exiſtente negatiuo in fine conſtituti, ita dicitur.

Tunc quia delictum eſt graue, pro quo imponitur pœna corporalis; Ideo præfatus Abbas mandauit, prout præſenti decreto mandat, vt ipſe conſtitutus in carcerem ad cuſtodiam detrudatur, animo iterum, & quoties ſibi viſum fuerit eum interrogandi; & relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Ego Fr. N. &c. Sequuntur aliæ ſubſcriptiones.

Si delictum eſt tale pro quo, non imponitur pœna corporalis, ita terminatur primum conſtitutum.

Et cum dictam confeſſionem audiſſet, vel negationem audiſſet R. P. Abbas, fuit per eum in examine ſuperſeſſum animo tamen iterum, & quoties ſibi viſum fuerit ipſum repetendi, & interrogandi, & iuſſit, vt ſubſcribat ſupradictæ ſuæ depoſitioni, & relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Sequuntur ſubſcriptiones, vt ſupra.

Cum Iudici opportunum fuerit, iterum ad ſe vocatum conſtituet, quod pluribus vicibus facere poteſt, vt dictum fuit ſupra in regula quinta decima à nu. 42. & ſeq. Et ſemper cum iuramento, & aſſiſtentibus, prout in primo Conſtituto.

Forma ſecundi, tertij, & aliorum conſtitutorum.

68 In nomine Domini Amen. Die, &c. Menſe, &c. Anno in Monaſterio N. in Camera ſolitæ reſidentiæ. Iterum vocatus, & conſtitutus fuit coram præfato N. Aſſiſtentibus N. & N. teſtibus adhibitis, & me Actuario Fr. N. Reus in hac cauſa principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, & graui admonitione præmiſſa, delatoque ei iuramento de veritate dicenda ſuper his, de quibus in primo conſtituto interrogatus fuit, & in hoc ſecundo interrogabitur, prout iurauit tactis corporaliter Sacris ſcripturis, vel tacto pectore ſi eſt ſacerdos, ad opportunas interrogationes reſpondit, vt infra.

Interrogatus an ſeipſum diſpoſuerit ad veritatem fatendam ſuper his de quibus alias interrogatus fuit. Reſp.

Interrogat. qua fronte negare poſſit

poſſit ſe dictum N. vulneraſſe, cum tot indicia, & probationes in proceſſu de hoc ipſo extent. Reſp.

Tunc iudex epilogatis omnibus teſtib., & indiciis, quæ ex proceſſu contra reum manant, & his, quæ Reus in aliis conſtitutis. Reſp.

Interrogat. quomodo poſſit his tergiuerſari, aut apertam veritatem negare, cum tot contra ipſum indicia, ac manifeſtæ probationes vrgeant, ex quibus apertè conuincitur ſe delictum patraſſe? Reſpond.

Interrogat. quomodo audeat adhuc patratum delictum negare, cum ex tot mendaciis, & variationibus in ſuiſmet reſponſionibus arguatur; hic opponuntur ſingula mendacia, & variationes, quæ falſitatem, aut improbabilitatem arguunt. Reſp.

Et monitus, vt non amplius audeat negare veritatem, cum tot teſtes, tot indicia, tot coniecturæ, tot præſumptiones illum de ſcelere conuincant, (& fiat tunc epilogus omnium prædictorum, prout in actis habentur, & Rei aſpectui objiciantur.) Reſp. Et ſi renuat veritatem fateri.

Tunc præfatus, acceptatis, &c. examen dimiſit, animo, ſi ipſi viſum fuerit, iterum interrogandi, & iuſſit ipſum Reum iterum retrudi in carcerem, iniungens ipſi, vt poſt relectas depoſitiones ſupradictas, propria manu ſubſcribat, prout relectas confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

CAP. VI.

De debita reſponſione facienda Reo in actu iuridici examinis.

SVMMARIVM.

1 *Reus interrogatus à iudice ſtatim veritatem fateri tenetur ſub pœna peccati mortalis, num. 2. Et mortaliter peccat Aduocatus, ſi aliter conſulat, n. 3. Et non requiritur diffamatio, quando non preceditur per inquiſitionem, ſed ſufficit ſemiplena probatio, num. 4. An teneatur veritatem fateri, quando eſt ſpes euadendi? negant multi, num. 5. Contrarium dicunt alij, num. 6. & 7. Temperant alij ſententiam, num. 8. 9. & 10. Sed temperamentum negatur ab alijs. Tenetur veritatem fateri, quando delictum eſt plenè probatum ſine contradictione DD. nu. 11. Conuictus ſi negauerit delictum, ductus ad ſupplicium non tenetur illud fateri in publico, niſi aliquod damnum ſequeretur, num. 12. Conuictus in multis caſibus poteſt cum bona conſcientia negare delictum, n. 13.*

1 Reus legitimè interrogatus à iudice ſine vlla dilatione veritatem fateri tenetur, D. Thom. 2. 2. quæſt. 69. art. 2. Caietan. ibidem, Henriq. quodlibet. 1. quæſt. 33. Paludan. diſtinc. 19. quæſt. 4. Gabriel. d. 15. qu. 6. art. 2. Sot. de ſecr. membr. 2. quæſt. 7. Nauar. in manual. ca. 25. num. 53. Couar. quæſti. 23. Gomez. tom. 3. cap. 12. num. 5. Clem. Alexan. in

in c.de accuſatione col.37. circa finem 2.q.8. vbi quod per Doctores ita communiter concluditur, & aliis cit. ſequitur Chart. de interrog. reor.lib.3.c.3.n.1.P.Bouer.in direc. for.iudic.par.2.cap.35.in fine.

2 Et Reus tenetur ſub pœna peccati mortalis crimen confiteri, Salzed.ad Diac.ca.129. Guazz. defenſ. reor.20.c.1.n.3. ex Gomez. vbi ſup. n.15.& Villagut.in pract. crim. lib. 1.cap.5.concl.4. in princip. Et Ad-
3 uocatus etiam incurrit in pœnam peccati mortalis, ſi conſulat Reum negare veritatem, idem Guazz.dicto num.3. ex Peregr. lib.2. conſ.2. num.153. Et Reus a ſacerdote abſolui non poteſt niſi proponat eam iudici interroganti patefacere, Salzedo vbi ſup.P.Bouer.d.c.35.in fin.
4 Et tenetur Reus Iudici reſpondere, etiamſi de crimine non præceſſerit diffamatio. Chartar.de interrog.reor.lib.1.ca.2.nu.14.vbi,quod ita indiſtinctè ſeruatur, poſt Clar. q.45.verſ.ſcias autem, nam ſufficit, quod præcedat ſemiplena probatio, vt ſupra dictum eſt(quod intelligitur, quando non proceditur via inquiſitionis,) etiamſi eſſet interrogatus poſt concluſum in cauſa, Chartar.d.nu.14. ex Alexa.conſ.77. nu.9.lib.1. Nam iudex competens quando legitimè interrogat, recta, & iuſta præcipit, & iuramentum defert, viuentiſque Dei in iudicio perſonam gerit, & conſequenter Reus iuramento adſtrictus obedire tenetur, & ne ſit periurus, veritatem apertè fateri debet.

5 Sed controuerſia eſt inter DD., an Reus dum ſpem habet euadendi, ſcilicet dum non habet contra ſe plenam probationem de patrato delicto,ſed tantum ſemiplenam,ſeu indicia illi æquipollentia teneatur veritatem iudici interroganti fateri.Et vlterius probari non poteſt, niſi per eius confeſſionem, ſi ſperat euadere pœnā ſuſtinendo tormēta, nō obſtante iudicis præcepto, & iuramento illi dato de veritate dicenda, & notificatione illi facta de ſemiplena probatione contra ipſum, poſſit veritatem occultare, æquiuocando ad euitandum periurium? Panormitan. in cap.2.de confeſ.col. pen. Sylu. ver. confeſſio delicti q.1.Angel. eodem ver. nu.1. Nauar.in c.humanæ aures 22. q.5. Salon.de iuſt.& iur.qu.59.art.2. dicunt, quòd quamuis iudex in hoc caſu poſſit Reum interrogare de crimine, de quo eſt proceſſatus, ipſe tamen Reus poteſt illud negare, quando pœna eſt temporalis, ſi Iudex procedat ad inſtantiam partis, ſi verò inquirit ex officio fateri tenetur. Sed hanc diſtinctionem non admittit. Greg.Lopez.par.2. tit.29.l.4.gloſ.3. Licet in vtroque caſu iudex iuridicè interroget,concedit tamen cum ſupradictis Doctoribus,quod quando pęna eſt ſpiritualis,vt excommunicatio, & ſimilis,tunc ſub peccato mortali delictum fateri tenetur,quia hæc pœna, potius eſt medicina, quam pœna.Nec hanc diſtinctionem Gregorii Lopez, & Octau.Spatar. in method.corrig.regul. tractat.9. cap.7. num.5. admittit, quia pœnæ ſpirituales magis vitandæ ſunt, quàm temporales.

Alii tenent probabiliter, quod in cauſa criminali, quando agitur de imponenda pœna mortis, mutilationis, triremium, carceris perpetui, confiſcationis omnium bonorum, & ſimilium, non ſit peccatum mortale negare crimen, quando ſit ſpes euadendi negato crimine, modo non iurauerit abſolutè ſe dicturum veritatem; Quia præceptum humanum non videtur obligare cum tanto incommodo, & natura indidit hominibus inclinationem ad ſui conſeruationem, vnde confeſſarius non tenetur cogere Reum ad veritatem aperiendam, quamdiu delictum non eſt plenè probatum, & ſpem habet euadendi, ita Baſſeus in verbo reus num. 4. in prima impreſſione; addit probabiliter Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 31. num. 16. & 17. Reum non ſolum non peccare mortaliter negando in hoc caſu crimen: Sed quod neque tenetur iurare ad mentem iudicis, & vti poteſt amphibologia, vel mentali reſtrictione, ſolum quando cauſa eſt capitalis, vel damnationis ad triremes, vel perpetui carceris, & confiſcationis bonorum; Secus, ſi pœna ſit excommunicationis, quia facilè tollitur: eamdem opinionem tamquam probabilem tenent Filliuc. trac. 4. num. 266. Alcout. in ſumma cap. 16. §. & reo, Cardin. de Lugo de iuſt. tom. 2. diſput. 40. ſect. 1. num. 4. Bardi de conſcien. diſcep. 4. ca. 26. Pellizzar. in manual. regul. tract. 9. c. 4. ſect. 21. num. 113. Lezana tom. 4. verb. reus regul. nu. 5. Eſcobar. Theolog. mor. tract. 9. exam. cap. 6. nu. 49. Geſuald. tom. 3. tract. 7. cap. 2. n. 26. Dian. par. 10. tract. 13. reſol. 13. De Sancto Iuliano cap. 6. aduert. 3. cap. 2. Peyrin. de ſubdito quæſt. 1. cap. 16. §. 1. Ampliant alii etiam ſi agatur de pœna exilii, & etiam ſi interuenerit iuramentum, & quod poteſt æquiuocando veritatem celare, Nauarra lib. 2. de reſtit. cap. 4. num. 32. & 34. Eman. Sa verbo reus, Io. Valer. de differen. vtriuſque for. verbo reſtitutio differen. 49. in fine, Portell. in dub. regul. tit. correctio fratrum verbo reus num. 43. Bonacin. in decalog. reſp. 10. quæſt. 3. punct. 2. n. 7. de qua re latè Io. Sanch. in ſelect. diſp. 43. num. 29. qui multos Doctores citat, ſed Salzed. Leſſ. Nauar. Filliuc. Malder. Villalob. Roderic. & alii citati a *dicto Sanch.* dicunt hoc procedere, in cauſis tantum capitalibus, in quibus iudex iuſtè interrogat ex ſemiplena probatione, & reus pariter iuſtè veritatem celat, & vterque ſuo iure vtitur; imò ipſe Sanch. tenet, quod reus poteſt opinionem tenere, quòd iudex non iuſtè eum interrogat, quando crimen tantum eſt ſemiplenè probatum, & cum hac opinione poteſt veritatem celare, ſed hæc opinio, quod reus poteſt tenere non eſſe iuſtè interrogatum, non eſt vera, & tenenda; Quando ſemiplena probatio eſt ei notificata, vt ſupponitur, & hanc opinionem quod reus poteſt veritatem celare, quando eſt ſpes euadendi, procedat etiam in cauſis regularium, dicunt Ioſeph. à S. Maria in tribun. religioſ. tract. 4. num. 5. & Octau. Spat. dicto tract. 9. c. 7. num. 8. & num. 13.

di-

Digitized by Google

dicentes, poſſe regularem ad ſuam famam tuendam crimen non plenè probatum in iudicio, cum iuramento negare tuta, tranquillaque conſcientia; Et quod in hoc caſu nec illum mendacium dicit, nec periurium committit, quia non eſt falſum dicere, & mentiri, ſed verum occultare, iuſta, & rationabili cauſa, ac etiam omnem torturam pro iuribus æquanimiter tolerare debent.

6 Cæterum oppoſita ſententia eſt probabilior, tutior, & ratione munita, licet prima ſit plauſibilis, & multos habeat ſequaces, vt patet ex dictis, & hoc ſiue iudex procedat ad inſtantiam partis, ſiue ex officio; Nam quoties delictum eſt ſemiplenè probatum, & Reo notificatum, ſub peccato mortali veritatem fateri tenetur, etiamſi ex tali manifeſtatione certo ſciat in mortem eſſe condemnandum, quia alias eſſet confirmare mendacium cum iuramento, quod eſt intrinſecè malum. Ita D. Thom. 2. 2. quæſt. 69. artic. 2. & ibi Caiet. Bann. Petr. de Aragon. & Mich. Salon. Sot. de iuſt. quæſt. 6. art. 2. concl. 2. & de tegend. ſecr. memb. 2. quæſt. 2. & quæſt. 7. concluſ. 1. Cordub. lib. 1. quæſt. 43. dub. 3. Nauar. in manual. c. 25. num. 35. & in cap. inter verba concluſ. 6. corol. 65. quæſt. 1. Couarr. pract. qq. 23. num. 5. Gabr. in 4. diſtinct. 15. qu. 6. art. 2. Paludan. in 4. diſtin. 19. q. 4. num. 7. Henr. de Gand. quodlib. 1. quæſt. 33. Et ita interpretanda eſt doctrina. Barto. in l. inter omnes §. rectè in fine ff. de furt. Quam communiter receptam eſſe fatetur. Salzedo ad Diaz. in practica crimin. cap. 129. in verbo primo quidem, Archidiac. in cap. in ipſarum 22. quæſt. 2. 5. item, quod dicitur, vbi habetur, quòd Reus tenetur reſpondere iudici interroganti in caſibus, in quibus interrogare poteſt, & veritatem dicere, etiamſi tractetur de periculo mortis, quem citat, & ſequitur Caualcan. de Brach. reg. par. 3. num. 66. Peguer. deciſ. crim. 5. nu. 24. Gomez. tom. 3. delict. c. 12. num. 15. Sylu. verbo accuſatio quæſt. 13. Vbi, quod eſt peccatum mortale non ratione mendacii, ſed ratione iniuſtitiæ, Azor. par. 3. lib. 13. c. 25. dub. 3. Reginald. in praxi lib. 24. nu. 35. Syluius in 2. 2. D. Thom. qu. 69. art. 4. Chartar. de interrog. reor. lib. 1. cap. 2. num. 8. Vbi, quod non poteſt Reus verborum obſcuritate, & amphibologia iudicem interrogantem eludere. Alphonſ. in pract. crimin. lib. 5. cap. 17. concluſ. 1. & 2. Tolet. lib. 5. inſtruct. ſacerd. cap. 58. Greg. de Valent. tom. 3. diſp. 5. quæſ. 13. punct. 1. Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. cap. 16. num. 1. Homobon. tract. de ſtatib. par. 2. cap. 4. Aldret. de religioſ. diſcipl. tuenda, lib. 1. tom. 11. num. 5. & lib. 2. cap. 4. num. 8. & 24. Io. de la Cruz. in direct. conſcien. par. 1. præcept. 8. artic. 3. dub. 8. concluſ. 2. Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 31 dub. 3. num. 12. Vbi docet de communi, & ita etiam Ceual. in tract. comm. contr. comm. quæſt. 603. *Villagut.* in pract. crimin. lib. 1. cap. 5. concl. 4. in princ. Guazzin. defens. reor. 20. cap. 1. num. 3. Taxeda in theol. mor tom. 1. lib. 2. tr. 3. contr. 7. num. 80. Turrian. in ſelect. cent. 1. dub. 75. &

de iuſt.tom.2.diſp.50.dub.2.n.7. ſed
tenetur reſpondere ſecundum iudi-
cis mentem iuridice interrogantis,
D.Thom.2.2.q.87.ar.7.& ibi Caiet.
Sot.lib.5.de iuſt.& iur.qu.1.artic.7.
7 Probatur etiam, quia ſubditus te-
netur obedire ſuperiori in his, ad
quæ ius prælationis ſe extendit; ſed
ius prælationis ſe extēdit ad omne
iuſtum præceptum imponendum,
ergo quando iudex iuſtè interrogat
tenetur reus reſpondere ſecundum
veritatem. Et quoties ſuperior ha-
bet ius ad aliquid præcipiendum,
ſubditi obligantur ad obediendum;
Aliàs non eſſent correlatiua, ſi ſub-
diti haberent ius ad non obedien-
dum, quamuis ſuperior habeat ius
ad præcipiendum. Etſi ſuperior ſub
peccato mortali, tenetur interro-
gare ſubditum, quando crimen eſt
ſemiplenè probatum, alias offende-
ret Rempubl. in re graui, cui inter-
eſt, vt delicta puniantur, ergo ſub
ditus pariter tenetur obedire, ſub
eodem peccato; Aliàs fruſtratoriè
obligaretur iudex ad interrogan-
dum, ſi ſubditus non teneretur obe-
dire, & hanc ſententiam defendit
latè Ludou. Pegue. in pract. crimin.
c.12.§.5.n.14. vbi ad plenum reſpon-
8 det contrariis. Et licet nonnulli
temperent hanc communem ſen-
tentiam, vt procedat in cauſis ciui-
libus, & in criminalibus in quibus
pœna ſanguinis non timetur, vt
Salze. ad Diaz. d.c.129. verſ. decimo
illud perpetuo, prout inter regula-
res, vbi non timetur pœna ſangui-
nis, idem docet P. Bouer. in direct
par.2.c.35. in fine, necnon in ſpiri-
tualibus, Salze. vbi ſupra. In capi-
talibus autem, & vbi de graui de-
decore agitur, & crimen non eſt
plenè probatum, & eſt ſpes negan-
do euadendi, contrarium tenent
Salzed. vbi ſupra, Rodriqu. qq. reg.
tom.1. qu.19. art.4. Petr. Nauar. lib.
2. de reſt. c.4. à nu.142. Leſſ. d. ca.31.
dub.9 n.16. Reginald. lib.24. nu.37.
Fagund. 2. præcept. Eccl. lib.8. ca.7.
num.4. Malder. 2.2. tr.6. de iuſt. c.2.
Portel. in dub. regul. ver. Reus nu.
43. & in addit. num.5. Hieron. Ro-
deriq. reſp.43. num.7. Berti in prax.
crim. tit.19. cap.4. num 1. Io. Valer.
de differ. vtriuſque for. verbo reſti-
tutio differ.49. Villalob. in ſumma
tom.1. tract.16. differ.1. nu.10. Ioſe-
ph. à Sancta Maria tribun. religioſ.
tract.4 cap.14. nu.5. Filliuc. tom.2.
trac.40. nu.266. Peyr. de ſubdito qu.
1. cap.16. §.1. Dian. par.2. tract.15.
reſol.27. & par.10. tract.13. reſolut.
13. contra Taxed. in Theol. moral.
tom.1. lib.2. trac.3. controu.7. nu.8.
dictus Roderiq. & Turrianum in
ſelect. cent.1. dub.75. & de iuſt. tom.
2. diſput.5. dub.2. num.7. Qui cau-
9 ſam capitalem extendunt in hoc
caſu, etiam quando timetur ſenten-
tia, condemnationis ad triremium,
confiſcationis bonorum, aut ſi pe-
riclitaretur honor, & quid ſimile, &
10 Diana dicta par.2. trac.15. reſol.27.
cum aliis ab eo citatis addit, quod
ſi Reus negauit in iudicio verita-
tem, in caſu quo debebat eam fate-
ri non tenetur, non rogatus ad ſe
retractādum, ſed debet habere ani-
mum paratum, ſi iterum interro-
getur fatendi veritatem. Sed ſupra-
dictum temperamentum poſitum
à citatis Doctoribus num.8. & 9.

Non

Non admittit Bordon. poſt hæc ſcripta viſus in praxi crimin. cap. 67. num. 13. Sed indiſtinctè, & ſimpliciter cum Doctoribus ſecundæ opinionis citatis numer. 6. Tenet, quod ſi reus ſemiplenè conuictus ſperat ſuſtinendo torturam euadere pœnam, non poteſt occultare veritatem etiam in delictis grauioribus, & mortis, & vt plurimum rei ſuccumbunt, & tormentis vincuntur, & animam, & corpus perdunt.

Et reſpondent ad argumenta contrariæ opinionis, & ad primum, ſcilicet, quòd natura inditum eſt omnibus hominibus ſe defendere; Reſpondet, hoc procedere, ſi habeat legitimam cauſam, & rationem ſe defendendi; puta, quando eſt innocens, aut quando eſt ab alio aggreſſus, ſed non habet rationem ſe defendendi à iudice, qui iuſtè, & legitimè eum interrogat, ſed cogitur reſpondere ad interrogata ſecundum rei veritatem, maximè quia non habet dominium propriæ vitæ, quod propter ſua ſcelera amiſit, & non ſit innocens, ſed nocens.

Ad ſecundum, quòd nemo cogitur teſtificare contra conſanguineum, ergo neque contra ſeipſum; Reſpondet, quod priuilegium conſanguinitatis non prodeſt, quando veritas aliter non poteſt haberi, nec poteſt eam negare teſtis, quando eſt ſemiconuictus de ſcientia veritatis, & confeſſione delicti, ex natura rei ſemper eſt præiudicialis Reo, ergo, aut ſemper, & in quocumque caſu tenetur fateri veritatem, aut numquam, ſed hoc etiam per dictos Doctor. eſt abſurdum, ergo in quocumque caſu tenetur fateri veritatem.

Ad tertium, quòd lex humana non obligat cum periculo mortis; Reſpondet, quod hæc obligatio dicendi veritatem a nullo dependet periculo, ſed a præcepto dicendi veritatem, & non mentiendo in iudicio, & ſi mors illi occurrat, non eſt effectus confeſſionis, ſed delicti, ad quod ſequitur pœna; Nec habet Reus ius ad famam ſuam retinendam dum delictum eſt ſemiplenè probatum, & ipſi notificatum, & per conſequens ſcit per talem notitiam, quòd eam perdidit, ſicut perdidit dominium propriæ vitæ. In aliis verò Prouinciis, & Regnis, vbi confeſſio non requiritur.

11 Quando delictum eſt plenè probatum, nulla eſt quæſtio inter Doctor. ſed Reus tenetur veritatem fateri, quia non eſt ſpes euadendi. Diana cum aliis ab eo citatis dicta par. ſecunda tract. 15. reſolut. 27. & par. decima tract. 13. reſolut. 13 Filliuc. Fagundez, & alii quos refert Cardin. de Lugo de iuſt. tom. ſecunda diſputat. quarta ſectio. 1. num. 4.

12 Verum, quod ſi interrogatus peccet mortaliter ſemel negando delictum, nihilominus iuſtè damnatus, dum ducitur ad ſupplicium, non tenetur ad publicè confitendum illud, niſi notabile aliquod damnum probabiliter ſequeretur, cum eius ſpirituali ſaluti ſufficiat iuſta confeſſio, cum ſacramen-

mentali confeſſione. Nauar. in manual. ca. 25. num. 38. Salzed. ad Diaz dicto cap. 129. verſ. tertio eſt conſiderationis dignum. Et ſi in Regno Franciæ negando Reus delictum habet ſpem euadendi, militant tamen ſupradictæ rationes, quod non poteſt illud in conſcientia negare.

23 Sed valdè circa hoc eſt obſeruandum, quod ſi quis eſſet interrogatus iuridicè, & cum iuramento de aliquo facto in quo Reus non peccauit, non tenetur veritatem fateri. Nam ſi eſſet interrogatus, ſi eſſet ingreſſus aliquam domum ad malum finem, & interrogatus verè ingreſſus fuit, non tamen fuit ingreſſus ad malum finem, & ſic ingreſſio in rei veritate non fuit criminoſa, ſi non poteſt probare bonam fidem dicti ingreſſus, non tenetur confiteri ingreſſum fuiſſe in eum, quia iudex interrogare intendit de ingreſſu criminoſo, non de ingreſſu licito. Sot. de ſecret. memb. 2. quæſt. 2. concluſ. 3. Roderiq. qq. reg. tom. 2. quæſt. 19. art. 7. Berti in praxi crim. tit. 19. cap. 4. num. 7. Portel. in dub. reg. verbo iuramentum n. 6. Quia quoties factum externum contra legem, excuſatur a peccato, propter aliquam circumſtantiam, poteſt Reus tuta conſcientia factum iudici negare, intelligēdo de crimine criminoſo; Et ideo, ſi quis occidit hominē ſe defendendo cū moderamine inculpatæ tutelæ, vel putatum feram, non tenetur iudici inquirenti, & interroganti fateri ſe occidiſſe; etiamſi de homicidio proceſſiſſet probatio, & infamia, quia iudex non inquirit niſi de occiſione criminoſa. Pitigia. in pract. crimin. in tertio ſubſtantiali ca. 3. verſ. ſecundo obſeruandum eſt. Idē etiam dicendum eſt, ſi aliquod opus fecerit ex ignorantia inuincibili, vel dum rem ſuam, vel ſibi debitā, per iuſtam compenſationem, clam abſtulit, non tenetur fateri furtum, ſi erit a iudice interrogatus. Et in omni caſu quo quis eſt innocens, & ſine culpa ſaltem lethali, & ſecundum allegata, & probata iuridicè reperitur nocens; non tenetur reſpondere iudici ſecundum allegata, & probata, ſed poteſt crimen, de quo interrogatur negare. *Portell.* in dub. reg. in verbo iuramentum num. 16. Bann. Azor. & alii citati à Diana par. 3. tract. 5. *reſol. 66.* Vnde qui non eſt Auctor criminis non tenetur fateri illas circumſtantias, ex quibus vehemens ſuſpicio capi poteſt ipſum commiſiſſe crimen. V. g. Titius occidit Seium cum pugione Caij, inſcio Caio, ſi Caius interrogatus a iudice an his eſſe ſuus pugio, poteſt negare, quamuis ſuus eſſet, quia alias confiteretur contra ſe indicium, quod ipſe occiderit Seium, et ita omnibus aliis ſimilibus caſibus, de quibus loquuntur. Azor. par. 3. lib. 13. cap. 25. dub. 9. Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 31. num. 14. Reginald. lib. 24. cap. 38. et num. 42. Hurtad. par. 2. tract. 6. cap. 3. §. 7.

Nec tenetur fateri, quando non eſt interrogatus iuridicè, v. g. quando Reus ſcit, quod delictum vnus ſolus ſcit, et quod iſte ſolus ſit denunciator, vel accuſator ſine aliis teſtibus, tunc non tenetur veritatem

tem

tem fateri, quia non poteſt iuridicè interrogari, ſi vltra denunciatorem non adeſt alius teſtis omni exceptione maior, ſeu ſemiplena probatio. D. Thom. 2. 2. quæſt. 69. art. 1. et 2. Bart. in l. fin. num. 7. ff. de quæſt. Nauar. cap. 25. num. 56. Spatar. in ſua prax. tract. 9. ca. 5. num. 1. Bordon. in praxi c. 84. n. 6.

CAP. VII.

De confeſſione Rei facta ad iudicis legitimam interrogationem in iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſione rei crimina comprobantur, & hæc confeſſio ſufficit ad condemnan'um.*

2 *Confeſſio ſpontanea non indiget ratificatione, vt confitens condemnari poſſit.*

3 *Confitens ſpontè in iudicio condemnari poteſt, etiam quod in tortura contrarium deponat.*

4 *Confeſſio ſpontanea de aliquo delicto ſufficit ad condemnandum, etiam ſi confitens de eodem delicto d. f. ctu probationum fuerat abſolutus. Facta in vno iudicio præiudicat inter eaſdem perſonas etiam in alio iudicio, num. 5. Spontanea facta ſuper proceſſu, an, & quando ſufficiat ad condemnandum, num. 6.*

7 *Minor ſupra quartumdecimum annum examinatur in criminalibus, ſine curatore.*

8 *Confeſſio facta Iudici interroganti ſine legitimis indicijs eſt nulla.*

9 *Confeſſus in iudicio non poteſt condemnari, non dato ei termino congruo ad ſe defendendum aduerſus confeſſionē. Nec quando confeſſio non eſt probabilis, & veriſimilis, num. 10. Nec quando eſt de re impoſſibili. n. 11. Nec quando non conſtat de corpore delicti, in his, quæ relinquunt poſt ſe veſtigium, & non ſunt difficilis probationis, n. 12. Nec quando non eſt res clara, certa, & lucida, & ponuntur exempla, num. 13.*

14 *Confeſſio, quę poteſt importare maius delictum, & minus delictum debet interpretari in minus. Incerta, & dubia ſufficit ad torquendum, num. 15. & num. 30. Conditionata non nocet, num. 16.*

Delicti, quod non habet cauſam non nocet, n. 17. De crimine, de quo non agitur principaliter, an ſufficiat ad condemnandum? num. 18. Facta ſub ſpe impunitatis, an ſufficiat ad condemnandum? n. 19.

De re, quæ non habuit dependentiam à facto, & voluntate dependentis, non nocet, num. 20. & 25. Non poteſt facere delictum leue, quod eſt graue, nec graue, quod eſt leue, num. 21. Facta coram duobus Iudicibus, ex tribus, quando nocet, n. 22.

De ſimplici delicto, non nocet ſuper qualitatibus, num. 23. De delicto prę ſcripto an noceat? num. 24. Qualificata an, & quando ſufficiat ad condemnandum, num. 26. Erronea reuocata, an, & quando nocet, n. 27. Semper reuocari poteſt, n. 28. Quomodo reuocetur, & probari debeat error, & cauſa erroris, num. 29. Probata erronea in parte tota præſumitur erronea, n. 30.

Iudi-

Iudicialis an poſſit reuocari, quando præceſſit confeſſio extraiudicialis, numer.31.

Poteſt reuocari ab ignorante etiam ſi error conſiſtat in iure, n.32.

33 *Confitens ſi in caſu dubio reuocationis torquetur, & confitetur, & ratificet confeſſionem, an poteſt reuocare iterum confeſſionem.*

Confitens in caſu dubio reuocationis ſi ter torquetur, & ter confitetur, & ſtatim ter neget in eadem tortura, quid faciendum?

34 *Confeſſio reuocata per relationem ad ſcripturam, ſi in ſcriptura apparet de errore, error ſatis dicitur probatus. Si eſt reuocata incontinenti, non eſt neceſſe probare errorem, n.35. Spontanea mitius punitur, & declaratur, quando dicitur ſpontanea, aut metu probationum, n.36.*

37 *Confitens ſponte in Tribunali Sancti Officij recipitur ad miſericordiam.*

38 *Interrogatus de delicto illud negat, & poſtea timore probationum cum qualitate fatetur, debet qualitatem probare.*

39 *Interrogatus ſi cum qualitate delictum fateatur, an debeat torqueri, vel extraordinariè puniri? Ponuntur variæ concluſiones, n.41.*

40 *Delictum non præſumitur malo animo factum, quando tantum conſtat per confeſſionem rei.*

ET quia Reus legitimè à Iudice conſtitutus, & interrogatus interdum de plano delictum fatetur; Interdum verò negat, non obſtante, quod delictum ſit ſemiplenè, & aliquando etiam plenè probatum; Ideo ſupereſt vt in hoc capite agamus de reo confeſſo in iudicio, poſtea verò in alio capit. de Reo negante; Et regula eſt, quod reorum

1 confeſſione omnia crimina comprobantur, l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. reor. l. proinde la 2. ff. ad leg. Aquil. l. qui ſententiam C. de pœnis cap. 1 cap. primates, cap. multi 2. quæſt. 10. cap. at ſi Clerici de iudic. Et ex hoc prodiit illud vulgare dictum, quod in confeſſum partes iudicis ſunt in condemnando, Clar. quæſt. 65. in princ. Farinac. qu. 81. num. 3. Et illud, nulla maior probatio, quam oris in iudicio confeſſio, quia huiuſmodi confeſſio, facit rem manifeſtam, & inducit notorium, Farinac. vbi ſupra num. quarto. Baiard. dicta quæſt. 65. num. 10. Et ſic confeſſio iudicialis ſufficit ad condemnandum.

2 Ampliatur concluſio, primò, vt non requiratur ratificatio, Clar. dicta quæſt. 65. num. 2. Farin. vbi ſup. num. 8. & conſ. 23. num. 11. & conſil. 84 num. 14. Barboſ. ad c. poſtquam num. 3. de accuſat.

3 Ampliatur ſecundò, quod poteſt condemnari ita confeſſus etiam, quod ſecundo loco contrarium in tortura depoſuiſſet, Bart. in l. 1. § quæſtione ff. de quæſtion. Grammvoto 34. num. 11, & conſ. 35. in fine, Foller. in verbo, & ſi confitebuntur num. 90. Baiard. dicta quæſt. 65. num. 1.

4 Ampliatur tertiò, vt procedat concluſio, etiamſi prius fuerat abſolutus ob non probatum crimen, cum clauſula rebus ſic ſtantibus, & ſententia tranſierit in rem iudicatum, Foller. vbi ſup. n. 40. Bero. in cap.

cap. at ſi Clerici, num.67. & ſequ. de iudic. Baiard. vbi ſupra num. 57. Guazzin. defenſ. reor. 32. cap. 20. ſecùs ſi fuerit abſolutus poſt confeſsionem ſpontaneam, quia per illam confeſsionem non poteſt amplius moleſtari. Boer. deciſ. 289. num. 8. Baiard. q. 57. num. 15. Farinac. q. 4. num. 43. & conſ. 40. num. 91. Guazzin. defenſ. 32. c. 10. verſ. ac etiam.

5 Ampliatur quartò, quòd facta confeſsio criminis in vno iudicio, præiudicat inter eaſdem perſonas etiam in alio iudicio. Farin. dicta q. 81. num. 93. & 101. & conſ. 84. num. 14.

6 Ampliatur quintò, vt poſsit iudex reum condemnare, etiam ſi confeſsio facta eſſet ſuper proceſſu nullo, cap. 1. de accuſat. in 6. Innoc. in cap. qualiter, & quando, il 2. num. 7. de accuſat. Bart. in l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reorum. Farinac. quæſt. 81. num 66. vbi quòd non impedit ad hoc defectus ordinis iudiciarij, nec proceſſus nullitas ex ineptitudine accuſationis, vel inquiſitionis. Farinac. num. 68. nec omiſsio ordinis ſubſtantialis. Idem num. 73. & poteſt condemnari etiam perempta inſtantia. Valaſc. conſultat. 65. num. 3. Maſcard. de probat. num. 357. Rota Roman. deciſ. 275. Barboſ. ad cap. Piſanis, num. 5. de reſtitut. ſpoliat. Farinac. num. 74. Limitatur tamen hæc quinta Ampliatio, quòd iudex, ſi velit ex tali proceſſu condemnare reum confeſſum, poteſt, ſed non cogitur. Angel. conſ. 178. in fine. Dec. in dicto cap. at ſi Clerici, num. 36. Boſſ. tit. de confeſſ. num. 40. in fine. Limitatur ſecundò, quòd in criminalibus non ſupplet defectum ſententiæ huiuſmodi confeſsio, ſicut in ciuilibus, & ideo ſi non condemnatur per ſententiam, non habetur pro condemnato. Farinac. vbi ſupra, num. 78. Limitatur tertiò, vt non procedat quòad pœnam ordinariam, ſed tantùm quòad pœnam extraordinariam. Idem Farinac. num. 82. quòd ſi in proceſſu ordo ſit præpoſteratus, & in omni caſu, quo proceſſus eſt nullus, tutius erit abſoluere confeſſum ab obſeruatione iudicij. Riminald. vbi ſupra poſt Angelum conſ. 178. Guazzin. defenſ. 22. cap. 22. num. 5. Limitatur quartò, vt regula procedat in confeſsione facta coram iudice ordinario, non autem coram iudice delegato, quia confeſsio non ſanat nullitatem proceſſus. Farin. num. 88. Limitatur quintò, quando nullitas proceſſus prouenit ex defectu iuriſdictionis, quia tunc confeſsio non conualidat nullitatem proceſſus. Farinac. num. 89. ſed tantùm ſufficit ad torturam coram iudice competenti. Farinac. à numero 188. vſque ad num. 116. Carena parte tertia, titulo octauo, numero vigeſimotertio. Guazzinus defenſ. 32. capite vigeſimoſexto, numero tertio; dummodò ſit ſpontanea, de qua loquimur, & non fuerit Clericus per vim tractus coram iudice laico, & confeſsionem non reuocauerit doctò de errore. Farinacius numero 215. & 216. Guazzin. num. 8. & 9.

Limitatur ſextò, quando nullitas ineſt in ipſa confeſſione, puta, ſi proueniat defectu perſonæ confitentis, v.g. ſi eſſet infans, qui comparatur dementi. Farin. num. 353. Licet quando eſt ſupra quartum decimum annum in criminalibus, non datur curator, ex conſuetudine Italiæ, & Galliæ, Farin. nu. 370. & Carina num. 14. Et examinatur ſine curatore. Licet concedatur reſtitutio in integrum, ſi doceat de errore, & læſione, Farin. num. 378. quæ reſtitutio ſemel conceditur, idem num. 390.

8 Limitatur ſeptimò, quando confeſſio eſſet extorta ſine indiciis ſufficientibus ad Reum interrogandum, (ſcilicet ſine ſemiplena probatione, iuxta ea, quæ ſupra diximus cap. 2. num. 12.) Alexand. conſ. 127. num. 2. lib. 4. Viu. in verbo confeſſio. Ball. var. qq. tit. de quæſtion. quæſt. 20. num. 16. Vnde cauendum eſt à Farinac. quæſt. 37. num. 17. & à P. Bicto quæſt. 104. num. 24. Nam licet ſecundum eos confeſſio eſt ſufficiens ad condemnandum, ſi procedat ſine indiciis ad torturam, dummodo procedat cum indiciis ſufficientibus ad interrogandum, eo quia putant minora indicia ſufficere ad reum interrogandum, quam ad torquendum, tamen quia hanc opinionem nos dicto c. 2. reijcimus, ſequitur, quod confeſſio facta iudici interroganti, ſine ſemiplena probatione eſt nulla, inſufficiens ad condemnandum.

9 Multa enim requiruntur, vt reus in iudicio confeſſus poſſit condemnari; Et primò, vt ei detur terminus ad ſe defendendum aduerſus confeſſionem, Boſſ. tit. de confeſſ. num. 3. Gramat. deciſ. 48. Clar. quæſt. 65. num. 1. Quia multa poſſunt deduci, & probari contra propriam confeſſionem, idem Clar. quæſt. 55. num. 18. Farinac. conſ. 13. num. 13. & conſ. 16. num. 1. Cabal. reſol. 186. num. 1. Ceual. comm. contr. comm. q. 652. n. 4.

10 Secundò, vt confeſſio ſit probabilis, & veriſimilis, Bald. conſ. 479. num. 2. lib. 5. vbi, quod confeſſio non nocet confitenti, quando reſiſtunt indicia veriſimilia, & probabilia innocentiæ. Paris. de Put. de ſyndic. in verbo confeſſio cap. 1. num quinto. Dec. in cap. at ſi Clerici num. 42. & ſeq. extra de iudic. Marſil. in leg. repeti poſt num. 19. ff. de quæſt. & in practic. §. poſtquam num. 5. in fine, & num. 7. in fine, & in Rubr. C. de probat. num. 128. Prout quando interrogatus a iudice neſcit locum, & tempus, quia talis confeſſio non videtur veriſimilis. Boſſ. tit. de confeſſ. num. 46. Maſcard. de probatio. concluſ. 384. num. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 269. num. 3. & 9. Bertaz. conſ. 29. num. 7. & ſeq. & conſil. 214. num. 16. lib. 1. Surd. conſil. 291. num. 28. lib. 2. Pereg. conſ. 2. numero 81. volum. 2. Merlin. deciſ. 96. num. 62.

11 Tertiò, quod ſit poſſibilis, nam impoſſibilis nihil operatur, Marſil. dicta l. repeti num. 19. Vbi ponit exemplum in eo, qui confitetur ſe fregiſſe cum enſe inimico ſuo caput, & oſſa, Iodoch. in praxi crim. cap. 54. nu. 31. & 33. Aut ſi quis exiſtens Neapoli fateatur ſe externo

die

Digitized by Google

die Pariſijs commiſiſſe homicidiũ, Farin. quæſt. 81. n. 24. Multo minus operatur, ſi repugnat naturæ Rei, vt ſi quis fateatur ſe quendam occidiſſe, & is apparet viuus, l. Neratius §. fin. ad leg. Aquil. Farin. qu. 81. num. 27.

12 Quartò requiritur, vt conſtet de corpore delicti, in ijs delictis, quæ relinquunt poſt ſe veſtigium, vt vulneratio, & homicidiũ, aliter cõfeſſio eſt nulla, & non nocet confitenti, Farinac. quæſt. 2. num. 7. & 8. Licet in delictis difficilis probationis ſufficit, quod quis fuerit viſus cum aliquo, & vlterius non reperiatur, & abſentia eſt diuturna, concurrente etiam fama, aut aliqua indicia mortis, vel occiſionis. Balltract. var. lib. 2. tract. de quæſt. nu. 5. Sanfelic. deciſ. 28. Et in delictis conſiſtentibus in ſola voluntate, vt in hæreſi, & in delictis lamiarum, & ſimilibus non relinquentibus veſtigium, Farinac. quæſt. 2. num. 25. & ſeq.

13 Quintò, quod ſit clara, certa, lucida, expreſſa, explicita, & inuulnerabilis, alias non operatur, quoad condemnationem, l. certum in princip. ff. de confeſs. Maſcard. concluſ. 344. n. 12. Gratia. deciſ. March. 43. num. 6. Peguer. deciſ. 17. num. 4. Triuiſ. deciſ. 46. num. 5. lib. 2. Bertazol. conſ. 29. num. 17. conſ. 19. in addit. litt. C. conſ. 80. num. 41. conſ. 60. num. 88. Farinac. quæſt. 81. num. 32. vbi ex Bero. dicit, quod ſi homicidium eſſet a pluribus in rixa commiſſum, & ignoraretur vulnerantes, & vnus ex rixantibus fatetur, homicidium fuit a nobis commiſſum, hæc confeſſio eſt dubia, & non ſufficit ad condemnandum, quia illud verbum a nobis non refertur ad vulnera, & percuſſiones, ſed ad rixam, ex qua ſecutum fuit homicidium, & potuerunt eſſe alii rixantes, qui vulnerarunt. Similiter, qui interrogatus de pluribus delictis, aliqua expreſsè negauit, & reliqua tacendo, & non negando licet præſumatur confiteri, tamen hæc præſumptio non ſufficit ad condemnandum. Boſſ. tit. de confeſ. num. 83. Pariter etiam ſi quis excipiendo, vel aliàs dicit alium ſocium criminis, vnde tacitè videtur fateri ſe criminis Reum, talis tacita confeſſio ad condemnandum non ſufficit, Farin. dicta q. 81. num. 33. Idem dicitur de confeſſione facta per verbum Credo, vel videtur, & ſimile, quia hæc confeſſio, tamquam incerta, dubia, & obſcura non ſuffi-

14 cit ad condemnandum, idem Farinac. conſ. 60. num. 11. Et confeſſio, quæ poteſt importare maius delictum, & minus delictum, debet interpretari in minus, & non in maius, in homine malæ famæ. Farinac. dicta qu. 81. nu. 34. ex Roman. conſ. 455. nu. 5. & ſeqq. Centolin. ad Farinac. conſ. 25. litt. R. Verum quod

15 licèt confeſſio incerta, & dubia non ſufficiat ad condemnandum, ſufficit tamen ad torquendum. Boſſ. tit. de confeſſ. n. 83. Menoch. de præſumpt. lib. 1. qu. 89. nu. 24. nam confeſſio dubia poteſt per confitentem declarari. Farin. d. q. 81. n. 317. Centolin. dicto conſ. 25. litt. R. poteſt etiam iudex punire ſic confitentem aliqua pœna extraordinaria, ſi ha-

beat liberum arbitrium, praxis tamen eſt, vt per torturam cauſa expediatur. Caualc. de brach. reg. par. 3. n. 213. & 231.

16 Sextò, confeſſio non debet eſſe conditionata. Farin. conſ. 34. n. 5. & reſoluitur in negatiuam, & non nocet. Decian. reſp. 93. num. 126. vol. 2.

17 Septimò, confeſſio delicti debet habere cauſam, propter quam fuit patratum, & ſine cauſa non nocet; & ideò omninò eſt perquirenda cauſa delicti. Bertaz. conſ. 29. n. 13. quæ cauſa debet eſſe certa, & intelligibilis, non obſcura. Surdus conſ. 135. num. 14. Cartar. de interrog. reorum lib. 4. cap. 11. num. 83. Ambroſin. de modo form. proceſſ. li. 4. c. 2. n. 5. ſuper cauſa tamen torqueri poteſt. Bald. conſ. 125. n. 4. Foller. in ver. & ſi confitebuntur, n. 114. Cartar. vbi ſup.

18 Octauò, confeſſio debet eſſe de crimine, de quo principaliter agebatur, vel illi cauſæ tangente, aut connexæ, & non incidenter emanata, & de quo principaliter non agebatur; & ideo ſi Clerico promouendo ad ſacros Ordines obijciatur crimen, propter quod non poteſt promoueri, & illud fateatur, tunc ex hac confeſſione non punitur, quia ad pœnam criminis non agebatur; idem dicitur de qualibet confeſſione per viam exceptionis obiecta, c. 1. de except. Farin. dicta q. 81. n. 222. & teſtis, vel accuſator iudicialiter examinatus ſuper interrogatorijs partis aduerſæ, ſi reſpondendo fatetur aliquod crimen contra ipſum per viam exceptionis oppoſitum ex tali confeſſione damnari non poteſt pœna ordinaria, ſed tantùm extraordinaria. Farinac. num. 266. niſi fateretur falſum dixiſſe, vel per calumniam accuſaſſe, quia condemnari poteſt pœna ordinaria, nam tunc ageretur de crimine annexo, tangente cauſam, de qua principaliter agebatur. Nec confeſſio incidenter emanata in vno iudicio ſufficit ad condemnandum confitentem in eodem iudicio, vt alias dictum eſt, niſi in eodem iudicio habuiſſet terminum defenſorium, & non euacuaſſet confeſſionem. *Franch.* deciſ. 240. num. 13. lib. 2. *Baiard.* qu. 19. num. 13. Ball. qq. var. lib. 2. q. 13. num. 6. vel ſi reus eſſet famoſus. Felin. in cap. 1. de exception. Vtſill. ad *Afflict.* deciſ. 176. *Farinac.* q. 37. num. 167. & 171. Ball. vbi ſupra num. 9. Tuſc. litt. D. concluſ. 175. num. 8. vel in caſu aſſaſſinij, furti, & fraudatæ annonæ. Ballus dicto num. 9. ex Burſ. conſ. 201. lib. 2 num. 32. Clar. q. 65. verſ. ſi exceſſiuè, vel in Principe, qui ſine nouo proceſſu poteſt confeſſum incidenter punire. Felin. in cap. 1. num. 16. de except. Farinac. q. 81. num. 243. Scacc. de iudic. c. 73. num. 3. Ball. vbi ſupra.

19 Nonò, non debet eſſe confeſſio facta ſub ſpe impunitatis promiſſæ à iudice, non habente à Principe poteſtatem promittendi impunitatem, quia non ſufficit ad condemnandum. Farin. dicta q. 81. n. 280. Guazzin. defenſ. reorum 20. cap. 24 num. 1. niſi fuerit ratificata ſine tali promiſſione, & cum expreſſa de-

denunciatione, quòd impunitatis iam promiſſæ nulla habetur ratio. Decian. tract.crim.lib.2.c.15.num. 7.Guazzin.d.c.24.num.8. aliàs ob talem confeſsionem etiam non reuocatam non poteſt puniri niſi pœna extraordinaria, dummodò fuit interrogatus præcedentibus indicijs ad interrogandum. Menoch. de arbitr.lib.2.c.367.n.4. Farinac. n.295.& 302.Souſ.l.2.c.10.n.47.ſed ſi non fuit interrogatus præcedentibus legitimis indicijs, non poteſt niſi torqueri, vt dictum eſt ſup. c.5. nu. 58.

20 Decimò, requiritur, vt id,quod confitetur,habuerit dependentiã à facto, & voluntate confitentis, vt noceat confitenti,nempè ſi fatetur vulneraſſe,vel occidiſſe hominem, ſecus ſi fateretur vulneratum deceſsiſſe ex vulnere ab eo illi illato, quando non ſtatim deceſsit, ſed poſt aliquod tempus,quia poterat mori ex malo regimine. Bertazz. conſ.29.n.7.conſ.28.nu.10. Signorol.conſ.163.n.6. Tuſc.litt.C.concl. 676.nu.15. Cabal.caſu 56.nu.10.& caſu 180.ſub n.3. & ideo ad peritos ſpectat hoc cognoſcere,& eorum dicto etiam contra confeſsionem confitentis eſt ſtandum. Idem dicitur quando confeſsio pendet à iuris diſpoſitione; nam ſi quis dediſſet alicui conſilium ad delinquendum, & fateretur mandatum, non teneretur de mandato.Bertaz.conſ.

21 104.n.12.quia non eſt in poteſtate rei delictum graue facere leue, vel delictum leue facere graue, aut mutare nomen, & ſpeciem delicti. Bertach.Ghit.conſ.157.n.16. tom. in conſ.crim.diuerſ.tom.1. Bertaz. conſ.105.n.43.& ſi quis dixerit eſſe culpabilem,& punibilem, ſibi non præiudicat, quia hæc reſponſio eſt circa ius,& non circa factum,& ad iudicem ſpectat hoc iudicare. Caball.caſu 180. pariter ſi quis dixerit, quòd dederit alicui venenum, & ex illo mortuum fuiſſe, non poteſt ſequi condemnatio in pœnam ordinariam, niſi aliter conſtet de morte ex illo veneno dato. Guaz. defenſ.reor.32.c.18.& omnem pœnam euitaret, ſi periti atteſtarent, quòd venenum ſumptum non fuit efficax ad mortem inferendam.Cabal.vbi ſup. n.4.

22 Vndecimò,requiritur,vt confeſſio fiat coram omnibus iudicibus; nã ſi eſſent tres iudices, confeſſio facta coram duobus non valet.Felin. in cap.qualiter,& quando,il 2.§.licet autem,n.9.de accuſ.Farin.q.81. n.62. quod intelligi debet quando cauſa fuit omnibus delegata ſimpliciter, ſecus ſi fuiſſet delegata cum clauſula, & ſi non omnes, &c. Marſil.ſing.509.& 329. Clar.q.31. n.23. Maſcard.concl.351.n.2. Ceual.com.contra comm.q.18.

23 Duodecimò, requiritur, vt noceat ſuper delicto principali,& ſuper qualitatibus aggrauantibus, vt ſuper omnibus fiat confeſſio; nam ſi quis eſſet imputatus de homicidio facto præcedente animi deliberatione, vel proditoriè patrato, & ſimpliciter fateatur commiſiſſe homicidium, ſibi non nocet quoad qualitatem, vt poſsit condemnari, ſed tantùm vt poſſit torqueri. Matheſil. ſingul. 33.

Ca-

Cabal.caſu 56.n.154. Baiard.q.55. nu.43.

24 Tertiodecimò requiritur, vt delictum non ſit præſcriptum. Marſil. ſingul.329. Arnon.ſoliloq.30. Pariſ. conſ.169.n.3. & ſeq.vol.4. Decian. tract.crim.lib.3.c.37.n.5. Maſcard. concl.351.n.5. & concl.359.nu.15. Rimin.iun.conſ.126.n.15.volum.2. Cabal.caſu 5. Sed Caualc.de teſtib. par.3.n.65. aſſerit, caueant malefactores à tali opinione, quia eſt controuerſia inter Doctores, an confeſſioni poſſit opponi præſcriptio, vt patet ex adductis à Farin. q. 100. n.14. Maceratenſ.lib.3.reſ.35.n.10. Theſ.deciſ.76.n.3. qui refert Senatum Pedam. feciſſe quendam decapitari poſt viginti quinque annos ob immanitatem criminis commiſſi, licèt priùs fuiſſet abſolutus, & hæc de iure ciuili; quia de iure Canonico multi dicunt, quòd non præſcribuntur delicta.

25 Quartodecimò, confeſſio debet pendere à voluntate confitentis ſuper eo, quod confitetur, vt præiudicet; ideo qui confeſſus eſt furtum commiſiſſe de re, quam inuito domino non contrectauit, ſibi ex tali confeſſione non præiudicauit. Roman.conſ.390. Aretin.conſ.13. in fine.

26 Quintodecimò, quando confeſſio eſt qualificata, (quę qualitas poteſt exprimi vel negatiuè, nempe non occidi, & ſi occidi, id feci ad meam defenſionem; vel affirmatiuè, vnico ſtructu verborum, occidi ad meam defenſionem; vel affirmatiuè diuidendo, occidi, ſed ad meam defenſionem; vel conditionatè, ſi occidi, occidi ad meam defenſionē) tunc ſi delictum eſt plenè probatū, in nullo releuatur qualitas confeſſioni adiuncta, quia condemnatio regulatur à conuictione teſtium, & non à rei confeſſione, vnde oportet vt reus probet in totū, vel in partē oppoſitum, vt poſſit in totum, vel in partem ſe liberare; ſi verò delictum eſt tantùm ſemiplenè probatum. Et vario modo reſpondent Doctores; ſed ſecundùm Bald. in l. 1. verſ. ſi tamen iudex, n.45. ff. de conf. ſſ. & Maſcard. concl.867.nu.13. reſidet in iudicis arbitrio, aut condemnare reum in pœnam extraordinariam cum tortura, aut ſine tortura. Tamen quando confeſſio incipit à negatiua, vel eſt conditionata, vel eſt affirmatiua vnico ſtructu verborum facta, quia non poteſt diuidi, debet reus ſe purgare per torturam, ſi poſt terminum ad ſe defendendum adhuc remanet grauatus per ſemiplenam probationem, ſed ſi incipit ab affirmatiua diuidendo, tunc poteſt puniri pœna extraordinaria ſine tortura non probata qualitate, quando habet pro ſe veriſimilitudinem; nam indicia ad torturam non coniunguntur cum conf. ſſione qualificata in hoc caſu, niſi ad pœnam extraordinariam. Farinac.q.81.num.135. & ſeq. ſ. cùs ſi illa qualitas non probata habeat contra ſe iuris præſumptionem, vel eſt multum inueriſimilis ex communiter accidentibus; quia tunc etiam ſi exprimatur vnico ſtructu verborum, punitur pœna ordinaria. Soccin.in l.1. ff. ſi certum petat. num.33. Bologn. in l. vt cum n.48.

num.48. ff. eodem. Facchin. lib.1. contr.iur.cap.27. Carena p.3.tit.8. num.5.Farin.d.q.81.num.167. Et ſi quis confiteatur ſimpliciter, & poſtea allegat qualitatem excuſantẽ, niſi euidenter qualitatis veritas probetur, non effugit pœnam ordinariam, quia ſtandum eſt primo dicto, idem num.126. 164. Guazzin. defenſ.33.c.35.n 5.

27 Sextodecimò, confeſſio vt noceat non debet eſſe erronea, quia tunc reuocari poteſt, & reuocata non nocet; & licèt dicat Boſſ.tit.de confeſſ. num.79. & ſeqn. quod quando ſpontanea confeſsio emanat præcedente ſemiplena probatione non eſt admittenda erroris allegatio, niſi aliquæ coniecturæ innocentiæ pro reo confeſſo militarent, tutius tamen eſt reum in omni caſu audire, dum errorem per teſtes probandum ſe offert. Cabal.caſu 186.n.3.

28 & poteſt reuocari quandocumque vſque ad ſententiam, & poſt ſententiam, reſtituendo Princeps confitenti in integrum, docto de errore, & de legitima cauſa, ob quam reuocatur, non obſtante quòd fuerit iuramento roborata, DD in l.error C.de iur. & facti ignor. Clar. q.55. Tuſc. litt.C. concl.646.num.14. & num.80. maximè quando emanauit ſuaſionibus partis aduerſæ, Ægid.deciſ.693. in fine. Cranet.conſ. 192. num.12. Tuſc. dicto num.80 Fa in.q.81. num.9. etiam quòd fuerit pluries geminata, ratificata, & iurata. Cabali.vbi ſupra num.5. & etiam in cauſa appellationis. Tuſc. vbi ſupra num. 28. vbi alios citat. Farinac. dicta qu.81. num.327.328. Centolin.in addit.ad Farinac. conſ. 16. litt. A. & poteſt reuocari etiam à tertio inuito confitente. Farinac. dicta qu.81. num.329. etiam quòd confeſſio ſit indicijs indubitatis grauata, ſed hæc reuocatio non de-

29 bet eſſe ſimpliciter facta, quia non tenet; Nam defenſor rei dicere debet, quòd ſi N. confeſſus eſt tale delictum, & poſtea etiam ratificauit; nihilominus errauit, & erraſſe ſe dicit, & proteſtatur, & ſe offert probare per errorem ſuæ confeſſionis, & pro cauſa erroris dixit, & dicit confeſſum fuiſſe, quia mens erat turbata, vel non ſana, vel quia ignorabat quid diceret, vel quia inaduertenter confeſſus fuit, vel quia perſuaſus fuit ab aduerſarijs, vel quia tunc ſenſu carebat propter ſuam infirmitatem, vel quia non recordabatur, vel quia ira impeditus erat, vel quia propter indicia, quæ contra ſe vrgebant, timebat torqueri, & his ſimilibus cauſis adductis in ſpecie, & non in genere, & vna earum ſufficit, dummodò ſint veriſimiles, poſsibiles, & probabiles. Inſuper ſe offert probare rem aliter ſe habere, & ſe non feciſſe tale delictum, quia, &c. & ſi cauſa adducta eſt veriſimilis, capitula per teſtes probanda, ſunt admittenda à iudice, aliàs non facta dicta declaratione, articuli non poſſunt admitti. Caualc.de brachio reg.par.3.num.208, & 225. & tunc iudex debet dare eidem reo congruum terminum ad ſe defendendum, & faciendum ſuas defenſiones, & ponere ad largam, ideſt ad carceres communes. Clar.q.65. in princ.

princ. Caball. caſu 186. in princip. & ſi iudex recuſaret præfigere terminum, grauaret reum, & eſſet locus appellationi, & in termino præfixo eſt error probandus. Cabal. vbi ſup. n. 9. & probatur quãdo docetur rem aliter ſe habere. Alex. conſ. 102. n. 1. Crauett. conſ. 157. nu. 7. Guazin. defenſ. 32. c. 10. n. 10. & ſupradicta cauſa erroris debet probari, etiamſi confeſsio reſpiciat factum proprium confitentis, & eſt ſpontanea. Farin. dicta q. 81. n. 343. 344. & eſt principaliter allegãda, & probanda, & poſtea allegare in ſpecie errorem ipſum, & probare omnia per teſtes debet, & non per torturam. Farin. n. 342. Caualc. dicta par. 3. n. 223. in fine, & nu. 224. Cabal. vbi ſup. licèt quando eſt extorta per tormenta, etiam ratificata ſufficiat probare errorem ſine cauſa erroris, pro qua cauſa ſufficit probare metum, ſeu dolorem torturæ illatæ, vel iterum inferendæ, ſi non ratificauerit, & error probandus debet eſſe talis, qui non cadat in latam culpam. Farin. q. 81. nu. 347. & ſatis eſt, vt probetur per coniecturas, præſumptiones, & indicia, quæ & ipſæ inducere poſſunt plenam probationem fauore rei. Bart. in l. non fatetur, n. 10. ff. de confeſſ. & ex allegatis per Farinac. vbi ſupra, n. 339. 340. 341. & dicta ignorantia, inaduertentia, & obliuio pro cauſa erroris, præcipue admittitur in perſonis ruſticis, rudibus, & imperitis. Guazin. defenſ. 32. c. 13. n. 3. vbi etiam dicit, quòd metus debet eſſe talis, vt cadat in conſtantem virum, & debet veſtiri aliqua probabili cauſa, & veriſimilitudine, impunitas etiam promiſſa, ſuggeſtio, & impatientia carceris, probata ſunt cauſa reuocationis confeſsionis factæ per errorem. Guazin. ſupra n. 6. 7. & ſi nihil probauerit quod releuet, firma remanebit eius confeſsio. Bald. in l. fin. ff. de quæſtion. Brun. de indic. & tortura par. 1. q. 4. Put. de ſyndic. in verb. tortura c. 8. col. 2. quia in dubio præſumitur vera, et non erronea. Farin. vbi ſup. n. 337. et non probato errore, ſufficit ad cõdemnandum, et debet error probari in termino præfixo ad probandum errorem, in quo termino ſi nihil probauerit, et eo elapſo petit admitti ad eandem probationem, calumniosè petere cenſetur. Foller. in ver. *Et ſi confitebuntur*, num. 55. Farin. conſ. 16. n. 1. et præſumpta calumnia, ſufficit, vt non admittatur ad erroris probationem, idem
30 Farin. n. 7. probato tamen errore in parte, tota confeſsio præſumitur erronea. Farin. d. q. 81. n. 350. et qui confeſſus fuit plura delicta, et in termino innocentiæ probaret errorem etiam in vno, reliqua cenſentur non vera. Raphael Cuman. conſ. 154. Alciat. præſumpt. 11. Soccin. conſ. 82. lib. 1. et 125. n. 68. lib. 2. Dec. conſ. 536. n. 10. Ball. var. qq. lib. 2. q. 14. n. 11. et ſeqq. et de confeſsione in parte falſa, quòd tota præſumatur falſa, et non eſt neceſſaria reuocatio, ſed confitens eſt abſoluendus non allegato errore, docet Soccin. conſ. 82. n. 2. lib. 3. Dec. vbi ſup. Farin. qu. 81. nu. 22. et conſ. 19. n. 9. Souſa lib. 2. c. 20. n. 14.

Si

Si reus in termino ad probandum errorem confeſſionem tantùm dubiam reddiderit, poterit torqueri. Bald. in l. bonæ fidei, n. 5. C. de iure iur. & cogi poteſt per repetitionem tormentorum in ſua confeſſione perſeuerare. Farin. qu. 38. num. 100. & ſeq. vt dictum eſt ſupra num. 15.

31 Et eſt dubium inter Doctores, an confeſſio iudicialis poſſit reuocari, quando præceſſit confeſſio extraiudicialis, negant Bald. & Pariſ. de Put. quos citat, & ſequitur Carrer. in tract. de appell. §. tertius caſus, num. 20. Maſcard. concluſ. 350. nu. 5. dubitat tamen Farinacius quęſt. 81. num. 336. Sed contra prædictos Doctores affirmatiuam opinionē tenet Caball. caſu 186. n. 6. & ſequ.

32 & poteſt reuocari confeſſio ab ignorante, etiam ſi error conſiſtat in iure, ſi fuerit error, qui remoueret intelligentiam cōfitentis. Bald. conſ. 39. lib. 1, Menoch. conſ. 191. n. 69. Honded. conſ. 102. n. 147. vol. 1. Guazin. defenſ. 32. c. 10. n. 11, Mouit Caualc. vbi ſup. n. 232. dubium, an in caſu dubio, de quo ſupra, volens

33 Iudex dirimere cauſam per torturam, ſi reus tortus in tortura fateatur, & etiam ratificet, an deinde poterit iterum allegare errorem, & ſit iterum audiendus? & reſpondet, quòd non, ne in infinitum procedatur, niſi adduxerit aliquod legitimum impedimentum, puta, abſentiam aliquorum, vel aliquid ſimile, per quod non potuit plenè, & concludenter facere incumbentia in vltimo termino ſibi aſſignato, in quo caſu debet audiri, cùm melius ſit peccare in tempore, quàm in ſententia, & debet aſſignari terminus breuis ad probandum impedimentum, & ſi plenè non probabit, condemnabitur abſque vlteriori tortura. Mouit idem Caualc. num. 334. aliud dubium, ſi reus in tortura vix ſuſpenſus in

34 aera ſtatim fatetur, & dimiſſus ſtatim negat; iterum ſurſum ſubleuatus fatetur, & dimiſſus negat; tertiò eleuatus fatetur, & dimiſſus negat, & hæ reiterationes torturæ, confeſſiones, & reuocationes ſecutæ ſunt eadem die, & hora, quid faciendum in hoc caſu? dicit ipſe, quòd ſi in omnibus iſtis tribus vicibus ſtetit reus in tortura per modicum ſpatium, non dicitur ſufficienter tortus, & ideo debet repeti tortura, vel tertia illa vice torqueri, & in ſublimi ſtare per congruum ſpatium temporis iuxtà qualitatem delicti, delinquentis, & indiciorum, ita vt dici poſſit ſufficienter tortus, & tandem ſi perſiſtit in negatiua, poterit relaxari, vel ex ha-

34 ctenus deductis, vel ſub fideiuſſione, in forma, &c. Si confeſſio eſt relatiua ad aliquam ſcripturam, & in ſcriptura apparet contrarium eius, quod quis confitetur, vel non tantum quantum continetur in confeſſione, error ſatis dicitur probatus. Bertaz. conſ. 53. numero primo, & ſeqq. & conſ. 199. num. 23. & conſ. 242. n. 16. lib. 1. Farin. dicta q. 81. n. 351.

35 Et omnia ſupradicta de confeſſionis erroneæ reuocatione, intelligi debent de reuocatione ex in-

Digitized by Google

interuallo facta, quia ſi confeſſio erronea eſſet incontinenti reuocata, confitens non habet neceſſe probare errorem; et tunc dicitur incontinenti reuocata; vel quando non eſt ſcripta in actis. Alex.conſ. 92.n.26.lib.5.vel quando reus nondum diſceſsit à conſpectu iudicis, etiam quòd confeſsio ſit ſcripta in actis, et in arbitrio iudicis reſidet quando confeſsio dicatur incontinenti reuocata. Farin.d.q.81.n.348 Carena p.3.tit.8.n 51.Caſtr.Pal.to. 1.tr.4.diſp.8.par.11.§.1.nu.3. & Alex.cóſ.71.n.7.8. lib.3. inquit, quòd quando reuocatur infra tres dies, dicitur reuocata incontinenti.

36 Decimoſeptimò, requiritur, quòd confeſſio non ſit ſpontè emanata; nam licèt huiuſmodi confeſſio ſufficiat ad condemnationem, mitiùs tamen cum eo agendum eſt. Farin. d.q.81.n.26. & 188. & licèt idem Farin.n.173.dicat, quòd regula minorationis pœnæ non ſeruetur in praxi quando reus à Curia captus, vel vocatus delictum fatetur, nec in delictis atrocioribus; & ita deciſum refert Sanfelic.dec.214. Nihilominus contrarium tenet Guazin. def nſ.reor.32.c.361.n.1.& Bero in c. at ſi Clerici, n.40. aſſerit, quòd Iudex ordinarius poteſt mitiùs agere cum ſpontè confeſſo, etiam ſi pœna eſſet certa, & a lege ſtatuta, non autem delegatus. Dicit etiam Farin. nu.155. quòd cum confeſſo metu probationum, vel metu tormentorum, non eſt mitiùs agendũ, ſicut cum confeſſo ſpontè, & ſecundùm Abb. in c. de hoc, extra, de ſimon. & etiam Marian.ibi, nu.11. quod ille dicitur ſpontè confeſſus, qui non citatus, nec vocatus, ſpontè iudicium adit, & delictum fatetur, & illũ metu probationis fateri, quando ad fiſci, vel accuſatoris inſtantiam examinatus à iudice delictum fatetur, ſed Farin. nu.177. cum Bero dicto c.at ſi Clerici, n.93 de iudic. aliter dicit, nempè quòd confeſſus metu probationum dicitur ille, cui aperto à iudice ſtatu ſuæ cauſæ, & legitimè ab eo interrogatus, primò negat, & poſtea dubitans conuinci fatetur, & ſpontè non metu probationum confeſſus dicitur, qui in primo examine, nulla præcedente negatione delictum fatetur, & etiam dicitur ille, qui poſt negationem ſtatim confitetur, dummodò accuſator, vel Iudex ex illa negatione non fuerint onerati probandi neceſſitate, vndè ſequitur, quòd cum iſto mitiùs agi debet.

37 Et licèt Farin. dicto nu.177. dicat, quòd ſtultus reputatur qui non vocatus ſpontè vadat coram Iudice ad fatendum delictum; In tribunali autem S. Inquiſitionis prudens iudicatur, & recipitur ad miſericordiam. Ludou. Param.de origine S.Inquiſit lib.3.q.4.rubr.de forma, & ordine iudic.S.offic.n.12.vbi declarat, quòd tunc dicitur ſpontè venire quando eſt occultus; ſpontè etiam dicitur venire, qui venit infra tempus gratiæ Io.de Anania in c.abolendum, §.præterea, n.11. Pegna in direct. Inquiſit. par.3. rubr. de ſponte venientibus comment. 12.litt.F.etiam moniti generaliter, ſecùs ſi ſpecialiter, & qui iudicijs non-

non præuenti ſpontè comparent, ſecùs ſi indicijs præuenti. Farinac. q.193.n.28. aut ſi prouidere poterant ſe probationibus conuincendi, vt in n.37. ex Dec. & Alphonſ. de Caſtr. quia dicuntur comparere timore probationum: nec pro ſpõtè comparentibus habetur confeſſus, qui propter aliquod crimen ad tribunal ſpectans ductus, fatetur aliud delictum, dubitans ſe præuentum eſſe de illo crimine, de quo nõ erat aliquo modo præuentus, aut indiciatus, ſed de hoc dubitabat, quia delictum erat probabile, & commiſſum alijs præſentibus, ideò confeſſus fuit; ratio eſt, quia operatus fuit cum illo ſtimulo, & timore probationis, ſecùs ſi delictum erat occultum, & non poterat dubitare de præuentione; nam tunc pro ſpontè confeſſo habetur. Vnde Cartar. deciſ. 15. refert, quòd Sacra Congreg. S. Inquiſitionis abſtinuit à pœnis rigoroſis cum quodam laico Religioſo, & ſalutarem tantùm pœnam impoſuit, & miſericorditer egit cum quodam laico Religioſo nullo Ordine, nec prima tonſura initiato, Miſſæ ſacrum decennio celebrauit, ſacras confeſſiones audiuit, & Sacramentum Euchariſtiæ, & particulas etiam non conſecratas fidelibus miniſtrauit, quia nulla præcedente accuſatione aut denunciatione, nulliſque receptis probationibus, vel indicijs, nõ citatus, aut monitus, infra tempus gratiæ comparuit, & ſupradicta crimina ingenuè confeſſus fuit. Confeſſio tamen huiuſmodi debet eſſe integra, & completa, & non diminuta, quia quodammodo confeſſioni Sacramentali comparatur. Penna par.2.direct.q.34.comment. 59.Bordon.de S.Tribun.c.30.n.23. & ideo non prodeſt, ſi obliuio non præſumitur, aut diminutio plenè probetur. Symanch.cath.inſtit.tit. 48.n.27.Roxas de hæret.p.2.n.235 Penna in 3.p.direct.comment.59. Souſ.in aphoriſ.lib.2.c.48.n.11. & in hoc attendendum eſt iudicis arbitrium, qui conſiderare debet delinquentis ingenium, an ſit obliuioſus, vel ſtupidus; an potius tenax, & memoratus. Roxas de hæret.p.1.n.90. Penna dicto n.59. Souſa vbi ſup.n.9. obliuio præſumitur in factis antiquis, & in numero eorum criminum, quę delinquens habuit in conſuetudine. Penna vbi ſupra. Souſa lib.1.cap.16.n.6.& 7. ſi diminutio non plenè probetur, & conſiderabilis ſit, poteſt dari tortura iuncta probationis qualitate. Cantera in q.crim rubr.de hęret.c.1.n.57. Souſa dicto c.48.n.12.

38 Si interrogatus de delicto negat delictum commiſiſſe, & poſtea timore probationum illud cum qualitate fatetur, dicendo, quod fecit ad ſuam defenſionem; in hoc caſu non eſt dubium, quod poteſt qualitatem confeſſionis probare. Boſſ. tit.de falſ.n.66. Vulpell.reſponſ.96. n.4. Bertaz.conſ.31.n.10. Maſcard. de probat.concl.867.n.6. vbi ait, quòd in quacumque proceſſus parte ſiue negauerit, vel falſus fuerit à principio delictum, ſemper poterit reus probare, illud feciſſe ad ſui defenſionem. Ex Bart.in Loemo ex his, ff.de reg.iur. Boer.deciſ.164.n. 15.

15. Clar. in §. Homicidium, verſ. Sed hic occurrit, & alijs latè poſt alios Farinac. q. 81. num. 128. Et ſi qualitatem allegatam non probauerit, & delictum eſt plenè probatum, poteſt condemnari in pœnam ordinariam, vt ex Boer. deciſ. 164. num. 12. & 14. aſſerit Farinac. ibidem, num. 129. & 133. Sed dubium

39 eſt, an quando delictum non eſt plenè probatum, & datis defenſionibus, inditia non fuerunt euacuata, ſed remanent ſufficientia ad torturam, poſſit, & debeat in hoc caſu torqueri, non obſtante confeſſione qualificata, quod delictum fecit ad ſuam defenſionem; an potius ſtante dicta confeſſione, quamvis qualificata poſſit condemnari? Et quod quando ſunt tantùm indicia contra reum ſufficientia ad torturam, quod ſit torquendus, vt delictum purè fateatur, dicunt Lanfranc. in cap. Quoniam contra, in verb. Confeſsiones, num. 19. de probat. Grammat. art. 2. num. 4. & 16. & voto 24. num. 2. & alij citati à Farinac. dicta q. 81. num. 136. & ſi tortus perſiſteret in tortura, dicendo, illud feciſſe ad ſui defenſionē, eſt abſoluendus. Alciat. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, num. 38. de verbor. obligat. Boer. deciſ. 164. num. 15. & 237. in fine. Bertaz. conſ. 27. num. 8 conſ. 449. nu. 28. vol. 2. Sed Caball. caſu 17. in fine, & per totum, dicit, quod quando reſponſio in hoc caſu habet principium negationis delicti pro eruenda veritate opus eſt deuenire ad torturam, quia habetur pro mera negatiua, & nihil prodeſt fiſco. Et licèt ſit alia opinio, quòd poſsit condemnari in pœnam extraordinariam, illam tamen admittit, quando reſponſio habet principium affirmatum; Sed nullis citatis tenet Farin. d. q. 81. n. 131. & 137. quod tutius eſt ipſum extra ordinem condemnare, etiam in caſu, quòd a principio negaſſet, & qualitatem ſubſequentem confeſsioni adiectam non probaſſet. Et quod alia opinio torquendi reū non ſeruatur in praxi. Et num. 138. quod ita ſeruatur Romæ in praxi, & reddit ibi rationem: ſi tamen in hoc caſu ſequendo iudex ſupradictorum opinionem, quod torqueatur, vellet reum torquere, & reus perſiſteret in tortura, poſſe eum condemnari in pœnam extraordinariam dicunt Clar. qu. 15. verſ. ſi forte poſſet. *Gramm. vot. 2. nu. 47.* Boer. deciſ. 164. nu. 16. Theſſ. deciſ. Pedam. 15. n. 3. & 4. & Bolognet. in l. vt cùm, num 49. in fine, ff. de iuſt. et iure. Sed contrarium eſt verius, quod debet abſolui, vt tenent Bertazol. conſ. 27. n. 8. Baiard. q. 55. nu. 46. poſt Alciat. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, n. 78. ff. de verb. oblig. Boer. deciſ. 164. num. 11. et deciſ. 137. in fine. Mar. Anton. Maceraten. lib. 3. reſ. 35. n. 19. Farin. d. qu. 81. n. 140. Sed ſi reus confitens delictum, incipit ab affirmatiua, dicens, occidi ad meam defenſionem; quod ſi delictum eſt plenè probatum, et reus confitetur illud factum ad ſuam defenſionem, et de hac qualitate aliter non conſtat, niſi ex aſſertione eiuſdem; tunc nihil prodeſt ipſi reo confeſsio, cum illa qualitate, quia non poſsit ad pœnam ordinariam

riam condemnari. Maſcard. de probation. concl.867. num. 4. (licèt ſi appellat, & prætendit in ſecunda inſtantia probare qualitatem excuſantem, appellatio eſt admittenda. Franc. deciſ. 556.) Et idem erit, ſi delictum non eſſet plenè probatum, & reus primò faſſus eſſet illud commiſiſſe ſimpliciter, & poſtea in alio capitulo, vel diuerſo tempore adderet, ſe illud feciſſe ad ſui defenſionem. Nam etiam tunc non obſtante illa qualitate, ex interuallo adiecta, poterit pœna ordinaria puniri. Maſcard. vbi ſupra num. 5. Farinac. dicta quæſt.81. num. 120. (quamvis contrarium tenent Iaſ. & Claud. Seyſel. citati à Farinac. dicta quæſt.81. num.121.) niſi exindè probauerit homicidium feciſſe ad ſuam defenſionem. Idem Farinac. ibidem, num.122. & ſi à principio iuraſſet puram veritatem dicere, & ſimpliciter faſſus fuiſſet delictum, poteſt nihilominus probare errorem ſuæ confeſsionis. Farinac. ibid. nu.125. Et quando delictum ſemiplenè probatum, reus in examine, ſeu conſtituto non confeſſus eſſet ſimpliciter, ſed reſpondendo affirmatiuè, à principio fateretur delictum dicendo, feci illud, ſed ad meam defenſionem, & ſic remouendo culpam ab actu in oratione diuiſa, dicit Bald. in l. vnica ſub nu. 21. verſ. in præmiſſo tamen articulo, C. de confeſſ. quòd iudex non debet admittere talem reſponſionem; quia ſi interrogatio eſt ſimplex, non debet admitti reſponſio duplex; & ſequitur Caball. deciſ.17. n.3. par.1. & poteſt cogere per torturam reum, vt exprimat modum ſuæ defenſionis, & vt declaret ſuam confeſsionem, niſi fuerit admiſſa cum hac qualitate, vel confeſsio vnico inſtructu verborum eſſet facta, dicendo, occidi ad meam defenſionem, vel me defendi; quia tunc non poteſt pœna ordinaria puniri, ſed tantùm pœna extraordinaria, quamvis aliundè non probaſſet ſe feciſſe ad ſuam defenſionem; Ita cum Surdo conſ. 173. n.164. & ſeq. lib.2. ſentit contra Boſsium, & alios Farin. q.81. n.135. & Carrer. in pract. crim. §.6. ſub num.165. vbi etiam dicit, quòd poteſt torqueri, vt ſimpliciter fateatur delictum, dato priùs tamen ei competenti termino, ſi petat, ad defenſionem allegatam probandam. Caball. vbi ſup. n.5. & interim durãte termino ad docendum de neceſſaria defenſione, eſt ſuperſedẽdum in tortura; & quod poteſt torqueri, aſſerunt DD. cit. à Farin. d. q 81. n.136. qui (vt ſup. dictũ eſt) dicit, quòd tutius eſt condemnare eum pęna extraordinaria; Et conſentit Cabal. d. q.17. n.10. in fi. vndè vt talis confeſſus ſe occidiſſe ad ſui defenſ. n õtorqueatur, debet petere ſibi dari terminũ, vt in iuribus ſuis audiatur, offerens ſe velle demõſtrare occidiſſe ad ſui neceſſariam defenſ. & tunc erit audiendus. Bald. in c. dudũ, il 2. n.61. v. itẽ ſcias, de elect. Gram. vot. 2. n.12. 13. v. ſed quia ad tollen. Cabal. caſu 17. nu.4. & probata defenſione neceſſaria, euitabit torturam, & condemnationẽ. Et quando adeſt præſumptio, & veriſimilitudo pro quali-

litate, acceptari debet cum ſua qualitate. Grat. conſ. 76 nu. 32. & conſ. 93. n. 2. vol. 1. Farin. conſ. 60. nu. 59. Quæ qualitas in confeſſione adiecta probari poteſt ex præſumptionibus, & in tali caſu non poteſt per fiſcum pro parte acceptari, & pro parte non. Gabriel. lib. 7. concl. 19. Vulpell. conſ. 44. nu. 10. ponunt exemplum in eo, qui confitetur ſe carnaliter cognouiſſe mulierem, ſed volentem; & dicunt, quòd hæc qualitas voluntatis non poteſt per fiſcum ſeparari à confeſſione, quãdo eſt probata inhoneſta vita ipſius mulieris, quæ facit præſumere quòd non fuit cognita inuita, ſed volens. Et quoties pro qualitate adſunt indicia, & præſumptiones, non poteſt diuidi. Bertaz. conſ. 27. n. 10. in fine, & ſeq. lib. 1. vbi qualitatem defenſionis, confeſſioni de homicidio adiectam, præſumptionibus probari poſſe dicit, & in addit. litt. A. verſ. hæc multò magis procedunt, & conſ. 31. nu. 12. verſ. namque huiuſmodi, vbi quòd quãdo qualitas conſtat ex coniecturis, confeſſio ſcindi non poteſt, & conſ. 449. nu. 44. & ſeqq. lib. 2. plures ponit præſumptiones, ex quibus probatur qualitas defenſionis confeſſioni adiecta, & conſ. 150. nu. 2. & ſeq. eod. lib. 2. Honded. conſ. 96. nu. 25. in fine. Surd. conſ. 173. nu. 66. & ſeq. lib. 1. & Thom. Triuiſ. dec. crimin. 46. n. 16. lib. 2. aſſerit, quòd cõfeſſio qualificata diuidi non poteſt, quando præſumptio non eſt contra confitentem. Quæ qualitas confeſſioni adiecta non eſt probãda per confitentem, ſed præſumitur, quando de delicto non conſtat, niſi per confitentem. Hieron. de Mant. q. 16. n. 18. & ſeqq. Grat. reſp. 151. n. 16. in fine, lib. 2. Alciat. conſ. 461. n. 7. in fine, verſ. Nam reſpondeo. Maſcar. concl. 867. n. 7. Honded. conſ. 96. n. 24. lib. 1. Farin. qu. 120. n. 13. & non poteſt ſcindi. Bertaz. conſ. 27. ſed Farin. q. 81. tenet, quod in iſto caſu imponi poteſt pęna extraordinaria.

40 Non obſtat, quod delictum ſemper præſumitur malo animo factũ, niſi contrarium probetur; quia præſumptio mali animi tunc eſt, quando delictum conſtat alia *via*, & non quando conſtat per confeſſionem rei, ex cuius confeſſione conſtat pariter excuſatio. Non poteſt tamen per *hoc abſolui*, ſicut *quando qualitas excluſiua delicti* conſtat per teſtes; Quia depoſitio teſtium æqualem fidem facit pro delinquente, & contra illum, & non magis illis credendum eſt in vno, quam in alio: confeſſio autem & teſtimonium ipſius delinquentis non ita ſe habet, quia minus creditur pro ſe, quàm contra ſe. Quare magis probat delictum, quàm excuſationem; & quia non plenè, & totaliter probat, & eſt confeſſio debilitata per qualitatem excuſantem, ſufficit ad imponendam pœnam extraordinariam, & numquam poteſt puniri pœna ordinaria, etiam quòd habeat vehementes præſumptiones iuris contra ſe, & ſit de genere prohibitorum. Ab. in c. auditis, col. pen. de præſcript. & ibi Felin. Cacheran. dec. 59. n. 9. Theſſ. deciſ. 13. & alij ab ipſis cit.

Et

Et quia de hac confeſſione qualificata ſunt varia Doctorum placita, ideò breuiter per infraſcriptas cõcluſiones reſoluere aliqua dubia exiſtimaui. Primo, quando delictum eſt plenè probatum, qualitas excluſiua delicti, vel inducens minorationem pœnæ à reo eſt probanda. Gomez de delict. c.3. n.26. Boer. deciſ.164.n.15. Clar. quęſt.55. n.16. alias eſt puniendus pœna ordinaria. Verùm, quod ad probandam qualitatem confeſſionis ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, dicunt Gomez. vbi ſupra num. 27. & 28. Tuſc. litt. C, concl. 674. n. 6. Bertaz. conſ. 27. n. 11. vbi multas coniecturas adducit. Secundo, ſi reus confeſſus eſſet delictum ſemiplenè probatum in tortura, incipiendo a negatiua, ſcilicet non occidi, & ſi occidi ad defenſionem meam feci, talis confeſſio non poteſt ſcindi & pro negante habetur. Bertaz. conſ. 27. n. 7. & 8. Farinac. poſt alios, q. 81. n. 142. vbi ampliat, idem eſſe ſi incipiat à conditione, & etiam ſi incipiat ab affirmatiua, cum clauſula, nec aliter, nec alio modo, & quia huiuſmodi confeſſio excluſiua delicti facta eſt in tortura, reus eſt abſoluendus. Farinac. ibidem n. 138. Sed quod hæc confeſſio conditionata non debet admitti à Iudice, & reus debet torqueri pro præciſa reſponſione affirmatiua, vel negatiua, dicunt Caſon. de torm. c. 18. rubr. de confeſſ. ſpontan. n. 19. Farin. vbi ſupra nu. 144. Tuſc. litt. C, concl. 174. nu. 10. Cabal. caſu 17. n. 1. Tertio, ſi confitens in tortura incipit ab affirmatiua cum qualitate defenſionis adiecta incontinenti, poteſt condemnari in pœnam extraordinariã. Abb. in c. auditis n. 32. de præſcrip. Rim. iun. conſ. 83. n. 16. inter conſ. crim. diuerſ. tom. 2. Matteſil. ſing. 37. n. 7. Tuſc. vbi ſupra n. 42. Farin. d. q. 81. n. 131. 135. 157. etiam corporalem, quando delictum eſt capitale, & meretur pœnam mortis; ſecus ſi non capitalis; nam vnus teſtis, & præſumptio iuris non poſſunt iungi cum confeſſione qualificata ad pœnam ordinariã. Quarto, ſi reus in tortura confeſſus eſt delictum ſine qualitate poteſt imponi pœna ordinaria. Farin. ibidem nu. 132. etiam ſi poſtea ex interuallo adijciat qualitatem confeſſionis. Dec. & Boer. citati à Tuſc. vbi ſupra num. 43. niſi adiectam qualitatem aliunde probauerit. Farin. vbi ſupra num. 122. quam poteſt probare, etiamſi iuraſſet puram veritatem dicere. Farin. n. 124. & debet dari terminus, & audiri. Carrer. in praxi fol. 184. n. 9. Quintò, ſi reus ante torturam interrogatus negauit, & poſtea in tortura confitetur cum qualitate, poteſt condemnari in pœnam extraordinariam. Bertaz. conſ. 27. n. 3. Farin. vbi ſup. n. 131. Sextò, quando qualitas confeſſa in tortura non inducit impunitatem, ſed diminutionẽ pœnæ, prout ſi dicat caſu, & fortuito ſe commiſiſſe, non poteſt diuidi. Angel. cõſ. 27. n. 3. Surd. conſ. 173. nu. 69. lib. 2. Septimo, quando reus interrogatus ante torturam, à principio negat, et poſtea fatetur cum qualitate defenſionis, poteſt tor-

torqueri, vt fateatur ſimpliciter ſine qualitate. Lanfranc. in c. quoniã contra, de probat. n. 19. Gram. vot. 24. nu. 2. Alciat. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, n. 77. de verb. oblig. et quia perſiſtendo in negatione, et in confeſſione qualificata, purgaret indicia, et veniret abſoluendus, vt dictum eſt in 2. concluſ. et tradit Boſſ. tit. de confeſſ. n. 28. ideo exiſtimant DD. vt in hoc caſu non torqueatur; ſed quod condemnetur in pœnam extraordinariam, quod tutiùs putant Bertaz. conſ. 27. n. 8. Farin. vbi ſup. nu. 131. poſt Boſſ. d. n. 28. et 70. nam reus ante torturam delicto ſemiplenè probato interrogatus, ſi cum qualitate excluſiua delicti fateatur, et qualitas ex communiter accidentibus pro veriſimili cenſetur, quod pœna tantùm extraordinaria ſit puniendus, dicunt ex communi. Abb. in c. auditis, nu. 32. de præſcript. Guazin. defenſ. 32. c. 35. Bald. vero in l. 1. n. 45. ff. de confeſſ. et Maſcard. concl. 867. nu. 13. dicunt eſſe in iudicis arbitrio, aut reum extraordinariè condemnare, aut torquere.

CAPVT VIII.

An, & quando in iudicio regulari facienda eſt recognitio Rei, & quando confrontatio cum teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio, & confrontatio differunt. Fieri debet etiam in iudicio regulari, non autem confrontatio, n. 2.*

3 *Regularis poteſt à ſuo Superiore cogi ad teſtificandum, non autem ad confrontandum cum reo.*

4 *Confrontatio non conceditur reo cum teſtibus quando habuit teſtes pro ritè examinatis, & n. 24.*

5 *Teſtes quando ſunt complices cogi poſſunt ad teſtificandum cum reo, etiam in iudicio regulari.*

6 *Confrontatio fieri poteſt in iudicio regulari, quando teſtes ſunt ſeculares. Rei cum teſtibus non eſt neceſſaria, nec de ſubſtantia proceſſus, etiam ſi reus eam petat, ſed arbitraria iudici, qui quando eſt vtilis ad conuincendum reum, facere eam poteſt, ſed quando eſt periculoſa, facere eam non debet, n. 7.*

8 *Recognitio fieri poteſt ante litem conteſtatam, non autem confrontatio; nec tempore, quo reus ponitur ad largam, nec dantur reo defenſiones, niſi poſt confrontationem.*

9 *Teſtes ſunt etiam confrontandi ad inuicem, quando ſunt contrarij in ſubſtantialibus.*

10 *Recognitio eſt neceſſaria, quando teſtes cognoſcunt reum tantùm de viſu, & non de nomine, & tunc quid fieri debeat à iudice, & n. 27.*

11 *Forma, & modus faciendi recognitionem, & n. 12. & 13. & 27. Teſtes, ſi in actu recognitionis reum non cognoſcunt, vel tangunt alium, tunc iudex quid facere debet; & quid quãdo reum recognoſcunt. In confrontatione, & recognitione non debent omnes ſimul adduci, ſed vnus poſt alium. num. 14.*

15 *Recognitio in cauſis Regularium quomodo eſt facienda.*

16 *Cautela facienda à iudice ante rei confron-*

frontationem, vel recognitionem.
17 *Publicatio proceſſus fit in ea parte, in qua facta eſt confrontatio.*
18 *In confrontatione ſeruanda ſunt cum teſtibus ea omnia, quæ in primo examine fuerunt ſeruata, ac ſi numquam fuiſſent examinati.*
19 *Confrontatio quomodo, & quando eſt facienda.*
20 *Si Iudex vult torquere reum in actu confrontationis, quid ſeruare debet.*
21 *Teſtes, qui fuerunt confrontati cum reo, an poſſint repeti cum interrogatorijs inquiſiti.*
22 *Falſitatis ſuſpicio ſi in confrontatione teſtis cum reo fuerit detecta, poteſt teſti denegari in repetitione lectura prioris examinis.*
23 *Teſtis ſi dicat ſe non recordari de cauſa ſcientiæ aliter quàm in prima depoſitione, eſt ſuſpectus de falſo.*
24 *Copia proceſſus ſi data eſſet reo cum clauſula, ſaluo iure repetendi teſtes cum interrogatorijs, tunc eſt concedenda, aliàs non; ſed alij tenent contrarium.*
25 *Forma confrontandi teſtes cum reo.*
26 *In iudicio regulari non eſt neceſſarium, vt reus declaret teſtes ritè, & rectè examinatos.*
27 *Forma recognitionis Rei.*

1 SI reus eſt negatiuus aliquando à teſtibus non cognoſcitur de nomine, ſed tantùm de viſu, & aliquando licèt ſit cognitus, negat id, quod contra eum teſtes deponunt; ideò in primo caſu neceſſariò eſt facienda recognitio rei, & in ſecundo caſu facienda eſt confrontatio, ſi iudici videbitur facienda ad reum conuincendum, vnde recognitio, & confrontatio differunt, primò, quia recognitio fieri poteſt antequam reus interrogetur, ſed confrontatio non poteſt fieri, niſi poſtquam reus eſt interrogatus à iudice, & negat ea, quæ teſtes contra eum depoſuerunt, quia ſi fateretur, non eſſet opus confrontatione: Secundò, ſi differunt, quia recognitio fit de delinquente etiam conuicto, ſed confrõtatio non fit quando reus eſt conuictus, quia tunc poteſt cõdemnari abſq; eo, quod confiteatur delictum, & fit tantũ, quãdo eſt indiciatus; vt redarguatur negans delictũ. Tertiò recognitio delinquentis eſt neceſſaria, vt probetur perſona delinquẽs. Guaz. def. reor. 20. c. 19. n. 7. ſed confrõtatio eſt arbitraria iudici. Clar. q. 45. v. Ego certè. Scac. de iud. c. 86.
2 n. 153. Recognitio perſonæ delinquentis debet fieri etiam in iudicio regulari, non autem confrontatio regulariter, quia in Religionibus Obſeruantibus teſtium nomina non publicantur, vt patet ex infra dicendis par. 6. c. 1. n. 17. etiam in cauſis grauiſſimis, in quibus tantũ conceditur poſſe iudicem ſuo arbitrio iudicare, an debeant reo nomina teſtium dari in confuſo, & ſeorſum à depoſitione, ne poſſit ſciri quid dictum fuerit ab vnoquoque, & numquam diſtinctè: ergo multò minus in confrontatione, in qua non ſolùm nomina, ſed etiam perſonas, & dicta diſtinctè reus cognoſceret; vndè licèt iudex regula-
3 ris poſſit cogere ſubditos ad teſtificandum, non autem cogi poteſt ad confrontandum cum reo. Hinc eſt, quòd licèt in foro ſæculari non eſt

exhibenda reo copia proceſſus, niſi teſtes pro informatione Curiæ receptos declarauerit velle habere pro ritè, & rectè examinatis, apud regulares verò ſine tali declaratio-
4 ne, & approbatione teſtes habentur pro ritè, & rectè examinatis, & quando teſtes habentur pro ritè, & rectè examinatis, non conceditur confromatio. Guazin. defenſ. reor. 20. c. 21. n. 8. Cabal. caſu 269. n. 2.

5 Nihilominus quando teſtes ſunt complices eiuſdem criminis cum reo, & confitentur delictum, hoc enim caſu, ad conuincendum reum negantem, non ſolùm nominandi ſunt ei complices, cum quibus dicitur deliquiſſe, ſed etiam confrontandi, & tunc non tàm confrontantur vt teſtes, quàm vt complices. Pegna in ſchol. 129. ſuper quæſt. 67 3. p. direct. Inquiſit. Cartar. de interrog. reor. par. 3. c. 1. n. 92. M. Anton. Genuenſ. in praxi Archiepiſc. c. 84. n. 6. verſ. nunquam tamen; qui licèt loquantur in cauſis fidei, eodem modo tamen proceditur in cauſis regularium quoad teſtium nominationem, & confrontationem, & in dicto caſu teſtes regulares poſſunt cogi ad confrontandum.

6 Poteſt etiam fieri in cauſis regularium confrontatio, quando teſtes ſunt ſæculares, & conſentiunt ſe confrontari cum reo, quia quoad ſæculares ceſſat ratio, quare teſtes religioſi eiuſdem religionis non debent nominari, & confrontari cum reo; debet tamen iudex multũ cautè in hoc procedere, ſicut etiam procedere debet in eorum admiſſione, & examine: quia precibus, & lachrymis reorum, vel eorum amicorum ſolent retractari, & iudex regularis non poteſt contra eos procedere; vndè non debet talem confrontationem facere, niſi omnem periculi, & retractionis ſuſpicionem procul abeſſe ſciat. Et maximè, quia huiuſmodi confrontatio rei cum teſtibus de iure non eſt neceſſaria, nec de ſubſtantia proceſſus, ſed arbitraria, quando teſtis cognoſcit reum de viſu, & nomine; & ideo ſi fuerit omiſſa, non vitiat proceſſum, etiam ſi reus petat ſibi
7 teſtes confrontari, & tunc iudex teſtes cum reo confrontare eam facere poteſt, quando videt eam eſſe valde vtilem, & efficacem ad conuincendum reum. De qua re loquuntur Scacc. de iudic. q. 86. nu. 53. Farin. q. 72. n. 139. Guaz. defenſ. reor. 20. c. 19. & alij ab ipſis citati. Et caueat iudex à teſtium confrontatione ad inſtantiam rei quando eſt periculoſa, & maximè quando teſtes ſunt ſubditi Rei, aut timidi; & Reus eſt potens: quia timore, vel reuerentia compreſſi, ea, quæ aliàs contra eos depoſuerunt, non auderent in eorum facie repetere, ſed potius ea vel palliarent, vel inuoluerent, ſeu aliter debilitarent: & tunc reus ex eorum præſentia minimè vrgeretur. Ita aduertunt Cartar. de interrog. reor. lib. 3. c. 1. n. 97. Scacc. d. n. 53. verſ. quia tamen. Caualc. de teſt. par. 5. n. 200. & de brach. reg. par. 3. n. 9. Guaz. d. c. 19. n. 3. & alij.

8 Et licèt recognitio fieri poſſit ante litem conteſtatam, & poſt eam tendat ad legitimationem perſonæ Rei;

Rei: confrontatio tamen non poteſt fieri niſi poſt litem conteſtatã, ſcilicet poſtquam reus eſt conſtitutus, & interrogatus ſuper delicto, & ſuum nomen poſitum inter reos ſit, vt dictum eſt; cùm fiat confrontatio ad ipſum reum inducendum, vt fateatur delictum. Scacc.d.q.86. n.54. Guaz.d.c.19.n.13.& fieri debet antequam ponatur ad largam, ſcilicet antequam detur Reo terminus ad ſuas defenſiones faciendas, ne teſtes loquantur cum Reo, nec Reus poſſit alloqui cum aduocato, & procuratore, & ab eo inſtrui poſſit, quicquid exiſtimet Guaz.d.c.19.n.12.Et poſt confrontationem teſtium cum Reo, & non antea (quando confrontatio faciẽda eſt) datur Reo terminus congruus ad ſuas defenſiones faciẽdas. Caualc.de teſtib. par.5.n.209. Te-
9 ſtes etiam confrontari poſſunt,imò cogi ad confrontandum ad inuicẽ, quando ſunt contrarij.Clar.q.45.n. 14. Scacc.de iudic.lib.1.c.86.nu.58. Guazin.defenſ.20.c.19.n.8. ſed non in omni contrarietate fieri ſolet, ſed tantùm in illa, quæ eſſet in negotio principali, vel in circumſtãtijs ſubſtantialibus, & tendentibus ad delictum, & de directo teſtes contradicerent ipſi Reo.

10 Si teſtes dicant cognoſcere reum de viſu,ſed non de nomine, tunc eſt omninò neceſſaria recognitio iuxtà formam infra tradendam in fine huius capitis. Milie in pract.crim. in gl.commiſſus n.5.litt.B. Clar.q. 45.n.14. & alij cit.a Scacc. d. c.86.
11 nu.53. verſ. Si de viſu tantùm. Et tunc teſtes debent ante recognitionem ſeorſum diligenter interrogari de qualitate perſonæ, de cultu, de barba,de ſtatura,de indumentis, de ætate, & de alijs circumſtantijs etiam minimis; & exhibitio Rei, (ſi poſſibile eſt) fiat teſtibus cum indumentis, & qualitatibus ipſius Rei,vt eum faciliùs recognoſcant; & admonet Bald.in c.cum cauſam, 51. de teſtib. quod exhibitio in habitu conſueto fieri debet, licèt facies illa ſit, quæ principaliter perſonam oſtendit; & ſequitur Cartar. de interrog.reor. lib.3.c.3.n.31.32. Caualc.de teſtib.p.5.n.207. in fine.
12 Et ſi in actu recognitionis teſtes Reum non recognoſcant, vel tangant alium, quàm Reum; aut dicãt alium eſſe Reum, tunc non afficerent dictum Reum, ſed potius exculparent,etſi dicant non eſſe eum, de quo ipſi depoſuerunt, videntur de falſo ſuſpecti, & iudex debet teſtes varijs interrogationibus diligenter interrogare, vt videatur ſi fuerint ſubornati. Reus eſt exhibendus teſtibus vnà cum tribus,vel quatuor Reo ſimilibus, quantum tunc fieri poteſt facie, ſtatura, & veſtibus.Clar.d.n.14.Bonac.comm. opin. lib.5. teſtes falſi, fol.178. & quò maior erit numerus, eò minor erit ſuſpicio fraudis; & cùm confrontatio ſit odioſa, & ſpecies ſuggeſtionis, debet poni inter iſtos non ligatus, ſed ſolutus, ne detur occaſio recognitionis per ſuggeſtionem; & iſti apponendi cum reo non debent eſſe noti teſtibus, vt poſt alios aſſerit Guaz.defenſ.reor. 20.c.20.n.1.2.3. & aduertendũ eſt, quòd poſt deſcriptionem factam à

Digitized by Google

teſtibus de Rei perſona per ſigna, & veſtes, vt ſupra dictum eſt, quando fit ante litem conteſtatam huiuſmodi recognitio, in hoc caſu recognoſcendus debet adduci, & poni inter alios non tamquam Reus, neque in decreto recognitionis dicatur; ad conuincendum eum de mendacio, ſed tali modo, videlicet;
13 Ex tunc R.P. Abbas mandauit, Fr. N. cuius deſcriptio facta à N. præſenti teſte ei omninò conuenit; poni inter tres, vel quatuor, aut plures alios, qui ei quoad fieri poteſt, ſint ſimiles ætate, effigie, ſtatura, & habitu, eoſque vnà cum dicto Fr. N. ſimul adduci coram dicto teſte. Quibus vt ſupra adductis fuit præfatus teſtis per R.P. Abbatem rogatus, an inter iſtos ad ſui præſentiam adductos reperiatur ille, de quo dixit in ſua depoſitione? Et ſi dixerit, quòd non, vel tangat alium, aut oſtendat alium; tunc non diceretur facta recognitio; neque ipſe teſtis afficeret ipſum nominatum, ſed vt ſupra dictum eſt, potius exculparet; ſi verò dixerit quòd ſic, tangendo, vel oſtendendo quis eorum ſit; tunc notabitur recognitio: & ſi ex dicti teſtis depoſitione, oriatur ſufficiẽs indicium ad illum recognitum examinandum vti reum, iudex teſte, aliiſque cum recognoſcente adductis licentiatis, interrogabit recognitum tamquam reum, & inter reos ponet, & lis cõteſtatur. Et vbi quæ a teſte depoſita ſunt negauerit,
14 teſtis debet cum eo confrontari, omiſſa recognitione, cùm iam ſit recognitus. Recognitio autem ſupradicta, ſicut etiam & confrontatio teſtium cum Reo, quando ſunt plures, non debent omnes ſimul adduci, & confrontari cum Reo, ſed vnuſquiſque ſeorſim de per ſe, & provt recognoſcunt, aut confrontant, debet notari in actis; quia ſicut ſecretò, & ſeorſim debent deponere, adeò quòd vnus neſciat depoſitionem alterius; ita etiam & ſeorſim debent recognitionem facere, & confrontari cum reo. Scacc. d.cap.36.num.60. Guaz. d.cap.20. num. 4. & licèt Pegna ad director. Eymer.p.3.com. 8. ſ. Poſtremò limitet, vt hoc non procedat, quando teſtes, & Reus ſunt eiuſdẽ criminis complices, & quòd tunc ſimul produci poſſint; tutius tamen eſt, vt ſinguli recognoſcant, & confrontentur, vt inquit Chartar. de interrogat reorum *lib.3.cap.2.num.96.* Scacc. dicto num. 60. & Guazz. dicto num. 4.
15 Et in cauſis Regularium, de quibus loquimur, in quibus regulariter nomina teſtium non publicantur Reo, recognitio fieri debet alio modo, nempè, vt teſtis recognoſcat nominatum ab eo in medio aliorum ſimilium, vt ſupra dictum eſt, abſque eo quòd à Reo videatur; videlicet per rimulas oſtii, aut per fracturam alicuius cameræ, vel cellæ, in qua ad hunc finem a iudice debet poni recognoſcendus ſimul cum aliis, modo,
16 quo ſupra. Et in confrontatione, quando teſtes ſunt complices; Aut aliàs poteſt fieri confrontatio cum Reo, etiam in cauſis regularium; poteſt iudex vti cautela, vt ante confrontationem prius interroget Reum,

Reum, an cognoſcat talem, & talem,& talem,&c. multos nominando,& inter nominatos nominet teſtes confrontandos; & an habeat iſtos pro viris probis, & veridicis, & an ſint ſibi amici;quia ſi reſpondeat eos habere pro viris probis,& amicis, in actu confrontationis facilius reus ſe inducet ad fatendum; hanc cautelam ponit Foller. in pract. crim. in verbo, & ſi comparent,& ſequitur Scac. dict. cap. 86. num.63. & Guazz. dict. cap. 19. nu. 14.

17 Per confrontationem inducitur publicatio proceſſus. Baiard. quæſt. 49. num. 8. quod intelligit Guazz. defenſ. reor. 20. cap. 21. num. ſeptimo; in ea parte in qua ſequitur confrontatio, & non in toto proceſſu; ſed in Iudicio Regulari eſt de apicibus iuris.

18 Et in caſu, quo in Regularium cauſis facienda eſt confrontatio, ſeruari in ea debent cum teſtibus omnia, quæ requiruntur in primo examine, ac ſi numquam fuiſſent examinati, & ſic fieri debet cum omnibus ſuis qualitatibus, quæ requiruntur in primo examine. Clarus dicta quæſtione 45. verſ. Cæterùm. Honded. conſ. 101 numero 30. volum primo. Farinacius conſ. 55. numero quarto in fine; & ob id quamvis teſtes in prima depoſitione iurauerint, in confrontatione debent iterum iurare præſente Reo de veritate dicenda, delato à iudice iuramento. Burſat. conſ. 201. numero 107. Baiardus dicta quæſtione 45. numero 46. Boer. deciſione 319. numero quarto. Vulpel. reſponſ. 76. numero quartodecimo. Farinacius quæſtione 72. numero 148. Calc. de teſtibus par. quinta numero 207. circa medium. Cartarius vbi ſupra libro tertio, cap. 3. numero 28. alioquin nulla eſſet eius confrontatio. Mille in practica crim. folio 109. numero 62. Bertaz. conſil. 192. numero 35. & conſ. 201. numero 49. libro ſecundo. Cartarius dicto numero 28. Et debent iurare antequam deponant. Burſatt. conſ. 152. numero 55. volum. ſecundo, Honded. dicto numero 30. Baiard. dicto numero 46. vbi ſubdit, quòd ſi ſponte iuret ſtatim poſt depoſitionem valet, ſecus ſi ad inſtantiam iudicis. Et ſi in confrontatione non appareat per acta fuiſſe delatum, & præſtitum iuramentum, confrontatio non ſuſtinetur; quia iuramentum non præſumitur. Bertaz. conſ. 70. numero trigeſimo, & conſ. 351. numero trigeſimo, volumine ſecundo. Burſat. conſ. 192. numero tertio, volumine ſecundo. Baiard. dicta quæſtione 45. numero 48. Debent etiam teſtes torqueri, quando torquendi ſunt, & cum eis alia fieri, prout in primo examine. Vnde ſocii criminis torqueri debent in præſentia Rei, & depoſitionem confirmare, & ratificare in tortura, & poſt torturam. Boſſius de indic. & conſid. aut tort. numero 151. Scaccia dicto capitulo 86. ſub numero ſexageſimo ſeptimo. Cabal. reſolut. crimin. caſu 185. numero quarto. Et ante torturam debent referre, vel recenſere quoad ſubſtantiam ea,

quæ

quæ in primo examine depoſue-
19 runt in faciem ipſius Rei;nam factis Reo debitis monitionibus de dicenda veritate ſuper eo, de quo interrogatur,& ipſe eſt negatiuus, & teſtes producti in proceſſu ipſum conuincunt,iudex mandat in ipſius faciem adduci, ſingulos teſtes ſeorſim vnum ab alio; & delato iuramento de veritate dicenda, iudex eum interrogat, an cognoſcat Reum conſtitutum, ac vice verſa Reum etiam interrogat, an teſtis in eius faciem adductus cognoſcat; & facta ad inuicem inter eos nominum, ac perſonarum recognitione, (ſi ſe inuicem cognoſcunt) interrogatur teſtis,an ea,quę depoſuit,fuerint,& ſint vera,& per ipſum pro veritate dicta; & faciat, quòd teſtis referat in faciem Rei, ſaltem quoad ſubſtantiam ſuam primam depoſitionem, antequam illa ſibi legatur,vt euitet omnem occaſionem ſuggeſtionis. Et omnia notari faciat in actis, ac poſtea legi eius examen ad claram ipſius Rei intelligentiam; quæ quidem examinatio in faciem Rei eſt quædam teſtium repetitio, vt Reus ita ad dicendam veritatem vrgeatur. Et ita fieri debet cum alijs teſtibus ſeparatim. Et lecta depoſitione, interrogatur, an ea,quæ in eius examine depoſuit,fuerint,et ſint vera, et per ipſum pro veritate dicta, velitque ea ratificare, et approbare in faciem Rei ibi præſentis; et recepta reſponſione affirmatiua, iudex ad Reum conuerſus, eum interrogat, quid modò ad prædicta reſpondeat? cui neganti,teſtis iudice interrogante replicat, ſe dixiſſe veritatem, & vtroque in proprio dicto perſiſtente, iudex regularis ducit teſtem ad torturam vt confirmet ſuum dictum in faciem Rei, eo quia (vt ſupra dictum eſt) ſupponitur ſocius criminis, ſed iudex ſæcularis, quando teſtis non eſt ſocius criminis, poteſt eum licentiare ſine tortura, & examen cum reo continuare; Ita cum alijs citatis Cartar. de interrog. reor. lib. 3. c. 3. n. 28. Et ſi iudex velit reum torquere ſuper delicto in actu confrontationis teſtium, non *debet* operari vt teſtes ſe *extendant circa* qualitates, & *ſubſtantias delicti*, nec legere faciat ipſis per extenſum totum eorum examen, niſi in ea parte in qua eſt *contrarietas*, ne ipſe Reus *inſtruatur* ſuper *dictis* qualitatibus, & circumſtantijs, & poſtea in tortura fateatur delictũ quaſi per ſuggeſtionem dictorum teſtium cum eo confrontatorum, ita poſt Marian. Soc. in c. qualiter, & quando, n. 950. de accuſat. Farin. q. 72. n. 139. Guaz. d. defenſ. 20. c. 20. n. 9.

21 Dubium modo eſt, an *prædicti* teſtes, qui *fecerunt* confrontationem in faciem inquiſiti, ſint poſtea repetendi ad inſtantiam *ipſius inquiſiti* cum ſuis *interrogatorijs*? & pro parte negatiua, quod confrontatio tollit, vt reus non poſſit amplius teſtes confrontatos cum ſuis interrogatorijs repetere eſt Afflict. ſuper Conſt. Regn. Neap. lib. 2. rubr. 10. n. 15. verſic. intellige, vbi addit quod ita obſeruatur, & in lib. 1. rubr. 27. à n. 6. in fine, & in conſt.

conſt. ſi damna clandeſtina nu. 28. Vulpel. conſ. 68. Nam confrontatio eſt loco repetitionis quando teſtes iurant in præſentia rei in actu confrontationis. Bertaz. conſ. 70.n.30. vol.2. conſ.crim.diuerſ. in fol. Baiard.q.45. n.63. & teſtes habentur pro legitimè examinatis,& Foller. in pract. crim. in 2.parte ſecundæ partis principalis,in verbo, recipiantur defenſiones reorum,dicit, quod hodie de ſtylo omnium curiarum non dantur interrogatoria per inquiſitum facienda teſtibus per Curiam examinatis contra reum;quia reus publicato proceſſu poteſt probare quicquid vult contra perſonas, & dicta teſtium, cum ei detur terminus ad repulſam, & ſequitur, Clar.qu.23.nu.3.&qu.53. verſic. quartus caſus in fine,monet Iudices, præſertim in cauſis criminalibus, vt ſe abſtineant ab huiuſmodi repetitionibus, quæ fiunt ad inſtantiam partium, nam ſæpenumero proceſſus inuoluunt, ac deſtruunt, magnamque præbent occaſionem ſubornationibus, & falſitatibus teſtium, & Baiard.q.49 num.35. circa finem aſſerit; quòd licet de iure communi permittebatur inquiſito,vt poſſet facere interrogatoria teſtium contra ipſum examinatorũ,hodie tamen de ſtylo omnium Curiarum non dantur; quia inquiſitus habet repulſam; & Caball. reſ.crim.caſu 269.nu.18. in fine dicit, quod ita ſemper ipſe obſeruauit, & per alios obſeruare vidit, in caſu factæ teſtium confrõtationis cum Reo; & Farin. q.72.n. 141.dicit,quòd difficillimè obtineretur à iudicibus repetitio teſtium ſuper interrogatorijs. Sed pro parte affirmatiua, quòd confrontatio non tollit repetitionem teſtium ſuper interrogatorijs eiuſdem Rei ſtat Honded.conſ.101.n.28. iuncto num.37. quem citat,& ſequitur Farin. d.n.144. nam licèt confrontatio ſuppleat defectum citationis, non tamen ſupplet defectum interrogatoriorum. Guazin.vbi ſup. c. 21.vbi multos citat, & idem Guaz. defenſ.reor.20.c.21.n.3. dicit,quòd in quadam confrontatione facta à ſocio criminis cum alio ſocio criminis,fuit conceſſa dicta repetitio. Farin.tamen vbi ſupr.nu.145.teſtatur,quòd Romæ in Tribun. Illuſtr. Auditorum Cameræ fuit reſolutũ, quòd ſi Reus non eſt ſagax, ſed rudis, neſciens facere interrogatoria teſti; Vel etiam ſi ſagax interrogatoria non fecit; Aut fecit non perfecta; Aut ſi ius repetendi cum interrogatorijs ſibi reſeruauit; Vel etiam ſi Iudex illum non monuit ad interrogandum teſtes, quatenus interrogare voluerit; ijs inquam caſibus non eſt deneganda repetitio,etiam quod fuerit facta confrõtatio. Contrarium tamen ſi Reus eſſet ſagax: Aut monitus à iudice ad dandum interrogatoria, illa dedit: Vel ius repetendi ſibi non reſeruauit,& poſtea dicit idem Farin. repetitionem non eſſe neceſſariam quando in confrontatione teſtes fuerunt interrogati. Et ſi de iure indiſtinctè concedenda ſit talis repetitio cum interrogatorijs, vt dicit idem Farin.n.146. ſubdit poſtea nu.147. quòd de facto videt ea-

ſæ

ſæpiſſimè denegatam, iuxtà diſtinctionem ſupra ab eo traditam. Eandē diſtinctionē, iuxta ſupradictam reſolutionem cameræ, refert Man. Ant. Genuenſ. in Prax. Archiepiſc. Neap. c. 34. n. 15. quam ipſa ſequitur; Subdit tamen, quod vidit eam denegatam in quibuſdam delictis atrocibus, ferè notorijs quando ex repetitione potius timebatur ſubuerſio teſtium, & iuſtitiæ, quam indagatio veritatis; & quod aliquando fuerunt moniti inquiſiti à iudice ad facienda interrogatoria in actu confrontationis, & aſſerit, quod hæc reſolutio videtur æqua, & rationabilis, addens quod ita paſſim in illa curia ſeruatur, ſed Guazz. defenſ. reor. 20. c. 21. n. 4. & 5. tenet quòd quoties in confrontatione non reſultat idem effectus, qui reſultaret ex ipſa repetitione ſuper interrogatorijs, quia reus nō interrogauit ad ſufficientiam; debere concedi teſtium repetitionem. Vbi alios adducit, inter quos Senogall. in tract. de modo forman. proceſſ. in form. lib. 2. c. 9. n. 35. & ſeqq. aſſerens quod ita pluries fuerit obſeruatum. Et Guazz. ſubdit, quod in omnibus tribunalibus Vrbis vidit ſępè ab aliis iudicibus doctis, & Deum timentibus obſeruari. Et quod numquam ex confrontatione poteſt reſultare idem effectus defenſionis, qui reſultare poteſt ex interrogatorijs ab aduocato, & procuratore confeſſis. Et ſi Reus in actu confrontationis velit teſtes interrogare etiam cum interrogatorijs in ſcriptis datis, non eſt negandum. Honded. conſ. 101. n. 26. lib. 1. Prax. Archiep. d. cap. 34. in fine. Guazz. d. c. 21. n. 6. Imò ſi Iudex recuſaret confrontationem facere cum interrogatorijs in ſcriptis datis, debet concedi repetitio teſtium cum dictis interrogatorijs. Quia apparet quòd in confrontatione noluiſſet ſufficienter teſtes interrogare. Guazz. ibidem, & Ricc. deciſ. cur. Archiep. Neap. 242. par. 2. refert, fuiſſe in d. curia reſolutum, teſtes, qui iurauerunt in faciem inquiſiti, & fecerunt confrontationem cum eo, poſſunt repeti ad inſtantiam ipſius inquiſiti cum interrogatorijs eiuſdem, non obſtan-
22 te confrontatione. Et ſi in confrōtatione aliquam perſuaſerit iuſtam ſuſpicionem falſitatis in teſte, & teſtis petat ſibi legi depoſitionem in alio examine factam, poteſt lectionem denegare. Scacc. d. c. 86. nu.
23 55. Et teſtis videtur de falſo ſuſpectus, ſi in confrontatione dicat ſe non recordari de cauſa ſcientiæ aliter, quàm in prima depoſitione continetur. Crauet. conſ. 111. n. 11.
24 Et ſi Iudex re integra ante datas copias concederet Reo dictas copias cum clauſula, ſaluo iure, repetendi teſtes cum interrogatoriis, tunc talis repetitio eſt concedēda. Et hæc qualitas eſt probanda per Reum. Ricc. deciſ. 210. p. 1. Sed ſi abſque dicta reſeruatione habuiſſet Reus expreſſè teſtes pro ritè, & rectè examinatis, fruſtrà ageretur de eorum repetitione ſuper ipſius interrogatoriis, dicit Caball. d. caſu 269. n. 20. contrarium tamen dicit Guaz. defenſ. reor. 24. c. 8. à nu. 4. & ſeqq. Farin. q. 72. n. 151. in fine. Ricc.

par. 3.

par.3.deciſ.Cur. Archiepiſc.204. & infra late dicetur par.6.c.1. n.28.& ſequ. quod hoc non obſtante poſſit adhuc illos repeti facere cum ſuis interrogatorijs, poſt Simanch.de cath.inſtitut.tit.64.n.23.de teſtib.& Honded.conſ.101. a n.26. vſque ad 29.& n.39.vol.1. Cum per interrogatoria detegatur falſitas in teſtibus, & ſuper dictis teſtium forſan reus per interrogatoria poſſit ſuam intentionem fundare, & n.38 reſpondet Foller. & Claro, atteſtantibus de contraria conſuetudine. Et contra Baiardum quæſt.40. n.34.& ſequ. atteſtantem de ſtylo omnium curiarum, quod nō dantur interrogatoria, cum inquiſitus habeat repulſam. Tenet Guazz. d.defenſ.24. c.8. n.7.8.& 9. cum Caballo vbi ſupra n.19.& Ricc. dec.204.par.3.aſſerentes huiuſmodi ſtylum non vigere in omnibus Curijs,& ideo vbi non viget illa conſuetudo non repetendi atteſtata cum interrogatoriis inquiſiti, etiam ſi iſte accipiat copiam proceſſus ſine hac reſeruatione repetendi teſtes cum ſuis interrogatoriis; adhuc deberent repeti cum ſuis interrogatoriis in criminalibus,& vbi dantur interrogatoria per reum, teſtes debent deponere per extenſum. Riccius,deciſ. 271.par.3. quia in criminalibus nō poteſt reus etiam expreſsè ſuis defenſionibus renunciare; & teſtium repetitio datur pro reo in defenſione. Ita poſt Baiard. d.q.49.n.38; Guazz.d.cap.8.num.9.& licet referat Farinac.q.72.n.152. aſſerentem quòd in quodam ſupremo tribunali Romanæ Curiæ, non potuit obtinere hanc repetitionem, quia Reus ſimpliciter declarauit teſtes pro ritè,& rectè examinatis, ſine clauſula,ſaluo iure repetendi ſuper interrogatoriis; Ideo ad effugiendam diſputationem,tutius eſt vt ex parte Rei apponatur dicta clauſula quia, (vt ſubdit Guazz.d.n.9.in fine,) Doctores volunt reſtringere iſtam opinionem, quando quis declarauit re integra, & ante datas copias,vt tunc poſſit ius habere ſuper interrogatoriis; ſecus ſi illam ſimpliciter fecerit poſt datas copias, ſine vlla reſeruatione, ſaluo iure repetendi.

Forma Cofrontationis teſtium cum reo, quando ad inuicem ſe cognoſcunt.

In nomine Domini,&c. Die, &c.

Conſtitutus perſonaliter coram R. P. N.Abbate in cella ſolitæ reſidentiæ Fr.N.de N.principalis quoad ſe,& teſtis quoad alios,& delatò ei iuramento per præfatum R. Abbatem de veritate dicenda prout iurauit, tactis corporaliter Sacris, ac præmiſſa monitione, fuit per eumdem primò,

Interrogatus,an ſciat,ſeu ſaltem præſumat cauſam ſui præſentis examinis?

Reſp. *Io me la immagino, ma non la sò di certo.*

Et dicente R. P. Abbate,vt eam,quam arbitratur recenſeat, Reſp.&c. & ſi recenſendo illam incipiat fateri delictum, audiatur vſque ad finem, & non interrumpat illum vt notatum fuit ſupra, capite 4. num. 38.

Si verò reſpondeat, *Io non sò, nè poſſo imaginarmi la cauſa di queſto eſame.*

Interrog. quomodo reperiatur carceratus, & ex qua cauſa? Reſp. Si in præcedenti examine fuit interrogatus, an inimicitiam cum aliquo gerat, non oportet hic iterum de hoc interrogare; ſi verò non fuit interrogatus, interrogabitur, prout in ſuperiori forma conſtituti.

Interrogat. ſi habeat pro viris probis, veridicis, & fide dignis Fr. N. N. N. N. &c. Reſp. In hac interrogatione iudex multos, & multos debet nominare, inter quos nominet teſtes contra ipſum examinatos, & confrontandos, vt dictum eſt ſupra num. 16.

Interrog. an ſciat fuiſſe commiſſum aliquod delictum proximis diebus in tali Monaſterio? Reſp.

Interrog. vbi fuerit tali die, & quid fecerit? Reſp.

Interr. vbi fuerit tali hora dicti diei, & quid fecerit? Reſp.

Interrog. ſi in tali loco habuit differentiam, vel contentionem cum aliquo? Reſp. Si neget locum delicti, vel controuerſiam.

Admonitus quomodo negare hoc audeat, ſi in proceſſu conſtat ipſum fuiſſe in tali loco, & tale delictum commiſiſſe, & teſtes ipſum conuincunt de mendacio, ita vt meliùs ſit in genere fateri veritatem. Reſp. *La verità io l'hò detta, e non ci poſſono eſſere teſtimonij di quello, che io non hò fatto.*

Iterum monitus, vt dicat veritatem, & caueat à periurio, & eam non neget in præiudicium animæ ſuæ, &c. Reſp.

Et perſiſtendo in negatiua, mandauit R. P. Abbas mihi Actuar. vt ipſi reo legam teſtiū depoſitiones fideliter, & prout ſtant, ſuppreſſis tantùm nominibus teſtium, & illis circumſtantijs, per quas poſſit ipſe reus venire in cognitionem ipſorum teſtium, prout ego ipſe omnes, & ſingulas depoſitiones clara voce, & fideliter legi audiente ipſo reo præſente. Quibus depoſitionibus auditis ab ipſo reo. Reſp. *Queſto, che dicono queſti teſtimonij tutto è bugia.*

Et R. P. Abbas, quid dices, ſi prædicti teſtes deponant coram te id, quod tu negas? Reſp. *Dirò, che dicono bugia.*

Tunc præfatus Abbas cognoſcens eius duritiam, & obſtinationem ad illum magis, ac magis de mendacio conuincendum (ſi teſtis eſt præſens) & ad eum diſponendum, vt ingenuè fateatur veritatem, & ad omnem meliorem finem, & effectum præcepit, vt vocaretur Fr. N. ſocius, & teſtis productus, & aliàs examinatus, qui adductus, & delato ambobus iuramento de veritate dicenda, prout iurauerunt manu tactis ſacris ſcripturis, &c. fuit Fr. N. primò interrogatus, an cognoſcat Fr. N. præſentem. Reſp. *Padre sì, e ſi chiama Fr. N. da N.*

Interrogatus Fr. N. conſtitutus, an cognoſcat Fr. N. da N. præſentem. Reſp. *Padre sì, e ſi chiama Fr. N. da N.*

Deindè interrogatus Fr. N. ſocius, & teſtis, an iſte Fr. N. hic præſens eſt ille, de quo depoſuit die, &c. Reſp. *Padre sì, &c.*

Denuò interrogatus Fr. N. teſtis, an ea,

ea, quæ dicto die, menſe, & anno depoſuit contra hunc Fr. N. præſentem ſint vera, & per ipſum pro veritate dicta, velitque ea approbare, & ratificare in faciem eius. Reſp. *Padre sì, che quel, che hò detto nel mio eſame, è la verità, e per la verità l'hò detto, e lo dico, e ratifico anco qui in ſua preſenza.*

Et monitus, vt denuò recenſeat quoad ſubſtantiam ea, quæ depoſuit in dicto ſuo examine. Reſp. Et eo dicente non interrumpatur, & ſi poſtulet, vt ſua depoſitio illi legatur, ita ab actuario ſcribatur.

Et poſtulante ipſo teſte, vt ſua depoſitio illi legeretur, legi mandauit R. Abbas, & lecta ſibi per me actuariũ de mandato R. Abbatis huiuſmodi depoſitione alta voce ad claram intelligentiam de verbo ad verbũ, eaque ab vtriſque benè audita, & intellecta, fuit dictus teſtis, & ſocius adductus interrogatus; an ea, quæ modò legere audiuit, ſint illa, quæ ipſe in ſuo examine depoſuit; & an ſint vera, & pro veritate dicta, & vti talia approbet, & ratificet. Reſpondi. *Quanto è ſtato letto, io l'hò depoſto, e per verità l'hò detto, & hora di nuouo lo ratifico, perche tutto è vero, e non hò da aggiungerci, nè diminuirci.*

Tunc R. Abbas conuerſus ad dictum cõſtitutum, eumdem interrogauit; Quid modò reſpondes prædictis?

Reſp. *Io dico, che coſtui non dice il vero.* Replicante dicto adducto, *Io dico, che quanto hò detto tutto è vero, e ſe non foſſi tale non l'haurei detto.* Et quia adductus eſt ſocius criminis (vt ſupponitur) aut alias infamis, non eſt licentiandus ſicut ſi eſſet ſimplex teſtis, ſed eſt ducendus ad torturam, & in actis eſt ſubſcribendus, vt infra.

Et cùm vterque ipſorum ſtaret in ſuo dicto, R. P. Abbas ad ipſum conſtitutum magis conuincendum de mendacio, eumque magis diſponendum ad veritatem dicendam, & magis afficiendam, ac ad tollendam omnem dubitationem, quæ circa perſonam, & dicta ipſius teſtis oriri poſſit, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandauit dictum teſtem adduci ad locum torturæ, ibique in præſentia dicti conſtituti, & in caput ipſius, & aliorum nominatorum ſpoliari, ligari, & funi applicari.

Cùm autem teſtis vnà cum ipſo conſtituto ad locum tormentorum deueniſſet, & ibi adductus fuiſſet, coram eodem conſtituto ſpoliatus, & funi applicatus, & antequam in altum eleuaretur, fuit per R. P. Abbatem benignè monitus ad ſimplicem veritatem fatendam, quæ ſola ab ipſo requiritur, & Reſp. Veritatem depoſui, quam modò confirmo.

Ad quam veritatem confirmandam & non aliter R. P. Abbas mandauit ipſum teſtem ſocium in altum leuari, præſente, vidente, & omnia intelligente ipſo conſtituto: Qui ſic eleuatus, dixit; *Oimè, e perche mi tormentate? Io gia hò confeſſato, e detto ogni coſa.*

Interrog. an ea, quæ depoſuit Fr. N. conſtitutus hic præſens, ſint vera, & pro veritate a ſe depoſita, & ſi talia ſunt, vt depoſuit, eas approbet, & ratificet in tortura, ſin minus reuocet ea. Reſp. *Quanto io*

Digitized by Google

bò depoſto contro Fr. N. qui preſente, e contro gli altri tutto è vero, e lo confermo; Oimè leuatemi da queſto tormento.

Tunc R. P. Abbas mandauit legi per me Actuarium, ad claram amborum intelligentiam, ipſius torti depoſitionem, de qua ſupra ſub die, &c.... huius menſis, quæ ab vtroque fuit bene audita, & intellecta, vt aſſeruerunt.

Interrog. idem tortus, An, id, quod ei modo lectum fuit, ſit eius depoſitio, & an ſit vera, & velit coram Fr. N. conſtituto ratificare? Reſpon. *Queſta depoſitione, che mi è ſtata letta, è mio eſſame, & è vera, e la ratifico.* Et cõſtitutus, *O che gran bugia, queſto ſi danna per calunniarmi.* Et tortus replicauit, *Io dico la verità, ti danni tù, che dici la bugia.*

Et cum in tortura paruo temporis ſpacio eleuatus manſiſſet, & in ſuæ depoſitionis ratificatione conſtanter in præſentia, & caput ipſius cõſtituti perſeueraſſet; R. P. Abbas mandauit, eum deponi de tormento, ſolui, brachia reaptari, & reueſtiri, & depoſitus fuit per dictum R. P. Abbatem ſtatim monitus, vt recenſeret, quæ ſint iſta, quæ dixit, & depoſuit contra ipſum conſtitutum. Reſpondetur. *Hic tortus poteſt denuò recenſere, quæ depoſuit, vel petere vt ſua depoſitio legatur, vel abſque eo quod petatur, poſſet de mandato iudicis legi in faciem Conſtituti; Et eam lectam approbabit, & ratificabit, & ea ratificata Iudex vlterius procedendo ſic interrogabit.*

Tunc R. P. Abbas conuerſus ad ipſum conſtitutum, cum interrogauit, An modo ſis diſpoſitus ad fatendum ingenuè veritatem, & recedendum a pertinacia, ex quo apertè cognoſcis, quod eam amplius negare non potes, niſi mendaciter, cum teſtis depoſitio ſit in tua præſentia confirmata in tortura.

Et perſiſtendo conſtitutus in negatiua, teſtis cum Reo confrontatus, ſi eſt ſocius criminis poſt torturam, faciat reponi ad ſuum locum, vbi erat; ſed ſi non eſt ſocius criminis, tunc eſt licentiandus ſine tortura, & ſequitur hoc infraſcripto modo.

Et cum vterque in ſuo dicto perſiſteret, idem Reuerendus Pater Abbas licentiauit dictum teſtem, & cum ipſo conſtituto examen continuans, Interrogauit, &c.

Alij teſtes ita quoque vnuſquiſque per ſe, & ſeparatim vocabuntur vnus poſt aliũ, & confrontabuntur, & continuabitur infraſcripto modo proceſſus.

Quibus auditis, præfatus R. Abbas poſtquam licentiauit, & dimiſit Fratr. de N., vocare fecit Fratr. N. de N. alium teſtem productum in proceſſu, & iam examinatum, die, anno, menſe, &c. qui cùm adeſſet, & cætera, vt ſupra dictum eſt cum alio teſte confrontato.

Poſt confrontationem factam cum Reo, & teſtibus; ſi hoc eſt vltimum conſtitutum, & in hoc conſtituto vult Iudex ante torturam dare terminum ad ſe defendendum cum copia proceſſus, ſequitur vt infra.

Tunc præfatus Reuer. Abbas examen dimiſit, & ipſum Reum conſtitutum iuſſit iterum detru-

ci

di in carcerem, & poni ad largam, & copiam proceſſus illi dari, ſine præiudicio vlterius proceſſus, & examinis, cum termino trium dierum ad faciendas ſuas defenſiones, habitis teſtibus priùs pro ritè, & rectè examinatis; inſuper illi oblatus, & aſſignatus fuit in Conſiliarium P.N. de N., prout præſenti decreto dictus terminus trium dierum, & dictus P. N. Conſiliarius aſſignantur, & ita hoc, & omni meliori modo, & relectam ſupradictam depoſitionem confirmauit, & propria manu ſubſcripſit, datum die.. menſe... anno... quo ſupra.

Ego Fr.N. depoſui vt ſupra.
Ego P.N. Abbas.
Ego Fr.N. teſtis.
Ego Fr. N. teſtis.
Ego Fr.N. Actuarius.

Si verò Iudex non vult dare terminum Reo ad ſe defendendum in hoc conſtituto, ſed ſeparatim poſtea, concluditur proceſſus hoc modo.

Et relectum confirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Et ſequuntur ſubſcriptiones vt ſupra, & ſi reus neſciat ſcribere, dicitur; Et neſciens ſcribere, fecit infraſcriptum ſignum Crucis †

26 In foro Regulari, vbi ſummariè proceditur, & tacitis teſtium nominibus, teſtes a iudice admiſſi, & legitimè abſque vlla partis citatione interrogati pro ritè, & rectè examinatis habentur, vt ſupra dictum eſt & non eſt neceſſaria ſupradicta approbatio, (habitis priùs teſtibus pro ritè, & rectè examinatis) quia teſtes habentur pro ritè examinatis, teſte Bordono in praxi criminali cap. 49. numero 19. & P. Zaccaria in director. in praxi prima fol. 215. in fine, & ſi in foro ſæculari quando teſtes ſunt ita abſentes, quòd haberi non poſſunt pro repetitione, parte citata, facienda, datur copia ſine dicta clauſula, habitis teſtibus pro ritè, et rectè examinatis. Cartar. de interrogat. reorum lib. 3. cap. 2. numero 67. in fine, pari modo nec debent dari, quando non dantur nomina teſtium, nec fit repetitio parte citata, quia dicta clauſula operatur, ac approbatio teſtium, ſi eſſent examinati parte citata. Vulp. reſp. 6?. num. ?. Purpur. conſ. 2 8. in fine lib. 2 Ergo vbi teſtes non repetuntur parte citata, non debet dari copia cum dicta clauſula, nec reus poteſt cogi ad huiuſmodi declarationem faciendam. Vulpel. conſ. 32. num. 6. Burſ. conſ. 211. nu. 2. lib. 1. Et vbi datur copia cum dicta clauſula, reus poteſt eam recipere cum proteſtatione, ſaluis exceptionibus contra perſonas, et dicta teſtium, et ſalua repetitione cum interrogatorijs, et præter mortuos, et abſentes, vt ſupra dictum fuit.

Forma

Forma recognitionis faciendæ, quando teſtis cognoſcit Reum tantùm de viſu, & non de nomine.

Quando teſtis examinatus pro informatione Curiæ non cognoſcit delinquentem de nomine, ſed tantùm de viſu, Iudex faciat à teſte illum deſcribi per ſigna, & veſtes, vt ſupra dictum eſt; & tunc debet fieri recognitio perſonæ ſuſpectæ deſcriptæ à teſte per ſigna, modo, vt infra.

Interrogatus, & monitus, vt dicat veritatem, poſt quam non deſunt teſtes, qui medio iuramento deponunt ſe vidiſſe, & cætera. Reſpon. *Queſto non lo può dire perſona alcuna con verità.* Et tunc Dominus mandauit, ipſum conſtitutum poni in circulo inter quatuor, vel plures, ei ætate, ſtatura, effigie, & habitu, quoad fieri poteſt magis ſimiles, indutum habitu conſueto, & ſine aliquo ligamine, qui quatuor debent eſſe incogniti ipſi teſti, & ſic poſiti adducunt teſtem examinatum coram illis, & delato ei in faciem ipſorum iuramento de veritate dicenda à Iudice, tactis corporaliter ſacris ſcripturis, interrogatus fuit, an inter hos, quos coram ſe ſtantes videt, adſit ille, de quo ipſe depoſuit in ſuo examine, ſe eum agnoſcere tantum de viſu? ſi modò adeſt, indicet illum? Reſpond. *Padre sì, che trà queſti ci è quello, del quale io hò depoſto nel mio eſame, & è queſto: tangens illum.* Qua recognitione facta, & a Iudice licentiatis ijs, inter quos ipſe conſtitutus, & recognitus fuerat poſitus, & teſte ſimiliter de mandato ipſius Iudicis paululùm inde recedente, eumdem conſtitutum interrogauit, an cognoſcat illum, qui ipſum modò recognouit? *Padre, non lo conoſco, &c.* Interrogatus, & monitus, vt ſe diſponat ad dicēdam veritatem, quia eam celare non poteſt, cùm ipſe iam videat iudicem eſſe bene informatum; Reſp. *Hò detto la verità, & altro non poſſo dire.* Interrog. quid dices, quando teſtis in tuam faciem adductus oſtendat, te dixiſſe mendacium? Reſp. *Io hò detto la verità, e neſſuno mi può fare buggiardo.* Tunc R. P. Abbas ad conuincendum ipſum conſtitutum de mendacio, ipſumque diſponendum ad veritatem dicendam mandauit, in eius faciem rurſus adduci eumdem teſtem, qui ipſum recognouit; qui adductus, & delato ei de nouo iuramento de veritate dicenda in faciem ipſius conſtituti, prout iurauit, &c. factaque inter eos mutua perſonarum recognitione, fuit per R. Abb. interrogatus, an ea, quæ ſupra depoſuit in examine, fuerint, & ſint vera, & ab ipſo pro veritate dicta, eaque vt talia velit approbare, & ratificare in faciem Fr. N. præſentis conſtituti. Reſp. *prout in præcedenti confrontatione num. 25. interrogando Reum, donec abſoluat examen, quo expleto, hoc modo abſoluere poteſt.*

Ex tunc R. P. Abbas tarditate horæ præuentus, vel alijs præuentus negotijs, dimiſit examen, & mandauit, ipſum conſtitutum reponi ad locum ſuum, animo, &c.

Sequuntur ſubſcriptiones.

PARS

PARS SEXTA.

De Tortura Reorum, eiuſque effectu.

CAPVT PRIMVM.

De diffinitione Torturæ, & de Termino ante torturam Reo dando ad ſuas defenſiones ficiendas, cum copia proceſſus, & indiciorum.

SVMMARIVM.

1 *Tortura quid ſit.*
2 *Forma vltimi conſtituti cum termino dando reo ad ſe defendendum ante torturam.*
3 *Forma alia dandi reo dictum terminum ſeparatim à conſtituto.*
4 *Forma relationis termini intimati reo ab Actuario.*
5 *Forma renunciandi terminum, quando reus poteſt illum renunciare, & num. 30.*
6 *Forma prorogationis termini, ſi reus petat illum prorogari.*
7 *Terminus neceſſariò dandus eſt reo ad ſuas defenſiones ante torturam faciendas.*
8 *Termini plures concedi poſſunt reo ad ſe defendendum.*
9 *Reus in termino prædicto debet poni ad largam, vt poſſit ſe defendere.*
10 *Copia proceſſus debet omninò offerri reo, in termino dato ad ſe defendendum.*
Proceſſus cenſetur publicatus, data copia reo, ibid.
11 *Appellare poteſt reus, ſi Iudex non concedit integram copiam.*
12 *Copia proceſſus in multis caſibus non debet dari reo, aut dari non integra, & n. 13.*
14 *Teſtium nomina in iudicio regulari non ſunt publicanda.*
15 *Teſtes in iudicio regulari pro informatione Curiæ recepti non ſunt repetendi parte citata, ſecus in iudicio ſeculari regulariter.*
16 *Reus ſi recipit teſtes pro ritè, & rectè examinatis, habentur pro repetitis parte citata.*
17 *Citatio non eſt neceſſaria quando Iudex poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta, in receptione teſtium, & idem eſt, quando introductum ex conſuetudine hoc eſt, n. 18.*
19 *Curiæ ſtylus eſt obſeruandus, ſiue ad ordinationem, ſiue ad deciſionem cauſarum.*
20 *Citationes tantùm tres ſunt de ſubſtantia proceſſus, quæ ſunt de inre*

re naturæ, & tolli non poſſunt.

21 *Teſtes pro informatione Curiæ recepti in foro regulari, habentur pro ritè, & rectè examinatis abſque alia declaratione: & idem eſt in foro ſeculari, vbi per conſuetudinem ſtatur proceſſui informatiuo.*

22 *Copia proceſſus quando non ſolet concedi niſi habitis teſtibus pro ritè, & rectè examinatis, reus non debet eam recipere niſi cum proteſtatione, ſaluo iure opponendi contra perſonas, & dicta teſtium, & ſalua repetitione ſuper proprijs interrogatorijs, & præter mortuos, & abſentes, & ſi non datur cum dicta clauſula, debet reo concedi, vt teſtes repetantur cum proprijs interrogatorijs, & ſi non fecerit dictam proteſtationem.*

23 *Proteſtatio ſupradicta facta à reo eſt admittenda, quæ non præſumitur, niſi probetur.*

24 *Proteſtatio ſi non ſit facta à reo, recipiente teſtes pro ritè, & rectè examinatis, perſonas, & dicta teſtium approbare videtur, & ſecundùm aliquos renunciare videtur repetitioni teſtium, ſecùs quando re integra facit dictam proteſtationem, quia teſtes debent repeti, aliàs proceſſus eſſet nullus.*

25 *Copia proceſſus quando ſolet dari ſine dicta clauſula, habitis teſtibus, &c. reus ſemper poteſt inſtare, vt repetantur teſtes cum ſuis interrogatorijs.*

26 *Teſtis ſi in repetitione nolit reſpondere, habetur pro ſuſpecto.*

27 *Repetitio facienda eſt priùs ſuper interrogatorijs, & poſtea ſuper primo examine.*

28 *Interrogatoria omnia non debet Iudex admittere, ſed aliqua, & qualia ſunt: alia debet delere, & traditur modus delendi.*

29 *Reus in criminalibus non poteſt ſuas defenſiones renunciare, & quando ſecus.*

30 *Forma renunciationis termini in criminalibus.*

31 *Forma petendi à reo teſtium repetitionem cum interrogatorijs proprijs, & reſponſionibus Iudicis.*

32 *Forma præſentationis interrogatoriorum factæ à reo.*

33 *Exemplar interrogatoriorum, ſuper quibus repetendi ſunt teſtes.*

34 *Forma repetendi teſtes ſuper interrogatorijs.*

SI Reus non ſpontè confeſſus, nec conuictus, ſed tantùm indiciatus ad torturam à iudice conſtitutus, & & interrogatus negat delictum, neceſſariò torqueri debet. vt ex ore proprio extorqueatur veritas, de
1 his, de quibus eſt indiciatus. Eſt autem tortura corporis cruciatus ad eruendam veritatem repertus. Abb. in c. cum inter extra, de reg. iur. Gandin. in rubr. de quæſtion. in princip. & eſt modus ad habeãdã veritatem ex ore ipſius Rei à iure inuentus, & à conſuetudine approbatus ob publicam vtilitatem, ne delicta remaneant impunita. Gomez de delict. c. 13. n. 1. & eſt ſpecies probationis ſubrogata in defectum teſtium ipſum reum conuincentium. Crauet conſ. 35. n. 20. Baiard. q. 6 . n. 55. & ideo adhibetur in ſubſidium, quando veritas aliter haberi non poteſt. Clar. q. 63. verſ. debet etiam. Farin q. 38. n. 4 & q. 40 n. 30. quia via ordinaria probandi delictum eſt per teſtes, & nemo tor-

torqueri debet, niſi quando veritas facti aliundè, quam per torturam haberi non poteſt. Boer. deciſ. 163. n. 1. vnde conuictus torqueri non poteſt in caput ſuum. Clar. q. 64. n. 5. Farin. q. 40. n. 4. Ball. tit. de indic. q. 6. n. 7. & fatuus eſſet iudex, qui conuictum torqueret. Farin. n. 30. & vt ordinatè in hac ſexta parte procedamus, videnda ſunt primò ea, quæ præcedere debent ipſius Rei torturam: ſecundò, ea, quæ debent concomitare torturam: & tertiò, ea, quæ poſt torturam ſunt facienda. Et primò, tortura dari non poteſt, niſi dato priùs termino ad ſe defendendum. Qui terminus aliquando datur ei in primo conſtituto, aliquando in ſecundo, aliquando in tertio, et vltra ad iudicis arbitrium, et aliquando datur in fine vltimi conſtituti, et aliquando ſeorſum a conſtituto, iuxtà infraſcriptas formas.

Forma vltimi conſtituti cum termino dando reo ad ſe defendendum ante torturam.

2 In nomine Domini, etc. In Monaſterio, etc.

Coram R. P. Abbate iterum vocatus, et conſtitutus fuit Fr. N. reus in hac cauſa, et graui admonitione præmiſſa, datoque ei iuramento de veritate dicenda ſuper his, de quibus in aliis conſtitutis interrogatus fuit, et in hoc interrogabitur prout iurauit, etc. ad opportunas interrogationes, reſpondet, vt infra.

Interrog. an ſeipſum diſpoſuit ad veritatem dicendam ſuper his, de quibus in aliis conſtitutis interrogatus fuit? Reſp.

Interrog. Qua fronte negare poteſt ſe talem furtum, aut tale, vel tale delictum feciſſe, cùm tot indicia, et probationes extant contra ſe in proceſſu. Reſp.

Tunc epilogantur omnia indicia, quæ ex proceſſu contra ipſum reum emanant, & his, quæ in alijs conſtitutis reſpondit, opponendo ſingillatim vnumquodque indicium, vt ex his validiſſimè coarguatur, & ab Actuario ſcribi debent, & poſtea iterum interrogabitur.

Interrog. quomodo poteſt his tergiuerſari, aut veritatem negare, cùm tot contra ſe indicia, et probationes exiſtant. *Et legantur depoſitiones teſtium, ſuppreſſis eorum nominibus.* Reſp.

Interrog. quomodo audet adhuc patratum delictum negare, cùm ex ſuiſmet reſponſionibus, et mendaciis, ac variationibus arguatur? *Hic fiat epilogus omnium mendaciorum, variationum, & aliorum, quæ contra ipſum reum reſultat ex ſuis reſponſionibus, & ſi adhuc eſt negatiuus.*

Tunc præfatus R. Abbas examen dimiſit, & ipſum reum conſtitutum iuſſit iterum retrudi in carcerem, & pon ad largam, & copiam proceſſus ſibi dari, ſine præiudicio tamen vlterioris proceſſus, & examinis, cum termino trium dierum ad faciendas ſuas defenſiones. *Et non eſt neceſſaria in iudicio Regulari clauſula, habitis priùs teſtibus pro ritè, & rectè examinatis; quia habentur pro ritè, & rectè examinatis, abſque eo quod parte citata repetantur, vt infra num. 2.*

dicetur.) Inſuper illi oblatus, & aſſignatus fuit conſiliarius N. provt præſenti decreto dictus terminus, & conſiliarius aſſignantur, & ita hoc, & omni alio meliori modo, & relectas depoſitiones confirmauit, propria manu ſubſcripſit. Actum eſt hoc die, &c. menſe, &c. anno, &c. in Monaſterio, quo ſupra.

Sequuntur ſubſcriptiones, vt ſupra in alijs conſtitutis.

Quando terminus prædictus datur ſeorſum ab vltimo conſtituto, poteſt dari ſub infraſcripta forma.

3 Cùm ex actitatis hucuſque contra N. conſtitutum, grauia emergant indicia, & probationes, quibus veriſimiliter eum commiſiſſe tale delictum credi poteſt, & ipſe interrogatus negauerit, Adm. R. P. Abbas iuris ordinem ſeruare volens, mãdauit, & mandat hoc ſuo præſenti decreto indulgeri dicto N. reo terminum trium dierum ad producẽdum quæcumque monumenta, & probationes, quibus ſe innocentem oſtendere poſſit, & ad elidenda indicia, & probationes, quæ contra ipſum in proceſſu emergunt, & copiam actorum ei dari ſine nominibus, & cognominibus teſtium, iuxtà ſtylum, & cõſuetudinem, & modum in noſtra Religione conſuetũ, & ſine præiudicio vlterioris proceſſus, & examinis. Inſuper oblatus, & aſſignatus fuit illi conſiliarius P. N. provt ſuo præſenti decreto indulget prædictum terminum, copiam proceſſus, & conſiliarium; & ſi in termino elapſo non exhibuerit defenſiones, procedetur ad vlteriora, provt de iure. Datum in Mõnaſterio, &c. die, &c.

Subſcribitur Abb. & Actuarius.

Forma decreti intimati ab Actuario.

4 Cùm per me actuarium prædictũ decretum intimatum fuerit N. reo, acceptauit terminum defenſionis faciendæ, & in fidem, &c. die, &c.

Ego N. acceptaui.

Fr. N. Actuarius.

Forma renunciandi terminum, ſi reus poteſt & vult illum renunciare.

5 Cùm per me Actuarium intimatus fuiſſet terminus ſupradictus, ipſe reus gratias agens, *dixit* ſe renũciàre omnibus ſibi ſpectantibus, & competentibus defenſionibus, & ſe remittit pietati, & clementiæ R. P. Abbatis, & in fidem ſe ſubſcripſit, die, &c. vide aliam formam infra.

Ego N. renunciaui, vt ſupra.

Ego N. Actuarius.

Forma prorogationis termini, ſi reus petat illum prorogari.

6 Die, &c. in eodem Monaſterio N. & coram R. P. Abbate comparuit P. N. conſiliarius N. rei, & petijt nomine dicti rei prorogari terminum datum ad ſuas defenſiones faciendas, quas vſque huc perficere non valuit, & R. P. Abbas admiſſa petitione ſi, & in quantum, prorogauit conceſſum terminum ad alios tres ſequentes dies.

P. N. Abbas.

Fr. N. Actuarius.

7 Et notandum hic eſt primò, quòd iudex de neceſſitate debet dare reo terminum competentem ad ſuas defenſiones faciendas ante torturã,

Lvnius,

Iunius,§.cognit.ff.de quæſt. Gom. de delict.c.13. ſub n.33. Farinac.q. 38.n.3. & q.39.n.3. & 118. & licèt de conſuetudine liceat dari reo terminus trium dierum, tamen eſt in arbitrio iudicis dare terminũ plurium dierum ſecundùm qualitatem perſonarum, & diſtantiam loci.
8 Cartar. de interrog. reor. lib.3.c.3. n.74. & non ſolùm vnus terminus ſed plures ſunt concedendi, nempè tres. Clar.q.48.verſ.quæro. Cartar. d.l.3.c.2.n.76. Caualc.de teſtib.par. 6.nu.36. & etiam quarta dilatio, ſi reus eſt carceratus. Clar.vbi ſupra, & prædictus terminus eſt de iure naturæ concedendus ante torturã. Afflict.deciſ.591.n.2.& ſeqq. & ibi Vrſill. Scacc.de iudic.lib.1.c.97.nu. 88. & durante dicto termino reus
9 debet poni ad largam, ſcilicet non in carcere ſtricto, ſed in carcere communi, vt poſſit loqui cum aduocatis, & procuratoribus, & ſuas defenſiones facere.Cartar.de interrog.reor.lib.4.c.2.n.47. Baiard. q.
10 49 n.2.copia etiam proceſſus omninò dari debet ante torturam. Farin.q.39.n.18. & conſ.84. nu.12. Guazin. defenſ. reor. 24 c.1. nu.5. Tuſc.lit.I. concl.90.n.9.& eſt danda etiã ſi reus eam nõ petat. Guaz. dicta defenſ.24.c.2. n.3.5. licèt alij contrarium dicant citati à Farin. & Guazin.vbi ſup. Peyr. litt.R.c.9. n.6.in fine; & maximè non petita danda eſt in curia Epiſcoporum,& aliorum Prælatorum.Marſil pract. crim.ver.nunc vidend. n.4. & ſeqq. Claud.ad Bertaz.conſ.130.lit.A. v. ſecundò ampl. ſufficit tamen oblatio copiæ,quia nõ poteſt cogi reus ad illam accipiendam. Guaz.defeſ. 24.c.1.n.7.& tunc cenſetur proceſſus publicatus. Paz to.1.p.1.n.8.& debent dari omnia acta,& indicia, quæ poſſunt etiam in minimo ipſum reum grauare. Gabr.concl.9. n.47.l.7. Bertaz.conſ.130.n.1. & 3. Scac.de iud.l.1.c.100.n.46. etiam ſi procedatur via inquiſitionis. Clar. q.49.n.2. & ibi Baiar. n.6. & etiam ſi reus eſſet conuictus. Caualc. de brach.reg.p.3.n.45. Guaz.def.24.c. 1.n.4. aliàs reus poteſt proteſtare, quòd de petitis, & non exhibitis in copia nulla habetur ratio.Scac.d.c. 100.n.11. Guaz.d.def.24.c.3.n.10.
11 & ſi iudex denegat copiam proceſſus,poteſt reus appellare, cùm dicatur inferre grauamen. Farin.q. 39.n.72. Scac.d.c.100.n.9.vbi quòd non ſolùm poteſt appellare quando expreſsè eam negat, ſed etiam quando tacet. Neuizan.conſ.97.n. 16. et poteſt appellare quandocumque ante ſententiam. Caualc. de teſtib p.4.ſub n.122.& denegata copia, proceſſus in criminalibus eſt nullus. Clar.q 49.in principio. Farin.q.39.n.84. Guazin.defen.22. c.1.n 7.& defenſ.24.c.3. in fine.
12 Verùm quòd quando plures ſunt imputati de eodem crimine, & alij ſunt in carceribus, & alii abſentes, non datur copia proceſſus reis carceratis, niſi priùs condemnentur illi,qui ſunt contumaces. Clar.q.49 n 7. Boſſ. tit.de ſent.n.85. & tit. de delicto n.46. Cabal. caſu 75.nu.11. Caualc.dicta par.4.num.157. Cartar. de interrog. reor. par.4.cap.2. n 72. & condemnatis contumacib. fit publicatio proceſſus, & datur co-

copia carceratis, deletis nominibus contumacium, atque his omnibus, quæ ad eos pertinent; quatenus non tollatur facultas defenſionis, præſentibus carceratis. Baiard. d.q.49.n.31. Farin.q.39.n.157. Cartar.d.c.2.n.73. Prax. Archiep.c.28.

13 n.11. Nec datur copia proceſſus, quando reus eſt imputatus de pluribus delictis, & ſuper quibuſdam non eſſent plenè aſſumptæ informationes, neque eſſet proceſſus completus, quia non tenetur iudex tradere proceſſus copiam, & illum publicare ſuper alijs delictis, de quibus nondum fuit proceſſus completus, ne continentia cauſarum diuidatur, quod procedit etiam in pluribus delictis ſeparatis. Guazz. defenſ.22.c.1.n.9.

14 Notandum ſecundò, quòd in iudicio regulari nomina teſtium non publicantur. Hoſtienſ. in c. olim, de accuſat. & in c. qualiter, & quando il 2. eodem tit. vbi quòd dicta teſtium, non autem nomina ſunt reo manifeſtanda in iudicio regulari, cùm ipſa nominum manifeſtatio non pertineat ad eſſentiam, & ſubſtantiam iudicij, ita vt iuſta interueniente cauſa, non poſſit prætermitti, ſed tantùm pertinet ad ſubtilitatem iuris, quæ non eſt ſeruanda inter regulares perſonas; & ideò iudex regularis non tenetur dicta nomina exhibere, etiam ſi reus ea peteret, neque circumſtantias à teſtibus explicatas, ex quarum notitia facilè poſſit reus venire in eorum cognitionem, & percipere qui teſtes contra eum depoſuerunt, vel qui denunciauerit, vel accuſauerit: & ita etiam poſt Hoſtienſ. m dicunt Paz. par.1.c.1.nu.170. Gutier. lib.1. pract. qq. 98.n.4. Miranda de ordine iudic. q.14. n.5. & 55. & q.23.ar.1 concl.2.n.4. Portell. in dub. regul. ver. correctio fratrum, in addit. a n.11 & ſeqq. Suarez tomo 4. de relig. l.10.c.14.nu.10. in fine. de S. Iuliano cap.61. aduert. 5. §. 2. Mancin. de cauſis regular. cap.17. Sanch. lib.6. conſil.c.8. dub.2.n.5. & 9. Ioſeph à S. Maria in tribunali religioſ. tract.4.c.9. Thom. à Ieſu de viſit. regul. tract.3.c.9.n.6. Cardin. de Lugo de iuſt. & iure diſp.37.nu.164. Pelliz. in manuali regul. tract. 9.c.4 ſect.2.n.63. Lezana tomo 2. c.27.n.12. Fr. Ant. à Spiritu Sancto de regim. regul. tr.4. diſp.3. nu.99. Roderiq. tom.2.qq. regul. 16. art.1. cum ſuo compend. reſ.45. num.4. P. Bouer. in direct. p.2. c.37. Berti in praxi crim. tit.21. c.4. qui teſtatur de obſeruantia in ſua Religione. Quidquid contra communem opinionem, & obſeruantiam dicant Villagut lib.2. c.2. concl.4. Megal. in pract. crim. c.9.n.15. Ghiſler. de iudice regul. c.11.n.24. qui peſſimè loquitur contra regulares, tranſcriptus à citato Berti in tit.5.c.3.n.4. qui poſtea dicto tit.21.c.4. ſe retractat tenendo dictam opinionem & obſeruantiam communem, obſeruatam etiam in ſua Religione.

15 Notandum tertiò, quòd in foro ſæculari teſtes examinati pro informatione Curiæ, vt poſſint afficere reum, debent repeti parte citata; & ſi parte citata non repetantur, aut confrontentur cum ipſo reo, non poteſt reus condemnari,

ne

neque torqueri. Clar.q.45.verſ.cæterum ſi reus. Farin.q.72.nu.136. Cartar. de interrog. reor. lib.3.c.1. nu. 85. nec tales teſtes ſunt validi. Afflict.deciſ.39.n.3. Muſcatel. in praxi ſacri conſil.par.5.gl.iuramē-
16 ta nu.10.& 14.niſi reus habeat teſtes pro ritè, & rectè examinatis, quia tunc pro repetitis parte citata habentur. Capic.deciſ.74. Baiar. q.45.n.75.& q.49.n.32. Cartar.d. l.3.c.2.n.70. Tamen in iudicio regulari teſtes examinati in proceſſu informatiuo abſque eo quod ſint repetiti parte citata probant, & habentur pro ritè, & rectè examinatis, vt infra dicetur n.21. vnde Abb.in c.cùm contingat n.26. de foro compet. aſſerit, quòd regulares rei non ſunt vocandi in iudicio ad videndum iuramenta teſtium, quia hoc pertinet tantùm ad ordinem iudicij, & non eſt de eſſentia, & in cauſis Regularium proceditur ſecundùm eorum obſeruantiā. Pitigian. in praxi crim. in 2. ſubſtantiali c.5 in additionibus, vbi dicit, quòd hæc ſolemnitas repetendi teſtes parte citata, cùm ſit introducta de iure poſitiuo, non tenentur Prælati Regulares eam obſeruare, per indultum Bonif.VIII. per quod conceſſum eſt Regularibus procedere ſecundùm eorum obſeruantiam, & conſuetudinem, rimulis iuris, & apicibus poſtpoſitis;& Nauar.lib.5.conſil.tit. de accuſat. conſ.4.n.5.dicit,quòd lex de repetendis teſtibus parte citata non eſt iuris Diuini,nec naturalis, ſed tantùm humani, vt etiam dixerunt Roman.& S. c. n. in l.ſi quis arbitratu, ff.de verb. oblig. Natta in Clem.ſæpè,§.quia,n.74. de verb.
17 ſign ſ. Hinc eſt, quòd etiam in foro ſæculari quando iudex poteſt iudicare ſola facti veritate inſpecta,ſolo iure naturali,& gentium inſpecto,actus ſine partis citatione circumſcriptis apicibus iuris, eſt validus; ita Bart.in l.2.C.de n iufr. l.11.Dec.conſ.54.Crauet.conſ 198. Gramm.conſ.62.n.29.& 30. R i c. co ſ.175.vol.1. quod procedit etiā in criminalibus cauſis.Bart.vbi ſupra,addent. ad Abbat.in c.2. de teſtib.n.8.litt.A Aretin d.c.2.nu.11. ad medium. Marſil.in l.de vnoquoque n.8. ff.de re iud.c.Gabriel lib. 2.tit.de citat.concl.1.n.345. Farin.
18 q.72.nu.59. Idem dicitur,quando ex conſuetudine, & ſtylo eſt introductum, vt teſtes non repetantur parte citata; quia teſtium repetitio tolli poteſt per conſuetudinem, & induci, vt ſtetur proceſſui informatiuo. Alex.conſ.65.l.1. col.pen. Blanc.de indic.n.22.Honded.conſ. 101.n.19.vol.1. Baiard. q.45.n.24. Caball.caſu 269.n.19. & vbi viget talis conſuetudo, & ſtylus, citatio partis non requiritur in examine teſtium, quomodocumque procedatur, qui teſtes, & indicia ſumpta parte non citata, ſufficiunt ad torturam.Alex.vbi ſup. n.9.10.Dec.in c.2. num.36. & ſeq extra de teſtib. Gramm.deciſ.34.nu.32 & deciſ.64. n.37.Clar.q.11.n.2.& q.45.n.13.& ibi Baiard.n.24.Ricc.deciſ.cur.Archiep.134.nu.9. par.4. Cabal.caſu 269.n.9.Cartar.de exequ ſent.c.fin. n.175.Bouer.in direct.in praxi par. 1.fol.215.Guaz.defenſ.24.c.9.n.15. & 21

& ad condemnationem. Nam ſtylus curiæ eſt obſeruandus, ſiue ad ordinationem, ſiue ad deciſionem cauſarum. Affiict.dec.79.n.4. Gratian.dec.237.n.18. Raudenſ.dec.6. Guid.Pap. dec.158. Ricc.dec.134.
20 in fine p.4. Et licèt citatio tolli nõ poſſit neque per principem, aut per conſuetudinem, hoc tamen eſt verum de illis citationibus, quæ ſunt de ſubſtantia proceſſus, & iudicii, quæ ſunt tres; ſcilicet citatio ad reſpondendum, citatio ad ſe defendendum, & citatio ad audiendam ſententiam; de quibus infra ſuo loco; & aſſerit Bordon.in praſt.crim. c.2.n.22. & c.38.nu.16. quia huiuſmodi citationes ſunt de iure naturæ; Quæ autem ſunt de iure humano introductæ, vt eſt citatio ad videndum iurare teſtes, ſeu in repetitione teſtium, & ſimiles tolli poſſunt. Cabal.d.caſu 269.n.12. & alii ſupra citati; nam pars non citata, ſemper opponi poteſt contra teſtes pro informatione curiæ receptos, tum contra eorum perſonas, tum contra eorum dicta, & ſic non tollitur defenſio. Angel.conſil.367.n.
21 10. ex hoc ſequitur, quòd apud Regulares, vbi viget conſuetudo non repetendi teſtes parte citata, non eſt neceſſe, vt reus declaret ſe habere teſtes ritè, & rectè examinatos, & dari poteſt copia atteſtationum ſine tali declaratione, quia iam habentur teſtes pro ritè, & rectè examinatis, vt probant P.Bouer.in direct.for.iudic.praxi prima fol.215.Bordon.in praxi crim.cap. 49.n.19. et datur etiam copia proceſſus etiam ſine dicta clauſula in Curiis, vbi per conſuetudinem ſtatur proceſſui informatiuo. Blanc. de indic.nu.12. Honded.conſ.101. num.19.et ſeqq.lib.1. Caball. dicto
22 caſu 269.n.9.Baiar.q.45.n.4. Quãdo verò in foro ſeculari viget praſtica declarandi, teſtes pro ritè, ac rectè examinatis, copia proceſſus non ſolet concedi reo, niſi declaret habere teſtes pro ritè, ac rectè examinatis, & tunc reus pro ſua defenſione non debet recipere copiam proceſſus, niſi re integra ante datas copias ſe proteſtet eas recipere, ſaluo iure opponendi contra perſonas, & dicta teſtium, atque præter mortuos, & abſentes, ac salua repetitione ſuper propriis interro-
23 gatoriis, & talis reſeruatio, atque proteſtatio eſt admittenda. Cartar. de interrogat. reorum lib.2. cap.2. nu.61. in fine, quæ non præſumitur, ſed per ipſum reum eſt probanda. Ricc.deciſ.210. par.1. aliàs ſine di-
24 cta proteſtatione perſonas, & dicta teſtium approbare videtur, dicunt Salic. in l.ſi teſtibus, C. de teſtibus, Foller. in praxi crim. in ver. concedatur, num.18. Maranta in ſpeculo par.6.actu 13.num.2.Guid. Pap.deciſ.216.n.2. Capyc.deciſ.74. num.2. Gabriel.conſ.158.num.18. & fruſtra ageret de teſtium repetitione ſuper proprijs interrogatorijs, quia illis renunciare cenſetur, vt aſſerit Caball. dicto caſu 269. ſed quando re integra facit dictam proteſtationem, non obſtante, quòd recipiat copiam cum expreſſa declaratione habere teſtes pro ritè, & rectè examinatis, poteſt inſtare, vt repetantur teſtes

cum

cum proprijs interrogatorijs. Guazin. defenſ. 24. cap. 8. num. 5. & defenſ. 25. cap. 1. num. 13. & nullum eſt examen teſtium non examinatorum ſuper interrogatorijs datis à parte, ſi pars de hoc fuerit proteſtata, & iudex decreuit, quòd teſtes examinentur ſuper interrogatorijs datis. Farinac. de oppoſit. contra teſtes qu. 73. Ricc. deciſ. 394. num. 2.
25 & quando non obſeruatur praxis in traditione copiæ proceſſus reo, vt habeat teſtes pro ritè, & rectè examinatis, prout non obſeruatur Prouinciali audientia, teſtatur Foller. in praxi crimin. in verb. detur copia capitulorum, numero 5. Cartar. dicto lib. 3. cap. 3. num. 62. verſ. quæ quidem; nec obſeruatur in Curia Romana, vt teſtatur Farin. quæſt. 72. num. 150. Guazin. defenſ. 24. cap. 6. num 11. multò magis poteſt reus opponere non ſolùm contra perſonas, & dicta teſtium, ſed etiam formare interrogatoria, & inſtare, vt repetantur teſtes ſuper dictis interrogatorijs, & ſi iudex non admittit huiuſmodi repetitionem, vel ſuper eos non interrogat teſtes, admittitur appellatio. Cabal. caſu 50. numer. 2. etiam vbi ex officio procederet; &
26 ſequitur Guazin. defenſ. 25. cap. 1. num. 13. & ſi teſtis in repetitione nolit reſpondere ſuper interrogatorijs, redditur ſuſpectus, nec creditur in eo, ſuper quo depoſuit. Dec. in l. is apud, num. 75. C. de edend. Specul. & Alex. citati à Caualc. de brach. regul. numero 71. Guazin. dicta defenſ. 25. cap. 1. num 12. & pro non examinato habetur. Burſat. conſ. 357. num. 11. vol. 4. Guaz. defenſ. 24. cap. 8. numero 6. & debet fieri repetitio priùs ſu-
27 per interrogatorijs rei, & poſtea ſuper primo examine à teſtibus facto. Ambroſin. de modo formandi proceſſum informatiuum lib. 3. cap. 2. num. 1. aliàs non probarent. Burſatt. conſ. 20 num. 65. lib. 1. & conſ. 311. num. 4. & ſequ. lib. 3. & conſ. 201. num. 41. lib. 2. Honded. conſ. 101. num. 28. volum. 1. Caball. reſolut. crimin. caſu 269. num. 19. Guazin. defenſ. 25. cap. 1. num.
28 11. non debent tamen omnia interrogatoria admitti, quia interrogatoria, quæ habent vim articulorum, & quaſi indirectè fierent Rei defenſiones, non debet recipi, ſed reſecari, quia debent capitulari, & probari ab ipſo reo, & tantùm admitti debent interrogatoria, quæ concernunt declarationem depoſitionis teſtium, & alias circumſtantias, & non defenſionem Rei. Caualc. de teſtibus par. 5 n. 169. Guaz. d. c. 1. n. 12. ſcilicet ea, quæ faciunt ad declarandum circumſtantiam facti, vt puta ſi luna lucebat, quo genere armorum vulnerauit, quibus præſentibus, vel in quo loco, vel quomodo actus ſe habuit, & his ſimilibus interrogationibus circumſtantialibus, & etiã ſi teſtes ſunt amici, vel inimici cũ ipſo reo. Ricc. dec. 280. ſed ſi teſtis à curia examinatus dixerit vidiſſe vulnerari, & in repetit. reus inſtet interrogari, puta, quòd erat obſcura nox, vel quòd luna non lucebat, vel quòd paries, aut homines erant intermedij, & non debet huiuſmo-

modi interrogatorium admitti. Item ſi teſtis dixerit, quòd vidit Titium vulnerare Meuium ſclopo, & ad inſtantiam Titij inquiſiti factum ſit interrogatorium, quod dicat an viderit pilam introeuntem, vel quod ibi alter erat, & non ipſe cum ſclopo, qui vulnerauit, vel alio genere armorum, hæc, & ſimilia interrogatoria non ſunt admittenda, quia ſunt per reum opitulanda, & probanda per alios teſtes producendos ad inſtantiam ipſius Rei. Caualc. vbi ſupra, & Iudex delen-
29 do huiuſmodi interrogatoria in margine notet his verbis; hic articulus delectus eſt, quia non pertinet ad declarandam circumſtantiã facti à teſtibus depoſiti; in dubio tamen interrogatoria ſunt iudicanda non impertinentia; & conſequenter admittenda. Ricc. deciſ.
30 280.n.3. Non obſtat Clar. q.53.n. 15. aſſerens, quòd reſeruatio repetendi teſtes ſuper interrogatorijs non eſt admittenda, cùm ex tali repetitione ſoleant proceſſus inuolui, & deſtrui, & magna oriatur occaſio ſubornandi, & quod de ſtylo omnium Curiarum non dantur interrogatoria, cùm inquiſitus habeat repulſam, quia reſpondetur, quòd huiuſmodi ſtylus non viget in omnibus curijs, vt contra Clarũ teſtantur Cabal. caſu 269 n 19 & Guazin. defenſ. 24. c. 8. nu. 8. vbi teſtatur, quòd in Curia Romana obſeruatur, quòd teſtes repetuntur ſuper interrogatorijs Rei, etiam ſi accipiat copiam proceſſus ſine proteſtatione, ſaluo iure repetendi &c. & cum hac opinione tranſit Baiard. d.c.49.n.38.

31 Notandum quartò, quòd reus in criminalibus non poteſt ſuis defenſionibus renunciare, l. non tantùm, vbi gl. in verb. acquieſcit, ff. de appell. Farin. q. 39. n. 51. & ſeq. Guaz. defenſ. 2. c. 1. n. 1. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 6. n. 4. vnde ſi reus renunciat terminum defenſionis, iudex debet pati terminũ labi. Guaz. d.c.1. nu. 2. quod procedit etiam in enormibus criminibus, & etiam ſi renunciatio eſſet iuramento vallata, & ſi reus defenſionem renunciauerit, poterit eam renunciare, niſi fuerit ſpontè confeſſus delictum. Bald. in l. ſi accuſatoribus, n. 11. C. de accuſat. Angel. de malefic. verb. qui iudex, n. 8. Octau. Spatar. de modo corrig. regul. tr. 9. c. 3. n. 7. Clar. q. 46. n. 16. Farin. q. 39. n. 62. vel delictum fuerit notorium, idem n. 61. vel eſſet famoſus latro, idem n. 63. vel aſſaſſinus, idem n. 64. vel fuerit quis repertus in flagranti. Guazin. & Farinac. vbi ſup. in alijs delictis non poteſt renunciare defenſiones, ſed reus poteſt eas facere, non obſtante publicatione proceſſus, & concluſione in cauſa. Boſſ. tit. de fauore defenſion. nu. 5. in fine. Gomez tit. de delict. c. 13. n. 33. Triuiſ. deciſ. 1. n. 17. lib 2. Ricc. d. reſol. 6.
32 nu. 3. In caſibus autem, in quibus poteſt ſubſtineri renunciatio, in hac forma fieri poteſt. N. de N. inquiſitus ſpontè, ex certa ſcientia, ſciens nullam ſe habere defenſionem, vel carere cum ſpe defenſionis, renunciauit termino ſibi ſtatuto, vel ſtatuendo ad ſuas defenſiones faciendas, ſibi competenti,

tam in forma iuris communis, quàm ſtatutarij; ita Soccin. in cap. qualiter, & quando, nu. 105. de accuſ. Baiard. q. 46. n. 61.

Forma petendi teſtium repetitionem cum interrogatorijs proprijs Rei, & reſponſionis Iudicis.

36 Die, etc. in Monaſterio, etc. Comparuit coram R. P. N. Abbate, etc. Fr. N. reus prætenſus, (vel comparuit P. N. Conſiliarius Fr. N. ac nomine ipſius) & petijt repetitionem teſtium examinatorum contra ipſum in proceſſu contra eumdem formato de ſuſpecto conſortio, cum interrogatorijs ab eodem dandis, prout ſe proteſtauit ante datas copias proceſſus cum termino ad ſe defendendum, quia habet eos ſuſpectos de falſo; & ideo ad hunc finem preſentat chartam interrogatoriorum, hodie, die, & in Monaſterio, quo ſupra.

Fr. N. prætenſus reus.

Forma ſubſcriptionis interrogatoriorum.

Die, etc. in Monaſterio, etc. comparuit Fr. N. de N. reus, & præſentauit chartam interrogatoriorum, quæ incipit, etc. & definit, etc. coram R. P. Abbate, etc. qui eam admiſit, ſi eſt in quantum, & citra impertinentium, & non admittendorum. In quorum fidem, etc.

Subſcriptiones Abbatis, Rei, & Actuarij, vt ſupra.

Exemplar interrogatoriorum, ſuper quibus repetendi ſunt teſtes.

Interrogatoria, quæ dat, facit, exhibet, & præſentat Fr. N. de N. Adm. R. P. Abbati, etc. ſuper quibus ſunt repetendi ſinguli teſtes contra ipſum examinati in proceſſu formato à dicto Adm. R. P. Abbate de ſuſpecto conſortio.

Et primò, an inter ipſum Fr. N. de N. & ipſum teſtem fuerit aliqua contentio, ſeu diſplicentia? Secundò, (ſi deponit de auditu) à quibus audiuit. Tertiò, in quo loco audiuit. Quartò, quoties audiuit. Quintò, coram quibus audiuit. Sextò, an hi, à quibus audiuit, ſunt amici, vel inimici dicti Fr. N. de N. Septimò, an ſint bonæ, vel malę famæ. Octauò, an ſint perſonæ graues. Nonò, quo tempore audiuit. Decimò, an credat vera eſſe quæ audiuit. Vndecimò, an quando hæc audiuit Fr. N. de N. erat proceſſatus, vel diffamatus, &c.

Si deponit de fama publica, interrogari petit quid ſit fama publica. Secundò, quando ortum habuit talis fama. Tertiò, a quibus audiuit. Quartò, an illi, à quibus audiuit, ſint amici, vel inimici Fr. N. de N. Quintò, an ſint perſonæ graues. Sextò, qua de cauſa fuit orta talis fama, etc.

Si deponit de viſu; In quo loco vidit Fr. N. de N. dictum ſuſpectum conſortium (ſi dicit in domo tali) Secundò, in qua parte domus. Tertiò an domus erat ſolarata. Quartò, an vidit eos ſupra ſolarem, vel ſub ſo-

lari. Quintò, vbi tunc erat ipſe teſtis, quando vidit tale ſuſpectum. Sextò, an de tali loco, vbi erat ipſe teſtis poterat videre Fr. N. in loco, vbi ipſe teſtis dicit vidiſſe eas. Septimò, an tale ſuſpectum dederunt de die, vel de nocte. Octauò (ſi de nocte) quomodo de nocte poterat videre ſupradicta, et maximè in tanta diſtantia. Nonò, an erant alij cum eo, quando talia vidit. Decimò, qui ſunt alii, qui viderunt. Vndecimò, quomodo ſtabant, an ſtantes, vel ſedentes. Duodecimò, quiſnam eorum fuit cauſa talis ſuſpectus. Decimotertiò, an ſemel, vel pluries dederunt tale ſuſpectū. Decimoquartò, quomodo fuit ibi præſens, & qua occaſione. Decimoquintò, an erat aliqua res intermedia inter ipſum teſtem, & ipſos. Decimoſextò, qua hora noctis, vel diei eos vidit, & in qua die, vel nocte, & ſic de ceteris interrogatorijs ſecundùm exigentiam negotij. Si teſtis dixerit ſuſpectum fuiſſe commiſſum extra domum, interrogetur, an in via, an in campo; ſi in via, in qua via; & ponuntur circumſtantiæ viæ; ſi in campo, ponantur circumſtantiæ campi, & ſic de cæteris; & interrogetur ſemper de tempore, ſcilicet, anno, menſe, die, & hora; & quia cauſarum genera ſunt diuerſa, & interrogatoria ſunt formanda, provt natura cauſæ requirit, plus, vel minus.

Interrogatoria prædicta debent dari Iudici, vt ipſe videat, & delibetet, an ſint facienda, vel non; & ſi Iudex viderit quòd interrogatoria ſunt facienda, debet teſtes ſuper quolibet articulo examinare, iuxtà petitionem factam; ſi autem viderit non eſſe facienda, quia ſuperflua, vel impertinentia, provt, ſi interrogaretur, an teſtis eſſet criminoſus, periurus, vel talis, qui non poſſit teſtificari, delebit ea.

Forma repetitionis teſtium ſuper interrogatorijs.

Die, &c. In Monaſterio, &c. Coram Admodum Reuerendo Patre Abbate, &c. vocatus fuit Frater N. de N. teſtis, alias pro informatione Curiæ examinatus, & modò iterum examinandus ſuper interrogatorijs Rei, & delato ei iuramento de veritate dicenda ſuper omnibus, de quibus interrogabitur, provt iurauit, &c. ad opportunas interrogationes reſpon. vt infra.

Interrugatus ſuper primo, Reſpondet (interrogetur ſuper ſingulis interrogatorijs, incipiendo a primò) & poſtea

Interrogatur ſuper ſecundo, ſuper tertio, ſuper quarto, & ſic de cæteris eo ordine, quo fuerunt à reo præſentata, & tandem interrogatur ſuper primò examine ab ipſo teſte facto, iuxta ſuperiùs dicta n. 2.

Interrogatus, an ea, quæ in alio examine coram eodem in hac cauſa depoſuit, fuerint, & ſint vera, itaque pro veritate diſpoſuerit, Reſp.

In

Interrogatus an huic examini velit aliquid addere, vel minuere, aut reuocare in totum, vel in partem; Reſp.

Et lecto per me Actuariũ de mandato adm. R. P. Abbate &c. de verbo ad verbum eius examine, & ab eo pro vt aſſeruit bene intellecto, Reſp. &c.

Tunc R.P. Abbas &c. teſtem dimiſit, et relectum confirmauit, et propria manu ſubſcripſit P.N. Abbat. Fr. N. teſtis &c. Fr. N. Actuarius.

Et eodem modo examinantur alij teſtes repetendi.

Adde alium ſimilem interrogatoriũ, vt in fol... 672.

C A P. I I.

De Articulis conficiendis ad fauorem reorum in termino ipſis dato ante torturam.

S V M M A R I V M.

1 *Defenſor Rei, quæ debeat conſiderare pro articulorum formatione.*

2 *Exemplum pro articulorum formatione ad rei defenſionem.*

3 *Cauſa ſemper eſt attendenda in delictis.*

4 *Inimicitiæ indicium elliditur, quando interfectus habebat alios inimicos maiores; Aut quando inquiſitus pro iniuria ſibi facta elegit viam iuris n.5. Aut quando confeſſus fuerit peccata ſua Sacerdoti n.6.*

7 *Negatiua probatur per teſtes etiam familiares ad defenſam.*

8 *Fama bona probata prodeſt ad Rei defenſionem.*

9 *Homicidium commiſſum ad defenſionem non punitur, vbi quando cenſetur commiſſum ad defenſam n.10.*

11 *Defenſio perſonæ probatur etiam præſumptiuè vulnerans non mortaliter, non tenetur de occiſo vulnus.*

12 *Quando dicitur mortale, vel non mortale? probari poteſt per Medicos & n.13. & quod non tenetur de occiſo. num.14. & 15. in dubio. n.16.*

17 *Vulnus quando non eſt omninò mortale, vulnerans non tenetur, de occiſo, nec quando moritur ex malo regimine. n.18. & 19. nec quando percuſſit cum inſtrumento non apto ad mortem, aut in loco non periculoſo. n.20.21.22. nec quando homicidium fuit caſuale, num.23. vel in pura rixa, num.24. vel contra eius voluntatem, num.25. & 26.*

27 *In dubio data paritate probationum pronunciandum eſt pro reo, & n.28.*

29 *Indicium vnum elidit aliud, & præſumptio vna elidit aliam, & num. 190. 191. 192.*

30 *Interpretatio ſemper fieri debet in benigniorem partem pro excluſione delicti, plura exempla ponuntur vſque ad num. 41.*

42 *Defenſio eſt magis fauorabilis, quam offenſio.*

43 *Probatio etiam incerta, prodeſt inquiſito.*

44 *Fama bona præualet malæ fauore defenſionis.*

45 *Si plures in rixa percuſſerint, vnus tantum vulnerauit ſi conſtat, de inferente illud, ſolus ille punitur, & ſi non conſtat omnes abſoluuntur pœna corporali.*

46 *Teſtibus ad defenſam paucioribus magis credi debet, quã numero maio-*

ribus, & teſtibus de credulitate prævalent teſtibus de viſu, num. 48. & teſtimonium mulierum præfertur teſtimonio maſculorum, n. 49.

47 *Teſtium verba ſunt impropriãda ad excludendum delictum.*

50 *Probationes dubiæ admittuntur ad defenſam.*

51 *Defenſionis fauore, quando principium eſt licitum, & finis illicitus, vel è contra, attenditur ſemper quòd eſt licitum, Teſtibus dicentibus homicidium commiſſum caſu, magis creditur, quàm dicentibus contrarium.*

52 *Defenſio probatur coniecturis, & præſumptionibus etiam minus concludentibus, & minus legitimè probatis.*

53 *Teſtis ad defenſam non requiritur, quòd ſit idoneus, quia admittuntur domeſtici, familiares, conſanguinei, &c. n. 53. & 54. declara, vt in n. 55. 56. 57. 58.*

56 *Admiuicula non probantur per conſanguineos, & affines, n. 56.*

59 *Socius criminis an admittatur ad defenſam.*

60 *Socius criminis ad inſtantiam alterius ſocij debet repeti cum ſuis interrogatorijs.*

61 *Teſtes ad defenſam quamvis non reddant cauſam ſufficientem probant, item etiam ſi non reddant bonam rationem, vel deponant de credulitate, & auditu.*

62 *Aggreſſio, & prouocatio probatur per vnum teſtem.*

63 *Aggreſſus quando poteſt aggreſſorem occidere.*

64 *Minatus quando poteſt minantem occidere.*

65 *Aggreſſus, & inſultatus an poſſit aggreſſorem occidere.*

66 *Aggreſſus poteſt ſe defendere diuerſo genere armorum.*

67 *Prouocatus quando non poteſt excuſari, ſemper excuſatur à pœna ordinaria.*

Prouocatus, qui verberauit Clericum prouocantem, non eſt excommunicatus.

68 *Aggreſſor, & prouocans non poteſt vti beneficio defenſionis, offendendo aduerſarium, & punitur de eo, in quo deliquit præter intentionem, & calore iracundiæ.*

69 *Aggreſſor quis fuerit ex duobus rixantibus, coniecturis probatur.*

70 *Aggreſſor ſi neſciatur quis fuerit ex duobus rixantibus, & vnus reperitur mortuus, quid faciendum.*

71 *Homicidium committens cum moderamine inculpatæ tutelæ nulla pœna tenetur, ſed ſi moderamen excedit arbitrariè, pro qualitate exceſſus punitur, n. 73.*

72 *Moderamen inculpatæ tutelæ circa tria conſiſtit, quæ omnia ſi non interueniunt, ſed tantùm vnus delinquens non punitur, & iudicis arbitrio remittitur, quando moderata dicatur defenſio.*

73 *Moderamen inculpatæ tutelæ non conſideratur in rixa.*

74 *Percuſſus, vel vulneratus ſi ſtatim inſequitur percuſſorem, vel vulnerantem, & occidit, excuſatur à pœna ordinaria, ſecùs ſi interponatur tantum ſpatium temporis, in quo deliberare poterat.*

75 *Furem ſi quis occidat pro recuperatione rerum ſuarum, etiam quòd nullum adſit vitæ periculum, nulla pœna tenetur, & quid de fure nocturno, & quid*

quid quando res eſt modici valoris, ibid.

76 Dies dicetur ab ortu Solis vſque ad occaſum.

77 Iniuria verbali aliquem afficiens, ſi accidatur ab iniuriato, occidens non punitur pœna ordinaria, ſed quid ſi iniuria ſit realis, ibid.

78 Occidens prohibentem ſedere in loco ſolito, non punitur pœna ordinaria.

79 Occidere quis poteſt tentantem violare ſuam pudicitiam.

80 Aggreſſus poteſt ſe defendere etiam cum periculo innocentis, ſi aliter non poteſt.

81 Aggreſſus ad nihilum tenetur, ſi aggreſſor occidat medium interpoſitum inter eos.

82 Exiſtens in aliqua domo ſi videt inimicum extra domum eum expectare vt occidat, poteſt præuenire, & illum occidere.

83 Occidere licitum eſt aggreſſorem, etiam ſi aggreſſus fuerit in culpa priùs.

84 Clericus excedens moderamen inculpatæ tutelę in ſe defendendo, excommunicationem, & irregularitatem non incurrit.

85 Reus conuictus quibus alijs modis poteſt ſe defendere à probationibus, quæ adducuntur contra ipſum.

86 Innocentia quomodo probatur, 87. 88. 89. 90.

87 Quantæ efficaciæ ſit.

91 Teſtes ad defenſam deponentes de hora, debent comprehendere tempus commiſſi delicti.

92 Exculpatio offenſi an, & quando ſufficiat ad liberandum inculpatum de delicto ab eo commiſſo, & n. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99.

100 Confeſſio domini dicentis rem fuiſſe ſubtractam voluntate ſua, non excuſat furem, & quando ſecùs.

101 Coniecturæ, & veriſimilitudines concurrentes cum exculpatione offenſi, ad exculpandum inculpatum, quæ ſunt.

102 Exculpans aliquem inculpando ſe ipſum de eodem delicto, ſi eſt in carceribus, prodeſt inculpato, aliàs ſecùs.

103 Socij criminis exculpatio, an, & quando prodeſt ſocio inculpato.

104 Reus poteſt ſe defendere, quod non conſtat de corpore delicti.

105 Item opponendo exceptionem præſcriptionis, & quod præſcripto delicto non poteſt quis ampliùs moleſtari.

Biennio elapſo poſt litem conteſtatam non poteſt ampliùs moleſtari.

106 Abſolutus de aliquo delicto diffinitiuè non poteſt pro eodem delicto amplius moleſtari.

107 Nullitas proceſſus prodeſt ad Rei defenſionem.

108 Indicia, quod non ſufficiunt ad torturam in dubio iudicandum.

109 Probatio imperfecta Rei an aliquid operetur contra perfectam probationem fiſci.

110 Indicium vnum eliditur per aliud, n. 111. 112.

113 Reus ſi offuſcat intentionem fiſci, torqueri non poteſt.

In dubio eſt iudicandum pro reo contra fiſcum, & ponuntur exempla, n. 114. 115.

116 Occidens aliquem licitè non poteſt puniri, 106.

117 Reus poteſt ſe defendere contra iudicem, ratione incompetentiæ, ſuſpicionis, & alijs modis, &c.

118.

118 *Reus poteſt ſe defendere contra perſonas, & dicta teſtium.*
119 *Vel quod contra ipſum non ſint indicia ſufficientia, ideſt ſemiplena probatio, ad torturam.*
120 *Vel quod factum fuit commiſſum tempore furoris, & alijs de cauſis, de quibus ibid.*
121 *Vel quòd ſint minores, & priuilegiati, qui non poſſunt torqueri.*
122 *Forma ſeruanda in defenſione Rei facienda ante torturam in termino ipſi reo dato ad faciendas ſuas defenſiones.*
123 *Forma præſentationis articulorum, & eorum admiſſionis.*
124 *Teſtes ad defenſam examinantur ſicut teſtes ad offenſam.*
125 *Forma decreti prorogandi terminum defenſionis.*
126 *Teſtes ad defenſam debent per extenſum ſuper articulis examinari, & non ſufficit dicere articulũ eſſe verũ.*
127 *Forma petendi interrogationem teſtium ſuper interrogatorijs Rei.*
128 *Interrogatoria impertinentia debent deleri.*
129 *Forma interrogatoriorum.*
130 *Forma repetendi teſtes ſuper interrogatorijs.*
131 *Forma decreti oſtendendi proceſſum defenſiuum parti.*
132 *Forma petendi copiam proceſſus defenſiui, cum conceſſione dictæ copiæ.*

1 QVò ad formationem articulorum circa ea, quæ reus probare intendit per teſtes, vel per ſcripturas in ſuam defenſionẽ, non poteſt dari certa regula propter varietatem imputationum, et criminum in proceſſu deductorũ; et ideo cauſæ defenſor debet diligenter inſpicere titulũ criminis, eius qualitates, et circumſtantias, et alia in proceſſu reſultantia, et contra illas formare articulos, ex quibus poſſit reus ſe purgare ab indicijs, et pro-
2 bationibus contra eum reſultantibus, et ponuntur hic aliqua exempla; nã ſi reus imputatur de homicidio, poteſt poni in articulis quod ille interfectus dum vixit fuit amicus, beneuolus, vel conſanguineus dicti inquiſiti, quia homicidia, et alia delicta ſine cauſa nõ committuntur. Guaz. def. reor. 24. c. 1. nu. 4. Cabal. de omn. gen. homic. n. 155. et 192. Et quãdo cauſa inimicitiæ eſt leuis, ceſſat præſumptio animi occidendi. Cauale. de brach. reg. p. 4.
3 n. 182. nam in criminibus ſemper attenditur cauſa, quę ſit conformis delicto, ſufficiens, et rationabilis ad vindictã, cùm ſit baſis, et fundamẽtum criminis. Caſon. tit. de ind. præs med. ante delict. c. 1. et ſeq. Guaz. d.
4 c. 1. n. 5. 6. Item poteſt poni, quòd ille interfectus dum vixit, erat rixoſus, et habebat lites graues, et inimicitias cum pluribus perſonis; et licèt inquiſitus habuiſſet aliquã litem, et inimicitiam cum ipſo interfecto, nihilominus alij habebant maiorem cauſam inimicitiæ. Theſ. deciſ. 24. ſub n. 6. Baiard. q. 31. ſub n. 16. Farin. q. 49. n. 114. et conſ. 62. n. 5. Item poteſt poni, quòd inquiſitus ſe reconciliauit cum interfecto. Foller. in verb. recipiantur infor-
5 mationes, n. 1. et 2. Item poteſt poni, quòd inquiſitus contra interfectum pro iniuria, et offenſione ſibi facta

facta elegit viam iuris; vnde non
poteſt reſultare præſumptionem de
homicidio contra ipſum. Alciat.
conſ.468.n.3. Alban.conſ.46.nu.7.
Burſat.conſ.146. n.19. & conſ.256.
6 n.73.vol.2. Item poteſt poni,quòd
inquiſitus poſt iniuriam ſibi illatã
ab interfecto, confeſſus fuerit ſa-
cramentaliter peccata, & SS. Eu-
chariſtiam ſumpſerit, præſumitur
remiſiſſe iniuriã ſibi illatã. Rimin.
iun.conſ.88.n.16.& ſeq. l.1. Hon
ded.conſ.86.n.66.vol.2.Farin.q.49
n.116.Baiard.q.21.n.106.Item po-
teſt poni, quòd tempore commiſſi
delicti erat in alio loco multum di-
ſtante à loco delicti, cum Titio, &
Caio,toto tempore,& ante,& poſt
tempus commiſſi delicti, & non
poterat ab eis ſeparari, quin ipſi
7 vidiſſent, & hæc negatiua poteſt
probari etiam per domeſticos, &
familiares probari.Grillã.de relax.
carcer.in 3.qu.princ. ti.de abſolut.
n.2.Decia.reſp.96.n.31.vol.3Gua-
zin.vbi ſupr n.14 15. Item poteſt
8 poni, & probari bona fama inqui-
ſiti,& c. huiuſmodi, & ſi de homi-
cidio iam conſtat, & non poteſt
9 negari,poteſt poni,& probari fuiſ
ſe commiſſum ad neceſſariam de-
fenſionem, quia interfectus irruit
aduerſus inquiſitum gladio euagi-
nato, vndè pro ſua defenſione illũ
offendit,& percuſſit, & non aliter,
nam erat conſtitutus in periculo
vitæ, & non debebat expectare vt
percuteretur ab eo.Bart.in l.ſi quę
cumque in princ. ff. ad leg. Aquil.
Clar. in §.Homicidium,verſ.quo-
modo; & ibi Baiardus numer.102.
Maſcard. de probation.concl.490.
n.1.& 12.Cabal.caſu 88.n.4.Farin.
qu.125.nu.57.74. & ſi irrueret in
10 eum cum magno fuſte, poterat e-
tiam ſe defendendo illum occide-
re. Bertaz. conſ.312.n 8 vol.2. vel
armatus alio modo irruerit,quia
ſemper aggreſſus dicitur conſtitu-
tus in periculo vitæ, & ad neceſſa-
riam defenſionem occidiſſe. Bero
conſ.194.n.12.l.2. Maſcard.concl.
126.n.9. Honded.conſ.99.n.13.l.1.
11 Mazol.conſ.71.num.12.& ſeqq.&
ſufficit,quòd defenſio perſonæ præ-
ſumptiuè probetur. Seyſel. in l. vt
cùm,n.54.& ſeqq. ff de iuſt. & iure
12 in 1. lect. Si homicidium non fuit
factum ad defenſionem,poteſt ſe
defendere articulando, & proban-
do,quòd vulnus non erat mortale,
quia non fuit illatum in capite, in
pectore,in gula,in cerebro, vel in-
teſtinis.Tuſc.concl.377.n.5.litt.R.
Boer.deciſ.323.n.2.Farin.conſ.100
13 n.4. Et etiam poteſt probari per
medicos, quòd vulnus non erat
mortale; & quando vulnus non eſt
mortale, non præſumitur mortuus
ex vulnere, ſed ex alia cauſa ; puta
ex malo regimine,inordinata vita,
culpa medicorum,etc. etiam quòd
non ſit probata. Boer.dec.323.n.4.
7.20. Boſſ.tit.de homicid.nu.115.
Clar.§.Homicidium,n.33. Farin.q.
127.n.13 Guazin. defenſ.4.c.10.n.
6.& etiam ſi intra paucos dies mo-
riatur,idem Farin.n.15. aut vulne-
14 ratus erat debilis,& delicatus. Ca-
ball. de omni genere homicid. nu.
334. & ſeqq. & quando concurrit
non mortalitas vulneris, cum cul-
pa vulnerati, aut imperitia medi-
ci,vulnerans tantùm de vulnere,&
oc-

non de occiſo tenetur. Farin.dicta q.127.n.16. & idem eſt, ſi vulnera-
15 to ſuperueniat febris ex alia cauſa, quàm ex vulnere, & deceſſerit. Gramm. voto 2.n.8. & ſeqq. Cabal. caſu 248.n.41. & de omni genere homic.n.336. & quando eſt dubiũ,
16 an vulnus erat mortale, vel non; ſi cum hoc dubio concurrit mala cuſtodia, aut inordinata vita vulnerati, vulnerans de vulnerato tantũ tenetur, & non de occiſo. Farin.d. q.175.nu.29. ac nonnulli etiam di-
17 cunt, quòd quando vulnus non eſt omninò mortale, ac certum ad mortem, vulneratus non dicitur obijſſe ex vulnere. Cepol.conſ.61.n. 18. Gayl.obſeru.111.n.22.l.2. Rimin.iun.conſ.121.n.6.l.2. Facchin. conſ.82.n.73. Farin.conſ.100.n.4. licèt tutius ſit in hoc caſu probare etiam vel culpam in curando vulneratum, vel malum regimen, et ſimile. Rim.iun.conſ.799.nu.17.vol. 7. malum autem regimen vulnerati, vel mala cura, ſeu inordinata vi-
18 ta, cognoſcitur quando non fuit adhibitus medicus. Secundò, quãdo fuit adhibitus medicus imperitus; et tunc aliud non eſt neceſſe probare. Tertiò, quando vulneratus noluit præceptis medici obedire. Quartò, quando concubuit cum vxore, vel alia muliere. Quintò, quando ſibi nociua comedit. Sextò, quando vinum purum biberit. Septimò, quando in curando ipſum vulneratum fuerunt adhibitæ incantationes. Cabal.de omni gen. homicid. nu.340. Octauò, quando vulneratus paru pendendo vulnus de lecto ſurrexerit; et de die ad ſolem, vel de nocte ad ſerenum ambulauerit; ita Socc. ſen.conſ.178. col.fin.l.2. Andr.Facchin.conſ.38. n.6.l.2. Farin. d.q.127.p.3.per tot.
19 Quod malum regimen, ſeu inordinata vita vulnerati non debet conſtare ex aſſertione ipſius vulnerati aſſerentis ſe non decedere ex vulnere, ſed ex ſuo malo regimine; quia aliundè conſtare debet; niſi cõcurrerent coniecturæ, quòd vulnus non erat lethale. Baiard.§. Homicidium, n.140. ſicut è contra dixerit, ſe ex vulnere deceſſiſſe, nec creditur, ſi aliundè conſtat de negligentia, ſeu malo regimine. Fa-
20 rin.d.q.127 par.3. in fine. Poterit etiam articulare, et probare, quòd percuſſerit vulneratum cum telo non adaptato ad mortem inferendam; vt puta cum baculo, claua, cucuma, vel candelabro, vel ſimili inſtrumento. Et ſi percuſſerit in loco periculoſo, hoc fuit caſu, et præter intentionem, et in ipſo calore rixæ. Cabal.de omni gen.homicid.n.325. et multò fortius procedit, quando poterat percutere cum enſe, vel alio ferro, et tamen noluit percutere, ſed percuſſit cũ baculo, vel habens lanceam percutit cum haſta, et non cum ferro. In quo caſu etiam ſi percuſſerit in capite, et ſequuta eſſet mors, non poteſt puniri tamquam homicida. Ita cum M[illegible] in l.1.§. Diuus Adrianus, ff.ad leg.Carn.de ſicar.n.27.cũ ſeqq. Caball. vbi ſup. n. [illegible]. et ſeq.
21 contra Bartolum, et Aretinum oppoſitum exiſtimantes, latè Farinac.qu.126.nu.124. licèt ſi non habuerit alia arma aptiora ad occiden-

den-

dendum niſi baculum, & percuſſerit in capite, ſecus eſſet, Cabal. vbi ſupra num. 314. quia teneretur pœna ordinaria, Cabal. & Farin. vbi ſupra, qui nu. 133. dicit ſi quis in capite cum baculo ſemel percuſſerit, quando pluries percutere poterat, non tenetur pœna, l. Corn. de
22 ſicar. Et vt talis pœna imponi poſſit tria concurrere debent. Primò quòd verbera fuerint illata in capite. Secundò, quòd fuerint iterata, & tertiò, quod præcederet capitalis inimicitia, & n. 156. Idem dicit Caualc. de brachio reg. par. 4. n. 174. Poterit etiam articulare, & probare homicidium fuiſſe caſuale, ſcilicet ſine dolo, & culpa inquiſiti, quia iſto caſu nulla pœna tenetur, gl. in d. l. 1. §. diuus, ff. ad l. Cor. de ſicar. Abb. Felyn. & alij in c. exhibita de homicid. prout ſi in loco ſolito luderet ad iactum pali ferrei hominem occideret, nulla pœna tenetur. Soccin. conſ. 16. lib. 1. Marſil. conſ. 91. num. 16. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4 caſu 400. nu. 3. Clar. in §. homicidium ſub nu. 2. Cabal tr. de omni genere hom cid.
25 à n. 144. cum ſequ. ſecus ſi homicidium ſequatur ex ludo illicito, vel in loco non conſueto, vel ſi præceſſerit culpa, Farin. qu. 126. n. 30. Poterit etiam articulare, & probare homicidium fuiſſe commiſſum in pura rixa, & non conſtat quis fuerit aggreſſor, nam tunc excuſatur a pœna corporali. Clar. in dicto §. homicidium, verſic. alia etiam, in fine, & quæſt. 60. verſic. vidi ergo. Vulpel. reſponſ. 114 num. 4. Honded. vol. 1. conſ. 99. num. 45. & in dubio delictum præſumitur caſu, vel in pura rixa commiſſum, & qui aliter dicit, probare debet, Caualc. qui alios citat, de Brach. reg. par. 4. num. 67. pariter poteſt inquiſitus ſe defendere, & liberare a pœna ſaltem ordinaria, probando homicidium commiſſum præter voluntatem inquiſiti, vt ſi quis occidat
26 vnum, putans occidere alium, quæ omnia gratia exempli dicta ſunt, vt ſciat lector, quomodo ſe defendere poſſit inquiſitus, in omnibus alijs delictis ipſi imputatis.
27 Notandum etiam eſt, quod fauore defenſionis, data paritate probationum in dubio pronunciandum eſt pro reo, l. abſentem, l. ſi præſes, l. interpretatione ff. de pœn. cap. ex litteris de probation. Decian. reſponſ. 59. num. 7. vol. 3. Surd. conſ. 173. num. 57. vol. 2. Maſcard. de probation. concl. 3. num. 26. vol. 1. Nam in pari probatione fiſci, & Rei, præualent probationes Rei. Rimin. iun. conſ. 359. nu. 39. vol. 4.
28 Et nullus Iudex debet condemnare aliquem quando dubitat. Nauar. manual. 27. num. 193. in fine Facchin. conſ. 69. nu. 28. vol. 2. aut quando probatio fiſci redditur dubia, vt infra num. 104. & Seyſel in l. vt crim. in 2. lectura num. 94. ff. de iuſt. & iur. nec quando offenſio fuit probata præſumptionibus, & coniecturis, tunc præſumptiones, excluſiuæ delicti, præferuntur præſumptionibus includentibus delictum. Burſat. conſ. 94. num. 22. lib. 1. Oldrad. conſ. 13. num. 3. Gabriel. concluſ. 4. num. 21. tit. de

teſtib. Vulpel. reſp.44. num.8. &
reſp.24. num.2. Decian. reſp.65.
num.8, vol.3. Rimin. iun. conſ. 683.
num.39. vol.6. Surd. conſ.132. n.55.
vol.1. Honded. conſ.88. num.20.
29 Peguer. deciſ.14. nu.20. et vna præ
ſumptio elidit aliam, vnum indi-
cium elidit aliud, et vna coniectu
ra elidit aliam, maximè in crimi-
nalibus. Bertaz. conſ.251. num.62.
vol.2. Decian. reſp.93. n.89. vol.2.
Simon. de Præt. con.15. num.20. de
qua re infrà late, et hoc præcedit
præcipuè in delicto probabili per
coniecturas. Maſcard. concl.405.
num.5. & etiam in his, quæ non
ſunt de genere prohibitorum,
Campeg. de teſtib. num.434. fal-
lent.9.&13. Rim. iun. conſ. 63. n.56.
30 vol.6. et interpretatio ſemper fieri
debet in benigniorem partem pro
excluſione delicti, ad quod com-
probandum Guaz. defenſ. reor. 29.
cap.2. num.10. ponit plures illatio-
nes; & primò, ſi ex aliquo facto
31 poſſit adaptari maior, vel minor
pœna; interpretatur, quod in-
quiſitus fecerit illud, pro quo mi-
nor pœna imponitur. Crauet. conſ.
6. num.69. Federic. de Sen. conſ.44.
in fine, et conſ.256. circa medium.
Roland. conſ.1. num.33. vol.3. De-
cian. reſp.67. num.12. & ſeq. vol.3.
Riminal. iun. conſ.743. num.6. &
26. vol.7. Bertaz. conſ.261. num.10.
vol.2. Farin. conſ.61. num.12. &
præſumitur in dubio delictum fa-
ctum ea hora, qua minor pœna im-
32 ponitur. Federic. de Sen. d. conſ.54.
Crauett. d. conſ.6. nu.69. vbi etiam,
33 quòd ſecuta laceratione informa-
tionum; arbitratur, quòd fuit ſe-
quuta ad occultandam falſitatem
contentam in eis; & non ad com-
mittendum aliud delictum.
34 Et verbum, date, cum poſſit refer-
ri ad occidendum, & vulneran-
dum, debet reſtringi ad vulneran-
dum. Rim. iun. conſ.310. num.20.
vol.3. Decian. reſp.4. num.33. vol.3.
vbi etiam, quod ſi poteſt deſumi
alia interpretatio, quàm delictum,
debet pro non delicto interpretari.
35 Idē dicit Gerard. Mazol. conſ.101.
num.16. Eugen. conſ.79. num.52.
Honded. conſ.97. num.19. vol.1.
& ſi quis minatus fuerit aliquem
36 dicendo, *farò*, *e dirò*, debet in-
telligi ſecundum viam iuris, et
non de facto. Alex. conſ.138. nu.2.
in fine lib.4. Boſſ. tit. de mandat.
ad homicid. num 49. et ſi dixerit;
io mi farò la vendetta, *ò mi vendicarò*,
intelligi debent de vindicta iuridi-
ca. Alex. conſ.188. num.7. in fine
lib.7. Dec. conſ.189. num.17. Vul-
pel. reſp.61. n.1. Decian. reſponſ.
4. nu.34. lib.3. Menoch. conſ.283.
num.9. præſum. par.1. lib.1. q.89.
num.66. Mazol. conſ.101. num.16.
Eugen. conſ.76. num.51. Honded.
conſ.87. nu.106. et ſeq. vol.2. Maſ-
37 card. concl.866. num.14. Deciſ. A-
uenion. 36. num.6. et deciſ.89. nu.2.
et de alijs ſimilibus verbis, videli-
cet, *noi pratticbiamo intorno ogni di*,
ci potremo fare piacere aſſieme; et de
illis, *io ſon buomo à farmi conoſcere per
quello, che ſono*; et de illis, *hò pen-
ſato eſſer meglio, ſe io farò con fatti, e
non più parole, come voglio fare*; De
quibus verbis, Eugen. conſ.76. nu.
61. et ſeq. Honded. d. conſ.87. nu.
102. quæ ſemper interpretari de-
bent

Digitized by Google

bēt in meliorem partem ad exclu-
ſionem delicti, & illud verbum *per*
forza, quòd interpretari debet,
de vi non punibi'i. Felic. alleg. 25.
par. 1. num. 27. & ſi quis protulerit
verba (Ruina, Ruina,) non debet
interpretari in crimine ſeditionis.
Iaſ. conſ. 167. num. 1. & ſeq. vol. 4.
Bero conſ 256. Ruin. conſ. 141. li. 5.
Nec illa verba, *alla carne, alla carne.*
Marſil. conſ 71. num. 16. & 33. &
actus, qui poteſt fieri tempore li-
cito, & illicito, cenſetur factus
tempore licito. Gomez. tit. de
38 delict. Co. 1. nu. 71. & ad l. Taur.
num. 57. Rim. iun. conſ. 644. nu. 14.
& ſeq. vol. 6. Honded. conſ. 8 n. 32.
lib. 2. Mazol. conſ. 77 num. 12. & illa
verba, *dà al traditore*, & inde ſecu
tum fuerit homicidium, non pro-
39 bant contra proferentem Rim in.
iun. conſ. 83. num. 26. lib. 1. & quòd
non probant mandatum ad homi-
cidium, nec ad inferendum vulnus;
quia debent interpretari in mitio
rem partem, nempè cum pugno, &
ſimili. Honded. conſ. 87. n. 166. ita
etiam de illis verb. *dagli, dagli*, De-
cian. conſ. 4. lib. 3. & verba ambi-
gua, & indifferentia debent inter-
pretari ad excluſionem delicti,
Ruin. conſ. 145. num. 24. vol. 3.
Laderch. Imol. conſ. 187. num 7.
Et illud verbum, tu falſum dicis, non
infert iniuriam; quia poteſt intel-
ligi de re ipſa falſa, non de propo-
ſito proferentis. Ita poſt alios Ber-
taz. conſ. 152. nu. 11. Si Caius ha-
beret capitalem inimicitiam cum
40 Seio, & Titius mandaret illi, vt
interficiat Seium, ad excluden-
dum mandatum cenſetur, quòd
Caius pro odio, & inimicitia pro-
pria illum interfecit, & non pro-
ter mandatum Titij. Gramm. de-
cis. 34. num. 40. Natta conſ. 161.
num. 8. vol. 1. Rim. iun. conſ. 817.
num 51. vol. 7. Decian. reſp. 15.
num. 15. vol. 3. Decian. conſ. 93.
num. 22. vol. 2. quod procedit ſi pa-
riter eſſent inimici cum Seio, Ca-
ius, & Titius; quia tunc Titius tan-
tum teneri poteſt de conſilio, per-
ſuaſione, & inflammatione. Rim.
iun. vbi ſupra. Burſ. conſ 216. num.
32. vol. 2. Honded. conſ. 87. nu. 75.
& conſ. 95. num. 12. vol. 2. de qui-
bus omnibus, & alijs interpreta-
tionibus. Guaz. d. defenſ. 29. cap. 2.
num. 10. & ſeq.
42 Et patet etiam, quòd defenſio eſt
magis fauorabilis, quàm offenſio.
Quòd ſi duo clerici deponerent
me deliquiſſe tali die, & loco, &
duo laici contrarium aſſererent,
ſtabitur dicto laicorum, quamuis
eſſet inferioris conditionis, glos. in
c. clerici 81. diſt. Innoc. in c. dudum
el 2. de elect. Boſſ. tit. de fauorib.
defenſion. num. 2. Caualc. de teſtib.
part. 2. num. 166.
43 Et licet reus faciat probationem
incertam, tamen ad excluſionem
delicti in dubio prçſumitur pro eo,
Bart. Alex. & alij in l. non ſolùm
§. ſed vt probatio. ff. de oper. nou.
44 nunc. Boſſ. d. num. 2. & fauore
defenſionis Rei bona fama præua-
let malæ. Felyn. in c. cum contin-
gat. colum 2. de reſcript. Boſſ. vbi
ſupra, num. 13.
45 Et ſi plures percuſſerint in rixa a-
liquem, & adſit tantùm vnicum
vulnus mortale, quo caſu ſolùm

punitur illud inferens, l. fin. ff. de ſicar. tamen ſi non cõſtat de occiſo re, omnes abſoluuntur à pœna corporali, & per conſequens nemo torqueri poteſt, ne cum nocente, innocens condemnetur, l. abſentem ff. de pœnis. Alex. conſ. 15. vol. 1. Boſſ. vbi ſupra, num. 9. Alciat. de præſum. regul. 3. præſ. 43. num. 4.

46 Et cauſa defenſionis, magis credendum ſit paucioribus teſtibus, quàm aliis numeri maioris. Caualc. de teſtib. part. 3. num. 151.

47 Et verba teſtium ſunt potiùs appropriandа ad deſtruendum delictum, quàm ad illud concludendum. Cepol. conſ. crim. 1. Caualc. d. par. 3. num. 151.

48 Et teſtes de credulitate præualent teſtibus dicentibus vidiſſe cõmitti delictum. Felin. in c. quoties 4. coll. de teſtib. Caual. de teſtib. p. 2. n. 178.

49 Teſtimonium mulierum ad defenſionem, præfertur teſtimonio maſculorum ad offenſionem Caualc. de teſtib. par. 1. num. 64. & part. 2. num. 178.

50 Et ad defenſionem, & probandam innocentiam alicuius, probationes dubiæ, & alias non concludentes admittuntur. Bart. in l. non ſolùm §. vt probari, ff. de noui oper. nunc. Crauet. conſ. 2. num. 12. Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 2. nu. 50. Boſſ. tit. de defenſa reor. num. 12. Bertaz. conſ. crim. 439. num. 12. & conſ. 539. num. 2. lib. 2.

51 Adde etiam ad fauorem defenſionis, quòd ſi principium eſt licitum, & finis illicitus, vel è contra; attenditur id, quòd eſt licitum, ſiue ſit principium, ſiue finis. Bart. in l. quòd ait lex, §. . . . . ff. de adult. & attenditur, & id, quòd magis fauet defenſioni, Boſſ. d. tit. de fauor. defenſ. num. 7. Caualc. de teſtib. par. 5. in fine vbi alios citat, teſtibus deponentibus homicidium commiſſum fuiſſe caſu fortuitu, & non conſulto, magis creditur, quàm teſtibus dicentibus contrarium. Maſcard. concl. 497. nu. 16. Guaz. defenſ. reor. 29. c. 3. n. 14.

52 Probatur etiam defenſio coniecturis, & præſumptionibus, Marſil. ſing. 19. in fine, Boſſ. tit. de fauor. defenſ. n. 3. Gram conſ. 29. n. 3. Crauetta conſ. 2. n. 10. Cephal. conſ. 140. n. 13. lib. 1. Rim. iun. conſ. 217. nu. 9. vol. 2. Maſcard. concl. 491. nu. 1. & concl. 904. n. 16. Honded. conſ. 99. n. 28. vol. 1. & conſ. 87. n. 55. vol 2. Farin. conſ. 6. n. 15. & q. 47. n. 134. & q. 125. n. 423. Cartar. deciſ. crim. 94. n. 93. Quòd magis procedit, quãdo offenſio fuit etiam probata coniecturis, & præſumptionibus. Alciat. de præſum. reg. 3. præſ. 39. n. 2. Vulp. reſp. ex. n. 8. Maſcard. d. concl. 491. n. 3. vt ſupra, n. 28. & illæ habentur pro plena probatione. Gomez. de delict. c. de homicid. nu. n. 27. Ceph. conſ. 140. n. 13. lib. 1. Maſcard. locis citatis Farin. d. q. 47. n. 135. & etiam probatur per præſumptiones dubias, minùs concludentes, & minùs legitimè probatas. Maſcard. d. concl. 491. n. 8. Honded. conſ. 100. n. 32. conſ. 102. n. 21. vol. 1. Centolin. ad Farin. conſ. 6. litt. H. Cabal. caſu 190. n. 13. Farin. conſ. 79. n. 25.

53 Et non requiritur, quòd teſtis in defendendo ſit ita idoneus, ſicut in offendendo. Iaſ. in l. vt vim col. 2. ff. de

de iuſt. & iur. Boſſ. d. tit. de fauor.
defenſ.n.3.vbi quòd admittitur do-
meſticus pro domeſtico, & frater
pro fratre, & alij conſanguinei, &
affines. Crauet.conſ.2.n.10. Gram.
conſ.42.n.12.& vol.12.n.8.Gomez.
tit.de delict.c.3.ſub n.28. Ant.Ga
briel.concl.22.lib.7.de crimin. n.1.
Honded.conſ.102.n.13. vol.1.Ma-
ſcard.concl.412.n.7.& 491.n.4.Fa
rin.q.125.n.423. etiam ſi ſimul ha-
bitarent,Rol.conſ.7.num.27.vol.1.
Maſcard.d.concl.491.n.7.Guaz.de-
fenſ.reor.29.n.5. & 7. & admittun-
tur ad probandum etiam errorem
confeſſionis. Boſſ.d.tit.de fauor.de-
fenſ.n.4.Maſcard.d. concl.412.n.9.
& concl.491.num.6. vbi dicit pro-
cedere non de ſimplici defenſio-
55 ne, ſed de innocentia probanda,
ſed Honded .conſ.100.num.36.vol.
1.&87.n.139.vol.2.dicit,quòd pro
bant etiã ſi inducerentur ad repel-
lendos teſtes fiſci.Et ſequitur Guaz.
defenſ.reor.c.3.n.6.ſed contrarium
tenent.Baiard.cum aliis per eũ ad-
ductis q.24.n.129.& Caualc. de te-
ſtib.par.5.num.100. non tamen ſu-
56 prædicti teſtes cõſanguinei,& affi-
nes probant,quando agitur de pro
bandis ad miniculis Boſſ. d. n.4. vt
ſi vellem probare defendendo reũ,
quòd teſtis, qui contra eum depo-
ſuiſſet, eſſet eius inimicus,ſed tan-
tùm creditur circa ea, quæ directè
tendunt,ad excluſionẽ delicti. Boſſ.
cũ aliis ab eo citatis d.tit.ad fauor.
defenſ.n.4.Maſcar.d.concl.412.n.8.
Gabriel.concl.22.n.5.li.7.Rim.iun.
57 conſ.299.n.40.vol.3. nec probant,
quando agitur ad quærelam par-
tis, ſed quando proceditur ex offi-
cio.Gram.conſ.12. n.19. & ſeq. &
conſ.32.nu.13.Farin. q.52. lim.54.
Alex.35. conſ.47.n.11. p.1.& conſ.
21.n.15.in fine p.2.
58 Quòd admittuntur teſtes inhabi-
les ad probandam innocentiã,affe-
runt etiam.Crauet.conſ.2.num.10.
Gomez.tit.de delict.c.12.n.13.Boſſ.
tit.de indic.n.15.Gram.deciſ.24. n.
16. Honded. d. conſ.87. n.37. Clar.
q.24.verſ.item ſcias, & ibi Baiard.
n.130.Bertazol.conſ.251.n.10.vol.
2.Menoch.præſ.48.n.7.lib.5.Farin.
conſ.39.n.16. & quòd teſtes non o-
mni exceptione maiores poſsũt re-
cipi ad defenſionẽ, dicunt, Mazol.
conſ.77.n.10. Maſcard. concl.904.
59 Viu.com.opin.960.Gabriel.concl.
22. ſed in ſocio criminis hoc non
procedit.Baiar.adClar.q.24.n.133.
Maſcard.cõcl.1311.&1357.Bertaz.
verò conſ.528.lib.2. ſentit contra-
rium, & etiam Caual.de teſtib.p.5.
n.100.in fine, & alii citati a Guaz.
defenſ. reor. 29. c.3.n.9. verſ 4. li-
mita.ſed Baiar.vbi ſupra,hoc relin-
quendũ eſſe arbitrio iudicis dicit.
60 Et quando ſocius ſuper ſuis inter-
rogatoriis ſociũ repeti requiſierit,
quòd debet admitti.Caual.d.n.100.
verſ.quòd ſi reus,ex Hond.cõſ.101.
n.26.Bertaz.conſ.359.n.25.l.2.Viu.
com.opin.26.& Maſcar.concl.336.
61 Teſtes ad defenſionẽ quamuis non
reddant cauſam ſcientię ſufficientẽ
probant.Clar.q.53.verſ.ſed hoc in-
tellige,Honded.conſ.100.n.34.vol.
1. addẽt.ad Clar.q.21.lit.M.Fari.q.
69.n.59.&q.70.n.18.vel ſi non red-
dant bonam rationem. Maſcard.
concl.401.Caualc.part.5.de teſtib.
num.251.& ſi de credulitate depo-
nant.

nant. Marſil. Sing. 19. in fine Gomez. tit. de delict. c. 3. n. 27. in fine, Gram. conſ. 23. n. 37. Maſcard. d. concl. 491. n. 10. Mazol. conſ. 77. n. 10. Bertaz. conſ. 312. num 5. vol. 2. Honded. conſ. 102. n. 19. vol. 1. & conſ. 87. num. 34. volum. 2. Rimin. iun. conſ. 360. nu. 43. vol. 2. Magon. deciſ. Lucenſ. 59. n. 3. Farin. q. 63. n. 77. & conſ. 6. n. 13. Caualc. d. num. 151. vbi aduertit ne concurrant plura ſpecialia contra regulam, l. 1. C. de dot. promiſ. & ſi teſtis dicat Titium offendiſſe Caium (ſuo credere) ad defenſionem, iſte teſtis probat ipſam defenſionē, Guaz. d. c. 3. n 11. Farin. q. 125. vbi cum Seyſel. docet de communi, & ſi deponant de auditu, Farin. q. 69. n. 56. & q. 70. n. 18. Caualc. vbi ſupra, & probatur fama pro defenſione per teſtes deponentes ſimpliciter de auditu, Cepol. conſ. 58. verſ. Item aliter, & conſ. 1 0. num. 27. l. 1. Honded. d. conſ. 100. n. 35. Burſ. conſ. 69.

62 nu. 14. lib. 1. vnus teſtis probat aggreſſionem, & prouocationem. Paleſt. conſ. 202. n. 10. Et per vnum teſtem quis accuſatur à pæna. Farinac. conſ. 9. n. 41. Surd. conſ 173. nu. 64. & ſeqq. vol. 2. & ſecundùm aliquos etiam quòd accuſator probauerit plene delictum. Surd. ibid. n. 67. & ſaltem excuſaret à pœna ordinaria. Vulpel. conſ. 66. n. 8. Maſcard. d. concl. 491. n. 18. Guaz. d. c. 3. n. 12. & ante eos Boſſ. tit. de fauore defenſ. n. 2.

63 Aggreſſus ſi aggreſſor etiam ſine armis manu vacua vult ipſi alapam impingere, poteſt aggreſſorem occidere. Marſil. in pract. crimin. §. quoniam, n. 66. circa mediū. Gram. conſ. 29. n. 5. Maſcard. concl. 490. n. 7. quando dedecus eſſet aliter euadere. Mazol. conſ. 11. n. 82. maximè ſi aggreſſor fuerit iunior, & robuſtior.

64 Minatus poteſt minantem offendere, nec tenetur expectare, vt contra eum minas exequatur. Gramm. deciſ. 5. n. 7. Magon. deciſ Lucenſ. 56. n. 4. Sim. de pret. conſ 189. n. 8. Bertaz. conſ. 433. & 434. volum. 2. Clar. in §. homicidium, nu. 33. & ibi Baiard. n. 105. 118. Maſcard. concl. 1129 n 10. Paſch. de vir. patr. poteſt. p. 3. c. 6. n. 15. Thor. in compen. deciſ. in verb. homicida. Quod debet intelligi quando minans eſt ſolitus minas exequi. Farin. q. 125. n. 63. ſed etiam indiſtinctè, ſiue ſit ſolitus minas exequi, ſiue non, cùm difficile ſit ſcire, vtrum minans velit percutere, vel non. Idem Farin. q. 69. ex Alberic. loco ab eo citato: & etiam ſi minans non ſit in actu percutiendi, vel occidendi; dummodò minans ſit perſona potens, ad effugiendam pœnam ordinariā. Farin. ibid. n. 71. & ſeqq. vbi n. 73. ſubdit, quod vtcumque ſit, ſemper minæ inducunt prouocationem, & percutientem excuſant à pœna ordinaria; vnde homicida mitiori pœna eſt puniendus, ſi fuit ab occiſo prouocatus verbis iniurioſis. Clar. q. 60. n. 14. in fine.

65 Et inſultans non tenetur fugere, ſed poteſt aggreſſorem occidere pro ſua defenſione, etiam ſi fugiēdo illius manus euadere poſſit. Farin. poſt multos Doct. q. 125. à nu. 121. vbi ita concludit n. 128. & nu. ſeqq.

ſeqq. limitant in clerico, & in monacho, etiam ſi clericus eſſet nobilis, quia tenetur fugere, ad euitandam irregularitatem. Ricc. dec. 13. p. 2. niſi fugiendo ponat ſe in periculo vitæ, provt ſi habeat inimicos ad ſcapulas; de qua re latè Farinac. loco cit.

66 Et poteſt quis ſe defendere aduerſùs aggreſſorem, etiam diuerſo genere armorum. Gomez de delict. c. 3. n. 22. Gram. conſ. 29. n. 5. Simon de pret. conſ. 189. n. 2. vbi quod licet offendere aggreſſorem etiam quando pugno percutere vult, dummodo aliter pugnum non poteſt euadere. Bertaz. conſ. 312. n. 8. vol. 2. Mazol. conſ. 11. n. 85. & ſi quis fuiſſet offenſus ſaxis, percuſſiſſet inſultantem cum pugione, dicitur ſe defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ; quando aliter iniuriam repellere nō poteſt. Cabal. caſu 248. nu. 30. & ſeqq. ex Gram. conſ. 63. n. 3. & Clar. §. homicidium n. 34. & ſubdit idem Caball. quod licet quem ſe defendere cum enſe, pugione, vel alio ferreo inſtrumento etiam occidendo aduerſarium habentem baculum, ſaxum, vel etiam nihil habentem, & volentem tantùm offendere pugno, quando aliter illam iniuriam euadere non poteſt, poſt Bart. & Cravet. conſ. 119. n. 7.

67 Et prouocatus ſemper excuſatur à pœna ordinaria, ſi offenderit prouocantem. Clar. q. 60. n. 14. Cabal. caſu 144. n. 19. & de omni gen. homic. num. 103. 111. 127. 136. etſi prouocatio eſſet leuis, l. igitur, §. 1. ff. de liberali cauſa. Marſil. conſ. 2. n. 14. conſ. 21. nu. 5. conſ. 51. nu. 28 conſ. 128. n. 33. Cabal. d. tit. de omn. gen. homic. n. 110. & etiam prouocatus qui verberauit clericum prouocantem, non dicitur excommunicatus. Ricc. dec. 16. n. 5. & per totam p. 2. praxi Archiep. Neapolit. c. 24. n. 9. Farin. q. 125. n. 31 licèt qui primò prouocaſſet, non poterit vti

68 beneficio defenſionis, offendendo aduerſarium. Cùm ipſe cauſa mali fuerit; etiam ſi rixando poneretur in diſcrimine vitæ, l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Iul. de vi, Bald. conſ. 143. nu. 1. vol. 1. Cabal. proximè cit. n. 112. quia cùm a principio dederit operam rei illicitæ, & ex propoſito; ideo non ſolùm punitur de eo, in quo ex propoſito deliquit, ſed etiam de eo, in quo deliquit prꝑter intentionem. Etiam ſi deindè calore iracundiæ. Cabal. vbi ſup. n. 112. cùm in auctore rixæ exceſſus puniatur pœna ordinaria. Bologn. in l. vt vim, nu. 27. ff. de iuſt. & iur. Boſſ. tit. de homic. n. 74. in fine, & n. 92. Andreas Gayl. de pace publ. l. 1. c. 6. nu. 17. Iodoch. in pract. c. 36. n. 3. Iacob de Graff. dec. 65. n. 4. p. 1. vbi ponit exemplum in eo, qui fuit primus in in inferendo iniuriam, & in dando mentitam. Baiard. in §. homicidiū, n. 78. qui loquitur in eo, qui verbis iniurioſis prouocauit. Farin. q. 125. n. 118. Cabal. vbi ſup. n. 118. vbi cū Bologn. nu. 27. infert, quod ſi quis fuerit vulneratus à prouocato, & prouocatus poſt illatum vulnus aufugiat, & ſic fugiens fuerit à prouocante vulnerato occiſus, non gaudet ipſe prouocans, & occidens

be-

Digitized by Google

beneficio impunitæ defenſionis. Nec etiam priuilegio, quod iuſto dolore motus, moderamen inculpatæ tutelæ exceſſerit, cùm aduertere potuiſſet ea, quæ poſſunt ex prouocatione euenire. Vide in fragm. 73. Aggreſſor autem, ſeu prouocator, an quis fuerit, vel potius aggreſſus, & prouocatus ex duobus rixantibus coniecturis, & præſumptionibus probatur; de quibus coniecturis, & præſumptionibus, latè Farin. q. 125. à num. 436.

70 vſque ad n. 483. & à n. 503. vſq; ad n. 526. & nos infra par. 7. c. 2. à nu. 121. & ſeqq. Quando ex duobus rixantibus vnus reperitur mortuus, & neſcitur quis fuerit aggreſſor. Farin. q. 125. n. 502. poſt varias Doctorum opiniones, tenet, quòd ſuperſtes torquetur, ſi contra ipſum adſunt indicia, quòd fuerit aggreſſor; & ſi in tortura perſtiterit, abſoluetur; ſi verò faſſus fuerit, condemnabitur in pœnam ordinariã: poterit etiam ex indicijs, & coniecturis condemnari in pœnam extraordinariam, vt tenet idem Farin. ibid. contra Clarum.

71 Probari etiam poteſt ex parte Rei pro ſua defenſione, quòd homicidium factum fuit cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſe defendendo, quo in caſu nulla pœna punitur, l. 1. C vnde vi, l. 3. §. cùm igitur, ff. de vi, & vi arm. Blanch. in pract. crim. §. tertia pars defenſionis, n. 146. Clar. § homicidium, n. 24 Cepol. conſ. 42. Farin. q. 125. à n. 330 Cabal. de omn. gen. homicid. n. 92. omnes Doctores communiter, aſ-

72 ferentes tale homicidium eſſe impunibile. Quod moderamen circa tria conſiſtit, ſcilicet circa modũ, circa tempus, & circa cauſam. Boer. deciſ. 158. num. 12. Cabal. vbi ſupra n. 94. Circa modum; quòd quis ſe defendat eodem genere armorum; nam iniuriatus verbis, nõ poteſt impune gladio occidere, ſed ſi occidit, pœna extraordinaria punitur. Boer. deciſ. 199. Gram. deciſ. 98. vbi, qui occidit mulierem, quæ baculo illum percuſſit, fuit cõdemnatus ad remigandum, & in conſ. 63. n. 31. limitant tamen ſi vilis perſona nobilem *iniuriaret*; quia tunc ille nobilis poteſt prouocantem baculo, vel alapa percutere impune, & dicitur facta defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ. Foller. in verbo *recipiantur* informationes, n. 11. Farin. d. quæſt. 125. num. 100. Guaz. defenſ. reor. 26. cap. 5. num. 2. vbi addit quod inæqualitas armorum, vel inſtrumẽtorum non tollit, vt inſultatus impune ab omni pœna ſit exemptus, ex Bertaz. conſ. 312. num. 2. vbi loquitur de illo, qui alium interfecit, qui eum ligno, vel pertica illum inſultauit, & citat etiam Iaſ. conſ. 133. lib. 1. Gomez. tit de delict. cap. 3. num. 22. Simon. de præt. 165. 189. num. 2. Mazol. conſ. 11. num. 85. Cabal. caſu 218. n. 31. Nec dicitur quis excedere circa modum ſi excedit qualitatem facti; ſcilicet, ſi inſultatus, talem non faciat defenſionem, qualis fuerat offenſio. Vt contra alios tenet Farin. dicta qu. 125. num. 351. 352. vbi alios citat, inſultatus non poteſt habere ſtateram in manibus, quando ſe defen-

den-

dendo inſultantem percutit, & tempus non patitur deliberandi conſilium. Cabal. de omni gener. homicid. n. 100. Circa tempus, requiritur vt immediatè, & non ex interuallo defenſio fiat. l. 1. C. vnde vi. l. 3. §. fin. ff. de vi, & vi armata, & continuò dicitur facta defenſio, ſi fiat antequam quis deueniat ad alios actus extraneos, videlicet ſi percutiat in ipſo actu, & in flagrāti crimine. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. Bart. & Bald. in l. 1. C. vnde vi. Farin. dicta q. 125. nu. 339. 342. Cabal. de omni gener. homic. n. 96. circa cauſam, vt faciat ad puram defenſionem, non ad vindictam. l. ſcientiam. §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. Clar. in §. homicidium n. 34. Cabal. vbi ſupra nu. 91. prout quando quis eſt conſtitutus in diſcrimine vitæ, honoris, aut alicuius iniuriæ perſonalis. Et aliter dictam iniuriam euadere non poteſt, niſi offendat, vel occidat. Bertaz. conſ. 11. n. 68. conſ. 71. n. 7. & ſequent. conſ. 77. n. 2. & n. 3. Gramm. conſ. 56. n. 16. Baiard. in §. homicidium n. 106. Guaz. dicto c. 5. n. 2.

73 Si vero quis in ſe defendendo excedit moderamen inculpatæ tutelæ, delictum non erit totaliter impunibile. Sed punitur pœna extraordinaria arbitrio Iudicis ſecundum qualitatem exceſſus Marſil. in l. 1. n. 41. ff. ad l. Corn. de ſica. Cabal. vbi ſupra n. 98. Guaz. d. c. 5. n. 3. & 5. & alij ab ipſis citati. Ricc. dec. 163. par. 2. Verum quod ſi exceſſus eſſet in leuiſſima culpa, prout quando moderamen inculpatæ tutelæ non eſſet ſeruatum circa tantum vnum ex illis tribus requiſitis, nulla pęna punitur, ita Farin. d. q. 125. nu. 404. 405. 406. Guaz. d. n. 3. & Iudicis arbitrio remittitur quando moderata dicatur defenſio. Io: Andr. in c. ſignificaſti col. 3. de homicid. Butr. ibidem n. 19. Abb. in c. olim 1. poſt n. 15. de reſtit. ſpoliat. Rim. iun. in l. vt vim, n. 180. de iuſt. & iur. Chart. deciſ. 45. nu. 10. & dicit Boer. deciſ. 237. in 2. par. quem citat, & ſequitur Foller. in pract. crim. in verbo recipiuntur defenſiones reorum n. 16. quod moderamen inculpatę tutelæ non conſideratur in rixa, ſi indeliberatè, & accenſus furore iracundiæ inſultatus exceſſit modum in ſe defendendo, non enim conſideratur exceſſus in eo caſu. Quia primi motus non ſunt in noſtra poteſtate.

74 Si inſultatus, percuſſus, vel vulneratus ab alio inſequatur vulnerantem fugientem, & eum occidat, non tenetur vt homicida, quia potius dicitur in culpa, quam in dolo, quia calore iracundiæ feciſſe dicitur, ita poſt alios Marſil. in l. 1. n. 41. ad l. Corn. de ſicar. quod intelligi debet iuxta ſuperius dicta num 68. Iodoch. in practic. crimin. cap. 76. num. 20. & ita dicunt etiam multi alij citati à Cabal. caſu 31. num. 5. & de omni genere homicidij num. 231. niſi hoc faceret poſt ſedatam rixam. Clarus in §. homicidium num. 34. & quamuis contrariam opinionem, quod inſultato, percuſſo, vulnerato, aut alapa cæſo non licet poſt impactā alapam, fuſtē, vel vulnus inuaſorē fugientē inſequi, teneat poſt alios,

Farin. q.125.n.385. & cum alijs citatis. Barboſ. in collect. ad c. ſi perfodiens n.4. & in c. ſuſpiciens n. 3. de homicid. & alij pro, & contra, tamen quando aggreſſor poſt inflictum vulnus, vel alapam, aut fuſtem aufugit, & percuſſus, aut vulneratus ſtatim ſine mora iudicis arbitrio eum inſequitur, & interficit, quod non teneatur vt homicida, cum ſit idem congreſſus, tenent Doctores citati à Diana par.1. tractat.1. miſcel. reſ.15. & par.5. tr.4. reſol.11. ſecus ſi interponatur tempus, in quo poterat deliberare, quia tunc procedit prima opinio, quod cenſetur ad vindictam facere.

75 Si quis occidat furem pro recuperatione, aut defenſione rerum ſuarum, etiam quod nullum adſit vitæ periculum, nulla pęna tenetur. Farinac. qu.125. nu.171. licet alij ab eo citati num. 172 173. requirant etiam vitæ periculum; Nam illa verba te, tuaque liberando, poſita in cap. interpoſita de homicid. debent intelligi alternatiuè, ideſt, te, vel tua, vt dicunt Doctores citati à Barboſ. in dicto cap. interfeciſti, num. 4. Et ſi fur eſt nocturnus, & dominus rei furatæ ſine periculo perſonæ, vel rerum parci non poteſt, licet eum impune occidere, l. furem. ff. ad l. Corn. de ſicar. Farinac. qu.125. n.199. & 201. niſi res ſit modici valoris, quia tunc non po-

76 teſt furem occidere niſi telo ſe defēdat, l. ex plagis, §. tabernarius, ff. ad leg. Aquil. Farinac. num.202. & dies dicitur in hoc caſu ab ortu ſolis, vſque ad occaſum, ita Doctores citati à Barboſ. in c. ſi perfodiens, n. 3. de homicid.

77 Ad propulſandam iniuriam verbalem non licet in foro conſcientiæ occidere afficientem contumelia. Filliuc. tr.29. c.3. q.7. n.49. Leſſ. de iuſt. lib.2. c.9. n.7. Diana cum alijs citatis par.5. tr.4. reſ. 12. licet non deſunt alij, qui tenent partem affirmatiuam, quos citat idem Diana, verum in foro exteriori tamquam prouocatus non poteſt puniri pœna ordinaria. Clar. qu. 60. num.14. in fine.

78 Et ſi quis ab alio prohibeatur in loco ſolito ſedere, ſi defendendo ſe, ne ab illo loco deijciatur, aduerſarium prohibentem occiderit, non punitur pœna ordinaria, ſi ad arma ſit prouocatus. Ita poſt alios Ricc. deciſ.68. n.15. par.1. licitum eſt etiam viro honorato occidere inuaſorem, qui fuſtem, vel alapam nititur impingere vt ignominiam inferat, ſi aliter hæc ignominia vitari nequit. Sot. lib.5. q.1. artic.8. Nauar. c.15. n.3. Sylu. verbo homicidium q.5. Ludouic. Lopez, c.62. Gomez. to.3. c.3. n.23. Leſſ. de iuſt. lib.2. c.9. n.77. Diana, qui multos citat, par.5. tr.4. reſ.4.

79 Licitum eſt etiam pro defenſione pudicitiæ occidere eum, qui tentat eam violare. Leſſ. vbi *ſupra n.76.* Tanner. tom.2. diſp.4. q.8. dub.4. n. 68. Sylu. in 2.2. D. Thomæ qu.64. ar.7. q.9. concl.1. Rodriq. in ſumma tomo 1. c.220. n.14. Diana par.5. tr.4. reſ.36.

80 Si is, qui inuaditur, non poſſit ſe tueri, niſi cum periculo innocentiæ, quo inuaſor ſe protegit, licèt ſe cum illo periculo defendere. Cord.

q.33.

Digitized by Google

q.33.lib.1. Petr.Nauar. lib.2.c.3.n. 147. Leſſ.lib.2.de iuſt. c.9. n.57. & ſeqq. Diana par.5.reſ.34. vbi quod hoc caſu inuaſus poteſt pro liberatione ſuæ vitæ occidere innocentem quando aliter non poteſt ſe ab aggreſſore liberare. Vbi alios citat Nald.in ſumma in verb. defenſore, n. 2. vide etiam Clar. in §. homicidium, n.31. ſi ego fui aggreſſus à

81 Titio, & Caius ſe interpoſuit, vt rixam diuideret; quem ego interpoſui, ne me interficeret; ſi Titius occidit Caium, ego non teneor. Boer.dec.83.n.4. Baiard.in d.§.homicidium, nu.88. niſi doloſè vſus fuiſſem interponendo Caium vt

82 clypeum. Si in aliqua domo reclusus videt inimicum ad eum occidendum expectare, poteſt præuenire, & occidere illum, ſi aliter ſaluari non poteſt. Azor.to.3.lib.2. c.1.q.12 Reginald. tomo 2.c.5.nu. 57. Leſſius de iuſt.lib.2 c.9.n.45.vbi dicit, ſi nondum accedit, tamen inſtructus eſt ad inuadendum, nec poſſim euadere, niſi præueniam: tunc poſſum præuenire. Diana p.5.tr.4.reſ.8.

83 Licitum eſt etiam occidere inuaſorem, etiam ſi ille, qui inuaditur, fuerit in culpa priùs, vt alter aggrederetur ipſum. Villalob. in ſumma tom.2. tract.12.diffic.10.n. 7. Vega in ſumma tomo 1. cap. 127. caſu 11. Nauarra de reſtitu. lib.2.cap.3.num. 61. Molina to. 3. tract.3.diſp.15. Diana d.p.5.tract. 4. reſ. . .

84 Et clericus excedens moderamen inculpatæ tutelæ, in ſe defendendo, excommunicationem, & irregularitatem non incurrit. Niſi excedat doloſè, & ex propoſito. Gloſ.in cap. ſignificaſti, il 2. in verbo, moderamine, extra, de homicid. Chartar.deciſ.45. numero 11. vbi alios citat. Et quando tempus non patitur deliberandi conſilium, tunc exceſſus non poteſt dici ex propoſito. Andr.de Butr.in d.c. ſignificaſti. poſt n.26. verſ. Quandoque in ipſo actu, & verſ.ſeqq. Farin.q.125.n.418.

85 Poteſt etiam conuictus allegare homicidium feciſſe ad ſui defenſionem, etiam ſi priùs negauerat delictum commiſiſſe. Cabal. caſu 49. poteſt etiam probare vel non fuiſſe factum id, de quo eſt imputatus, vel excipere contra teſtes, aut alias exceptiones elidentes, aut eneruantes, vel debilitantes indicia contra ipſum in proceſſu adducta, adducere.

86 Et potiſſima, atque omnium tutiſſima defenſionis ratio eſt, probando delictum ipſum, de quo eſt imputatus, non fuiſſe commiſſum. Idque probare poteſt in primis, per rei euidentiam; puta, ſi homo, qui dicitur occiſus, exhibeatur viuus; Vel domus, quæ dicitur combuſta reperiatur illæſa; vel perſona quæ dicitur vulnerata, reperiatur ſine vulnere. Scacc. de iud.cap. 97.num.155. & huiuſmodi; & dicit Bald.in l. ſi quis teſtibus, in fine. C.de teſtib. quem refert Clar.q.52. nu.2. contigiſſe de facto, quòd fuit exhumatum corpus illius, qui dicebatur vulneratus, & cùm repertum fuiſſet, quòd non fuerat vulneratū, fuit reus abſolutus; licèt contra eū

plenè probatum fuiſſet, homicidium ſequutum ex vulnere, & fuiſſet condemnatus. Cartar. cum aliis citatis de execut. ſent. Capt. Bannit. c. fin. nu. 41. Scac. d. n. 185.

87 Vnde hæc Innocentiæ probatio, eſt tantæ efficaciæ, quòd non ſolùm liberat innocentem a tortura ante condemnationem, ſed liberat à morte etiam poſt condemnationem, vt dicit Innoc. c. ſignificantibus in fine de purgat. vulg. quem ſequuntur omnes Doctores, vt dicit Marſil. in pract. crim. in §. opportunè, n. 7. in §. vltima quæſtio, n. 13. & ſing. 72. & conſ. 81. n. 61 & conſ. 90. nu. 26. Cepol. cautel. 55. num. 5. Gram. conſ. crim. 2. nu. 23. & conſ. 16. num. 23. Clar. q. 98. n 8 Bertaz. conſ. 101. num. 1. lib. 1. & conſ. 251. num. 97. lib. 2. & Claud. ad Patrem conſ. 200. Decian. qui alios citat conſil. 96. num. 34. col. 3. Maſcard. de prob. concl. 253. n. 26.

88 Cartar. de exeq ſent. Capt. Bann. d. c. fin. num. 39.

Item ſi delictum, quod commiſſum fuiſſe dicitur ſit per rerum naturam impoſſibile, vt in exemplo poſito à Claro quæſt 52. nu. 2. a Cartar. ſupra, num. 42.

89 Item, (vt ſupra etiam dictum eſt) poteſt probari per teſtes probando negatiuam directè coarctatam loco, & tempore. Qui teſtes probantes negatiuam habent remouere actum a ſenſu & debent dicere, quòd illa die, & hora, qua dicitur fuiſſe factum delictum, non fuit factum. Quia ibi fuerunt præſentes, & non potuiſſet fieri, quin vidiſſent & audiuiſſent; non autē ſufficit remouere ſēſū ab actu, dicēdo, quòd non viderunt, nec audierunt illud fieri, quia remouendo ſenſum ab actu, nō concluderent, cū ipſis non videntibus fieri potuiſſet: Et etiam non interrogati debent teſtes deponere modo quo ſupra dictum eſt; Quia ratio teſtis negatiua Deponentis eſt, negare actum à ſenſu, ſcilicet quòd non potuiſſet fieri, quin vidiſſet, vel audiuiſſet, Dec. in c. 3. loco de prob. col. 1. & conſ. 101. col. pen. Boſſ. tit. defenſ. reor. n. 25. Aut probando negatiuam in-
90 directè, nempè, quòd *tali die non* fuit in eo loco, vbi per *ipſum fuiſſe* commiſſum *delictum* eo die teſtes accuſatoris depoſuerant; Sed quòd fuit alibi, Et tunc, vt teſtes concludant, *debent dicere, quòd continuè per totum illud tempus*, de quo depoſuerunt teſtes accuſatores, ipſe fuit in alio loco; Ita Ioan. Andr. & reliqui in c. ex tenore de teſtib. Bald. in l. Optimā ſuper verbo Die, C. de contrah. & com. ſtip. alias non concluderent, quin potuiſſet ire, & redire, niſi tantum diſtaret, vt fieri nullo modo poſſet, quòd ibi eſſet, & delictum etiam commiſiſſet, vbi teſtes accuſatoris deponunt factū fuiſſe; nam tunc ſatis eſſet, ſi dicerent, quòd tali die in eo loco reperiebantur. Vt declarat Alber. in d. l. Optimam, impoſſibile enim eſt, quòd quis eadem die ſit Romæ & Neapoli.

Quando teſtes ad defenſam deponunt de hora, debent comprehendere tempus commiſſi delicti; Nam ſi teſtes accuſatoris deponunt delictum commiſſum fuiſſe hora tertia,

tia, Teſtes ad defenſionem deponentes debent dicere, quòd ab hora prima, vel circa, vſque ad horam ſextã, vel circa, ille erat alibi; Ita poſt Iaſon. & Dec. Boſſ. vbi ſup. num. 28. Nec opus eſt in hac probatione negatiua indirectè, vt teſtes ſubdant, quòd imputatus de delicto ibi ſtetit continuè, ita vt numquam receſſit, nec recedere potuiſſet, quin ipſi vidiſſent; Vel quòd ibi ſtetit continuè, ita vt homicidium non commiſit, nec committere potuiſſet, quin, &c. Quia ſequitur neceſſariò, quòd alibi non potuerit eſſe. Vt contra Felin. in d. c. ex tenore tenet cum aliis Boſſ. vbi ſupra, num. 29. An autem magis credatur teſtibus affirmantibus, quòd negantibus, diximus, ſup. in part. 1. c. 6. vbi latè.

92 Item poteſt negatiua etiam probari per exculpationem offenſi, vulnerati, aut defuncti exculpantis imputatum de vulnere, vel de homicidio, vel de aliqua alia offenſa ſibi facta, quæ exculpatio tollit omnia indicia ad torturam, quæ ſunt contra ipſum inculpatum. Ita vt ex eis non poſſit torqueri. Bald. in l. 1. num. 33. C. commun. de lega. Plat. inter conſil. crim. diuerſ. conſ. 110. num 1. lib. 1. Clar. quæſt. 52. n. 4. Marſil. ſing. 22. verſ. teneas tamen menti. Felin. in c. 1. circa finem de præſumpt. Alex. conſ. 14. col. 5. vol. 1. Iaſ. in l. 1. col. 2. ff. de eo per quem factum erit. Brun. de Indic. Car. 5. verſ. circa quintam quæſtionem. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 90. vbi multos citat. Maſcard. de probat. concluſ. 1135. num. 1. 5. 6. 7. 8. 9. 10. quæſt. 10. Ricc. deciſ. 149. num. 9. part. 4. Guaz. defenſ. reor. 30. cap. 4. num. 13. Farin. qui multos cumulat quæſt. 46. num. 104. & nu. 106. ampliat in exculpatione tacita, ſcilicet, non quando neminem nominat exculpando; Sed quando nominat aliquem diuerſum incul-

93 pando, latè Claud. Bertaz. ad Patrem conſ. 246. litt. A. vbi alios citat; Quod procedit etiam ſi exculpatio facta eſſet extraiudicialiter. Rom. conſ. 177. nu. 6. col. 5. Foller. in verbo, & ſi confitebuntur col. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 123. verſ. item Add. Roman. ponit exemplum in marito, qui accuſauit aliquem de Adulterio cum vxore ſua; Qui ſi poſtea exculpat eum extraiudicialiter, ſufficit accuſato pro obtinenda abſolutione; Vt ſequitur Guaz. defenſ. reor. 23. c. 33. in fine, & c. 34 num. 6. vbi quòd exculpatio accuſatoris tollit indicium confeſſionis extraiudicialis, bene verùm, quòd licèt excuſatio offenſi liberat inculpatum, ne is accuſatus quæſtionibus, & tor-

94 mentis ſubiiciatur; Non tamen ita excuſet illũ, quia non liceat Iudici aliis coniecturis, & probationibus veritatem perquirere, & eum damnare, ſi plenè conſtiterit deliquiſſe. Petra ſan. ſing. 55. quem citat & ſequitur Menoch. de præſumptione, lib. 1. quæſt. 90. numero 3.

95 Ampliatur tamen, quòd exculpatio prodeſt inculpato, etiã quòd exculpans prius eumdẽ exculpatum inculpaſſet. Claud. Bertaz. ad Patrem

trem d. conſ. 346. litt. A. verſic. quòd procedit etiam, vbi citat Marſil. Gram. & Burſat. Vbi DD. loquuntur de exculpatione facta in articulo mortis, vt aduertit Maſcard. de prob. concl. 1135. num. 12. quem ſequitur Farin. q. 46. nu. 100. & exemplum, quòd ponit Gram. conſ. 3. num. 14. eſt de illo. Qui inculpauerat aliquem tamquã complicem delicti, & poſtmodum ductus ad ſupplicium aſſeruit, ſe falsò illũ inculpaſſe per ſuggeſtionem alterius. Limitatur tamen hæc ampliatio, vt procedat tantùm in exculpatione facta ab offenſo exiſtente in articulo mortis; Secus autem extra articulum mortis. Quòd ſi quis vulneratus, iniuriam, furtum, aut aliam offenſionem, ſeu damnum paſſus, querolam poſuit contra aliquem, & deinde poſt aliquos dies reuocando ſuam inculpationem dicat, illum per ipſum inculpatum non eſſe culpabilem, quia magis informatus de veritate, ſic affirmare cogitur. Tunc non eſt ſtandum tali exculpationi in præiudicium præcedentis inculpationis, & aliorum indiciorum. Niſi exculpans, aut inculpatus apertè probauerit errorem primæ inculpationis aliundè, quam ex dicto exculpantis. Cùm præſumatur talis exculpatio procurata, & in fraudem fiſci facta; non enim eſt in poteſtate hominis facere de delicto, non delictum; Vnde talis exculpatio debet tantùm admitti docto de errore inculpationis.

96 Item limitatur etiam regula, quòd exculpatio prodeſt inculpato; vt non procedat, quando de delicto conſtat plenè contra inculpatum. Nam exculpatione non obſtante, etiam facta in articulo mortis; poteſt pœna ordinaria puniri, & ita intelligi debet. Gloſ. vlt. in l. 2. ff. ad S.C. Sylla. aſſerens, quòd Confeſſio occiſi non operatur, vt accuſatus de homicidio dici poſſit innocens, vt eius dictũ verum ſit, quando plenè probatum eſt delictum; Ita declarant Gloſam præfatam Bart. Bald. Angel. Roman. & alij in d. l. 2. & ita etiam dixerat Gandin. & alii citati à Maſcard. de probat. concl. 1135. n. 5. & à Farin d. q. 110. & 111. vbi multos Doctores citat. Quòd debet intelligi, quando præter offenſi excuſationem non eſſent coniecturæ pro accuſato, ita vrgentes, quòd oſtenderent non deliquiſſe. Alex. conſ. 2. num. 15. lib. 2. Menoch. de præſ. d. lib. 1. præſum. 90. circa finem.

97 Item limitatur, vt maximè: quando contra reum extant indicia plus quàm ſemiplena, & valde vrgentia. Clar. q. 52. n. 6. Blanc. in practic. cr. m. num. 101. Alciat. de præſ. reg. 4. ad finem, Maſcard. de probat. concl. 1135. num. 10. verſ. Quòd etiam, Couar. var. reſol. lib. 2. c. 13. vbi quòd non obſtante d. exculpatione, inculpatus torquetur, quando indicia ſunt valde vrgentia; Ita conciliando Doctores pro, & contra diſtinguit, Farin. d. q. 46. à num. 16. quòd ſi indicia ſunt plus quàm vrgentia, & plus quam ſufficientia, nempè ſi contra inculpatum ſit vnus teſtis de viſu omni exceptio-

ptione maior, qui ſolus faceret indicium ad torturam, & cum hoc teſte concurrant alia indicia, putà, ſuga, Minæ, Inimicitia, fama, & huiuſmodi, quo caſu reus dicitur grauatus non ſolùm indicijs ad torturam ſufficientibus, ſed plus quàm ſufficientibus; in hoc caſu ſola exculpatio offenſi non ſufficit ad euitandam reo torturam; Si verò indicia contra reum exiſtentia non ſunt plus quàm ſufficientia, & vrgentiſſima, ſed tantùm vrgentia, & ſufficientia ad torturam, tunc etiam quod multa ſint, exculpatio offenſi illa tollit, & ita procedit opinio, quod exculpatio offenſi
99 tollit indicia, ad torturam. Benè veram, quòd ſi cum exculpatione concurrerent alia indicia innocentiæ, & veriſimiles coniecturæ oſtendentes accuſatum non deliquiſſe. Tunc exculpatio tolleret indicia etiam vrgentiſſima, vt in caſu Bertaz. d. conſ.246. lib.1. & ibi Claud. & ita procedit opinio Bart.
100 in l. inter omnes §. rectè, num.2. verſ. iuxta hoc quæro ff. de furto, ait quod confeſſio Domini dicentis rem fuiſſe furto, ſibi ſubtractam de voluntate ſua, non excuſat furem, nec impedit iudicem, quominùs contra ipſum procedat; Niſi vltra confeſſionem Domini alia indicia de ſuo conſenſu concurrant; Vt eſt conſanguinitas, vel amicitia, vel modicitas rei furatæ, vel liberalitas Domini ſoliti ſimilia largiri; Et hanc Bartoli Doctrinam ſecuti ſunt. Salic. Alex. Petraſanct. Marſil. & Char. citato a Menoch. de arbitr. caſu 198. nu.4. Pacian. de probat. lib.1. c.38. nu.21. & licet ipſe loquatur de excluſione tantùm indiciorum, ad torturam; Tamen quando concurrunt indicia, & præſumptiones in fauorem inculpati cum ipſa exculpatione eneruantur, etiam indicia vrgentiſſima.

101 Cuius generis eſſe debeant huiuſmodi coniecturæ, & veriſimilitudines concurrentes cum exculpatione offenſi, ad exculpandum inculpatum relinquendum eſt arbitrio iudicis. Pacian. vbi ſupra, n.25. & Farin d. q.46. num.119. Nam plerumque offenſi propter ſuaſiones amicorum faciunt huiuſmodi exculpationes veritati contrarias; Idcircò debet Iudex conſiderare, an tales exculpationes ſint veriſimiles nec ne; Bona coniectura tamen eſt pro inquiſito pro ſua defenſione, quando potuit fugere, & non aufugit. Bart. in l. ſi quis fugitiuus §.1. de delict. Alciat. reſp. 453. num.5. Menoch. d. præſ. lib.5. præſum. 48. num. 10. Coniectura etiam pro inquiſiti innocentia eſt; Quando ſponte ſua, Iudici ſe præſentat. Cepol. conſ. crim.31. num.8. Blanc. in pract. crim. in 1. part. defenſ. n.131. Marſil. in pract. §. diligenter, num.204. Menoch. vbi ſupra, num.12. qui alios citat; Coniectura etiam maxima eſt; Quando inquiſitus ſua ſponte carcerem ingreditur. Gram. conſ.29. nu.32. & conſ.61. num.4. Menoch. vbi ſupra, num 4. poterit etiam Iudex regulari ex cōſiderationibus. Bart. in d. l. inter omnes, & ex aliis conſiderationibus. Bertaz. d. conſ.226.

poteſt

Digitized by Google

nem, & ſubornationem prodeſſet exculpat, ſaltem ad euitandam pœnam ordinariam.

104 Poteſt etiam reus ſe defendere, allegando, quod non conſtat de corpore delicti, vt dicit Clar. dicta qu. 52. num. 7. & circa hoc videnda ſunt, quæ diximus ſupra part. 1. cap. 13.

105 Item poteſt ſe defendere, apponendo exceptionem præſcriptionis temporis annorum 20. a die commiſſi criminis, quo temporis ſpatio præſcribitur omnis actio criminalis. l. quædam, C. de falſis, Abbas in c. Cùm haberet n. 4. de eo qui duxit in matrimonium, &c. ſed de hac re infra par. 7. c. 4. n. 152.

106 Item poteſt ſe defendere ex ceptione rei iudicatæ; nempe, quia fuit de eodem delicto diffinitiuè abſolutus, vel ſi cum clauſula, rebus ſic ſtantibus, vel cum alia ſimili clauſula fuit abſolutus, poteſt excipere, quod non obſtant noua indicia, ſpecie, & ſubſtantia diuerſa, de qua re diximus latè in par. 7. ca. 7. per totum.

107 Item poteſt ſe defendere dicendo de nullitate proceſſus. Quia non fuerunt datæ copiæ integræ ipſius proceſſus, vt poſſit ſe defendere, de qua rediximus part. 4. c. 11.

108 In dubio iudicandum eſt pro reo, & quando indicium non eſt ſufficiens ad torturam, iuxta l. ſi de interpretatione, ff. de pœnis, Angel. in l. 2. in fine, ff. de quæſt. Boſſ. tit. de indic. & conſid. ante tortur. n. 72. Carer. tit. de indic. & tortur. §. quæ autem, & qualia debeant eſſe indicia, n. 2. Oſaſc. deciſ. Pedam. 79. n. 58. Franc. perſon. de indic. & tortur. poſt n. 15. & nu. 79. Marc. Ant. Eug. conſ. 27. n. 68. Farinac. q. 38. n. 195.

109 Si reus conuictus plenè probet 110 intentionem ſuam, an hæc imperfecta probatio aliquid operetur, reſp. Boſſ. tit. de defenſion. reor. & dicit, quòd non operatur quando probatio imperfecta rei eſt directè contraria probationi plenæ contra ipſum. Secus ſi probatio rei tendit ad probandum quid diuerſum, puta ſi probato plenè homicidio cótra reum, probet ipſe reus per vnicum teſtem id feciſſe ad ſui defenſioné, vel mortuum eſſe illum ex malo regimine, ex Bart. & Doctores communiter in leg. admonendi, ff. de iur. iur. col. pen. verſic. quid ſi actor. Anch. conſ. 285. col. fin. & idem Boſſius vbi ſupra n. 12. dicit, quod ad reum conuictum defendendum ſufficit, quod res reddatur dubia, vt non poſſet condemnari. Et idem dicit in titul. de conuict. column. fin. ita pariter dicendum eſt, quando Reus eſt tantum inditiatus per vnum teſtem omni exceptione maiorem, & Reus haberet pro ſe vnum teſtem inhabilem; tunc indicium remaneret ita debilitatum, quod nullo modo poſſet torqueri; imò ſufficit in hoc caſu in teſte contra Reum quælibet macula etiam minima, vt non ſufficiat ad torturam. Vt diximus in part. 3. cap. 2. Et ſi delictum factum eſſet ad perſonæ, vel Rei defenſionem, ſufficit, quod teſtis pro reo dicat, quòd

id quod fecit, fecit ad ſui defenſionem; Abſque eo, quòd reddat rationem, ſi non eſt interrogatus. Bart. conſ.108. Bald. in l. ſolam C. de teſtibus & in l. Multis C. de liberal. cauſ. & conſ.287. poſt princ. vol.3. Corn. conſ.162. col.2. & conſ.204. col.3. vol.1.

110 Indicia ſufficientia per ſe ad torturam quomodo elidantur, vt non ſufficiant ad torturam, eſt videndus Bart. in l. fin. ff. de quæſt. Brun. in tract. de indic. Guid. Suzzar. Blanch. Franc. Caſon. & Farin. loquentes ex profeſſo de indicijs, & tortura, & etiam de modo, quomodo vnumquodque indicium eliditur, & nos ſupra etiam in par.5. cap.3. vbi loquendo de indicijs expreſsè, vel tacitè loquuti ſumus de modo, quo vnũquodq; indicium eliditur: Ex. gr. mala fama in ſpecie eliditur per bonã famam in ſpecie. Alex. conſ.62. col.2. in fine, & conſ.77. in princip. lib.3. pariter indicium Mendacij, circa ſubſtantialia delicti, tollitur, quando vnus teſtis deponit pro mendace. Boſſ. de indic. & conſ. ante torturam, num.36. Indicium innocentiæ euacuat indicium ad torturam. Bart. in lib.1. §. 1. nu.2. ff. de quæſt. Angel. de malefic. in verbo, quòd fama publica num.34. & eliditur indicium ad torturam

111 per præſumptionẽ contrariam, vel aliud indicium. Boſſ. vbi ſupra num.90. Pariſ. conſ.152. num.34. li.4. Gram. conſ.3. n.13. Boer. q.165 Menoch. de præſ. lib.1. quæſt. 30. n.4. & alij ci. ſup. n.29. Brun. à ſole conſ. crim. num.64. qui ex Marſil. in rep. rubr. de fid. eius, num.47

112 vbi ſubdit, quòd quando poteſt capi duplex intellectus, & capiendo vnum, quis dicitur delinquere, & capiendo alium, non dicitur delinquere, tunc ſemper in dubio ſumitur intellectus, per quem quis non dicatur delinquere, & in dubio pronunciandum eſt contra fiſcum, in fauorem inquiſiti, l. Adrianus, ff. de action. & obligat. l. non puto de iure fiſci. Boſſ. tit. de fauoribus defenſ. num.1. Rimin. iun. conſ.296. nu.21. vol.3. & ſufficit, vt reus offuſcet intentionem

113 fiſci, cum ſit indecens in re dubia ferre ſententiam certam, ne offendatur veritas. Bart. in l. non ſolùm §. ſed vt probari ff. de oper. noui nunc. Boſſ. de conuict. nu.60. vbi refert duo exempla Bart. Surd. conſ.173. num.59. vol.2. & hæc opinio Bartoli eſt communis, & totus eam mundus ſequitur. Farin. conſ.78. num.28. in fine, vbi quòd

114 probatio præſumptiua Rei tollit veram probationem fiſci, & Maſcard. concl.36. num.29. poſt alios firmat. Quòd ſi probationes fiſci in aliquo excederent probationes Rei, debet abſolui reus, & ſit pronunciandum contra fiſcum, cum probationes fiſci debent de neceſſitate concludere. Decian. reſp.93. num.56. vol.2. & nullus debet condemnare aliquem quando dubitat. Nauar. in Manual. c. 27. nu.199. in fine. Andr. Facchin. conſ.69. numero 26. volum.2. & Honded. conſ.101. inquit, quòd ſi indicia inquiſiti ſunt debiliora adhuc operantur ad diminuendum

vrgen-

vrgentiora fiſci, quæ ad torturam ſufficiebant. Itavt ex eis non ſit inferenda tortura. Andr. Facchin. conſ. 99. numero 28. vol. 2. & Farin. cum nonnullis ab eo citatis, quæſt. 37. numero 112. aſſerit,
115 quòd vbi ſunt hinc inde indicia, pro reo, & contra reum ad hoc, vt poſſit deueniri ad torturam ex indicijs contra reum exiſtentibus; illa debent eſſe multum vrgentia, vt ſuperent indicia facientia ad excuſationem ipſius rei. Imò, etiam quòd indicia pro reo eſſent aliquantulum debiliora, & leuiora indicijs contra reum exiſtentibus, non poteſt vllo pacto torqueri, & Guaz. defenſ. reor. 30. c. 4. numero 23. inquit; Quòd vnumquodque indicium pro reo exiſtat, tollit indicia fiſci, vt inquiſitus non poſſit torqueri, ex Gram. vot. 30. numero 20. Rimin. iun. conſ. 704. num. 37 lib. 6. Honded. conſ. 93. num. 83. lib. 2.
116 Item poteſt ſe defendere probando licitè facere potuiſſe id, de quo imputatur. Puta, ſi ille, quem occidit erat bannitus, vel fur, vel adulter, in furto, vel adulterio deprehenſus. Clar. quæſt. 56. & ſufficit probare tale quid, ex quo appareat illud ex aliqua cauſa potuiſſe licitè fieri; licèt ad vnguem non probetur, quòd factum fuerit iure licito. Clar. ibidem, num. 3. ex Bart. in d. l. non ſolùm, §. ſed vt probari, num. 1. ff. de nou. oper. nunciat. quam doctrinam communem dicunt Doctores citati à Claro ibi ſem.
117 Item poteſt ſe defendere contra Iudicē, quando non eſt incōpetens, & eius iuriſdictio non poterat prorogari: vel ſi poterat prorogari accuſatus expreſsè eius iuriſdictionē non prorogauit; Nam ſi accuſatus fuit interrogatus à Iudice incompetenti putans illum eſſe competentem, per talem interrogationem non dicitur prorogata iuriſdictio: ſed conſtito de errore omnia poſſunt reuocari, ita Doctores, in l. 1. ff. de iuriſdictione omn. iudic. Tuſc. tom. 6. concl. 926. quia per ignorantiam facti impeditur prorogatio. Bero conſ. 9. num. 28. imò ſola dubitatio, Decian. tom. 1. lib. 6. cap. 23. num. 13. & proceſſus factus a Iudice incompetenti eſt nullus, & per ſuperuenientem ſcientiam non conualidatur. Vant. de nullit. defectu iuriſdict. deleg. num. 31. & in dubio non præſumitur ſcientia incompetentis: ſed potiùs error. Decian. vbi ſup. An autem poteſt excipere contra Iudicem, quòd ſit ſuſpectus? dictum eſt ſupra par. 4. cap. 2. & poteſt excipere, quòd Iudex non ſeruauit ea, quæ de iure ſeruare debebat: Et ſi Iudex eſt delegatus poteſt ſe defendere, quòd non oſtendit litteras ſuæ commiſſionis, vt dictum eſt ſupra parte 1.
118 Item poteſt ſe defendere contra perſonas teſtium: ſed repulſa debet eſſe ſpecialis, & non ſufficit generalis: nempè, quod ſunt inimici; ſed requiritur quod inimicitia probetur in ſpecie; Foller. in pract. crim. in verbo concedatur repulſa, num. 11. in fine. Canalc. de teſtibus

part.4. num.221, quæ inimicitia vt repellat teſtem debet eſſe grauiſſima, vel ſaltem grauis. Secundum Gram. deciſ.86. num.4. & 7. Lancell.Corrad.de off.præſ.in cauſa ciuil.tit. de perſon. teſtium n.65. Franc.Marc. deciſ.894.num.3.& 4. vol.1. Farin. quæſt.53. num 12. & nos latè in par.3 cap.4. & addit Caualc. quod ſunt obiecta concludenter probanda de loco, tempore, & circumſtantiis. Ceuall.com. contr. com. qu.162. de qua re latè ſupra par.4. cap.9. per totum, & qui allegat teſtem falſum depoſuiſſe, quia ſubornatus fuit; vtrumque probare tenetur. Iaſ. in l. poſt diuiſionem C.de iure, & facti ignoranti, l. Diuus de re iudic. Plor. in l. ſi quando, num.522. C. vnde vi, Ceuol. com.contr.com. quæſt.1 8 ſed in fine dicit de veriori, & praſticata opinione, quòd ſufficit probare vnum; Et ita dicunt Bar. Bald. & Paul. de Caſtr. in l. ex falſis C.de tranſact.& alii citati à Baiard. ad Clar. quæſt.53. numero 7. & pro hac quæſtione videndus eſt, Maſcard. de prob. bat. concl.688. vbi latè examinat quæſtionem, & ponit nonnullas limitationes. Et inhabilitas teſtium eſt probanda extare, vel tempore iuramenti, vel tempore depoſitionis; Alias probatio non releuat. Maſcard. de probat. concl.26. num.5. verſ. hac te velim admonitum; Poteſt etiam accuſatus probare varietatem, vel contrarietatem teſtium. Vacillationem, falſitatem, animoſitatem in depoſitione, vltroneitatem, in ſponte ſe offerendo ad teſtimonium dicendum, à Iudice non vocatos, & contra eorum dicta, quòd ſunt inveriſimilia, & impoſſibilia; &c. Similia, & quòd teſtes ſunt ſingulares, contrarij, varij, & non concludentes. Rom. iun. conſ.68. nu.7. lib.1. de qua reloquuti ſumus par.4. per totam.

119 Item poteſt ſe defendere, quòd contra ipſum non extant indicia; Nam neque Princeps poteſt mandare Iudici, vt torqueat inquiſitum ſine indiciis. Gram. conſ.45. Rolan. à Vall. conſ.12. num.52. lib.3. Clar. quæſt.64. verſ. dixi quoque, neque quando indicia contra reum non ſunt ſufficientia ad torturam. Gramm. vot.32. n.9. Scacc. de iudic. cap.97. nu.86. verſ. iuxta hæc. Nam vnus teſtis de viſu ſi non eſt omni exceptione maior, & inuulnerabilis nõ ſufficit ad torturam: teſtes ſingulares regulariter non ſufficiunt ad torturam. Vt diximus d. par.3. cap.16. indicia remota ſi non ſunt probata per duos teſtes non ſufficiunt ad torturam, vt diximus, & ſic de cæteris, vt videre eſt, ſupra in part.4. cap.6.& vt alias diximus ſi contra reum non extat ſemiplena probatio non poteſt torqueri.

120 Item poteſt ſe defendere, quia delictum commiſit tempore furoris; vel quod tunc erat mente captus: & poteſt excuſare propter alias omnes cauſas, de quibus Clar. quæſt 60. & poteſt etiam ſe defendere, quod non poteſt torqueri,

121 quia non eſt minor, nam minores quatuordecim annorum etiã completorum torqueri prohibentur, l.

de

de minore, ff. de quæſt. Clar. q.64. num.20. Farin. quæſt.41. num.16. Guazin. defenſ. reor.30. c.11. n.1. & licèt proximus pubertati hoc eſt ab anno decimo cum dimidio vſque ad 14. poſſit ligari, non tamen poteſt eleuari. Farin. vbi ſupra, nu.107. excedens annum 14. leuiter torquetur, Farin. num.21. & quamuis in crimine hæreſis minores 14. annorum torqueantur ſi non ſit periculum vitæ dicunt Farin.ſup.n.102.103. Caſtr.Pal.par.1. tr.4. diſp.8. p.9. nu.14. Carena p.3. tit.13. nu.140. Contrarium tamen, quòd tantùm ligari & terreri poſſunt, & non eleuari, dicunt Miranda, quæſt. 26. nu.211. Royas ſing.208. num.5. Guazin. defenſ.30. cap.18. num.4. Diana par.4. reſol.29.

Senes ſeptuagenarii poſſunt ſe defendere, quòd non poſſunt torqueri. Farin. vbi ſupra, nu.24. ad 28. niſi robuſti, pariter prægnantes non poſſunt torqueri, Farin. ibidem, nu.32. nec poſt partum niſi elapſis 40. diebus, nec lactantes ibidem, num.80.

Item etiam infirmi, valetudinarii, laborantes morbo gallico, brachium habentes debilitatum, Aſmatici, & laborantes quartana. Guazin. defenſione 30. cap. 4. num.25. & cap.16.

Item ſurdi, & muti à natiuitate nec torquentur. Farin. ſupra, n.88. & 91. Guazin. dicta defenſ.30. cap.13.

Energumeni nec torquentur Reginell. practicar. qq. cap.3. nu.8. Caren. par.3. tit.10. num.146.

Dignificati non torquentur, ſed conſuetudo ſeruat contrarium. Farin. vbi ſupra, num. 92. Guazin. defenſ.30. cap.17.

Forma ſeruanda in defenſione rei facienda ante torturam in termino ipſi reo dato ad ſe defendendum.

122 Defenſiones, exceptiones, & iura quas, & quæ dat, offert, & preſentat Fulanus reus prætenſus de tali delicto, prout in proceſſu contra ipſum actitato ab Admod. R. P. Abbate, &c. Die, &c. ad quem impugnatiuè habeatur relatio, ad hoc vt apertè cognoſcatur ipſius innocentia, & inde prout conuenit ad vlteriora contra ipſum non procedatur, ſed tamquam innocens liberetur, cum proteſtatione alias exceptiones, capitula, & iura, ac rationes ſemper, & quandocumque ſibi permiſſum de iure erit, præſentandi; Quibus proteſtationibus ſemper ſaluis, & non aliter, &c. pro ſua defenſione, pro nunc vult, & probare intendit, qualiter Proceſſus, & omnia, & ſingula acta facta contra ipſum Fulanum fuerunt, & ſunt nullà, quia teſtes examinati fuerunt ſine iuramento, vel quia non reddunt ſufficientem rationem dicti ſui, vel quia nulla præcedente infamia fuit inquiſitus, & proceſſum ad eorum examen, vel quia non conſtat de corpore delicti, vel aliter, &c. vt apparet ex ipſiſmet actis.

Secun-

Secundò, vult, & probare intendit, qualiter ſine ſemiplena probatione, vel indicijs æquipollentibus fuit deuentum ad examen, & conſtitutionem ipſius, vt ex ipſomet proceſſu conſtat, &c.

Tertiò, vult, & probare intendit, quod teſtes producti contra ipſum Fulanum ſi forte fuerint examinati N. & N. non ſunt fide digni, imò prorſus inhabiles, quia ſunt inimici, per talem, & talem cauſam, & teſtes de huiuſmodi inimicitia eſſe poſſunt N. & N. vel quia ſunt periuri, vel infames, vel criminoſi, vel conſpiratores, vel falſi, vel mendaces, vel deponentes inuerisimilia, vel alias inhabiles per talem cauſam, & teſtes eſſe poſſunt N. & N. & ſunt etiam ſingulares, vt patet ex ipſo proceſſu, &c.

Quartò, vult, & probare intendit, qualiter delictum de quo imputatur nõ fuit commiſſum, quia, &c.

Quintò, vult, & probare intendit, quòd tempore, in quo aſſeritur delictum fuiſſe commiſſum, Fulanus erat in tali loco, vt poſſunt teſtificare N. de N. vnde propter maximam diſtantiam impoſsibile erat, quod eodem tempore fuiſſet præſens in dicto loco, in quo delictum fuiſse commiſsum aſſeritur, vel non poterat diſcedere à tali loco, quin ipſi teſtes vidiſsent.

Sextò, vult, & probare intendit, quòd non eſt veriſimile prædictum Fulanum patraſse tale delictum, propter talem, & talem cauſam, de qua poſsunt teſtificare N & N.

Septimò, ſi Fulanus in ſuo examine falsus fuit hoc, & hoc; per errorem factum fuit, quem errorem, & cauſam erroris, vult, intendit, & ſe offert probare, &c.

Et eodem modo articulandæ, & capitulandæ ſunt ſpecificè omnes aliæ defenſiones, & eſt aduertendum, quòd iudex quando articuli ſunt apparenter, & clarè impertinentes, non debet eos admittere, ſed quando eſt dubium an ſint impertinentes, admittere debet cum clauſula citra præiudicium impertinentium, & non admittendorum, quia virtute dictæ clauſulæ habentur impertinentes pro nõ admiſſis: & articuli impertinentes cenſentur quando nec directè, nec indirectè quoquo modo cauſæ adminiculantur, ſecùs ſi incidenter faciant, & probabilia ſunt, & aliquod adminiculum conferant: & inter Regulares, vbi proceditur de plano ſola facti veritate inſpecta, ſi Iudex videt, quòd aliqui articuli ſunt impertinentes, vel infamatorij, poteſt, & debet illos corrigere, vel delere, notando in margine, Hic articulus deletus eſt, quia eſt impertinens, vel infamatorius, vt fuit dictum ſupra.

123 *Præſentatio Articulorum fit in pede ipſorum, hoc modo:*

Præſentati fuerunt præſentes articuli a P. N conſiliario ſupradicti Fulani, Hodie, Die, &c.

Ego N. Abbas.

124 *Forma admiſſionis articulorum.*

Cùm P N. conſiliarius dicti Fulani comparuiſset coram Adm. R. P. Abbate rogans ipſos articulos probatorios admitti, & ſuper illos examinari teſtes ibidem nominatos pro defenſione dicti Fulani, viſum fuit

fuit ipſi R.P.Abbati, eos admitti ſi, & in quantum citra præiudicium impertinentium, & non admittendorum prout præſenti decreto admiſit, & iuſſit eoſdem articulos inſeri in actis, prout, &c. omni meliori modo, etc. Die, etc.

Subſcribuntur Abbas, et Actuarius.

124 *Examinantur teſtes ad defenſam ſicut ad offenſam, mutato ſolùm nomine officij, vt infrà.*

125 *Forma prorogandi terminum defenſionis.*

Die, etc. in eodem Monaſterio, et coram eodem R.P.Abbate, comparuit P.N. conſiliarius Fulani, et petijt ſibi prorogari terminum datũ ad defenſiones faciendas, quas vſq; huc perficere non valuit.

P.N. Conſiliarius Fulani.

Tunc R.P. Abbas admiſſa petitione ſi, et in quantum prorogauit iam conceſſum terminum ad alios dies tres.

Subſcribantur Abb. et Actuarius.

127. *Forma petendi teſtium repetitionem ſuper interrogatorijs rei. Similis forma ponitur ſupra c. 1.* @ 641. n. 36.

Die, etc. In Monſterio, etc.

Comparuit P. N. conſiliarius Fulani, et ipſius nomine petit teſtium repetitionem contra ipſum examinatorum, vt ſuper proprijs interrogatorijs, quæ præſentat, examinẽtur, et repetantur; et ſunt infraſcripta.

Interrogatoria Fr. Fulani facienda ſingulis teſtibus contra ipſum examinatis.

Interrogatorium primum, quomodo N. teſtis viderit Fulanum percutientem Meuium tempore noctis?

Interrog. 2. quo genere armorum vulnerauit dictum Meuium?

Interrog. 3. an erant alij teſtes præſentes, et qui erant?

Interrog 4. in quo loco præciſo eum vulnerauit?

Interrog. 5. in quo loco præciſo erat ipſe teſtis, quando vidit Fulanum vulnerare Meuium.

Interrog. 6. qua de cauſa illum vulnerauit?

Et ſic de alijs interrogatorijs circumſtantialibus faciendis ſecundum ſubiectam materiam, & prout in alia ſimili forma poſita in c. 1. & teſtes ad ſingulos debent reſpondere.

130 *Forma repetendi teſtes ſuper interrogatorijs.*

Die, etc. in hoc Monaſterio, etc. vocatus fuit Fr. N. de N. teſtis aliàs pro informatione Curiæ examinatus, iterum examinandus ſuper interrogatorijs partis, et delato ei iuramento de veritate dicenda provt iurauit, etc. fuit interrogatus primò ſuper primo interrogatorio, et Reſpondit:

Et ſic ſuper ſingulis interrogatorijs ſunt ſigillatim interrogandi, iuxtà eorum ordinem, & partis petitionem, & ſcribenda ſunt reſponſa per extenſum, & eo ordine, quo ſunt interrogati; ideſt ſuper primo interrogatus, Reſpondit, &c. ſuper

per ſecundo interrogatus, Reſpondit, &c. & ſic de cæteris, & examinatis ſingulis teſtibus ſuper dictis interrogatorijs, tandem examinantur ſuper examinibus ab ipſis teſtibus factis pro Curiæ informatione, & vt infra vnuſquiſque examinatur.

Interrog. an ea, quæ in alio examine coram nobis in hac eadem cauſa pro Curiæ informatione depoſuiſti, ſunt vera, illaque pro veritate dixiſti, & depoſuiſti? Reſp.

Et ſtatim præcipiat Iudex Actuario, vt examen illud legat alta, & clara voce ipſi teſti intelligenti, & audienti illud, illoque lecto, iterum eum interroget hoc modo.

Et lecto per me Actuarium de mandato Adm. R. P. Abbatis ipſi teſti examine ſupradicto clara voce, ac diſtinctè, & ab ipſo teſte prout aſſeruit, benè audito, & intellecto, fuit interrogatus, an ea, quæ hic, & nunc legi audiuit, fuerint ab ipſo dicta, & depoſita tam in hoc, quàm in priori examine eo modo, quo ſcripta ſunt, ſitque iſtud ſuum examen, de quo ſupra mentio facta fuit? Reſp.

Iterum interrogatus, an huic examini velit aliquid addere, vel minuere, aut illud reuocare in totum, vel in partem, vel pro veritate confirmare, & ratificare? Reſp.

Tunc R. P. Abbas teſtem dimiſit, et relectum confirmauit, ac propria manu ſubſcripſit.

Subſcribantur Teſtis, et Actuarius.

131 *Decretum oſtendendi proceſſum defenſiuum parti.*

Poſtquam Adm. R. P. Abbas vidit cōpletum proceſsum pro defenſione Fulani, ſtuduit de eo certiorem facere conſultorem dicti Fulani, ac ipſummet reum, prout præſenti decreto certiorem fieri mandat per me Actuarium datum, etc.

Subſcribantur Abb. & Actuar.

Cùm per me certiores facti fuiſſent N. & N. de examine iam perfecto ad ipſorum petitionem, gratias egerunt, & in fidem, die, &c. Fr. N. Actuarius.

132 *Forma petendi copiam proceſſus defenſiui.*

Coram Adm R. P. Abbate comparuit F. N. conſiliarius F. Fulani, & petijt ad inſtantiam dicti Fulani copiam dictorum teſtium examinatorum cum termino competente, vt conſulere poſſit an aliud ſit agendum pro completa defenſione ipſius rei.

Præſentata fuit ſupradicta petitio per F. N. conſultorem Fr. Fulani. Die, &c.

Audita petitione ſupradicta R. P. Abbas mandauit aſſignari dicto P. N. conſultori copiam depoſitionum ipſorum teſtium, prout præſenti decreto concedit, & aſſignat, datum, &c.

Fr. N. Actuarius.

Cùm per me fuiſſet aſſignata copia depoſitionum ſupradictorum teſtium,

ſtium, P.N. gratias agendo illum accepit,& in fidem,&c.

Fr.N. Actuarius.

CAPVT TERTIVM.

An Iudex poſſit ſuo arbitrio reum indicijs grauatum, vel torquere, vel extraordinariè punire, omiſsa tortura.

SVMMARIVM.

1 *Reus, ſi euacuauit indicia contra ipſum per alios teſtes debet diffinitiuè abſolui, ſed ſi ita debilitauit indicia, vt non poſſit torqueri, in foro regulari eſt ſiſtendum donec aliud appareat, ſed in foro ſeculari abſoluitur cum clauſula, vel ſub fideiuſſoribus relaxatur, numero* 2. *ſi non poteſt torqueri propter aliquam cauſam, ſecundum aliquos debet abſolui, num.* 3. *Sed in contrarium eſt veritas, num.* 4. *Reſpondetur contrarijs, num.*8.

5 *Regulares non habentes in vſu torturam, per quam purgari poſſunt indicia, condemnari poſſunt in pœnam extraordinariam.*

6 *Indiciati ad torturam ſi habiles ſunt, debent torqueri.*

7 *Indicia quomodo ſunt arbitraria Iudici declaratur.*

8 *Torqueri grauiter debet Reus quando indicia ſunt vrgentia, & faciunt plus, quam ſemiplenam probationem.*

10 *Indicia approbata à iure, ſeu iuris, & de iure ſufficiunt ad pœnam ordinariam, ſecus ſi ſunt iuris tantum, num.*11. *Iuris, & de iure an dicantur indicia indubitata, num.* 12. *An, quæ adaptantur ad præſumptionem hominis poſſint dici indicia indubitata, num.*13. & 15. *Indubitata, quæ ſunt, num.* 14.

16 *Certitudo euidentiæ non requiritur in probandis rebus humanis, cum ſufficiat certitudo fidei.*

17 *Indicia indubitata an ſufficiant ad condemnationem, referuntur ſex opiniones.*

18 *Indicia indubitata non ſufficiunt ad ferendam ſententiam excommunicationis.*

19 *Indicia etiam dubitata in quatuor caſibus ſufficiunt ad condemnationem.*

1 Poſtquam reus fecit ſuas defenſiones, & fuerunt etiam examinati teſtes ab ipſo producti ſi remaneãt penitus euacuata indicia, quæ in proceſſu contra ipſum reſultabant. Tunc reus ipſe non torquendus, ſed abſoluendus erit diffinitiuè. Nec poteſt deinde contra eum ex ea cauſa procedi, etiam ſi noua indicia ſuperuenerint, c.de his de accuſ.l.ſi cui, §.ijſdem, ff. de accuſat.Clar.§.fin.q.57.n.3.& q.62. verſ. forma autem abſoluti omiſ. Paul. Mirand.conſ.90. n.31. vol.1. Farinac.quæſt.4. n.23. ſed ſi non remaneat penitus euacuata, ſed tantùm debilitata, ita vt torturæ locus relictus non ſit; tunc in foro regulari ſiſtendum eſt, donec aliud appareat,ita vt cum dictis indicijs debilitatis iunctũ,ſufficere poſſit de

nem, & ſubornationem prodeſſet exculpat, ſaltem ad euitandam pœnam ordinariam.

104 Poteſt etiam reus ſe defendere, allegando, quod non conſtat de corpore delicti, vt dicit Clar. dicta qu. 52. num. 7. & circa hoc videnda ſunt, quæ diximus ſupra part. 1. cap. 13.

105 Item poteſt ſe defendere, apponendo exceptionem præſcriptionis temporis annorum 20. a die commiſſi criminis, quo temporis ſpatio præſcribitur omnis actio criminalis. l. quædam, C. de falſis, Abbas in c. Cùm haberet n. 4. de eo qui duxit in matrimonium, &c. ſed de hac re infra par. 7. c. 4. n. 152.

106 Item poteſt ſe defendere exceptione rei iudicatæ; nempe, quia fuit de eodem delicto diffinitiuè abſolutus, vel ſi cum clauſula, rebus ſic ſtantibus, vel cum alia ſimili clauſula fuit abſolutus, poteſt excipere, quod non obſtant noua indicia, ſpecie, & ſubſtantia diuerſa, de qua re diximus latè in par. 7. ca. 7. per totum.

107 Item poteſt ſe defendere dicendo de nullitate proceſſus. Quia non fuerunt datæ copiæ integræ ipſius proceſſus. vt poſſit ſe defendere, de qua re diximus part. 4. c. 11.

108 In dubio iudicandum eſt pro reo, & quando indicium non eſt ſufficiens ad torturam, iuxta l. ſi de interpretatione, ff. de pœnis, Angel. in l. 2. in fine, ff. de quæſt. Boſſ. tit. de indic. & conſid. ante tortur. n. 72. Carer. tit. de indic. & tortur. §. quæ autem, & qualia debent eſſe indicia, n. 2. Oſaſc. deciſ. Pedam. 79. n. 58. Franc. perſon. de indic. & tortur. poſt n. 15. & nu. 79. Marc. Ant. Eug. conſ. 27. n. 68. Farinac. q. 38. n. 195.

9 Si reus conuictus plenè probet

10 intentionem ſuam, an hæc imperfecta probatio aliquid operetur, reſp. Boſſ. tit. de defenſion. reor. & dicit, quòd non operatur quando probatio imperfecta rei eſt directè contraria probationi plenæ contra ipſum. Secus ſi probatio rei tendit ad probandum quid diuerſum, puta ſi probato plenè homicidio cōtra reum, probet ipſe reus per vnicum teſtem id feciſſe ad ſui defenſionē, vel mortuum eſſe illum ex malo regimine, ex Bart. & Doctores communiter in leg. admonendi, ff. de iur. iur. col. pen. verſic. quid ſi actor. Anch. conſ. 285. col. fin. & idem Boſſius vbi ſupra n. 12. dicit, quod ad reum conuictum defendendum ſufficit, quod res reddatur dubia, vt non poſſet condemnari. Et idem dicit in titul. de conuict. column. fin. ita pariter dicendum eſt, quando Reus eſt tantum inditiatus per vnum teſtem omni exceptione maiorem, & Reus haberet pro ſe vnum teſtem inhabilem; tunc indicium remaneret ita debilitatum, quod nullo modo poſſet torqueri; imò ſufficit in hoc caſu in teſte contra Reum quælibet macula etiam minima, vt non ſufficiat ad torturam. Vt diximus in part. 3. cap. 2. Et ſi delictum factum eſſet ad perſonæ, vel Rei defenſionem, ſufficit, quod teſtis pro reo dicat, quòd

id quod fecit, fecit ad ſui defenſionem; Abſque eo, quòd reddat rationem, ſi non eſt interrogatus. Bart. conſ.108. Bald. in l. ſolam C. de teſtibus & in l. Multis C. de liberal. cauſ. & conſ.287. poſt princ. vol.3. Corn. conſ.162. col.2. & conſ.204. col.3. vol.1.

110 Indicia ſufficientia per ſe ad torturam quomodo elidantur, vt non ſufficiant ad torturam, eſt videndus Bart. in l. fin. ff. de quæſt. Brun. in tract. de indic. Guid. Suzzar. Blanch. Franc. Caſon: & Farin. loquentes ex profeſſo de indicijs, & tortura, & etiam de modo, quomodo vnumquodque indicium eliditur, & nos ſupra etiam in par.5. cap.3. vbi loquendo de indiciis expreſsè, vel tacitè loquuti ſumus de modo, quo vnûquodq; indicium eliditur: Ex.gr. mala fama in ſpecie eliditur per bonâ famam in ſpecie. Alex. conſ.62. col.2. in fine, & conſ.77. in princip. lib.3. pariter indicium Mendacij circa ſubſtantialia delicti, tollitur, quando vnus teſtis deponit pro mendacе. Boſſ. de indic. & conſ. ante torturam, num.36. Indicium innocentiæ euacuat indicium ad torturam. Bart. in lib.1. §. 1. nu.2. ff. de quæſt. Angel. de malefic. in verbo, quòd fama publica num.34. & eliditur indicium ad torturam

111 per præſumptionê contrariam, vel aliud indicium. Boſſ. vbi ſupra num.90. Pariſ. conſ.153. num.34. li.4. Gram. conſ.3. n.13. Boer. q.165 Menoch. de præſ. lib.1. quæſt. 30. n.4. & alij ci. ſup. n.29. Brun. à ſole conſ. crim. num.64. qui ex Marſil. in rep. rubr. de fid. eius, num.47

112 vbi ſubdit, quòd quando poteſt capi duplex intellectus, & capiendo vnum, quis dicitur delinquere, & capiendo alium, non dicitur delinquere, tunc ſemper in dubio ſumitur intellectus, per quem quis non dicatur delinquere, & in dubio pronunciandum eſt contra fiſcum, in fauorem inquiſiti, l. Adrianus, ff. de action. & obligat. l. non puto de iure fiſci. Boſſ. tit. de fauoribus defenſ. num.1. Riminaldus conſ.296. nu.21. vol.3. & ſufficit, vt reus offuſcet intentionem

113 fiſci, cum ſit indecens in re dubia ferre ſententiam certam, ne offendatur veritas. Bart. in l. non ſolùm §. ſed vt probari ff. de oper. noui nunc. Boſſ. de conuict. nu.60. vbi refert duo exempla Bart. Surd. conſ.173. num.59 vol.2. & hæc opinio Bartoli eſt communis, & totus eam mundus ſequitur. Farin. conſ.78. num.28. in fine, vbi quòd

114 probatio præſumptiua Rei tollit veram probationem fiſci, & Maſcard. concl.36. num.29. poſt alios firmat. Quòd ſi probationes fiſci in aliquo excederent probationes Rei, debet abſolui reus, & fit pronunciandum contra fiſcum, cum probationes fiſci debent de neceſſitate concludere. Decian. reſp.93. num.56. vol.2. & nullus debet condemnare aliquem quando dubitat. Nauar. in Manual. c. 27. nu.199. in fine. Andr. Facchin. conſ. 69. numero 26. volum. 2. & Honded. conſ101. inquit, quòd ſi indicia inquiſiti ſunt debiliora adhuc operantur ad diminuendum

vrgen-

vrgentiora fiſci, quæ ad torturam ſufficiebant. Itavt ex eis non ſit inferenda tortura. Andr. Facchin. conſ.99. numero 28. vol.2.& Farin. cum nonnullis ab eo citatis, quæſt.37. numero 112. aſſerit,
115 quòd vbi ſunt hinc inde indicia, pro reo, & contra reum ad hoc, vt poſſit deueniri ad torturam ex indicijs contra reum exiſtentibus; illa debent eſſe multum vrgentia, vt ſuperent indicia facientia ad excuſationem ipſius rei. Imò, etiam quòd indicia pro reo eſſent aliquantulum debiliora, & leuiora indicijs contra reum exiſtentibus, non poteſt vllo pacto torqueri, & Guaz. defenſ. reor.30. c.4. numero 23. inquit; Quòd vnumquodque indicium pro reo exiſtat, tollit indicia fiſci, vt inquiſitus non poſſit torqueri, ex Giam. vot. 30. numero 20. Rimin. iun. conſ. 704. num.37 lib.6. Honded. conſ. 93. num.83. lib.2.
116 Item poteſt ſe defendere probando licitè facere potuiſſe id, de quo imputatur. Puta, ſi ille, quem occidit erat bannitus, vel fur, vel adulter, in furto, vel adulterio deprehenſus. Clar. quæſt. 56. & ſufficit probare tale quid, ex quo appareat illud ex aliqua cauſa potuiſſe licitè fieri; licèt ad vnguem non probetur, quòd factum fuerit iure licito. Clar. ibidem, num.3. ex Bart. in d. l. non ſolùm, §. ſed vt probari, num. 1. ff. de noui oper. nunciat. quam doctrinam communem dicunt Doctores citati à Claro ibidem.
117 Item poteſt ſe defendere contra Iudicē, quando non eſt incōpetens, & eius iuriſdictio non poterat prorogari; vel ſi poterat prorogari accuſatus expreſsè eius iuriſdictionē non prorogauit; Nam ſi accuſatus fuit interrogatus à Iudice incompetenti putans illum eſſe competentem, per talem interrogationem non dicitur prorogata iuriſdictio: ſed conſtito de errore omnia poſſunt reuocari, ita Doctores, in l.1. ff. de iuriſdictione omn. iudic. Tuſc. tom.6. concl. 926. quia per ignorantiam facti impeditur prorogatio. Bero conſ.9. num.28. imò ſola dubitatio, Decian. tom.1. lib.6. cap.23. num.23. & proceſſus factus à Iudice incompetenti eſt nullus, & per ſuperuenientem ſcientiam non conualidatur. Vant. de nullit. defectu iuriſdict. deleg. num.31. & in dubio non præſumitur ſcientia incompetentis: ſed potiùs error. Decian. vbi ſup. An autem poteſt excipere contra Iudicem, quòd ſit ſuſpectus? dictum eſt ſupra par.4. cap.2. & poteſt excipere, quòd Iudex non ſeruauit ea, quæ de iure ſeruare debebat: Et ſi Iudex eſt delegatus poteſt ſe defendere, quòd non oſtendit litteras ſuæ commiſſionis, vt dictum eſt ſupra parte 1.
118 Item poteſt ſe defendere contra perſonas teſtium: ſed repulſa debet eſſe ſpecialis, & non ſufficit generalis: nempè, quod ſunt inimici; ſed requiritur quod inimicitia probetur in ſpecie; Foller. in pract. crim. in verbo concedatur repulſa, num.11. in fine. Caualc. de teſtibus

part.4. num.221, quæ inimicitia vt repellat teſtem debet eſſe grauiſſima, vel ſaltem grauis. Secundum Gram. deciſ.86. num.4. & 7. Lancell. Corrad. de off. præſ. in cauſa ciuil. tit. de perſon. teſtium n.65. Franc. Marc. deciſ. 894. num.3. & 4. vol.1. Farin. quæſt.53. num 12. & nos latè in par.3 cap.4. & addit Caualc. quod ſunt obiecta concludenter probanda de loco, tempore, & circumſtantiis. Ceuall. com. contr. com. qu.162. de qua re latè ſupra par.4. cap.9. per totum, & qui allegat teſtem falſum depoſuiſſe, quia ſubornatus fuit; vtrumque probare tenetur. Iaſ. in l. poſt diuiſionem C. de iure, & facti ignoranti, l. Diuus de re iudic. Plor. in l. ſi quando, num.522. C. vnde vi, Ceuol. com. contr. com. quæſt.1 8 ſed in fine dicit de veriori, & practicata opinione, quòd ſufficit probare vnum; Et ita dicunt Bar. Bald. & Paul. de Caſtr. in l. ex falſis C. de tranſact. & alii citati à Baiard. ad Clar. quæſt.53. numero 7. & pro hac quæſtione videndus eſt, Maſcard. de probat. concl.688. vbi latè examinat quæſtionem, & ponit nonnullas limitationes. Et inhabilitas teſtium eſt probanda extare, vel tempore iuramenti, vel tempore depoſitionis; Alias probatio non releuat. Maſcard. de probat. concl.26. num.5. verſ. hoc te velim admonitum; Poteſt etiam accuſatus probare varietatem, vel contrarietatem teſtium. Vacillationem, falſitatem, animoſitatem in depoſitione, vltroneitatem, in ſponte ſe offerendo ad teſtimonium dicendum, à Iudice non vocatos, & contra eorum dicta, quòd ſunt inveriſimilia, & impoſſibilia; &c. Similia, & quòd teſtes ſunt ſingulares, contrarij, varij, & non concludentes. Rim. iun. conſ.68. nu.7. lib.1. de qua reloquuti ſumus par.4. per totam.

119 Item poteſt ſe defendere, quòd contra ipſum non extant indicia; Nam neque Princeps poteſt mandare Iudici, vt torqueat inquiſitum ſine indiciis. Gram. conſ.35. Rolan. à Vall. conſ.12. num.52. lib.3. Clar. quæſt.64. verſ. dixi quoque, neque quando indicia contra reum non ſunt ſufficientia ad torturam. Gramm. vot.32. n.9. Scacc. de iudic. cap.97. nu.86. verſ. iuxta hæc. Nam vnus teſtis de viſu ſi non eſt omni exceptione maior, & inuulnerabilis nõ ſufficit ad torturam: teſtes ſingulares regulariter non ſufficiunt ad torturam. Vt diximus d. par.3. cap.16. indicia remota ſi non ſunt probata per duos teſtes non ſufficiunt ad torturam, vt diximus, & ſic de cæteris, vt videre eſt, ſupra in part.4. cap.6. & vt alias diximus ſi contra reum non extat ſemiplena probatio non poteſt torqueri.

120 Item poteſt ſe defendere, quia delictum commiſit tempore furoris; vel quia tunc erat mente captus: & poteſt excuſare propter alias omnes cauſas, de quibus Clar. quæſt. 60. & poteſt etiam ſe defendere, quod non poteſt torqueri,

121 quia non eſt minor, nam minores quatuordecim annorum etiã completorum torqueri prohibentur, l. de

de minore, ff. de quæſt. Clar. q.64. num.20. Farin. quæſt.41. num.16. Guazin. defenſ. reor.30. c.11. n.1. & licèt proximus pubertati hoc eſt ab anno decimo cum dimidio vſque ad 14. poſſit ligari, non tamen poteſt eleuari. Farin. vbi ſupra, nu.107. excedens annum 14. leuiter torquetur, Farin. num.21. & quamuis in crimine hæreſis minores 14. annorum torqueantur ſi non ſit periculum vitæ dicunt Farin. ſup. n.102.103. Caſtr. Pal. par.1. tr.4. diſp.8. p.9. nu.14. Carena p.3. tit.13. nu.140. Contrarium tamen, quòd tantùm ligari & terreri poſſunt, & non eleuari, dicunt Miranda, quæſt. 26. nu.211. Royas ſing.208. num.5. Guazin. defenſ.30. cap.18. num.4. Diana par.4. reſol.29.

Senes ſeptuagenarii poſſunt ſe defendere, quòd non poſſunt torqueri. Farin. vbi ſupra, nu.24. ad 28. niſi robuſti, pariter prægnantes non poſſunt torqueri, Farin. ibidem, nu.32. nec poſt partum niſi elapſis 40. diebus, nec lactantes ibidem, num.80.

Item etiam infirmi, valetudinarii, laborantes morbo gallico, brachium habentes debilitatum, Aſmatici, & laborantes quartana. Guazin. defenſione 30. cap. 4. num.25. & cap.16.

Item ſurdi, & muti à natiuitate nec torquentur. Farin. ſupra, n.88. & 91. Guazin. dicta defenſ.30. cap.13.

Energumeni nec torquentur Reginell. practicar. qq. cap.3. nu.8. Caren. par.3. tit.10. num.146.

Dignificati non torquentur, ſed conſuetudo ſeruat contrarium. Farin. vbi ſupra, num. 92. Guazin. defenſ.30. cap.17.

Forma ſeruanda in defenſione rei facienda ante torturam in termino ipſi reo dato ad ſe defendendum.

122 Defenſiones, exceptiones, & iura quas, & quæ dat, offert, & preſentat Fulanus reus prætenſus de tali delicto, prout in proceſſu contra ipſum actitato ab Admod. R. P. Abbate, &c. Die, &c. ad quem impugnatiuè habeatur relatio, ad hoc vt apertè cognoſcatur ipſius innocentia, & inde prout conuenit ad vlteriora contra ipſum non procedatur, ſed tamquam innocens liberetur, cum proteſtatione alias exceptiones, capitula, & iura, ac rationes ſemper, & quandocumque ſibi permiſſum de iure erit, præſentandi; Quibus proteſtationibus ſemper ſaluis, & non aliter, &c. pro ſua defenſione, pro nunc vult, & probare intendit, qualiter Proceſſus, & omnia, & ſingula acta facta contra ipſum Fulanum fuerunt, & ſunt nullà, quia teſtes examinati fuerunt ſine iuramento, vel quia non reddunt ſufficientem rationem dicti ſui, vel quia nulla præcedente infamia fuit inquiſitus, & proceſſum ad eorum examen, vel quia non conſtat de corpore delicti, vel aliter, &c. vt apparet ex ipſiſmet actis.

Secun-

Secundò, vult, & probare intendit, qualiter ſine ſemiplena probatione, vel indicijs æquipollentibus fuit deuentum ad examen, & conſtitutionem ipſius, vt ex ipſomet proceſſu conſtat, &c.

Tertiò, vult, & probare intendit, quod teſtes producti contra ipſum Fulanum ſi forte fuerint examinati N. & N. non ſunt fide digni, imò prorſus inhabiles, quia ſunt inimici, per talem, & talem cauſam, & teſtes de huiuſmodi inimicitia eſſe poſſunt N. & N. vel quia ſunt periuri, vel infames, vel criminoſi, vel conſpiratores, vel falſi, vel mendaces, vel deponentes inuerſimilia, vel alias inhabiles per talem cauſam, & teſtes eſſe poſſunt N. & N. & ſunt etiam ſingulares, vt patet ex ipſo proceſſu, &c.

Quartò, vult, & probare intendit, qualiter delictum, de quo imputatur nō fuit commiſſum, quia, &c.

Quintò, vult, & probare intendit, quòd tempore, in quo aſſeritur delictum fuiſſe commiſſum, Fulanus erat in tali loco, vt poſſunt teſtificare N. de N. vnde propter maximam diſtantiam impoſſibile erat, quod eodem tempore fuiſſet præſens in dicto loco, in quo delictum fuiſse commiſsum aſſeritur, vel non poterat diſcedere a tali loco, quin ipſi teſtes vidiſſent.

Sextò, vult, & probare intendit, quòd non eſt veriſimile prædictum Fulanum patraſse tale delictum, propter talem, & talem cauſam, de qua poſsunt teſtificare N & N.

Septimò, ſi Fulanus in ſuo examine falſus fuit hoc, & hoc; per errorem factum fuit, quem errorem, & cauſam erroris, vult, intendit, & ſe offert probare, &c.

Et eodem modo articulandæ, & capitulandæ ſunt ſpecificè omnes aliæ deffenſiones, & eſt aduertendum, quòd iudex quando articuli ſunt apparenter, & clarè impertinentes, non debet eos admittere, ſed quando eſt dubium an ſint impertinentes, admittere debet cum clauſula citra præiudicium impertinentium, & non admittendorum, quia virtute dictæ clauſulæ habentur impertinentes pro nō admiſſis: & articuli impertinentes cenſentur, quando nec directè, nec indirectè quoquo modo cauſæ adminiculantur, ſecùs ſi incidenter faciant, & probabilia ſunt, & aliquod adminiculum conferant: & inter Regulares, vbi proceditur de plano ſola facti veritate inſpecta, ſi Iudex videt, quòd aliqui articuli ſunt impertinentes, vel infamatorij, poteſt, & debet illos corrigere, vel delere, notando in margine, Hic articulus deletus eſt, quia eſt impertinens, vel infamatorius, vt fuit dictum ſupra.

123

Præſentatio Articulorum fit in pede ipſorum, hoc modo:

Præſentati fuerunt præſentes articuli a P. N. conſiliario ſupradicti Fulani, Hodie, Die, &c.

Ego N. Abbas.

124 *Forma admiſſionis articulorum.*

Cùm P. N. conſiliarius dicti Fulani comparuiſset coram Adm. R. P. Abbate rogans ipſos articulos probatorios admitti, & ſuper illos examinari teſtes ibidem nominatos pro defenſione dicti Fulani, viſum

fuit

ſuit ipſi R.P. Abbati, eos admitti ſi, & in quantum citra præiudicium impertinentium, & non admittendorum prout præſenti decreto admiſit, & iuſſit eoſdem articulos inſeri in actis, prout, &c. omni meliori modo, etc. Die, etc.

Subſcribuntur Abbas, et Actuarius.

124 *Examinantur teſtes ad defenſam ſicut ad offenſam, mutato ſolùm nomine officij, vt infrà.*

125 *Forma prorogandi terminum defenſionis.*

Die, etc. in eodem Monaſterio, et coram eodem R.P. Abbate, comparuit P.N. conſiliarius Fulani, et petijt ſibi prorogari terminum datũ ad defenſiones faciendas, quas vſq; huc perficere non valuit.

P.N. Conſiliarius Fulani.

Tunc R.P. Abbas admiſsa petitione ſi, et in quantum prorogauit iam conceſsum terminum ad alios dies tres.

Subſcribantur Abb. et Actuarius.

127. *Forma petendi teſtium repetitionem ſuper interrogatorijs rei. Similis forma ponitur ſupra c. 1. @ 641. n. 36.*

Die, etc. In Monſterio, etc.

Comparuit P. N. conſiliarius Fulani, et ipſius nomine petit teſtium repetitionem contra ipſum examinatorum, vt ſuper proprijs interrogatorijs, quæ præſentat, examinẽtur, et repetantur; et ſunt infraſcripta.

Interrogatoria Fr. Fulani facienda ſingulis teſtibus contra ipſum examinatis.

Interrogatorium primum, quomodo N. teſtis viderit Fulanum percutientem Meuium tempore noctis?

Interrog. 2. quo genere armorum vulnerauit dictum Meuium?

Interrog. 3. an erant alij teſtes præſentes, et qui erant?

Interrog 4. in quo loco præciſo eum vulnerauit?

Interrog. 5. in quo loco præciſo erat ipſe teſtis, quando vidit Fulanum vulnerare Meuium.

Interrog. 6. qua de cauſa illum vulnerauit?

Et ſic de alijs interrogatorijs circumſtantialibus faciendis ſecundum ſubiectam materiam, & prout in alia ſimili forma poſita in c. 1. & teſtes ad ſingulos debent reſpondere.

130 *Forma repetendi teſtes ſuper interrogatorijs.*

Die, etc. in hoc Monaſterio, etc. vocatus fuit Fr. N. de N. teſtis aliàs pro informatione Curiæ examinatus, iterum examinandus ſuper interrogatorijs partis, et delato ei iuramento de veritate dicenda prout iurauit, etc. fuit interrogatus primò ſuper primo interrogatorio, et Reſpondit:

Et ſic ſuper ſingulis interrogatorijs ſunt ſigillatim interrogandi, iuxtà eorum ordinem, & partis petitionem, & ſcribenda ſunt reſponſa per extenſum, & eo ordine, quo ſunt interrogati; ideſt ſuper primo interrogatus, Reſpondit, &c. ſuper

ſtium, P.N. gratias agendo illum accepit,& in fidem,&c.

Fr. N. Actuarius.

CAPVT TERTIVM.

An Iudex poſſit ſuo arbitrio reum indicijs grauatum, vel torquere, vel extraordinariè punire, omiſsa tortura.

SVMMARIVM.

1 *Reus, ſi euacuauit indicia contra ipſum per alios teſtes debet diffinitiuè abſolui, ſed ſi ita debilitauit indicia, vt non poſſit torqueri, in foro regulari eſt ſiſtendum donec aliud appareat, ſed in foro ſeculari ab ſoluitur cum clauſula, vel ſub fideiuſſoribus relaxatur, numero* 2. *ſi non poteſt torqueri propter aliquam cauſam, ſecundum aliquos debet abſolui, num.* 3. *Sed in contrarium eſt veritas, num.* 4. *Reſpondetur contrarijs, num.* 8.

5 *Regulares non habentes in vſu torturam, per quam purgari poſſunt indicia, condemnari poſſunt in pœnam extraordinariam.*

6 *Indiciati ad torturam ſi habiles ſunt, debent torqueri.*

7 *Indicia quomodo ſunt arbitraria Iudici declaratur.*

8 *Torqueri grauiter debet Reus quando indicia ſunt vrgentia, & faciunt plus, quam ſemiplenam probationem.*

10 *Indicia approbata à iure, ſeu iuris, & de iure ſufficiunt ad pœnam ordinariam, ſecus ſi ſunt iuris tantum, num.* 11. *Iuris, & de iure an dicantur indicia indubitata, num.* 12. *An, quæ adaptantur ad præſumptionem hominis poſſint dici indicia indubitata, num.* 13. & 15. *Indubitata, quæ ſunt, num.* 14.

16 *Certitudo euidentiæ non requiritur in probandis rebus humanis, cum ſufficiat certitudo fidei.*

17 *Indicia indubitata an ſufficiant ad condemnationem, referuntur ſex opiniones.*

18 *Indicia indubitata non ſufficiunt ad ferendam ſententiam excommunicationis.*

19 *Indicia etiam dubitata in quatuor caſibus ſufficiunt ad condemnationem.*

1 POſtquam reus fecit ſuas defenſiones, & fuerunt etiam examinati teſtes ab ipſo producti ſi remaneāt penitus euacuata indicia, quæ in proceſſu contra ipſum reſultabant. Tunc reus ipſe non torquendus, ſed abſoluendus erit diffinitiuè. Nec poteſt deinde contra eum ex ea cauſa procedi, etiam ſi noua indicia ſuperuenerint, c. de his de accuſ. l. ſi cui, §. ijſdem, ff. de accuſat. Clar. §. fin. q. 57. n. 3. & q. 62. verſ. forma autem abſoluti omiſ. Paul. Mirand. conſ. 90. n. 31. vol. 1. Farinac. quæſt. 4. n. 23. ſed ſi non remaneat penitus euacuata, ſed tantùm debilitata, ita vt torturæ locus relictus non ſit; tunc in foro regulari ſiſtendum eſt, donec aliud appareat, ita vt cum dictis indicijs debilitatis iunctũ, ſufficere poſſit de tor-

torturam, & in foro ſæculari interim eſt abſoluendus cum clauſula, Rebus ſic ſtantibus. Couarr. lib. 1. var. reſol. c. 1. n. 8. Boſſ. tit. de teſtib. n. 68. & 72. Flamin Cartar. in praxi crim. lib. 4. c. 1. nu. 135. vel ſub fideiuſſoribus relaxandus. Quo caſu ſi noua ſuperuenerint indicia, non obſtante huiuſmodi ſententia interlocutoria contra illum in eadem cauſa procedi poterit, vt infra dicetur cap. 5. num. 25. & cap. 6. num. 15. Si verò indicia, & probationes, quæ contra reum militant, euacuata non ſunt, itavt reus remaneat indiciatus, & tunc aut indicia non euacuata faciunt tantùm ſemiplenam probationem, & ſunt etiam vrgentia, non tamen ſunt indubitata, aut verò ſunt indubitata. Primo caſu, quærendum eſt, an Iudex debeat omninò reum torquere, an verò poſſit illum omiſſa tortura aliqua pœna extraordinaria condemnare.

3 Et aliqui dicunt quod in hoc caſu Reus debet omninò torqueri. Sed ſi eſt perſona, quæ torqueri non poteſt, puta, ſenex, infirmus, in magna dignitate conſtitutus, &c. & eſt abſoluendus; Nec aliqua pœna damnandus. Huius opinionis ſunt, Hippol. de Marſil. rubr. de probat. nu. 237. Sarmient. lib. 1. ſelect. interpret. cap. 1. per totum, communem dicit, Decian. conſ. 175. Auen. in dictionar. litt. P, verbo præſumptio, & ſequitur, Paſqualig. deciſ. 216. num. 13. & probant primò, quia in iure ſtatutum eſt, vt Reus torqueatur, quando non eſt conuictus. Et non dicit, quòd puniatur, quando delictum eſt ſemiplenè probatum; Ergo debet abſolui. Secundò, aut Reus patrauit delictum, aut non, & non datur remedium in hoc, ergo ſi patrauit delictum, debet puniri pœna ordinaria, & ſi non patrauit, debet abſolui. Tertiò, ſi Iudex pœnam arbitrariam in hoc caſu infligeret, iudicaret delictum commiſiſſe, illũ non abſoluendo, vel delictũ non cõmiſiſse, illũ non condemnando ad pœnam ordinariam. Quartò, factum non recipit augmentum, neque diminutionem à probatione. Ergo pro illo facto non eſt augenda, nec minuenda pœna propter qualitatem probationis. Quintò in pœnis imponendis requiritur liquidiſſima probatio, ergo ſi non eſt talis, ſed dubia, debet abſolui. Et hanc opinionem tenent etiam, ſi Reus aggrauatus indicijs indubitatis eſſet.

4 Cæterum contraria opinio eſt verior, & communior. Nam ſi delinquentes ſint perſonæ, quæ nõ poſſunt torqueri ex aliqua rationabili cauſa, vel priuilegio, tunc poſſunt in aliquam extraordinariam pœnam condemnari, Iudicis arbitrio, ſecundum qualitatem perſonarum, Indiciorum, & delictorum. Quia eſſet valdè Reipublicæ perniciosum, hominem ad torturam ſufficienter indiciatum, impunitum relinquere. Et delicta de rarò poſſent puniri; quia de rarò poſſunt plenè probari. Et eſt rationi conformis, vt qui in-

inuenitur aliquo modo Reus, aliqua etiam pœna condemnetur. Ita Bald. in l. fin. num. 8. verſic. ſi autem non adiungitur confeſſio, C. de probation. & in l. milites, C. qui accuſ. non poſſ. quæſt. 2. Innocent. in cap. quia veriſimile de præſumpt. Gramm. vot. 15. num. 15. & deciſ. 42. Capic. deciſ. 46. num. 14. Brun de indic. & tortur. quæſt. 4. in prim. part. verſic. notandum eſt. Gomez. variar. reſolut. tom. 3. cap. 12. num. 25. & 26. & cap. 13. rubr. de tortur. reor. num. 28. in princip. iuncto verſic. Sed his non obſtantibus. Palac. Rubeos in alleg. in materi. hæreſ. § 21. Simanc. de inſtitut. cathol. tit. 5. num. 12. & tit. 50. num. 21. Duen. regul. 303. verſic. hanc regulam, Plaza Epitom. delict. lib. 1. cap. 14. num. 3. Tiraq. de pœn. temperand. cauſa 27. Matienſ. Dialog. relat. 3. par. cap. 30. num. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 97. num. 26. Baiard. ad Clar. quæſt. 21. num. 29. & qu. 64. num. 26. Facchin. conſ. 63. num. 13. & controuerſ. iur. lib. 1. cap. 29. Magon. deciſ. Lucenſ. 39. in addit. litt. A. Farin. qu. 5. num. 6. & q. 41. in fine. Caualc. de brach. regul. par. 3. num. 270. Leſs. de iuſt. lib. 2. cap. 29. num. 164. Card. de Lugo tom. 2. de iuſt. diſp. 37. ſect. 12. num. 142. Sanch. in opuſc. lib. 3. ca. vnico, dub. 12. nu. 12. Guazzin. defenſ. reorum 30. cap. 41. n. 3.

Tria tamen concurrere debent vt ſit locus dictæ pœnæ extraordinariæ de qua loquimur: primùm vt conſtet, quod reus non poteſt torqueri, quia ſeptuagenarius, vel infirmus, vel priuilegiatus, &c. Secundùm, quod delictum ſit de grauioribus, pro quibus delinquentes non debent condemnari ad pœnam corporalem ordinariã, ſi delictum eſt plenè probatum, vel torqueri ſi eſt ſemiplenè probatũ, & tertiùm, vt veriſimile ſit non poſse haberi alias probationes, quia ſi eſt dubium, quod alia indicia haberi poſsunt, & delictum plenè probari, durante tali ſpe eſt ſuperſedendum, & non deueniendum ad pœnam extraordinariam. Gomez. dicto tom. 3. cap. 12. num. 16. Caualcan. dicta par. 3. n. 271. Guazzinus defenſione 30. cap. 41. in fine.

5 Iudices verò Regulares non habentes in vſu torturam, per quam purgari poſsunt indicia, & ſemiplenæ probationes, poſsunt etiam pœna extraordinaria in tali caſu delinquentes punire, ita ex Gomez. dicto tom. 3. c. 13. dicunt, Ghiſ. de Iudice regul. ca. 181. num. 11. & Berti in pract. crim. tit. 17. c. 5. nu. 11. ſecus ſi habent in vſu torturam, quia debent delinquentes torqueri, vt infra dicetur.

6 Sed quoad ſæculares, ſi ſupradicti indiciati ſint habiles ad torturam, & Iudex facta omni diligentia, nõ poteſt vltra inquirere, & probare plenè delictum, quod remanet tantùm ſemiplenè probatum, & tunc debet reum omninò torquere, & non eſt in eius arbitrio, vel reum torquere, vel in pœnam extraordinariam illum punire. Quia hoc torturæ remedium in iure ſtatutum eſt ad veritatem extorquendam. l. edictum, ff. de quæſtionib. ita ex

Bald. quem refert & ſequitur Greg. Lopez part. 7. tit. 1. l. 26. verſ. ſubdit, Gomez dicto tom. 3. cap. 12. num. 26. Farin. quæſt. 36. num. 219. & ſeq. & quæſt. 88. num. 66. vbi teſtatur de communi, & vſitata opinione. Rim. iun. conſ. 361. nu. 53. vol. 3. vbi alios citat. Guaz. defenſ. reor. 30. cap. 41. Scac. de ſentent. & re iudic. gl. 14. quæſt. 17. num. 112. fol. 415. Diana de tortur. in S. officio reſol. 18. in tom. 4. Card. de Lugo tom. 2. de iuſt. diſp. 37. ſect. 12. num. 164. & debet Iudex ex officio quàmdiù veritatem non eſt aſſequutus, eam mediis omnibus licitis, & à iure ſtatutis indagare, vt iudicium magis veritati conforme proferre poſſit, & Iudex, qui reum non torſit, quem de iure torquere debebat, extraordinariè eſt puniendus. Farin. quæſt. 37. num. 148. Ambroſin. lib. 4. cap. 14. poſt num. 5. Iul. Chartar. decif. 79. n. 36.

7 Et licet indicia ad torturam ſint arbitraria, nec poſſit in hoc dari in criminalibus certa regula, vt dicunt Bart. in l. fin. ff. de quæſtion. Bertaz. conſ. 213. n. 6. tom. 1. Gram. conſ. 14. num. 6. conſ. 17. num. 21. conſ. 60. num. 9. Boſſ. de indic. n. 30. Clar. quæſt. 20. verſ. ad torturam Peregr. tom. 2. conſ. 2. nu. 102. hoc tamen eſt verum quando agitur de indiciis facti, nempè ſi ex deductis in proceſſu reſultat indicium ad torturam, necnè; Sicut autem eſt de indiciis iuris, & poſtquam fuerit aliquod indicium probatum: videlicet, quia adeſſet vnus teſtis omni exceptione maior de veritate deponens, vel quid ſimile; Quia tunc non erit in arbitrio Iudicis, ſed tenetur reum torquere. Rim. iun. conſ. 361. nu. 53. cum aliis ab eo citatis. Guaz. defenſ. reor. 30. cap. 4. num. 11. & dictum fuit ſupra par. 5. cap. 3. num. 1. Et quando delictum eſt probatum per indicia, & probationes multum vrgentia, videlicet vltra ſemiplenam probationem, (non tamen per indicia indubitata,) hoc caſu

8 debet grauiter torqueri, Secundum qualitatem indiciorum, & grauitatem delicti. Vel poteſt iterum torqueri. Secundum Bart. in l. vnius § 1. nu. 2. verſ. quandoque contra reum ff. de quæſtion. & alii citati, quando tamen indicia non cẽſentur purgata per primam torturam. Et hoc Iudicis arbitrio eſt relinquendum, & in caſu, quo non poteſt torqueri, debet grauius puniri, quàm puniretur, ſi indicia non excederent ſemiplenam probationem, Scac. de indic. lib. 1. cap. 65. num. 5. & de ſent. & re iudic. gl. 14. quæſt. 7. nu. 113. fol. 415.

9 Ad rationes & argumenta contraria, vt in n. 3. reſpondetur, & ad primum dicitur: Quòd quando perſona torqueri poteſt, concedimus, quòd debet torqueri; ſed quando torqueri non poteſt, vel propter ætatem, vel propter infirmitatem, vel propter priuilegium, vel propter aliam legitimam cauſam, negatur quòd non poteſt condemnari ad pœnam extraordinariam, ſed quod debet abſolui: quia ſemiplena probatio ſufficit in hoc caſu ad pœnam extraordinariam, licet non ad ordinariam,

nariam, vt per Doctores ſupra citatos nu. 3. 4. & 5.

Ad ſecundum, Reſpondetur, quòd factum poteſt conſiderari dupliciter, vel vt in ſe eſt, vel vt ſubſtat probationi; Quatenus in ſe eſt, concedi poteſt eſſe indiuiſibile, ſed quatenus ſubſtat probationi diuiditur; Et ſic quando delictum eſt tantum ſemiplenè probatum non poteſt reus dici totaliter delinquens, nec totaliter non delinquens; ſed aliquo modo delinquens & aliquo modo non delinquens. Et ideo non condemnatur pœna totali, nec totaliter abſoluitur, ſine pœna.

Ad tertium Reſpondetur, negando totum. Quia quando Iudex infligit pœnam arbitrariam, non indicat reum totaliter delinquentem, neque totaliter non delinquentem; ſed aliquo modo delinquentem.

Ad quartum Reſpondetur. Quod procedit conſiderato facto in ſe, vt non ſubſtat probationi; ſed vt ſubſtat probationi, ſuſcipit magis, & minùs.

Ad quintum Reſpondetur, quod in pœnis ordinarijs, verum eſt, quòd requiritur liquidiſſima probatio; ſecus autem eſt, quo ad pœnas extraordinarias.

Ad alia Argumenta non Reſpondetur, quia ſunt nullius momenti, & ad factum Salomonis (quod adduci poteſt) regiſtratum in 3. Regum 3. & in cap. afferte, de præſumpt. quod non condemnauit Mulierem, quæ rapuit filium alterius mulieris. Reſpondetur, quod ibi cauſa fuit tentata ciuiliter ad filij reſtitutionem, non autem criminaliter, ad condemnationem. Vt dicunt Ant. in dicto c. Afferte num. 7. Boſſ. tit. de conuictis num. 43. Petr. Barboſ. infra citandus, num. 82. verſ. non obſtat, quia ſi tentata eſſet criminaliter de plagio condemnaretur, vt poſt Abbat. afferit Petr. Barboſa ibidem.

10 Quò verò ad ſecundũ, quando delictum eſt probatum per indicia indubitata, diſtinguunt aliqui, quòd aut indicia indubitata proueniunt ex præſumptione iuris, & de iure, quæ ſunt præſumptiones à lege approbatæ; quando ſcilicet in cauſa criminali lex præſumit, & ſuper præſumpto diſponit iuxta l. cum qui ff. de adulter. & tunc Iudex debet procedere omninò ad condemnationem, etiam ad pœnam ordinariam. Ita Gomez de delict. cap. 12. numero 26. Clar. quæſt. 20. numero 7. & alii multi Doctores citati à Farinac. quæſtione 86. num. 52. & 53. 65. & 66. Et quamuis Menoch. ab eo citatus n. 54. ampliat etiam ad præ-

11 ſumptionem iuris tantum. Tamen hoc non ſufficit; Quia non ſufficit, quod indicia ſint cognita, & approbata per legem, ſpecialiter, ſed requiritur etiam, quod ſpecialiter declaratum ſit, vt ex illis procedatur ad condemnationem, in cauſa

12 criminali; & dicunt nonnulli DD. quod hæc indicia ſunt indicia indubitata, de quibus loquitur tex. in l. fin. C. de probation. vbi æquiparatur, quem eſſe conuictum idoneis te-

teſtibus, vel inſtrumentis, aut indiciis indubitatis. Ita Bald. in d. l. fin. nu.2. & in l. ſi quis adulterium in fine C. de adulter. Panorm. in c. accedens, num.6. de accuſat. Felin. in c. afferte num.7. de præſumpt. Boſſ. tit. de conuict. n.34. Gomez. tom.3. cap.12. nu.15. poſt medium. Berous conſ. 193. num.4. & nu.12. lib.3. Gabriel conſ.180. à num.20. Maſcard. de prob. concl.1222. nu. 51. & num.59. in 3. par. Leſſ. lib.2. c.9. dub.17. num. 170.

Sed Petr. Barboſ. in 1. par. l.2. in princip. ff. ſol. Matrim. num.86. verſ.
13 ſed quamuis fol.342. dicit, quòd prædictus intellectus multum reſtringit, tex. d. l. fin. Namquis dubitare poterit, quem eſſe condemnandum propter ea, quæ lex ſpecialiter præcipit condemnationem fieri; Imò nec tūc dicitur fieri condemnatio propter indubitata indicia, ſed propter legis diſpoſitionem; Nam præſumptio iuris, & de iure tranſit in ſtatum legis, vt dixit Bald. in l. ſiue poſſidetis, n.6. C. de probat. Neque retinet amplius indicii nomen: quia non coniecturalis, ſed certa dicitur probatio; Vnde non eſt dubium, quòd quando præſumptio eſt iuris, & de iure, Iudex debet procedere ad
14 pœnam ordinariam, ſed difficultas tantum eſt de præſumptione hominis. Et ideo inquit Barb. loco cit. quòd magis de mente dict. l. fin. eſſe videatur, quòd indicia indubitata ſint, quando ſunt ita violenta, & vrgentia, vt Iudex aliud credere non poſſit; quantumcunque per legem ſpecialiter non inueniatur approbata, ita vt hæc ſufficiant etiam ad condemnationem in cauſis criminalibus; Cum indicium dubitatum ſit, præſumptio fortiter mouens Iudicis animum ad aliquid credendum, vel non credendum. l. cum probatio, ff. de probat. Bald. in l. ea quidem ſub num.8. C. de accuſat. Maſcard. de probat. lib.1. quæſt.15. num.11. Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt.7. num.16. Surd. conſ.121. n.92. & 93. Farin. q.36. n.38. Iul. Char. dec.41. n.26. Vel indicium indubitatum eſt illud, quod adeò arctat mentem Iudicis, ita vt omninò credat, nec poſſit in contrarium inclinare. Bald. in l. ea quidem C. de accuſat. & conſ.249. Caſtr. in l. fin. num.15. C. de probat. Brun. de indic. par.1. quæſt.1. num.3. Crauet. conſ.179. num.5. Boer. deciſ.164. num.3. & 4. Magon. deciſ.39. num.13. in fine. Baiard. ad Clar. quæſt.20. num.9. & quæſt.21. nu.159. Cabal. reſol. 288. nu.10. Chart. d. deciſ.41. n.19. & deciſ.94. num.97. & deciſ.91. in fine. Farin. d. quæſt.36. num.36. Barboſ. in coll. DD. ad dict. l. fin. num.6. Petr. Barboſ. d. par. 1. leg.2. num.87. ff. ſolut. matrim. de qua re latè diximus ſupra par.5. cap.4. nu.11. cum pluribus ſequentibus. Vel eſt demonſtratio rei per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo, tamquam in vero exiſtente quieſcit, & plus inueſtigare non curat: quia non poteſt credere aliter rem ſe habere. Farin. d. quæſt. 36. num.37. & conſ.108. à num.84.
15 vſque ad num.88. vbi alios citat. Vnde videtur, quòd deſcriptiones in-

Digitized by Google

indicii indubitati non poſſunt adaptari ad præſumptionem iuris, & de iure. Sed ad præſumptionem hominis, & Iudicis, religioni commiſſam; Et licet poſſit Iudex falli in iudicandis indiciis indubitatis, vt dixit Bertaz. conſ.241. num.12. lib.1. & conſ.251. num.57. vol.2. Reſp. quòd fortè multo ſæpius potuerunt illum fallere teſtes. Vt obſeruat Merenda. Controu iur. lib.5. cap.25. ſub num.3. Et nihilominus quando delictum probatur per duos teſtes omni exceptione maiores proceditur ad pœnam ordinariam; Licet poſſit dubitari vtrum illi falsò, vel verè depoſuerunt.

16 Nam in rebus humanis probandis non requiritur certitudo euidentiæ. Sed ſufficit certitudo fidei ad terminandum noſtrū intellectum; ſcilicet vt Iudex fidem adhibeat prædictis probationibus, & credat indubitatè, ita rem geſtam fuiſſe. Ita Petr. Barboſ. vbi ſupra, num.92. ex Caiet.2.2.q.60.art.3.

17 Difficultas modò eſt, an ex indiciis indubitatis religioni Iudicis commiſſis poſſit reus pœna ordinaria condemnari, an potiùs debeat torqueri, vel extraordinariè puniri? & inuenio ſex opiniones diuerſas. Prima opinio tenet, quòd debet vel ordinaria pœna puniri, vel debet abſolui, ſed hæc opinio eſt falſa, vt patet ex DD. citatis ſupra, nu.4. & ex reſponſionibus ad DD. huius opinionis, num.9. vbi reſpondetur ad rationes adductas a dictis Doctoribus, num.3. Secunda opinio, quòd debet reus condemnari ad pœnam extraordinariam, non tamen corporalem, ſed pecuniariam, & hæc opinio nō eſt ſequenda maximè quando pœna ordinaria eſt mortis naturalis, & conſentit Farin. conſ. 82. num.4. Tertia opinio, quod debet torqueri ſine clauſula, citra præiudicium probatorum, & hæc opinio nec eſt ſequenda, quia non debet reus eodem modo torqueri quādo indicia ſunt indubitata, ſicut quando ſunt dubitata. Quarta opinio, quòd poteſt condemnari in pœnam ordinariam, & hæc opinio non eſt ſequenda niſi à ſupremis magiſtratibus, & vbi de hoc eſt aliqua lex municipalis, vt eſt Neapoli, prout referunt Rouit. deciſ.63. num.9. & S Felic. deciſ.47. in fine lib.1. Cum hoc tamen temperamento, quòd ſi ſupremus magiſtratus ex indiciis indubitatis, ita perducitur ad credulitatem commiſſi delicti, vt nullam habeat hæſitationem nec actualem, nec virtualem, ac ita perfectè credat, vt animus quieſcat tamquam in vero, & tunc poteſt reū in omnibus delictis condemnare in pœnam ordinariam, & ita poſt Doctores, qui hoc modo intellexerunt tex. l. fin. C. de probat. vt ſunt Bald. in l. milites, num.5. C. de quæſt. Panorm. in c. tertio loco, n.8. de probat. & conſ.113. num.2. in fine lib.2. Roman. in l. excipiuntur, num.3. ff. ad Syllan. Menoch. de arbitr. lib.2. caſu 214. num.4. Maſcard. de probation. par.3. 1336. num.22. Villagu. de Hæretic. quæſt.13. nu.2. & alii, tenet Petr. Barboſ. par.1. l.2. princip. num.90. ff. ſolut. matrim. quem

quem ſequuntur Rouit. & S. Felic. ſupra citati, Aug. Barb. in collect. ad l.fin.n.5.C.de probation. ſi verò credulitas Magiſtratus ſupremi eſt cum hæſitatione tantum virtuali, poteſt condemnare in pœnam ordinariam tantum in delictis occultis, & difficilis probationis, & tractatibus ſecretis, non autem in omnibus, ita Petr.Barboſ.dicto nu. 90. Auguſt. Barboſ. dicto num. 5. Rouit.dicta deciſ.63. num.9. & 10. ad quem ſe refert S. Felic. dicta deciſ.47. in fine lib.1. & licet ex præſumptionibus hominis quis non poſſit criminaliter condemnari; hoc tamen procedit in præſumptionibus hominis non violentis, ſecus tamen in præſumptionibus violentis, & indubitatis, vt declarat Menoch. de præſumpt.lib 1.qu 49.num. 2. verſic. tertius eſt caſus, & q.97 num.16.& ſequ. Quinta opinio, quod eſt in arbitrio Iudicis, vel reum condemnare in pœnā extraordinariam, vel reum torquere, Gramm. deciſ.42.Clar.qu.21.n. 40.verſic. ego in practica, Ioſeph. Ludouic.concl.45. verſic. ſolent etiam, Menoch.lib.1.cap.92.num.2. & ſequ. vbi, quod pro indiciorum, & præſumptionum qualitate, ac pro conditione perſonæ arbitrari poteſt, an Reus extraordinariè damnari, an verò torturæ ſubijci debet, & ita etiam dicit Ciarlin. controuerſ.12.num.13.Et procedit hæc opinio etiam in non ſupremis magiſtratibus. Sexta opinio, ſequenda etiam à non ſupremis Magiſtratibus, & à iudicibus ordinarijs regulat hoc arbitrium, & dicit, quod ſi Iudex videt Reum robuſtum, vel talem, qui facilè ſpreta tortura eam ſubſtinebit, vel quod parui facit tormenta, aut veriſimiliter credit nihil dicturum, poteſt illum condemnare in pœnam extraordinariam, omiſſa tortura, Farinac.qu.86.num.58.64. & 66.& conſ.82.num.4. Clar.quæ.64. verſic. illata tortura, Scac. de ſent. & re iudic.gl.14.qu.7.num.115.fol. 415.regulariter tamen, & maximè quando Iudex veriſimiliter credit, reum in tortura dicturum veritatem, cauſa debet expediri per torturam, cum clauſula citra præiudicium probatorum, quæ tortura debet eſſe grauior illa, quæ ex indicijs dubitatis inferri ſolet, & tunc ſi eſt negatiuus debet Iudex minuere pœnam ſecundum rationem tormentorum.& qualitatem etiam indiciorum, vt aſſerunt ſupra citati Doctores, nam debet eſſe leuior illa, qua fuiſſet punitus, omiſſa tortura, ſi Iudex non ſolum ordinarius, ſed etiam Magiſtratus ſupremus, habeat hæſitationem non ſolum virtualem, ſed etiam actualē, debet ſequi quintam, vel potius ſextam opinionem, & nunquam in pœnam ordinariam reum punire.

18 Ex indicijs indubitatis non poteſt fieri ſententia declaratoria excommunicationis, Ricc. dec.87. par.3

19 Quatuor caſus ſunt, ex quibus poteſt quis pœna extraordinaria puniri ex indicijs etiam non indubitatis, de quibus Gomez de delict. c. 12.n.15. Leſſ.de iuſt.lib.2.c.29.dub. 17.nu.170.

CA-

CAPVT QVARTVM.

De torquendis criminis ſocijs,& de nonnullis alijs, quæ præcedere debent Rei torturam.

SVMMARIVM.

1 *Conuictus torqueri poteſt ad ſocios criminis detegendos.*

2 *Socij criminis nominatio adminiculata grauat nominatos ad torturam.*

3 *Conuicti, condemnati, & confeſſi ſi torquentur ad manifeſtandos ſocios, debent torqueri cum proteſtatione; & ſi torqueantur ſine proteſtatione, & eſſent negatiui, an ſint abſoluendi, vel condemnandi, num.4. & ſi torqueantur cum proteſtatione, & ex ſe ipſis non interrogatis negarent delictum, aut confeſſionem, quid faciendũ ſit, n.5. & 6.*

7 *Confeſſio non requiritur, quando reus de delicto eſt conuictus.*

8 *Proteſtatio ſaluat ius Curiæ.*

9 *Tortura immoderata data conuictis pro ſocijs, prodeſt ipſis, vt non puniantur pœna ordinaria.*

10 *Conuictus tortus pro ſocijs cum proteſtatione, ſi interrogatus à iudice ſuper delicto negaret, an poſſit puniri.*

11 *Iudex tenetur in Syndicatu ſi torqueat conuictum pro ſocijs ſine proteſtatione, aut torqueat indiciatum ſine declaratione, quòd torqueat, quia aliter veritas haberi non poteſt.*

12 *Torqueri quis non poteſt ſine præcedente ſemiplena probatione.*

13 *Indicium vnum remotum non ſufficit ad torturam, ſed duo requiruntur, probato vnoquoque per duos teſtes.*

14 *Indicia probata per teſtes ſingulares an ſufficiant ad torturam.*

15 *Teſtes ſingulares an poſſint inducere animum iudicis ad reum torquendum.*

16 *Indicium vnum remotum probatum per duos teſtes cum adminiculis ſufficit ad torturam.*

17 *Indicium vnum remotum, quod valdè infert delictum probatum per duos teſtes, ſufficit ad torturam.*

18 *Teſtis vnus integer cum adminiculis ſufficit ad torturam, & ſine adminiculis, quando is, contra quem deponit, eſt leuis vitæ; & etiam ſi non ſit leuis vitæ, quando Iudex habet liberum arbitrium, nu. 19.*

20 *Quando ſunt plura indicia omnia de per ſe ſufficientia ad torturam contra delinquentem, non poteſt tortura inferri pro quolibet indicio, ſed ſuper omnibus torqueri debet.*

21 *Delictorum cumulatio non fit, vt ſic habeat locum tortura, vbi aliàs non haberet.*

22 *Indicia imperfecta non cumulantur ad inferendam torturam.*

23 *Tortura non infertur, vbi pro delicto non imponitur pœna corporalis.*

24 *Iudex in tortura inferenda debet conſiderare qualitatem inquiſiti; nam multi non poſſunt torqueri, qui numerantur, n.25.*

26 *Torquendi quando ſunt plures, à quo incipi debet.*

27 *Torqueri pro complicibus an poſſit gratiatus à principe.*

28 *Decretum de torquendo debet præcede-*

re torturam.

29 *Tortura non infertur reo poſt comeſtionem.*

30 *Appellatio an detur à decreto torturæ, & quam cautelam in hoc debet Iudex adhibere.*

31 *Decretum de inferenda tortura an poteſt reuocari à Iudice?*

32 *Indicia non ſolum debent eſſe ſufficientia ad torturam, ſed debent eam præcedere, aliàs confeſſio dicitur extorta, & nulla, etiam in delictis difficilis probationis, nu. 33. ſed hæc concluſio limitatur multis modis, nu. 34.*

35 *Indicia contra reum debet Iudex exprimere ſummatim in decreto torturæ.*

36 *Iudex antequam faciat decretum torturæ debet reum monere, & in epilogo de omnibus indiciis, & præſumptionibus eum interrogare, & ratio adducitur, num. 37.*

38 *Forma decreti de torquendo reo per funem.*

Quamuis conuictus in caput
ſuum torqueri non debeat;
Nihilominus torqueri poteſt ad
1 ſocios criminis detegendos, Clar.
quæſt.64. num.8. Sanch. conſ. mor.
lib.6. c.4. dub.3. num.3. Cuius con-
2 feſſio confirmata in tortura, & ad-
miniculata, & ratificata, grauat
nominatos ad ſubijciendum tor-
mentis, Cabal. caſu 200. nu. 128.
Guazin. defenſ.32. c..... nu.2. &
poteſt etiam conuictus pro aliis
criminibus tantùm indiciatis in-
terrogari, & torqueri. Clar. dicto
num.8. & omnis criminis ſocius,
quando poteſt torqueri ſuper ſo-
ciis, & complicibus, vel ſuper aliis

criminibus, debet Iudex prius proteſtari, quòd id facit ſine præiudicio conuicti criminis, ſicut etiam ſi eſſet condemnatus debet proteſtari, quòd id facit ſine præiudicio condemnationis. Clarus dicto n.8. & Baiard. n.25. ſimiliter ſi reus eſſet confeſſus non poteſt torqueri, niſi ſuper complicibus, vel aliis delictis, modo quo ſupra indiciatis. Decian. reſp.115. n.1. vol.3. & cum proteſtatione, ſine præiudicio confeſſi criminis, quæ proteſtatio debet in actis apparere, & fieri ſolet in ipſo decreto torturæ. Vulpel. conſ.4. nu.8. lib.1. Cartar. de execut. ſent. c.2. nu.67. & ſi Iudex incautus reum conuictum torqueret ſine proteſtatione, & tortus eſſet negatiuus, nõ per hoc eſſet abſoluendus, quia vtile, per inutile non vitiatur, l.1. §. ſed ſimili, ff. de verb. oblig. aliàs eſſet in poteſtate Iudicis ignorantis reum culpabilem à pœna legis liberare, ſed quia tortura debet aliquid operari in fauorem rei, condemnari poteſt in pœnam extraordinariam. Clar. dicto n.8. Tuſc. litt. T. concl. 332. nu.81. Burg. de modo proced. ex abrup. c.100. n.52. Ambroſin. de modo form. proceſſ. lib.6. c.4. n.1. & ſeqq. & ſi reus conuictus tortus cum dicta proteſtatione ex ſe ipſo à Iudice non interrogatus ſuper delicto, negaret delictum, aut confeſſionem, Iudex non debet admittere talem reſponſionem, ſed inſtare vt reſpondeat ſuper his, de quibus eſt interrogatus, & non ſuper aliis, de quibus non eſt interrogatus, & non obſtante tali ne-

negatione debet puniri pœna ordinaria, niſi ſuam innocentiam aliunde probauerit, Guazin. defenſ. 30. c.9. n.8. vel eam probare vult, & tunc Iudex debet dare reo terminum extraordinarium ad ſuam
6 defenſionem peragendam, intra quem ſi non deducit, neque probat aliquod releuans excuſabile à delicto, poteſt procedi ad eum condemnandum. Clar. q.49. §. eſſet igitur. Farin. q. 39. n.32. Burg. dicto
7 c.100. n.43. & non requiritur confeſſio rei quando ipſe de delicto eſt conuictus. Cabal. caſu 39. n.14. & per illam clauſulam citra præiudi-
8 cium conuictorum, cenſetur ſaluatum ius Curiæ, ne plena probatio in aliquo lædatur. Farin. qu 21. nu. 151. & q.40. n.18. Baiar. q.64. nu. 122. & q.68. n.116. vſque ad n.126.
9 niſi tortura data pro complicibus, aut aliis delictis eſſet immoderata, ſcilicet vltra mediam horam, quia tunc non eſſet locus pœnæ ordinariæ, ſed extraordinariæ. Farin. q.40 n.17. & q.37. n.um.174. Burg. dicto
10 c.100. nu.55. ſed quid dicendum ſi proteſtatione præmiſſa, reus nihilominus fuerit à Iudice interrogatus ſuper delicto, & negaret, aliqui volunt, quod debet condemnari in pœnam ordinariam, alii verò, quod debet relaxari, vel abſolui, quia per torturam cenſentur purgatæ probationes, media ſententia eſt, quod debet condemnari in pœnam extraordinariam, ita poſt alios Guazin. defenſ.30. c.9. n. 11. vbi, quòd ſi ageretur de pœna
11 capitali mortis, poterit puniri pœna triremium, & ſi Iudex reum conuictum torqueat ſine dicta proteſtatione debet in ſyndicatu puniri. Clar. & Farin. ſupra citati, & ſi ponat ad torturam reum tantum ſufficienter indiciatum ſine expreſſa declaratione, quòd deuenit ad torturam, quia aliter veritatem habere non poteſt, tenetur in ſyndicatu. Franc. Perſonal. de indic. & tor. quē ſequitur Guaz. di. f.30. c.4. n.1.

Alia ſpecialia, quæ neceſſario debent etiam præcedere torturam (vltra ea, quæ in ſuperioribus dicta ſunt)
12 ſunt indicia ſufficient. ſeu ſemiplena probatio, & ideo vnus teſtis omni exceptione maior deponens de viſu, nempè, quia vidit Titium vulnerare Seium, vel deponens de auditu, nempè, quia audiuit quando Titius mandauit Caio, vt Se um occideret, ſufficit ad torturam, quia hoc indicium eſt proximum, & immediatum, ſed quando indicium eſt remotum vnum indicium
13 non ſufficit, ſed duo requiruntur, & vnumquodq; per duos teſtes probari debet, & vnus teſtis non ſufficit etiam ſi eſſet omni exceptione maior. Marſil. ſing.476. Maſcard. concl.895. n.4. Menoch. de arbitr. caſu 170. n.23. Farin. q.37. nu.13. & debent eſſe conteſtes de loco, & tempore. Maſcard. dicto n.4. Gra-
14 nuth. theor.23. n.10. Indicia etiam probata per teſtes ſingulares ſi tēdant ad eundem finem, & ad integrandum vnum totum ſufficiunt ad torturam. Blanc. de indic. n.368. Granut. vbi ſupra, nu.14. Farinac. conſ.34. n.7. Miſſinger. obſer.100. Item etiam ſi teſtes ſingulares deponentes de indiciis ſint omni ex-

ceptione maiores, & deponant de indiciis valde inferentibus debitum, & ſint plures, inducere poſſunt animum Iudicis ad reum torquendum. Farin. quæſt.37. nu.38. Cabal. caſu 93. per totum; ſed de
16 hoc egimus, par.4. c.5. per totum, & de conſuetudine vnũ indicium etiam remotum a facto, legitimè probatum per duos teſtes, ſufficit ad torturam. Clar. qu.64. num.14. dummodo alia concurrant adminicula. Granut. vbi ſupra, num.7. Farin. quæſt.37. nu.14. quæ adminicula debent eſſe plura. Farinac. q.43. num.157. aut ſaltem talia, vt Iudex, ex qualitate perſonæ, vel facti arbitretur ſufficere ad corroborandum indicium principale,
17 Peguera deciſ. 5. nu.33. Maſcard. concl.1311. nu.53. Farin.quæſt 43. nu.162. Vnum indicium remotum, quòd valde infert delictum, vt confeſſio extraiudicialis, res furata inuenta penès aliquem, & ſimile probatum per duos teſtes ſufficiat ad torturam. Clar. qu.64. verſ. ſed quæro. Farin. qu.38. nu.48. Guaz. defenſ.30.c.4. n.12. vnus teſtis non
18 integer, cum adminiculis ſufficit ad torturam. Farin.quæſt.37.n.56. Guaz. defenſ.30.c.30.n.5. & vnum adminiculum ſufficit. Bordon. in praxi c.78. num.23. ſed quia de his indiciis egimus par.5.c.3. ideo ibi me remitto. Facit etiam teſtis non integer indicium ad torturam, quando inquiſitus, contra quem deponit, eſt leuis vitæ, ſcilicet criminoſus, & malæ famæ. Menoch. præſumptione octogeſima nona, numero ſexto, libro primo. Baiardus ſupra numer. 15. Farinacius numero 65. & ſequentib. aut quando Iudex habet liberum arbitrium Gram. deciſ.34. nu.3. Baiard. dicto nu.15. & q.64. nu.59. Farin. vbi ſupra, nu.68. qui n. 69. cum aliis tenet contrarium, ſed Baiard. cum aliis etiam ab eo citatis tenet primam opinionem quando iudex habet liberũ arbitrium tam in procedendo, quàm in condemnando, & quando poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta, ex Alex.conſ.65. num.9. vol.1. Boſſ.tit. de indic. & conſid.ante tortur.num.12. Gram. deciſ.34. nu.31.

20 Si contra reum extarent plura indicia ſufficientia ad torturam, non poteſt inferri tortura pro quolibet indicio, ſed cumulatis omnibus indiciis, ſuper omnibus torqueri debet, iuxta delicti grauitatem, qualitatem indiciorum, & perſonarum, aut ſemel tantum, aut bis, aut ter, ideſt tribus diebus ſeparatim, & non vltra. Marſil. in praxi §. expedita n.85. Caualc.de Brach. reg.par.3.n.134. Bertaz. conſ.135. n.10. Guaz.defen.30. cap.25. quod procedit, ſi Iudex in tortura inferenda proteſtatus fuerit torturam adhibuiſſe ſolummodo ſuper vnico indicio, quia adhuc diceretur tortus ſuper omnibus ex proceſſu contra eum reſultantib. Baiard.quæſt. 64. num.98. & 100. Guaz. vbi ſupra.

21 Cumulatio delictorum non fit, vt ſic habeat locum tortura, vbi alias non haberet, vnde ſi quis commiſit plura delicta, quorum nullus de ſui ipſius natura

eſt

eſt tale, vt per eum habeat locum tortura; nec omnibus cumulatis poteſt locum habere. Philiph. Corn.conſ.127.vol.1.Foller.in pra-ctic.crim.in verbo, & ſi confitebũtur, in tertia par. tertiæ partis,nu. 66.ſicut nec indicia imperfecta cumulantur ad inferendam torturã, quando tendunt ad diuerſa facta,
22 & vnum non infert in aliud; Nam fama, quæ non habuit ortum a fide dignis, inimicitia non capitalis,aut capitalis, ſublata per reconciliationem; mendacium non plenè probatum, aſſertio vulnerati probata per conſanguineos, affines,vel domeſticos,& ſimilia indicia non plenè,& perfectè probata; non cumulantur ad faciendum vnum indicium ad torturam. Ita poſt alios,quos cumulat Guaz defenſ.reor.30.c.32.num.1.

Plura indicia remota a maleficio;ſingula probata per teſtes ſingulares, etiam quòd non ſint omni exceptione maiores, ſed minus idonei, & aliquem patiantur defectum, ſufficiunt ad torturam, quando indicia eſſent ad minus tria, licet non valdè vrgentia, & etiam vbi duo tantum extarent,& veriſimilia viderentur, dicit Cabal.reſol.193. ſed Peregr.conſ.2.n.53.& ſequ.vol. 1.inquit, quod vt indicia remota per teſtes ſingulares probata ſufficiant ad torturam, non debent eſſe valdè remota; & quod teſtes debent eſſe integræ opinionis; & ſequitur Guazzinus defenſione reorum 30.capite quarto,numero decimotertio.

23 Tortura non infert, vbi pro delicto non imponitur pœna corporalis. Clar.q.64.num.4. Quia non debet maior pœna inferri reo non conuicto, nec confeſſo, quàm eſſet inferenda ex ipſa condemnatione, vbi eſſet de crimine conuictus, vel cõfeſſus,vt dicit Clar.ibidem.Becc. conſ.67. n.22. Tuſc.litt.T. concluſ. 326.n.7.Mald.conſ.65.nu.30. lib.1. Burg.de modo proced.ex abrupt.q. 23.nu.10.& 281.late Farin. q.38.n. 6.vbi alios citat,& q.42. n.3. Alex. 35.conſ.21.n.21.& 26. Cabal. caſu 28.n.5.& 14. Ambroſin. de modo form.proceſſ.inform.lib.4. c.1. nu. 9.& infert Peguer.deciſ.16.num.6. quem ſequitur Farin. num. 5. quod quando agitur de pœna fuſtigationis poteſt inferri, Cabal. vbi ſupra n.16. Et quando agitur de pœna perforationis linguæ,quod poteſt inferri, quia eſt pœna corporalis,Cabal.n.18.Et quando agitur de pœna relegationis,poteſt inferri tortura,Cabal.dicto n.18.quia eſt corporalis, l.quid ergo.§. pœna grauior,ff.de his,qui notari infam. & ibi Doctores, & præſertim Baldus in prima lectura n. 13. verſ. itẽ ſcias,& in repet. numero primo, & ſecundo;& ſequitur Guazzinus defenſione trigeſima, capite tertio, numero ſecundo. Granut. theor. tertia,numero nono.

24 Debet Iudex in tortura inferenda conſiderare complexionem, & qualitatem inquiſiti, an ſit debilis, delicatus, robuſtus, ferox, nobilis, plebeius, ciuis, vel ruſticus. Debet etiam conſiderare qualitatem, & grauitatem delicti, aut atrocitatem criminis. Vt mo-

monent Marſil. in pract. §. expedita num. 81. Petr. Pell. in tractat. de tortura qu. 7. nu 1. & 2. Tuſc. litt. T. concl. 526. n. 23. Debet etiam conſiderare, an reus ſit iuuenis, vel ſenis, an timidus, an verſutus, an infirmus. Farin. quæſt. 38. num. 33. & minùs ſunt torquendi Nobiles, & Doctores, quàm plebei; minùs debiles, quàm robuſti. Cartar. de interrog. reor. c. 4. c. 1. num 112. quod moderamen verſatur circa tria; ſcilicet circa qualitatem cauſæ, circa qualitatem perſonæ, & circa qualitatem tormentorum. Gaſpar. Cabal. ſuper conſt. March. lib. 4. cap. 1. gl. 1. n. 16. & alij citati à Guaz. defenſ. reor. 30. ca. 20. hinc eſt, quod quando plures rei ſunt torquendi pro eodem delicto, non ſunt torquendi eodem modo, ſed ſecundum qualitatem perſonarum, & indiciorum, idem Guaz. cum alijs citatis eadem defenſ. 30. cap. 4. nu. 24.

25 Si Reus eſt membro debilitatus non poteſt torqueri, & ſi torqueretur, & confiteretur, eius confeſſio nihil ſibi nocebit. Laderch. Imol. conſ. 183. num. 1. Guaz ibidem nu. 25. Similiter, & ſi exnodationem venæ, aut vulnus in pectore paſſus fuerit, aut habeat difficultatem anhelitus, aut morbum Gallicum, vel patiatur rupturam, ſeu morbũ Erniæ, aut quid ſimile, torqueri non poteſt. Omnes poſt alios congerit Guaz. vbi ſupra. Infirmi, valetudinarij, vel aliquo morbo laborantes, non poſſunt torqueri. Guaz. dicta defenſ. 30. cap. 16. ſunt etiam alij priuilegiati, qui non poſſunt torqueri; de quibus idem Guaz. cap. 17. qui ſunt grauati indicijs, & non poſſunt torqueri, debent condemnari in aliquam pœnam extraordinariam, ſecundum grauitatem criminis, & qualitatẽ indiciorum. Gomez. de delict. cap. 13. num. 28. in principio, & verſic. non obſtantibus, & dictum fuit ſupra c. 2. num. 5. Febre quartana laborans poteſt torqueri poſt diem febris; leuiter tamen ſine ſquaſsata, ſeu ſtrappata. Franc. Marc. deciſ. 790. Baiard quæſt. 64. num. 73. Caualc. de brach. reg. par. 3. num. 127. Guaz. vbi ſupra n. 2.

26 Quando pro eodem delicto plures eſsent inquiſiti, & contra omnes laborarent indicia ad torturã, ille debet prius torqueri, contra quem vigen maiora indicia. Clar. qu. 64. nu. 28. & ibi Baiard. num. 93. Decian. reſp. 115. nu. 5. Sed quando æqualia vigent indicia, incipi debet tortura ab illo, à quo facilius poſſit haberi veritas. Item incipi debet à timidiori, viliori, debiliori, & iuniori. Et quando ſunt torquendi vicini, incipi debet a vicino proximiori, & ſi maſculus, & fœmina ſint torquendi, incipi debet à fœmina, & non à maſculo. Item incipi debet ab eo, qui eſt malæ famæ, & eſt magis ſuſpectus, de quibus omnibus Guaz. dicta defenſ. 30. cap. 29. Burg. de modo proced. ex abrupto, c. 32. late ſupra par. 5. c. 3. nu. 61 f. 250. n. 9.

27 Gratiatus à principe de aliquo delicto non poteſt amplius examinari, nec torqueri pro intereſse Reipublicæ, vel ad publicam vin-

dictam pro habendis complicibus fautoribus, & auxiliatoribus, quia per dictam gratiam fuerit ſublatum, & extinctum omne ius criminalitatis concernens intereſse principis. Dec. conſ. 137. num. 14. Farinac. qu. 5. nu. 12. Baiard. qu. 24. nu. 140. Contrarium, quod ſocius particeps delicti, qui propter criminis manifeſtationē habuit gratiam de pœna, quòd poteſt torqueri ad faciendum indicium contra ſocios eiuſdem delicti per ipſum nominandos, Franc. deciſ. 459. par. 3. Cabal. caſu 29.

28 Ante torturam debet præcedere decretum de torquendo. Gomez de delict. cap. 13. nu. 21. in fine, & n. 23. Rimin. iun. conſ. 289. num. 6. vol. 3. Tuſc. litt. T. concl. 326. nu. 2. & alij citati a Farinac. qu 38. num. 7. & à Burg. de modo proced. ex abrupt. qu. 100 num. 102. Et ſi fuerit illata tortura nullo Iudicis decreto præcedente, diceretur indebitè, & nulliter lata. Farinac. conſ. 24 num. 19. in quo decreto declarari debet, quod deuenitur ad torturam, cum aliter veritas haberi non poſſit. Marſil. de quæſtion. in principio, num. 10. & ideò in dubio non habet locum tortura, Cabal. caſu 200. n. 145. Ciriac. controuerſ. 106. n. 55. Guazzin. defenſ. 29. c. 1. n. 4. Carena par. 3. tit. 10. n. 24. licet poſſit habere locum cum opinione probabili. Diana par. 4. tractat. 6. reſolution. final.

29 Tortura non infertur Reo poſt comeſtionem, niſi poſt nouem, vel decem horas. Marſil. in l. 1. in princip. num. 81. de quæſtion. Clar. qu. 64. num. 29. Tuſc. lit. T. concl. 326. num. 17. Cartar. de interrog. reor. ca. 1. nu. 78. Farinac. qu. 39. num. 32. alias ſi euenirent accidentia, & paſſiones reo in tormentis, tenebitur Iudex in ſyndicatu. Bald. conſ. 241. num. 8. vol. 2. Ambroſin. vbi ſupra lib. 5 c. 1. n. 30. vbi dicit ſufficere horas ſeptem.

30 A decreto torturæ datur appellatio quando delictum non eſt ſemiplenè probatum, aut non remaneat ſemiplenè probatum poſt defenſiones, l. 2. C. de appellat. Clarus quæſt. 64. verſ. ſed quid agendum, Farinac. qu. 38. num. 10. Scacc. de appell. qu. 17. limit. 47. membr. 1. n. 147. & de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 92. Caualc. de teſtib. par. 4. nu. 159. quod ampliatur vt reus non ſolum poſſit appellare à decreto de torquendo ſuper negotio principali; ſed etiam à decreto torturæ pro reſponſione affirmatiua, vel negatiua. Lancellot. de attentat. cap. 12. limit. 1. num. 93. & ſequ. & num. 98. Cartar. de interrog. reor. lib. 4. cap. 1. num. 21. Farinac. vbi ſupra nu. 1. Tuſc. litt. T. concl. 336. num. 14. Scacc. dicto cap. 97. num. 83. Ampliatur etiam vt licitum ſit appellare à comminatione torturæ. Clarus vbi ſupra, Guid. Pap. deciſ. 136. num. 15. Farinac. vbi ſupra nu. 15. & ſi Iudex non obſtante appellatione ad torturam proceſserit, & confeſſionem extorſerit, talis confeſſio eſt nulla, & inefficax ad condemnandum. Farinac. ibidem n. 17. Caualc. de brach. reg. par. 4. nu. 139. Limitatur primò, quando reus eſt tormentis applicatus. Ita Doctores

res citati à dicto Farin. n. 21. quibus adde Senogal. de modo formandi proceſſ. inform. lib. 4. cap. 1. nu. 27. Caualc. de teſtib. par. 4. num. 159. Vnde cautè iudices non ſolent interponere decretum palam de torquendo reum, ſed ducto reo ad locum torturæ, ſtatim cum incipit ligari, decretum de torquendo imponere ſolent, & immediatè torquere. Cartar. dicto cap. 1. nu. 68. & ex Claro Ambroſin. lib. 3. de modo formandi proceſſ. cap. 1. nu. 26. Nam præuijs interrogationibus, & monitionibus, perſiſtente reo in negatiua; ſolent Iudices in loco examinis ſeorſum à loco torturæ, ſtante ipſius rei pertinacia, ac indiciis contra eum vrgentibus pronunciare, decernere, & mandare, eum duci ad locum torturæ, ibique ſpoliari, ligari, & funi applicari, &c. Licet hæc cautela non placeat Farinac. vbi ſupra, nu. 22. Limitatur ſecūdò, ſi appellatio eſſet apertè friuola, & calumnioſa. Nā tunc poteſt à Iudice reijci, & ea nō obſtante, ad torturā procedere. Farin. ſupra, num. 23. Scac. dicto cap. 97. num. 84. & de appell. q. 17. limit. 47. membro 1. num. 148. quia tenetur Iudex calumniis obuiare. Farin. ibidem, num. 15. & eius arbitrio remittitur, quando appellatio dicatur friuola, & calumnioſa. Et inſpicienda eſt cauſa in appellatione expreſſa. Farin. num. 27. Quæ ſi à Iudice iudicatur friuola poteſt ad torturam procedere, cum ad Iudicem à quo ſpectat cognoſcere an ſit deferendum, nec ne appellationi interpoſitæ. Farin. ibid. num. 29. & debet eſſe expreſsè friuola, vt appellatio non deferatur; Et friuola cenſetur ſi exiſtentibus legitimis indiciis, & datis copiis, & elapſo termino ad purgandum remanent indicia non eliſa, ſeu ſemiplena probatio. Baiard. qu. 64. num. 85. Vel quando reus in appellatione exprimit cauſam, quæ ex actis notoriè apparet non vera. Scac. dicto cap. 97. num. 85. In dubio autem quando appellatio non eſt expreſsè friuola, Iudex à quo debet ſuperſedere in tortura, & expectare quid ſuper appellatione

31 pronunciet Iudex ad quem. Farin. ſupra, num. 30. ſiue dubium ſit iuris, ſiue facti. Idem, num. 31. Et ſi Iudex interpoſuit decretum de inferenda tortura in caſu dubio, poteſt tale decretum reuocare. Anton. de Nigr. ſuper cap. Regni 156. nu. 13. Rubr. quod recipiatur appellatio à tormentis, & ſequitur Guaz. defenſ. reor. 30. cap. 1. nu. 6. in fine.

32 Quòd indicia debent præcedere torturam, & ſine eis non datur, eſt tex. in l. 1. in princip. & ibi Marſil. ff. de quæſt. l. milites §. 1. C. de quæſt. c. cum contemplatione de regul. iur. Clar. quæſt. 64. verſ. dixi etiam, & verſ. dixi quoque, nec ſufficit, quòd præcedant indicia, ſi legitima, & ſufficientia non fuerint. Farin. quæſt. 37. nu. 1. vbi multos cumulat, quod procedit etiam ſi Iudex haberet liberum arbitrium. Bertaz. conſ. 198. lib. 2. Maſcard. concl. 1385. Et confeſſio extorta non legitimis præcedentibus indiciis, eſt nulla, & inualida. Etiam ſi mil-

ſi millies ratificata, & ex indicijs, ſuperuenientibus roborata eſſet. Et licet Maſcard.conſ.353. nu. 31. dicat hoc procedere in tacita ratificatione, & non in expreſſa, quæ ſine indicijs nocet. Tamen communis opinio eſt in contrarium, vt patet ex Burſatto conſ.201.n.25.& Farinac.dicta quæſt.37.n.110.& q. 83.Guaz.defenſ.reor.30.cap.28. etiam quando indicium ſuperueniens eſſet confeſſio extraiudicialis ante torturam illatam.Farinac. q.83. n.5. add. Farin. conſ.19.litt. D. Guaz. defenſ. reor.30. c.28.n.3.

33 Sed difficultas eſt an hoc etiã procedat in delictis occultis, & difficilis probationis? prout ſunt proditiones, & tractatus, qui ſecretè fiunt, delicta de nocte, ſeu aliis clam commiſſa, furtum, adulterium, ſimonia, ſodomia, venenum, falſa moneta, partus ſuppoſitus, fraus, & alia ſimilia, de quibus loquuntur Menoch. de arbitr. caſu 116. num.13. Farin. d. quæſt.37. à num.105. & ſeq. adducit Doctores pro, & contra, & tandem concludit, quod requiruntur indicia, Sed leuiora, quam in aliis delictis; Quæ indicia ob probationis difficultatem reputantur legitima, & ſufficientia; & ita tenent alij Doctores ab eo citati, num.152. 153. Guaz. defenſ.30. c.4. n.9. vnde poteſt Iudex procedere ad torturam propter dictum vnius teſtis non integri. Alex.conſ.24.vol.4.Dec.conſ. 343.Caſon.de indic. tract.10.c.1. n. 12. Baiard.q.54. nu.55. & qui aliàs repelleretur. Gabriel com.concl.tit. de teſtib. concl.7.n.3. lib.1. Burſat. conſ.346. n.17. lib.4. hinc eſt, quod furtum poteſt probari per teſtes familiares, domeſticos, & alios inhabiles, & per ſocios itineris. Pariſ.conſ.74. n.12. Ballus variar. qu. lib.3.de literis diſpenſatiuis q.9.n.5 & 7. licet Farin. q.62 n.63. dubitet an teſtis inhabilis faciat indicium ad torturam in caſu difficilis probationis, & n.64. admittat quo ad leuem torturam, & ſequitur Chart. deciſ.12.n.27.

34 Et regula, quod indicia debent præcedere torturã; limitatur primò in mandatario, ſiue vilis perſona ſit, ſiue non, ſiue aſſaſſinus ſit, ſiue non, qui poteſt torqueri ad indicandum mandantem, ſine aliis indiciis, quando inter ipſum, & occiſum nulla aderat inimicitia, & cauſa occidendi; Quia nemo præſumitur delinquere ſine cauſa; Et ſi cauſam propriã non habuit occidendi, neceſſe eſt vt ad alterius inſtantiam id fecerit. Et abſque aliis indiciis poterit torqueri, & interrogari in genere, ad cuius inſtantiam occiderit, latè Farinac. dicta quæſt.37 n.154. & ſeq. cum aliis ibi citatis. Idem dicitur de teſte falſo, quia quis non dicit teſtimonium falſum in cauſa ad ſe non ſpectante niſi ex ſolicitudine alterius. Boſſ. de indic. n.156. Limitatur ſecundò, in hoſpite, & famulis cauponæ pro furto in hoſpitio commiſſo, & pro re perdita in eodẽ hoſpitio, ibiq; poſita; qui ob ſolã præſump. quòd furtum ab eis cenſetur factũ, torquentur. Bart. in l.1. in fine ff. de furt. aduer. naut. caupon. Pariſ. de ſyad. car. 84. col.2 Ang. de maleſ. in verb. fam. n.107.

Farinac. vbi ſupra n. 158. quod procedit etiam ſi clauis domus ſit penes furtum paſſum, & ianua non reperitur fracta. Bertaz. conſ. 313. requiritur tamen mala fama contra eos. Natta conſ. 362. nu. 4. Farinac. ibidem n. 160. & de requiſitis vt reſultet præſumptio furti. Boſſ. in tit. de furt. aduerſ. naut. caupon. & in tit. ſi familia furtum feciſſe dicatur, vbi quod quando ſit furtum in caupona, Iudex habet poteſtatem vt inueniat furtum, vel fures, torquendo familiares domus, & alios, qui fuerunt in ea, & generaliter de furtis commiſſis in domo, familiares, & illi de domo malæ famæ poſſunt torqueri. Idem dicit quando hoſpes dedit cauponi hippoperam, ſeu valiſiam, vel quid aliud cuſtodiendum, & poſtea dicit aliquid ſibi ſubtractum ab ea, tenetur caupo, ſi datur hippopera clauſa, vel ſigillata, & caupo reſtituit reſignatam; Quia caupo ex eo, quod reſtituit valiſiam reſignatam, præſumitur dolus contra eum, & ei incumbit onus probandi contrarium.

Limitatur tertiò, in contumace, qui poteſt torqueri ſine alijs indicijs. Quia contumacia eſt indicium ſufficiens, & nihil aliud requiritur, vt contra Clarum quæſt. 64. verſic. ſed numquid tenet Ball. cum alijs ab eo citatis, var. qq. lib. 1. de indic. qu. 4. quando tamen fuit captus, vt perſeuerans in contumacia, ſecus ſi ſpontè ſe præſentaſſet.

Limitatur quartò, in cuſtode rei ſubtractæ. Farinacius quæſtione trigeſimatertia, numero 156. & 160. vbi reſtringit ad homines viles, & malæ famæ.

Limitatur quintò, in atrocibus criminibus ſi leuiora concurrant indicia, Menoch. de præſumpt. quæſt. 84. Maſcard. concluſ. 385. & 353. num. 30. Farinac. qu. 37. num. 88. vbi reſtringit, ſi delictum vltra atrocitatem ſit de genere occultorum, & difficilis probationis. Sed Caualc. de brach. reg. par. 3. num. 113. dicit, quòd Iudex ſine præcedentibus indicijs poteſt deuenire ad torturam ſtante maxima difficultate probationum, & mala qualitate perſonæ, vel atrocitate delicti, & diffamatione, vel alio indicio veriſimili, ſeu probabili, ſecus ſine aliquo adminiculo, & veriſimilitudine.

Fallit ſextò, contra inſignem latronem; Farin. quæſ. 39. num. 109. Si tamen probentur furta in ſpecie. Bal. dicta q. 4. n. 16. qui ſi confitetur vnū furtum, poteſt etiam pro alijs furtis interrogari, & torqueri ſine alijs indicijs. Farinac. dicta q. 37. nu. 166. 167. & 171. qui hoc tantum concedit ſi eſſet fur inſignis, & malæ famæ. Facchin. contr. iur. lib. 9. c. 92. & nos ſupra par. 5. c. 4. n. 20.

Fallit ſeptimò, in crimine veneni. Quia leuiora ſufficiunt indicia. Mandel. de Abb. conſ. 72. Ball. vbi ſupra n. 18.

Fallit octauò, in ſeruo ſi torquetur ad manifeſtandum delictum domini. Cùm ex ſola præſumptione, quòd ſciat factum domini torquetur, ſed requiruntur aliqua indicia leuia, ad Iudicis arbitrium. Ball. vbi ſupra num. 19. de alijs fallentijs videndi ſunt, Farinac. dicta quæſtione trigeſima ſeptima. Ballus dicta

cta qu. 4. Et nos ſermonem fecimus in par. 5. c. 3. & alibi.

Fallit nonò, in crimine falſi. In quo ex præſumptionibus, proceditur non ſolum ad inquiſitionem, capturam & carcerationem, ſed etiam ad torturam. Affliɛt. in conſtit. qui litteras nu. 5. Alex. Boſſius, & Dec. quos refert, & ſequitur Rimin. iun. conſ. 113 num. 7. lib. 2. Maſcardus de probationib. concluſ. 440. num. 26. & ſequent. Menoch. de præſumption. lib. 1. qu. 99. num. 10. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 13. num. 51. Gabriel. lib. 7. com. opin. concl. 6. n. 11. Farin. 152. num. 20. Iulius Chartar. deciſ. 39. num. 7. & deciſ. 40. nu. 60.

35 Debet etiam Iudex in decreto torturæ, exprimere ſummatim omnia indicia, & præſumptiones, quibus mouetur ad infligendam torturam. Farinac. q. 38. n. 8. Ambr. de modo formandi proceſſ. inform. lib. 4. c. 1. nu. 23. Guaz. defenſ. reor. 30. c. 4. n. 15.

36 Et antequam Iudex faciat decretum ſubijciendi reum tormentis, adhuc interrogationibus, & monitionibus ad dicendam veritatem de omnibus ſingillatim in proceſſu apparentibus, & de quibus ſunt indicia, ipſum reum impellere debet, vt admonet Foller. in practica crimin. in verbo, rei indurati torqueantur, poſt n. 1.

Non tamen cum illo circuitu, prout in alijs prioribus interrogationibus, de quibus ſupra in par. 5. ſed in epilogo de omnibus indicijs, & præſumptionibus interrogare eum debet. De quibus etiam non ſemel, ſed pluries monere eum debet, ad veritatem dicendam. Et in ſingulis monitionibus ſingillatim indicia inferenda ſunt, & cum aliquo pondere excitanda, vt recedat à ſua pertinacia; alioquin contra ipſum deuenietur ad iuris, & facti remedia opportuna, ita.

37 Foller. vbi ſupra num. 2. Vt per tales monitiones appareat, quòd ad torturam proceſſum fuit, quia aliter veritas haberi non potuit. Cùm non ex verbis iudicis, ſed ex proceſſu conſtare debeat, veritatem aliter haberi non poſſe. Et ideò ad hunc finem ponimus hic formam decreti torturæ cum interrogatorijs præcedentibus faciendis à Iudice.

Forma Decreti de torquendo Reo per funem.

Die, &c. menſe, &c. anno, &c. Viſa per R. P. N. Abbatem pertinacia Fr. N. rei conſtituti, & viſis, ac conſideratis talibus, & talibus indicijs contra eum emergentibus, ac talibus præſumptionibus, & audito eius aduocato, ſeu conſiliario, conſideratiſq; etiam eis, quæ adducebantur ad rei defenſam, ne reus ipſe torqueretur; cùm veritas aliter non poſſit haberi, determinauit, prout præſenti decreto determinat, dictum Fr. N. eſse nunc torquendum tortura funis ſpacio ſibi benè viſo, vel per mediam horam, &c. diuidendam ad arbitrium ipſius, P. N. Iudex.

Fr. N. Actuarius.

Digitized by Google

Sequitur alia Forma interponendi Decretum torturæ, poſtquam ad hunc finem conſtituitur, interrogatur, & monetur, vt infra Cap. ſequ.

CAPVT QVINTVM.

De his, quæ concernunt ea, quæ debent concomitari torturam.

SVMMARIVM.

1 *Forma conſtituendi reum criminis pro inferenda tortura.*
2 *Decretum torturæ quomodo, & quando interponi debet.*
3 *Horologium pulueris debet Iudex tenere quando infert reo torturam, & quomodo illud tenere debet.*
4 *Actuarius debet ſcribere omnes admonitiones factas reo in tortura à Iudice, & omnes reſponſiones Rei, ac omnia alia verba, quæ ex ſeipſo reus dicit.*
5 *Si reus in tortura incipit dicere veritatem, quid faciendū: & ſi manifeſtat aliqua delicta, de quibus non extant indicia, quid faciendum; n.6.*
7 *Non eſt practicanda illorum opinio, quòd conuictus debet torqueri, vt conſtet de eodem delicto etiam per confeſſionem, nec debet torqueri cum proteſtatione, n.8. niſi pro complicibus, aut alijs delictis, de quibus eſt tantùm indiciatus, n.9.*
10 *Interrogationes debent eſſe extenſæ, vt reus dicat ſocios, &c. aliàs ſi reus negaret delictum principale, videtur receſſum à proteſtatione, & non poteſt puniri pœna ordinaria, n.12.*
11 *Indicijs indubitatis grauatus torquetur etiam cum proteſtatione, vt in c. 3. n.17.*
13 *Reus conuictus, vel confeſſus, ſi poteſt interrogari de alijs ſocijs, vel alijs delictis, iterum debet conſtitui, & ſi negat, torqueri; & ſi in tortura negaret delictum non interrogatus, Iudex quid facere debeat, ne dicta retractatio præiudicet probationi, numero 14.*
15 *Forma decreti torturæ pro alijs delictis à reo malæ famæ commiſſis.*
16 *Forma alia decreti torturæ pro complicibus, & ſocijs, & decretum huiuſmodi reo non intimatur, n.17*
18 *Forma tormenti taxillorum.*
19 *Reus regulariter non poteſt torqueri ſuper alijs delictis, nec tortus interrogari debet de ſocijs, & mandante, & quando ſecùs, n.20.*
21 *Reus ſuper complicibus, & qualitatibus non torquetur, niſi ſit confeſſus, aut conuictus aut condemnatus, aliàs negatiuus, purgat indicia principalis delicti.*
Iudex an poſſit reum torquere pro alijs delictis, vel pro complicibus, ſi delictum poterat compleri ſine ſocijs, nec habeat indicia de alijs delictis.
22 *Interrogare debet Iudex reum de alijs delictis, vel de complicibus in genere, & non in ſpecie, niſi extarent indicia in ſpecie.*
23 *Conuictus, & confeſſus non debent interrogari dubitatiuè, an tale delictum commiſerint: ſed aſſertiuè: quare ita feciſti?*

24 *In-*

24 *Indicia quando non ſunt vrgentiſſima, ſed tantùm ſufficientia ad torturam, tortura non eſt repetenda.*

25 *Tortus, & negatiuus, eſt abſoluendus cum clauſula, Rebus ſic ſtantibus; & non poteſt moleſtari, niſi ſuperueniant noua indicia diuerſa à primis ſpecie, & ſubſtantia.*

26 *Tortura diuidi poteſt, & tunc quid ſit addendum in decreto torturæ: & nu. ſeq.*

27 *Iudex tria debet conſiderare in repetitione, atque in diuiſione torturæ.*

28 *Decretum ſecundæ torturæ, & de eius illatione.*

29 *Reus quando tertia vice eſt torquendus.*

30 *Confeſſio extorta per repetitionem torturæ, quæ repeti non debet, non valet.*

31 *Torturæ repetitio non eſt eadem die facienda.*

32 *Tortura illata reo pro complicibus, quando poteſt repeti, & num. 33. & 34. vbi de proteſtatione facienda reo confeſſo, quando ſunt plures complices.*

35 *Torqueri ſecundò non poteſt reus, niſi poſt quadraginta dies poſt primam torturam, quando pro diuerſis delictis pluries eſſet torquendus.*

36 *Reus de diuerſis delictis, pro quibus pluries torquendus erat, & tortus prima vice confeſſus eſt omnia crimina, etiam de quibus erat torquendus alia vice, ſi recuſat ratificare, & poſitus in ſecunda tortura, negat, non poteſt ampliùs torqueri.*

37 *Tortura illata per vnum Iudicem, etiam incompetentem, computanda eſt per ſucceſſorem.*

38 *Tortura vigiliæ an ſit repetenda.*

39 *Reo in tortura deficiente, quid debent facere Iudex, & Actuarius, & quomodo à tortura eſt deponendus, & nu. 40. 41.*

41 *Tormenta poſſunt mutari in ſupradictis caſibus.*

42 *Iudicis arbitrio remittitur quantum temporis ſpacium debet reus retineri in tortura, inſpecta qualitate perſonæ, delicti, & indiciorum.*

43 *Tortura in quinque gradus diuiditur.*

44 *Suggeſtio in tortura euitanda.*

45 *Iudex quomodo poteſt reum interrogare de ſe, & de ſocijs.*

SI Reus probato ſemiplenè delicto interrogatus à iudice, ſit negatiuus, & delictum eſt tale, pro quo venit imponenda pœna corporalis, in vltimo conſtituto debet torqueri, iuxtà ſuperiùs dicta Capite tertio; ideò ponitur hic forma vltimi conſtituti pro inferenda tortura, cum reliquis, quæ concomitari debent ipſam torturam.

Forma conſtituendi reum criminis pro inferenda tortura.

1 Conſtitutus perſonaliter coram Adm. R. P. Abbate, &c. & per me Actuariũ N. principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, & delato ei iuramento de veritate dicẽda, prout iurauit tactis manu ſacris ſcripturis, ad opportunas interrogationes reſ-

reſpondet vt in fin.

Et primò interrogatus ſi cogitauerit, & adhuc ſe diſpoſuerit, & deliberauerit melius dicere veritatem, quam hactenus non dixit ſuper his, de quibus iam fuit interrogatus in præcedentibus eius examinibus, & conſtitutis. Reſpondit, etc.

Interrogat. quomodo adhuc velit in pertinacia perſiſtere, & audeat dicere veritatem dixiſſe, cùm non ſemel, ſed pluries in mendacio repertus fuerit, & non leuia contra ipſum vrgeant indicia; Et propterea recedat à pertinacia, & ingenuè veritatem fateatur ſuper his, de quibus fuit hactenus interrogatus. Reſp.

Interrogatus, & monitus vt ſe diſponat ad dicendam veritatem, quam nullo modo negare poteſt tot indiciis contra ipſum vrgentibus; & ideo dicat ingenuè quomodo ſuccesſerit caſus vulneris, etc. facti in perſonam N. etc. Reſp.

Interrogatus, an ſaltem dici audiuerit, quomodo, & qualiter ſucceſſit caſus vulneris N. Et dicat à quo, ſeu à quibus, quo tempore, & in quo loco. Reſp.

Interrogatus, quomodo ergo ſciuit, & notitiam habuit dictũ N. fuiſſe vulneratum. Reſp.

Interrogatus, & monitus, vt dicat veritatem, an aliter etiam, & quomodo, & qualiter ſciuit, & notitiam habuit dict. N. fuiſſe vulneratum. Benè cogitans, quòd de hoc benè conſtat in informationibus. Reſp.

Interrogatus, quomodo ſcit, vel audiuit, quòd ſucceſſit caſus vulneris in perſonam N. Reſp.

Interrogatus, quamdiù eſt, quod ipſe conſtitutus non fuit in tali loco. (Scilicet in loco vbi fuit commiſſum delictum.) Reſp.

Interrogatus, an ſolus, vel aſſociatus ſe contulerit in tali loco. Reſp.

Interrogatus, vt explicet illorum Nomina, Cognomina, &c. Reſp.

Interrogatus, an vltra prædictos, aliquis alius ſe contulerit ad dictum locum (& ſi nominauit alium complicem.) Reſp.

Interrogatus, ſi cum ipſo conſtituto, & aliis prænominatis ſociis ſe contulit etiam ad dictum locum N. quare ſupra, & in aliis conſtitutis nominauit ſolùm N.N. & non nominauit etiam N. ſi Reſpondet, quòd non recordabatur.

Interrogatus, quòd non eſt veriſimile, quòd non fuerit recordatus de N. dum recordatus eſt de aliis, imò eſt veriſimile totum, &c. Nec poteſt aſſignari cauſa rationabilis, quare magis recordatus fuerit de N. N. quam de N. fateatur igitur veritatem, quare nominauerit in ſocios N. & N. & non propalauit N. Reſp.

Interrogatus, an Armati, vel inermes ſe cõtulerint, cum dictis ſociis ad dictum locum. Reſp.

Interrogatus quo quilibet ipſorum armorum genere eſſet armatus. Reſp.

Interrogatus, vnde habuerunt dicta arma, tum ipſe conſtitutus, tum alii prædicti eius ſocii. Reſp.

Interrogatus, quare ita armati ſe contulerunt ad dictum locum dict. tempore. Reſp.

In-

Interrogatus, quare ita ſimul ſe contulerat dicto tempore ad dictum locum. Reſp.

Interrogatus, quoties ſimul cum dictis ſociis ſe contulit in dictum locum, vel cum aliquo ipſorum. (Se riſponde, che niun' altra volta.)

Interrogatus, quare illo tempore, & non alio cum dictis ſociis ſe contulit ad dictum locum.

Interrogatus, qualiter, & quomodo ita ſe inſimul coadunauerunt.

Interrogatus, quanto tempore antea fuit præmeditatum ab eo, & dictis ſociis, vt ſimul ſe conferant ad dictum locum.

Interrogatus, à quo fuit datus talis ordo ſe ſimul coadunandi, quo tempore, & quo loco? Reſp.

Interrogatus, quare dicta vice ita ſimul ſe coadunauerunt, & quo loco. Reſp.

Interrogatus, per quantum temporis ſpacium ita ſimul ſteterunt in dicto loco, vbi ſimul coadunauerunt, priuſquam ſe contulerint in locum &c. Reſp.

Interrogatus, quos ſermones verè habuerunt ipſe conſtitutus, & prędicti ſocii per dictũ tempus. Reſp.

Interrogatus, vt fateatur ingenuè veritatem an habuerint ſermones de N. vulnerato, & quos ſermones habuerunt, illos pro veritate recenſeat. Reſp.

Et monitus, vt dicat veritatem, cùm non deſint teſtes deponentes contrarium, & ideo dicat veritatem de ſermonibus de dicto N. habitis, & an ſimul locuti fuerint de malè eum tractando, & vulnerando. Reſp.

Interrogatus, an aliàs minatus fuerit dictum N. male tractare. Reſp.

Interrogatus, an cum aliis ipſe conſtitutus locutus fuerit de male tractando, & vulnerando dictum N. Reſp.

Interrogatus, ſi eo die, quo vulneratus fuit dictus N. obuiam habuit dictum N. & dicat in quo loco, & in qua hora.

Interrogatus, ſi cum dicto N. vulnerato locutus fuit, & quibus præſentibus.

Interrogatus, quid fecit dicto N. aut quid dixit quando illum vidit in illo loco, item quid fecit, & quid dixit poſtea.

Interrogatus, quid fecit & dixit ipſe conſtitutus, vel eius ſocii, quando viderunt dictum N. in dicto loco. Itẽ quid fecerint, vel dixerint poſtquam viderũt dict. N. in dict. loco.

Admoneat, quòd dicat veritatem ne implicet ſe in mendaciis, quia conſtat benè in proceſſu quò iuerint ipſe & dicti ſocii, poſtquam viderunt N. in dict. loco, & hora. Reſp.

Interrogat. quantum tempus antea, vel poſtquam viderunt dictum N. peruenerunt ad dict. locum. Reſp.

Interrogat. in quo loco ſe cum dictis ſociis reperiebat tempore, quo fuit vulneratus dict. N. Reſp.

Interrogat. & monitus, vt recedat à ſua pertinacia, & ſe tandem diſponat ad dicendam puram veritatem de ordine & tractatu de vulnerando N. & de excuſatione huiuſmodi tractatus, aliàs denunietur contra ipſum conſt tutum, ad iuris & facti remedia opportuna, & ad rigoroſum examen. Reſp.

Ite-

Iterùm monitus, quomodo adhuc pertinaciter negare audeat dictum tractatum, cum illius executione ſatis detectum, ex ipſius inimicitia, quam habuit cum dict. N. vulnerato, ex ſermone, et minis, &c. ex veriſimilibus, item ex tali, et tali indicio. Reſp.

Iterùm admonitus vt fateatur veritatem, nec patiatur contra ſe ipſum deueniri ad rigoroſum examen, et torturam, prout deuenietur, ſi adhuc in ſua pertinacia perſtiterit. Reſp.

Ex tunc R. P. Abbas, etc. viſa pertinacia ipſius conſtituti, attentaque eius qualitate (ſi ille erat malæ conditionis, & famæ), & quòd vult dare verba, & nolit veritatem fateri, ac ſtantibus indicijs contra ipſum vrgentibus, (quæ ſpecificari poſſunt,) pro veritate habenda de dicto crimine, cùm aliter haberi non poſſit; mandauit prout præſenti decreto mādat ipſum N. conſtitutum adduci ad locum torturæ, ibique ſpoliari, ligari, & ad funem applicari, & torqueri, per integram horam, (vel per mediam horam) arbitrio ipſius diuidendam, & hoc ſine præiudicio quorumcunque iurium Curiæ quomodocunque acquiſitorum, & aliorum omnium, de quibus ipſe conſtitutus eſſet conuictus, vel confeſſus; ſuper quibus R. P. Abbas ipſum non intendit torquere, de quo proteſtatur; quæ proteſtatio intelligitur ſemper repetita in omni actu, ex nunc, pro tunc; qui ſic adductus dum ſpoliaretur, & ligaretur, fuit pluries benignè monitus per R. P. Abb. de veritate dicenda, vt illam tandem dicat, & recedat à pertinacia; alioquin etiam ad vlteriora procedatur contra ipſum. Reſp. &c. Et tandem ſpoliatus, & ligatus, ac funi applicatus antequam eleuaretur, adhuc fuit benignè monitus per R. P. Abbatem, vt recedat a ſua pertinacia, & fateatur ingenuè veritatē, alioquin in funem eleuabitur, & ita torquebitur, & cùm nollet veritatem fateri, iuſſus fuit ipſum eleuari, & ad ſignum cabelectæ, ſeu ſalcatę poni, & ibi poſitus iterum interrogatus fuit de veritate dicenda, &c.

2 *Aduertendum eſt hìc, quòd decretum torquendi ita interponendum erit, vt ſtatim, & quaſi vnico contextu poſt illud ad torturam deueniatur, vt aduertit Ambroſin. de modo form. proceſ. inform. lib. 5. cap. 2. num. 26. quia dum eſt iam torturæ applicatus non poteſt appellare, vt dictum fuit ſupra, cap. 4. num. 30. nec debet interponi palam, ne reo appellandi detur materia. Ambroſin. ibidem num. 27. & ſi reus appellat poſtquam torturæ eſt applicatus, non eſt recipienda appellatio, vt ibi dictum fuit, licèt nec quando eſt friuola debet recipi.*

3 *Aduertendum ſecundò, quòd Iudex in ipſo actu torturæ debet adhibere horologium pulueris, vt ſciatur quanto temporis ſpatio reus detineatur in tortura, & apparere debet in proceſſu quando dirigitur ampulletta, & quando finem facit, & debet teneri modo, quo per reum non videatur, ſed ſolùm per Iudicem, & Actuarium, & debet habere ad minùs diſtinctiones quarti, vt melius conſtet de quantitate torturæ. Caual-*

de

de brach.reg. par.3.n.60. Burg. de modo proced.ex abrupt.q.42.n.21 Guaz.defenſ.30.c.1.n.4.

Qui ſic eleuatus clamare cœpit, *O Dio, miſericordia,&c. calatemi giù, che voglio dire la verità*. Ex tunc Reu. P. Abbas pro veritate habenda mandauit ipſum conſtitutum leuiter deponi, animo continuandi torturam, quem ſic depoſitum, & ſedentem ſuper ſcamno ligneo R. Abbas hortauit, vt modò dicat veritatem, quam dicere pollicitus eſt, *Et ſi incipit dicere veritatem, ſcribatur in actis integra depoſitio ſine interruptione, & poſtea cum finem fecerit, iudex poteſt eum interrogare de omnibus, quæ interrogari debet, & exiſtimat eſſe interrogandum, & aduertendum eſt, quod interrogatio, ſiue in tortura ipſa, ſiue reo depoſito ab ea, ſemper debet eſſe in genere, & numquam in ſpecie, & interim dum à tortura eſt depoſitus, ampulletta non debet currere, & tunc iterum dirigere debet, vt currat, quando nolens veritatem promiſſam dicere, & rurſus eleuatur; & ſi depoſitus, reſpondet negatiuè.*

Depoſitus, noluit veritatem dicere, & monitus, vt nolit verba dare, ſed ſe diſponat ad dicendam veritatem, alioquin iterum in altum eleuabitur, Reſp. *Non hò che dire*.

Ex tunc R.P. Abbas mandauit ipſum conſtitutum iterum in altum eleuari, qui ſic eleuatus clamare cœpit, *Obimè, obimè*, &c.

Interrogatus, vbi illa nocte moratus eſt, in qua accidit caſus vulneris in perſona N. Reſp.&c.

Interrogat. cum quibus ſtetit, aut dormiuit in illa nocte. Reſp.&c.

Interrog. ob quam cauſam, &c. Reſpondetur, &c.

Interrog. quare? Reſp.&c. *Et ſic pluries interrogando de omnibus, & ſingulis indicijs, &c. ſi iterum dicit, Calatemi, che voglio dire la verità.*

Et iterum eleuatus dixit, *Calatemi, che voglio dire la verità*.

Et R.P. Abbas dixit, vt dicat ibi veritatem, quia aliàs verba dedit & noluit veritatem deponere.

Reſpondit, *Fatemi calare giù, che queſta volta non v'inganno*, & pluries ita replicando.

Ex tunc R.P. Abbas pro veritate habenda mandauit dictum conſtitutum leuiter deponi, animo continuandi torturam, qui depoſitus ſedens ſuper ſcamno ligneo, fuit per Reu. Abb. interrogatus, & hortatus, vt modò ingenuè fateatur veritatem, quam dicere promiſit, Reſpond. *Non hò, che dire*.

Et monitus vt recedat à ſuà pertinacia, & dicat veritatem, quam nullo modo negare poteſt, vrgentibus tot, & tot indiciis contra ipſum, alioquin iterum in altum eleuabitur, Reſp. *Non sò, che dire*.

Et tunc Reu. P. Abbas videns ipſum conſtitutum nolentem dicere veritatem, mandauit iterum ipſum in altum eleuari, qui eleuatus dixit, *Obimè, &c.*

Iterum monitus, vt dicat veritatē de dicto vulnere, de dicto tractatu, &c. & non patiatur vlterius.

4 *Dum reus torquetur, & ſuper indicijs interrogatur in tortura, ſcribi ab Actuario debent in actis omnia verba, quæ dicit dum in tortura manet, ſimul cum admonitionibus à Iudice facti*

5 *Etis de tempore in tempus, & ſi reus in tortura incipit dicere veritatem, & deponere à tormento petat, ſcribatur in actis id, quod in tortura deponit, & ſi Iudici videtur, poteſt deponi, & in actis ſcribatur huiuſmodi depoſitio à tortura iuxta formam ſupra poſitam, & dicendo veritatem ſcribatur ſua integra depoſitio, & poſtea Iudex poteſt illum interrogare, vt ſupra etiam dictum eſt, & omnibus peractis, ita in actis ſcribatur.*

Et tunc R. P. Abbas mandauit ipſum N. leuiter deponi, ſolui, indui, & ad locum ſuum reponi, accommodatis eius brachijs.

Si autem in negatiua perſiſtat, ita ſcribatur.

Et cum N. in negatiua perſiſteret, & ab eo veritas haberi non poſſit, & ſtetiſſet in tormentis per ſpatium vnius horæ iuxta horologium pulueris, & aliud ab eo haberi non poſſet, Iudex mandauit ab ipſo tormento amoueri, ſolui, indui, brachia reaptari, & ad locum ſuum reponi, animo iterùm torquendi, (*ſi repetitioni erit locus*,) & accommodatis illi brachijs, alijſque neceſſarijs remedijs adhibitis, fuit repoſitus in loco ſuo, & relectum cõfirmauit, & propria manu ſubſcripſit.

Subſcribantur tortus, Iudex, & Actuarius.

6 Si reus in tormentis, exiſtens præter interrogata, & ea, de quibus eſt in proceſſu indiciatus contra ſe aliqua delicta dixerit non contingentia delictum principale, & de quibus nulla indicia extabant in proceſſu, tali confeſſioni non eſt habenda fides. Iodoch. in praxi crim. cap. 39. numero 2. ſed poſt torturam debet à Iudice interrogari, quare non interrogatus ex ſeipſo prædictam confeſſionem fecerit, & ſi extra torturam tranſacto ſpacio 24. horarum in confeſſione eiuſdem delicti perſiſtat, poteſt Iudex de tali delicto contra confitentem inquirere, nouum proceſſum formando, iuxta ſententiam DD. in l. 2. §. ſi publico ff. de adult. facit cap. cùm ſuper de confeſſ. ſecundùm Abb. ibidem, Marſil. in l. repeti numero 46. ff. de quæſtion. Foller. in verbo rei indurati in fine, Boſſius de indic. num. 139. & ſequent. Afflictus deciſ. 176. Nam propria confeſſio ſufficit pro infamia. Nauar. de indic. numero 86. & illud delictum dicitur notorium iuris, cap. veſtra, & capitulo vltimo de cohabitat. Cleric. & mulier. & notorietas illa dicitur fictus accuſator. Nauar. ibidem; ſi verò delictum incidenter confeſſum contingit delictum principale, in eodem iudicio puniri poteſt, vt aliàs dictum eſt, & poteſt puniri in eodem iudicio etiam ſi crimen confeſſum non contingat delictum principale ſi ita confeſſus habuiſſet terminum defenſiuum, & eo fuiſſet vſus, & non euacuaſſet confeſſionem, Afflict. vbi ſupra, & Vincent. de Franch. deciſ. 240. n. 3. lib. 2. vel ſi reus eſſet famoſus, Vrſill. ad Afflict. dicta deciſ. 176.

7 Non eſt ſequenda, aut aliquo modo practicanda opinio illorum aſſerentium, quòd etiam quando deli-

delictum eſt plenè probatum ad-
hiberi debet tortura; Non vt am-
pliùs conſtet de delicto, ſed tan-
tùm vt reus fateatur delictum ne
poſſit appellare. Niſi extet ali-
quod particulare ſtatutum, requi-
rens etiam confeſſionem vltra ple-
nam probationem. Vt dicit Ca
ualc. de brach. Reg. part.3. nu.25.
quia tunc torqueri poteſt cum pro-
teſtatione citra præiudiciũ proba-
torum; ſed circumſcripto tali ſta
tuto, Iudex non debet reum tor-
quere ad effectum, vt confiteatur,
etiam cum dicta proteſtatione.
Caualc. ibidem, Baiard. ad Clar.
8 dict. quæſt.64. numero 22. vbi citat
Baldum, & Brunum de indic.
9 Poteſt tamen Iudex reum torque-
re, etiam ſi debita pœna punitus
ſit; ſi prouiſum non fuerit ſuper e
ius tortura quò ad complices, &
ex proceſſu liqueret, delictum
fuiſſe patratum cum ſocijs. Et
ſolum poteſt ipſum torquere ad
ſciendum ſocios. Carauita rit.
269. numero 23. Baiard. quæſt.57.
num.20 verſ. adde, quòd licet de-
bita pœna; Facit tex. in l. & ſi cer-
tus ſit, ff. ad Senat. Conſult. Syl-
lan. vbi notat Angel. & Igneus. Et
ſi ante ſententiam fuerit reus tor-
tus; Et negatiuus, non erit ite-
rum torquendus ad ſciendum
complices; Sed tunc tantùm de
illis eſſet interrogandus quando
fuiſſet confeſſus, l. priùs, ff. ad
Senat. Conſult. Syllan. Igneus in
dicta l. ſi certus n.35. S. Felic. dec.
138.n.5. vbi ita deciſum refert. In-
10 terrogationes debent eſſe extenſę,
vt reus dicat ſocios complices, &
fautores. Baiar. q.64. n.26. Et nõ ſub
illis verbis, ad opportunam inter-
rogationem. Quia ſi reus tunc re-
ſponderet ſuper delicto, dicendo;
Io non hò fatto il delitto, videretur
receſſum à proteſtatione; Nam re-
ſponſio intelligitur facta ſecundum
præcedentem interrogationem. Id.
Baiard. quæſt.55. num.44. Guaz.
defenſ. reor. 20. c. 10. num.3. latè
Cartar. de exequut. ſent. Capt. Ban.
cap.2. num.76. & ſeqq. Et quia ali-
quo modo conuictus etiam dicitur,
qui eſt grauatus indicijs indubita-
tis. Boſſ. tit. de conuict. num.5. Ba-
iard. ad Clar. quæſt.66. nu.1.
11 Sequitur, quòd ita grauatus po-
teſt torqueri cum d. proteſtatione,
vt dictum fuit ſupra cap.3. num.17.
& dicit Gramm. deciſ.96. & ſequi-
tur Baiard. d. quæſt.64. num.122.
Sed ſi ſine proteſtatione eſſet tor-
tus, aut cum proteſtatione, & po-
ſtea renunciata per interrogatio-
nem factam ſuper delicto principa-
li, non poteſt reus condemnari ad
pœnam ordinariam, ſi in tortura
12 negat delictum. Quamuis conui-
ctus eſſet. Caualcan. de Brach. reg.
part.3. num 25. Cartar. de exequut.
ſent. Capt. Ban. cap.1. num.80. &
cap.2. num.65. & 70. & alii ſupra
citati num.11.
13 Quamuis Baiard. quæſt.64. à num.
116. & ſeqq. teneat oppoſitum, &
praxis eſt, quòd quando reus de
delicto eſt conuictus, vel confeſſus,
& facta eſt ratificatio principalis
delicti, ſi poteſt interrogari de
alijs delictis ab eo commiſſis; aut
poteſt interrogari de ſocijs, auto-
ribus complicibus, aut auxiliatori-

bus; reus iterum conſtitui poteſt
(iuxta formam traditam in alijs
conſtitutis.) Et ſi neget poterit i
terum torqueri, vt aliqua delicta
ſi quæ commiſit, aperiat; vel vt ſo-
cios, ac complices detegat, & ſem
per debet præcedere Iudicis pro-
teſtatio, ne delicti plena probatio
debilitetur, aut rei confeſſio ener
14 uetur. Et ſi hoc modo interroga-
tus, reus negaret delictum, de quo
iam eſt conuictus, vel confeſſus, Iu-
dex faciat ſcribere, quòd hæc re-
ſponſio fuit ab ipſo reo vltrò pro-
lata, & ex ſe ipſo, ſine alia inter
rogatione, cum ad hoc non fuerit
torturæ ſuppoſitus, ſed tantùm
pro complicibus, & ſocijs, vel pro
alijs delictis, & hoc notari debet
15 in actis, ne dicta retractatio præ
iudicet probationi, aut confeſſioni.

Forma decreti Torturæ pro alijs delictis à Reo malæ famæ commiſſis.

R. P. N. Abbas viſis, & ponderatis productis in actis contra N. reum conuictum, necnon conſiderata etiam eius mala fama, probata etiam in actis, quòd ſolitus ſit ſimilia patrare; Conſiderato etiam, quòd tale crimen eſt annexum crimini, de quo principaliter eſt conuictus; vel quòd crimē, de quo agitur, & eſt conuictus, eſt indicium vel circumſtantia talis criminis, &c. Et cum ipſe interrogatus inuerſimiliter neget, iuſſit eumdem adduci ad locum torturæ, ibique ſpoliari, &c. Et hoc ſine præiudicio quorumcunque iurium Curiæ quomodcumque, & qualitercumq; competentium, & acquiſitorum, de quibus ipſe N. eſſet conuictus, vel confeſſus, ſuper quibus nullo modo ipſe R. P. Abbas intendit ipſum torquere; quinimmò proteſtatur expreſsè ipſum ſuper illis ſe non torquere, & huiuſmodi proteſtationem in quolibet actu repetitam fore, & eſſe dixit, & intendit, & quòd pro repetita ſemper habeatur ſupradicta proteſtatio; ſed ipſum N. tantum torquere intendit pro vlteriori veritate habenda ſupra alijs criminibus per ipſum verſimiliter commiſſis, præcipuè ſemper tale delictum annexum; Vel ſuper tale delictum, de quo eſt indiciatus in ſuo proceſſu, & non aliter, nec alio modo, de quo ſollemniter, & expreſsè, ac omni meliori modo proteſtatus fuit, & proteſtatur, hodie, Die, &c. Menſe, &c. Anno, &c. in Monaſterio, &c.

F. N. Abbas.

F. N Actuarius.

Forma alia Decreti Torturæ pro Complicibus, & Socijs.

R. P. N. Abbas viſis, conſideratis, & productis in actis contra N. reum confeſſum, vel conuictum, & depoſitionibus teſtium dicentium N. reum pluribus aſſociatum fuiſſe, quàm ſunt nominati ab ipſo in ſua depoſitione, conſiderata itaque qualitate delicti perpetrati, iam confeſſi, vel iam plenè probati, quòd veriſimile eſt, vt omninò quiſque prudens iudicabit committi non potuiſſe abſque ſociis, vel ſolum cum vno ſocio, & veritas

circa

circa alios ſocios, & complices difficillimè ab aliis, quàm ab ipſo N. reo confeſſo, vel conuicto haberi poſſit; Mandauit ipſum N. conſtitutum adduci ad locum torturæ, ibique ſpoliari, ligari, funi applicari, vel flagellis cædi, &c. (cætera vt ſupra, & poſtea ſequitur,) ſed tantum ipſum N. torquendum intendit, pro vlteriori veritate habenda ſuper ſociis, complicibus, auxiliatoribus, fautoribus, & non aliter, nec alio modo, & cætera vt ſupra.

17 *Decretum huiuſmodi reo non intimabitur, ſed eo in actis deſcripto Iudex præcipiat reum duci ad locum torturæ, & tunc in actis ſcribatur.* Et cum fuiſſet N. conſtitutus, ſpoliatus, ligatus, & funi applicatus, R.P.N. rurſum benignè monuit dictum N. vt integram veritatem dicat, (vel ſuper aliis delictis à ſe veriſimiliter commiſſis, & non ſolùm confeſſis iuxta primam formam) ſuper ſociis, complicibus, auxiliatoribus, &c. Reſp.

Tunc præfatus, &c. repetita proteſtatione, de qua ſupra illique firmiter inhærendo mandauit ipſum N. in altum eleuari, &c. Vel flagellis cędi, &c. Qui in altum eleuatus, vel flagellis cęſus, &c. cœpit dicere, *ohimè, &c.*

Et iterum monitus à Prælato, &c. vt recedat à ſua obſtinatione, & manifeſtet (alia delicta veriſimiliter commiſſa) ſocios, complices, auxiliatores, fautores delicti, de quo iam eſt conuictus, vel confeſſus.

Reſp. Io non hò commeſſo alcun delitto, nè meno quello, che hò confeſſato, ò di che m'hauete interrogato.

Et Præfato, &c. dicente, quòd non interrogatur ampliùs ſuper delicto principali, nec ſuper eo torquetur, quia iam ipſe conſtitutus ſuper hoc eſt confeſſus, et confeſſionem ſuam non poteſt ampliùs in dubium reuocare, (vel quia iam eſt conuictus;) Sed tantummodo torquetur, et interrogatur ſuper aliis delictis, vel ſuper ſociis, complicibus, fautoribus, etc Idcircò ad hæc tantum reſpondeat.

Reſp. negatiuè.

Tunc præfatus R. Abbas acceptis &c. cùm aliud à dicto conſtituto haberi non poſſet, mandauit illum leuiter de tortura deponi, cum permanſiſſet in ea ſuſpenſus per ſpatium vnius quadrantis horæ, vel mediæ horæ, ſine quaſſatione, vel cum fuiſſet flagellis cęſus per quartam partem horæ, diſſolui, brachia reaptari, reueſtiri, & ad carceres duci, *cum termino trium dierum, ad dicendum, producendum, & probandum quidquid voluerit in ſui defenſionem. Iſte terminus ad ſe defendendum non datur niſi quando reus eſt confeſſus, cuius forma ponitur infra fol....*

Quod ſi reus alios ſocios in tortura nominauerit, vel alia delicta à ſe patrata manifeſtauerit, omnia die ſequenti extra locum torturæ à reo debent ratificari, ſed quando facienda eſt confrontatio teſtis cum reo, ratificatio facienda eſt in faciem rei, in cuius præſentia teſtis debet iurare, & torqueri, vt aliàs dictum eſt.

For-

Forma tormenti taxillorum.

Conſtitutus perſonaliter,&c.
Interrogatus,etc.
Monitus,&c.
vt ſupra in alio conſtituto fuit loco exempli dictum.

Tunc Reu. P. Abbas viſa pertinacia ipſius conſtituti, ſtante mala eius conditione, & infamia, ac indiciis contra ipſum laborantibus,vrgentibuſque pro veritate habenda de delicto,cùm aliter haberi non poſſit, cùm ipſe conſtitutus tormentum funis non timet,ſed paruipendet (vel tormento funis torqueri non poteſt, quia ruptus, vel mancus,&c.) mandauit ipſum conſtitutum adduci ad locum torturæ,ibique tormento taxillorum vulgò, nuncupato, *la ſtanghetta*, ſupponi, & cruciari,qui ſic adductus,antequam dicto tormento ſupponeretur, fuit pluries benignè monitus per R. P. Abbatem de veritate dicenda de delicto, alioquin dicto tormento illicò ſuppoſitum iri; & cùm conſtanter nollet veritatem fiteri, & in ſua pertinacia perſiſteret, R. P. Abbas mandauit dicto tormento eum ſupponi, & torqueri, qui ſic dicto tormento ſuppoſitus, in terra proſtratus, talo pedis dextri denudato,inter duos ferreos taxillos concauos poſito, & cuſtode carcerum eos ſtanghetta comprimente, clamare cœpit alta voce, *Ohimè, ohimè, Gieſù, Gieſù, ò che dolore*, &c.

Interrogatus, &c. (*vt ſupra in alio Conſtituto; & ſi eſt negatiuus, ſequitur,*) & cum in dicto tormento ſuppoſitus ſtetiſſet per quartam partem vnius horæ, & aliud ab eo haberi non poſſet, R. P. Abbas mandauit eum à dicto tormento remoueri,& ad locum ſuum reponi,animo,&c. vt ſupra.

De formis aliorum tormentorum, videlicet, ignis, &c. videndus eſt Cartar.de interrogat.reor. par.4. c. 2.à fol.248. & ſequ.

19 Dictum fuit ſupra, quod Reus confeſſus delictum regulariter non poteſt torqueri ſuper alijs delictis, maximè ſi eſt Clericus, Foller. in practic. canonic. in verbo tormentis non ſubijciantur num.26 Baiardus quæſt.64.num.148. niſi de alijs delictis præceſſerint indicia, Villagut.in pract.crim.lib.7.ca.2. concl. 2. vel eſſet diffamatus, quod alia commiſerit delicta. Vt puta ſi eſſet inſignis fur, inſignis latro, viarum graſſator, vel magnus facinoroſus; Secus ſi nulla contra eum vigeret diffamatio. Brun.de indic. par.2.qu.5. num.66. Gram. vot.13. num.14. Monticel.reg.10.num.35. & regul.16. n.3.& 4. Menoch. de præſumpt.lib.1.q.84.n.8. Maſcard. de probationib.253. num.30. Clar. quæſt.64.verſic.ſucceſſiuè. Bertaz. conſ.556.num.10.in fine lib.2.Villagut.dicta concluſ.1. Tuſc. concl. 334.num.9.Farinac.qu,37.nu.167. & 171. nec tortus de iure, interrogatur de ſociis,& mandante (licèt con ſuetudo ſeruet contrarium.)

20 Sed circumſcripta conſuetudine, poteſt tortus de ſocijs interrogari, quando eſt veriſimilitudo delicti ſine ſocijs non potuiſſe compleri,

Salyc,

Salyc.in l.fin, C.de accuſat. Affliċt. in conſt. ſi damna clandeſtina nu. 35. Gomez.cap.12. de deliċt. num. 16. aut in crimine atroci,& occulto. Menoch. de arbitrar.lib.2. caſu 374.num.36. & conſ. 430. num.14. tortura autem pro alijs criminibus, vel ſuper complicibus debet eſſe moderata, & non excedere mediam horam. Clar.diċta qu. 64. verſic.veritas eſt, Cartar. de exec. ſent.cap.2.num.68. Farinac.quæſt. 40. num.27.& quæ.37.num.174.& conſ.10.num.21.conſ.11.num.4. Et ſi tortura fuerit exceſſiua vltra mediam horam, dicitur purgare indicia negotij principalis. Burrius de modo proced.ex abrupt.qu. 43.num.19. Farinac.qu.37.nu.174. & quæſt.40.num.27. conſ.66. n.35. in fine, & ibi addit, idem Burg. qu 10.n 89.

21 Et tunc reus ſuper complicibus, & qualitatibus torqueri poteſt, quando de principali deliċto eſt, vel confeſſus, vel conuiċtus, vel condemnatus,aliàs ſecus; & ſi torquebitur purgantur indicia principalis deliċti.Farinac.qu.40.n.28. poſt Ludouic.Peguer.deciſ.5.num. 29. verſic. ſcias tamen, Polid. Rip. obſer.237.num.3. Maur.Burg.de modo proced.ex abrupt.qu.100.n. 36.Tuſc.litt.T,concluſ.334.num.1. & 3.

Et ſi Iudex non habet legitima indicia, quod deliċtum fuerit cum alijs ſocijs commiſſum, & deliċtum eſt tale, quod non poterat ſine ſociis compleri, nec habeat indicia de qualitatibus aggrauantibus, non debet reum torquere ſuper ſociis, vel qualitatibus; aliàs ſi torqueret etiam cum proteſtatione, tortura infliċta reo proderit,ſi in negatiua perſtiterit.Farinac.diċta qu.40. nu. 26. licet loquendo de condemnatis.Baiard.ad Clar.qu.64 n.150.dicat ſimpliciter condemnatum eſse torquendum, & ſi ante, vel poſt condemnationem excùlpet inculpatum, poſſit iterum torqueri, & Menoch.de arbitr.cent.6.lib.2. caſu 523.nu.6.in fine, dicit,quod antequam exequatur ſententia contra condemnatum,debet, vel ſolet torqueri etiam ſuper aliis,quorum non extant indicia.

22 Debet tamen Iudex in diċtis caſibus interrogare Reum in genere, videlicet vt veritatem dicat, an alia deliċta fecerit; vel qui fuerint alii complices deliċti confeſſi, vel de quo eſt conuiċtus. Si tamen aliqua præcedant indicia in ſpecie de deliċto, de quo principaliter quæritur contra ſocios,& complices, vel de aliis deliċtis, quamvis ſint indicia leuia, iſte confeſſus,vel conuiċtus poterit etiam interrogari in ſpecie ſuper illa perſona, vel ſuper illo deliċto expreſsè, & particulariter, quia hæc non poteſt vocari ſuggeſtio. Caualc.de brach.reg.par.3. num.39. idem dicit Giach.ad Clar.q.64.ſub lit. Cc. Guaz. qui alios citat in defenſ. reorum 30.c.8.n.1.in fine.

23 Et eſt aduertendum, ne à Iudice confeſſus, vel conuiċtus interrogetur dubitatiuè,(vt aliàs diċtum eſt) an tale deliċtum commiſerit, (in caſu,quo poſſit interrogari,) quia eſſet deſtruere confeſſionem, vel pro-

probationẽ,& reuocare in dubium id,quod habetur pro certo. Caual. vbi ſupra n. 40. vbi docet quid faciendum, ſi interrogatus dubitatiuè negaret delictum in tortura.

24 Circa repetitionem torturæ ſciẽdum eſt: quod quando indicia ad torturam non ſunt vrgentiſſima, nec indubitata, maximè quando ſunt remota, & tantum ſufficientia ad torturam, reus ſemel tortus ex iſtis indiciis, & negatiuus non poteſt iterum torqueri. Farinac. qu. 38.num.72. quia per torturam ſufficienter illatam, purgantur omnia indicia, tam pro ſe, quàm pro complicibus. Decian.reſp.93.num. 117. vol.2. Menoch. de arbitr. caſu 351.num.12, Guaz.defenſ.30. c. 40. §. quæ opinio.

25 Sed debet abſolui, cum clauſula, rebus ſic ſtantibus. Et tunc non poteſt iterum moleſtari, & torqueri, niſi quando ſuperueniunt noua indicia. Quorum indiciorum copia danda eſt reo, ſicut prius. Pegna par. 3. conſ. 54. Diana par. 4. tract.6.reſol.16.

26 Tortura diuidi poteſt, & tunc in decreto primæ torturæ addere debet ſe velle leuiter illum torquere cum animo retorquendi illum, ſi non fuerit confeſſus, in quantum de iure repeti poteſt tortura. Clar. quæſt.64.num.22. Farinac.quæ.38. num.104. Peregr.conſ.2. num.132. vol.2. Guazzinus defenſ.30. capite 23.num.10. Caualc.de Brach. Reg. par 4.nu.160. & ſic debet iudex in decreto depoſitionis proteſtare id fieri ſine præiudicio vlterioris repetitionis, ſed animo continuandi torturam, vt dictum fuit ſupra numero 47.

Nam quoties Reus iudicis arbitrio non eſſet ſufficienter tortus, poteſt torturam complere. Farin. ibidem num.80. & 88. & refert Ball. var. qq.lib.2. de quæſt.et torm. quæſt. 15.num.15. quod quidam reus tortus ab eo duabus vicibus ad ſeptem ictus cordæ, à qua tortura reus ſe grauauit ad magnam Curiam, à qua fuit prouiſum, non eſſe illatum grauamen, & quod compleretur tortura, prout fuit completa ad duos alios ictus cordæ, & dato etiam impedimento iudicis, poteſt tortum relinquere cum proteſtatione animo repetendi torturam, ſublato impedimento, ſecundum Viu.deciſ.143. in fine lib.1. & refert idem Ball ibidem num.2. vbi quod tunc non dicitur verè repetita, ſed continuata tortura. Et iudicis arbitrio remittitur, quando Reus dicatur leuiter, & non ſuffi-

27 cienter tortus. Ball. vbi ſupra. Qui iudex debet ſemper conſiderare tria in repetitione, & diuiſione torturæ, nempe, quod delictum ſit graue; quod indicia ſint multum vrgentia, & manifeſta; & quod Reus ſit robuſtus. Farinac. vbi ſupra num.86. & ſequen. & ideò ſi iudex habet Reum grauatum indicijs, ex quibus poſſit illum per mediam horam torquere, et prima vice eum torqueat per ſpatium duorum miſerere, vel per quartam partem horæ, vel ſi poſsit torquere per integram horam, torqueat per mediam horam; deinde faciat

reum

reum deponi à tortura, ita exprimendo: & quia dictus Reus fuit leuiter tortus per ſpatium duorum miſerere, vel per quartam partem horæ, vel per mediam horam, & indicia ſunt multum vrgentia; ideò deponitur, cum clauſula animo continuandi, & repetendi torturam, die ſequenti poteſt repetere torturam per totam mediam horam, vel per totam horam, computato tempore dictæ primæ torturæ, nullis alijs ſuperuenientibus indicijs; ita Bart. in l. vnius, §.1. in prima oppoſit. ff. de quæſtion. Boſſius tit. de tortura num. 42. Clar. qu. 64. num. 46. Farinac. quæſt. 38 num. 85. Si verò fuerit ſufficienter tortus, non poteſt repeti, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs. Guazz. defenſ. reor. 30. cap. 25. num. 6. & ſequ.

Decretum ſecundæ torturæ, & de eius illatione.

Die, &c.

28 Quia N. de N. reus de delicto de quo ſupra fuit leuiter tortus, & indicia contra eum ſunt multum vrgentia, & fuit tantùm à tortura depoſitus animo continuandi; Ideò R. P. Abb. vt ſufficienter torqueatur, decreuit, prout decernit præſenti decreto iterùm deduci illum ad locum torturæ, rurſumque admoneri ad fatendam veritatē, prout fecit illum ad dictum locum duci, cui præſtito iuramento de veritate dicenda, & facta illi comminatione de iterum ſubijciendo ipſum torturæ, ſi veritatem negauerit: fuit interrogatus, & monitus de veritate dicenda, quam negare nō debet cùm tot indicia extent in proceſſu contra eum; quibus indiciis iterum præcalendatis per extenſum, & ab ipſo reo auditis, cùm ab eo veritatem aliter haberi non poſſit, iuſsit idem R. Abbas illum ſpoliari, & funi alligari, & ſic alligatus fuit iterum monitus vt veritatem fateatur, & cum ſtetiſſet in ſua pertinacia, iuſsit vt in altū eleuaretur; qui à R. P. Abb. fuit iterùm interrogatus. *Non voleте dire la verità*, & ipſe clamauit, *Ohimè, & ſcribi debent omnia verba, &c.* Cùm videret R. P. Abb. illum multū pati, & ſtetiſſet in tortura per mediam horā, vel per integram horam, computatis primis duobus miſerere, vel quartam partem horæ, vel mediā horam, iuſsit leuiter deponi, & ad

29 carcerem deduci, &c. Et aduertendum eſt, quod regulariter reus tertia vice non eſt torquendus, niſi in ſecunda tortura variauerit. Nempe ſi confiteatur in tortura, & poſtea noluerit ratificare, aſſerendo dolore tormentorum faſſum fuiſſe, aliàs ſi perſtiterit in prima tortura, & indicia ſunt vrgentiora, & vehementia, tunc ſecunda tantum vice poterit repetere torturam. In qua ſi etiam perſtiterit negando, non eſt tertia vice torquendus. Ita poſt alios idem Farin. dicta q. 38. nu. 106. Guazzin. defenſ. reor. 30. c. 23. nu. 2. et c. 24. num. 8. vbi alios citat, & ſi indicia non ſunt vrgentiora, & vehementia, & Reus in prima tortura perſiſtit in negatiua, non eſt tortura repetenda. Guazzin. dicto cap. 23. nu. 1. & num. 4. vbi, quod quando quis torquetur ex indicijs re-

motis tortura non eſt repetenda. ex Vgen.conſ.36.num.126. Peregr. conſt.2. num.104. vol.2. Caball. caſu 193. num.4. niſi quando reus eſſet robuſtus, & parum, vel nihil in prima tortura pati videtur. Caualc. de Brach. reg.par.3. numero
30 138. & confeſſio extorta per repetitionem torturæ, quæ repeti non debet, non valet; Nec confitenti nocet. Gomez. tit. de delict. c.13. nu.25. Tuſc. litt. T. conſ.331. n.10. Guaz. d. cap.23. n 5.
31 Repetitio torturæ non eſt eadem die facienda. Sed ſeparatim interpolatis diebus. Blanc. in l. fin. n.14. C. de quæſt. Farin. d. q.38. nu.103. Caual de brach. reg. d. par.3. n.137. in fine, & num.139. Tuſc. litt. T. n.131. n.2. & 13.
32 Poteſt etiam repeti tortura quando infertur reo pro complicibus, vt dictum fuit ſupra, et nunc addo. Ball. var. qq. quæſt.15. n 11. vbi refert de quodam torto, qui fuit confeſſus de ſe, et complic bus, & non interrogatus de mandantibus, & Iudex acceptauit confeſſionem; quòd iterum fuit poſitus ad torturam (tamquam non completam, & quia indicia non erant purgata,) in qua tortura fuit interrogatus de mandantibus, & confeſſus ad inſtantiam quorum fecit homicidium. Et dicit Caualc. de
33 Brach. reg. par.3. num.139. quod ſi ſunt plures ſocij criminis, quorum alij ſunt capti, & alij non; & vnus illorum captus fatetur delictum, & etiam illud ſuſtinet in facie aliorum ſociorum, qui conſtanter illud negant; & confirmato priùs dicto iſtius in tortura, poſtea deuenitur ad torturam contra ſocios; qui ſi parum timent torturam, debet tortura diuidi, & repeti infra 40. horas, vt faciliùs veritas habeatur. Tortura autem illius, qui faſſus fuit delictum debet eſſe leuis, & non ſufficiens, & reponi ad locum ſuum cum proteſtatione, ac animo proſequendi, & complendi ſufficienter torturam, ſuis loco, & tempore, & non debet compleri tortura, alioquin ſi in hac ſecunda vice tortura perficeretur, & tortus purgaſſet indicia, præiudicium fiſco illatum eſſet, quo ad alios ſocios tam abſentes, quàm præſentes, reſpectu indicii confeſſati.
34 Et ſi tortura videretur perficienda, eſſet proteſtandum antea, quod pro facto ſuo tantùm torquetur, & non pro facto aliorum ſociorum; ita Caualc. d. n.139.
35 Si contra reum diuerſæ ſunt receptæ informationes ſuper diuerſis delictis, ex quibus veniret pluries torquendus, ſi incipitur ad torquendum ſuper vnico proceſſu: nō poteſt deinde torqueri pro alio proceſſu niſi elapſis quadraginta diebus, numerandis a die primæ præcedentis completæ torturæ. Ball. in var. qq. q.14. nu 1. Burg. de modo proced. ex abrupt. qu.100. nu.157. & nu.158. vbi cum d. Ballo ſubdit, quod ſi reus in prima tortura confeſſus eſt crimen, de quo fuit interrogatus, ac etiam alia crimina, de quibus iam aderant contra eum compilati proceſſus, & deinde recuſat ratificare; ſi denuo potiùs in ſecunda tortura fit conſtans, & nega-

negatiuus pro omnibus delictis, non poteſt amplius torqueri. Illa-
37 ta tortura per vnum Iudicem etiam incompetentem eſt computanda per ſucceſſorem. Marſil. in pract. crim. §. occurrit. n. 3. Dec. tr. crim. lib. 4. c. 24. n. 12. vnde ſucceſſor debet computare primam torturam illatam, & non ſufficienter perfectam per eius prædeceſſorem. Caualc. de Brach. reg. par. 3. n. 136. Baiard. q. 64. nu. 4. Niſi prima tortura eſſet illata ob aliam cauſam; Et ex hoc infert Burg. de modo procedendi ex abrupto q. 100. nu. 162. & ſeq. quod ſi prima tortura fuiſſet illata ex cauſa denegatæ reſponſionis ſuper interrogatorio, vel qualitatis grauantis delictum; Vel confeſſionis criminis qualificatè factæ. Vel pro pœna delationis armorum, ſeu eorum extractionis; ex qua poſtea ob vulnus illatum ſecuta fuit mors; ratione ſubſequnti homicidii debet procedi ad torturam non computata prima pro extractione armorum pœna illata. Licet Guaz. defenſ. reorum 30. c. 16. num. 2. non admittat in omnibus ſupra dictis caſibus. Niſi tantum, quando prima tortura eſſet illata pro vulnere, aut pro pœna extractionis, vel delationis armorum; ex æquitate tamen, ſemper Iudex debet habere conſiderationē aliquam ad primam torturam.

38 Si reus fuerit ſuppoſitus tormento vigiliæ, & ibi fuerit detentus per notabile tempus, vt per decem, vel plures horas, minimè tale tormentum eſt repetendum. Cùm dicatur omnia indicia expurgaſſe ob quā litatem tormenti, nec Iudex poterit huiuſmodi tormentum diuidere; Quia in diuiſione tormenti eſt incipiendum à leuiori, & minori tormento, & non à longiori,
39 & maiori. Guaz. d. defenſione 30. c. 23. in fine: ſi reus in tormentis deficiat, notarius debet diligenter adnotare, & deſcribere modum deficiendi; Et quomodo ab ipſis tormentis deponatur, ac etiam deſcribat aſperſionem aquæ, vel aceti in faciem torti, vel alia remedia adhibita. Clar. quæſt 64. verſ. Iu-
40 dex autem; ſigna veræ, & non diſſimulatæ deficientiæ ſolent eſſe, ſi reus ſpumas ex ore emittat, ſi nimis palleſcat, ſi nimium in ſudorem vertatur, ſi loqui nequeat, & ſimilia; Et tunc Iudex vt ſciat veritatem deficientiæ debet facere ſunem ſquaſſari; nares ſulphure, vel charta, aut lineis accenſis ſuffumicare; & detecta vera ſyncope, debet dimittere reum cum proteſtatione animo repetendi torturam; Aliàs diceretur ſufficienter tortus, & ampliùs non erit torquendus. Burg. de modo proced. ex abrupt q. 42. n. 15. Guaz. defenſ. reor. 30. c. 16. n. 4. ſi reus tortus nihil pati in tortura videatur, ita ut poſſit dubitari an habeat aliqua maleficia taciturnitatis, ſeu inſenſibilitatis, tunc Iudex poteſt mutare aliud genus tormentorum. Ricc. deciſ. 102. & 103. par. 1. vel iubere reum denudari, & capillos, piloſq; omnes tonderi, ſeu abradi, vt dictum fuit ſupra c. præcedenti n. 48. Et ſi hoc non ſufficit, detur aqua callida in potum, vt euomat bullettinos; Et

etiam fieri ſolent clyſteria ad effectum, vt euacuentur characteres, & incantationes. Vel vt non permittat, quod ſubmiſſa voce ex ſe loquatur, ne aliquid maleficii dicat, ſed continuè eum interrogabit vt ille reſpondeat, vt ſic interrumpantur verba, quæ ſubmiſſa voce dicit. Sunt etiam alia remedia, de quibus videndus eſt Paul. Grillant. de quæſt. & tort. q.4. col. penult. n. 7. Cartar. de interrog. reor. lib. 4. c.1. nu.222. Caualc. de Brach. reg. par.3. à nu.155. & ſeqq. & aliis ab ipſis citatis, & à Guaz. defenſ. reor. 30. c.43. & vtentes dictis remediis debent puniri. Caualc. ibid. nu.157. & Simon. de pret. conſ.105. nu.28. aſſerit, quod quidam ob dicta remedia fuit tranſmiſſus ad triremes per quinquennium. *Reo in tormentis deficiente, ita in actis ſcribi debet*. Pendente reo a fune, & ſudores emittente, & dicente *ohimè*, *che muoro*. Iuſſit R. P. Abbas eum deponi, & ſuper ſcamnum aptari, ac aceto eius nares fricari, & ſulphure fumigari; quia videbatur pati deliquium, & quia vlteriùs procedebatur, vocari fecit N. Medicum, &c. quem rogauit videre, an vere dict. N. pateretur deliquium, vt ſuum iudicium interponeret, qui diligẽter pulſum, & pectus tangens ipſius, dixit verè eum defeciſſe, & indigere reſtaurationes quo audito deferri eum fecit in carcerem, iniũcto infirmariis, vt applicarent neceſſaria remedia animo continuandi torturam.

Si autem fuerit fictio, ſcribatur.

Dixit eum non pati deliquium, ſed ſimulare, & propterea poſſe torqueri. Quo audito R. P. Abb. iuſſit iterum in altum eleuari

Si dormiat in tormentis, vel ſi illa deſpiciat, aut dolorem non ſentire demonſtret.

Videns autem R. P. Abb. ipſum conſtitutum in tortura dormire, & tormenta non ſentire, vel tormenta ſpernere, dubitans de aliqua incantatione, & operatione Diabolica, iuſſit ipſum conſtitutum de tortura deponi, & eum nudum ſpoliari, ac ſub brachijs, in ore, intra capillos, & aliis partibus corporis diligenter inquiri, an aliquid ibidem occultaretur, vel etiam pilos totius corporis radi, & poſtea aliis femoralibus indutus iterum ligari, & fune in altum eleuari, qui ſic in altũ eleuatus clamare cœpit *ohimè*.

42 Et arbitrio conſcientiæ Iudicis remittitur an per vnum miſerere, vel per duos, vel per quartam, tertiam, mediamve partem, vel duas tertias vnius horæ, aut ad ſummum per integram horam, vt qualitas delicti, & perſonæ, & indiciorum poſtulare videbitur, in tortura detineatur. Foller. in pract. crim. in verbo rei indurati torqueantur, nu. 16. Paul. Grillant. vbi ſupra num.9. Cumia de ſynd. c.21. de tortura n. 24. Cartar. de inter. reor. lib.4. c.1. n.113. torturã enim in quinq; gradus ſolent doctores diuidere: primus, quando Iudex mandat reum ſpoliari, ligari, funi applicari, & in ordine poni; ita vt nihil aliud deficiat, quam ſola eleuatio; Quo quidem primæ torturæ gradu Iudex vtitur, quando indicia ſunt leuia, & non talia, vt ſufficiãt ad plenam torturam, prout quando adeſt

eſt vnus teſtis de viſu, ſed non integer, aut duo teſtes ſingulares de indiciis remotis, vel quid ſimile, & eo vtitur in perſonas debiles, timidas,& puſillanimes; & hæc tortura largo modo poteſt dici tortura. Secundus gradus erit, quando reus in tortura eleuatur, & ibidem detinetur per vnum *Pater noſter*, vel per vnum *Miſerere*; & iſto ſecundo gradu torturæ vti poſſunt Iudices quando habent reum magis ſuſpectum, quàm in primo gradu, & indicia licèt ſint plenè probata, non tamen ſunt plena, & ita propinquia, vt ad pleniorem, ſeu grauiorem torturam deueniri poſſit, ſed remota; & perſona eſt vilis,& valde ſuſpecta, aut variaret in ſuis reſponſionibus. Tertius gradus,quando reus detinetur per ſpacium duorum *Miſerere*, vel paulò plus; & ad hoc deuenire ſolet Iudex quando indicia ſunt plena, & plenè probata, delictum tamē non eſt atrox, vel ſi atrox, reus tamen eſt nobilis, & bonæ conditionis,& famæ. Clar. q.64. verſ. debet igitur Iudex; Vbi, quod ad plenam torturam Iudex non debet deuenire, niſi ſaltem adſit vnum indicium ſufficiens, & plenè probatū. Quartus gradus torturę eſt,quando reus detinetur in tortura, vel per tertiā partē vnius horæ,vel per mediam, vel per duas tertias partes, vel etiam per integram horam,cū vno, duobus, vel pluribus ictibus funis, vel quaſſationibus; Ad quam deuenitur quādo indicia ſunt vrgentia,& bene probata, & reus ſit ſuſpectiſſimus, & habet membra robuſta,& delictum ſit atrox,& ſcandaloſum,vt furtum magnæ rei,homicidium,ſacrilegium, aut ſimile. Quintus gradus eſt,quando vltra ictus,& quaſſationes mandat Iudex in eius pedibus ligari, vel cōpedes ferreos,vel aliud ſimile pondus.Et hoc quādo reus ſuſpenſus pertinaciter negat,& torturam ipſam paruipendere videtur; Et delictum eſt atrociſſimum, nempè aſſaſſinium, homicidiū alicuius ſacræ perſonæ, de quibus gradibus loquitur Farin. & alii ab eo cit.q.38. à n.40.vſq;ad n.52. Sed quādo contra reū adſunt
44 legitima indicia ad torquendum plenè, poteſt Iudex diuidere torturam, & in prima tortura reum torquere pro ſecūdo gradu,aut tertio, & poſtea ſine nouis indiciis cōplere torturam. Grillan. in tract. de qu.
44 & tortur.q.4.n.5. Suggeſtio in tortura euitanda eſt, & prohibita. Et ideò confeſſio per ſuggeſtionem nō ſufficit ad condemnandū, & omnia inde ſequuta ſunt ipſo iure nulla.l. 1.§.qui ad quæſt.& ibi Bart.Marſil.
45 & DD.ff.de q.Farin. q.83.n.84.vbi nu.86. ampliat procedere etiam in examine teſtium, & n.87. Quando reus interrogatur de ſociis criminis non debet Iudex reum interrogare de circūſtantiis,et qualitatibus ſpecialibus cōmiſſi delicti, aut de modo, et cauſa, ſed tantum in genere, quis maleficium commiſit,vel quis id fecerit.Farin.ibid.nu.88.Cart. de interrog.reor.li.2.c.1.n.54.Ball.verò var.qq.tit.de qu.nu.5.dicit,quòd quādo reus torquetur poteſt ſpecialiter interrogari de ſe,licèt nō de aliis,& nō eſt dubiū de ſuggeſt. Et ſi fate-

fatetur de ſe, tunc eſt generaliter interrogandus de circumſtantiis loco,& tempore, modo,ſocijs,& aliis. Sed Farin.d.q.83.n.57. aſſerit, quòd indicia debēt eſſe manifeſta, vt reus poſſit de ſe in ſpecie interrogari;& ex Scac.de iud lib.1.c.86. n.38.ſubdit,quod quando reus ſpecialiter interrogatur in tortura;talia indicia requirūtur,vt ex illis iudex certò ſciat, illū commiſiſſe delictū; et in tali caſu tunc iudex dicetur certò ſcire, quando habebit pluſquam ſemiplenā probationem: nihilominus iudicem admonet, vt antequā in ſpecie de delicto interroget, prius illū interroget in genere, ac ſuper generalibus, deinde paulatim ad qualitates, ac circumſtantias, ac demum ad ipſum delictum in ſpecie.

CAPVT VI.

De his, quæ poſt torturam ſunt facienda.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio facta in tortura non ſufficit ad condemnandum,niſi fuerit ratificata.*

2 *Iudex quomodo poſt torturam, ante ratificationem debet reum reponere.*

3 *Confeſſio etiam metu tormentorum indiget ratificatione, & an idem ſit de confeſſione ſpontanea.*

4 *Ratificatio an debet fieri,& coram teſtibus.*

6 *Reus poſt ratificationem debet ſe ſubſcribere.*

7 *Ratificatio quando debet fieri.*

8 *Ratificatio non requiritur in Reo reperto in flagranti crimine.*

9 *Ratificatio an requiratur in torto in caput alterius, & quando facienda eſt ad faciem nominati.*

10 *Ratificatio quomodo eſt facienda.*

11 *Confeſſio etiam facta in tormentis, & ratificata debet eſſe poſſibilis, probabilis,& veriſimilis.*

12 *Confeſſio in tortura indiget ratificatione etiam ſi ante eam praecederet confeſſio extraiudicialis.*

13 *Confeſſio extorta in tortura non praecedentibus iudicijs non valet etiam ſuperuenientibus indicijs, ſed tunc formari poteſt nouus proceſſus.*

14 *Reus in tortura negatiuus,quomodo eſt abſoluendus.*

15 *Reus in tortura confeſſus,vt poſſit condemnari requiritur vt vltra ratificationem extra torturam, detur terminus defenſionis aduerſus confeſſionem, & quod nihil in eo probauerit in ſui defenſam.*

16 *Forma ratificationis poſt torturam.*

17 *Confeſſionem factam in tortura ſi reus recuſet ratificare, erit repetenda tortura, & repeti poteſt vſque ad tertiā vicem, ſi indicia ſunt vrgentia.*

18 *Cautela pro reo,vt nō repetatur tortura*

19 *Proteſtare debet Iudex, quando vult repetere torturam.*

20 *Tortus vſque ad tertiam vicem, ſi in tortura ſemper eſt confeſſus, & numquam vult ratificare, an debeat abſolui.*

21 *Farinac. opinio in qu.38.nn.96. reijcitur.*

1 CONfeſsio facta in tortura non ſufficit ad reum confeſſum condemnandum, niſi fuerit ratificata,gl.in l.2. C.quorum appellat. non recip. Clar. quæſt.64.num.4. Cartar.de interrog.reor.lib.4.ca.1. num.

num. 139. Farinac. quæſt. 63. num.
2 67. Curare tamen debet Iudex vt
Reus confeſſus antequam adue-
niat tempus ratificationis repona
tur in loco, vbi ab aliis non poſſit
3 inſtrui ad non ratificandum, quæ
confeſſio indiget ratificatione e-
tiam, quod non ſit emanata in tor
tura, ſed tantum metu tormento-
rum. Farinac. vbi ſupra num. 70.
Confeſſio autem ſpontanea licet
non indigeat ratificatione, tamen
tutius eſt, vt ratificetur; idem Fari-
nac. quæſt. 81. (licet in praxi hoc
4 non ſeruatur.) Et fieri debet ra-
tificatio cum iuramento extra lo-
cum tormentorum, & abſque corũ
5 formidine. Et de conſuetudine non
ſolet fieri coram teſtibus. Clar. dicta
qu. 64. num. 42. Cartar. de interrog.
reor. dicto cap. 1. num. 148. Dicunt
tamen, quod tutius eſt in tali rati-
ficatione adhibere teſtes cum ſit
actus maximi præiudicij; & quod
in aliquibus locis obſeruatur, prout
in Mantua, refert Caualc. de Brach.
6 regio par. 3. num. 181. Et debet
Reus poſt ratificationem ſe ſub-
ſcribere, aut facere ſignum Crucis
ſi neſciat ſcribere. Et cum in iu
re non ſit præfixus terminus, quan
do huiuſmodi ratificatio fieri de-
7 beat, ideò arbitrio iudicis ſtan-
dum eſt, aut conſuetudini locorum.
Non tamen debet fieri, dum adhuc
durat torturæ dolor, ſed ex inter-
uallo dolore tormentorum ceſſan
te. Farinac. dicta quæſt. 83. num.
73. Et ad minus hoc interuallum
debet eſſe vnius diei, & vnius no-
ctis, & ſic vigintiquator horarum.
Idem Farinac. num. 74. Et ſolet fie-
ri in die ſequenti, in eadem hora
qua fuit tortus, & confeſſus; & ſi
aliquando interponatur dies feſtus
poteſt fieri in alio die ſequenti.
Ambroſin. de modo formandi pro-
ceſſ. inform. lib. 4. cap. 2. num. 5. Ball.
in tit. de quæſt. qu. 23. Burg. de mo-
do proced. ex abrup. quæſt. 100.
n. 11.
8 Ratificatio non requiritur, quan-
do Reus fuit repertus in flagranti
crimine, & fuerit tortus, & confeſ-
ſus.
9 Gramm. deciſ. 36. num. 60. Baiard.
quæſt. 64. num. 139. Guazz. defenſ.
reor. 30. cap. 35. num. 8. Nec requi-
ritur ratificatio in torto in caput
alterius, idem Guazz. num. 9. Cabal.
caſu 33. num. 1. vbi alios citat. Re-
quiritur tamen, quando quis tor-
quetur tanquam ſocius criminis in
caput alterius, contra ſocios ab eo
nominatos, vt poſſit ſocios afficere.
Ball. de indic. quæſt. 26. num. 57. in
fine. Cartar. de interrog. reor. lib. 4.
cap. 2. num. 13. & ſequ. Burg. dicta
quæſt. 100. num. 44. Scac. de indic.
lib. 1. cap. 81. num. 9. vbi dicit, quod
hoc requiritur, quando agitur de
indicio ad torturam; aut ad tranſ-
mittendam inquiſitionem contra
nominatum: non autem quando
agitur ad inquirendum generali-
ter, quæ confeſſio facta in tormen-
tis contra ſocium, & ratificata, non
ſufficit ad faciendum indicium
contra nominatum, ſed requi-
ritur noua tortura ad purgan-
dam infamiam, ita poſt Clar. & Fa-
rinac. Cabal. caſu 33. num. 11. & ſi
eſt præſens, ratificatio ſocij crimi-
nis facienda eſt ad faciem eiuſdem

Rei

Rei nominati. Farinac. quæſt. 43. num. 140. Scac. dicto lib. 1. cap. 86.
10 num. 67. Quæ ratificatio, vt dictum eſt, requirit iuramentum. Burg. dicto cap. 100. num. 11. Et poſtea interrogatur per iudicem, an ea, quæ pridie faſſus fuit in tortura ſint vera; & quod repetat illa in ſubſtantia, quæ in tortura pro veritate dixerat. Et habita eius reſponſione, iudex mandet, vt per notarium dictam confeſſionem Reo legat, alta, clara, & intelligibili voce. Et audita, & intellecta a Reo, mandat ei, ſi ea quæ in dicta depoſitione faſſus fuerit, velit modò approbare, & ratificare, tamquam pro veritate dicta; aut velit aliquid addere, minuere, vel reuocare, & non debet notarius exprimere an coacte, vel ſpontè fuerit ratificata, ſed ſufficit dicere N. conſtitutus, coram iudice, &c. Et ſi Reus illa voluerit confirmare, & nihil addere vult, nec minuere, perfecta erit ratificatio.

11 Nec ſufficit confeſſionem factam eſſe in tormentis, & deindè ratificatam, ſed requiritur etiam, quod ſit probabilis, poſſibilis, & veriſimilis. Et ob id arbitrio iudicis relinquitur quantum credendum ſit confeſſioni factæ in tormentis. Marſil. in l. quæſtionis modum, nu. 17. ff. de quæſt. Menoch. de arbitr. caſu 269. lib. 2. Baiardus quæſt. 64. n. 142.

12 Quando confeſſio in tortura continet illud idem, quod continebat confeſſionem extraiudicialem præcedentem, indiget etiam ratificatione, vt probatum fuit contra alios par. 5. c. 3. num. 18. Et hoc tanto magis procedit, quando agitur de præiudicio tertii. Quia non poteſt confeſſio in tortura afficere tertium, niſi ſequatur ratificatio. Quamvis præceſſerit confeſſio extraiudicialis. Farinac. conſ. 20. num. 7. Centolin. ad Farinac. conſ. 19. litt. D.

13 Confeſſio extorta in tortura iniuſtè illata, ſine precedentibus indicijs, & etiam ratificata, licet non conualidetur per indicia, & probationes ſuperuenientes; tamen talis Reus eſt tantum abſoluendus ab obſeruatione iudicij, & compilato nouo proceſſu eſt condemnãdus. Marſil. in l. quæſtionis, num. 52. ff. de quæſt. Guaz. defenſ. reor. 30. c. 38. n. 4. vbi alios Doctores citat.

14 Si Reus in tortura eſt conſtans, negando commiſſionem criminis, pro quo eſt tortus, & tortura fuit illata propter mera indicia ad torturam ſufficientia; tunc iudex debet inquiſitum relaxare à carceribus; & cautela erit pro iudice, vt faciat apparere in actis quatenus tortura fuit adhibita in perſonam inquiſiti cum moderamine, & prout indicia contra eum requirebant. Angel. de malefic. in verbo, quod fama publica, col. fin. Brun. de indic. & tortur. pag. 13. col. 2. & debet relaxari ſub fideiuſſoribus de ſe præſentando ad omne Curiæ mandatum ſub pœna pecuniarum, &c. & ita obſeruatur in foro ſæculari in aliquibus Curijs; & ſic relaxatus non dicitur neque abſolutus, neq; cõdemnatus diffinitiuè, ſed remanet contra eum cauſa indeci-

deciſa, & pendens, de qua re latè infra, par. 7. cap. 7. num. 2.

15 Reus, qui confeſſus fuit delictum in tortura, vt condemnari poſſit, duo requiruntur; primò, vt confeſſio cum iuramento ſit ratificata ſine formidine tormentorum, vt dictum fuit ſupra; ſecundò, vt iudex aſsignet terminum reo ad faciendas ſuas defenſiones aduerſus ſuam confeſsionem. Lader. conſil. 184. num. 7. Ambroſin. de modo form. proceſſ. inform. lib. 4. cap. 5. num. 17 Peguer. in pract. crim. cap. 12. §. 13. num. 1. Cartar. dicto lib. 4. cap. 2. nu. 24. & ſequent. qui quidem Reus ſi infra præfixum terminum non propoſuerit, & probauerit exceptiones releuantes, & exculpatiuas à delicto, elapſo termino proceditur contra eum ad condemnandum pęna condigna delicti, Cephal. conſil. 611. in princip. Cartar. de execut. ſent. c. fin. n. 405. & ſequ. Farinac. q. 39. n. 32. Nec ſufficit reuocare confeſſionem, ſed oportet, vt legitimè infra dictum terminum contrariũ probet, Muta in pragm. Regni Sicil. ritu 169. num. 16. pragm. 1. tit. 2. to. 1. ſi autem infra terminum releuantes fecerit defenſiones, per quas conſtet de eius innocẽtia; vel quod nulliter fuiſſet ad torturam contra eum proceſſum, & per conſequens confeſſionem eſſe nullam dixerit; in tali caſu etiam ſi eſſet pluries ratificata, non poteſt procedi ad condemnationem, quia huiuſmodi confeſſio non nocet. Viu. in 2. par. com. opin. opin. 70. Auenion. deciſ. decimaquinta, numero ſecundo, & duodecimo. Farinac. quæſtione 83. n. 1. & ſequ. & conſ. 99. n. 56. Tuſcus lit. T, concl. 329. n. 23. & ſeq. & nu. 31. Caualc. de brach. reg. par. 3. n. 123. Ball. de indic. q. 4. n. 2. & 3. & ideò debet liberari. Io: Ant. Nigr. in c. Regn. Neap. 272. num. 57. Peguer. in practic. crimin. ca. 12. §. 13. n. 1.

Si Reus confeſſus fuerit delictum in tortura, duo requiruntur antequam poſſit condemnari. Primum, vt ipſam confeſſionem legitimè ratificet, ac in ea perſeueret. Secundum, vt Iudex aſſignet terminum Reo ad faciendas ſuas defenſiones.

Forma ratificationis poſt torturam.

16 Die, &c.

Conſtitutus coram R. P. Abb. Frater N. Reus prætenſus, eductus de carceribus, vinculis ſolutus, & extra locum tormentorum poſitus, vocatus ad ratificandum quæ heſterna die in tortura depoſuerat, & præſtito ei iuramento de veritate dicenda, prout iurauit tactis ſacris ſcripturis, fuit illi lecta ſua confeſſio per me Actuarium, clara, alta, & intelligibili voce, & ab ipſo Reo bene audita, dixit illi R. P. Abbas. *Hauete voi inteſo bene quello, che hieri confeſſaſte di propria bocca, cioè, &c.* Reſpondit. *Padre sì l'hò inteſo, e queſta è quella medeſima.*

Interrog. *Volete voi confermare, e ratificare quanto hauete detto?*

Reſp. *La ratifico, e confermo; è coſì la verità, ch'io feci, &c.*

Interrogatus. *Se vuole aggiungere, ò leuare alcuna coſa di quello, che hà*

confeſſato, e ratificato. Reſp. *Padre nò.*

Interrog. *Che ſi guardi di bugie, e ſe vi foſſe confeſſata alcuna bugia, che lo dica, e la reuochi, &c.*

Quo accepto fuit iuſſus ſcribere, vt infrà.

Io N. hò depoſto, e ratificato quanto di ſopra.

F.N. Abbas.

F.N. Actuarius.

Tunc R. P. Abbas acceptatis ſi, & in quantū eius depoſitionibus, & ratificatione, examen dimiſit, & reum ad carcerem reduci mandauit, præcipiendo dari illi copiam ſuæ confeſſionis, & conſtitutorum; necnon conſiliarium, vt F. N. de N. ab ipſo electus poſſit melius ſe defendere, aſſignauit, & ſpatium trium dierum ad faciendas ſuas defenſiones, omni meliori modo, &c. prout præſenti decreto mandat. Datum, &c.

F.N. Abbas.

F.N. Actuarius.

Quod decretum fuit intimatum dicto N. reo, eodem die, &c. per me infraſcriptum Actuarium.

F.N. Actuarius.

Die, &c. Per me infraſcriptum Actuarium fuit data ipſi reo copia actorum, & confeſſio facta in tortura cum ſua ratificatione, & termino trium dierum ad ſe defendendū. In quorum fidem, &c.

F.N. Actuarius.

17 Si Reus recuſet confeſſionem ratificare; Imò conetur eam reuocare, erit contra eum repetenda tortura, etiam ſi alia indicia non ſuperuenerint; cum ex iſta reuocatione nouum indicium dicatur ſuperuentum; Non tamen erit torquendus, donec fateatur, ſed tantùm vſque ad tertiam vicem, computata prima tortura. Et hoc quando indicia ſunt multum vrgentia, ſecus ſi non ſunt multum vrgentia, & multum manifeſta, ſed ſunt ordinaria. Quia tunc ſi in ſecunda tortura fateatur, & deinde ductus ad ratificandum, non ratificat, non poteſt denuo, et ſic tertia vice torqueri; quia ſecunda confeſſio non inducit indicium diuerſi generis, à prima. Si verò indicia ſunt multum vrgentia, & manifeſta, torquetur vſque ad tertiam vicem; Si in ſecunda tortura fatetur, et in ratificatione etiam negat. Farin. q. 38. n. 100. 101. 102. cū alijs ab eo cit. Et torqueri debet tribus diebus ſeparatim. In qua tertia tortura ſi eſt negatiuus, relaxatur cum clauſula ex hactenus deductis. Guaz. defenſ. reor. 30. c. 4. n. 8. Sed ſi Conſiliarius illata prima tortura, aut ſecunda tortura dubitat, quod reus falſus fuerit, ſtatim facere poteſt proteſtationem in actis, quòd ſi quid dictus reus falſus fuerit, dolore tormentorum falſus fuerit, & per errorem. Et intendit dictum errorem probare, & aliqua adminicula, indicia, ſeu cauſas dicti erroris adducat; & tunc Reus non torquetur, ſed eſt ponendus ad largam cum competenti termino ad probandum, & docendum de errore, & cum copia nouorum indiciorum. Farinac. dicta quæſt. 38. num 100. 101. 102. ſed ſi non docebit de errore. repetitur tortura, vt dictum eſt; Et quando Iudex intendit repetere torturam, in decreto depoſitionis à tortura addat, illud fieri ſine præiudicio

vlterioris repetitionis, & animo continuandi torturam, quatenus repeti, & continuari debeat. Et ſi reus tertia vice tortus, rurſus fateatur, & nolit poſtea ratificare; vlterius non torquetur; ſed abſoluitur ſub fideiuſſore de repræſentando, vel ex hactenus deductis. Farin. dicta q. 38 n. 96. ſed hæc opinio Farinac. & aliorum rationabiliter placet, quia eſſet aperire reis ianuam fraudibus, & malitijs, & delicta remanere impunita, contra bonum publicum; Quia reus parũ in tortura detentus poteſt fateri delictum, & poſtea in actu ratificationis confeſſionem reuocare, & in ſecunda tortura iterùm parum in tortura detentus, poteſt fateri delictum, et confeſſionem reuocare in actu ratificationis; et idem facere in tertia tortura, & hoc modo liberaret ſe à tormento torturæ, & à pœna debita pro ſuis delictis, quod eſt contra iuſtitiam. Nam ſi reus in tortura negatiuus, quando eſt grauatus indicijs indubitatis euitare non poteſt pœnam extraordinariam, inſpecta qualitate perſonæ, indiciorum, & delictorum, vt dictum fuit ſupra c. 3. quomodo euitabit huiuſmodi pœnam, qui confeſſus eſt delictum, & propter malitiam, ac fraudem ſuam, confeſſionem ratificare nolit. Et certum eſt, quod per hanc torturã non ſunt purgata indicia; ergo debet reus condemnari in pœnam extraordinariam, iuxta qualitatem delicti, ita Cabal. caſu 288. num. 38. Guaz. defenſ. reor. 30. c. 24. in fine. Caualc. de brach. reg. pa. 3. nu. 184. Et non eſt torquendus quarta vice, niſi noua ſuperueniant indicia. Caualc. de teſtib. par. 4. num. 157. 158.

PARS SEPTIMA:

De Sententijs, & Pœnis.

CAPVT PRIMVM.

De termino defenſionis dando reo ante diffinitiuam ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Terminus debet reo dari ad ſuas defenſiones faciendas ante diffinitiuam ſententiam, & n.2.*

3 *Etiam ſponte confeſſo, & reperto in flagranti crimine, n.4. Et Reo conuicto n,5. Et damnato in contumaciam, nu: 6. Et etiam notorio delinquenti, numero 7.*

8 *Termino defenſionis non dato Reo, ſententia inde lata eſt nulla.*

9 *Reus poteſt facere ſuas defenſiones etiam poſt terminum; Et dandus eſt nouus terminus ſuper nouiter repertis.*

10 *Defenſio nullo dato termino facta, vel ex officio, valet.*

11 *Innocentia Rei poteſt deduci à quolibet.*

12 *Reus poſt ſententiam poteſt etiam facere ſuas defenſiones.*

Terminus defenſionis non poteſt à reo renunciari; Et ſi renuncietur Iudex debet pati, vt habetur numero quartodecimo.

15 *Defenſio eſt ita fauorabilis, vt frater, conuictus, & amicus admittantur in teſtes, & etiam teſtes de credulitate, n.16.*

17 *Termini dies non computatur in termino.*

18 *Forma aſſignandi Reo terminum ad ſuas defenſiones faciendas.*

19 *Forma prorogationis termini.*

EGimus ſupra par. 6. de tortura reis inferenda, & de defenſionibus eorum ante torturam, quæ tortura eis non datur quando ſunt conuicti, aut ſpontè confeſſi, ſed tantùm quando ſunt indiciati, ſeu ſemiplenè conuicti; Conuicti autem, aut ſpontè confeſſi, condemnantur in pœnam debitam, vel ſi ſuam innocentiam probant, abſoluentur per ſententiam diffinitiuam, per quam omnis proceſſus terminatur, & de hac ſententia agimus in præſenti, ſimul cum pœnis non ſolùm in genere, ſed etiam in ſpecie delinquentibus de

de iure debitis, deficientibus pœnis, ſtatutariis, ſeu municipalibus. Et quia ante ſententiam debent aliqua præcedere, nempè terminus ad defenſiones faciendas, cum copia repertorum, & nonnulla alia, ideò videbimus primò ea, quæ præcedere debent ſententiam, & poſtea qualiter ſententia ipſa ferri debeat, ſimul cum ipſam ſententiam concomitantibus. Et primò ante ſententiam debet Iudex ſtatuere confeſſo, vel conuicto terminum ad ſuas defenſiones faciendas, & ad dicendum, & opponendum quicquid vult, & poteſt aduerſus delicti probationem, vel ſuam propriam confeſſionem. Angel. de Malefic. in ver. qui Iudex ſtatuit terminum, n.1. per l. vnius §. cogniturum ff. de quæſt. Clar. q.49. num 4. in fine, & num.13. & quæſt.64. num.1. Farin. quæſt.39. num.32. & ſeq. & conſ.6. num.15. quia ſicut qui eſt tantum indiciatus ad torturam torqueri non poteſt, non dato prius termino ad ſe defendendum, ita nec qui eſt confeſſus, vel conuictus condemnari debet, non dato prius termino ad faciendas ſuas defenſiones. l. Rei §. ſi ad diem ff. de re milit. cum concor. Bart. in l. cuſtodias §. 1. ff.
3 de publica. iudic. Conrad. in pract. tit. de proceden. ante diffinitiuam ſent. n.3. vbi quod debet dari etiam ſponte confeſſo. Laderch. conſ. 182. nu.7. Farin. conſ. 16. n.51. & 52. In qua confeſſione ſi eam nõ reuocet, & doceat de errore, perſeuerare dicatur. Conrad. d. n.3. Nam contra propriam confeſſionem multa adduci poſſunt, ex quibus reus excuſari poteſt, ita poſt Clarum Cartar. d. c.1. n.156. & c.25. n.25. & Caual. de Brach. reg. par. 1. n.230. Vbi e-
4 tiam, quod ſit dandus terminus reperto in flagranti. Vel cum aliqua re, quæ pretendatur furto ſubtracta. Licèt Marſil. in §. ſi cogniturum n.57. ff. de quæſt. & nonnulli citati à Claro q 8. n.3. id negent, dandus eſt etiam terminus reo conuicto.
5 Clar. vbi ſupra. Laderch. Imol. conſ. 187. n.25. & debet dari reo cõfeſſo, & conuicto, etiam non petenti. Cartar. d. q.2. nu.28. Bertaz. conſ. 25. n.11. & conſ. 65. n.9. Borel. in ſumma deciſ. tom.2. tit.3. n.188. Farin. q.11. n.97. & q.39. n.35. & conſ. 16. n.17. Burg. qui alios etiam citat de modo procedendi ex abrupt. q.4. n.25. Guaz. defenſ. reor. 37. c.1. n.3. & ita contr. Boſſ. tit. de con-
6 feſſ. nu.6.7. & 8. tenet Peguer. in pract. crim. c.12. §.6. n.3. Cum non dicatur Reus plenè conuictus, niſi prius dato ſibi termino ad opponendum, cum copia proceſſus, etiã ſi contra eum eſſent plures teſtes de viſu. Peguer. in pract. crim. c.12. n.22. Bald. ſuper pragm. imper. §.3. tom.2. n.19. fol.328. Burg. vbi ſupra n.4. Nam defenſio conſiſtit in termino dãdo reo pro ſua defenſione, & in teſtium receptione, dicit Ball. var. quæſt. lib.2. q.26. n.43. Dandus eſt etiam terminus ad ſe defendendum condemnato in cõtumaciam. Si veniat in fortiis Curiæ eius, qui eum condemnauit. Ad dicendum cauſam, quare ſentẽtia contra eum lata non debet mãdari executioni, & licèt cõtrariũ tenuerit Bar. in l. di-

diuus nu.5. ff. de cuſtod. reor. & in l. inter ſtipulantem §. 1. num. 13. ff. de verb. oblig. quem ſequitur Clar. quæſt. 96. & alij ab eo citati, Cartar. de executione ſent. cap. ban. cap. 1. nu. 130. & cap. 3. per totum, tamen contra Bartolum, vt alios ſequaces tenent Salycet. in l. 2. n. 2. verſ. honeſtum tamen, C. de requir. reis, Foller. in pract. crim. in verbo captis foriudicatis nu. 2. Scacc. de iudic. lib. 1. ca. 97. num. 183. & 184. & ſeq. Baiard. qui alios citat quæſt. 56. num. 6. & ſeq. & num. 9. dicentes, quod facta recognitione foriudicati; Iudex debet ei ſtatuere terminum breuem ad dicendum cauſam, quare contra eum non debet exequi ſententia foriudicationis, idem etiam tenet Guaz. defenſ. reor. 31. cap. 1. nu. 2. Farin. quæſt. 11. num. 93. verſ. his non obſtantibus; Quia poteſt allegare multa impedimenta, quæ executionẽ impediunt, de quibus Guaz. vbi ſupra, & etiam in notorio delinquere eſt dandus terminus ad ſe defendendum. Vt poſt alios, aſſerit Caualc. de Brach. reg. par. cap. num. 204. licet Marſil. id neget in d. §. ſi cogniturum num. 57. qui in nou m caſibus exiſtimat, quòd terminus, & defenſio non ſunt neceſſaria, quos refert Conrad. vbi ſupra n. 5. Tamen verius eſt, quod ſemper debet dari; In tantum eſt verum, quod terminus ex officio etiam non petitus debet reo dari ad faciendas ſuas defenſiones; quod
8 ſi non fuerit datus; Reus dicatur oppreſſus, & ſententia ſuper indè lata erit nulla. Marſil. in l. vnius §. cogniturum nu. 35. ff. de quæſt. Clarus quæſt. 64. verſ. ſin autem, Cartar. de interrog. reor. lib. 4. c. 1. num. 155. Burg. cum aliis citatis de modo proced. ex abrupt. q. 4. nu. 25. Magon. deciſ. Lucenſ. 41. nu. 22. vbi refert, quod Rota Lucenſ. bis
9 annullauit duos proceſſus ex iſto capite defenſionis non datę. Guaz. defenſ. reor. 31. num. 3. Et licet reus in termino ſibi dato debet ſuas facere defenſiones; Tamen ſi reus etiam poſt terminum velit adducere articulos concernentes eius defenſionem, Iudex tenebitur illos recipere. Iaſon. conſ. 175. vol. 2. per totum. Guaz. d. nu. 3. in fine, & quocumq; alio tempore admittendæ ſunt defenſiones reorum, dummodo ab eis petantur. Marſ. in d. §. cogniturum nu. 1. & 19. Conrad. vbi ſupra num. 4. ampliat. 3. Et
10 quando publicatis atteſtationibus fiſcus nouos teſtes producit contra reum, prout facere poteſt, vt dicunt Bart. in l. 1. §. fin. n. 4. Marſil. in praxi §. ſequens num. 4. Capic. deciſ. 83. Theſaur. deciſ. 262. Farin. quæſt. 75. num. 114. Ricc. deciſ. 34. num. 2. part. 2. & deciſ. 253. par. 3. Reo eſt dandus nouus terminus, vt poſſit ſe defendere contra nouiter reperta, qui poteſt etiam adducere alios teſtes poſt publicationem in ſuam defenſionem. Bart. in l. 2. §. ſi publ. num. 15. ff. de adult. Felin. in c. cum clamor. col. 2 verſic. et hoc dicitur, Ricc. dicta deciſ. 34. num. 6. et deciſ. 66. num. 12. part. 2. Cartar. deciſ. 47. num. 10. aſſerens quòd licet ſint Doctores in hoc pro, et contra, tamen magis communi-

munis, æquior, et benignior opinio eſt, quod in criminalibus teſtes ad inſtantiam, et defenſionem reorum poſſunt recipi, et examinari etiam poſt publicatas atteſtationes, et didicita teſtificata ſuper eiſdem, ac directo contrarijs articulis, quando proceditur ex officio, ſecus quando proceditur ad inſtantiam partis. Farin. quæſt. 75. num. 418. Guaz. defenſ. reor. 24. cap. 7. nu. 3. Imò Farin. dicit, quod Iudex poteſt poſt didicita teſtificata teſtes admittere etiam ſi procedatur ad inſtantiam accuſatoris, quando Iudici conſtaret, quod nullus adeſſet timor ſubornationis, tamen hanc limitationem non admittit Guaz. quia hoc non facile diſcerni poteſt, et ideo tutius eſt non admittere, quando petitur vt teſtes examinentur ſuper eiſdem iudiciis, et capitulis, ſecus ſi ſuper diuerſis, vt ibidem num. 5. & n. 7. addit, quod Iudex poteſt nouos teſtes examinare, quando accuſator eſſet ſuſpectus de colluſione, & nu. 8. quando fuerint producti ante publicationem, vel fuerint nulliter examinati, ſemper tamen dãdus eſt reo nouus terminus contra nouiter reperta. Et ſi nullo termino dato reo petente, vel ex officio, facta ſit defenſio, valet. Quia in criminalibus defenſio fieri poteſt, etiam nullo dato termino. Bart. in d. §. cogniturum. Marſil ibi num. 35. Conrad. vbi ſupra ampliat. 4. qui ex d. Marſil. n. 48. dicit, quod etiam poſt publicatum pro-
11 ceſſum poteſt fieri defenſio; Et ad talem defenſionem faciendam admittitur quilibet, oſtendendo innocentiam Rei; ex Marſil. vbi ſupra num. 49. Et etiam poſt ſententiam poteſt Reus ſi eſt innocens facere ſuas defenſiones. Imò Iudex eas quærere debet, ex eodem Marſil. in pract. crim. §. obſcurum nu. 3. Et vbi de innocentia conſtat, poſt ſententiam licet Iudex non poſſit abſoluere, ex quo condemnauit, debet tamen reſcribere Principi, ex eodem Marſil. in l. 1. §. præterea n. 46. ff. de quæſtion.

Et in tantum reo terminus ad defenſam eſt dandus: quòd licet Reus
12 illi renunciauerit cum ſuis defenſionibus, Iudex talem renunciationem admittere non debet, quando agitur de pœna corporali. Quia à Reo renunciari non poteſt. Farin. quæſt. 39. num. 51. & dictum eſt ſupra. Etiam adiecta cauſa; quia ipſe Reus certo ſcit nullam ſibi cõpetere defenſionem. Farin. vbi ſupra n. 56. & Pegeur. in pract. crim.
13 cap. 12. §. 6. num. 5. contra Baldum contrarium exiſtimantem.

14 Quæ defenſio eſt ita fauorabilis, quod coniecturis arbitrio Iudicis probatur. Conrad. ſupra citatus num. 6. Aſſignato reo termino ad
15 ſuas defenſiones faciendas, dies termini non computatur in termino. Iaſ. in l. 1. num. 10. ff. ſi quis caution. Ceual. com. contro. com. qu. 101. Parlador. rer. quotidianar. pars. c. fin. §. 10. n. 4.

Forma aſſignandi reo terminum ad defenſiones faciendas, quando non eſt aſſignatus in ipſa ratificatione confeſſionis factæ in tortura.

16 Die, &c. R. N. Abbas volens de iure

iure procedere in cauſa contra Fr. N. proſecutum de.... habita præſenti inquiſitione pro publicata, fuit per eum prouiſum, & decretum dare reo conuicto, vel confeſſo, copiam proceſſus, & confeſſionis iuxta ſtylum, & conſuetudinem noſtræ Religionis, ſine præiudicio tamen vlterioris proceſſus, & examinis omni meliori modo, terminum quoque trium dierum ad faciendas ſuas defenſiones, & ad dicendum quicquid ſibi placuerit ad ſui defenſiones, inſuper illi oblatus, & aſſignatus fuit in conſiliarium P. N. prout præſenti decreto dictus terminus dierum trium, & dictus P. N. conſiliarius aſſignatur, datum, &c. in Monaſterio, &c.

Ita eſt P. N. Abbas.

Fr. N. Actuarius.

Sed quia Iudex procedens ex officio etiam poſt publicatas atteſtationines poteſt examinare teſtes etiam ad offenſam ad inueniendum maleficium. Theſaur. deciſ. 262. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. 253. par. 3. vide infra poſt f. 435. Villalob. in commun. opin. litt. T. num. 8. Ideo hæc omnia, quæ de nouo inquiruntur debent reo publicari, dando ei copiam cum termino ad ſe defendendum, *& fit decretum modo ſequenti. Die, &c....* Habitis nouiter actitatis pro publicatis, R. P. N. concedit Fr. N. reo terminum triũ dierum cum copia repertorum ad faciendum ſuas defenſiones, & intimentur ſubſcriptiones, vt ſupra.

CAPVT II.

De defenſionibus reorum ante condemnationem.

SVMMARIVM.

1 *Reus ſi non eſt confeſſus, nec conuictus non poteſt pœna ordinaria condemnari, & num. 6.*

2 *Delictum plenè probatur, per conuictionem, vel confeſſionem.*

3 *Duo teſtes oculares, vel auriculares ſufficiunt ad plenam probationem, & tunc reus dicitur conuictus n. 4.*

5 *Teſtes in dubio præſumuntur omni exceptione maiores.*

7 *Conuictum eſſe, & eſſe confeſſum differunt, ſecundum aliquos, ſed alij contra.*

8 *Conuictus per teſtes etiam ſi neget condemnari poteſt, & non requiritur, quod ſit confeſſus, ſed hoc fallit in Regno Franciæ.*

9 *Duo teſtes deponentes non interfuiſſe confeſſioni inſtrumenti plenè probant, etiam ſi ſint ſingulares, Deponentes vidiſſe duos rixantes probant vulnera ſequuta ex rixa, nu. 10. Deponentes vidiſſe Titium vulnerantem Caium probant, quamuis vnus dicat cum enſe, alter cum pugione, num. 11. & qui conueniunt in menſe, licèt non conueniant in die, probant, n. 12.*

13 *Teſtis vnus de viſu cum adminiculis an probet ad effectum condemnandi?*

14 *Duo teſtes de viſu ſi non ſunt idonei non conuincunt.*

15 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores*

16 Pro-

16 *Probatio debet concludere per neceſſe, & non per poſſibile, aut ex fallibili.*

17 *Iudex habens liberum arbitrium adhibendi fidem teſtibus, debet intelligi quoad perſonas, non quoad dicta.*

18 *Teſtes in criminalibus debent deponere circa ea, quæ neceſſariò inferunt delictum.*

19 *Reus multis modis poteſt ſe defendere contra teſtes.*

20 *Conuictus, de iure Canonico Iudicis arbitrio punitur, quando proceditur via inquiſitionis, ſed hoc de conſuetudine non ſeruatur. Dicitur quis per indicia indubitata n.21. & per inſtrumenta n.22.*

23 *Proceſſus quomodo initiatur, quando quis eſt conuictus per inſtrumenta.*

24 *Dolus eſt anima pœnæ ordinariæ, & vbi deficit dolus, deficit pœna ordinaria, n.80.*

25 *Homicidium caſuale nulla pœna punitur; plura exempla ponuntur homicidij caſualis, n.26.*

27 *Homicidium commiſſum à furioſo non punitur.*

28 *Ebrietas, quando excuſat à pœna.*

29 *Dormientes ſi delinquunt, an poſſint puniri.*

30 *Ignorantia, & inaduertentia, an excuſent à pœna.*

31 *Delictum cauſa honoris tuendi commiſſum, an ſit punibile.*

32 *Metus inſtantis periculi, an excuſet delinquentem.*

33 *Infantes, & impuberes delinquentes an excuſantur à pœna.*

34 *Caſualiter, qui interuenit in rixa, non punitur, ſi nihil fecit, & an hoc in dubio præſumatur.*

35 *Neceſſitas ineuitabilis excuſat à pœna.*

36 *Operam rei licitæ dans ſi adhibuit diligentiam, & ſequatur delictum non punitur, ſecus dicitur de eo, qui dat operam rei illicitæ, quia non obſtante diligentia punitur pro modo culpæ, & numero quadrageſimotertio, vbi ponuntur exempla.*

37 *Homicidium in dubio præſumitur caſu fortuito factum, & non data opera.*

38 *Culpa in dubio excluditur.*

39 *Caſus fortuitus, differt à caſu improuiſo.*

40 *Culpa caret, qui facit ea, quæ neceſſariò ſunt facienda.*

41 *Culpoſum homicidium, & delictum, non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria pro modo culpæ.*

42 *Exempla multa puniuntur homicidij culpoſi.*

43 *Dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod ſequitur.*

44 *Architectus ſi non ligauit ſufficienter machinam, quæ cecidit ſuper caput eius, qui ſub ea exiſtebat, puniri debet pro culpa, & n.47. vbi de putatore, & ſimili.*

45 *Vulneratus, ſi calore iracundiæ ſequendo vulnerantem occidit, excuſatur à dolo, & pro culpa tenetur.*

46 *Mandans percutere aliquem cum inſtrumento non apto ad occidendum, ſi mandatarius occidit, mandans non tenetur de occiſo, ſecus ſi mandauit vulnerare cum inſtrumento apto ad occidendum.*

48 *Mediator ſi ſine dolo occidat vnum ex corrixantibus extraordinariè punitur, ſecus ſi cum dolo.*

49 *Clericum volens percutere, ſi percutiat laicum non eſt excommunicatus, nec è contra, ſecus ſi percutiat alium Clericum.*

50 *Error excuſat ab omni pœna, quando errat ſe defendendo, & ponitur exemplum, ſed quando errat offendendo, excuſatur à pœna extraordinaria.*

51 *Occidere volens Sempronium, ſi ſe defendendo occidat Titium, non tenetur de homicidio.*

52 *Occidere volens aduerſarium, ſi occidit mediatorē excuſatur, ſecus ſi dolo occidat, n. 53.*

54 *Occidens aliquem etiam non offendentem, ratione defenſionis excuſatur.*

55 *Peccatus mitius punitur, & ſeqq.*

56 *Calor iracundiæ excuſat à pœna ordinaria, quando non cauſatur facto proprio, ampliatur, & limitatur concluſio multis modis. Quando excuſat maritum occidentem uxorem, 57. & n. 59. Quando excuſat patrem occidendo filium, n. 58. & quando excuſat in parricidijs 63.*

60 *Initium attenditur in delictis, ad eorum excluſionem.*

61 *Offenſio, aut apprehenſio, quando eſt iniuſta, defenſio eſt iniuſta.*

62 *Corrigere, & caſtigare alios quibus eſt licitum.*

64 *Amoris cauſa delinquens, quando excuſatur.*

65 *Dolor iuſtus excuſat, excuſat etiam à cenſuris.*

66 *Senectus minuit pœnam.*

67 *Ruſticitas pœnam minuit.*

68 *Imprudentia excuſat à pœna ordinaria.*

69 *Incertitudo delinquentis excuſat.*

70 *Delinquentem plures congregati ad percutiendum, & verberandum aliquem, ſi ſequatur homicidium, ad quid teneantur, & n. ſeqq.*

71 *Auxiliator quomodo à delicto poteſt ſe excuſare, & n. ſeqq.*

72 *Aſſiſtens armatus, quando excuſatur à delicto ſequuto.*

73 *Frater ſi occidat rixantem cum fratre excuſatur à pœna ordinaria, & frater ipſe, qui rixat ad nihilum tenetur ſi fuit inſultatus, ſed ſi fuit aggreſſor tenetur pœna extraordinaria.*

74 *Frater defendens fratrem inſultatum poteſt offendere clericum aggreſſorem, abſque incurſu excommunicationis, idem dicitur de ſeruo, qui poteſt defendere dominum ſuum, & de ſocio itineris, & quid de extraneo?*

75 *Minor ætas an ſit cauſa minuendi pœnam in delictis?*

In multis caſibus non eſt cauſa minuendi pœnam, n. 76.

77 *Delinquens ſine animo delinquendi excuſatur à pœna ordinaria.*

78 *Falſum committens quibus modis excuſari poteſt.*

79 *Fur quibus modis excuſatur.*

80 *Cauſa iniuſta, & temeraria excuſat à dolo, ſed hæc regula non habet locum in iudicialibus, Farinacius quæſtione ſextadecima, numero ſexageſimoquarto, & ſexageſimoquinto.*

EGimus ſup. par. 6. c. 2. de defenſionibus reorum non confeſſorum, nec conuictorum, ſed tantum ad torturam indiciatorum, ante ipſam torturam inferendam faciendis, ne indefenſi torqueantur. Nunc verò addere debemus defenſiones reorum confeſſorum, & conui-

uictorum ante ſententiam ferendam, ne indefenſi condemnētur, & quia de defenſione confeſſorum ad ſaturitatem loquuti ſumus par. 5.
1 c 6. remanet hic agere de defenſione conuictorum, & præmittendus eſt, quod ſi reus non eſt verè, & legitimè conuictus pœna ordinaria condemnari non poteſt. Ita communiter Doctores, quos cumulat Farin. quæſt. 81. num. 1. Tuſc.
2 litt. C. concl. 574. Sed tantum, quādo delictum probatur plenè per conuictionem. Dec. in c. at ſi clerici in primo notabili, & declarando quando reus dicatur conuictus, dico, extra iudic. Boſſ. de conuict. n. 2. Quod duo teſtes oculares, vel auriculares, ſcilicet de viſu, vel auditu proprio in omni cauſa ſiue criminali, ſiue ciuili ſufficiunt ad
3 perfectam probationem. Deuter. cap. 17. 6. in ore duorum, vel trium teſtium peribit, qui interficietur, & c. 19. 16. in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum, quæ lex à Chriſto fuit comprobata, vt patet in Matt. 18. 16. & Ioan. 8. 17. & neceſſario requiruntur dicti duo teſtes omni exceptione maiores ad reum condēnandum, & opinio illorum, quos pro ſe citat. Hurtad. tom. 1. reſol. tract. 4. de Sacerdote ſollicit. n. 1013. 1014. aſſerentiū Principem cum vno teſte, & adminiculis poſſe condemnare reum, eſt falſa, contra ſacram ſcripturam, & Euangelia Chriſti, & conuictus tantum dicitur ille, contra quem ſunt duo teſtes, omni exceptione maiores deponentes de viſu, aut auditu proprio loco, & tempore concordantes. c. quod verò 2. q. 5. c. in omni negotio de teſtibus c. nullam §. ſed hoc in fine 2. quæſt. 4. Bald. in l. fin. col. 1. vbi Salicet. C. de probat. Gram. voto 15. num. 13. Carrer. in pract. crim. in h obſeruare n. 165. Caualc. de Brach. reg. par. 3. nu. 19. Baiard. q. 66. num. 3. Farin. qui multos refert qu. 63. nu. 233. 234. & tunc res contra reum dicitur clara. Caualc. vbi ſupra par. 4.
5 n. 190. Qui teſtes præſumuntur omni exceptione maiores, ſi nihil contra eos fuit oppoſitum. Carrer. vbi ſupra Baiard. d. q. 66. n. 3.
6 Et non poteſt ferri ſententia condemnatoria in quemcumque, niſi ſit confeſſus, vel conuictus, alias ſi feratur, eſt nulla. Caſtr. conſ. 468. col. pen. in fine lib. 1. Tuſc. litt. C. concl. 574. nu. 2. & debet eſſe confeſſus, vel conuictus antequam condemnetur, & non ſufficit, quod poſt ſententiam cōſtet de delicto. Boer. deciſ. 259. Baiard. qu. 66. nu 9. & in hoc verbis iudicis non creditur; niſi ex proceſſu appareat. Roland. conſ. 94. num. 23. vol. 1. Baiard. vbi ſupra, num 11.
7 Differunt tamen conuictus, & confeſſus. Ita vt ſtatutum in vno non habeat locū in alio. Dec. vbi ſupra Cepol. cautel. 81. Abbas in c. at ſi clerici de iudic. Ber. conſ. 187. n. 11. Fulgoſ. conſ. 123. n. 3. Marſil. in rubrica de probat. n. 88. Boſſ. d. tit. de conuict. n. 6. & n. 7. vbi etiam addit, quod mitius agitur cum confeſſo, quàm cum conuicto, ſi ſponte, & non metu probationum quis confeſſus fuerit, ſecus ſi metu probationum. Quia habetur pro conui-

ĉto, ex Abb. in c. de hoc, de ſimon. & n. 8. ſubdit, quod confeſſio non dicitur propriè probatio, & non cadit in ſtatuto faciente mentionem de probationibus; ex Iaſ. in l. cum te col. 2. c. de tranſact. & Felin. in rubrica extra de probat. Tuſc. litt. C. concl. 122. n. 1. Et hanc opinionem, quod ſtatutum loquens de confeſſo non habeat locum in conuicto, nec è contra, tenent alii citati à Caual. de brach. reg. par. 3. n. 25. Sed contrariū tenent Baiard. q. 66. n. 6. & Cabal. caſu 68. vbi alios citat, aſſerentes, quod ſtatutum puniens delinquentem conuictum de crimine procedit in confitente delictum, quod aliàs probatum non erat, cum nulla ſit maior probatio, quàm proprij oris confeſſio. Cabal. eodem caſu 68. per totum, & conuictus ſolum per teſtes condemnari poteſt, probat Dec. in c. at ſi clerici in 1. notab. extra de iudic. Boſſ. tit. de conuictis, n. 3. & ſeq. etiam quod neget, & perſeueret in negatione; ſine alia tortura, & confeſſione, cap. ſuper quibuſdā de verb. ſignificat. c. nos quemquam 2. q. 11. c. ad noſtram, vbi Felin. notab. de probat. Bald. in l. 1. ad fin. n. 9. c. de iuram. calum. & in l. 2. ſub n. 6. verſ. & nota C. quor. appel. non recipiuntur, & in l. milites ſub n. 6. verſ. aut indicia ſunt indubitata C. de qu. idem Bald. in c. ad noſtram n. 3. de prob. Brun. de indic. & tortur. in 4. q. 1. par. ſub n. 13. poſt verſ. notandum tamen, Boſſ. d. tit. de conuict. n. 4. Decia. tr. crim. lib. 5. c. 37. n. 26. & 45. & c. 38. n. 3. Baiard. cum aliis ab eo citat. q. 66. n. 1. vbi, quod vbi reus eſt conuictus non requiritur, quòd ſit confeſſus: & vbi eſt confeſſus, nō requiritur, quod ſit conuictus, vt condēnari poſſit. Qui non ſolū loquuntur in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, quicquid dicat Caualc. de brach. reg. par. 2. n. 24. latè Cabal. caſu 39. per totum, & Farin. q. 81. n. 2. vbi quod paria ſunt eſſe conuictum, vel confeſſum, licèt contrarium ſeruetur in regno Franciæ. De ſtylo, & generali conſuetudine illius Regni, quando tamen agitur de vltimo ſupplicio, aut mēbri mutilatione, vbi requiritur etiā confeſſio, & tunc reus in dicto Regno debet torqueri pro confeſſione, vt aſſerunt Doct. citati a Baiard. d. q. 66. n. 2. & Cabal. d. q. 39. n. 2.

9 Hinc eſt, quòd duo teſtes deponentes non interfuiſſe confeſſioni inſtrumenti, probant falſitatem cōtra inſtrumentum, & conuincunt, quāuis ſint ſingulares. Felin. in c. cum Ioan n. 49. de fide inſtrum. Gramm. conſ. 56. n. 17. Cabal caſu 183. nu. 6. vbi alios cit. Scacc. de iud. q. 63. n. 1

10 Duo teſtes deponentes vidiſſe Titium, & Seium rixantes, licèt non viderint aliquem ipſorum inferentem vulnus alteri, ſed quod ſedata rixa viderunt vnum ex eis vulneratum, & mortuum, ſufficiunt ad condemnationem. Marſil. in l. reperi n. 19. ff. de qu. et in rubr. c. de probat. n. 334. et ſingul. 298. ſequitur Baiar. d. q. 66. n. 21.

11 Etſi vnus teſtis dicat vidiſſe Titiū vulnerātē alium cum enſe, & alius dicat cum Roncha plenè probant, et non per hoc dicūtur ſingulares, nec varii. Bero. cōſ. 291. n. 36. vol. 3.

12 Nec

12 Nec falſa demonſtratio diei vitiat
probationem criminis in cauſa in-
quiſitionis, ſecus ſi menſis eſſet fal-
ſus. Quia tunc deficit tēpus, quod
eſt de forma iudicii. Bald. in l. prius
n. 46. de his, qui accuſari non poſ-
ſunt. Baiard. vbi ſupra n. 22.
13 Et licèt vnus teſtis de viſu, cum
aliis adminiculis, coniungantur ad
effectum condemnandi, affirmant
Bart. in l. 1. §. id. Corn. n. 2. ff de qu. &
ibi etiam Marſ. n. 3. et in rubr. 1. de
prob. n. 249. in fin. Feli. c. cauſam de
prob. col. ante pen. verſ. ſec. caſu, et
alii cit. Farin. d. q. 86. n. 94. et præci-
puè Peguer. deciſ. crim. 17. n. 40. in
fine, et ſeq. vbi hanc opinionem ſu-
ſtinet etiam quoad pęnam ordina
riam, et capitalem, quibus addi po-
teſt Crauet. conſ. 35. num. 6. Tamen
Guaz. defen. reo. 33. c. 14. n. 12. con-
trariū tenet cum aliis ab eo cita. et
Farin. q. 86. n. 23. qui n. 24. in fi. dicit,
contra Pegueram, quod ſua opinio
non placet, quo ad pœnam ordina-
riam, et capitalem, vnde tacitè eam
admittit, quoad pœnam non capi-
talem, et extraordinariam, et ex
preſsè, n. 25. hoc aſſerit, et poſtea n.
27. inquit, quòd qui voluerit tene-
re primam opinionem, debet eam
intelligere, quando cum vno teſte
faciente ſemiplenā probationem,
concurrerent aliæ præſumptiones
facientes aliam ſemiplenam pro-
bationem, & tendentes ad eundem
finem, ſed ſecundam opinionem
14 tenet etiam Caualc. de brach. reg.
par. 3. nu. 20. & 21. quàm puto ve-
riorem. Si duo teſtes, quamuis
conteſtes, & de viſu non ſunt omni
exceptione maiores, reus non di
citur conuictus. Caualc. d. nu. 20
Guaz. cum aliis ab eo citatis defen.
reor. 33. cap. 14. nu. 5. verſ. qui duo,
& debent eſſe ambo integri, quia
in criminalibus integritas vnius
non ſupplet non integritatem al-
terius. Boſſ. tit. de conuict. nu. 21.
& n. 22. vbi quod teſtes debent de-
ponere de facto ipſo, & non ſufficit
ſi deponant de circumſtantiis, vel
aliis adminiculis.
15 Nam probationes in criminalibus
debent eſſe luce meridiana clario-
res, vt per tex. in d. l. ſciant cuncti,
prob. Boſſ. d. tit. de cōuict. n. 9. alias
reus non poteſt dici cōuictus. Clar.
q. 66. n. 3. Burſ. conſ. 445. n. 10. vol. 4.
Maſcard. cōcl. 460. n. 2. & conl. 497.
n. 1. Bertaz. conſ. 251. n. 2. Tuſc. litt.
C. concl. 185. n. 1. quia vbi maius eſt
periculum, ibi cautius eſt agendū.
Oldrad. conſ. 192. Alex. conſ. 25. n. 2.
l. b. 1. & non ſolū debent eſſe luce
meridiana reſpectu perſonarum;
ſæpè, vt teſtes ſint omni exceptio-
ne maiores; Sed debent eſſe clario-
res, quoad dicta, ſcilicet, vt dicant
ſe facto interfuiſſe, non ambulando
per cōiecturas. Boſſ. vbi ſupra n. 11.
Guaz. d. c. 14. n. 2. Cùm probatio de-
16 beat concludere per neceſſe, & non
per poſſibile, aut ex falibili, l. non
hoc C. vnde legitimi. Marſil. in rub.
de prob. n. 350. & ſeq. Caputaq deci.
275. n. 6. Bertaz. conſ. 3. n. 16. & conſ.
283. n. 6. Guaz. qui alios citat d. n. 2.
vbi quod hoc magis procedit, quā-
do delictū infamiam irrogat. Non
enim probat hoc eſſe, quod ab hoc
contingit abeſſe. l. neque natales c.
de prob. & ibi Salic. Cabal. caſu 56.
num. 155.

17 Et

17 Et hoc adeo verũ eſt, quod ſi Iudex habeat liberũ arbitriũ adhibẽdi fidẽ teſtib.: hoc procedit quoad perſonas, non quoad dicta teſtiũ. Bald. conſ. 515. n. 4. vol. 5. Crauet. conſ. 13 Caualc. d. par. 3. n. 77. Guaz. d. c. 14. num. 2. nec magna caterua teſtium poteſt ſanare defectus, qui inſunt in dicta teſtium, nec illum extollere, minuſque ſupplere. Caualc.
18 ibidem. Et debent teſtes deponere circa ea, quæ neceſſariò inferunt in delictum concludenter, vel ſaltem præſumptiuè, vt alia non poſſit haberi, neque excogitari præſumptio, quæ excludat delictum. Aliàs eorum depoſitio non ſufficeret ad condemnandum. Bertaz. conſ. 283. n 20. Rim. iun. conſ. 470. num. 9. conſ. 684. nu. 24. Maſcard. concl. 36. num 64. Simon de præt. conſ. 178. n. 4. & ſeq Mazol. conſ. 47. num. 66. quia ad excludendum delictũ ſufficit, quod reddatur dubia fiſci, aut accuſatoris intentio. Felin. in c. auditis de præſcrip. Claud. Aquent. in repet. in l. vt vim n. 94. ff. de iuſt. & iure. Peregr. conſ. 105. in fine vol. 2. Et conuictus legitimè non dicitur quis per teſtes varios varios, contrarios, ſingulares, falſos, inimicos, aut alio modo inhabiles, & ſuſpectos, de qui-
19 bus egimus ſupra par. 4. per totam. Caual. de Brach. reg. par. 3. num. 17. Et ideo poteſt contra teſtes reus ſe defendere, quod ſunt varii, contrarii, repugnantes, non reddentes ſufficientem cauſam, vel quod deponunt per præmeditatum ſermonem, quod ſunt infames, criminoſi, inimici, periuri, conſpiratores, ſingulares, falſi, & ſimiles.

20 Conuictus per teſtes licèt de iure ciuili ordinaria pœna puniatur, de iure tamen canonico, quando proceditur via inquiſitionis iudicis arbitrio punitur, ita poſt alios, gl. in c. 3. §. presbyteris, qu. 6. & gloſ. in leg. nullum. C. de teſtib. & Farin. q. 81. n. 2. ſed Iul. Chartar. deciſ. 11. n. 15. dicit, quod hæc opinio non ſeruatur de conſuetudine, vbi citat Clar. q. 60. nu. 33. & Bonacoſ. lib. 9. com. opin. tit. 30. n. 5.

21 Dicitur etiam reus conuictus indicijs indubitatis, vt in dicta leg. ſciant cuncti, ſed de hac conuictione variè loquuti fuerunt DD. vt patet ex Farin. q. 86. nu. 63. & ſequ. & ex his, quæ ſupra diximus nos, par. 6. cap. 3. nu. 16. & ideò hic non repeto.

22 Et dicitur etiam reus conuictus per inſtrumenta, vt probatur per eandem legem ſciant cuncti, ſed in hoc regulam cum ampliationibus ponit Farin. quæſt. 84. & primò ponit regulam negatiuam, quòd delictum, nempè homicidium, vulnus, furtum, adulterium, & ſimile non probatur per inſtrumentum. Quia in criminalibus teſtes debent venire coram Iudice, & ab ipſo debent examinari præſtito iuramento, & debent eſſe omni exceptione maiores, vt conuincant, quia teſtibus, & non teſtimoniis eſt credendum. Ita concludunt omnes Doctores citati a Scac de iudic. quæſt. 63. nu. 1. & alii, quos cumulat Farin. ibi num. 1. & 2. vbi ampliat hanc nega-

gati-

gatiuam regulam tribus modis, & poſtea limitat quindecim modis, vt per eum, & inter alias limitationes vna eſt, vt non procedat in delicto, quod committitur ſcribendo, paciſcendo, ſeu contrahendo. Quando ſcriptura eſt confecta de voluntate partium, quia tunc delictum probatur per ſcripturam. Clar. quæſt. 54. num. 6. prout quando ex inſtrumento conſtat, quod quis alienauit bona Eccleſiæ, & in ſimilibus caſibus. Federic. de Sen. & Tuſc. infra citandi, & per ſcripturam probatur ſtatutum factum contra libertatem Eccleſiæ. Item etiam ratificatio alicuius delicti, Coniuratio aduerſus Rempublicam, Principem, ſeu alium, & ſimilia. Scac. de iudic. c. 63. n. 1. Item per ſcripturam probatur falſitas inſtrumenti rogati de voluntate partium. Farin. ibidem nu. 13. et 14. Periurium etiam probatur per ſcripturam. Hinc eſt, quòd ſi ex eodẽ inſtrumento conſtat de duobus iuramentis contrariis, directè probatur crimen. Federi. de Sen. conſ. 23. in fin. Tuſc. litt. C. concl. 1082. num. 6. Et inſtrumentum, in quo quis iurauit, et ſcriptura, in qua iuramento contrauenit, probant periurium, quod probatur etiam ex lectura reſponſionum; Quando quis in iudicio ad poſitiones reſpondet contraria. Farin vbi ſupra num. 15. vbi idem dicit de deponente duo contraria, et per ſcripturam priuatam probatur delictum; Quando eſt ſcripta ab ipſo delinquente, vel ipſo volente, et illicitum continet. Farin. ibidem num. 19. ſed num. 20. ex Bald. in l. 1. num. 6. c. de apoch. pub. lib. 10. dicit hoc procedere in ijs, quę ad ſcribentis officium ſpectãt, ſecus in iis, quæ ad ſcribentis officium non ſpectant, prout ſi ego ſcriberem me feciſſe adulterium, quia talis ſcriptura non probat, niſi tantum, quantum probat extraiudicialis confeſſio. Inſtrumentum celebratum, & rogatum à Notario ad inſtantiam, ſeu de mandato eius, de cuius delicto tractatur, probat. Tuſc. vbi ſupra n. 4. dummodo crimen non mereatur pęnam corporalem. Farin. vbi ſupra n. 21. & 22. Inſtrumentum fori, ſeu acta iudiciaria probant, prout quando Notarius fidem facit de confeſſione, aut ſententia, vel eorum, quæ ſunt in actis. Idem Farin. ibidem num. 13. Item viſitatio cadaueris occiſi cũ vulneribus in eo repertis probatur per ſcripturam Notarij deputati ad hoc à Iudice. Farin. ibi. n. 30. Item per inſtrumenta & ſcripturas probantur ea, quę ſunt leuis præiudicij, & ſic manus violenta in Clericum illata probatur per inſtrumentum, quando opponitur in vim dilatoriæ. Farinac. ibidem à n. 24. & ſequ. Tuſc. vbi ſupra, n. 10. Infamia probatur ex inſtrumento, ex quo apparet ſententia etiam lata ad alium finem. Tuſc. vbi ſupra n. 3. & lit. I. concl. 109. Qualitas ad delictum ex inſtrumento etiam probatur. Tuſc. vbi ſupra nu. 5. et licet inſtrumentum non probet delictũ directè, probat tamen indirectè. Et ideò ad probandum, quod res furto ſubtracta ſit accuſatoris, ſuffi-

ſufficit inſtrumentum donationis, vel emptionis. Et ad probandum adulterium, ſufficit inſtrumentum matrimonij,aliàs eſſet ſimplex fornicatio. Farinac.vbi ſupra nu.33. Scac. dicta qu.63.n.1.§.ſi verò. Et omnia delicta, quæ conſiſtunt in ea ſpecie conſenſus, qui non ex alio permanente actu, quam ex verbis,(quæ ſunt expreſſio eius,quod eſt in animo) contrahendo,& promittēdo contrahuntur; probantur per inſtrumentum.Clar.dict.qu.54.
23 in principio.Scac.vbi ſupra verſic. verum, quod ſecus eſt in delictis, quæ conſiſtunt in facto. Et quando delictum eſt tale, quod poteſt probari per inſtrumentum; et poteſt procedi in criminalibus ſola facti veritate inſpecta; proceſſus poteſt initiari per ſolum inſtrumētum,& reus examinari,ac ad vlteriora procedi,abſque eo,quod examinentur teſtes inſtrumentarij, & poteſt reo præfigi terminus vna cum copia ad dicendum contra,& ad faciendas ſuas defenſiones. In quo termino Reus poteſt arguere illud inſtrumentum de falſo. Scac. vbi ſupra n.4.& 5.

Modo pro rei conuicti ſpeciali defenſione,dico,quod, conuictus de homicidio poteſt defēdi ſi ſine do-
24 lo fuit illud cōmiſſum,nā dolus eſt anima pœnæ, vt dicit Boſſ. tit. de fenſ.reor. circa fin.& poteſt eſſe etiam ſine culpa, & huiuſmodi homicidium, quod ſine dolo,nec aliqua culpa committitur, dicitur ca-
25 ſuale,& nulla pœna punitur, l.abſentem in fine, ff. de pœnis, c.lator extra de homicid. vbi Card. & Felin. (niſi culpa caſum præcedat. Bald.conſ.222.vol.5.) Bart.in leg. reſpiciendum,§.delinquunt poſt n. 3.ff.de pœnis,gloſ.in l.1.§.diuus,in verbo caſu, ad leg.Corn.de ſicar.& ibi Bart.& Doctores. Marſil. ibidē num. 15. nam de caſu nemo tenetur,l.ſi potator.ff.ad l.Aquil. l.quæ fortuitis, cap. de pignor. action. leg.contractus,ff.de reg.iur.Cabal. de omni genere homicidij n. 146. Farin.q.126.n.56.nec Clericus pro tali homicid. caſuali incurrit irregularitatem.Farinac.ibidem n.57. vbi alios citat; Ponunt Doctores exemplum in eo,qui interfecit eū, cum quo ad brachium, ſiue ad pugnos,ſiue ad lapides ludebat, Dec. conſ.9.per totum. Baiard. ad Clar. §.homicidium,num.1. Nauar.conſil.7.num.1. de homicidio. Molina de iuſt.tom.4.ar.3. diſp.77.n. 8. aut ludebat cum baculis, quod intelligo quando tali tempore, & loco erant ſoliti ita ludere. Carrer. in pract. tit.de homicid. §. circa verò a nu.12. & ſequ.ponit plura exempla huiuſmodi homicidij caſualis, videlicet, ſi quis volens occidere feram in nemore caſu, & ſine culpa, occidit hominem. l. reſpiciendum,§.delinquunt.ff.de pœnis, leg. Diuus. ff.de patricida. Cabal. vbi ſupra n.189.& Farin.d. quæſt.126. num 26.

Item ſi quis equo currens in loco deputato ad currendum, et non valens illum retinere incidat in tranſeuntem,& illum occidat.Farinac. quæſt.126.num.25.vbi etiam habetur,quando in hoc caſu tenetur de culpa, & in culpa dicitur eſſe, ſi non

non acclamat, caue, caue, quando currit in loco non deputato ad currendũ, & nunc pœna extraordinaria tenetur, & in culpa etiam dicitur eſſe ſi ſciebat vitium equi, quia effrenatus. Bonifac. Vitilin. rubric. de inſultu num. 45. Sed ſi eſſet in dolo ſemper pœna ordinaria teneretur, & quid ſi fuerit Frãciſcanus, & contra regulam equitaret, & caſu aliquem occiderit, vide Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 6. num. 1. & 25. Henriqu. in ſum. lib. 14. de irregul. c. 15. § 4. qui illum etiam excuſant.

Item ſi occidens erat maxima amicitia, aut affinitate coniunctus cum occiſo. Carrer. ibidem num. 13. ex Felin. in cap. fin. de homicid. Baiard. in §. homicidium num. 2. & alij ſupra citati.

Item ſi quis faciat currere equum, neſcientem vitium, & exiſtimantem bucca durum, et curſu aliquem occidat dando operam rei licitæ, idem Carrer. num. 44. ex cap. dilectus, et cap. ſignificaſti de homicid. Farin. d. q. 126. n. 25. Cabal. vbi ſup n. 190.

Item ſi magiſter verberando diſcipulum intuitu diſciplinæ, corrigia, in qua erat appenſus culter percutiat puerum, & moriatur, idem Carrer. num. 15. & 17. ex c. ad audientiam de homicid. quod intellige ſi adhibuit diligentiam ſed ſi magiſter eſt Clericus, & non adhibuit debitam diligentiam in percutiendo diſcipulum, efficitur irregularis, c. preſbyterum de homicid. Maſcar. concluſ. 198. num. 17. & pro culpa tenetur, dicto cap. ad audientiam, & ca. ex litteris cum ſeqq. de homicid. Gandin. rubr. de homicid. column. 4. verſ. ſed quid dicemus.

Item ſi vous ludendo cum alio, alter cadat in terram, & culter exiſtens ad latus occidat eum, idem Carrer. num. 16. cap. lator de homicid. Menoch. de arbitr. caſu 400. nu. 3. Gutier. canon. lib. 2. cap. 6. num. 124. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 6. num. 6. Farinac. Fragm. crim. par. 2. litt. L, num. 540. aut ſi colluctans, incautè mittat manum ad falcem, vel gladium alterius, quem accinctum habet ad latus, & vulneratus grauiter moritur, non tenetur ille, qui gladium accinctum habet. Barboſ. ad cap. lator de homicid. l. Diuus, ff. de officio præſid. & ſi quis in ludo fuerit occiſus cum pugnis, homicidium iudicatur caſuale. Carrer. dicta par. 3. §. ſextodecimo excuſat, n. 2. & homicidium ſequutum ex appoſitione manuum ad guttur, quod dicitur caſuale. Ricc. deciſ. 173. par. 1. ſed hoc non ſemper eſt verum, nam aliquando poteſt eſſe etiam voluntarium, & doloſum.

Item ſi Monachus dum volens campanam de campanili deponere, lignum aliquod ceciderit, & hominem occiderit, aut ſi pulſante campana, & cadẽte tintinnabulo aliquem occiderit. Cabal. vbi ſupra num. 191. Farinac. dicta qu. 126. num. 38. Secus ſi pulſat campanam tempore interdicti, & non bene ligat tintinnabulum, & caſu cadens, aliquem occidit. Henriqu. in ſum. lib. 14. de irregul. cap. 15. §. 3. litt. V, nam tunc, quia dat operã rei illicitæ, tenetur pœna extraordi-

dinaria.

Item miles ſeſe iaculis exercens in loco militaribus exercitiibus deſtinato, ſi prætereuntem hominem occiderit, caſu fortuito occidiſſe dicitur, §.1. inſtit. ad leg. Aquil. Ball. var. qq. lib. 3. de lit. diſpenſ. caſu 1. num. 9

27 Homicidium commiſſum à furioſo non punitur, Clar. q. 66. num. 12. nec contra eum formari poteſt proceſſus, Decius in l. in negotijs, ff. de reg. iur. Nouel in tract. ad defenſ. n. 39. & 40. Si delinquit tempore furoris. Menoch. de arbitr. caſu 326. n. 8. Farin. q. 94. num. 1. Carena par. 3. tit. 9 num. 64. nam furioſi nulla eſt volũtas, l. furioſi, ff. de reg. iur. & ſi furioſus habet lucida interualla, & ignoratur an deliquerit tẽpore furoris, vel tempore dum erat ſanæ mentis, præſumendum eſt deliquiſſe tempore furoris, Panorm. conſ 85. nu. 13. Mar. Anton. lib. 1. reſ. 43. in fine. Gomez tom. 3. variar. c. 1. num. 70. Carena dicto tit. 9. n. 65. Farin. q. 94. n. 8. & ad hoc probandum ſufficit docere niſi eſſent coniecturæ ſemel eum furioſum fuiſſe. Bertaz. conſ. 326. nu. 10. ſaltem per aliquod tempus continuum. Baiard. q. 60 n. 30. niſi eſſent coniecturæ in contrarium, vt ſi poſtquam vulnerauit ſuum inimicum confugit ad Eccleſiam. Farin. ibidem n. 66. Furor tamen non præſumitur, ſed eſt probandus. Menoch. lib. 6. præſ. 45. Farinac. vbi ſupra n. 50. Furor autem, vel demen tia ſuperueniens excuſat à pœnis corporalibus ſententiæ ferendæ, vt de magis communi. Menoch. de arbitr. caſu 325. nu. 13. Ceual. com. contr. com. qu. 33. num. 1. non autem à pœnis non corporalibus, & pecuniarijs, vt confiſcatio bonorum. Menoch. & Ceual. vbi ſupra, nec à cenſuris. Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 8 n. 3. Suar. de cenſur. diſp. 5. ſect. 1 n. 20. 21. Filliuc. tr. 11. n. 132. Laym. lib. 1. tr. 5. c. 4 n. 3. nec in pœnis latæ ſententiæ, quia ſententia ipſo facto accepit executionem, & furor ſuperueniens poſt cauſam culpabilem, nempe poſt mandatum de occidendo non excuſat, quamvis effectus fuerit conſumatus in ſtatu furoris, quia iam ſufficienter deliquit in cauſa. Sayr. & Suarez vbi ſupra. Leſſ. lib. 2. c. 13 nu. 15. & ſi furor eſſet perpetuus, deberet abſolui à cenſurã, quia tunc non eſſet medicina ad reſipiſcendum.

28 Ebrietas maxima excuſat in totum à pœna, quia demit vſum rationis, quando non ſua culpa factus eſt ebrius. Clar. q. 60. n. 12. Cantera qq. crim. c. 7. Carena p. 3. tit. 9. n. 41. ſed ebrietas magna, quæ non tollit in totum vſum rationis, ſed tãtùm diminuit, non excuſat a toto, ſed à tanto, & ſic parum minuit. Menoch. de arbitr. caſu 326, nu. 7. Suſa lib. 3. c. 53. n. 1. Farin. q. 92. num. 1. & idem etiam eſt quando ſua culpa factus eſt ebrius, Clar. vbi ſupra, & Cabal. caſu 183. Ebrietas leuis à nullo excuſat, quia non tollit iudicium rationis. Carena vbi ſupra n. 45.

29 Dormientes ſi in ſomno delinquunt, non puniuntur, quia pro mortuis habentur, & comparantur furioſo l. 1. § adipiſcimur, ff. de acquir.

quir. poſſeſſ. ex gloſſ. in fine diſt. 6. quod eſt intelligendum quando nulla culpa poteſt eis imputari, quia fortè numquam contingeret à ſomno ſurgere, & arma capere, ſed ſi hæc eis pluries euenerint, & non remouent arma iuxtà eos debent pro culpa puniri, Couar. in repet. cap. ſi furioſus, folio 310. nu. 6. Clar. q. 60. n. 10. Nouell. in tract. ad defenſ. n. 43. & ſeqq. Farinac. qu. 63. n. 20. & 75. Souſ. lib. 3. c. 36. n. 4. & 5. & idem dicunt; ſi vigilando deinde ratum habeant, quod in ſomnis fecerunt, licet Menoch. de arbitr. caſu 377. n. 8. exiſtimet pœna ordinaria puniendos eſſe.

30 Ignorantia inuincibilis facti excuſat ab omni pœna, quia ignorans non dicitur delinquere, l. Genero, ff. de his, qui not. infam. c. cognoſcentes de conſtitutionib. ca. 2. eodem tit. n. 6. l. Metrodorum. ff. de pœnis. Boſſ. tit. de defenſ. reor. num. 39. Specul. tit. de noui oper. nunc. §. 1. ver. pœna, ideò ſi occidi hominem venando intra ſiluam putans eſſe feram non teneor, pariter percuſſi Clericum incedentem in habitu ſæculari putans eſſe laicum, non ſum excommunicatus, aſſociaui ignoranter delinquentem, allegata ignorantia non teneor, & fiſco incumbit onus probandi ſcientiam, Rimin. iun. conſ. 675. vol. 6. nu. 10 Guazzin. defenſ. 23. c. 11. n. 2. & qui ſimpliciter, & ignoranter arma alicui accommodauit, qui cum dictis armis aliquem interfecit ad nihilum tenetur, Boer. deciſ. 167. n. 2. Burſ. con. 146. num. 20. & 22. vol. 2. Plac. epiſt. delict. lib. 1. c. 16. nu. 40. Caualc. de brach. reg. par. 1. n. 228. Guaz. defenſ. reor. 30. c. 10. n. 6. vnde fiſco incumbit probare ſcientiam, aliàs puniri non poteſt. Guazin. ibidem; licet quando ignorantia eſt craſſa non excuſat niſi à pœna corporali. Bald. conſ. 9. num. 3. & conſ. 14. circa medium nu. 4. vol. 3. & quod dictum de ignorantia eſt, dicendum eſt de inaduertentia, quæ eſt defectus memoriæ, quæ non attendit quando homo aliquid operatur. Suarez de cenſur. diſp. 4. ſection. 8. nu. 1. & 11. Azor. par. 1. lib. 1. c. 16. n. 8. Bonac. diſp. 1. qu. 2. de cenſur. p. 1. n. 5. §. notandum.

31 Cauſa honoris excuſat à pœna, vnde excuſatur ſi quis occidat volentem per vim ſe, vel ſuos ſtuprare, l. 1. §. idem diuus. ff. de ſicar. Nouel. in tract. ad defenſam num. 103. Carrer. in 3. par. de homicid. §. vigeſimoſexto. Attentans pudicitiam alicuius poteſt ab attentato impune interfici. Clar. §. homicidium n. 26. Farinac. q. 125. n. 45. Cabal. de omni gener. homicid. n. 89. & ita deciſum refert Baiard. in §. ſodomia n. 15. Ricc. deciſ. 106. n. 5. par. 2.

32 Metus inſtantis periculi, & mortis excuſat delinquentem, vnde famulus, cui dominus minatur mortem, ſi propriam eius vxorem ſuſpectam de adulterio non occidat, excuſatur, Carrer. vbi ſupra, §. octauo excuſat num. 2. & 3. Nouell. in tract. ad defenſam num. 85. & 86. & aggreſſus ab alio ſi apprehendit mediatorem, aut alium circumſtantem, & eo vſus ſit pro clypeo, ſi iſte vſus pro clypeo in-

terficiatur, non tenetur vtens de homicidio.

33 Infans committens homicidium excuſatur, quia caſualiter peccare dicitur l. infans ff. de ſicar. Ball. var. qq. lib. 3. de litt. diſp. caſu 1. n. 6. & infans dicitur ab ortu vſque ad ſeptênium completum l. infanti C. de iure deliber. impubes, (id eſt puer maſculus ab anno ſeptimo vſque ad decimum quartum annum incluſiuè, poſt quem incipit vocari pubes; Fœmina verò dicitur impubes ab anno ſeptimo vſque ad duodecimum incluſiuè, poſt quem incipit vocari pubes, ſed proximus pubertati maſculus dicitur poſt decênium cum dimidio, & fæmina poſt nouennium cum dimidio, gl. 11. infantiæ §. pupillus, Inſtit. de inutilib. ſtipulat. Graff. par. 1. lib 2. c. 26. nu. 2.) ſi deliquit non punitur, l. 1. C. ſi aduerſ. delict. & quando alii decapitantur ipſi ceduntur ferula. l. 1. ff. ad Sillan. puberes verò l. Sed ſedet ſi quocumque §. fin. ff. ad leg. Aquil. l. impuberem ff. falſ. l. quod infans ff. de rei vendic. Gandin. tit. de pœnis num. 30. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 324. add. ad Farinac. conſ. 1. litt. D. verſ. verum, vbi quòd in crimine ſodomię debent cędi ferula, et fuſtigari ex Claro, Forzaod. & aliis ibi citatis, optimam practicā ponit Farin. q. 92. n. 171. qui num. 93. dicit, quod quando impuberes ſunt viri potentes puniendi ſunt pœna extraordinaria in delicto carnis iudicis arbitrio. Soc. iun. conſ. 7. in fine lib 3. Maſtrill. deciſ. 295. num. 37. & 38. part. 3. Menoch. de arbitr. caſu 286. num. 19. & caſu 329. num. 22. Honded. conſ. 98. Baiard. ad Clar. in §. ſodomia num. 13. & non proceditur ad torturam, quoad dictam pœnam extraordinariam, ſed proceſſiuo modo Maſtril. vbi ſupra num. 38. & ſi eſſet patiens, & fuiſſet paſſus vim, & de hoc conſtaret, nulla pœna punitur, Farin. quæſt. 148. num. 78. & conſtando de vi, & metu facit indicium ad torturam contra nominatum etiam ſine tortura, & etiam quod non conſtet de corpore delicti, Triuiſ. deciſ. 14. num. 15. par. 3. & alii ab eo citati. Maſtrill. vbi ſupra num 15. Sed ſi voluntariè paſſus ſit requiritur tortura, ex adminiculis, vt faciat contra nominatum indiciū ad torturam. Quando impubes eſt doli capax, & in aliis delictis delinquit tantum culpa, tunc ad nihilum punitur beneficio reſtitutionis in integrum l. 1. C. ſi aduerſ. delic. Gandin. dicto num. 30. aut delinquit per imprudentiam, & nec punitur, idem Gandin. aut delinquit dolo, & ſi ciuiliter conueniatur nullo modo punitur, idem Gandin. ex l. ſi ex cauſa §. nunc videndum, ff. de minor. & l. fere ff. de reg. iur. ſi autem criminaliter conuenitur, & delictum eſt atrox, & non ſubuenitur illi, niſi quatenus miſeratio ætatis produxerit Iudicem ad mediocrem pœnam imponendam, idem Gandin. ex l. auxilium in delictis in princip. ff. de mil. ſed ſi delictum eſt atrociſſimum nullo modo ſubuenitur, idem Gandin. et in crimine ſodo-

Digitized by Google

ſodomiæ quando delictum eſt notorium iuris, vel facti impubes rationis vſum adeptus muliebria paſſus incurrit infamiam, & non poteſt ordines ſuſcipere, & ſi ordinetur in ſuſpenſionem incidit, & ſi deinceps miniſtret, incurrit irregularitatem. Abb.conſ.22. nu.2. verſ. non obſtat minoritas lib.1. Molin. diſp.9. nu.20. tract.5.Theſ. de pœn.Eccleſiaſt. par.2. verbo ſodomia in ampliatione; & Impuberes maiores ſeptennio, ſed nondum proximi pubertati non poſſunt ligari cenſuris ſpecialibus latis ab homine, vel per edicta generalia pro culpis præteritis, niſi doli capaces inueniantur, quia non cenſentur delinquere, Roderiq. tom.2. quæſt. regul. 60. art.2. Suarez de cenſur. diſp.5. num.19. ſect.1. Sanch. in decalog. lib.1.cap. 12. num.8. Bonacin.de cenſ.diſp.1. quæſt.1. par.4. num.9. Coninch. diſp.13. nu.45. nec ſententiis Generalibus pro culpis præteritis cenſentur comprehenſi niſi exprimantur, Sanch. vbi ſupra n.7. Dian. part.2. tr.4. reſ.120. Theſſ. de pœnis Eccleſiaſt. par.1. c.1. verſ. cenſuris, qui limitat in percuſſione clerici, Caſtr.Pal. tom.1. tract.3. diſp.1. p.24. §. 2. num.9. Zambel. verbo excommunicatio num.12. Imò poſt vſum rationis ante pubertatem, non aſtringuntur cenſuræ latæ ab homine, Sayr. lib.1. cap.8. num.4. Caſtr. Pal. tom.1. tract.3. diſp.1. p.24. nu.16. Alfonſ. de Leon. de cenſur. recol.2. nu.446. & num.141. idem dicit de cenſuris à iure, excepta excommunicatione canonis, ſi quis ſuadente Diabolo d. Caſtr.Pal. nec impubes proximus pubertati incurrit iuris pœnas propriè dictas, ſi delinquit in omittendo. Theſſ. de pœn. Eccleſiaſt. par.1. c.1. verſ. cenſuris in fine. Puberes autem quando excuſantur à pœna dicetur infra.

34 Quis caſu interuenit in rixa, et nihil fecit, non debet puniri. Bertaz. conſ.335. n.4. et potius caſu quam ex propoſito, quis præſumitur interuenire. Marſil. ſi in rixa nu.28. ff. de ſicar. Bertaz. ſupra n.6. et 7. et animo mediandi, et ſeparandi rixantes potius quàm offendendi. Crauett. conſ.151. n.16. Baiard.qu. 90. n.23. Ball.tract. var. lib.3. caſu 1. n.82. et debet probari ſpecialiter et clarè, quod quis interuenit in rixa animo vulnerandi, vel occidendi. Giach. ad Clar. in §. homicidium litt.55. et in dubio caſualiter quis præſumitur interuenire in rixa. Felin. in c. ſicut dignum nu.6. de homicid. Marſil. in l. ſi in rixa n. 28. de ſicar. Boſſ. tit. de homicid. num.23. et 25. Gramm. conſ.32. num.4. Rimin. iun conſ.134. n.33. inter conſ.crim. diuerſ. Pariſ. conſ. 164. num.11. vol.4. et ideo fiſco incumbit onus probandi contrarium. Bertaz. conſ.106. num.3. et conſ. 516. num.4. Menoch. de arbitr. caſu 350. num.2. et 3. Cauale. de Brach. reg. par.3. nu.107. et par.4. nu.156. et quando quis interuenit rixæ caſu non tenetur niſi de eo, quod ipſe fecit, Pariſ. conſ.752. nu. 31. et ſeq. lib.4. Bertaz. d. conſ.106. num.3.

35 Neceſſitas excuſat à pœna quādo eſt

eſt ineuitabilis, vnde Clericus ſi huiuſmodi neceſſitate adſtrictus alium occidat, poteſt in ordine ſuſcepto miniſtrare, licet requiratur diſpenſatio, vt aſcendat ad ordines ſuperiores. Carrer. in 3.par.de homicid. §.13. excuſat.Gandin.tit. de homicid. num.21. ſed quando eſt euitabilis aliter dicendum eſt.Gandin.ibidem.

36 Et ſi quis dans operam rei licitæ diligentiam adhibuit, quam quilibet vir prudens adhibere ſolitus eſt,& homicidium caſu committit non punitur C. ex literis il 2. & c. ſignific.& c.dilect.de homic.Gand. rub.de homic.n.21.Caball.de omni gen. homic.n.195. ſed ſi diligētiam non adhibuerit tenetur de culpa. Gandin. d. num.21.Cabal. nu.218. Nauar. in Manual. c.27. num.200 Garcia de Benef. c.11. num.53.Farin.in fragm.lit. L. num.102.Suarez de cenſur.diſp.45.ſect.5.ex n.1. Sayr. eodem tract. lib.7.c.5. ex n.8. & c.14. num.3. Sed dans operam rei illicitæ, ſiue adhibuit diligentiam,ſiue nō,ſemper ei imputatur, c. continebatur de homicid. c. dilectus de reg. iur. Gandin. d.nu.21.

37 Et in foro fori homicidium potius præſumitur caſu fortuito factum, quàm data opera. Menoch.de præſum. lib.5. præſ.2.nu 9. & in addit. ad tract. de arbitr.caſu 361.num.3. Burg. de modo proceden. ex abrupto q.23. n.37. vbi multos citat. Nec pro culpa condemnari quis debet, vbi ſumus in dubio an culpa

38 interuenit, vel non, & aliqualis dubietas excuſat à culpa. Alex. conſ.283. col.3.lib.7. Crauet. conſ. 151. num.19. & in dubio ſumi debet interpretatio, vt culpæ præſumptio excludatur. Crauett. vbi ſupra.

39 Et notandum eſt, quòd caſus fortuitus, & improuiſus inter ſe differunt, vt dicunt Bald. & Marſil. in l.1. in fine C. ad leg.Corn. de ſicar. Oldrad. conſ.92. nam caſus fortuitus eſt, qui nullo humano iudicio præuideri poteſt; vel eſt inopinatæ rei euentus,qui humano iudicio præuideri nullo modo poteſt, & vbi diligentiſſimus præuidiſſet, & præcauiſſet non dicitur caſus fortuitus, l.2. §. eo tempore ff. de admin. rer. Alex. in l. nerua ff. depoſit. & in l. ſi quis §. quæſitum ff ſi quis caution. Caſus improuiſus dicitur, qui ſolet imprudentibus contingere, ſeu euenire. Bald. in l. fin. C. de tempor. appell.in princip. col.2. & in l.2. C. de naut. fœnor. Abb. in cap.1. de commod. Caſus fortuitus nullo modo punitur, improuiſus verò pro modo culpę puniri debet. Marſil.conſ 65. & q. 1. & ſing.297. Felin. in c. fin. de homicid. Alex. conſ.14. vol.2. Nouell. in prax.crim. tit. ſi quæratur de iure n.17.

40 Et legitimè quis excuſatur quando diligenter facit, quæ facienda ſunt. Bald. in l. quæ fortuitis C. de Pignor. actione, & qui facit illud, quod fieri neceſſe eſt,non eſt in culpa, licèt alii noceat l.in naue Sauphei ff. locati, nec qui bono viro credit l. argentum ff. commod.

41 Si autem in homicidio caſu commiſſum interuenerit culpa,poterit etiam

etiam conuictus defendi, quod non poteſt puniri pœna ordinaria, ſed pœna extraordinaria, pro modo culpæ, & multa exempla ponuntur homicidij culpoſi.

42 Culpoſum homicidium eſt, quando quis aliquem occidit ſine voluntate, & ſine dolo, aut animo occidendi, ſed inaduertenter non præuidendo, quæ diligenter præuideri poſſunt, l. 1. § Diuus Adrianus, ff. de ſicar. Gribald. tract. de omni gener. homicid. tit. de homicid. culpoſo, n. 1. Carrer. vbi ſupra n. 19. Clar. dicto §. homicidium, nu. 3. Cabal. vbi ſupra num. 197 & ob negligentiã punitur mitiori, & extraordinaria pœna, non obſtante, quod homicida dabat operam rei licitæ, quia ſi diligentiam non adhibuit, imputatur ei negligentia c. presbyterorum cap. continebatur, & cap. ad audientiam de homicid. & debet puniri pro modo culpæ, magis, vel minus, quia culpa, & nõ dolus præſtitit cauſam mortis. Carrer. vbi ſupra, Cabal. vbi ſupra n. 209. & ſequ.

Multa exempla huius homicidij culpoſi ponit Carrer. ibidem, nempe ſi quis canem concitauerit, & momorderit tranſeuntem, & moriatur, ſi non dolo fecit (quia tunc teneretur pœna ordinaria,) ſed quia non potuit canem retinere, vel alia aliqua cauſa mitiori pœna pro culpa tenetur, l. 1. § ſed ſi canis, ff. ſi qua pau. fec. d. c. Cabal. vbi ſupra n. 229. & idem dicitur ſi quis ducat canem per locum publicum, tenetur pro culpa. Polern. et Angel. in l. ſi canis. ff. ſi quadrup. paup. fec. dicat, Salyc. in l. non ideò nu. 5. ff. de accuſat.

Item ſi aliquis ex feneſtra lapidem proijciat, et occidat tranſeuntem, dolo ceſſante, non tenetur, niſi de lata culpa, ita poſt Angel. Carrer. in 3. par. de homicid. §. homicidij autem ſpecies num. 55. et per Dec. conſ. 9. et Io. de Arn. in epito. 64.

Item volendo occidere auem, aut feram, ſi occidit hominem, tantùm de culpa tenetur. Carrer. in par. de homicidio, §. tertio quæro nu. 11. poſt Marſil. in l. de minore in principio, ff. de quæſt. Quod intellige ſi diligentiam non adhibuit, nam Cabal. vbi ſupra n. 221. qui nu. 189. dixerat homicidium eſſe caſuale, quando in nemore extrahit ſagittam, vt feram percutiat, et percuſſit hominem, ex l. reſpiciendum, §. delinquunt, et l. abſentem in fine, ff. de pœnis.

Item ſi aliquis proiecit lapidẽ, vt canem percutiat, ne ipſum mordeat, ſi percutiat alium, & occidat, tenetur de culpa; Signorol. de Homed. conſ. 27. Carrer. ibidem nu. n. 21. vbi alios citat. Clar. in §. homicid ũ ſub num. 4. Cabal. vbi ſupra num. 210. Farin. q. 26. n. 17. Menoch. caſu 321. n. 4.

Item ſi ludendo, & per iocum poſuerit ignem in tormenticulo, & ſpingarda cum bombice abſque lapide, & fecit m ram contra aliquem à longe ſtantem, cauſa ludi, & percuſſit illum cum bombice ignito, & occidit, non tenetur pœna ordinaria, ſed mitiori pro culpa, Par ſ. de ſindicat. in verbo pœna, verſic. tu qui vadis in fine. Carrer. ibidem num.

num.13. Cabal.vbi ſupr.nu.221. & idem dicit nu.222.quando quis tẽpore belli volens experiri bombardas, & vna, quæ præparata erat,fracta eſt,& occidit hominẽ, quia dabat operam rei licitæ, non tenetur pœna ordinaria,ſed quia fuit in culpa nõ præuidendo,quòd bombarda poterat frangi,& aſtantes occidere, punitur mitiori pœna.Cabal.vbi ſup.n.122. Si in ludo puerorum aliquis occidatur, non tenetur occidens pœna ordinaria, ſed de culpa, dicunt Cepol. conſ.3. & ſequ. Anchar.conſ.282. Carrer. ibidem n.24. Cabal.vbi ſupra num. 224.vbi loquitur de ludo ſaxorum, quando viget conſuetudo ludi cum ſaxis;& alios citat.

Item ſi quis ponat offendiculum in feneſtra, vt furem capiat nocturnum, ſi volens furari propter offendiculum cadat à feneſtra,& moriatur, talis occidens, non tenetur de morte, ſed de culpa, dicunt Alex.conſ.140.vol.2. Dec.conſ.234. n.6. Cæpol. cautel.127. Ancharan. in cap. venerabilis de conſuetud. Carrer.vbi ſupra nu.25. Cabal. vbi ſupra num.225. Menoch.caſu 324. n.7.

Item ſi proijciatur lapis noctis tempore, & occidatur tranſiens, occidens non tenetur, niſi ob culpam. Paul.de Caſtr.in l.1.cap.vbi ſonat, vel Clar. Cæpol.in l.1.cap.de ſeru. fugitiu. Carrer. ibidem n.26.aut ſi proijciat lapidem in turba hominum, aut in aere, & hominem interficiat.Clar.vbi ſupra num.3.Cabal.num.226.latè Farin. q.126.nu. 18.& 19.

Item ſi quis impulit aliquem, vt aliũ proſequatur, ſi mors ſit ſecuta, ſed non dolo, tenetur de culpa, Felin. in ca. ex litteris extra de homicid. Carrer.ibidem nu.27. Item ſi quis ludendo, lapidem in alium proiecit animo eum deterrendi, ille verò alius fugiendo lapidem, caſu in alium impegit, & in capite vulneratus, tandem mortuus eſt, ſi nõ adhibuit ſufficientem diligentiam ne lapis in alium perueniat, tenetur pro culpa. Molin. de iuſt. tom. 4 tract.3.diſp.77.n.8. Farin. q.126. ex num.17.& Fragm.crim.lit.L. n. 539. Bonacin.de cenſur.diſp.7. q.4. par.7. nu.19. Secus ſi adhibuit diligentiam, quibus adde Belleſt.diſquiſ. Cleric. par.1. titul. de diſcipl. cleric.§.1.n.31.

Item ſi quis vult vnum percutere, & alium percutit, vel ſi quis aliquem impulit, & cadit ex impulſu, & ſe occidit, de culpa tenetur, idem Carrer.ibidem nu.28.ex Cardin. in clem.1.quæſt.35.de homicid.

Item Medicus tenetur de culpa, ſi perperam, & male adhibuit medicamenta, & ille interijt, idem Carrer. ibidem num. 32. ex l. qua actione in fine,& l. ſequ. ff.ad leg. Aqu. Clar.in §. homicidium, num.17.Cabal.de omni genere homicid. num. 213. vbi idem dicit de omni artifice imperito, qui propter ſuam imperitiam damnum aliquod affert.

Item ſi neſciens equitare, curſu equi hominem occiderit, tenetur de culpa;idem Carrer.num.35.ex leg. idem iuris, §.1 in fine,ff.ad l. Aqu. ſed de hoc Farin. dicta quæſt. 126. num.

num.25. aut ſi parum diligenter e qui habenas cuſtodiat, vtpotè, vel quia illas contractas, vel inutiles ad effrænandum equum habeat,& quod incurrit irregularitatem, dicit Maiol.quem citat Barboſ. in c. ſignificaſti,n.2. de homicid. idem dicit in c.dilectus n. 2. & idem eſt quoties eſſet in culpa. Item de impellente habentem gladium, & ſe occidentem, quod non tenetur pœna ordinaria, quia non præſumitur homicidium doloſum.Pariſ. de ſyndic. in verbo pœna, §.tu qui vadis ad birraria,verſic.quia mulct. Carrer. in pract. in 3.to. de homic. §.homicidij autem, n.6.& 7. etiam idem dicit de occiſo in naui ex ferro operãte in naui, ex Ang.cõſ.27.

Item ſi obſtetrix dederit aliquod medicamentum vt partum eijciat, & inde mortua ſit prægnans, idem ibid.nu.26. ex l. item obſtetrix, in princ.ff.ad l.Aquil.

Item ſi quis concitato equo effecerit equitantem in flumine, aut in mari pręcipitari. Idem Carrer.ibid.n. 37.d. l.ſi obſtetrix, §. ſi ſeruum.

Itẽ,ſiquis calce vxorem percuſſit,quæ mortua fuit, quod non punitur de morte. Signorol.conſ.65.in pract. v.dentur capitula,quòd ſuffocauit, n.7. Menoch.de arb.l.2.caſu 364.n. 13. idem etiam ſi pugno, aut calce percuſſerit prægnantem, & partũ emiſerit mortuum, & exanimatũ. Carrer.ibi.n.40.ex l.ſi ſeruus ſeruũ, §.ſi mulier pugno,ff. ad l. Aqu. Pariſ.diſp.de ſyndic.in ver.pœna,ver. tu qui vadis in braptaria.

Et dans operam rei illicitæ tenetur propter culpã de omni caſu, quod ſequitur etiam præter illius intentionem,& voluntatẽ,ſiue adhibuerit diligentiã,ſiue non; ita Gandin. rubr. de homicid. verſ. ſed quid dicendum,n.21. l.quoniam multa,C. ad l.Iul. de vi public. Cæpol.conſ. 33.n.2. Oſaſc.deciſ.104.n.6. Farin. q.126. nu.61. vndè qui domum ingreſſus ad adulterandum ſe defendendo alium occidit, etiam cum moderamine inculpatæ tutelæ puniri debet extraordinariè, & irregularis efficitur.Nauar.conſ.33.de homicid.Ricc.deciſ.100.n.3.p.1. & n.4.ex eod. Nauar.conſ.35. ſi clericus adulter, ob cuius ſuſpicionem maritus occidit vxorem, vel ita percutiat,vt faciat abortum, eſt irregularis. Et qui credit facere vnũ delictum, committit aliud, & ſic errat vel in ſpecie delicti, vel in qualitate, vel in perſona, tenetur de culpa, d.l.quoniam multa;Nam ignorantia non eſt in cõſideratione,vbicumque quis dat operam rei illicitæ. Bart.in l.eum, qui nocentem,§.penult.ff.de iniur. debet tamen ignorans puniri mitiori pœna,propter carentiam doli.

45 Item ſi architectus aſcendat machinam, quam non ligauerat ſufficienter, ſi illa machina cecidiſſet ſuper caput exiſtentis ſub ea,& occidiſſet, teneretur pro culpa pœna arbitraria, idem Cabal.nu.229.&
45 idem dicit Farin.q.126.n.24. Item ſi quis vulneratus, & offenſus inſequatur vulnerãtẽ fugiẽtẽ, & illũ occidat,quod tenetur de culpa, & nõ de dolo,quia calore iracũdię feciſſe dicitur.Cab.n.231.& Baiar.q.60.n. 36.vbi intelligit quãdo cauſa furb-

ris habet initium à iuſta defenſione, nam ſi habeat indicia contra ſe, quod non calore iracundiæ interfecit, poteſt torqueri, vt ex ore proprio ſciatur an calore iracundiæ, vel animo appenſato commiſerit homicidium. Baiard. d. nu. 36.

Et quando quis citra animum occidendi alium percuſſit, ex qua percuſſione mortuus eſt, non tenetur pœna ordinaria, Cabal. num. 232. & eſt caſus diſpenſabilis ab Epiſcopo, iuxta Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. cum non ſit homicidium voluntarium. Ricc. deciſ. 117. par. 4. Item putator, aut alius, qui aliquid deijcit in publicum, ſiue in priuatũ, & non proclamat, aut ſi proclamat non proclamat in tempore, in quo tranſeuntes euitare poſſint periculum, & tranſeuntem occidit, pro culpa arbitraria pœna tenetur. Farinac. quæſt. 20. num. 21. & Architecti pariter & muratores, & ſimiles proijcientes tegulas, & lapides debent ponere ſignacula, vt tranſeuntes poſſint præcauere, aliàs tenentur pro culpa, idem Farin. ſufficit tamen, vel quod moneant, vel ſignum ponant de more, Barboſ. in c. quidam de homicid. Item mediator ſi ſine dolo occidat vnum ex rixantibus, putans eum eſſe aggreſſorem non punitur pęna ordinaria, Farin. quæſt. 125. n. 167. ſecus ſi dolo illum occidat, quia erat ſuus inimicus, ſub prætextu diuidendi rixam, Farin. num. 165. idem dicit ſi mediator doloſe impedit inſultantem ne ſe defenderet, num. 166. aut ſi percutiat fingens ſe mediare. Item volens percutere Clericum, ſi percutiat laicum non eſt excommunicatus, nec ſi percutiat Clericum volens percutere laicũ, ſecus ſi volens percutere Ioannem clericum, percutiat Petrum clericum, putans eſſe Ioannem, idem Farin. 164.

Error enim excuſat à pœna ordinaria, vnde volens occidere inimicum, ſi per errorem occidat alium vel prætereuntem, vel mediatorem, vel ſocium inimici, non tenetur pœna ordinaria, ſed arbitraria. Carrer. in pract. crim. in 3. par. de homicid. §. 3. num. 9. vbi alij citat. & in §. vndecimo excuſat n. 1. Nouell. in tractat. ad defenſam nu. 50. Clar. in §. homicidium num. 5. Maſcard. de prob. lib. 2. concl. 864. num. 6. & ſeq. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 324. num. 9. Boer. q. 83. Theſſ. deciſ. 243. Cabal. caſu 31. n. 11. & ſeqq. & de omni gener. homicid. num. 338. 339. Farin. quæſt. 125. num. 152. quia non poteſt dici in dolo quoad alium, niſi quo ad ſuum inimicum, quem tantum volebat occidere, & non occidit, & quo ad alium dicitur in lata culpa, & licèt dediſſet operã rei illicitæ, tamẽ lata culpa non æquiparatur dolo in criminalibus, l. in lege ff. de Sicar. Menoch. de arbitrar. caſu 324. n. 11. & non poteſt teneri pœna ordinaria de eo, quod ſequitur ab opere illicito, & ideo tenetur tantum pœna arbitraria pro lata culpa; quamuis contrarium exiſtiment Bar. in l. reſpiciendum §. delinquunt in fine n. 7. ff. de pœnis, Salic. in l. quoniam multa nu. 6. C. ad leg. Iul. de vi publ. Boer. dec. 185 n. 1.

nu.1.2. & 9. Hipp. Rimin. conſ. 349. num.1. lib.3. ſi verò potuit inesse dolus quo ad alium occiſum, torqueri poteſt ſuper qualitate doli, dicunt Alban.conſ.30. in fine,& Carrer. vbi ſupra num.18. & ex his ſequitur, quod ſi vnus ex rixantibus volens percutere ſuum aduerſarium corrixantem percutiat mediatorem, & occidat, homicidium tamquam factum per errorem non punitur pœna ordinaria,ſed mitiori propter culpam, Carrer. vbi ſupra nu.10. Menoch. dicto caſu 324. nu.9. niſi dolo occidiſſet, Carrer. num.15. puta ſi cauſa mediatoris aduerſarius corrixans aufugiſſet, & videns non poſſe occidere aduerſarium fugientem, occidiſſet mediatorem, poſſet tamen excuſari ſi occidiſſet calore iracundiæ, maximè ſi nulla cum mediatore eſſet inimicitia, ſed ſi homicidium factum per errorem eſſet factum ad defenſam non poteſt puniri aliqua pœna, Mandel.conſ.56. n.36. Farin. q.125.n.151. & 158. vbi dicit, quod ſi quis ſe defendendo erraret in perſona, nempè occidendo Titium volens occidere Seium credens Titium eſſe Seium, nulla pœna tenetur, quando aliter euadere non poteſt, & ſi quis occidit mediatorem pro tuitione ſui corporis, ſi aliter euadere non poſſit, non tenetur. Angel. in l.2. C. de Sicar. Carrer. vbi ſupra num.15.& quod aggreſſus ratione defenſionis ſi occidat aliquem etiam non offendentem puniri non debet. Ricc. deciſ.47. part.1. imò nec tenetur offendens aliquem cauſa iuuandi extraneum. Ricc. ibidem numero 10.

Prouocatus verbis iniurioſis, ſeu facto aliquo ſi delinquit excuſatur à pœna ordinaria,& mitius punitur, quoniam indulgendum eſt ei, qui prouocatus vlciſcitur, Abb. in c.1. col.1. verſ. puto tamen de iniur. & in c. dilect. col.9. in fine de except. & ibi Felin. Bart. in l. eum qui nocentem ff. de iniur. Alex. conſ.544. col.2. vol.2. Farin. conſ.35. num.12. auctor verò,ſeu inceptor rixæ ſemper dicitur eſſe in culpa, Bald. in l. ſi ex plagis §. tabernarius ff. ad leg. Aquil. Marſil. conſ.108. n.11. Farin. quæſt.125. num.7. & dicto conſ.35. n.13. non tamen dicitur incipere qui ira aliquid, ſed qui ad iram prouocat, & ille dicitur Princeps culpæ, à quo malitia incipit. Bald. conſ.145. col.1. lib.1. Farin. dicto conſ.35. n.14.

Calore iracundiæ aliunde cauſato quàm facto proprio,efficit vt iniuria realis, vel verbalis, & iuſta cauſa minuendi pœnam, Roman. in l. cum mulier n.66. verſ. aduerte tamen ff. ſolut. matrim. c. ſi quis iratus 1.2. q.3. c. ira 11. q.3. vnde homicidium calore iracundię cauſatum pœna extraordinaria iudicis arbitrio punitur, à Plach. epitom. delictor. lib.1. c.2. n.19. Boſſ. de homicid. num.60. Nouell. tract. ad defenſ. n.82. Clar. q.60. verſ. etiam, Menoch. de arbitr. lib.2. caſu 219. num.33. & de Præſumpt. lib.1. quæſt.14. num.21. et 22. et 36. et lib.5. præſump. 3. num.197. Farin. qu.91. num.3. et 4. Caball. de omni gener. homicid. num.231.

& idem dicit Farin.num.5. de iuſto dolore, quia homo iuſto dolore permotus non eſt in plenitudine intellectus, & ampliant aliqui, quos refert idem Farinac. etiam quòd ex interuallo delinquat, & conſ.97. in addit. litt. A. Theſſ. deciſ.178. Maſtrill. deciſ.279. Hinc eſt, quod prouocatus ſi prouocantem offendat mitius punitur, etiam quod inculpatæ tutelæ moderamen excedat. Farin. dicta q.91. n.7. & 8. etiam ſi ira non proueniat ex facto aduerſarij, ſed aliunde, ex facto tertij num.16. vbi alios citat, alij ex Claud. ad Bertaz. conſ.135. Ampliatur concluſio multis modis, vt per Farin. d. quæſt.91. inter quas ampliationes, ampliat in voto, quod emiſſum calore iracundiæ non obligat. Farin. ibidem n.22. vbi alios citat, & n.28. ampliat in profeſſione emanata calore iracundiæ, ex Felino ſupra citato nu.15. Cagnol. in l. quicquid num.3. ff. de reg. iur. Tiraq. de pœn. tēp. cauſa 1. n.3. & Duen. reg.282. in 8. ampliat. Et limitatur alijs modis, & præcipuè ſi delinquēs per iracundiā poſt iracundiā illud ratificet, vt ibi n.36.38 limitat, vt procedat concluſ. quādo ira prouenit ex iuſta cauſa. Secus ſi ex iniuſta, Clar. q.60. verſ. ſic eſt etiam, Theſ. vbi ſupra n.5. Carpan. in conſt. Mediol. nu.196. Felle deciſ. Arag.104. nu.24. & 25. Claud. ad Bertaz. conſ.135. litt. B. & quod debet procedere ex iuſto dolore. Secus ſi nullo dolore iuſto. Carrer. in pract. in tract. de homicidio §.7. excuſat num.5. Vnde qui iraſcitur dando operam rei illicitæ, puta ludendo, non excuſatur. Felin. in c. ſicut n.3. poſt medium verſ. & maximè de iure iurando, ita Doctores, per Farin. citatos d. n.38. & n. 39. Idem dicit de iracundia affectata, vel orta ſine cauſa, ex vitio naturæ. Et quod ira proueniens ex facto aduerſarij excuſat, ſi illud factum ſit iniuſtum, ſecus ſi iuſtum, & n.40. limitat, vt procedat concluſio quando ira eſt magna. Scilicet, quando quis eſt taliter concitatus, vt ſit à mente alienatus. Carrer. vbi ſupra num.6. ſecus ſi ira eſt parua, quæ non alienat hominem à mente, & factum calore iracundiæ intra 30. dies poteſt declarari. Ita ex Luc. de Pen., & Decio, Carrer. vbi ſupra n.7. Et eſt difficilis probationis: Et non præſumitur, ſed per allegantes eſt probanda. Et iudicis arbitrio remittitur perpenſa facti, & perſonarum qualitate. Theſſ. d. n.5. præſumitur tamen ira ex geminato delicto. Gloſ. in c. ſi quis iratus 2. q. 3. Salic. in l. ſi non conuicij C. de iniur. Card. in c. fin. de offic. deleg. Marſil. in l. 1. n.38. C. ad leg. Cornel. de Sicar. Corſet. in tract. de poteſt. Reg. quæſt.17. Et probata oblatæ iræ occaſione, abſque alio præſumitur, quòd quis motus ex ea ſit, ex Cagnol. in d. l. quicquid, furor .n. iracundiæ tollit cōſilium deliberandi. Gram. cōſ.29. n.25. Boer. d.168. n.7. Bertaz. conſ.1

Et in facti contingentia accidit, quòd maritus prouocatus ad iram ab vxore incipit eam percutere pugnis & poſtea commotus ad magnam iram percuſſit armis, & eam vulnerauit, & occidit, quæſitum fuerit an

an poterat excuſari calore iracun-
diæ. Maſtril. deciſ.178.n.18.& per
totum,vbi quod de facto fuit mari
tus condemnatus ad pœnam ordi
nariam mortis, quia homicidium
non fuit ſubſecutũ ex inſtrumentis
correptioni aptis, ſed ex pugione,
quia ſi eſſet ſubſequutũ ex inſtru-
mentis correptioni aptis, quamuis
ſequuta eſſet mors extraordinariè
puniretur.Contrariam tamen ſen-
tentiam puto veriorem, quod non
poterat maritus cõdemnari in pœ-
nam ordinariam mortis, & hanc
opinionem tenet etiam Bal.tr.var.
lib.3.caſu 1.n.177.ratio eſt, quia a-
ctio à principio fuit licita, nã per-
cutiebat mulierem tantum pugnis,
& per conſequens ad correptionẽ,
vnde ſignum eſt euidẽs, quòd no-
lebat eam occidere, & ſi poſtea re-
ſiſtente muliere vſus fuerit pugio-
ne, hoc accidere non potuit, niſi
quia à muliere fuit prouocatus ad
maximam iram, & tamquam pro-
uocatus ab ea reſiſtẽte correctioni
vſus fuit pugione,& eam occidit,
vnde non poterat puniri pœna or-
58 dinaria,ſicut dicitur de Patre, qui
poteſt filium corrigendo caſtigare
& ſi filius ſe defendendo reſiſteret
caſtigationi, & maximè ſi Patrem
ipſum verberaret, tunc Pater ſi eũ
occideret nõ poteſt puniri nec pœ-
na parricidij, nec alia pœna, dicunt
Marſil.in pr.inſ.aggred.n.79.Carr.
in 3.tr.de hom.§.circa 2.n.4.Duen.
reg.193.n.3. Dec.tr.crim. l.9.c.15.
n.13.Farin.q.120 n.188. & proba-
tur etiam à fortiori, nam Tiraq.de
lége connubiali gl.1.nu.7. & ſeqq.
quem ſequitur Ricc. in praxi rerũ
quotidian.reſol.13. p.4.dicit, quod
59 homicidium commiſſum per mari-
tum,in perſonam vxoris iuſta cau-
ſa videtur eſſe, ſola prohibitio per
eum facta, ne vxores coniuncti ob
furti ſuſpicionẽ accederent ad do-
mum eius habitationis, & pœna
temperatur ei, qui iuſto dolore ac-
cẽſus deliquit,Marſi.in praxi crim.
§.quoniam n.66. & inconſultus ca-
lor caret omni vitio, l. 1. §. quæri
poſſit ff. ad Turpillian. Marſil.ſing.
455.incip.difficillimum,& maximè
in caſu propoſito vera eſt hæc o-
pinio principio ipſo attento, quod
fuit tantum pugnis ad correptio-
nem; nam fauore rei initium attẽ-
60 ditur, & non finis quando initium
eſt licitum, licèt finis ſit illicitus.
Alex.conſ.75.lib.3.&vbi correctio,
offenſio,& apprehenſio ſunt licitæ
defenſiones ſunt illicitæ, nam de-
linquens fugitiuus, quẽ licitum eſt
apprehendere,non poteſt ſe defen-
dere contra apprehenſores; ita vt
ſi ex eius defenſione ſequatur vul-
nus, aut mors cõtra apprehẽſores,
non poteſt ſe excuſare, tamquã fa-
ctum per defenſionẽ,quia vbi licita
eſt apprehenſio, nõ eſt licita defẽ-
ſio,patet ex l. 4. §.fin.ff. ad l.Aquil.
vbi, fur non poteſt ſe defendere ad-
uerſus apprehenſorem, & ſi ſe de-
fendit, Dominus rei furatæ poteſt
eum occidere.Pariſ.de Put.de Syn-
dic. in verbo reſiſtẽtia,&Carrer.in
3. p.de homicid.§.18. excuſat, qui
loquuntur de priuato capiente ali-
quẽ de mãdato iudicis,quod poteſt
occidere reſiſtentẽ,& per Feli.in c.
vt famæ de ſent.excõ.vbi ſi Epiſco-
pus mandat capi clericũ armatũ, ſi
ali-

aliquis ex familia eum reſiſtentem occidat nō eſt excommunicatus. Boſſ.tit.de capt. num.12. Clar. in §.homicidium n.18.Cagnol.de omni genere homicidii num. 91.
41 Quia vbi iuſta eſt offenſio, & apprehenſio, ibi iniuſta eſt defenſio. Bart. in l.vt vim ſub nu.4. ff.de iuſt. & iur. addentes ad Alciat. de præſumpt. regul.1. præſumpt.3. litt.A, nam licitum eſt patri filium corrigendo verberare, ergo illicitum eſt filio reſiſtere patri verberanti, licet Nouel.in tract. ad defenſam in principio num.90.fol.32.teneat, quod pater teneatur pœna ordina-
62 ria de exceſſu. Et hoc, quod dictum eſt de correctione,& caſtigatione permiſſa,& conceſſa patri in perſonam filii; & marito in perſonam vxoris, quod non tenentur de homicid. quod ex illa caſtigatione licita ſequatur;idem dicendum pariter eſt de omnibus caſtigationibus inferiorum conceſſis maioribus.Carrer.vbi ſupra num.5. prout conceſſa eſt domino,vel dominę in ſeruum,vel ſeruam;conceſſa Fratri maiori in fratrem minorem, & alio propinquo maiori in propinquum minorem; conceſſa ſeni in iuuenem, præceptori in diſcipulum, Abbati in Monacum, de quibus latè loquitur Menoch. de arbitrar.lib.2.caſu 364.vbi etiam,quod caſtigatio debet eſſe moderata. Quod relinquitur arbitrio iudicis, qui per coniecturas arbitrari poteſt, an moderatus modus caſtigationis exceſſus fuerit, necne. Signorol.conſ.263.num.2.6.7.& 8.refert, & ſequitur Menoch.dicto caſu 364. num.13. vbi infert ad virum, qui calce vxorem percuſſit,quod non tenetur de homicidio, & excedens modum correctionis tantùm puniri poteſt de exceſſu. Carrer. dicto num.5.ſolum pęna arbitraria,Menoch. ibidem numero quartodecimo, poſt Signorol. dicto conſil. 63. num.11.Alciat.de præſumpt.regul. 1.præſ.3.in fine, Marſil.in practic. §.quoniam,num.90. Neui.conſ.75. num.5.& alios, & clarius loquitur, Ball. tract.var.lib.3.caſu 1. nu.168. & ſeqq. & quod in dubio percuſſio pręſumitur facta ad correctionem, ita Ball.vbi ſupra num.170. ex Menoch,per eum citato,ex quibus patet quomodo ſint intelligendi Do-
63 ctores aſſerentes, iracundiam non excuſare à pœna parricidii; vt dicunt Decian. tract. crim. lib.9.cap. 25.num.27.Menoch.de arbitr. caſu 356.num.19. Farinac.quæſt.120.n. 133. Maſtril. par.3.deciſ.278. num. 65. Nam debent intelligi ſano modo iuxta ſuperius dicta, vel in foro conſcientiæ, prout loquitur tex. in cap.1.de his,qui filios occid.& non ſolum per iracundiam delinquens excuſatur à pœna ordinaria; ſed etiam delinquens cauſa amoris. Nam homo amore captus,ſi per libidinem hominem occiderit, non punitur pœna mortis, ſed bannitur,vel relegatur,l.Cornelia,§.cum quidam, ff.de ſicar. Nouel.in tract. ad defenſam, num. 76. vbi alios citat.
64 Et ebrio,& furioſo æquiparatur. Tuſcus litt.A,concluſ.327. num. 2. Neguſant.conſil.370.num.28, Menoch.lib.2.de arbitr.caſu 328.nu.5. Imò

Imò nihil vehementius furoris amore, §. illud, verſ. ſed nihil in auth. quib. mod. natur. effician. ſui, & ibi gl. in verbo vehementius. Peguer. deciſ. 7. num. 10. vbi etiam amore captus, ebrio æquiparatur, & ideò mitius eſt puniendus amoris cauſa delinquens. Carrer. in pract. in 3. par. de homicid. §. decimo excuſat. Clarus quæſt. 60. verſic. eſt amor. Burſ. conſ. 445. num. 13. Menoch. dicto caſu 328. num. 2. Caſſan. in conſuetud. Burgund. fol. 39. num. 13. Vnde attentans pudicitiam virginis inuitæ repentino motu, cauſato ex amoris, & libidinis furore, non eſt puniendus pęna ordinaria, ſed extraordinaria, iudicis arbitrio. Peguer. dicta deciſ. 7. nu. 18. & qui amoris furore correptus, fractis finibus exilii ad locum, à quo exulatus fuerat, venerit, excuſatur à pœna. Giurb. conſ. 47. & quidam Clericus, qui violauerat mulierem virginem cum promiſſione tempore copulæ facta de ducendo eam in vxorem, fuit liberatus à matrimonio contrahendo cum dicta muliere, quia promiſſio de ducendo in vxorem facta tempore copulæ non inducit ſponſalia, tamquam facta ex vi, & impetu libidinis, & amoris carnalis. Ricc. deciſ. Archiepiſcop. par. 3. vbi Clericus fuit condemnatus ad pœnam extraordinariam exilii per triennium, & ad dotem congruam mulieri conſtituendam. Verùm, quod non ſemper amor excuſat, nam matrimonium contractum inter excæcatos amore eſt validum, & defectus conſenſus annullari non poteſt, idem Ricc. in prax. variar. reſolut. 135.

65 Item excuſatur quis in foro fori, ſi motus iuſto dolore aliquem occidat; cùm difficillimum ſit iuſtum dolorem temperare, exemplum ponunt in marito occidente adulterum in adulterio deprehenſum, l. ſi adulterium, §. imperatore. ff. de adult. & in vulnerato, qui iuſto dolore motus inſequitur vulnerantē, & occidit. Carrer. in 3. par. de homicidio, §. ſexto igitur num. 3. & ſi quis iuſto dolore motus percutiat Clericum, non incidit in canonem, ſi quis ſuadente diabolo. Carrer. dicto §. 3. nu. ſexto, poſt Abbatem, & Curt.

66 Senectus minuit pœnam, nam ſenes mitius puniuntur in delictis, l. 2. ff. de term. mot. ca. tanta vbi Archidiach. 86. diſt. Nouel. in tract. ad defenſam num. 45. Farinac. quæſt. 92. à num. 23. ad 41. Ricc. deciſ. 233. num. 7. vbi pœna triremium fuit commutata in exilium in ſene ſexagenario.

67 Ruſticitas minuit pœnam, hoc eſt ſimplicitas eſt cauſa minuendi pœnam cap. qui ſecundum 23. quæ. 4. cap. ſancta 2. qu. 2. vbi gl. explicat, quòd ruſticitas importat ſimplicitatem, Farin. quæſt. 89. num. 46. vbi non præſumitur dolum committere. Farinacius quæſtione 98. à numero 19.

68 Imprudentia excuſat delinquentem à pœna ordinaria. Alex. conſ. 140. vol. 2. Dec. conſ. 60. & in l. inferre, ff. de reg. iur. Nouel. in tract. ad defenſam num. 71. Cepol. conſ. 13. nu. 21. dub. 2. & conſ. 33. per totum.

69 In-

69 Incertitudo delinquentis, quando aliquis à pluribus reperitur interfectus, & neſcitur ex quo vulnere ſit mortuus, nec conſtat, quod omnes fuerũt conſcij homicidij committendi ab ipſis, nec adſunt indicia de præcedenti tractatu, & quod animo deliberato interuenerunt, in dubio, nemo tenetur de occiſo; ſed extraordinariè puniuntur. Gandin. tit. de homicid. num. 12. ſed nonne probatur eos habuiſſe animum interficiendi eo ipſo, quod interfecerunt? & reſpondet, &c. illud verum eſſe, quando conſtat à quo mortuus fuiſſet, vel cuius ictu, vel quod mortuus eſt ab vno ſolo tantum, vt in l. 1. C. de homic. ſed in caſu propoſito iſta non conſtabant, vnde propter incertitudinem non probatur omnes habuiſſe animum occidendi, ſed tantum præſumitur, & ex præſumptione regulariter nemo damnatur, nam ſanctius eſt nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare, l. abſentem, ff. de pœnis. Gandin. dicto num. 12. & 13. & ſic etiam quod quis eſſet vulneratus pluribus vulneribus, ſi non apparet ex quo vulnere mortuus ſit, nemo poteſt condemnari pœna ordinaria, quia non eodem modo debet puniri, qui modicum percuſſit, quàm qui intulit vulnus mortale, Gandin. ibidem. Imò in dubio præſumitur, quod caſualiter, & non data opera interuenerunt. Felin. in cap. ſicut dignum de homicid. Marſil. in l. fin. num. 28. ff. de ſicar. Carrer. in tit. de homicid. §. quinto quæro, num. 3. in fine, ſed ſi adſunt indicia ad torturam, quod animo deliberato omnes interuenerunt ad homicidium committendum, omnes debent torqueri ſuper huiuſmodi qualitate. Ludouiſ. deciſ. Lucenſ. 16. num. 2. incipiendo ab homine malæ famæ. Bertaz. conſ. 33. & addit. lit. A, & ſi ſunt negatiui, condemnantur ad pœnam extraordinariam, ſi verò fatentur, ad pœnam ordinariam, etiam illi, qui non vulnerarunt, quia affectus punitur in hoc caſu, ſequuta morte, vt probatur infrà, cap. 4 num. 46. in 6. limitatione, & vt plurimũ accidit, quod homicidium a pluribus commiſſum, reſpectu vnius, vel duorum ſit commiſſum animo deliberato, reſpectu aliorum ex improuiſo, exempli gratia, ſi quis ſciens inimicum ſuum alicubi eſſe, & deliberans eũ occidere, conuocat amicos ſub prætextu, quod vellet deambulatum ire per ciuitatem, & deinde illos nihil tale cogitantes ad illum locum conducat, & dictum ſuum inimicum interficiat, tunc reſpectu conuocatorum homicidium dicitur commiſſum ex improuiſo, Bertaz. conſ. 516. num. 5. & ſi aliquo actu extrinſeco non demonſtrauerint aſſenſum homicidio, puta, euaginando enſem, & minando contra aduerſarium, vel dando opem verbis, vel alio modo nulla pœna ſunt digni, quia faciendo actum licitum non poterant cogitare euentum illicitum, & homicidium, reſpectu conuocatorum improuiſum dicitur; & ſi ex omnibus conuocatis, alij opem dederunt, alij non, qui nihil fecerunt non tenentur, qui verò opem de-

de-

derunt pœna extraordinaria puniendi ſunt, quia reſpectu ipſorũ caſus fuit accidentalis, dum neſciebãt homicidium cõmittendum.

70 Plures congregati non ad homicidiũ committendum, ſed tantum ad aliquem aliũ actum, puta ad verberandum aliquem, ſi ſequatur homicidium, & certus eſt ille, qui occidit, tantũ ille, qui occidit tenetur de homicidio, alij verò non tenentur. Scarlat. conſ. 112. n. 28. Caſtr. conſ. 192. aliàs 277. vol. 2. in nouis. Burſ. conſ. 316. n. 32. tenentur tamen de culpa pœna extraordinaria, quia debebant præuidere homicidium ex eo poſſe ſequi. Aug. ad Angel. in verbo, & Andream nu. 21. Carrer. tit. de homicid. §. quinto quæro n. 3. in fine. Farin. q. 96. n. 74. Caualc. de Brach. reg. par. 4. n. 63. vbi diſputat ad partes hunc caſum, & in fine concludit, quod non omnes aggreſſores teneantur de homicid. & quod qui libet ex coadunatis non animo occidendi, tenetur tantũ de eo quod ipſe fecit. Marſil. ſing. 176. & conſ. 67. n. 29. & 55. & conſ. 236. num. 25. Gram. conſ. 23. nu. 13. Pariſ. conſ. 152. n. 34. vol. 4. Crauet. conſ. 309. n. 6. Bertaz. conſ. 326. nu. 2. 3. & 4. Caual. dicta p. 4. nu. 185. Cabal. de omni genere homicid. num. 206. & ſeq. & ſi vnus ex congregatis licèt ad tantum baſtonandum, vel alium factum illicitum, & non ad occidendum, ex aliquo caſu ſuperueniente occidat, tenetur de homicidio, quia facto illicito operam dabat, ita ex l. quoniam multa facinora, C. de vi public. Claud. Bertaz. caſu 299. verſ. ſed caſus. Io. Andr. in C. quod quis de regul. iur. in 6. Caſtr. conſ. 277. Cepol. conſ. 34. col. 12. verſ. 8. ſi autem ſit incertus ille qui occidit, non excuſantur alij congregati ad malum finem, ſeu actum illicitum, nempè ad vulnerandum, ſed omnes de occiſo tenentur. Claud. Bertaz. vbi ſupra, & ſequitur Ball. var. qq. lib. 3. caſu 1. nu. 92. ſed poteſt dici, quando actus illicitus, ad quẽ plures ſunt coadunati ex propria natura non poteſt importare homicidium, quando ſunt condunati ad tantũ verberandum, & caſu ſequitur homicidium, & eſt incertus occiſor, quod non omnes tenentur pœna ordinaria.

70 Quod incertitudo delinquentis pœnam minuere facit, procedit in quolibet delicto. Tiraq. de pœn. temper. caſu 63. num. 1. Farinac. q. 96. n. 1. & ideo ſi quis ambulans per viam fuit occiſus ex percuſſione lapidis proiecti ex aliqua feneſtra, ſeu domo, in qua plures aderant homines, quia ignoratur occiſor, propter incertitudinem abſoluuntur omnes a pœna ordinaria & condemnantur in pęnam extraordinariã. Farin. vbi ſupra n. 15. & 16. quando tamen homines in ea domo non conuenerunt præcedente tractatu ad tale delictum committendum. Farin. vbi ſupra n. 18. ſecus ſi præcedente tractatu, quia pœna ordinaria tenerentur. Idem dicitur ſi in aliqua domo aliquis reperiatur occiſus, & neſciatur a quo ex pluribus ibi tunc temporis exiſtentibus, Farin. vbi ſup. n. 19. & 20. poſſunt tamẽ omnes de domo torqueri ad ſciendum quis eorũ occi-

derit,Farinac.ibidem num.81.inci-
piendo à magis ſuſpectis, vel ab il-
lis, qui ſunt malæ famæ. Bertazol.
conſ.335.& quando contra aliquos
eſſent indicia illi debent torqueri.
Farin.vbi ſup.in omnibus caſibus.

71 De auxilio nemo poteſt puniri,
nec contra eum procedi, niſi con-
ſtito de principali delinquente.Boſ.
tit.de delicto n.34. Honded.conſil.
98.n.13.& ſequ.vol.1.Surd.conſ.40
n.47.Ricollect.1835.quia ignorato
principali ignoratur etiam acceſ
ſorium.Marſil.conſ.81.nu.29. Rim.
iun.conſ.379.n.75. nec ſufficit con-
ſtare per ſolam contumaciam ip
ſius principalis delinquentis, ſed
per teſtes, aut alias probationes de
auxilio legitimè factas contra ip-
ſum inquiſitum, vel propriam ip-
ſius inquiſiti de auxilio contuma-
ciam, ita Doctores citati à Ricc.
vbi teſtatur, quod Curia Archiep.
Neap.in caſu quo cauſa principalis
delinquentis in Magna Curia non
eſt ſopita, ſolent interponere de-
cretum, quod expectetur exitus
cauſæ principalis,& ſi non eſt pro-
batum,quod vnus dedit opem alte-
ri licet plures ſint delinquentes,
quilibet tenetur vt principalis, leg.
vulgaris.§.ſi duo,ff.de furt.l.ſi ita
vulneratus, §.fin.ff.ad leg.Aquil. &
nemo tenetur de facto alterius,
Bald.in l. non ideo minus, C.de ac-
cuſat. Angel. de malefic. in verbo
dicto maleficio ſemper adſtitit, nu.
27.Marſil.in l.nihil intereſt n.16.ff.
de ſicar. & quilibet tenetur prout
fecit.Rim.iun.dicto conſ.879.n.71.
nec vt auxiliator quis puniri po-
teſt quando cauſam ſcienter non
præbuit delicto.Salic.in l. 1. col. 8.
C.de rapt.virg. Rim.vbi ſup. n.10.
ſed tantum quando talem cauſam
præbuit,ob quod auxilium,crimen
commiſſum conſecutū eſt, ſine quo
non fuiſſet perpetratum,Iodoch.in
pract. crim.c.133.n.3. alias tenetur
pro modo culpæ.Salic.vbi ſup.col.
pen.Marſ ſing.15.& conſ.24.nu.16.
Menoch.de arb.caſu 349.n.10.Ber-
taz.conſ.326.n.10. & ſequ. Rimin.
iun.vbi ſupra nu.11.Ricc.deciſ.40.
nu.10.par.2. nec tenetur auxiliator
de auxilio, quãdo auxilium eſt ſim-
plex, ita quod maleficium non eſt
auctum, ſed ita etiam fuiſſet male-
ficium eodem modo executioni
mandatum,ſi non interueniſſet ta-
le auxilium,& iudicis tantum arbi-
trio puniri debet, *Andreas in* cap.
fœlicis de pœnis in 6.Angel.in leg.
furti, §.ope,& in l.ſi quis opem, ff.
de furt. Aug. ad Angel. de malefic.
verbo dicto maleficio n.16.Rimin.
iun.vbi ſupra n.8.Menoch.vbi ſup.
n.20.Maſcard.concl.159.nu.25. Fa-
rinac.q.130.num.44. Guazzin.de-
fenſ.reor.33.c.10.n.12. Cabal. de
omni genere homicid.n.132. Giur-
ba conſ. 17. nec tenetur auxiliator
quando non præcedit tractatus,
& auxilium in ipſo facto non fuit
cooperatiuum, & tunc auxiliator
dicitur cooperare, quando ſimul
eodem tempore cum principali
delinquente cooperat in eodem
maleficio committendo,prout ſi v-
nus tenet, & alter percutit, aut v-
nus vulnerat, & alter occidit, vel
ſimul verberat, ſimul cædit, ſimul
pugnat, vel ſi quis inſultatur, & a-
lij occurrunt ad eum liberandum,
&

& ipſe illos obuiaret ne inſultatus liberaretur, c. ſi quis viduam 50. diſtinct. gl. in c. de cetero extra de homicid. vel ſi quis verbis interpel. & retinet occidendum, vt ſuperueniant inimici, & occidant, Cepol. conſil. 34. in 2. dubio, vel ſi quis ducit ſcienter aliquem per loca vbi ſunt inimici vt occidatur, ita Carrer. qui alia exempla adducit, in tit. de homicid. §. homicidium per totum; an autem, qui ſarcinas, vel veſtes ſicariorum ſcienter cuſtodiat dicatur præſtare auxiliũ cooperatiuum, affirmant, Anan. in c. ſicut dignum, §. fin. de homicid. Ricc. decis. 40. n. 8. par. 2. Baiard. q. 90. nu. 26. ſed negant Farin. q. 130 num. 4. Blanco ab eo citato, qui tantum pœna extraordinaria puniri volunt. Auxilium præſtitum poſt delictum, non poteſt puniri pœna ordinaria, niſi quatuor concurrentibus, primò, quod auxiliator poſt delictum, etiã ſi fuerit particeps, & conſultor futuri homicidij; ſecundo, quod ſine illo auxilio promiſſo, homicida non commiſiſſet homicidium; tertiò, quod promittens auxilium poſt delictum habuerit ſpecialem ſcientiam ante homicidium de homicidio committendo, & non ſufficit habere ſcientiam, quod percutere volebat, vel aliud facere præter homicidium, & quartò, quod habuerit ſcientiam perſonæ occidendæ. Farin. q. 132. n. 31. Hinc eſt, quod quidam, qui nullo præcedente tractatu foueam fodit cauſa celandi cadauer hominis occiſi non fuit pœna ordinaria punitus. Riccius deciſione quadrageſima, numero octauo, parte ſecunda.

72 Aſſiſtens armatus homicidio non punitur eadem pœna, qua ipſe delinquens, niſi probetur, quod præceſſerit tractatus de ipſa aſſiſtentia, & conſtet plenè, quod ex eius aſſiſtentia delictum fuit auctum, nempe quod ex huiuſmodi aſſiſtentia aggreſſor fuit factus audacior, & aggreſſus timidior, & ſine tali aſſiſtentia delinquens non erat facturus. Farinac. qu. 131. nu. 67. 69. & 71. & vbi tantum caſu aſſiſtentia contingit, nulla pœna eſt punienda, ita ex Ricc. deciſ. 64. n. 5 Bertaz. conſ. 106. nu. 12. Sed ſi de ipſa aſſiſtentia ſunt indicia ad torturam, poſſunt ipſe aſſiſtens, & principalis torqueri ſuper præcedenti tractatu. Gramm. deciſ. 5. num. 5. Clar. in §. homicidium ſub nu. 37. poſt medium, & q. 90. n. 2. Maſca. conc. 159. in fine. Cartar. de execut. ſent. c. fin. n. 142. & 144. Mant. conſ. 67. n. 1. & ſi ſunt negatiui, aſſiſtens tantum pœna extraordinaria eſt condemnandus. Maſcard. vbi ſup. Cab. caſu 192. n. 10. Theſſ. qq. forenſ. 46. par. 3. qui loquitur de aſſiſtente, aſſerente, quod per metum aſſiſtit, & aliàs, torqueri tamen non poſſunt, maximè quãdo adſunt indicia excludẽtia prędedentem tractatum, vt ſunt quando aſſiſtens, ſimul cum principali fuit æque principaliter prouocatus. Cau. de brach. reg. par. 4. n. 186. verſic. nec quoniam aut quando conſtat, quod in rixa neutraliter aſſiſtit. Guaz. defenſ. 30. cap. 10. num. 5. Pariſ. conſ. 15. nu. 30. & conſ. 164. num. 11. vol. 2. Ca-

ualc. vbi ſup. aut nec verbo, nec facto particeps rixæ fuit, Caualc. ibidem, aut ſe geſſit tamquam mediator. Rimin. iun. conſ. 136. num. 8. & ſequent. inter conſ. crimin. tom. 1. in fol. Baiardus quæſtione nonageſima, numero decimonono; aut ſignificauit aduerſarijs ſe veniſſe ad pacificandum; Baiardus numero vigeſimoprimo; aut caſualiter, & ex accidenti aſſiſtit armatus maleficio, Pelin. in cap. ſicut dignum, numero ſexto, de homicid. & alij ſupra citati, aut quando non interuenit in rixa à principio, ſed iam cœpta, Bertaz. vbi ſupra, num. quarto, & quinto; & ſi quis vocatus ab amico, vt arma capiat, & aſſociet ipſum ad aliquem locum, inſciens quid facturus ſit, & aſſociatus obuiā ſe faciens inimico ipſum occidat, nullum auxilium præbendo, ipſe aſſocians nó tenetur aliqua pœna. Raphael Fulgoſius in l. quid ſi fugitiuus, §. 1. de edil. edict. Berta. conſ. 516. numero quinto, niſi is ſolitus eſſet ire ſine armis, quia tūc præſumitur in culpa non cogitando, quod poterat euenire, & addo ad ſuperius dicta, quòd ſi quis arma alicui bona fide accommodauit, quibus eo inſcio ſecutum fuit delictum, non eſt puniendus. Baldus, in l. qui cum quo, numero vigeſimoſecundo, C. de ſeru. fugitiu. Marſilius in practic. §. conſtante, numero quinquageſimoquinto, verſicul. quinto limita, Thom. Non. conſil. 101. numero decimo. Burſat. conſ. 246. n. 20. & 22. vol. 2. Guazzin. defenſ. reor. 29. cap. 10. num. 6. Caualc. de brach. reg. par. 1. numero 218. & probari debet omnino à fiſco, quod ſcienter arma accommodauit, Boer. deciſ. 167. num. 2.

73 Frater ſi caſu reperiatur à fratre in rixa, qui putat fuiſſe inſultatum, quamvis eſſet aggreſſor, & pro defenſione fratris interfeciſſet rixantem cum fratre, non eſſet locus pœnæ ordinariæ de auxilio. Marſilius ſing. 40. Caualc. fragm. 41. ex Bald. in l. data opera, num. 63. verſ. ſed pone, C. de his, qui accuſ. non poſſ. & quando frater caſu ſuperuenit, nec fuit in auxilio vocatus à fratre rixante, iſte frater rixans non tenetur de delicto fratris ſuperuenientis, nec eſt irregularis, §. ſi frater ſuperueniens occidit ſuum corrixantem, Ricc. deciſ. 92. par. 2. niſi eſſet aggreſſor, quia tunc teneretur pro culpa quatenus dedit operam rei illicitæ, Farinac. qu. 122. n. 88 & 89.

74 & frater defendens fratrem inſultatum poteſt offendere Clericum aggreſſorem, abſque incurſu excommunicationis, niſi ex propoſito modum excederet, vel ſi tantum temporis interuallum interceſſerit inter initium rixæ, & percuſſionem illatam, vt commodè potuerit deliberare, Chartar. deciſ. 45. Fratri enim licet occurrere ad defenſam fratris, & in foro fori occidere volentem offendere fratrem eius. Bertazol. conſ. 473. num. 1. cum alijs ab eo citatis, & non tenetur de homicidio, idem numero quinto, & idē dicunt Doctores de coniunctis, & conſanguineis. Bertaz. ibidem nu 4. & de amicis. Baldus in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & in l. raptores in 2. notabili, C. de Epiſc. & Cleric. Carrer.

rer.titul.de homicidio,§.vigeſimo-
quarto, num. 1. & 2. nam amicus
poteſt amico ſuffragium impartiri,
etiam ſine requiſitione.Gram.conſ.
36.

Idem de ſeruo defendente dominum,
ex l.ſed ſi vnius. §. ſi iuſſu in fine. ff.
de iniur. ſocio etiam itineris, li-
cet defendere ſocium. Panormit.in
cap. cum non ab homine verſ. ma-
ximè de iudicijs. Nouel.in tractat.
ad defenſam,cap.1.nu.81.vbi quod
poteſt occidere aggreſſorem ſociũ
defendendo,& num. 82. quia iniu-
ria facta ſocio cenſetur commu
nis, imò extraneis licitum eſt de-
fendere aggreſſum,& occidere ag
greſſorem, quando aggreſſus eſt
conſtitutus in diſcrimine vitæ,
Guaz.defenſ.reor.29.cap. 4. nume-
ro 19.

75 Minor ætas eſt legitima cauſa
minuendi pœnam in delictis, l.ferè
ff. de reg. iur.& in l.auxilias. §. in
delictis,ff.de minor.cap.1.& 2.de
delict.pueror.l.1.C.ſi aduerſ.delict.
& quia de impuberibus loquuti ſu-
mus ſupra nu. 33. nunc ſupereſt lo-
qui de puberibus, ideſt de his, qui
habent quatuordecimum annum
iam completum in maſculis, &
duodecimum annum completum
in fœminis,& ab anno quintodeci-
mo incępto in maſculis,&decimo-
tertio in fœminis incępto, incipit
pubertas, & durat vſque ad annũ
vigeſimum quintum, & non diffe-
runt maſculi à fœminis in detinen-
tia pubertatis, inſtit.quib. mod. tu-
tel. fin. cap.3. de ſponſal. impuber.
& eſt communis opinio, quod mi-
nores vigintiquinque annorum
mitius puniuntur de iure commu-
ni, vt patet ex iuribus ſupracitatis,
& Doctores, quos cumulat quæſt.
92.num.47. etiam in delictis atro-
cioribus,prout in fure famoſo, Zi-
lect.conſ.92 per tot.Cabal.caſu 134
num.1. Mandoſ.in tractat. de ætat.
minor.ca.4.n.30. Peguer. deciſ.cri-
min.24 n.21.Theſſ.deciſ.161. nu.4.
Pegn.in addit. ad direct. inquiſitio.
comm.12.col.2. Ruginel. practic.
99.c.35.Gaſpar.Theſſ.deciſ for.13.
num.7.lib.3.Tuſcus litt.M. conclu.
256.Farinac.conſ.66.n.8. & in cri-
mine falſæ monetæ, Cabal. vbi ſu-
pra n.3.Farin.dicto n.8.& addit.ad
eius conſ. 35. litt. g, & omni alio
delicto falſitatis, idem Farin.dicta
qu.92.n.133.Manriq.q.for.par.1.q.
39. In crimine abortus facti præ-
uijs potionibus à muliere minore.
Dec. conſ.135. col.fin.Oſaſc. deciſ.
60.n.8.Fulgoſ.conſ.157.In crimine
raptus. Cuman.conſ.95. Rol. conſ.
77.nu.9.lib.3. Hippol.Rimin.conſ.
135.n.16. in conſ.crim. diuerſ.par.
1.Farin.q.92.n.87. & loquuntur de
hoc crimine commiſſo à pubere
annorum 16. vel 18. In crimine in-
cęſtus,l.ſi adulterium, cum incęſtu,
§.fratres,ff.ad l.Iul.de adult. Rolan.
vbi ſup.n.7. Menoch.de arbit.lib.2.
caſu 329.nu.3.Farin.ſupra num.89.
In furto rei ſacræ, Boer.deciſ.254.
n.20. In crimine homicidij, Hip-
pol. Rimin.dicto conſ.135. Anton.
Galeat.conſ.115.nu.25.in eodem
tom.1.diuerſ. Farin. conſ.1.in add.
litt.d, & loquitur de pubere ętatis
annorũ 19. In delictis carnis, Alb.
in l.auxilium, §. in delictis num. 3.
ff.de min.Sfor.Odd.de reſt.in integ.
par.

par.2.q.81.num.1. & ſeq. & nu.19. & 20. Roland. dicto conſ.77. nu.4. Additit. ad Farin. conſ 33. litt. G. cõtra gloſam in l.ſi ex cauſa §.nunc videndum in verbo, & ſubuenitur ff. de minor. & gl. in dicto §. in delictis in verbo atrocioribus. In crimine etiam ſodomiæ Socc.iun. conſ.17.lib.3.vbi loquitur de pubere annorum 20.& ſequuntur Hipp Rimin.dicto conſ.135. num.8. Menoch. dicto caſu 329. nu.5. & caſu 287.n.18.Ludouic.deciſ.Lucenſ.17. nu.36.par.1.Rolan.conſ.77.num.9. Farin.dicta quæſt.92. n.8.Honded. conſ.98. nu.29.vol.1. Guaz.defenſ. reor.33.cap.17. nu.1.add. ad Farin. dicto conſ.33. litt. G. contra Bonbinum conſ.65. Bonacoſſam com. opin.par.2.verſ.ſodomitæ puniuntur, Grammaticum in conſt. Regni tit. de reſt.minorum num.7. in fine oppoſitum tenentes, & licet cum contraria opinione concordet conſtitutio Marchiæ lib.4.cap.69. circumſcripta tamen hac conſtitutione communis opinio fauet minori ætati,vt dicunt ſupradicti doctores. In Regnis autem vbi ætas decem annorum eſt legitima ætas, prout eſt Neapoli, Ferrariæ, Lucæ, Florentiæ, Marchiæ, non expectatur ætas annorum, vt delinquens puniatur pœna ordinaria. Cabal. caſu 34.num.15.& in Senatu Pedamontano tam agens, quàm patiens in crimine ſodomiæ pœna ordinaria punitur, quando excedit annum viginti, vt teſtatur Theſſ. Iun. in addit. ad Patrem deciſ.161. vbi quod idem ſeruatur in aliis delictis atrocioribus, quando delinquens excedit dictam ætatem 20. annorum, refert Ricc.deciſ.75.n.2. & 3. par.1. & quod ita ſeruatur in varijs tribunalibus teſtatur Caual. deciſ.22.par.5.Gaſp.Theſ.deciſ.17. par.3. Thoming. deciſ.23. Boib n. conſ.22. refert, & ſequitur Ricc. deciſ.145. num.13. par.1. & reſ.57.
76 in fine par.3. Maſtril. deciſ.295. num.36. In parricidiis pœna minoribus annorum 25. non minuitur, nam iuuenis anno 18. qui homicidium cum veneno in Patrem cõmiſerat fuit decapitatus, Franc. Marc. deciſ.230. n.4. & ſeq. Theſſ. deciſ.161.ſub n.5.Cabal. reſol.134. ſub nu.9. Tapp. in Conſtit. Regni minorum iura nu.30.Farin.qu.102. nu.108. & 163. Ricc. collect.1219. Paſqualig. de virib. Patr. poteſt. par.2.c.20. nu.22. nec in crimine læſæ Maieſtatis parcitur minori ætati. Theſſ. dicto num.5. Nec in Regione vbi eſt frequentia ſimiliũ delictorum. Cabal.dicto caſu 134. num.10. In pœnis latæ ſententiæ minores regulariter incurrunt ſicut maiores,gl. in l.pen.C.ex quib. cauſ. infam. & ibi Bald. & Salic. Abb. conſ.22. num.2. lib.1. Molin. tract 4. diſp.9. n.20.Theſſ.de pœn. Eccleſiaſt. par.11. c.17. reſp.2.

Et non poteſt puniri pœna ordinaria, quando delinquens committit aliquod delictum non animo delinquendi, nam ſi quis percuſſerit aliquem cum inſtrumento non apto ad mortem,non præſumitur habere animum occidendi illum.Cabal. de omni genere homicidij num.195. nec præſumitur in eo, qui poſt homicidium fecit ſigna veriſimilia di-

diſplicentiæ. Cepol.deciſ.31. nu 5. & 6. Gramm.voto 13.num.7.& 8. Farinac. q. 126.

77 Falſum committens ſine dolo non punitur pœna ordinaria, quia non comprehenditur in l.Cornelia de falſis, l.1. in principio, & l. quid ſit falſum ff. de falſ. Boſſ.tit. de defenſ. reor. num.69. & dolus regulariter non præſumitur. Gandin. tit de falſar. num.25. & in dubio præſumitur error. Boſſ. dicto num.69.& quando non eſt nocibilis, etiam quod ſit doloſa non punitur pœna ordinaria, l. damus cum ibi notatis C. de falſ. Boſſ. vbi ſupra nu.70. & in tit. de falſ. num.83. 84. 85. & idem eſt, quando committitur in ſcriptura, quæ non plenè probat, num 84. & ſufficit, vt de facto non noceat, quamuis ſit nocibilis, vt pœna ordinaria non puniatur, nu. 88. ex Marſil.in l.1. §. præterea col. 4. ff. de quæſtion. nec quando non interuenit iuramentum, vt dictum fuit par.4.cap.10.nu.12. nec quando teſtis committit falſum in generalibus, ideſt non pertinentibus ad negotium, de quo agitur ſpecialiter. Boſſ.dict.tit. de falſ.nu.126.& 148. nec quando falſum deponit extraiudicialiter. Boſſ.ibidem nu. 102.& debet de neceſſitate concludere falſitatem, vt poſſit puniri de falſo, & ſi habeat aliquam præſumptionem pro ſe excuſatur, ibidem n.134. & dicto tit.defenſ.reor. num.70.

78 Furtum commiſſum non animo furandi excuſatur. Boſſ.dict.tit.de fenſ.reor. num.71.& qui bona fide, & palam rem accipit, non dicitur furtum committere, idem tit. de Furtis nu. 13. & ſi ſit deprehenſus antequam incipiat contractare, punitur pœna extraordinaria, ibidem n.34. & qui in furto præſtauit auxilium ſimplex, ita vt alii fures omninò delictum executioni mandarent ſine illo, non tenetur pœna ordinaria, & ita iudicatum refert Aug. ad Angel. in verbo dicto maleficio nu.16.

79 Cauſa etiam iniuſta, temeraria, et beſtialis excuſat à dolo vero licet non à præſumpto, vt alias dictum eſt, ex l. igitur §. ex generaliter ff. de liberali cauſa, ſed hæc regula non habet locum in iudicialibus, vt eſt calumnia, Farinac.q.16.nu.64. et 65.

80 Et omnes illæ perſonæ, quæ delictum committunt ſine dolo, ſed tantum negligentia, culpa, vel alio modo dummodo dolus non interueniat, excuſantur à pœna ordinaria, ſed tantum puniuntur pœna extraordinaria pro modo qualitatis culpæ, l.2. ff. de Sicar. c.continebatur, c. ſuſcipimus, et c.pen.de homicid. Bald. conſ.502.n.5. vol.5. vbi dicit delicta incogitata non ſunt ita punienda, vt præmeditata. Cepol. conſ.28. per totum & quòd quādo homicidium committitur præter intentionem, & voluntatem delinquentis pœna arbitraria punitur. Bald. in l. data opera col.3. C. qui accuſ. poſſ. Decius conſ.11. 19. & 54. Alex. conſ.283. vol.2. Marſil. in l. 1. §. præterea n. 1. ff. de Sicar. & eſt tex. in l.1.§.diuus ver. ſed ſi claua, in fine ff.de Sicar. gl.& DD. in l.reſpiciendum §. de-

delinquunt ff. de pœnis, & Gandinus tit. de homicidiar. num. 19. dicit, quòd delicta non ex animo, & doloſè commiſſa, non dicuntur delicta, nec veniunt punienda pœna ordinaria, l. ſæpè in fine ff. de verbor. ſignific. l. qui ſeruum §. penult. ff. de acquir. hæred. & lata culpa in hoc non æquiparatur dolo l. 1. C. de Sicar. l. in lege ff. eodem tit. Bart. in l. quod nerua ff. depoſit. Bald. in l. quicumque col. 4. C. de ſeru. fugitiu. Nouel. in tract. ad defenſ. cap. 1. num. 83. ſicut falſum non committitur ſine dolo l. nec exemplum C. de falſis, & delictum non ſtudioſè commiſſum vocabulo, & effectu criminis caret, l. 1. C. ſi aduerſ. delictum. Gandin. dicto nu. 19. & licèt delictum non ex animo, ſed negligentia, & culpa commiſſum impunitum eſſe non debeat, mitius tamen puniri debet, arbitrio iudicis pro qualitate culpæ. Gandin. vbi ſupra n. 20.

CAPVT III.

De Pœnis per Sententiam infligendis in genere.

SVMMARIVM.

1 *Pœna quid ſit. Infligendæ regularibus vbi ſumendæ ſunt, num. 2. Statuti, tollit pœnam iuris communis, nu. 3. Commutatio quando fieri poteſt? n. 4.*

5 *Protectores, & alij iudices appellationis debent iudicare ſecundum ſtatuta ordinis particularis.*

6 *Pœnæ infligendæ vbi per ſtatuta ordinis non ſunt taxatæ, vbi recurrendum ſit, declaratur? & num. 7. 8. 9. 10. & 11. Inflictæ de iure Canonico contra Clericos an habeant locum contra regulares? n. 7. & ſeq.*

8 *Regulares in odioſis non veniunt nomine Clericorum.*

9 *Leges ciuiles ſeruandæ ſunt etiam contra Clericos, & Religioſos, etiam de iure canonico, quando Lex Pontificia non obſtat, aut quando caſus de iure Canonico eſt dubius, vel ſtatuit æquitatem.*

12 *Pœna quando non eſt certa de iure contra delinquentes iudicis arbitrio cenſetur relicta.*

13 *Lex, vel Statutum duplicem pœnam imponens, ſi vna commutetur, vel minuatur altera cenſetur remiſſa.*

14 *Pœnam imponens non extenditur ad delicta commiſſa ante ipſam legem, limitatur tamen multis modis, vt in numeris, n. 15. 16. 17.*

15 *Lex declaratoria trahitur ad præterita.*

16 *Declarationis natura eſt nihil de nouo diſponere.*

18 *Lex, vel Statutum vigens tempore delicti attenditur in pœnis imponendis, quando ſecus? ibidem.*

19 *Pœnas poſitiuè requirentes actionem externam nemo tenetur ſubire ante iudicis ſententiam, ſaltem declaratoriam, & quid quando caſus eſt manifeſtus? & n. 20.*

21 *Subditi an teneãtur obedire prælato incurrenti pœnam priuationis officij ipſo iure?*

22 *Pœna latæ ſententiæ priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis ad illam, an obliget in conſcientia ante declaratoriam. Latæ ſententiæ non incurrunt violatores bona fide, aut*

per ignorantiam, aut inaduertentiam inuincibilem, num. 23. & 79.

24 *Ignorantia, vel inaduertentia, an per iuramentum parti exhibitum probentur, & n. 85. 87. 88. 90. 91.*

25 *Præſumptio iuris eliditur per iuramentum in contrarium; priuatus ipſo iure voce actiua, ſi eligat ante declaratoriam, ſecuta declaratoria electio erit ipſo iure nulla, ſi tali ſuffragio nitatur.*

26 *Electio quoad ſingulares electores dicitur actus poteſtatis priuatæ, ſeu officij priuati, non publici.*

Sigiſm. de Bononia, de elect. dub. octogeſimo nono, numero octauo, & dub. ſexageſimo tertio, numero vndecimo reijcitur.

27 *Pœnæ non habent locum, niſi à iure expreſſæ, quia in pœnalibus non fit extenſio, non excipiuntur tamen multi caſus, vſque ad n. 49.*

50 *Pœna impoſita aduerſus gerentes actum probibitum ſcienter, an comprehendat eos, qui etiam per ignorantiam craſſam, vel affectatam illud committunt.*

51 *Ignorantia craſſa, & ſupina, quæ eſt.*

52 *Lata culpa, quæ eſt.*

53 *Ignorantia affectata, quæ eſt.*

54 *Ignorantia craſſa, & ſupina, quomodo differt ab affectata.*

Craſſa, & ſupina excuſat à pœna ordinaria impoſita illis, qui ſcienter aliquid faciunt; quia non procedit ex dolo 55. Ampliatur ſiue ignorantia ſit iuris, ſiue facti. n. 56. Ampliatur 2. etiam ſi quis daret operam rei illicitæ, nu. 57. Ampliatur 3. etiam quando pœna non imponitur expreſsè ſcienter contrafacientibus, ſed contra præſumentes, vel contemnentes, aut audentes, & ſimilibus, num. 58.

59 *Abſoluentes à cenſuris Bullæ Cœnæ ex ignorantia craſſa, non incurrunt excommunicationem in eadem Bulla impoſitam.*

60 *Impedientes recurrentes ad Romanam Curiam ex ignorantia craſſa, non incurrunt excomunicationem Bullæ Cœnæ.*

61 *Mulieres ingredientes Monaſteria religioſorum ex ignorantia craſſa non incurrunt excommunicationem latam in Bulla Greg. XIII.*

62 *Matrimonium contrahentes in gradu conſanguinitatis, vel affinitatis interdicto ex ignorantia craſſa non incurrunt excommunicationem. Clement. vnic. de conſangu. & affinit. & num. 100. vbi agitur de ignorantia ſolius cenſuræ.*

63 *Clericum percutiens ex ignorantia craſſa, an incidat in excommunicationem Canon. 17. q. 14.*

64 *Ignorantia affectata non excuſat à pœnis illatis contra illos, qui ſcienter contrafaciunt legi.*

65 *Statutum pœnale, ex rationis identitate extenditur ad caſus etiam fictos, vbi caſus verus, & fictus æquiparantur per ius commune.*

66 *Ignorantia quando eſt ingens temeritas non excuſat à pœnis illatis contra illos, qui ſcienter contrafaciunt legi.*

67 *Ingens temeritas, quæ eſt?*

68 *Delictum debet euidenter probari, quando lex petit ſcientiam, & delictum non eſt in ſe delictum, niſi in quantum probibitum.*

69 *Ignorantia, an excuſet quando lex;*

quę ſub aliqua pœna probibet, non requirit ſcientiam? Inuincibilis, quę eſt, & quę vincibilis, nu. 70. & 71. Reſpectu rei ignoratę alia iuris, alia facti, & quę vtraque ſit, declaratur, n. 72. Iuris an & quando excuſat, quo ad forum conſcientię, n. 74. & quando quo ad forum externum à n. 75. & ſeqq. Iuris quando babet admixtam ignorantiam facti excuſat, num. 82. & quando ius eſt dubium, & intricatum n. 83. aut quando probatur coniecturis, n. 84. & an probetur iuramento, n. 85. coniecturę probantes ignorantiam iuris quę ſunt, num. 86. Probata iuramento admittit probationem in contrarium, idem de præſumptione ignorantię in ruſtico, muliere, & ſimilibus, nu. 87. Pœnę per ſtatutum inflictę non excusāt in factis damnatis à iure communi, ſecus in factis non damnatis à iure communi, nu. 92. & 95.

93 *Scientia præſumpta ſtatuti probibentis ſufficit ad incurrendam pœnam, quando non eſt corporalis, ſecus ſi corporalis.*

94 *Ignorantia excuſat à cenſuris inflictis in ſtatutis particularibus, etiam in factis iure communi damnatis. Sed ignorantia poſt duos menſes non præſumitur, quo ad abſentes, ſed ſcientia, & bęc ſtatim præſumitur, quo ad præſentes in foro externo, ſecus in foro interno, niſi ignorantia eſſet craſſa, & ſupina. Inuincibilis pœnę per ſtatutum inflictę in factis non damnatis lege diuina, vel bumana excuſat à pœna, n. 95. Iuris, & facti quando excuſat à culpa mortali, excuſat ab omni pœna graui, & cenſuris, n. 96.*

97 *Actus probibitus duplici lege diuina & bumana, licet tantum bumanam legem quis ignoret, non excuſatur à pœna, quamuis excuſetur à cenſuris.*

98 *Ignorantia pœnę annexę legi non ignoratę non excuſat à pœna exceptis cenſuris, niſi ignorantia ſit craſſa, & exceptis pœnis improportionatis, & excedentibus dicta: ampliatur, vt non excuſet ignorantia ſolius pœnę, vt procedat etiam quo ad pœnam irregularitatis, nec excuſat dubitantem de probibitione iuris poſitiui, num. 99. Quando prouenit ex eo, quòd quis arbitratum bunc caſum non comprebendi in iure, excuſat, num. 101. Craſſa & ſupina non excuſat à pœnis, nec à cenſura, quando lex ſimpliciter probibet aliquid non petendo expreſsè ſcientiam, nu. 102. Inuincibilis quę non ſit craſſa, & ſupina nec ad mortale ſufficiat excuſat à cenſura, n. 103. Vincibilis culpabilis mortaliter an detur, quę non ſit craſſa & ſupina, nec affectata? & num. 104. 105. Facti, quę non eſt craſſa, & ſupina excuſat à cenſura, & ab omni pœna latę ſententię. 106.*

107 *Si quis vult percutere, vel occidere Ioannem Clericum, ſciens eſſe Clericum, & percutit, vel occidit Petrum etiam Clericum exiſtimans eſſe Ioannem, incidit in excommunicationem.*

108 *Si quis proijcit lapidem, vt Ioannem Clericum cędat, & caſu percutiat alium Clericum illuc tranſeuntem non incidit in excommunicationem.*

109 *Clericum intendens percutere, ſi laicum tantum percutiat excommunica-*

tus

tus non eſt, & quid ſi ille laicus ton- ſuram ferebat?

110 *Ignorantia inuincibilis facti concomitans an excuſat à cenſura? vbi etiam declaratur quid ſit ignorantia concomitans.*

111 *Pęnę imponēdę à indice an poſſint augeri, vel minui, & quid quando pœne ſunt inflictæ ab ipſo iure, & num. 13. Quando ex cauſa augetur, cauſa debet exprimi à indice. 112.*

114 *Prelati regulares poſſunt punire nouitios delinquentes etiam extra clauſtra, & ſi fugiat poſt delictum eſt puniendus à indice Eccleſiaſtico, & ſi ante fugam eſſet captus poteſt puniri à Prælato etiam ſi nouitius voluiſſet egredi à Religione. Imponendo pœnam Nouitio pro aliquo delicto, poteſt ei pręcipere, vt pœnam illã ſubeat ſub pœna excommunicationis, vbi etiam, quando pœna excommunic. poteſt imponi nouitio à ſuperiore, num. 115.*

116 *Tempus pœnæ, quando non eſt determinatum à lege, an & quando ſit perpetuum, & cap. 5. n. 42.*

117 *Torqueri quis non poteſt niſi quando pro delicto non venit imponenda pœna corporalis.*

118 *Pœna fuſtigationis eſt corporalis, & irrogat infamiam.*

119 *Torqueri reus poteſt, quando pro delicto venit imponenda pœna carceris. An poteſt reus, quando pœna non eſt corporalis, ſed ex cauſa debet augeri, aut quando pœna eſt arbitraria, ponitur regula cum limitationibus. 120.*

121 *Delictum ſine dolo, aut ſaltem ſine culpa non punitur formato contra tranſgreſſorem proceſſu.*

122 *Delictum non eſt, omne illicitum, ſed tantum illud, quod in foro externo eſt dignum accuſatione, vel inquiſitione, & pœna.*

123 *Lex humana non punit omnia vitia.*

124 *Delicta diuerſimodè puniuntur à Deo, & ab hominibus.*

125 *Tempus pœnæ impoſitæ reo condemnato, quando eſt determinatum finito tempore finitur pœna.*

126 *Cenſuræ latæ ad tempus determinatum an finito tempore indigeat abſolutione.*

127 *Pœna impoſita ab vno iudice non ſecundum qualitatem criminis ob defectum iuriſdictionis, poteſt ab alio iudice augeri, vſque ad debitam pœnam. Punitus à Prælato inferiori pœna leui pro delicto graui ob defectum iuriſdictionis, poteſt iterum puniri à Prelato ſuperiori vſque ad integram pœnam, quod etiam procedit in pœnis corporalibus.*

128 *Reus poteſt puniri pœna ſpirituali à iudice Eccleſiaſtico, & pœna corporali à iudice laico, & ſententia lata in vno foro, non parit exceptionem rei indicatæ in alio foro, niſi Iudex Eccleſiaſticus preueniens puniat reum etiam pœna corporali. Delicta plura diuerſi generis commiſſa, eodem tempore pluribus pœnis ſunt punienda, quando non ſunt conſecutiua, ampliatur etiam ſi ſunt eiuſdem generis, vt ſi quis eadem rixa occidat duos, & an contrahat plures excommunicationes ſi vno ictu occidat plures Clericos.*

130 *Delicta etiam diuerſi generis eodem tempore, & impetu patrata vni-*

ea pœna puniuntur, ſecus non eodem impetu, & ponitur exemplum: ſed quid ſi ad eundem finem nu. 135.

131 *Plura vulnera ſi vno actu, quis fecerit an puniri debeat vnica pœna, vel pluribus?*

132 *Delicta plura ſucceſſiua, & continuata eiuſdem generis, etiam ex interuallo commiſſa vnica pœna puniuntur, & ponuntur exempla, & n.* 134. *limita vt in n.* 137.

133 *Furta plura continuata tota vna nocte, vel tota vna die cenſetur vnum furtum.*

134 *Pluries ſi quis contrafaciet proclamati conducendo res è locis prohibitis; vel plures teſtes corrumpat etiam ex interuallo pro obtinenda victoria in eadem lite, vnica pœna tenetur.*

135 *Delicta plura ad eundem finem tendentia diuerſis temporibus patrata, an vnica, vel pluribus pœnis ſint puniẽda.*

136 *Pœna portationis armorum, an confundatur cum delicto ſequuto?*

138 *Delicta plura etiam eiuſdem generis ex interuallo commiſſa, quando ſunt conſecutiua pluribus pœnis ſunt punienda.*

139 *Pœna augetur reiterato delicto.*

140 *Diſpenſare non licet bis pro eodem delicto, & ſi Princeps reiteranti delictum indulſit non facta mentione reiterationis indultum non valet.*

141 *Delicta omnia prima commiſſa, & informationes etiam diuerſæ ſpeciei comminantium contra proſequutum ad pœnam augendam, limitatur tribus modis, & n.* 154.

142 *Auxilium, ſeu opem præſtans pluribus ad vnum maleficium committendum vna pœna tenetur.*

143 *Delinquentes plures præcedente tractatu licèt omnes eadem pœna teneantur, tamen propter multitudinem pœna minoratur, ſed non contra auctores, & principales delinquentes, limitatur ibidem.*

144 *Pœna corporalis ſoluta ab vno ex delinquentibus, qui deliberatè deliquerunt alios non liberat.*

145 *Condemnato innocente de aliquo delicto per errorem, aut malitiam, non liberatur nocens.*

146 *Affectus non ſequuto effectu non punitur de generali conſuetudine Italiæ, quod procedit etiam in pœnis ſpiritualibus, & ponitur regula cum ampliationibus, & limitationibus.*

147 *Crimen ſtellionatus quid ſit, quomodo probetur, & qua pœna puniri debeat.*

148 *Puniri ex præſumptionibus, quando quis poteſt.*

149 *Delicta in foro fori quanto temporis ſpatio præſcribuntur, & an præſcribuntur, quando proceditur via inquiſitionis, & an de iure Canonico.*

150 *Ius ciuile ſeruatur etiam in foro Eccleſiaſtico quando per ius canonicum non eſt correptum.*

151 *Decennium non ſufficit regulariter ad præſcribendum delictum requirens lapſum* 20. *annorum, ſed ſufficit ad minuendam pœnam.*

152 *Officiales de ſpectantibus ad officium poſt ſyndicatum moleſtari non poſſunt.*

153 *Præſcriptio contra ſententiam non datur.*

154 *Crimina etiam deſcripta poſſunt in iudicium adduci ad aggrauandam pœnam maleficij.*

155 *Pæna ordinaria an, & quando de iure canonico puniatur reus, quando proceditur via inquiſitionis.*

156 *Statutum puniens committentem delictum, an comprehendat mandantē, & quid in cenſuris, & quid quando loquitur per verba communia.*

157 *Mandans aliquem vulnerari regulariter tenetur pœna ordinaria ſecuto homicidio, ſecus ſi mandauit tantum percutere ligno.*

158 *Mandans ſi re integra reuocauit mandatum non tenetur de effectu ſequuto.*

159 *Pœna detruſionis in Monaſterium ſolita imponi à iure canonico, fuit ex conſuetudine mutata in pœnam triremium, aut carceris.*

160 *Tempus carceris poſt ſententiam, quando computatur in tempore exilij.*

161 *Iniurians aliquem dicendo, tu mentiris, quando puniri debet.*

162 *Priuatio iuris quæſiti eſt pœna, non autem priuatio iuris ad rem, vide infra, n. 174.*

163 *Probatio debet eſſe concludens, quando agitur de puniendo delinquentem pœna priuationis.*

164 *Priuare voce capitulari actiua, & paſſiua non poteſt præſes capituli religioſos, abſque eo, quod prius citentur, & audiantur.*

165 *Pœna priuationis non habet locum niſi expreſſo iure caueatur, & quando eſt directa in partem inducit priuationem ipſo iure.*

166 *Actus legitimi nomine in lege pœnali qui veniunt.*

167 *Officiorum, dignitatum, graduum, & adminiſtrationum nomine in lege pœnali qui veniunt.*

168 *Pœna latæ ſententiæ requirit actum conſummatum, & non comprehendit cooperantes ad delictum.*

169 *Lex, vel Statutum quando prohibet aliquid, & non adijcit pœnam, contraueniens punitur iudicis arbitrio.*

170 *Pœna infamiæ reputatur pœna corporalis.*

171 *Conuicto ſemel de crimine, quando eſt parcendum.*

172 *Delinquens ſine dolo regulariter non punitur capitaliter, & quando ſecus.*
Cauſa iniuſta non excuſat à dolo præſumpto, ibidem.
Culpa lata in multis caſibus æquiparatur dolo, ibidem.

173 *Vulneris pœna, non habet locum in vulnuſculo.*

174 *Vocis priuationis pœna intelligitur de actiua, à qua nemo priuari poteſt per legem pœnalem ante iudicis ſententiam, ſecus de ſuffragio paſſiuo.*

175 *Voce actiua & paſſiua priuatus de quibus priuatus cenſetur.*

176 *Religioſus in pœnam delicti de ſtatu clericali poteſt tranſire ad ſtatum laicalem.*

177 *Religioſus admiſſus ad habitum pro laico, non poteſt promoueri ad ordines.*

178 *Infamis effectus à iure ciuili, intelligitur etiam infamis à iure canonico, & eius acta irritantur numero 182.*

179 *Infamia reddit infamem irregularem, & per conſequens impeditur ab executione ordinum obtentorum, & repellitur ab ordinibus obtinendis.*

180 *Infamiæ pœna incurritur ex lata culpa, quando ipſo iure incurritur, ſecus ſi*

220 *Lex Pœnalis tam ciuilis, quam Eccleſiaſtica quandoq; obligat pro vtroque foro, declaratur.*

221 *Lex in dubio an præſumatur acceptata, & vſu recepta.*

222 *Declarationes Cardinalium, an, & quando obligent.*

223 *Pœnas graues ſpirituales latas à lege nemo incurrit niſi pro mortali, & an idem dicendum ſit de excommunicatione lata ab homine.*

Expletis his, quæ poſſunt prodeſſe Reis confeſſis, vel conuictis pro eorum defenſione in termino ante ſententiam allegandis, & probãdis, ſequitur ſententia, vel abſolutoria, vel condẽnatoria, quę eſt terminatio proceſſus, & finis iudicij, & debet eſſe condemnatoria ſi reus in termino defenſionis, non euacuauit plenam probationem contra ſe, nec in totum, nec in partem, nec potuit rationabiliter reuocare ſpontaneam confeſſionem factam in iudicio, vnde Iudicis partes eſſe non poſſunt niſi in eum condemnando in pœnam delicto à iure, vel ſtatuto determinatam, ſi verò in dicto termino euacuauit probationem, ſententia erit abſolutoria, & ſi euacuauit in partem, poteſt vel tortura, vel pœna extraordinaria ſequi iuxtà qualitatem delicti, & defenſiones factas; & quia variæ ſunt ſpecies delictorum, ideò varię ſunt etiam pœnæ latæ à iure, vel à Iudice inferendæ, & antequam ad pœnas ſpeciales de iure debitas deueniamus, oportet vt reſoluantur aliqua dubia, quæ in pœnis inferendis inſurgere poſſunt. Vnde in hoc capite de pœnis tantùm in genere agimus.

1 Et vt ab eius deſcriptione incipiamus; Sciendum eſt, quod pœna eſt paſſio, quæ infligitur, aut contrahitur ob peccatum iam præteritum; & infert nocumentum ei, qui illam ſuſtinet: aut certè apta eſt ad illud inferendum, niſi alium le impediatur. Et diuiditur in ciuilem, & Eccleſiaſticam; & hæc diuiditur in ſpiritualem, & corporalem. Spiritualis pœna eſt, quælibet cenſura, irregularitas, Priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ officij, aut beneficij Eccleſiaſtici, inhabilitas ad gradus, & dignitates, depoſitio, degradatio, & alia huiuſmodi; corporalis pœna eſt, remigatio ad triremes, tortura, carceratio, flagellatio, ieiuniũ, & huiuſmodi. Item pœnæ omnes aliæ latæ ſunt à iure communi; aliæ ſunt particulares, ſeu propriæ cuiuſque Prouinciæ, Regni, Regionis, vel Religionis: aliæ ſunt poſitiuæ, quæ ad ſui exequutionem aliquam actionem poſtulant, vt carcer, exilium, & ſimilia. Aliæ priuatiuæ, vt cenſuræ, inhabilitates, priuationes, annullationes, irritationes actuum, & ſimilia. Aliæ ſunt ipſo iure, ſeu ipſo facto latæ. Aliæ ſunt ferendæ à iudice poſito delicto. Aliæ ſunt perpetuæ, aliæ ad tempus, ſiue determinatum, ſiue indeterminatum, aliæ ſupponunt culpam theologicam, ideſt peccatum; aliæ verò ſupponunt tantum culpam legalem, ideſt tranſgreſſionem legis, etiam non obligantis ad peccatum.

2 Pœ-

2 Pœnæ regularibus infligendæ, ſumendæ ſunt ex ſtatutis particularibus propriæ Regionis, aut Religionis, & non ex iure communi, aut aliunde. Tum quia ita ſeruatur de conſuetudine in toto mundo. Scilicet, quòd per pœnam ſtatuti tollatur pœna iuris communis, vt dicit Bald. in l. data opera. C. de iis, qui accuſ. non poſſ. Gand. de malefic. tit. de quæſt. var. in malefic. num 4. Albert. de Roſat. de ſtatut. lib. 1. quæſt. 8. num. 7. Blanc. pract. crimin. in verbo poſtquam vidimus, num. 6. cum ſequ. Marſil. in pract. crimin. §. quæritur, numero primo, & ſecundo. Gomez variar. reſolut. tom. 3. de delict. cap. 1. ſub num. 38. Clar. quæſt. 85. num. 5. late Cabal. reſ. crimin. caſu 2. num. 2. & 3. qui alios citat. Tuſc. litt. P, concl. 234. num. 6. etiam ſi pœna ſtatutaria ſit minor, & pœna legis ſit maior. Decian. reſp. 104. nu. 31. Baiard. qu. 85. num. 5. Tuſc. num. 3. Guazzin. defenſ. reor. 33. cap. 19. nu. 2. Barboſ. in collectan. doctor. ad clem. religioſi num. 6. tit. de priuilegiis, cum aliis ab eo citatis. (niſi ſtatutum ſaluat alias pœnas aliarum legum, Cabal. vbi ſupra nu. 4.) Tum etiam quia Bonifac. viij. & jx. & alij Pontifices, ita expreſsè Regularibus conceſſerunt. Quæ priuilegia referuntur à Caſarub. in compendio, in verbo correctio fratrum, num. 6. & 8. Qui Pontifices inter alia verba priuilegii, ita conceſſerunt; ſcilicet, vt liberè procedere valeant ſecundum conſuetudines approbatas, & generalia inſtituta ordinis facta, & facienda; & ideò pœna ſtatutaria propriæ Religionis tollit pœnam iuris communis. Thom. à Ieſu de viſit. regul. cap. 19. num. 3. Peyrin. in formul. litt. S, cap. 3. num. 5. Ghisl. de iudic. regul. cap. 13. num 11. Pellizz. in manual. regul. tract. 7. cap. 1. nu. 7. & 8. & alii, Caſarub. in compend. verbo correctio fratrum, num. 6. & 8. Manſus de modo procedend. cap. 19. num. 3. Berti in praxi, titul. 5. cap. 5. num. vndecimo, & duodecimo.

4 Et tantùm quando Reus eſt capax pœnæ taxatæ, poteſt iudex commutare illam in aliam ſimilem, cuius eſt capax. Baldus in l. nouerint, num. 5. C. ſi intra certum tempus. Ghisler. de iudice regul. cap. 20. num. 24. Ex praxi Religionis, vel ex Sacris Canon. elicita. Sanch. in Opuſcul. tom. 1. lib. 2. cap. 1. dub. 6. num. 20. & alii citati infra num. 107.

5 Hinc eſt, quod protectores ordinũ, & alii, ad quos de iure poſſunt recurrere regulares; non debent iudicare, niſi ſecundum eorum ſtatuta; Quia priuilegia ſunt Pontificia, & aſtringunt quoſcumque iudices regularium. Ghisler. dicto cap. 13. num. 14. & Peyrin. & Pellizzar. vbi ſupra, qui etiam adducit Clem. 1. de priuileg. & cap. fin. §. puro de ſtatu monac.

6 Vbi verò regularia ſtatuta in pœnis infligendis non prouident, recurrendum eſt ad Sacros Canones. Ghisl. dicto cap. 13. num. 13. Thom. à Ieſu dicto cap. 2. num. 2. Paſſar. in Scholiis ex Genuenſ. nu. 8. Peyrin. dicto numero quinto. Berti dicto tit.

tit.5.cap.5.num.9.ita vt pœnæ in-
flictæ contra Clericos in iure cano-
7 nico habeant etiam locum in tali
caſu contra regulares,vt dicit Pel-
liz. tract.9. c.4.nu.191. Et licèt ve-
rum ſit, quod regulares non ſub
iaceant pœnis iure communi latis
contra clericos, etiam concurren
te eadem ratione, idem Pellizza-
8 rius tractatu ſeptimo capite pri-
mo num.37. quia religioſi in odio-
ſis non veniunt nomine Clerico-
rum, Abbas in c.1. nu.7. ne Cleric.
vel Sylu. in verbo Clericus 1. nu.1.
Præpoſ. in 3. par. q.4. de interdict.
dubio ſecundo numero ſeptimo,
Vgolinus tabula quinta, §.5. nu.3.
Alter. tom.2. diſp.1.c.5.dub.6. Co-
ninch. de Sacram. diſp.17. dub.1.
num.9. Auila par.5. diſp.1.dub.4.
concluſione ſeptima. Layman
libro quinto tract. quinto, parte 4.
c.4. nu.3. Portel. in dub.regul. ver-
bo interdictum nu.5. Diana par.5.
tr.10. reſ.81. Tamen hoc procedit,
quando regulares in proprijs ſta-
tutis habent pœnas taxatas. Quan-
do verò in proprijs ſtatutis non ha-
bent pœnas taxatas ſumi debent
ex iure canonico inflictæ contra
clericos. Pelliz.d.tract.9. c.4.n.191.
Berti in pract. tit.28. c.3. nu.5. vbi
ita dicit; Ex his enim, quæ con-
tingunt in clericis coniecturari po-
teſt, quid faciendum ſit in mona-
cos, atque ex ratione, qua vtitur
iudex in aliarū familiarum religio-
9 ſos transferenda ſunt, quæ ad no
ſtros monacos emendandos perti-
nent.

10 Deficiente iure canonico, re-
currendum eſt ad ius ciuile. Pelliz.
Peyr. & alij ſupra citati; Nam le-
ges ciuiles, quæ ſeruantur in ne-
gotiis laicorum, fortius ſunt ſer-
uandæ in negotiis clericorum,
quando non obſtat aliqua lex Pon-
tificia in contrarium, in quo tan-
tum caſu lex canonica diſcordat à
lege ciuili, vt dicitur in c.certum
x. diſtin. & gloſ.ibi, & probatur e-
tiam ex c.1.de iuram.calum.ex c.vt
inquiſitionis de heret.in 6.Garz.in
tract. de vltimo fine iuris, in 11.
illationem.162. Imò ius ciuile vbi
non eſt reprobatum à iure canoni-
co, vel illi non contrariatur, di-
citur a iure canonico comproba-
tum. Archid. in c. ſi inter 6. q.4.
Dec.in c.Eccleſiæ S.Mariæ n.104.
de conſt.& ibi etiam Abb.Marant.
in praxi par.3. num.74. & eſt com-
munis opinio Doctorum, quod
leges Imperatorum obſeruandæ,
& ſequendæ ſunt, in foro Eccle-
ſiaſtico, & Eccleſiaſticis cauſis ſi
iuri canonico non obuiant, & ca-
nonicis Sanctionib.non repugnant
c. inter alia de immun. Eccleſiaſt.
cap.1. diſt.10. & 161. gl. in verbo
adiuuantur, & in cap.1. de noui
oper. nunc. & ibi etiam gloſ. Bald.
conſ.30. vol.1. conſ.135. in fine,
conſ.397. col. 2. vol.3. Alexand.
conſ. 122. numero 7. vol. 5. Co-
uar. pract. qq. capit. 8. numero 5.
verſic. nihilominus. Capra con-
cluſione 15. numero 4. & conclu-
ſione 6. numero 3. Alderan. Ma-
ſcardus de general. ſtatutorum in-
terpretatione concluſione 1. nu-
mero 122. vbi alios citat. Mich.
Fer. quæſtione 36. numero 4. con-
cluſione 1.

Et quando caſus eſt deciſus de iure ciuili, & dubius de iure canonico ſeruandum eſt ius ciuile, & etiam in foro Eccleſiaſtico. Abbas in cap. 1. num. 6. de noui oper. nunc. & in cap. dilecti in 1. notab. de iudic. Iaſ. in tit. qui feud. dare poſſ. in vſibus feud. nu. 39. verſic. tertio facit, Marant. in ſpec. 3. par. princip. num. 73. Sayr. in Clau. Reg. lib. 3. capite ſeptimo, numero trigeſimoprimo in addit.

Et vbi ius ciuile ſtatueret æquitatem, & ius canonicum rigorem, ſeruatur ius ciuile, etiam in foro Eccleſiaſtico; ita ex Felino in capite, in cauſis, column. 1. de teſtibus. Maranta vbi ſupra n. 76.

Et tandem ad ius municipale Regni, & legitimas conſuetudines. Rodriqu. qq. regul. tom. 2. q. 2. art. 3. & Hieronym. Rodriqu. in compend. reſ. 47. nu. 3. Aldret. de relig. diſcip.
11 mend. lib. 2. cap. 14. n. 5. Portel. verbo correctio fratrum nu. 51. Thom. à Ieſu dicto ca. 2. n. 3. & 4. Pellizar. vbi ſupra n. 8. Baſſeus in verbo pœna, in ſupplementum, n. 6.

12 Puniri licèt regulariter nemo poteſt aliqua pœna certa, ſi à iure aliquo non ſit expreſſa; l. at ſi quis, §. diuus, ff. de religioſ. & ſumpt. fun. §. cum igitur, Auth. de non eligen. ſecundo nubent. Menoch. de arbitr. caſu 176. num. 1. & iudicis arbitrio cenſetur relicta pœna, quando à iure, vel ſtatuto non eſt contra delinquentem inflicta, l. hodie, ff. de pœnis, c. de cauſis, §. illis autem de officio delegat. arg. l. 1. §. 1. ff. de iure deliber. gl. in verbo arbitrium, in capite, ſuper his, de accuſat. leg. nemo martyres, in verbo dictabat, & ibi Bald. C. de Sacroſanct. Eccle. Menoch. de arbitrar. quæſt. 14. n. 6. Barboſ. in collect. ad dict. cap. ſuper his n. 6. Tuſc. litt. P, concl. 217. n. 1. Ricc. in prax. for. Eccleſiaſt. reſolut. 27. num. 2. par. 2. Cartar. deciſ. 40. n. 13. & tunc iudex debet ſeruare quod conſuetum rationabiliter fuit in ſimili, quia in pœnis arbitrarijs proceditur de ſimilibus ad ſimilia. Menoch. de arbitr. q. 14. nu. 3. Cabal. caſu 99. n. 94. & caſu 258. n. 3 Franch. deciſ. 553. n. 12. Giurba conſ. 6. n. 18. & 19. & idem dicitur, quando caſus eſt omiſſus in iure, gl. in l. ſi id quod, ff. de iuriſd. omn. iudic. Caualc. de brach. reg. par. 4. nu. 109. & iudex in huiuſmodi caſu obſeruabit, vt huius ſimilitudinis mentionem faciat, Menoch. dicto num. 3. & ſi non conſtet de obſeruantia debet iudex inclinare in mitiorem partem. Alex. conſ. 13. n. 6. lib. 7. Tuſc. litt. P, concl. 217. num. 11.

Et ſi lex, vel ſtatutum duplicem pœ-
13 nam imponit pro vno delicto, ſi vna pœna ipſarum commutetur, vel minuatur non faciendo mentionem de altera, cenſetur remiſſa. Menoch. vbi ſupra num 9. Maſtril. deciſ. 271. n. 27. Decia. conſ. 90. col. 2. verſ. ſed tamen vlterius.

14 Lex, ſeu ſtatutũ pœnã imponens, non extenditur ad delicta cõmiſſa ante ipſam legem, vel ante ipſum ſtatutum. Quia lex non porrigitur ad præterita, ſed reſpicit tantum futura, cap. 2. de conſtit. l. leges la 2. C. de legib. Rota deciſ. diuerſ. 343. in fine par. prima, & deciſ. 158

num.

num 5.par.2. Farinacius deciſ.318. nu.6.par.3.& deciſ. Rot.Rom.608. num.15.par.4 cum pœna trahatur a delicto. Et delictum iam commiſſum non poteſt trahere pœnam in futuro. Felin.in ca.quamuis de conſtit.n.14.Ideò lex diſpoſitiua de futuris tantum actionibus intelligitur.Bart.in l.cum lex,ff. de legibus.

Ampliatur hæc concluſio, quod non ſolum lex non extenditur ad præterita;ſed neque extenditur ad præſentia,quæ habent cum præteritis connexionem, ſeu dependentiam. Rota diuerſ.deciſ.818.par.3. Alderin. Maſcard. de interpræt. ſtat. concl.13.n.14.

Ampliatur 2. vt tãto magis procedat concluſio ſi eſſemus in lege,vel ſtatuto,quod faceret delictum aliquẽ actum, qui prius non erat delictũ. Bart.in leg. omnes populi,in quinta quæſt.principali num.44. verſic. ſi delictis,ff.de iuſt.& iur. Farin. in fragm.par.2.litt.L,n.27.

Ampliatur tertiò, vt procedat etiam ſi ratio, & cauſa, propter quam inducta fuit lex, vel ſtatutum ante ceſſerit. Quia lex non trahitur retro ad tempus antecedentis rationis,ſed tantum in occurrentibus in futurum. Felin.in c.fin.n.2. de conſtit. vnde rationabiliter Alderin. Maſcar.de interpret.ſtatutor concluſ.13.reprobatur.Cæphal.conſil. 144.n.39.lib.5.

Ampliatur quartò, vt procedat etiã ſi ſtatutum, vel lex vteretur verbis ſubiunctiui modi; Quæ poſſent importare præteritum, & futurum. Puta, ſi dicat, ſi quis commiſerit, quæ verba in lege, vel ſtatuto importabunt ſolum futurum. Abbas in dicto cap.fin. in tertio notabili, Felin.ibi.ſub num.2. verſ. ſecundo amplia. Capra concl. 6.num.79.Alderin.Maſcard.vbi ſupra num.6. vbi alias ponit ampliationes.

Limitatur tamen primo, vt concluſio procedat in dubio; ſecus tamen in claris. Nam ſi lex expreſsè diſponit de præteritis,ſine dubio ea comprehendit. Alderic.Maſcardus vbi ſupra num.15.

15 Limitatur ſecundo,vt non procedat in lege, vel ſtatuto declaratorio legis,vel ſtatuti antiqui dubij. Nam hæc trahitur ad præterita, ita Doctores in dicto cap. fin. de conſtit. & de communi docet Felin.ibidem ſub numero quarto.Ratio eſt,quia declaratio nihil de nouo confert, & declarans nihil noui facit,lege hæredes palam. §. ſed ſi notam,ff.de teſtam. & ibi Bartol. Paul.de Caſtr. & alij, l.adeo, § videtur.ff.de acquir.rer.domin. Clement. exiui. §. harum declarationum,de verbor. ſignificat. Oldrad. conſ.224.numero 10. Ancharanus conſ.7. numero 3. Pariſius conſil. 65. numero 5. & 6. volum.1. Soccinus iunior conſ. 95. numero 72. & 76.volum.3. Menochius conſil. 753.numero 20. Farinac. Rot. Roman. recent. deciſ. 405. numero 1. par.3. Et non mutat eſſentiam, & naturam antiquæ diſpoſitionis. Rolandus conſ.15.numero 27. volumine 3.Decian conſ.8.num.209. lib.1.conſ.6. numero tertio, libr.4. Menochius conſ.331. numero 100.

& 360.num.9. & 443. numero 71. Octau.Glorit.reſponſ.12. num. 21.

16 Nam natura declarationis eſt nihil de nouo diſponere. Barboſ.vot. deciſiu.15. nu.36. lib.1.& adeo declaratio inhæret diſpoſitioni, vt cenſeatur emanaſſe cum illa eodē tempore, ita vt inſit ipſimet diſpoſitioni. Aret. in lege, gallus, §. & ſi petente, col.1. ff. de lib. & poſth. Rim.iun.conſ.247.num.31.lib 3.& conſ.465. nu.7. lib.5. Tiraqu.in l. ſi vnquam in verbo libertis, n.13. C. de reuoc.donat. Sed hæc limitatio procedit dummodo lex, vel ſtatutum nouum, ſtet in puris terminis declarationis. Quia ſi adderet, vel minueret, diceretur noua diſpoſitio. Roman. conſ. 45. Socc. ſen. conſ. 49. numero quinto, volumine 1.

17 Et trahitur ad præterita, quando ſuperuenit ad deciſionem alterius, ex opinionibus antiquis; ſecus verò quando ius antiquum vniformiter intelligebatur, quia tunc ad futura tantum accommodatur. Farin.deciſ.608.num.15. par.4.recent.poſt Rot.deciſ.340. in fine par.1.& deciſ. 158.nu.1.par.2. diuerſ.gl.in cap.1. in verbo de cætero de poſtul.præl.Capr.dicta reg. 6.n.21.& 22. Et ſi lex, vel ſtatutum vltra declarationem imponit pœnam de nouo facienti, reſpectu huiuſmodi reſpicit futura; ſiue pœna imponatur ipſo iure, ſiue veniret imponenda per iudicem; & quando lex eſt partim declaratoria, partim editoria; Quatenus eſt declaratoria reſpicit præterita, & quatenus eſt editoria reſpicit futura, ita poſt Abb.in dicto cap. fin. num.11. de conſtit. Iaſ.in l.non dubium num.12. verſ. 2. ſingulariter limita. C. de legibus. Alderin. Maſcard.dicta conclu. 13. numero 16.

18 In pœnis imponendis delinquētibus attenditur lex, vel ſtatutum vigens tempore delicti, non autem tempore condemnationis; quia obligatio ad pœnam conſurgit ex delicto, non ex ſententia, quando pœna tempore delicti eſt certa, & ordinaria, lege 1. & ibi Doctores, ff.de pœnis, leg.iniuriarum extimatio, ff. de iniur. l.doli, ff. de ſeruo corrupt. l. ſi quis decurio, verſ. fin. C.ad leg.Corn. de falſ. cap. fin.de ſent.excom.l.ſi quis decurio, C.de falſ. Tiraqu.de pœn. temperand. §. 5.gl.4.num.2. Clar.quæſt.85. num. 5.Farin.quæſt.8. num.105. Peregr. de iure fiſc.lib.6.tit.5.num.44. Ricciul. lib.5.cap.32. nu. 22. ſiue delictum ſit priuatum, ſiue publicum. Bart.in l.omnes populi, à nu.48. & ſequ.ff.de iuſt.& iur.Bald.in l. prætor, C. de adult. & in l.1.§.bona. ff. de iure fiſci, Panor.in cap.fin.num. 12. de conſt.& ibi Felin. col.5. Cabal.caſu 156.nu.3. Maximè quando eſt impoſita ipſo iure, & eſt pœna conueniens delicto; vt ſupponitur.Bonifac.de Vitulin in tract. de malefic.in rubr.de inquiſ. & earum form. num. quinquageſimotertio. Si autem imponebatur pœna grauis, & rigoroſa, vltra quam meretur delictum, propter aliquam cauſam; puta, propter guerram, aut quid ſimile, & tunc debet attendi lex, ſeu ſtatutum tempore ſen-

ſententiæ, reducens pœnam ad cōgruentiam. Bart. in d.l. omnes populi, n.51. Alderin. Maſcard. d. concluſ.13. nu.59. attendi etiam debet tempus ſententiæ, quando iudex pęnam ex cauſa auget, vel minuit. Idem Alderin. Maſcard. & ſic in arbitrarijs attenditur tempus ſententiæ. Et idem etiam dicit Bart. vbi ſupra, quando pęna impoſita à primo ſtatuto mitigatur per ſecūdum ſtatutum, quia attenditur tempus ſententiæ, & ſequitur Cabal. dicto caſu 156. n.6. Io: Bapt. à S. Seuer. in dicta l. omnes populi. n. 155. Tuſc. litt. L, concl. 264. nu.35. Farin. Fragm. crim. par.2. in verbo lex, num.39. nam quoties lex non ſtatuit certam pęnam, ſed imponit arbitrariam, vel extraordinariam, attenditur tempus ſententiæ, & non delicti. Cabal. caſu 147. & dicto caſu 156.

19 Pęnas poſitiuas requirentes actionem externam, non tenentur ſubire, nec ſæculares, nec regulares, ante iudicis ſententiā. Ita tenet communis opinio apud Sanctorium de pęnis in genere. c.2. q.2. & ſi ferantur incurrendæ ipſo facto, vel ipſo iure, requirunt factum hominis, & per conſequens ſententiam declaratoriam delicti. Pariſ. de Put. de ſyndic. verbo pœna, c.4. n.5. vbi ait, in omni pœna obligatiua, afflictiua, priuatiua, & excluſiua requiritur ſententia ex l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſignif. & l. quod ad ſtatutum de pœnis. Molin. & Ledeſm. citati à Sanch. lege 2. in decalog. cap. 39. numero trigeſimo ſecundo. Diana parte ſecunda, tractat.3. miſcel. reſ.67. Lezana par.1. ca.10. num.3 & Pellizar. in manual. regul. tr.7. c. 6. n.10. & 23. Miſſing. obſeru.67. cent. 6. de Franch. deciſ.63. num. vndecimo.

Nec obligant in conſcientia, ita vt teneatur vltra dimittere officium, ante declaratoriam, & ante eam poteſt retinere poſſeſſionem ſui officij. Nec lex humana cenſetur obligare cum tanto rigore, vt ante omnem declaratoriam dimittere teneatur. Nauar. ſuper bull. de datis, & promiſſ. corol.31. num.41. Sot. de iuſt. lib.1. quæſt.6. ar.6. Molin. tom.1. de iuſt. diſp.96. §. quod attinet, Leſſ. lib.2. de iuſt. ca.29. num. 63. Sanch. in decalog. lib.6. cap. 15. num.65. & lib.2. cap.39. num. vltim. Sanctarel. de apoſt. cap.4. num. 13. Reginald. lib.13. num.284. Barboſ. alleg.44. n.29. Lezana lib.1. ca. 10. num.30. & 31. Peyrin. de ſubdit. tom.1. qu 2. cap.2. §. ij, concl.3. & tom.2. ad conſt.6. Iul.2. nu.19. Molpheſ. tract.9. ca.9. n.44. Dian. par.2. tr.17. reſ.67. Filliuc. tract.10 n.264. ſecus ſuper bullam Clement. de largit. muner. §.9. Tanner. tom.3. diſp. 5. q.8. num.97. Caſtellin. de electione prælud.1. §.6. numero vigeſimoprimo. Malder. c.2. q.96. art.4. membr. 4.

20 Alii dicunt, quod dicta pœna priuatiua ipſo iure officiorum Eccleſiaſticorum, &c. obligat in conſcientia quando caſus eſt manifeſtus. Quia tunc ſuperioris acta incipiunt eſſe nulla, ceſſante titulo colorato ob priuationis notorietatem. Quando autem priuatio eſt occulta non obligat

ligat in conſcientia, quia eius acta ratione publici officij ſunt valida, manente titulo colorato, ita Doctores citati à Garzia de benefic. par.5.c.4.nu.329. Clau. Reg. lib.3. cap.9. num.35. Sot. lib.1. de iuſt. quæſt.6. ar.6. Molin. tom.1. diſp. 96. §. quod attinet. Leſſ. lib.2. c.29. nu.63. Sanch. lib.6. Decalog. c.15. num.65. Reginald. lib.13. nu.284. Filliuc. tr.22. num.233. & ſeq. Io. Valer. de differ. verbo Prælatus differ. 20. nu.4. Dian. par.1. cap.7. num.28. Theſ. de pœn. Eccleſiaſt. p.1. c.7. & 28.

21 Hic inſurgit dubium, an ſi Prælatus incurrat dictam pœnam priuationis officij, ſeu dignitatis ipſo iure poſſunt ſubditi ante declarationem ab eius obedientia ſe ſubtrahere, & prima opinio affirmat, vt Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo reuertatur, nu.354.355. & 366. C. de reuocand. don. vbi citat Anan. Bart. & Lap.

Secũda opin. tenet oppoſitũ, quod requiritur declaratoria, & ante eam ſubditi tenentur eum obedire. Valer. de differ. vtriuſque for. verbo pœna differ.20. num.4. & loquitur etiam ſi manifeſtè conſtet de crimine, Dian. par.2. tract.3. miſcell. reſ.67.

Et generaliter de omni ſubiecto, & obligato, Sanch. in decalog. lib.2. cap.24. num.6. & 8. Filliuc. tr.22. num.233. 234. Farinac. quæſt.189. nu.61. Exceptis filijs, quando ipſo iure emancipantur ex delicto Patris.

Tertia opinio eſt, quòd ſubiecti non tenentur denegare obedientiam manente reo in poſſeſſione ſui iuris cum titulo colorato. Niſi vel delictum, & commiſſio pœnæ ſint notoria, vel ſi ſint occulta ſaltem probari poſſunt, & ipſe excipiens, & denegans obedientiam, id faciat cum intentione recurrendi, & probandi coram iudice competente, Farinac. vbi ſupra num.66. Anton. Theſ. de pœnis Eccleſiaſt. par.1. cap.7. verſ. reſpondeo 3. in fine.

22 Alia quæſtio eſt, an pœna latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ & inhabilitatis ad illam, obliget in conſcientia ante declaratoriam? Nonnulli dicunt, quod non ligat ante declaratoriam, quia eſt pœna valde grauis, & eſt deiectio a proprio ſtatu, & iure naturali, & ciuili quæſito, & quædam depoſitio. Nauar. de datis nu.31. & 44. ita Leſſ. lib.2. c.35. dub.26. Sanch. lib.9. de matrimon. diſp.30. num.1. & in decalog. lib.2. cap.39. num. vltim. & cap.26. nu.1. & lib.6. cap.15. num.61. & opuſc. lib.2. cap.1. dub.52 nu.11. & ſeqq. Molina diſp.96. Suuſ. ſuper bulla Clement. de largit. muu. §.9. Filliuc. tr.10. nu.264. Tanner. tom.3. diſp.5. quæſt.8. nu.97. Granad. c.2. contr.7. tr.3. Taner. tom.3. diſp.5. quæſt. 8. num.97. Malder. 2.2. q.96. ar.4. membr.4. Bordon. controu.30. quæſt.2. 3. & 5. Caſtellin. de elect. prælud.1. §. 6. num.20. Pellizar. in manual. regul. tr.7. cap.6. num.24. & hanc opinionem probabilem dicit Dian. reſ.24. tr.10. verſ. ſed fallitur. part.1. Alij verò tenent, quod obligat etiam ſi delictum ſit occul-

occultum. Caiet. Syl. Nauar. Medina & alij, quos citat, & ſequitur Suarez de legib. lib.5. cap.9. nu.2. Azor. tom.1. lib.5. cap.7. quæſt.4. Sorbus tit. ingredi Monaſteria Monial.fol.361. edit. Brix. Baſſeus verbo pœna num.3. vbi alios citat Cordub. lib.1. q.36. nu.1. Bonacin. tr. de legib. diſp.1. quæſt.1 punct.7. §.2. nu.9. Sayr. in Claui reg. lib.3. cap.9. num.35. Sigiſmund. de elect. dub.92. nu.3. Villalob. tom.1. tr.2. dub.25. nu.4. Laym. lib.1. tr. de legib. cap.15. num.5. Dian. d. reſ.24. Theſſ. de pœnis Eccleſiaſt. p.1. c.5. verſ. reſp.3. limitant tamen Bonac. num.10. Sigiſm. & Dian. vbi ſupra, quando non poteſt quis eam pœnam obſeruare ſine ſcandalo, vel periculo infamiæ. Alij aliter diſtinguunt, ſed mihi pro vera reſolutione dicendum eſt. Aliter dicendum eſſe de pœna priuationis vocis actiuæ, & aliter de pœna priuationis vocis paſſiuæ, aut inhabilitatis ad illam, nam pœna priuationis vocis actiuæ requirit ſententiam, ſaltem declaratoriam quando incurritur ipſo iure, ante quam non obliget, neque pro prima vice, quicquid dicat Theſſ. de pœnis Eccleſiaſt. par.1. c.29. ratio eſt, quia vox actiua eſt ius quæſitum, à quo nemo poteſt priuari niſi per ſententiam, licèt Malder. 1. 2. q.96. ar.4. memb.4. & Caſtell. de elect. §. 8. nu.20. aſſignet aliam rationem, ideſt, ne electiones reddantur incertæ. Quo vero ad priuationem vocis paſſiuæ, quo ad vnum actum, ſeu pro vna electione obligant in conſcientia delinquentem, quando eſt lata ipſo iure ſententia, etiam ante omnem declarationem, Theſſ. vbi ſupra part.2. verbo electio. cap.3. notab. 2. Suarez tom.1. de relig. tract. de ſimonia cap.58. n.9. Layman. lib.4. tract. de ſimonia num.73. Filliuc. tract.45. cap.13. ſi tamen ſine ſcandalo poteſt obſeruari talis pœna, & idem dicitur de pœna inhabilitatis, Bonacin. de legib. diſp.1. q.1. pun.7. §.2. n.10. Diana tr.10. reſ.24. par.1. quæ duæ vltimæ pœnæ requirunt etiam ſententiam, ſi apponatur cum alijs pœnis requirentibus ſententiam. Molin. tom.1. tract.2. diſp.96. §. duo. Filliuc. tr.34. num.79.

Et certum eſt, quòd ſupradictæ pœ-
23 næ non cenſentur incurſæ ab eo, qui violat legem ſub illis impoſitam bona fide, aut ex inuincibili ignorantia, vel inaduertentia, & ſi in foro externo probatur bona
24 fides, ignorantia, aut inaduertentia per iuramentum parti exhibitum, excludit etiam iuris præſumptionem in contrarium. Qua quidem quilibet præſumitur ſcire quæcumque ſpectant ad ſuum officium. Afflict. & Luc. de Penna citati à Diana par.5. tr.14. reſ.24. Pellizar. in Manual. regul. tract.7. cap.6. n.17. cum præſumptio iuris elidatur per iuramentum in contrarium, c. tua, & ibi gl. qui matrim. accuſ. poſſ. Nauar. lib.1. de conſ. de conſt. conſ.1. qu.2. num.6. & 7. Pellizar. dicto num.17. Portell. reſponſ. Moral. par.1. caſu 27. num.3. declara vt in num.90.

25 Et etiam certum eſt, quod incurſa

ſa pœna priuationis vocis actiuæ ipſo iure, ſi quis nihilominus eligat manente titulo colorato, ſi ſequatur poſtea declaratoria criminis, ſeu pœnæ incurſæ, talis electio, ſi nitatur tali ſuffragio, ideſt, quia alia ſuffragia non erant numero ſufficientia, erat nulla, ratio eſt, quia electio, quo ad ſingulares electores dicitur actus poteſtatis priuatæ, & officij priuati non publici. Innocen. in C. dilectus num. 5. de conſuetud. Abb. in C. ſi verè num. 9. de ſent. excomm. Felin. in C. Rodulphus num. 43. de reſcript. Garcia de Benefic. par. 5. cap. 4. num. 328. & ſeq. Theſſ. de pœnis Eccleſiaſt. par. 4. cap. 6. verſ. limita, & cap. 29. quæſt. 1. in fine, vnde malè Sigiſm. de elect. dub. 89. num. 8. exiſtimauit eſſe actum publici officij, prout etiam dicit dub. 63. num. 11. nam ſi eſſet actus officij publici, electio eſſet valida propter titulum coloratum, & errorem communem.

27 Pœnæ non habent locum niſi in caſu à iure expreſſo. C. in pœnis, & ibi gloſ. de regul. iur. in 6. Farinac. cum alijs ab eo citatis q. 18. num. 7. ideo in pęnalibus non eſt licita extenſio, non ſolum de perſona, ad perſonam; ſed nec etiam de caſu, ad caſum. Farinac. in fragm. litt. E. verbo extenſio nu. 144. vbi n. 146. ponit opinionem contrariam, & num. 149. vbi dicit, quòd opinio contraria procedit, quando niſi fieret extenſio delicta remanerent impunita. Secus ſi punita, licèt mitiori pœna, quia tunc denegatur extenſio. Hanc eandem opinionem tenet etiam Chartar. deciſ. ?2. nu. 14. Rota deciſ. 139. nu. 6. par. 1. quia in pœnalibus facienda eſt ſtricta interpretatio, l. interpretationē ff. de pœnis, Lezana verb. lex num. 41.

28 Excipiuntur tamen aliqui caſus, & primò, quando niſi lex extenderetur, remaneret ſine effectu, & eluſoria, l. ſtipulatus fuero ff. de verbor. oblig. c. ſi ſententia §. fin. & c. ſi ciuitas de ſent. excom. in 6. vbi interdictum ciuitatis, ne reſtet eluſorium extenditur ad ſuburbia gloſ. in Clem. 1. de ſepulturis, & in c. quamquam de vſuris, in 6. ita Felin. in cap. translato, de conſtit. num. 14. Nauar. cap. 27. nu. 51. Couar. var. reſ. l. 3. c. 3. nu. 9. Tiraq. in l. connubial. gl. 5. num. 15. Sarmient. lib. 1. ſelect. interpetr. c. 12. num. 5. 6. & 7. Maſcard. de prob. concl. 596 num. 2. Suarez de legib. lib. 4. cap. 2. num. 7. Velaſc. tom. 2. conſult. 159. num. 10. Summa Naldi in verbo pœna nu. 33. vbi ponit exempla, & inter alia dicit, quod ſtatutum pœnale contra loquentes cum bannito, locum habet etiam in mittente epiſtolam, aliàs redderetur inutile, & eluſorium, & citat gl. in d. c. quamquam de vſur. c. Clerici 81. diſtinct. & gl. in c. conſtitutionem de ſent. excomm. in 6. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 301. nu. 18. Viu. opinion. 271. ante finem Villagut. in tract. de extenſione legum rubr. de extenſ. legis correct. & pœnal. ſimul num. 3. Farinac. qui alios citat in d. fragm. litt. E. verbo extenſio num. 154. & hoc procedit etiam in cenſuris, c.

ſi

ſi ſententia, §. fin. & dict. c. ſi ciuitas, de ſent. excom. in 6. dicta Clem. 1. de ſepult. dicto cap. quamquam, de vſur. in 6. vbi gl. Imol. in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim.

29 Secundò, excipitur, quando lex eſt lata in fauorem animarum. Bart. in auth. Sacramenta puberum, nu. 19. C. ſi aduerſ. venditionem. Iaſon. ibi n. 72. Franc. in c. ſciant cuncti de electione. in 6. num. 6. Hoſtienſ. in capite penult. in fine, qui filij ſint legitim. & ibi Io: Andr. num. 5. Anchar. nu. 5. Antonin. num. 9. Abb. num. 5. & 6. Henric. num. 10. Præpoſ. num. 3. Alexan. de Neuo num. 7. Couar. 4. decret. par. 2. cap. ſexto, numero duodecimo. Caſtil. l. 40. taur. num. 14. Gratian. regul. 111. num. 6. Flamin. de reſign. lib. 11. num. 17. Azeued. lib. 5. recompil. tit. 1. l. 2. nu. 4. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 1. numero 8.

Et ſit extenſio etiam in exorbitantibus fauore animarum. Crauetta, de antiqu. tempor. par. 4. in principio num 79. Villagut. vbi ſupra, rubr. de extenſione legum exorbitantium num. 3. in fine, in vltima ampliatione, & alij citati à Farin. vbi ſupra num. 109.

30 Tertiò, excipitur, quando agitur de ſalute animæ, & de peccato euitando; nam etiam in odioſis, & pœnalibus fit extenſio. Io: Andr. & Abbat. in cap. quæ ſicut extra de diuort. Iaſ. Anchar. & alij citati à Crauet. dicta par. 4. §. videamus modo de aliquibus limitationibus, num. 10. Quaranta in verbo caſus reſeruati, numero tertio, & in verbo confeſſor. col. 4. & alii citati à Farinacio, vbi ſup. n. 111. idem etiã dicit in correctoriis, numero 112. & in correctoriis, & pœnalibus ſimul, numero centeſimo decimotertio, cum aliis ab eo citatis. Et ideo, pœna ſancita in Bulla Clement. Octaui, contra ſollicitantes mulieres in confeſſione, locum ſibi vendicat etiam contra ſollicitantes pueros, eo quia in Bulla agitur de ſalute animæ. Riccius in praxi rerum quotidianarum 66. tom. 3.

Et conſtitutio Pij Quinti, emanata contra exercentes vitium ſodomiticum locum etiam ſib vendicat in illo, qui vitium beſtialitatis commiſerit præpoſtera Venere, eo quia facienda eſt extenſio ad finem tollendi peccatum. Abb. in capite ex tenore, numero ſexto, qui filii ſint legitim. Iaſon in auth. quas actiones, numero vigeſimo quinto, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Rota deciſ. diuerſ. 29. numero decimo, volumine ſecundo. Riccius dicto tom. 3. reſol. 59. loquens in propriis terminis, & citans etiam Rolandum conſilio ſeptimo, volumine primo. Rodriquez in ſumma par. 1. capite ducenteſimo nono, numero ſecundo. Quaranta in Bullar. verbo ſodomia, licet contrarium teneat Diana reſolut. ſexageſimaſexta, tractatu tertio miſcellanearum; necnon extenditur contra committentes ſodomiam cum fœminis; & licet in foro interiori cõſcientię hoc peccatũ ab aliq. Theolog. non vocetur ſodomia, ſed peccatum contra naturam, tamen ſecũdum iuriſtas poteſt etiã vitiũ ſodomi-

miticum committi cum fœmina, l. adulterij malum, & c. vſus ibi fœminis 32. quæſt.7. Nauar. de iudic. lib.2. conſ.1. Clar. in §. ſodomia num.2. vbi quòd ſenatus ſæpè iudicauit ſodomiam committere etiam cum fœmina, & quod tam mulieres, quàm viri combuſti fuerunt. Menoch. caſu 286.& in proprijs terminis conſtitutionis Pij V. Ricc. dicto tom.3. reſol.60. Sed de hoc dictum fuit ſupra par.5. c.4. in fine.

31 Quartò, excipitur, quando lex eſt lata in fauorem Eccleſiæ, gl. in c. ſciant cuncti verſ. aliàs de elect. & ibi Dominic. num.6. Franc. num.6. Leſſ. de iuſt.& iur. lib.2. c.45. dub.4. n.22. vbi ex Suarez c. conqueſti de ſent. excomm. lata contra infringentes, & ſpoliantes Eccleſiam extendit contra comburentes. Farin. vbi ſupra n.106. vbi cum alijs citatis idem dicit, quando agitur de qualibet alia pia cauſa,& n.108. vbi quod ſit extenſio etiam in exorbitantibus fauore piæ cauſæ, prout, quando agitur de fauore Religionis, & de extenſione facienda fauore relictorum pro anima vbi citat Crauet. & Villagut. qui ex hac concluſione facit plures illationes; limitatur tamen, quando agitur de præiudicio alterius piæ cauſæ. Ita ex dicto Villagut. idem Farinac. ibidem numero 114.

32 Quintò, excipitur, quando agitur de fauore Reipublicæ. Farin. poſt alios vbi ſupra num.100. Vbi ampliat de extenſione facienda de perſona ad perſonam. Et quòd in fauorabilibus ſit etiam extenſio legis exorbitantis de perſona ad perſonam. Et etiam in pœnalibus, & correctorijs ſimul.

33 Sextò, excipitur, quando delictum eſt contra bonum commune. Vt cum Hoſtienſ. & alijs Sanctorius de pœnis in genere cap.2. quæſtione 6.

34 Septimò, excipitur in correlatiuis, vbi eſt eadem ratio, reſpectu vnius, & eiuſdem actus indiuidui, & quando vnum non poteſt prohiberi ſine altero, nam ſi prohibeatur vendere frumentum extra ciuitatem ne ciuitas fame pereat; hæc prohibitio habet locum etiam contra emptorem, qui eadem pœna tenetur; nam in vtroque viget eadem ratio, ſecus ſi pœna infligatur contra dantem ad vſuram, nam non compræhendit recipientem, cū non vigeat eadem ratio. Theſſaur. vbi ſupra Farinac. dicta litt. E. num.240. Nald. in ſumma verbo lex num. 34. Idem etiam eſt dicendum de reſeruatione caſus ſodomiæ, quæ extenditur ad patientem, vt de communi ſententia docent Foronus de caſibus reſeruatis part.2. caſu 7. §.1. numero 6. Coriolan. part.2. caſu 9. §. primo numero 30. Bonacin. de matrimonio quæſtione 4. pun.11. Finell. de caſibus reſeruatis caſu 9. Riccius in praxi tom.3. reſpon.51. numero 4.

35 Octauò, excipitur vt extendatur pœna ad caſum, ſeu perſonam comprehenſam ſub generalitate verborum. Quia quod ſub genere continetur, id expreſſum dici poteſt.

poteſt. Farin. vbi ſupra num. 152. vbi alios citat, Tiraq. de lege connub. gl. 7. nu. 88 vbi hanc conclusionem limitat pluribus modis.

36 Nonò, excipitur extenſio licèt non fiat ad incurrendam pœnam, conceditur tamen ad pœnam euitandam. Farinac. ibidem numero 151.

37 Decimò, excipitur, quando ex ipſa extenſione fraudibus obuiatur. Dec. in regula factum §. pœnalibus num. 11. ff. de reg. iur. Farinac. dicto verbo extenſio nu. 84.

38 Vndecimò, excipitur, quando lex loquens de vno, eo quòd id frequẽtius contigit: extẽditur ad aliud, in quo eſt eadem ratio, ſed rarius accidit, l. 1. C. de raptor. Virg. vbi punitur vir rapiens mulierem, & idem ſeruatur ſi mulier rapiat virum, quamuis hoc tanquam rarò contingens non fuerit expreſſum à lege. Nald. in ſumma verbo ſermo num. 6. vbi alios citat, & in verbo lex num. 4. nam lex frequentioris vſus cauſa aliquid decernens caſum minus frequentem non excludit, ſed compræhendit, dicta l. 1. C. de rapt. virg. l. verbo Dei, C. de his qui ad Eccleſ. confug. Clem. 1. verb. præſidentes de reſcrip. Velaſc. tom. 1. conſ. 8. num. 2. Sanchez lib. 3. de matrimon. diſp. 20. num. 3. & lib. 9. diſputatione 14. num. 16.

39 Duodecimò, excipitur, vt fiat extenſio de ſimilibus ad ſimilia, vnde ſtante ſtatuto, quòd percutiens aliquem in platea puniatur capite; habet locum in eo, qui percutit in Palatio Dominorum. Et ſtatutum puniens percutientem in gula, habet locum in percutientem in mammilla ſiniſtra. Farinac. dicto verbo extenſio numero 191. vbi multos citat, & numero 192. limitat in pœna priuationis, quæ non habet locum niſi in caſu à iure expreſſo, licèt in pœnalibus caſus omiſſus nõ punietur de ſimilibus ad ſimilia, ſed pœna extraordinaria, Vrſill. deciſ. 265. numero 63. Boer. deciſ. 338. num. 9. Tuſc. litt. P. concluſione 216. numero 4.

40 Tertiodecimò, excipitur in his, quæ veniunt per modum conſequentis neceſſarij. Dummodò verba ipſius conſtitutionis pœnalis id paterentur, aliàs ſecus. Euerard. in loco à conceſſione conſequentis ad conceſſionem antecedentis nu. 1. & in loco à ratione legis larga numero 70. Farin. dicto verbo extenſio num. 229.

41 Quartodecimò, excipitur in his, quæ veniunt acceſſoria, l. fin. C. de finib. Vrb. Conſtan. & ibi Bart. & Io. de Platea lib. 19. Crauet. loco ſupra citato num. 39. vbi ampliat etiam in correctoriis, & exorbitantibus. Euerard. in dicto loco à ratione legis larga numero 33. Villagut. de extenſ. legum rubr. de extenſ. leg. Correct. numero 266. & ſeqq. vbi loquitur etiam in Correctoriis, & pœnalibus ſimul.

42 Quintodecimò, fit extenſio in pœnalibus ex identitate rationis, quando ratio eſt expreſſa in diſpoſitione, Farinac. qui multos citat

in dicto verbo extenſio num.171. & quando per omnia par eſt ratio, cap.1. §. porrò & ibi Bald. col.3. quæ fuit prima cauſa amittend. beneſic. Bald. & Alexand. in l. ſi quis id ff. de iuriſdict. omn. iudic. Dec. conſ.555. num.8. par. 1.

43 Sextodecimò, extenſio fit in pœnalibus exorbitantibus, & Correctorijs de vno ad aliud æquiparatum à lege antiqua. Quo caſu diſpoſitio ſuperueniens ſuper vno æquiparatorum extenditur ad aliud, l. ſi quis ſeruo alieno c. de furtis, Crauat. dicta part. E. de antiquo tempore à numero 98. & ſeqq. vſque ad num.109. & num. 140. Surd. conſ.177. numero 33. Raudenſ. de Anolog.140. num.30. & 31. Alder. Maſcard. de ſtatut. concluſione 4. numer.190. & 191. Et ſufficit æquiparationem adeſſe in materia, & in puncto, de quo agitur: Licèt non adſit æquiparatio in alijs caſibus, quando tamen eſt eadem ratio, Secus ſi diuerſa; nam æquiparatio debet eſſe vniuerſalis per viam regulæ, & in omnibus, & per omnia, ita Farin. dicto verbo extenſio à numer.203. vſque ad num. 208. & ideo ſtatutum nouum diſponens in vno ex æquiparatis à ſtatuto antiquo, non intelligitur diſponere in alio, quã do ratio eſt diuerſa: Alder. Maſcard. vbi ſupra numero 194. Maſtril. part.3. deciſ.116. num.45. & ſeqq.

44 Decimoſeptimò, fit extenſio in pœnalibus quatenus verborum proprietas eam patitur. Villagut. dicto tractat. de extenſione legum, rubric. de extenſione legis pœnal. receptu meræ pœnæ, numero 49. & alij citati à Farinac. vbi ſupra num.161.

45 Decimooctauò, extenſio in pœnalibus conceditur à maioritate rationis, quando agitur de extenſione facienda de perſona, ad perſonam, Euarard. in loco à ratione legis larga, numero 63. verſiculo primò enim fallit; Secus de extenſione, de caſu ad caſum. Idem numero 64. cum aliis citatis à Farinac. vbi ſupra, num.73. qui num.74. dicit, quod fit extenſio etiam de caſu ad caſum, quando niſi fieret extenſio ſequeretur abſurdum. Quando autem nullum ſequeretur abſurdum, non fit extenſio, ex Crauet. loco ſupra citato num.23. & 24.

46 Decimononò, fit extenſio in correctoriis, & pœnalibus ſimul, quando ex ea reditur ad ius antiquum. Villagut. de extenſione legum rubr. de extenſione leg. correctoriæ, & pœnal. ſimul, num.72. & ſeqq. Farinacius, vbi ſupra numero 86.

47 Vigeſimò, fit extenſio ex identitate rationis de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam etiam in correctoriis, & pœnalibus *in ſubrogatis*. Villagut. rubr. de extenſione legis pœnalis *reſpectu* meræ pœnæ, num.24. *Farin.* vbi ſupra num.211.

48 Vigeſimoprimò, fit extenſio in Correctorijs, & exorbitantibus, ac pœnalibus ex identitate rationis ad caſum non expreſſum, qui ſub lata ſignificatione caſus expreſſi

preſſi continetur. Dummodò ratio ſit expreſſa in diſpoſitione, aut nonniſi vnica afferri poteſt, aliàs ſecus. Crauet. de antiquo temp. d. par. 4. in principio, numero 83. & ſeq. Farinac. dicto verbo extenſio, numero 247. & 248. contra Rocc. de Curte, & alios ibi citatos.

49 In multis autem caſibus non fit extenſio in pœnalibus; de quibus latè Farinac. in dicto verbo extenſio. Quando minor viget ratio in caſu omiſſo, extenſio non habet locum, etiam ſi ratio eſſet expreſſa in lege. Alexand. conſ. 97. num. 12. lib. 2. Rol. à Vall. conſ. 55. numero 32. lib. 1. Honded. conſ. 1. numero 26. lib. 1. & alii ab ipſis citati. Et quælibet diſſimilitudo, vel quælibet ratio contrarium ſuadens; impedit extenſionem, licèt ratio eſſet expreſſa; & caſus de ſui natura extenſibilis. Roland. conſ. 27. numero 19. verſ. quia dicta, libro primo. Honded. conſ. 81. numero 33. libro primo. Et vbi dubitatur, an eadem ratio vigeat in caſu omiſſo, quæ viget in caſu expreſſo, non fit extenſio, etiam in materia extenſibili. Alexand. conſ. 207. numero 15. verſ. confirmo libro ſexto. Crauet. conſ. 67. numero 6. verſ. amplius libro primo. Honded. dicto conſ. 81. numero 34. Chartar. deciſ. 82. numero 17. 18. & 19. & quando agitur de præiudic. cauſæ fauorabilis, nec fit extenſio. Farinac. poſt Alexandrum, & Bonac. in appendice de Immunitate Eccleſiaſtica, capitulo vltimo numero 355. vbi loquitur de caſibus exceptis à Conſtitutione Gregorij XIV. vltra quos non fit extenſio etiam ex maioritate rationis.

50 Pœna impoſita aduerſus gerentes actum prohibitum ſcienter: an comprehendat eos, qui etiam per ignorantiam craſſam, vel affectatam illud committant? Et pro clariori intelligentia præmittendum eſt, quòd ignorantia craſſa,
51 & ſupina eſt illa, quæ procedit ex lata culpa in adhibenda diligentia; Et eſt neſcire id, quod quis inueſtigare, & ſcire tenetur, præſertim ratione officii. Farinac. in Fragm. verbo ignorantia numero 162. cum aliis ab eo citatis. La-
52 ta culpa eſt, quando ignorans, aut nullam, aut valde modicam adhibuit diligentiam, vel eſt illa, qua quis ignorat ea, quæ communiter omnes ſciunt, & ſcire tenentur, l. nec ſupina ff. de iuris, & facti ignorantia. Ignorantia
53 affectata eſt illa, quam habet is, qui cum poſſet, & deberet ſcire, noluit ſcire, vt liberius peccaret iuxta illud Pſalm. 35. noluit intelligere, vt benè ageret capite penultimo 37. diſtinctione, cap. eos de tempore ordinandorum, & Andreas Gail. libro ſecundo obſeruatione 48. numero 16. dicit, ignorantiam affectatam eſſe, quando quis per ſimulationem aliquid ignorat, hoc eſt, quando ſcire potuit, ſed noluit, quia diſſimulauit. Idem aſſerunt Sforza Odd. de reſtitutione in integrum parte prima quæſtione 8. numero 58. Io. & Baſt. à Coſt. de facti ſcientia, & ignoran. inſpect. 81. nu. 9.

num. 9. vbi dicit ignorantia voluntaria dicitur, quæ aliàs appellatur affectata, procurata, ſimulata,ſeu optata; qua quis ignorat id, quod ſcire tenetur; quia non vult ſcire ob prauitatem mali deſiderij. Quæ ignorantia habetur non tantum pro ſcientia,ſed & pro nequitia,ex Benintend. deciſ.96.num.3.& 4. & facit gloſ. ad cap.eos verſic.affectata de tempor.ordin.in 6.& Clem.1. verſ. ſcienter de conſanguin. & affinit.

54 Inter ignorantiam craſſam, ſeu ſupinam, & inter ignorantiam affectatam eſt maxima differentia; nam ignorantia craſſa procedit ex lata culpa,& per accidens, & indirectè eſt volita. Ignorantia affectata procedit ex dolo, & eſt directè volita. Quia directè ignorans vult ignorare, ne à ſcientia iuris, vel conſtitutionis à peccato retrahatur. Et dicitur etiam dolus non tantum præſumptus, ſed etiam manifeſtus, per regulam datam in cap.2.de conſtit. D.Thom.cap.2.q.76.art.3.& quæſt.6.art.8.& ideò a gloſ.in cap.eos,de tempor.ordinat. æquiparatur ſcientiæ. Ita Graff. deciſ. aur. par.1. lib.5. cap.9. num 38.& ita etiam dicit Molina tract. 5.de iuſt.diſp.71.num.13.vbi dicit, quod dolus in ignorantia affectata ex ipſa affectatione interuenit. Et de hac ignorantia videtur loqui tex.in l.1.ff.de legib. vbi per leges puniuntur delicta, quæ per ignorantiam committuntur, idest affectatam;quia aliàs per ignorantiam craſſam procedentem ex lata culpa non puniuntur pœna ordinaria, & ex his patet,quod ſcientia, & ignorantia affectata æquiparantur.

His præmiſſis ſit prima concluſio. Ignorantia craſſa, & ſupina excuſat à pœna impoſita illis,qui ſcien-
55 ter aliquid faciunt; Quia excuſat à dolo, & conſequenter à pœna ordinaria. Baſil. Bont. de matrim.lib. 20.cap.6.num.10.Card.in Clemen. 1.quæſt.39.de priuileg.& quod excuſat à cenſura loquuntur D. Anton.3.par.tit.24.cap.54. Roſella verbo abſolutio 1. nu. 46. Angelic excom.5.caſu 12. numero decimo quinto, & verbo dolus numero 1 Caiet.in ſumma, verbo excommunicatio,cap.81. Tabien. excommunicatio 5.caſu 11. quæſt 6. num. 7 Nauar.in manuali,cap.27.num 141 Sylu.verbo ignorantia num.18. & verbo culpa,quæſt.11. Couarru. in epit.par.2.cap.6.§.8.num.21.Molina tract.5.de iuſt.diſp.71. num. 13. Suarez.de legib.lib.2.cap.12. num. 14.Sanch.de matrim.lib.7. diſp.48. nu.29. & lib.9.diſp.32.numero 36. Layman lib.1.tract.de legib.capite 20.num.2.Bonacina de Cenſuris,in communi diſput.1.quæſt.42.punct. 1.num.12. & omnes alij communiter. Farinacius quæſtione 90.nu. 99. Ratio eſt, quia quotieſcumque petitur ſcientia ad incurrendam aliquam pœnam,exigitur dolo proinde ignorantia craſſa,quia procedit ex lata culpa, & ex dolo. Et hæc eſt communis opinio. Quidquid dicat Tiraqu. de pœnis temperand.cauſa 13.num.22. Alter. de cenſur.diſp.21.cap.5. de ſuſpenſ. §. hoc autem, & Manriqu. in quæſt. moral.par.2. quæſt.79. vbi non fa-

cis

cit differentiam inter ignorantiam craſſam, & affectatam.

56 Ampliatur concluſio primò, ſiue ignorantia ſit iuris, ſiue facti. Diana par. 3. tract. 77. miſcel. reſ. 7. vbi citat Merolla in diſputat. Theologic. moral. diſp. 1. cap. 2. dub. 6. num. 232. & Anguianum de legib. tom. 1. lib. 4. controu. 4. num. 18. Auila par. 2. de cenſur. capite decimo, diſp. 5 dub 9.

57 Ampliatur ſecundò, etiam vbi quis daret operam rei illicitæ. Hurtad. vbi ſupra nu. 91. contra Couarruuiam, & Cordubam.

58 Ampliatur tertiò, ſecundum præcitatos Doctores, non ſolum quando per aliquam legem imponatur aliqua pœna hoc, vel illud ſcienter facienti; ſed etiam quando imponitur præſumenti, vel temerè facienti, vel contra eos, qui contempſerint, vel auſi fuerint, & procedit etiam in cenſuris excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

59 Inferunt ex hoc Doctores, quod ſi quis deputatus ad audiendas confeſſiones ex ignorantia craſſa abſoluerit aliquem à cenſuris in Bulla cœnæ contentis, extra mortis articulum, & ſine licentia Pontificis; non incidit in excommunicationem vi eiuſdem Bullæ latam contra abſoluentes à dictis cenſuris. Quoniam excommunicatio ibi infertur contra eos, qui abſoluere præſumpſerint ab huiuſmodi cenſuris.

60 Pariter ſi quis ex ignorantia craſſa impediat recurrentes ad Romanam Curiam pro litteris, & gratijs impetrandis; aut ſi impediat, vel faciat ne quis litteris impetratis vtatur, aut eaſdem retineat, non contrahit excommunicationem in eiuſdem Bullæ Canone contentam; quia in dicta Bulla exigitur præſumptio.

61 Hinc etiam mulieres ingredientes Monaſteria religioſorum ex ignorantia craſſa non incurrunt excommunicationem latam à Gregorio decimotertio, contra mulieres præſumentes violare dictam clauſuram. Quia requiritur dolus, licet quoad religioſos permittentes mulieres intrare in eorum Monaſterijs non requiratur dolus, ſed ſufficit lata culpa. Quia quoad ipſos non exigitur præſumptio, vt patet ex dicta Bulla Gregorij. Et notat Anton. Theſſ. de pœnis Eccleſiaſtic. par. 2. verbo clauſura capite 3.

62 Infertur etiam, quod excommunicatio lata ipſo facto in Clement. vnica de conſanguin. & affin. contra eos, qui in gradu conſanguinitatis, vel affinitatis interdicto contrahunt ſcienter matrimonium; non ligat eos, qui cum ignorantia facti, vel iuris contrahunt matrimonium cum prædictis impedimentis, etiam, quod ignorantia ſit craſſa, dummodo non ſit affectata, aut ingens temeritas, ratio eſt, quia in dicta Clementina petitur ſcientia, & quoties requiritur ſcientia ad incurrendam aliquam pœnam exigitur dolus, Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 40. nu. 19. ex glo. in dicta Clem. verbo moniales, & in verbo ſcienter. Cardin. ibid. nu. 1. oppoſit. 4. & nu. 2. q. 2. & alij Do-

ctores ab eodem Sanch. citati.

63 Inferunt etiam aliqui percuſſorem clerici non incurrere excommunicationem latam in cap. ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4. ſi ignorat etiam craſsè, & cum lata culpa clericatum, puta ſi vidit tonſuram, & tamen non putabat eſſe clericum, quia ly, ſuadente diabolo; ſcientiam, dolum, & temeritatem ſignificat, ita Abb. in cap. 2. nu. 6. de conſt. vbi etiam Alex. de Neuo num. 49. Cardin. in cap. ſi vero, il 2. in fine de ſent. excom. Felin. ibi verſ. nota, quod conſtitutio D. Anton. 3. par. tit. 24. ca. 1. §. 2. Sylu. verbo ignorantia, numero decimo octauo. Manuel. tom. 1. ſum. 2. edit. ca. 8. concl. 11. num. 11. multos alios pro hac opinione adducit Cartar. deciſ. 57. num. 18. & 19. & num. 40. Merola tom. 1. diſp. 1. numero 242. Contrarium tamen tenent Vgolin. de cenſur. tab. 1. cap. 9. §. 8. num. 6. Couarru. in cap. Alma mater par. 1. §. 10. nu. 16. verſ. illud ſane, Sayr. in Theſ. lib. 1. cap. 18. numero vndecimo, & lib. 13. cap. 27. numero ſecundo. Suarez de cenſur. diſp. vigeſimaſecunda, numero tertio, Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. trigeſimaſecunda, numero quadrageſimoprimo, & alij, quos refert Cart. vbi ſupr. numero vigeſimoſexto, ex eo, quod illa verba ſuadente diabolo; non important ſcientiam, nec dolum, ſed ne licita ſit clerici percuſſio; nempe ſi cauſa correctionis, aut defenſionis fiat, & ideò percutiens clericum cum ignorantia craſſa, incurrit excommunicationem, & hanc opinionem tenet etiam Duard. in Bulla cœnæ lib. 2. cap. 1. quæſt. 36. num. 14. quam dicit probabiliorem, quoad forum interius; prima autem ſententia exiſtimat probabilem quoad forum exterius; quòd ſi dubitetur, proprio iuramento ſe purgare poteſt; & ſi noluerit iurare, quòd ipſum eſſe clericum ignorabat, præſumitur contra eum. Et tamquam excommunicatus vitandus eſt, Sayr. dicto capite 27. numero ſecundo.

64 Secũda concluſio, ignorantia affectata nullo pacto excuſat à pœnis illatis contra illos, qui ſcienter cõtrafaciunt legi imponenti pœnas, etiam corporales, vel cenſuras, cap. eos, qui iuncta gloſſ. verbo affectata de tempor. ordin. in 6. Tiraquel. de pœnis temperandis cauſa 13. n. 22. & in fine, vbi quod grauius debet puniri, aut ſaltem æqualiter cum eo, qui ſcienter deliquit, & de retract. lignag. §. 35. gloſ. 4. à nu. 28. & ex tex. in Clement. vnica de conſanguin. & affin. & ibi gloſ. in verbo, & non affectata, Clem. 1. §. non rigorem de iudic. Gayl. lib. 2. obſer. 48. num. 18. Iacob Aynes in repet. l. cum vim, par. 3. num. 4. ff. de iuſt. & iur. Honded. conſ. 87. num. 41. lib. 1. Seraph. de priuileg. iuram. priuile. 4. à num. 102. vbi dicit, quod huiuſmodi ignorantia habetur pro ſciẽtia. Et citat Cardin. in Clement. 1. de conſanguin. & affin. & cap. Apoſtolicæ de clerico excomm. & ibi Abb. Paul. de Caſtr. conſ. 295. col. 1. num. 2. & Roman. conſ. 87. vbi dicit, quod talis ignorantia affectata nihil prodeſt. Et multa exempla ad-

adducit. Imò plurimum nocet, idem Seraph ibidem nu.114. Maſcard. de probat. concl.861.nu.31. Coſta de facti ſcient. & ignorant. inſpect.81. n.9. cum ſeq. Barboſ. de regul. iur. in 6. regul. 13. n. 12. & 18. Vbi aſſerit, quod tantum abeſt vt excuſet: quod ex ea delinquens magis incuſetur, & citat dict. C. eos qui, c. cum inhibitio §. 1. de clandeſt. deſponſal. l. qui contra ibi affectato errore c. de inceſt. nupt. Caſtr. lib. 2. de lege pœnal. c. 14. Gabr. comm. tit. de reg. concl. 6. n. 41. Sebaſt. medit. de caſibus fortuit. par. 1. q. 8. nu. 57. & 58. Iul. Scarlat. conſ. crim. diuerſ. 118. num. 18. lib. 1. Tuſc. litt. I. concl. 21. num. 3. Farin. fragm. crim. verbo ignorantia n. 167. Sanch. de matrim. lib. 6. diſp. 31. num. 4. & loquendo de excommunicatione, & alia quacũque cenſura, quòd ignorantia affectata non excuſat, quando fertur contra ſcienter facientes. d. Clem. 1. de conſangu. Franc. c. 2. de conſt. in 6. Roſella excommunicat. 1. caſu 43. nu. 2. S. Anton. 3. par. tit. 24. c. 24. Sylu. excommunicatio 9. caſu 41. num. 76. Tabien. excommun. 5. caſu 46. numero 3. notab. 2. Graff. prima parte deciſion. lib. 4. cap. 9. n. 38. Henriq. lib. 13. de excommun. c. 25. n. 3. Petrus Ledeſm. Summa Sacrament. cap. 3. de excommunicatione dub. vltimo numero 36. Suarez tom. 5. in tertia parte diſputatione 4. ſect. 10. numero 3. Sanchez libro 7. de matrimon. diſputat. 48. numero 19. & libro 9. diſputat. 32. numero 40. vbi retractat id, quod prius dixit in ſumma libro 1. cap. 10. num. 38. Molin. tract. 5. de iuſt. diſputat. 71. numero 13. Layman lib. 1. tract. 5. par. 1. cap. 5. numero 8. & tract. 4. cap. 10. numero 2. Anton. Theſſ. de pœnis Eccleſiaſt. parte prima, cap. 15. ampliat. 1. in fine, vbi idem dicit de ignorantia craſſiſſima. Manriq. qq. moral. 79. par. 2. contra Dianam infra citandum, Coninch. diſp. 23. de cenſuris in genere dub. 11. numero 93. Alter. de cenſur. tom. 2. diſp. 2. de cauſa excommunic. lib. 3. cap. 3. in fine, & quamuis contrariam opinionem teneant Duard. in Bulla Cœnæ lib. 2. q. 37. Anguian. de legib. tom. 1. lib. 4. controuer. 4. num. 18. Bonac. de cenſur. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 4. num 9. & in Bulla Cœnæ, to. 3. diſp. 1. q. 2. pun. 9. Diana par. 3. tr. 5. reſp. 13. in fine, & tr. 6. reſp. 7. Pellizar. in manual. regul. tract. 6. c. 1. n. 9. Baſſ. verbo ignorantia n. 8. exiſtimantes fieri in hoc caſu extẽſionem in legib. pœnalib. & ex hoc inferunt legentes libros hereticales ignorantia affectata, ſiue iuris, ſiue facti, non incurrere excomm. in Bulla Cœnæ, quæ fertur contra ſcienter legentes libros prædictos; inferunt etiam, quod qui cũ ignorantia affectata violat clauſuram monialium non contrahũt excom. latam à Greg. XIII. contra clauſuram violare præſumentes, & ita de ſimilibus, ſed meo iudicio errant, & eorum opinio eſt cõtra communẽ. Quia verba legis loquentis de ſcientibus, comprehendunt affectantes, vt patet ex Iuribus, & Doctoribus ſupra citatis. Inſuper ratione doli non excuſantur à

pœna ordinaria, nam in ignorantia affectata adeſt dolus manifeſtus, teſte D. Thom. 1.2.q.76.ar.3. & qu. 6.ar.8. quem citant Graff. Alter. & Sanch. ſupra citati, & dum non diuerſa, ſed eadem ratio doli, & voluntatis directè militat, tam in cõtraueniente ſcienter, quàm in contraueniente cum ignorantia affectata, ruunt rationes, & argumenta in contrarium adducta.

65 Imò ſtatutum pœnale ex rationis identitate extenditur ad caſus etiam fictos, vbi caſus verus, & fictus æquiparantur per ius commune, D. Hieronym. de monte, quæſt. 19. n. 19.

66 Ampliatur concluſio, quando ignorantia eſt ingens temeritas. Sanchez in decalog. lib. 2. c. 10. n. 38. vbi loquendo de legentibus libros hæreticales, dicit; quòd ingens temeritas eſt quando vehementem

67 ſuſpicionem quis habuit malitiæ libri; ſed ſi ſuſpicio non eſt vehemens excuſat, quando lex petit ſcientiam, quia non poteſt dici quis temerarius legis violator, per quãlibet ſuſpicionem, & dubitationem legis, non adhibendo aliquam diligentiam ad ſciendum, an ea lex ſit. Sanch. dicto lib. 9. diſp. 38. Vrtad. in Bulla Cœnæ Domini, lib. 2. Canon. 1. q. 37. n. 10.

68 Et quando lex petit ſcientiam, debet clarè, & euidenter per neceſſe delictum probari, vt contraueniens poſſit puniri pœna ordinaria; quando factum, pro quo imponitur pœna, non eſt in ſe delictum; ſed eſt delictum in quantum prohibitum, ad tex. in lege 1. verſic. latrones, ff. de recept. Baldus in lege 2. C. de adulter. Bertaz. conſ. 439. numero primo. Menochius de arbitrar. caſu 348. numero decimoquinto. Maſtrill. deciſ. 216 numero trigeſimoſeptimo, par. 3. qui loquuntur de lege prohibente receptare bannitos, & dicunt, quod ſi non probatur delictum clarè, ſed tantum præſumptiuè, videlicet per famam publicam, non ſufficit ad pœnam ordinariam, & corporalem. Cranetta conſ. 193. numero octauo. Boſſius tit. de rapinis num. vigeſimonono, & ſequen. Surd. deciſ. 221. numero quartodecimo. Farin. Fragm. in verbo ignorantia, n. 232.

69 Quando autem lex ſimpliciter prohibet aliquid ſub aliqua pœna, non petendo expreſsè ſcientiam, aut præſumptionem, vel audaciam, & quid ſimile, an ignorantia excuſet? non poteſt vno verbo reſponderi; ſed antequam reſoluam dubium pro maiori intelligentia præmitto primò, quòd ignorantia alia eſt inuincibilis, ſeu inuoluntaria, alia vincibilis. Inuincibilis,

70 quæ dicitur etiam inculpabilis, probabilis, iuſta, & antecedens; eſt illa, quæ inculpabiliter priuat cognitione ſcientiæ, & malitiæ actus, qua cognita non fieret; vt ſi quis mittat ſagittam in hominem putans eſſe feram, adhibita ſolita, & morali diligentia, & hæc ignorantia vocatur etiam priuationis. Quia eſt carentia in ſubiecto apto ad ſciendum pro eo tempore, ſtatu, &c.

71 Ignorantia vincibilis, iniuſta, impru-

probabilis conſequens, non tamen affectata, dicitur illa, quæ aliquo modo voluntaria eſt. Ideo que ſequitur voluntatem indirectam. Quamobrem culpabilis eſt, ſi verſetur circa rem cognitu neceſſariam; & dicitur vincibilis, quia ſuperari,ac tolli, & oppoſita ſcientia acquiri poteſt, ac debet. Quæ ignorantia vincibilis, (vltra affectatam, de qua ſupra,) an diſtinguatur, infra videbitur.

72 Ignorantia, reſpectu rei ignoratæ diuiditur etiam in ignorantiam iuris,& ignorantiam facti. Ignorantia facti eſt quando quis ignorat factum, ſeu qualitatem facti à ſe patrati. Prout ſi quis percuſſerit Ioannem clericum, ignorans eſſe clericum; ignorantia iuris eſt, quando ignoratur ius, ſeu lex prohibens tale factum. Et iuris appellatione venit non tantum ius naturale,Diuinum,& commune; ſed etiam ſtatuta municipalia, & ſynodalia, gloſ. in verbo in proœmio,Clement. Tiraquel. in tract. de mort.in præfat.declar.7.nu.5. His præmiſſis.

73 Ignorantia iuris, quando eſt inuincibilis,ſeu probabilis,&penitus inculpata ſi eſt probata,excuſat ab omni pœna, latæ ſententiæ pro vtroque foro; vt cum quis ignorat inculpabiliter legem prohibentem, & puniendem actionem aliàs non damnatam; Canoniſtæ in capite ſecundo, de conſtitut. & capite ſecundo,eodem tit.in 6.Suarez de legib.lib.3. ca.duodecimo, num. octauo. Sanchez de matrim.lib.9. diſp. 32. à numero vigeſimonono. Layman lib.1.tract.de legib.capite vigeſimo,numero primo, Caſtrus Palaus, tom. 1. tractatu ſecundo, diſp. 1. punct. 17. numero primo. Sayr.de Clau.Reg.lib.2. c.9.numero vigeſimoquarto. Salas de legib. diſp.ſect.9. numero centeſimodecimo.Baldel.tom.1.lib.5.diſp.45. numero 2. Rota Buratti deciſ. 182. a n.1.

74 Licèt quoad forum conſcientiæ de rarò excuſat, quia ignorantia iuris rarò eſt inuincibilis; quia vnuſquiſque tenetur ſcire leges ad ſe pertinentes, vt dicit D.Thom.1. 2.qu.70. art.4.& ſumitur ex cap.1. de conſtit.& ex l.conſtitutiones,C. de iur. & facti ignor. & non excuſat à peccato ignorantia eius,quod quis ex officio ſcire debet. Nauarr. in manual. c.23. n.233.

75 Et quoad forum externum difficulter probatur, quia ſecundùm præſumptionem iuris, ignorantia non excuſat, vt habetur in reg.13. de iur. & facti ignor. in 6.vbi dicitur, ignorantia facti, non iuris excuſat;nam ignorantia iuris in foro externo non præſumitur, & proindè non excuſat. Gayl.lib.2. obſeru.48.nu.21. Gabriel.ſub tit.de ignorant.concl.7. n.1. lib.6. Pariſ. conſ.68. à n.302.lib.3. Menoch.de præſumpt.23.à n 10. Sforz. de reſt. in integr.p.1.q.8.n.39. & 40. Tuſc. litt.I.concl.11.n.1.& 2.& vbi ſciẽtia de iure præſumitur, ignorantia dicitur ſupina,& inexcuſabilis.Io. Bapt.à Coſt.de ſcient. & ignorant. inſpect.81. Farin. in fragm. verbo

76 ignorantia, num.161. Quia leges ſcire omnes debent, & lata culpa

eſt iuris diſpoſitionem ignorare, ,
lege leges ſacratiſſimæ, ff. de legib.
Bart. in l. ſed & ſi lege, §. ſcire nu. 3.
ff. de per. hæredit. & in l. non fatetur, n. 12. ff. de confeſſ. Gayl. dicto n.
22. Gabriel. vbi ſupra, Maſcard. de
probat. concl. 636. n. 11. & ſequ. &
concl. 639. n. 1. & 2. Menoch. dicta
præſumpt. 23. n. 10. & ſequ. Sforza
Odd. vbi ſupra, Farin. in fragm. verbo ignorantia num. 218. vbi cum
alijs citatis idem dicit de errore
iuris.

Et hoc non tantum procedit in ignorantia iuris naturalis, Diuini, vel
gentium; iuxta cap. turbatur, §. notandum 1. quæſtione quarta, lege
ſecunda, vbi gloſ. C. de in ius vocan.
Sed etiam in ignorantia iuris humani, ſiue communis, ſiue municipalis, ſiue ſtatutarij. Gabriel ſub
hoc tit. concl. 5. numero duodecimo. Gayl. dicta obſeru. 48. num. 26.
Maſcard. concl. 879. numero quarto, & alij citati à Farin. dicto verbo
ignorantia num. 260. (licet Alex.
conſ. 165. num. 11. lib. 6. exiſtimet, i
gnorantiam ſtatutorum non dici
ignorantiam iuris, ſed facti,) & dicta ignorantia non ſolum iuris na
77 turalis, gentium, & Diuini, ſed etiam iuris ciuilis, aut ſtatutarij notorij dicitur craſſa, & ſupina, Farinac. q. 90. nu. 100. Tamen ſi ciuis eſſet nouellus, ſtatuti ignorantia præſumitur, & ideo excuſatur. Roman.
conſ. 202. numero tertio. Gayl. dicta
obſeru. 48. numero vigeſimo octauo, lib. 2. Traſc. concl. 23. numero
nono in litt. I. Seraph. de priuileg.
iuram. priuileg. 4. numero 177. &
ſequent. vbi etiam quando quis dicatur ciuis nouellus, & quando ex-
78 cuſat ignorantia alicuius extrauagantis, non poſitæ in libro ſtatutorum, ſeu conſtitutionum corpore. Farinacius vbi ſupra numero
269. & 264. vbi alios citat, ſed regulariter lex ſufficienter promulgata
obligat in foro exteriori poſt duos
79 menſes à die promulgationis, idem
numero quarto, vbi quod ignora-
80 tiam alleganti incumbit onus probandi, & de decretis, & edictis publicis non præſumitur ignorantia,
& eſt craſſa, & ſupina. Cartar. deciſ.
70. numero 96. & 97. Tamen quando ignorantia iuris habet admixtam ignorantiam, ſeu errorem fa-
82 cti, excuſat, Soccin. conſ. 47. num.
nono, lib. 1. Maſcard. concl. 639. nu.
20. Tuſc. litt. I. concl. 15. numero 8.
Farin. dicto verbo ignorantia, num.
265. Riccius deciſ. 65. vbi interdictum fuit in loco publico affixum,
& tamen ignorantia excuſauit cōtrauenientem.
83 Et quando ius eſt dubium, obſcurum, difficile, & arduum, excuſat.
Prout quando à Doctoribus eſt
controuerſum in eorum varijs, &
contrarijs opinionibus, Farin. dicto
verbo ignorantia, n. 266. 267. cum
alijs ab eo cit. niſi vna opinio eorū
eſſet à conſuetudine approbata, aut
communiter recepta, nam ab ea
recedens dicitur in dolo. Farinac.
ibidem num. 269. aut quando i-
84 gnorantia iuris eſt coniecturis
probata excuſat. Angel. in lege
plagii, capite ad legem Iul. de plagiariis, qui loquitur accedente
85 iuramento allegantis ignorantiã,
Maſcardus de probationibus, concluſ.

cluſ.639. numero primo, vbi alios citat.

85 Quæ ignorantia cũ ſit quid in animo conſiſtens probatur per iuramentum eam allegantis, gloſ. in capite ſecundo, in verſic. ſcienter de tempor. ordin. in 6. gloſ. in cap. propoſuiſti 82. diſt. cap. qui diuinis, verbis, & humanis 12. quæſtione ſecunda, cap. ſi vero il 2. de ſent. excommun. Couar. 2. var. capite decimo, numero ſecundo, verſiculo tertio. Menochius de arbitr. caſu 186. numero ſecundo, cum ſequent. Maſcard. concl. 638. num. 1. & 2. & concl. 881. n. 1. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 4. n. 1. Mancin. tract. de iuram. effect. 103. n. 1. Coſta de facti ſcientiæ, & ignor. inſpect. 84. num. 2. & ignorantia iuris dubii probatur per iuramentum, dicit Seraph. de priuileg. iuram. 4. num. 16.

86 Quas coniecturas ignorantiæ iuris, ponit Menoch. lib. 6. præſumpt. 23. & vna ex coniecturis eſt, quando actus à lege prohibitus non fuit factus palam, & publicè. Alia coniectura eſt, quando conſtat de perſuaſione alicuius perſonæ, cui probabiliter credi, & fidem adhiberi debuit. Alia coniectura eſt, quando qualitas perſonæ eſt talis, quæ veriſimiliter neſcit iuris diſpoſitionem. Vt eſt, ruſticus, miles, mulier, & minor. Niſi tales perſonæ feciſſent actum clam; aut ignorantia eſſet iuris naturalis; aut tractaſſent de lucro captando. De quibus latè Menochius dicta præſumptione vigeſima tertia; & Farinacius in Fragment. dicto verb. ignorantia, à num. ducenteſimo ſeptuageſimo tertio, vſque ad numerum 309. vbi, quod ruſticus excuſatur, nu. 275. ampliat in homine groſſo, idiota, & illiterato, & non ſolum excuſantur ſupradicti in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, ad euitandam pœnam ordinariam, vt in n. 285. licet, quando ius ciuile eſt notorium, & indubitatum non excuſantur, ſi poſſunt conſulere peritiores, ſecus ſi non poſſunt peritiores conſulere. Farin. ib. n. 288. Seraph. de priui. v. 4. n. 19. & ſtatutum latino ſermone confectum, & appoſitum in locis publicis, non ligat ignarum litterarum contrauenientem, niſi de eo ſit publica vox, & fama, vt poſt alios afferit Ricc. in praxi aurea variar. reſolutione 268.

87 Quando tamen vult quis probare ignorantiam iuramento, contra iuramentum admittitur probatio in contrarium. Couarruuias libro ſecundo, variar. capite decimo, numero primo, & numero … Barboſ. in collect. ad capit. paſtoralis, numero decimonono, de except. ac etiam præſumptio ignorantiæ in ruſtico, muliere, milite, & minore, admittit probationem in contrarium, ex allegatis per Steph. Lambertengh. de controu. eorum. glo. 1. numero centeſimoſexageſimoquinto, quem citat Farinacius dicto verbo ignorantia, numero ducenteſimo nonageſimo nono, nec ignorantia in foro exteriori probatur iuramento, quando eſt præſumptio facti contra allegantem igno-

ignorantiam. Quia tunc cogitur eam probare gloſ. in c. propoſuiſti diſt. 82. Nauarr. conſ. 1. num. 6. de conſt. vel ſi ſunt coniecturæ violẽtæ in contrarium, vt ſi lex eſſet ſufficienter promulgata. Sanch. de matrim. lib. 9. diſp. 32. num. 5. nec
89 ſtatur iuramento eius, qui vult allegare ignorantiam publici banni. Seraph. de priuileg. iurament. numero 158.

Et quamuis non conueniant Doctores an præſumptio iuris elidatur per iuramentum in contrarium. Opinio magis recepta eſt, quòd non recipiatur iuramentum, nec fides huic iuramento adhibetur (regulariter loquendo,) quando iu-
90 ris præſumptio repugnat. Felin. in c. 2. num. 17. de conſtit. Couar. in regula poſſeſſor 3. par. §. 3. nu. 4. verſ. 18. Gratian. reg. 270. num. 7. Menoch. de arbitr. caſu 186. nu. 7. & 8. & de præſumpt. lib. 1. qu. 77. num. 4. Ideo quando ius præſumit ſcientiam, ignorantia non probatur iuramento. Hinc eſt, quòd ad probandam ignorantiam, vel impedimentũ reclamandi intra quinquennium à die profeſſionis, non ſufficit iuramentum ipſius religioſi ignorantis, vel impediti. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 37. num. 14. Portel. in dub. regul. verbo, profeſſionis reclamatio, numero 56. Hieron. Roderic. in compen. quæſt. regul. 101. num. 72. Barboſ. in collect. ad Conc. Trid. ſeſſ. 25. de re-
91 gular. cap. 19. nu. 12. Quando tamen alia præſumptio æque potens eſt pro eo, qui aſſerit contra iuris præſumptionem, tunc eius aſſertioni iuratæ creditur, contra iuris præſumptionem. Claud. Seyſel. in l. ceſſus num. 21. verſ. fallit primò de vſucapion. Menoch. d. præſ. 77. num. 17. Aut quando agitur de leui præiudicio. Menoch. ibidem n. 15. & totum hoc iudicis arbitrio relinquitur, qui conſiderata qualitate præſumptionis, conditione perſonæ, quæ iurare vult, & qualitate præſumptionis, quæ facit pro iurante contra præſumptionem iuris, iudicare poteſt, an ſtandum potius ſit iuramento, vel iuris præſumptioni. Abb. in cap. vltimo num. 9. qui matrim. accuſ. poſſ. Dec. in c. Paſtoralis num. 7. de except. & ibi etiam Pariſ. num. 13. ad finem. Menoch. dicta præſ. 77. num. 14. Felin. in dicto cap. 2. col. 2. ſex Fallentias ponit, in quibus ignorantia non poteſt probari proprio iuramento. Et licèt ignorantia inuincibilis excuſat à pœna ſi
92 eſt probata, tamen ignorantia pœnæ per ſtatutum inflictæ non excuſat in facto, aliàs damnato à iure communi, puta in adulterio, furto, homicidio, falſitate, vulnere, percuſſione, & ſimilibus, iuxta communem Doctorum opinionem in c. à nobis, il primo de ſent. excom. Et ideo forenſes, in his, quæ ſunt delicta de iure communi puniuntur ſecundum ſtatuta loci, in quo delinquunt, ſed in his, quæ non ſunt delicta de iure communi excuſantur, niſi haberent ſcientiam ſtatuti, vel prætenderent ſupinam, & craſſam ignorantiam, Bart. l. cunctos populos nu. 2. verſ. ſecundò quæro, C. de Summ. Trin.

&

& fide Catholic. Couar. in c. Alma mater de ſent. excom. in 6. §. 10. ſub num. 7. Clar. quæſt. 85. num 2. vbi alios citat, & alijs etiam citatis ſequitur, Cabal. caſu 129. num. 2. & per totum, & num. 20. dicit, quòd ad incurrendam pœnam in his, quæ ſunt prohibita à
93 iure communi ſufficit præſumpta ſcientia ſtatuti prohibentis. Vnde ſi forenſis tantam moram traxerit, vel talem conuerſationem habuerit in loco, vel fuerit de alio loco proximo, & vicino, vel aliud concurreret, vel veriſimiliter prohibitionem ſciuerit, vel ſcire debuerit. Quia tunc non poteſt excuſari, tum quia præſumitur habere ſcientiam, tum quia non licet allegare ignorantiam craſſam, & ſupinam, & ſequitur Chartar. deciſ. 70. num. 106. ſed ex præſumpta ſcientia non poteſt in hoc caſu contraueniens corporaliter puniri. Apoſt. ad Roman. conſ. 127.
94 Crauett. conſ. 193. num. 8. Tuſc. litt. P. concl. 222. num. 14. Quò verò ad cenſuras, contrauenientes ſtatuta in facto etiam à iure communi damnato non incurrunt. Quia in ea requiritur contemptus, qui non cadit in ignorantem, ita poſt Abb. in dicto c. à nobis, Henriq. de Bottiſ. de ſynodo Epiſcopi par. 3. concl. 13. Couar. vbi ſupra §. 4. num 8. Marc. Ant. Genuenſ. in praxi Archiep. cap. 15. aliàs 29. num. 15. vbi, quod exteri non poſſunt declarari excommunicati in foro exteriori, niſi quando præſumitur ſcientia, nempè poſt duos menſes in conſtitutionibus Principum, & ſecundum arbitrium iudicis in ſtatutis inferiorum, quo ad abſentes; ſed quo ad præſentes ſtatim, per Felin. in c. cognoſcentes num. 7. & 8. de conſtit. Imò licèt contrauenientes in foro externo poſt duos menſes non excuſantur, ex capite ignorantiæ nouæ conſtitutionis, poſſunt tamen probare impedimentum, nempè longam abſentiam, carcerationem, & quid ſimile, Io. Valer. de differ. vtriuſq. for. in verbo ignorantia differ. 3. num. 1. & 2. in foro autem interiori ſemper excuſantur, quando ignorantia non eſt craſſa, & ſupina, idem Valer. num. 7.
95 Redeundo modò ad noſtrum propoſitum, dico primò, quòd quando actus ſub aliqua pœna prohibetur per ſtatutum particulare, & nulla alia lege prohibetur, nec naturali, nec diuina, nec humana, ignorans inuincibiliter tale ſtatutum, quamuis ſufficienter promulgatum ſit, probata huiuſmodi ignorantia, à pœna eſt immunis, ita poſt alios Sanch. de matrim. lib. 9. diſp. 32. num. 6. & licèt difficile ſit probare eiuſmodi iuris inuincibilem ignorantiam, vt patet ex ſupra dictis, tamen quando conſtat de veritate, & eſt probata ſufficienter, excuſat etiam in foro exteriori à pœna, & multò magis excuſat a cenſura illum actum ſub tali pœna interdicente, ſiue illud ius ſit Epiſcopale, ſiue Pontificium. Auila par. 2. de cenſur. c. 1. diſp. 7. dub. 7. in principio, Sayr. lib. 1. cap. 18. num. 27. Pilliuc. tract. 1. de cenſur. n. 250. Layman

lib. 1.

lib.1. tract.5. cap.6. nu.7. & ſi pœna ſit impoſita ipſo facto, ante omnem declarationem, non tenetur quis in conſcientia illam implere in eo caſu, & ſi per iudicem condemnetur, quia deficit in probatione, & ipſe ſit in conſcientia certus de ſua inculpabili ignorantia, licèt exterius teneatur parere, tamen in conſcientia non tenetur exequi pœnam, & poteſt illam omittere cauendo ſcandalum. Suarez de legib. lib.5. cap.12. num.8.

96 Dico ſecundò; quando ignorantia iuris, & facti eſt talis, quòd excuſat à culpa mortali, licèt non à veniali, excuſat conſequenter ab omni pœna graui, ob delictum impoſita, & ſic excuſat ab excommunicatione, ſuſpenſione à iure lata, & interdicto. Ac etiam à pœna irregularitatis ob delictum. Suarez de legibus lib.5.c.12.nu.16. Salas de legib. diſp.15.ſect.9.n.110. Sanch. de matrim. lib.9. diſp.32. nu.29. Baldel. tom.1. lib.5. diſp.45. num.4. & alij ab ipſis citati.

97 Dico tertiò, quando actus prohibetur duplici lege, diuina, & humana, ſi quis diuinam legem non ignorat; ſed tantum humanam legem ignorat inuincibiliter, licèt, quod non incurrat pœnam dictæ legis humanæ, ſiue Eccleſiaſticæ, ſiue ciuilis dicant nonnulli Doctores citati a Sanch. de matrimon lib.9. diſp.32. num.17. quos ipſe ſequitur, & Gratus conſ.39. n.45. qui teſtatur de communi; Tamen magis communis ſententia eſt, & in praxi recepta, quòd incurrit pœnam dictæ legis humanæ, ita doctores citati à Sanch. & ipſemet Sanch. dicta diſp.32. num.7. Clar. quæſt.60. verſ. quæro numquid, & in hoc ſenſu loquuntur Scot. in 4. d.6. q.8. & Turrecrem. in c. quibus de conſecr. diſt.4. num.8. aſſerentes iuris ignorantiam non excuſare, & communem opinionem oſtendit Gabriel. com. concl. lib.5. tit. de regul. iur. concl.6. num.34. & deciſum refert Franc. deciſ.521. ita etiam Salas de legib. dict. ſect.9. num.110. Azor. par.1. lib.1.c.15. quæſt.2. Suar. de legib. dict. lib.5. cap.12. num.7. Baldel. dicto lib.5. diſp.45. nu.7. & ſeqq.

Ratio eſt, quia hæc ignorantia iuris habet admixtam grauem culpam, & lex intendit punire illam actionem, quatenus eſt de ſe mala, & lex humana nō ſolum intendit punire tranſgreſſionem ſuam voluntariam, ſed etiam culpam contra legem diuinam commiſſam. Nec ſcientia pœnæ eſt neceſſaria ad incurrendam illam. Ita Suar. loco citato. Excipiendæ tamen ſunt cenſuræ, quia requirunt contumaciam c. vt animarum de conſt. in 6. & ideo non contrahuntur, quando lex humana inuincibiliter ignoratur. Nauar. cap.27. n.274. Suarez de cenſur. diſp.4. ſect.9. num.19. Coninch. diſp.13. dub.10. num.90. & 91. Caſtr. Palaus tom.1. tract.2. diſp.1. punct.17. num.5. 6. & 7. Bonac. & Pariſ. quos citat, & ſequitur Baldel. vbi ſupra, num.5. & 11. Sanchez dicta diſp.32. num.9. vbi loquitur, quando ius antiquum eſſet etiam poſitiuum, humanum,

aut

Digitized by Google

aut naturalem, & lex noua eſſet non ſolum Epiſcopalis, ſed etiam Papalis. Idem dicit Diana par. 3. tract. 6. miſcell. reſol. 41. vbi multos citat, quibus adde Bonacin. par. 1. de cenſur. q. 2. p. 1. num. 7. Layman. lib. 1. tr. 5. c. 6. nu. 2. Cenſura enim non eſt inſtituta niſi ad frangendam contumaciam, ſiue inobedientiam erga Eccleſiam, & ideo licèt peccatum ſit contra ius naturale, aut diuinum, ſi Reus non faciat aliquo modo contra Eccleſiã, ſpernendo eius præceptum, vel admonitionem, non poteſt ferri cenſura, c. ex parte de verb. ſignific. Nauar. c. 17. n. 9. Auila de cenſur. p. 1. c. 5. diſp. 2. dub. 10. quod intellige non ſolum de cenſuris, ſcilicet de ex communicatione, interdicto, & ſuſpenſione, ſed etiam irregularitate. Suar. diſp 4. ſect. 5. nu. 6. Coninch. diſp. 13. de cenſur. in genere nu. 8.

98 Dico quartò, ſi quis legem non ignorat, quamuis ignoret annexam pœnam, ſi illam præuaricetur, non excuſatur à pœna ſiue latæ, ſiue ferendæ ſententiæ. Nam legislator poteſt, & intendit delinquentẽ obligare ad pœnã etiam inuitum. Ergò à fortiori etiam ignorantem, per regulam l. qui poteſt inuitus ff. de regul. iur. & hæc eſt verior, & communior opinio in praxi recepta, Gabriel vbi ſupra, Molin. tract. 5. de iuſt. diſp 71. n. 9. Suarez dicto cap. 12. num. 9. 10. 11. & 12. Layman. libro 1. tract. de legib. cap. 20. numero 6. Baldell. ſupra citat. numero 11. de probabiliori teſtatur Sanchez dicta diſputat. 32. numero 21. quod procedit etiam ſi quis ignoret legem ignorantia vincibili, & pœnam ignorantia inuincibili, quando lex non requirit ſcientiam, aut dolum. Quia ſi ignorantia vincibilis non excuſet à culpa, nec excuſat à pœna, quæ ſequitur ad culpam. Suar. d. n. 9. & 11. nam non ceſſante cauſa, non ceſſat effectus. Excipiuntur tamen cenſuræ Eccleſiaſticæ, quas nemo incurrit ob delictũ, cui ignorat annexã eiuſmodi cenſuræ pœnam. DD. in c. 2. de conſtit. in 6. Bonac. de cenſur. diſput. 1. qu. 2. pun. 1. Baſſæus ver. cenſura num. 29. niſi ignorantia ſit craſſa. Sanch. vbi ſupra n. 12. Laym. lib. 1. tr. 5. de cenſur. in communi c. 5. n. 8. Excipitur ſecundò, niſi pœna ſit admodum grauis, & pluſquam delictum abſolutè ſpectatum mereatur. Ita Sanch. & Layman vbi ſupra, qui ponit exemplum.

99 Ampliatur hæc concluſio, vt procedat etiam quoad pœnam irregularitatis ex delicto, vt ex violatione cenſurarum, quia ſecundùm magis communem etiam hæc pœna irregularitatis incurritur ab ignorante hanc pœnam eſſe impoſitam pro tali actione; ſi ſciat actionem à iure eſſe grauiter prohibitam. Ita multi Canoniſt. & Theologi citati à Sanch. d. diſp. 32. n. 16. & 21. Azor. tom. 1. lib. 1. cap. 15. q. 7. Auila par. 2. cap. 5. diſput. 5. dub. 10. concluſ. 2. Suarez de cenſur. diſp. 40. ſect. 5. num. 10. Salas de leg. diſp. 15. ſect. 9. n. 13. Filliucius tract. 11. n. 15. Baldell. vbi ſupra nu. 9. quamvis contrarium teneat Sanchez d. diſp. 32. n. 20. & Caſtr. Pal. d. tom. 1.

tract.2.diſp.1. punct.17.n.6.7. & 8. & alij ab ipſis citati, necnõ Dian. reſp.67. tract.5. miſcell. par.2.

Ampl. etiã indubitantem de iuris pontificij prohibitione, et nihilominus agentem cum conſcientia dubia, quia cum talis ignorantia ſit craſſa, et ſupina non excuſat niſi requiratur ſcientia, Suar. de legib. lib.5. cap.18. num.8. Baldel.tom.1.

100 lib.5. diſp.45. num.1. Ignorantia tamen inuincibilis ſolius cenſuræ ſemper excuſat à cenſura incurrenda, vnde ſequitur, quod conſanguinei, vel affines, ſcientes prohibitum eſſe inter ſe contrahere matrimonium, ignorant tamen eſſe prohibitum ſub cenſura excõmunicationis, non incurrunt dictam cenſuram. Sanch. lib.7. de matrim. diſp.48. nu.19. ſed hæc ignorantia cenſuræ non excuſat à pœna debita pro crimine, quamuis excuſet à cenſura.

101 Dico quintò, ignorantia quando prouenit ex eo, quia quis arbitratur, hunc caſum in iure non comprehendi, vel in ipſo non concludi: hæc ignorantia iuris excuſat in foro conſcientiæ à peccato mortali, Nauar. cap.23. num.4. Ricciull. de iure perſonar. lib.1. cap.13. num.4. & per conſequens à cenſura, quæ non contrahitur ſine peccato mortali.

102 Dico ſextò, quando lex ſimpliciter prohibet aliquid, ignorantia craſſa, & ſupina, ſiue iuris, ſiue facti non excuſat à pœna. cap.1. de poſtul. prælat. c. cum in tua, qui matrimon. accuſar. poſſ. l. nec ſupina ff. de iure, & fact. ignorant. Sforza Odd. de reſtitut. in integr. par.8. num.57. Coſta de facti ſcient. & ignorant. inſpect.81. nu.16. Gabriel. comm. ſub titulo ignorantia concl.6. nu.43. Sebaſt. Medic. de caſu fort. part.1. quæſt.3. num.10. Iul. Scarlat. conſ. crim. diuerſ.118. num.17. Farin. in fragm crim. verbo ignorantia num.165. Barboſ. in collect. ad regul.13. num.11. & 19. de regul. iur. Et quòd ignorantia, ſiue iuris, ſiue facti, quando eſt craſſa, & ſupina non excuſat à pœna cẽſuræ, vel irregularitat. prouenientis ex delicto. cap.2. de conſt. in 6. vbi dicitur, excuſari ignorantes ſtatutis ordinariorũ, niſi ignorantia fuerit craſsa, vel ſupina, & de cenſuris omnes Doctores exponunt, Suar. diſp.4. ſect.10. num.4. Filiuc. tract.11. de cenſur. in communi cap.8. n.261. Reginald. lib.9. num.198. Salas de legib. diſp.15. ſect.9. num.11. Bonac. de cenſur. in communi diſp.1. q.2. pun.1. nu.10. vbi multos citat.

Siue daret operam rei illicitæ, ſiue licitæ, Molin. tom.4. tr.3. diſp.53. num.4. Duard. lib.1. c.2. q.5. n.12. de cenſur. in Bulla Cœnæ.

Siue cenſura lata ſit pro eo, quod eſt intrinſicè malum, ſiuè pro eo, quod eſt malum, quia prohibitum. Duard. vbi ſupra num.5.

Et licèt ad incurrendam cenſuram requiratur contumacia, & per conſequens cognitio, & admonitio præcedens, ſufficit tamen contumacia in virtute, & indirectè; Quę reſultat ex negligentia culpabili ad ſciendum legem publicam, & quæ ſemper ex ſe monet. Filiuc.

lliuc. vbi ſupra, numero 261.

103 Sed difficultas eſt, an detur ignorantia vincibilis, quę non ſit craſſa, & ſupina, vt poſſit excuſare à cenſura, & Doctores conueniunt, quòd datur ignorantia vincibilis, quæ non ſufficit ad mortale, prout, quando quis aliquam leuem negligentiam commiſit in veritate inquirenda, & de hac ignorantia vincibili non eſt controuerſia: Omnes dicunt, quod excuſat à cenſura. Ita Suarez de cenſur. diſp. 4. ſect. 10. n. 11. Filliuc. vbi ſupra nu. 262. Bonac. infra citandus num. 10. Coninch. etiam infra citãdus n. 93.

104 Controuerſia eſt, quia aliqui volunt, quòd ignorantia vincibilis culpabilis mortaliter excepta affectata, ſit duplex, vna purè vincibilis, alia craſſa, & ſupina; Et quod purè vincibilis eſt, quando quis cum audiſſet, vel dubitaſſet de pœna iuris, vel facti, adhibuit diligentiã, ſed non moraliter neceſſariam, pro qualitate rei, & hæc ignoratia dicunt, quod diſtinguitur à craſſa, & ſupina, quæ procedit ex lata culpa ignorantis, ſeu ex ſumma negligentia, vt quando quis nullam, aut valde modicam adhibuit diligentiam ad cognoſcendum id, quod ſcire tenetur, poſtquam de illo habuit aliquam cognitionem, vel dubium. Ita Auila 2. par. cap. 5. diſp. 5. dub. 8. Sot. diſp. 28. q. vnica. ar. 2. Henriq. lib. 13. cap. 23. num. 2. Sanch. lib. 1. ſum. cap. 16. num. 7. & de matrim. tom. 3. lib. 9. diſp. 32. nu. 31. Bonac. de cenſur. in commun. diſp. 1. qu. 2. pun. 1. num. 4.

Secunda opinio non admittit hanc diſtinctionem, quia dicit omnem ignorantiam mortaliter culpabilem eſſe craſſam, aut affectatam. Ita Suarez in tom. 5. 3. par. diſp. 4. ſect. 10. nu. 9. & ſequitur Coninch. diſp. 13. de cenſuris in genere dub. 11. num. 95. idem etiam ſentit Alterius de cenſur. tom. 2. diſp. 2. de cauſa excommunicat. lib. 3. cap. 3. in fine, & Duard. in Bulla Cœnæ lib. 1. cap. 2. quæſt. 5. nu. 4. & 5. vbi ignorãtia vincibilis diuiditur tantum in craſſam, & affectatam.

Qui tenent primam opinionem, quod datur igoorantia merè vincibilis, & mortaliter peccabilis, quæ diſtinguitur ab ignorantia craſſa, & ſupina, dicunt, quòd eiuſmodi ignorantia quamuis ſit mortaliter culpabilis, excuſat tamen à cenſura, quia in c. 2. vt animarum de conſtitutionib. in 6. habetur, ignorantiam, quæ non eſt craſſa, vel ſupina, excuſare ab omnibus ſententijs quorumcumque ordinariorum, ergo quando eſt merè mortaliter culpabilis, & non eſt craſſa, & ſupina excuſat à cenſura: huius opinionis ſunt Sanch. lib. 6. ſummæ c. 16. n. 82. de matrim. lib. 9. diſp. 32. n. 31. Portell. in addit. ad dub. regul. verb. ignorantia n. 25. Dian. par. 3. tr. 5. reſol. 13. in principio, & hanc opinionem non improbabilem eſſe fatetur Bonac. vbi ſupra n. 10. & Merola tom. 1. cap. 2. numero 123. Et ſatis probabilem vocat ſpeculatiuè loquendo, Coninch. dicto n. 95. & ſequitur Peyrin. in conſt. 6. Iul. 2. n. 17. inferens ex hoc, quod pœna excommunicat. lata à Greg. XIII.

contra religioſos admittentes fœminas in eorum Monaſteriis, non contrahitur ab illis, qui habent ignorantiam vincibilē etiam mortaliter culpabilem, quando non eſt craſſa & ſupina; ſed contrarium affirmant doctores ſupra citati pro ſecunda opinione, tenentes ſecundam opinionem, quam probabiliorem,& in praxi ſeruandam dicit Coninch.d.n.95. tùm quia in praxi non poſſumus diſtinguere, quæ i-
105 gnorantia ſit merè vincibilis, & mortaliter culpabilis, & quæ ſit craſſa,& ſupina; tùm quia videtur incredibile Eccleſiam non velle punire eam negligentiam, quæ præcisè ſufficit ad peccatum mortale, quando violatur lex imponens tranſgreſſoribus cenſuram. Et Alter. loco citato inquit, quòd ignorantia vincibilis mortaliter peccabilis in iure non inuenitur, quæ non ſit vel affectata, vel craſſa, & ſupina; nam ſi eſt affectata, non poteſt dari ſine dolo, & malitia, & eſt directè voluntaria; ſi verò eſt craſſa, & ſupina, quæ procedit ex lata culpa, & hæc poteſt prouenire ex duplici capite, vel ex pura negligentia, & deſidia, vel ex nimia ſollicitudine, & occupatione ad alias res, & negotia: quæ impediunt debitum ſtudium, & curam ſciēdi ea, quæ quis ſcire tenetur. Quando oritur ex primo capite dicitur craſſa; quando ex poſteriori dicitur ſupina, & huiuſmodi ignorantia, ſiue craſſa, ſiue ſupina non excuſat à pœna excommunicationis,& ſic non datur ignorantia vincibilis,quæ nō ſit nec craſſa, nec ſupina,nec affectata, & ſi ſpeculatiuè dari poſſit, in practica nō poteſt dari, cùm poſſit diſtingui vna ab alia.

106 Dico ſeptimò; Ignorantia facti excuſat ab incurrenda cenſura, & ab omni pœna latæ ſententiæ,quādo non eſt craſſa, & ſupina, et eſt inculpata ad talem ſpeciem facti, ſeu delicti. Etiam ſi alias, quis daret operam rei illicitæ, ſeu facto alias damnato, vt ſi putans percutere Titium Laicum, errans inuincibiliter circa perſonam, percutiam Sempronium Clericum. Quia excommunicatio non infligitur pro qualibet percuſſione: ſed tantùm pro percuſſione Clerici. Ergò cum ignoratur iſta circumſtantia,non incurritur excommunicatio, incurrit tamen pœnam percutientis hominem, ita Tancred. Io. Andr. Io.de Lignano Rodoan. & alii in cap. ſi verò 2. §. ignorauerit de ſent.excomm. Auila de cenſur. p.2. c 5. diſp.5. concl.6. verſ.2. Sanch. de matrim. d. lib.9. diſp.32.n.22.23.24.25. Suar.diſp.4. ſect.8.n.11. et 12. Layman.lib.1.tr. 5.c.6. nu.7. verſ.2. extendi poteſt, Hurtad. de cenſur.in cōmuni n.98. verſ. hoc ergo ſuppoſito. Molin. tom.4. diſp 53.in princip.excepta tamen pœna irregularitatis ex homicidio caſuali, vel mutilatione,in quam incurrit dans operam rei illicitæ etiam adhibita omni diligentia c. fin. de homic. in 6.

Si autē ignorantia facti ſit craſſa, vel ſupina circa illam ſpeciem facti à lege punitam; non euadit pœnam iuris, niſi quando lex punit operātes

tes ſcienter, ſeu ex præſumptione c.2. de conſt. Sanch. vbi ſupra n.36. & ſeqq. & alij Doctores ſupra citati; nam tunc lata culpa non ſufficit ad pœnam ordinariam.

Dico octauò, ſi quis volens occidere Ioannem Clericum ſciens eſſe clericum, & occidit Petrum etiam clericum exiſtimans eſſe Ioannem, non euadit excommunicationem,
107 quia re ipſa, & animo clericum occidit, Couar. in c. Alma Mater par.1. §.10. nu.15. verſ.8. Layman lib.1. par.1. tr.5. p.2. c.5. n.8. Placa Epit. delict. c.27. n.17. Farin. q.125. n.164. Barboſ. in d. c. ſi verò nu.3. Sãch. d. diſp.32. n.27. Molin. tom.4. diſp.53. nu.1. Suar. diſp.22. ſect.1. n.14. Bonac. diſp.1. q.2. pun.20. Sayr. in Theſſ. c.27. n.4. Cum hic nulla contingat ignorantia, quæ percuſſionem conſtituat inuoluntariam, quo ad clerici percuſſionem, & in-
108 iuriam. Nam excõmunicatio lata eſt pro percuſſione clerici voluntaria, non autem pro percuſſione huius, vel illius clerici, ſed ſi quis proijcit lapidem, vt Ioannem clericum cædat, & caſu percutiat alium clericum illàc tunc tranſeuntem, excommunicationẽ non incurrit. Et iſte caſus differt à præcedenti; nam in priori caſu, & affectus, & opus ipſum externum ſunt mala, & iniuſta, in poſteriori caſu ſolus affectus fuit malus, opus verò externũ fuit præter eius voluntatẽ. Ita DD. ſupra citat. & Merola in Theologia Morali tom.1. diſp.1. c.2. n.72. Imò in hoc poſteriori caſu affirmant,
109 talem nec incurrere irregularitatem. Sanch. d. n.27. ſi quis clericum percutere intendens, ſi laicum tantum percutiat, excõmunicatus non eſt, etiam ſi ille laicus percuſſus tonſuram deferebat. Io. de Lignan. Hoſtienſ. in ſumma, Bernard. & Raym. quos referunt, & ſequuntur Summa Altenſ. par.2. lib.7. tit.3. ar.2. q.30. & 32. Anton. 3. par. tit.25. c.1. §.4. notandum. Sylu. ver. excommunic. 6. n.6. notab.4. verſ.2. Sayr. in Theſs. lib.3. c.18. n.6. Sãch. cum aliis ab eo citatis d. diſp.32. n.28. vbi quod ob conſcientiam erroneam debet ſe reputare excommunicatum, donec de veritate facti certior factus ſit, ideo dicit Graff. tom.1. lib.4. c.9. n.43. vbi etiã, quod celebrando cum illa conſcientia erronea non eſt irregularis. Couar. in c. Alma Mater par.1. §.10. num.15. verſ.12. Duard. in Bulla Cœnæ lib.2. canon.9. q.37. n.15. Maſcard. de prob. concl.881. Alter. lib.5. diſp.10. cap.4. dub.1. concl.2. Bonacina de legib. diſp.2. quæſt.8. pun.3. n.13.

Ignorantia inuincibilis concomitans facti an excuſet ab incurrendis cenſuris, non conueniunt DD.
110 Ignorantia autem comitans illa eſt, quæ comitanter ſe habet ad actum voluntatis; & eſt de eo, quod agitur, ita tamen, vt ſi ſciretur adhuc fieret. Vt ſi quis clericum percutiat ignarus prorſus clericatus, eo animo tamen effectus, quod percuteret etiam ſi eſſet clericus, & vna opinio eſt, quod huiuſmodi ignorans non euadit excommunicationem, ita Couar. in c. Alma Mater part.1. §.1. num.15. verſ.10. Vgolin. de cenſur. tab.1. cap.9. §.8. Manuel. tom.1. ſummæ 2. edit. c.80. n.11.

num.11.concl.11. Graff.tom.1. lib. 4. cap.9. num.42. Henric. in cap. ſi verum il 2. num. 8. de ſent. excom. Alt.in explicat. Bullæ cœnæ, cap. 4. col. 2. & 3. Duard. dicto lib. 2. Canon 9. quæſt.37. num. 15. vbi loquitur de occidente ad Sedem Apoſtolicam accedentem, cùm crederet aliò proceſſurum fore, eo tamen animo, quod ſi ſciuiſſet illum ad Sedem Apoſtolicam accedere, etiam offendiſſet; Et dicit, quod incidit in excommunicationem, cum hæc ignorantia non ſit cauſa actus inuoluntarii, Say. in Theſſ. cap.27. num.6. Auila de cenſ. p.2. c. 5. diſp.5. dub.6. ad finem. Barboſ. in collect. ad dict. cap. ſi verò 2. de ſentent. exc. vbi citat Sanchez in decalog. lib.1. cap.16. num.1. & Bonac. de cenſ. diſp.1. p.1. n.21.

Altera opinio eſt, quod ignorantia concomitans ſimpliciter excuſat à cenſuris, & etiam ab irregularitate proueniente ex delicto, ita Vaſqu. 1.2. quæſt. 76. ar.3. diſp.226. à num. 4. & de excommun. dub. 14. n.4. Sanchez dicto lib.9. diſp. 32. num. 26. Molina diſp.53. num.2. tract.4. Bonac. diſp.1. quæſt.2. p. pr. num. 19. Filliuc. tract. vndecimo, num. 240. Layman lib.1. tr.5. c.5. n.7. quia excommunicatio eſt poſita contra contumaciam efficacem, & abſolutam, ſed iſta ignorantia concomitans excludit dictam contumaciam efficacem, & abſolutam, & tantum inducit contumaciam conditionalem, ergo non ſufficit ad incurrendam cenſuram.

Duardus in Bulla Cœnę lib. 2. Canon. 1. quæſt. 38. vbi nu. 9. limitat, quando ignorantia concomitans eſt craſſa, vel affectata, & loquitur de legentibus libros hæreticorum cū prædicta concomitante ignorantia.

Addunt tamen ſupradicti authores, quod contrarium eſſet, vbi quis promeret actum hoc alio modo, volo occidere laicum, & ſi clericus eſt, etiam volo eum occidere. Nam tunc eſſet excommunicatus, quia iſtius voluntas non eſſet conditionalis, ſed abſoluta, & non eſſet ignorantia concomitans, & actus internus, & externus eſſet ſacrilegus.

111 Pœnæ imponendæ à Prælatis Regularibus, an poſſint augeri, vel minui; Dico, quod pœnæ, aliæ ſunt ordinariæ, aliæ extraordinariæ, & arbitrariæ. Pœnæ ordinariæ ſunt illæ, quas leges ſanxerunt, vel quæ longa conſuetudine introductæ ſunt, l.1. §.2. ff. ad ſenat. conſ. Turpil. vnde pœnæ taxatæ à iure, vel à ſtatutis Religionum ſunt pœnæ ordinariæ. Pœnæ extraordinariæ ſunt illæ, quæ non ſunt taxatæ à iure communi, nec à particularibus ſtatutis, ſed quaſi iudex ex proprio arbitrio imponit, ea. de cauſis, § illis extra de offic. deleg. cap. ſuper his extra de accuſat. l. hodie, & l. ſanctæ legum, ff. de pœnis, l. 1. § exploratores, ff. de effractor. Prælati maiores, vt ſint generales ordinum, poſſunt diſpenſare in taxatione pœnæ factæ in iure proprio ordinis, non autem in iure communi ſine iuſta cauſa. Sanchez lib. 6. decalog. cap. 16.

Prælati autem inferiores, & iudices or-

ordinarij non poſſunt augere, vel minuere, aut commutare pœnam ſtatutam à iure communi, aut particulari religionis. Roman. ſing. 66. & 78. Menochius quæſt. 96. à n. 11. Cened. ad Decretal. collect. 46. nu. 3. cum pœnâ certâ à lege, vel ſtatuto determinatâ, non poſſit iudex augere, minuere, remittere, mutare, & arbitrari, C. licet de pœnis, nam à pœna ordinaria non eſt recedendum, quando præcedit plena delicti probatio. Quia iudici non eſt data poteſtas lœdendi Rempublicam, imò qui minorem pœnam, quam à lege determinata eſt, imponit, infamis efficitur, l. ſeruos, C. ad leg. Iul. de vi publ. & iudex eadē pœna, qua Reus puniendus eſt, l. 4. in fine, C. ne ſanct. baptiſm. reiter. Clar. quæ. 85. verſ. vlterius quæro, Menoch. vbi ſupra; (de qua re infra cap. 8. redibit ſermo,) niſi pęna ſit poſita in iudicis arbitrio; aut crimina ſunt tantum ſemiplenè probata, & Reus non poteſt torqueri; aut ſunt extraordinaria, vel habent particulares circumſtantias cohærentes delictū aggrauantes, vel minuentes, lege iudex. ff. de pœnis, l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de iis, qui notant. infam. l. ſi ſeuerior, C. ex quibus cauſ. infam. irrogat. Clar. vbi ſupra, Farinac. qu. 17. nu. 7. Roderiqu. tom. 2. qq. regular. 42. ar. 5. num. 56. Bouer. in director. ca. 4. fol. 104. Barboſ. qui alios citat, in ca. de cauſis num. 11. & 14. de offic. deleg. Portel. verbo correctio fratrum, num. 54. Ratio eſt, quia circumſtātiæ, & qualitates delicti aliquando reddunt delictum leue, aliquando graue, aliquando magis graue; quas cauſas, ob quas poſſunt iudices temperare pœnas, recenſet Tiraqu. in tra. de pœnis temperandis, Farinac. qu. 17. & alii Doctores ab ipſo citati nu. 10. poſſunt etiam iudices pœnam ordinariam augere, vt in ſolitis delinquere, & ex aliqua alia iuſta cauſa. Sanchez lib. 6. decalog. cap. 10. num. 11. & 12. Clar. qu. 21. verſ. fama ſola, & q. 81. verſ. ſed hic incidenter, Farinac. qu. 23. num. 1. & ſequ. vbi quod propter reiterationem pœna augetur. Cabal. caſu 16. num. 32. caſu 99. nu. 51. & 52. caſu 145. num. 6. Cartar. deciſ. crim. 1. num. 295. & deciſ. 11. num. 52. Giurb. conſ. 47. num. 4. & ſufficit binus actus ad augendam pœnam. Farin. dicta qu. 23. num. 16. Cartar. dicta deciſ. 11. num. 13. Caualc. de brach. reg. par. 4. nu. 102. in fine, & alij ab ipſis citati, & augenda eſt ad eam pœnam, quæ proxima eſt pœnæ ordinariæ, Bero conſ. 195. num. 8. lib. 3. Cartar. deciſ. 66. num. 112. & ſequentibus.

112 Et quando pœna augetur, vel minuitur, cauſa in ſententia exprimi debet, ſaltem in genere dicendo, iuſtis de cauſis animum noſtrū dignè mouentibus. Menoch. dicta qu. 96. num. 17. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 95. & alii citati à Barboſ. coll. ad cap. ſi ſeuerior, num. 5. ex quibus cauſ. infam. irrogatur, quod intelligitur, vt iudex excuſetur, non vt neceſſaria ſit ad ſententiæ firmitatem, Lopez ad Dian. in pract. crimin. Canon. cap. 142. litt. B, in 2. impreſſione. Farin. qu. 17. num. 62. poteſt etiam iudex com-

commutare pœnam reo, ſi non eſt capax pœnæ à lege ſtatutæ pro delicto patrato, & commutare in aliam pœnam, cuius eſt capax. Baldus in l. nouerint num. 5. C. intra cert. temp. Sanchez conſ. moral. to. 1. lib. 2. cap. 1. dub. 6. nu. 20. Ghisl. de iudice regul. c. 20. num. 24. Berti in prax. crimin. tit. 34. cap. 4. num. 24 Bouer. in director. fol. 144. vbi dicit, quod ſi in hac commutatione cauſam non exprimit iudex, vt iuris transgreſſor puniri poteſt, & hæc ſine difficultate procedunt in

113 pœnis ferendis à iudice, ſed difficultas eſt, an quando pœna eſt inflicta a iure, vel ſtatuto, aut aliqua conſtitutione Pontificia, ipſo facto, vel latæ ſententiæ poſſit iudex illam minuere. Anton. Theſ. de pœnis Eccleſiaſt. par. 1. cap. 15. q. 3. reſpondet negatiuè, etiam ſi requiratur iudicis declaratoria, vel executio. Nam ex quo iudex declarat crimen commiſſum, pœna adſtringit independenter a ſententia iudicis, quia clauſula ipſo facto, vel ipſo iure habet vim ſententiæ condemnatoriæ, nec eſt neceſſe alia ſententia, ſed tantùm declaratoria delicti, vt poſt alios aſſerit Bonacc. in quæſt. crim. par. 1. in verb. ipſo iure; & loquitur etiam quando dicta clauſula non eſt expreſſa, ſed tantùm ſubaudita, vt ſi ſtatutum dicat beneficio ſit priuatus; quia loquendo in præterito tempore, intelligitur ipſo iure, & ipſo facto. Et dicit Bald. in l. ea, quæ num. 6. C. de condit. indebiti, quòd quando lex, vel ſtatutum ipſo iure pœnam imponit, non eſt augenda propter negationem, nec minuenda propter confeſſionem. Et alijs citatis, idem dicit Cabal. caſu 56. nu. 147. & idem probabiliter dicit Suarez de legib. lib. 5. c. 12. num. 10. quia tunc pœna non imponitur a iudice, ſed a lege.

Contrarium tamen tenent Abb. conſ. 22. n. 2. verſ. nec obſtat minoritas, lib. 1. Tiraq. de pœnis temperan. in præfat. n. 24. & ſeq. Ioſeph Ludou. deciſ. 15. n. 60. Farin. q. 17. n. 23. Caualc. de brach. reg. par. 4. num. 102. Guazz. defenſ. reor. 33. c. 17. n. 3. in fine.

114 Prælati Regulares punire poſſunt non ſolùm profeſſos ſubditos delinquentes priuatiuè quò ad alios iudices etiam Eccleſiaſticos, vt dictum fuit ſup. p. 1. c. 1. nu. 65. ſed etiam nouitios, & non ſolùm in caſu, quo delinquunt contra Regulas & ſtatutum Religionis; ſed etiam ſi delicta alia pœna digna cōmittunt, vt furtum, homicidium, & ſimilia, vt dictum fuit ſupra p. 2. c. 1. n. 22. 23. & vltra DD. ibi cit. adde Io. Anton. Nouar. in ſumm. bullar. p. 2. tit. de delict. nouitior. n. 10. vbi dicit, quòd Epiſcopus non poteſt punire delictum nouitij commiſſū intra annū nouitiatus in clauſtro, vel extra; quia Prælatus Regularis eſt illius Iudex. A S. Fauſt. l. 5. Theſ. q. 207. Peyrin. de prælato q. 3. c. 1. §. 7. n. 192. & alij plures apud ipſos; & poteſt torqueri etiam per ſæculares, vt dictum fuit ſup. p. 2. c. 1. n. 26. vbi plures citaui, quibus adde Lezan. to. 1. c. 24. n. 4. Bordon. tom. 1. reſol. 54. n. 131. Fr. Anton. à Spiritu ſancto diſp. 4. nu. 212. & ſi nouitius com-

commiſſo delicto aufugiat, vel à Religione expellatur puniendus eſt à iudice Eccleſiaſtico, etiam ſi eſſet laicus, vt dictum fuit ſupra par.2. cap.1. num.25. quia tempore delicti erat religioſus, & perſona Eccleſiaſtica, vt dictum fuit ſupra dicto c.1. num.25. Sicut dicitur de clerico, qui tempore clericatus deliquit, quod puniẽduseſt à iudice Eccleſiaſtico quamuis poſt delictum efficiatur laicus. Ricc. deciſ.113. part. ſecunda, & ſi nouitius committeret aliquod delictum quod mortem non mereretur, & ſtatim antequã fugiat eſſet captus, & ipſe nouitius vellet egredi è religione recuſans ſe iudicio Prælati regularis ſubijcere, Prælatus regularis poteſt cogere nouitium ad luendam pœnam delicto ſuo condignam in religione, & illum pœna condigna punire, & non dimittere ante peractam pœnitentiam, vt dicunt Suar. tom.3. de religion. lib.5. c.16. n.18. qui excipit homicidiũ, & ſequitur Caſtr. Palaus tract.16. diſp.1. p.8. §.1. num.3. Graff. tom.1. conſil. lib.3. de vot. conſ.8. num.8. Peyrin vbi ſupra nu.104. Pellizar. in manual. regul. tract.7. c.1. ſect.1. n.12. & nos ſupra dicta part.2. c.1. num.25. nec per hoc impeditur libertas nouitij ad exeundum, quia ſupradicta iura non loquuntur in caſu, quo nouitius ratione delicti factus eſt ſubditus ſuo Prælato, iuxta l.1. gloſ. C. vbi de crim. agi oportet, nam ratione delicti commiſſi, & non obedientiæ remanet ſubditus, & peracta pœnitentia poteſt recedere, & non antea; Quia commiſſo delicto ſtatim reus obligatus eſt illi Curiæ, ſub cuius iuriſdictione eſt illo tempore, quo commiſit delictum, Clar. quæſt.36. verſ. ſed pone. Marſ. de iuriſdict. par.2. caſu 121. num.54. & par.4. caſu 121. n.4. Carol. de Graſſ. effect. Cleric. cap.1. num.647. Gratian. diſcept. for. cap.226. num.2. Cabal. 147. Vinc. de Franch. deciſion. 417. & 571. Anſald. de iuriſd. p.2. tit.11. cap.18. Ceſped. de exempt. regul. dub. 262. numero decimotertio, & 14.

Et licèt quod non poſſit puniri pœna perpetui carceris dicant poſt Moſc. Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſc. 253. num.10. part.2. tamen in caſu, quo nouitius velit manere in religione puniri poteſt, dicit cum alijs ab eo citatis Sanchez lib.6. cap.10. n.16. Sed quod ſimpliciter poteſt hac pœna perpetui carceris puniri licèt velit egredi, tenet, Bordon. de profeſſione regul. cap.11. num.13. 15. & 19. ſed melius eſſe dicit, ſimiles nouitios grauiter delinquentes expellere à religione punitos pænis temporalibus, vel ad triremes, immò relinquere illos aliorum iudicio puniendos cum Spatar. de modo corrigendi regular. tract.1. c.7. n.3.

115 Et quãdo Prælatus regularis imponit nouitio aliquam pænam ratione delicti à ſe commiſſi, poteſt etiam ipſe Prælatus præcipere ei vt pænam illam ſubeat, ſeũ exequatur ſub pæna latæ excommunicationis. Ita Sanchez in decalog. lib.6. c.10. nu.17. ſicut etiam, quando nouitius cõmitteret

aliquod crimen, pro quo à iure eſſet impoſita pœna cenſuræ inferendæ, quia tunc Prælatus regularis probato crimine, poteſt contra nouitium ferre ſententiam cenſuræ ipſo facto incurrendæ. Sanchez ibidem, & cum Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 8. num. 17. & ſubdo; quòd poteſt prælatus præcipere nouitio ſub pœna excommunicationis ad dicendam veritatem in caſu occurrenti; idem etiam facere poteſt, quando tractatur de cauenda aliqua occaſione peccati, vel ad reſtituendum oblatum; vt per Suarez ibidem. An autem in alijs caſibus poſſint nouitij à ſuperiore regulari cenſuris mulctari; me remitto ad Vecch. in praxi nouit. diſp. 9. c. 27. Lezana par. 1. cap. 22. n. 21. Peyrin. de Prælat. q. 3. ca. 1. n. 120. Suarez de relig. tom. tr. 8. lib. 2. c. 8. n. 17. Pellizar. tract. 2. c. 6. n. 5. Bordon. de profeſſ. regul. c. 4. nu. 31. & ſeqq. Dian. par. 5. tr. 9. reſ. 34. Riccius par. 4. prax. reſol. 238. Ceſped. de exempt. regul. dub. 286.

216 Quando lex non determinat tempus, quo pœnæ durare debent, ſed loquitur abſolutè, & indeterminatè; nec pœnas remittit arbitrio iudicis; Tunc ſi pœnæ tractu temporis non requirunt, ſed vnico actu abſoluuntur, vt ſunt priuationes officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ, & ſimiles, ſunt perpetuæ. Sanctorius de pœnis in genere, c. 2. q. 5. dicto 1. Ratio eſt, quia forma ſemel à ſubiecto ablata, nihil niſi totalem priuationem importat. Non idem dicendum eſt de ſuſpenſione, quia hæc non aufert totaliter officium, ſed executionem ſuſpendit. Nec de alijs pœnis, quæ ad ſui executionem tractu temporis requirunt. Et quæ vno actu non conſumuntur, vt eſt pœna carceris, triremium, exilij, ieiunij, & ſimiles. Nam hæc ſi indefinitè à lege ponuntur, attendenda ſunt delicta, pro quibus imponuntur, & iuxta qualitatem delictorum moderandum eſt tempus pœnæ à iudice ordinario, cui competit imponere pœnam ex lege. Sanctorius vbi ſupra, Fr. Ant. à Spirit. S. de regim. Præl. tr. 4. diſp. 3. ſect. 12. n. 337. 338. Nec poteſt pœna intelligi perpetua, etiam ſi eſſet impoſita nulla facta mentione temporis, quando pœna perpetua delicto conuenire non poteſt. Dec. in c ex litteris, nu. 38. 39. & 40. de conſtit. ſed aliter dicunt Doctores, nam exilium datum à iudice in pœnam delicti, ſi tempus exilij non fuerit determinatū à iudice; ſed dictum ſit, condemno in exilium ad tempus, intelligitur per decennium. Franc. deciſ. 317. n. 9. per tex. in l. fine præfinito, ff. de pœnis. Tiraqu. de præſcr. n. 12. Caualc. de Brach. reg. par. 4. num. 30. Vant. de nullit. defect. proceſſ. n. 95. Baiard. q. 71. n. 9. Cabal. caſu 143. n. 1. & 6. vbi dicit hoc eſſe verum non ſolum in condemnatione exilii; ſed in quacumque alia condemnatione, relegationis, confinii, carceris, priuationis, & ſimilium. Et aliis citatis, ſequitur Guaz. defenſ. reor. 33. cap. vigeſimoſeptimo, numero ſexto, verſiculo, & exilium.

Si verò Iudex ſimpliciter dicat, condem-

demno in exilium, in carcerem, &c. & non ſubdit ad tempus, intelligitur de exilio, & carcere perpetuo. Bald. in l. 1. col. 1. C. de poſtul. l. ſeruus, C. de pœn. Gomez de delict. c. 4. num. 3. vbi teſtatur de communi, & ſequitur Caualc. dicto num. trigeſimo. Cabal. dicto caſu 143. num. ſecundo. Guazzinus vbi ſupra verſiculo ſi verò, & verſicul. ſequent.

Idem etiam eſt, ſi ſupradictæ pęnæ latæ ſunt ad beneplacitum, vel arbitrium, aut volũtatem ſuperioris. Quia intelliguntur datæ in perpetuum. Felin. in cap. ex litteris num. 9. de conſtit. Cabal. vbi ſupra num. 12. Guaz. ibidem num. 7. quæ pœnæ ad beneplacitum non expirant morte officialis, ad cuius arbitrium pœna eſt collata; quando condemnatio facta fuerit nomine dignitatis, vel officii, & in dubio cenſetur facta nomine dignitatis, Guaz. dicto cap. 27. num. 8. vbi plures Doctores cumulat. Caualc. dicta par. 4. num. 31. ſecus ſi beneplacitum non refertur ad dignitatem, Iul. Chart. deciſione quinta, a numero quinto, & ſequentibus. Riccius deciſione quinquageſima prima, parte ſecũda.

117 Pro delicto, pro quo non venit imponenda pœna corporalis nemo poteſt torqueri, ſed tantum de iure communi torquetur delinquens, quando pro delicto, pro quo eſt indiciatus ad torturam venit imponenda pęna corporalis, l. edictum, & ibi Bart. Bald. & communiter Doctores, ff. de quæſtionib. Clar. quæſtione 64. verſic. præterea debet iudex. Farinac. quæſt. 42. nu. 3. Ballus lib. 4. qq. particular. vbi dicit, quod in omnibus delictis, in quibus pæna corporalis imponitur indiſtinctè infertur tortura, infert ex hoc Cabal. caſu 28. num. 12. & per totum, quod indiciatus pro delicto, pro quo imponitur pæna fuſtigationis, poteſt torqueri, quia fuſtigatio eſt pæna corporalis, & infert infamiam, & non niſi pro turpibus, & infamatoriis delictis irrogari ſolet. Menoch. de arbitr. iudic. q. 80. n. 40. & 41. & conſ. 123. n. 4. Cacher. conſ. 17. n. 3. Ludouic. dec. Lucenſ. 1. p. 1. & perſonis infamibus, Farin. q. 19. n. 29. Ricc. deciſ.

118 105. n. 4. pa. 2. Quamuis in Regno Neapolitano non poſſit torqueri, quia in dicto regno vigore conſtitut. non poteſt quis torqueri, niſi quando pro delicto venit imponẽda pæna vltra relegationem. Foll. in prac. crim. in 2. par. 2. par. princ. in verbo indurati torqueantur, nu. 12. & 13. Gram. conſ. crim 13. nu. 4. & vot. 15. nu. 12. Cart. de interrog. reor. lib. 4. c. 1. n. 17. Et in eodem Regno delicta minima dicuntur, vt non poſſit inferri tortura, quando pro eis non venit imponenda dicta pæna ſupra relegationem, ſed infra, videlicet, quando reus debet confinari, vel relegari ad tempus in aliquo caſtro, ciuitate, vel loco, vel prohiberi locus, ne ad illum accedat; non tamen vltra quinquẽnium. Cumia in prac. ſyndic. c. 24. n. 50. & in c. Ritus 72. n. 14 Burg. de modo proced. ex abrup. q. 23. n. 249. Giurb. conſ. 73. n. 13. de iure tamen communi, numquam po-

Digitized by Google

poteſt torqueri, quando pœna eſt exilij, ſeu relegationis, etiam vltra quinquennium, cùm huiuſmodi pœna non ſit corporalis. Farin.dicta q 421.n.9. latè Riec.par.4.dec. Archiep.344.vbi probat, quod pęna relegationis non eſt corporalis, poteſt bene torqueri quando pro delicto venit imponenda pœna carceris, quia hæc pœna æquiparatur pœnæ damnationis in metallum. Diar.in pract.crim.ca.120. ſecundum veterem impreſſionem, vel c.140. ſecundum recentiorem impreſſionem, & ſequitur Cartar. deciſ.66 nu.128. & per conſequens æquiparatur pœnæ triremium, quæ loco damnationis in metallū hodie ſucceſſit. Cartar. ibidem nu. 129. pœna etiam infamiæ reputatur pœna corporalis, ſecundum Surd.conſ.425.num.17.& 18.vol.3.
120 Sanfelic.deciſ.62 ar.2.num.57. & quando pœna delicti de ſui natura non eſt corporalis, vel ſecundū ius commune, vel ſecundum ius ſtatutarium; ſi tamen eſt augenda ex multiplicatione delictorum; an eſſet locus torturæ? Corn. conſ. 217.vol.1.& Carrer.in pract.crim. in 2.tract.de indic.& tortur.§.circa ſecundum n.27. fol.mihi 81. Foller. in pract. crimin. in 3.par. 3.partis. verbo, & ſi confitebuntur n.66. fol. mihi 326.& Farin.dicta q.42. n.10. dicunt, quòd non. Quia vnumquodque de per ſe inſpicitur, & nō cumulatio; vnde ſi delictum reiteratur, ita vt pœna debeat augeri, & puniri delinquens corporaliter; non per hoc poteſt torqueri. Nec poteſt Reus torqueri quando pœna eſt arbitraria. Quia pœna arbitraria regulariter eſt imponenda ſine corporis afflictione, ſed debet eſſe exilij, ſeu relegationis à quinquennio infra, vt dicit poſt alios Burg. de modo procedend. ex abrupt q.23.nu.276. Et non debet excedere pœnam relegationis. Honded.conſ.98.n.32.& conſ.104. num.37.vol.1. Tuſc. concl.236 nu. 36.litt.P, Marſil.in pract.crimin. §. quoniam, num.31.verſ. ſed contrarium. Menoch. de arbitr.caſu 330. n.3. & alij citati à Burg. vbi ſupra. Et ſic in arbitrariis non eſt locus torturæ, vt aſſerit idem Burg.num. 180.181.182. Fallit tamen quando pœna extraordinaria eſſet corporalis. Maſtrill. deciſ.295.n 20. vbi loquitur de conatu *in crimine* nefando, quod licet non puniatur pœna ordinaria, ſed extraordinaria; hæc tamen pœna debet eſſe corporalis. Et ideò poteſt in hoc caſu habere locum tortura. Item quando delictum eſt culpoſum pœna poteſt eſſe corporalis, & locum habere poteſt tortura, vt infra nu. 172. Fallit etiam, quando in proceſſu offenſiuo conſtaret delictum minimum, (ſcilicet pro quo non eſſet imponenda pœna corporalis,) fuiſſe perpetratum cum circumſtantiis aggrauantibus; ex quibus iudex poteſt moueri ad arbitrandum pęnam corporalem. Quia tunc poteſt ad torturam procedere, ita Burg.dicta q.23.n.286. Ball.tr.var. lib.4.q.5.n.12.ſed hæc fallentia, vt colligitur ex dicto Ballo, locum habet quando proceditur ex abrupto, in quo reo non dantur defenſiones,

ſed

Digitized by Google

ſed quando proceditur ordinariè, puto veram eſſe opinionem Intriglioli ſing. 234. lib. 1. aſſerentis, quòd quando pœna eſt arbitraria, non poteſt inferri tortura, etiam vbi ex circumſtantiis delicti iudex poſſit arbitrare pœnam corporalem, quia circumſtantiæ patere non poſſunt, niſi dato termino reprobatorio, in quo termino reus poteſt probare contrarium, & ſic non poteſt inferri tortura ante terminum, ſed tantum poſt terminũ, aliàs eſſet iniuſta.

121 Prælati non poſſunt punire ſubditos delinquentes pœna graui, & iuridica mediate proceſſu pro delicto ſine dolo, aut ſaltem ſine culpa commiſſo, gloſ. in c. cognoſcentes, in verbo culpa, de conſtit. vbi dicitur, quod pęna præſupponit culpam. D. Thom. 2. 2. q. 108. ar. 4. in ſolut. & ca. 2. q. 87. tit. 7. & 8. Sot. de iuſt. lib. 1. qu. 6. ar. 5. Sylu. verbo pæna, n. 25. Aldrete de religioſa diſciplin. tuenda, lib. 2. c. 10. n. 8. Surd. deciſ. 277. n. 19. Guttier. canon. qq. lib. 2. c. 30. n. 12. Cened. ad ſext. coll. 1. n. 2. Nam vbi non eſt culpa, non poteſt eſſe delictum. Barboſ. in coll. ad dict. c. cognoſcentes, n. 14. & per conſequens nec pæna, ca. cum voluntate de ſent. excom. l. aliud fraus. ff. de verbor. ſignif. reg. 23. de regul. iur. in 6. & nec accuſatio procedit, nec inquiſitio formari poteſt. Bart. & alii in l. vbi pactum. C. de tranſa. & in l. ſi ſeruus, C. de iis, qui ad Eccleſiam confugiunt. Marſil. in prac. §. conſtante, num. 100. Farin. q. 17. n. 1. Scac. de iudic. c. 71. n. n. 3. nec om-
122 ne illicitum, & contra bonos mores, eſt delictum graui pæna, & iudiciaria dignum, l. 3. §. non perpetuo, verſ. diuus, ff. de ſepulcro violato, l. militis, C. de religioſ. & ſumpr. fun. l. 1. §. 1. ff. vt quis eum, qui, & ibi Alex. & communiter Doctores, Bald. conſ. 14. vol. 1. Alex. conſ. 104. col. 2. vol. 1. conſ. 92. n. 17. conſ. 212. n. 5. vol. 6. Dec. conſ. 50. col. 2. conſ. 581. column. 4. Natta conſ. 595. nu. 10. & 597. n. 9. gloſ. & Abb. in c. fin. de iure patron. Roland. à Val. conſ. 85. nu. 22. vol. 2. Hippol. Rim. conſ. 327. num. 29. volum. 3. Farinacius qu. 31. numero centeſimo octauo; & tantum illud cenſetur delictum, quod in foro externo eſt dignum accuſatione, vel inquiſitione, & pæna, ca. Apoſtolus in fine 81. diſt. ſpecul. tit. de crimine, & eorum diſtinctione n. 2. Dec. tr. crim. lib. 1. c. 9. n. 3. Nam lex humana non punit omnia vitia, quia cum lex multitudini imponitur; & maior eſt numerus ſtultorum, quàm ſapientium: ideò non prohibet illa, à quibus tota hominum multitudo, ſtante humana fragilitate abſtinere non poteſt, ſed ea potiſſimum vitia cohibet, quæ Reipublicæ pacem con-
124 turbant. Et diuerſimodè delicta puniuntur à Deo, & ab hominibus. Deus namque punit illa iuxta qualitatem, & grauitatem culpæ. Ideò plus punit fornicationem, quàm furtum, cùm illa ſit grauior culpa. Lex autem punit iuxta perturbationem, quæ ex delicto prouenit bono communi, & ideo plus punit furtum, quam fornicationem, plus homicidium, quam blaſphemiam.

Et

Et inter præcipuas legis virtutes permiſſio nuncupatur, c. omnis diſt.3. Suarez de legib. lib.1. c.15. ex num.5. vſque ad nu.12. & c.16. à num.4. vſque ad num.8. lex enim permittit non poſitiuè, & diſpoſitiuè, ſed negatiuè. Quatenus non potuit de facto aliqua illicita, vt in foro ſæculari ſunt ſimplices fornicationes, & ſimilia. Et ex his ſequitur, quòd licèt aliquod factum ſit in ſe illicitum, & graue; ſi in foro externo non reputatur delictum, non eſt punibile iudicialiter; vnde Megala in ſua practica crimin. dicit, quòd malè fecerunt aliqui ſuperiores, qui compilarunt proceſſum contra ſubditum, qui tres formas caſei in Monaſterio rapuerit, quæ omnes vix attingebant pondus decem librarum, & Cabal. reſol. crimin. caſu 1. probat multis Iuribus, & Doctoribus, quòd non quælibet iniuſta hominis actio ſapit delictum pœna dignum; ſed ea tantùm, quam lex delictum eſſe voluit, & punienda ſtatuit expreſsè.

124 Sed quo ad pœnas leues, quæ à Prælatis imponuntur ſubditis tráſgreſſoribus, quia non tam dicenda eſt pœna, quæ ſupponit grauem culpam, quam pœnalitas, ſufficit pro ea imponẽda cauſa, vt colligitur ex reg.23. de reg. iur. in 6. vbi dicitur, ſine culpa, niſi ſubſit cauſa, nõ eſt aliquis puniendus, & cauſa poteſt eſſe, vel bonum ſpirituale religioſi, vt exerceatur in actibus mortificationis, vel aliqua leuia errata facta etiam inuoluntariè, & ſine debita aduertentia. Vt tranſgreſſio ſilentij caſualiter facta, & cætera huiuſmodi, quæ ſi ſunt etiam inculpata, quo ad forum internum, tamen quo ad forum externum obligant ad pœnam.

125 Tempus pœnæ impoſitæ reo cõdemnato, quando eſt determinatum, finito tempore finitur pœna. l. fratres & ibi Bart. ff. de pœnis, l. imperator ff. de poſtulat. & ibi Bar. & Alber. facit tex. in l. ſi vnus §. ſi cum reo ff. de pact. Dec. in c. ex literis n.33. de conſtit. & in c. quæſtioni num.2. de appellat. Cremenſ. ſing.47. Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur num.342. de reuoc. donat. Ipſa enim ſententia pœnam inferens temporaneam continet in ſe virtualiter abſolutionem, ſeu abolitionem poſt illud tempus. Vnde finito tempore relegationis, confinij, vel exilij, poteſt condemnatus redire ad locum interdictum abſque alia iudicis declaratoria, vel licentia ſuperioris. Dec. in d. c. ex literis num.34. ex Bald. in proemio digeſt. §. hæc autem tria col.1. vbi dicit, tempus limitatum licentiam concedit pro homine, idem Bald. conſ.34. num.1. vol.1. Et remigeri finito tempore condemnationis poſſunt à triremibus recedere ſine alia licentia. Capiblan. de baronib. pragm.7. num.12. & multò magis hoc procedit in pœnis latæ ſententiæ, quæ ipſo iure inferuntur facto hominis minimè indigentibus. Nam eo tempore tranſacto ceſſant ſine facto hominis, patet ex dicta l. Imperator, vbi interdictus à munere aduocandi ad tempus, eo peracto aduoca-

uocare non prohibetur, quando autem in ſententia additur, quod relegatus, vel confinatus redire non poſſit ad locum interdictum ſine licentia: tunc eſt neceſſaria iudicis licentia. c. fœlicis §. cum autem fuerit de pœnis in 6.

126 Ampliatur concluſio, vt procedat etiam in cenſuris Eccleſiaſticis. Nam interdictus ad tempus determinatum, eo tranſacto non indiget alia abſolutione, ſed ipſo iure cenſetur abſolutus, gl. in cap. ſi qui ſunt 81. diſt. & in cap. non eſt vobis, verbo donec, & ibi Abb. n. 7. de ſponſal. Syln. verbo interdictum 3. quæſt. 9. Sayr. de cenſur. lib. 5. cap 15. nu. 2. quod procedit etiam ſi interdictum ſit latum ad tempus incertum ſub conditione reſolutiua gl. c. ſi qui ſunt, & c. nõ eſt vobis. Sayr. vbi ſupra. Auila par. 5. diſp. 6. dub. 1. Coninch. diſp. 17. n. 76. Nihilominus in hoc caſu dicunt, quod requiritur abſolutio. Suar. diſp. 38. ſect. 1. nu. 5. Filliuc. tract. 18. n. 115. aſſerentes, quod licèt interdictum latum ad certum tempus non ſit propriè cenſura, & ideo non indiget abſolutione; Ac latum ad tempus incertum, ſeu ſub conditione reſolutiua eſſet propriè cenſura, & per conſequens non tollitur niſi per abſolutionem.

Ampliatur ſecundò in ſuſpenſione, quæ pariter lata ad certum tempus tollitur eo finito, ac etiam ſi ad tempus incertum lata eſſet, ſcilicet donec ſatisfecerit, gl. in Clem. 1. verbo donec de decim. Sayr. lib. 4 cap. 3. num. 13. Coninch. diſp. 14 n. 219. 220. Tanner. tom. 4. diſp. 6 quæſt 10. num. 147. quamuis Suar. vbi ſupra contrarium teneat. Requiritur tamen pro foro externo declaratio de competenti ſatisfactione, cauſa vitandi ſcandali, & ob incertitudinem illius ſatisfactionis, gl. in dicta clem. 1. & ibi Doctores. Io. Valer. de differ. vtriuſque for. verbo abſolutio num. 1. Sayr. dicto cap. 8. num. 14. addens cum alijs Doctoribus ab eo citatis, quod ſi celebraret ante dictam declarationem non fieret irregularis. Nec etiã pro foro externo ſi conſtaret eum iam ſatisfeciſſe; Sed quando adeſt clauſula maneat ſuſpenſus, vel interdictus donec ſatisfactione præmiſſa, abſolutionem meruerit obtinere. Prædicta non procedunt.

An autem, quæ dicta ſunt de interdicto, & ſuſpenſione habeant locum etiam in excommunicatione, vt lata ad certum tempus, vel ſub conditione reſolutiua, nempè excommunicatus exiſtat donec ſatisfecerit, & ſimilibus verbis; tranſacto tempore, vel accedente declaratione de competenti ſatisfactione cenſeatur pro foro externo abſolutus? affirmant aliqui citati à Couar. in cap. Alma Mater par. 7. §. 11. num. 5. Henriq. lib. 13. cap. 29. num. 2. Auila par. 2. cap. 7. diſp. 2. nu. 6. Sed communis opinio tenet, quod ex conſuetudine Eccleſiæ ſemper requiritur abſolutio, etiam cum certa ſolemnitate pro foro externo. Gloſ. in dicta Clem. 1. Sylu. verbo interdictum 3. nu. 13. Nauar. cap. 27. nu. 165. & alij citati a Couar. vbi ſupra, & de ſatisfactione

pro

pro foro externo debet conſtare, vel per teſtes, vel per confeſſionem partis læſæ. Graff. lib.1. deciſ.26. num.12.in addit. Nec ſufficit,quod confeſſarius tempore iubilæi in ſchedula abſolutionis faciat fidem abſolutionem præceſſiſſe.

127 Pœna impoſita ab vno Iudice non ſecundum qualitatem crimi nis ob defectum iuriſdictionis, poteſt ab alio iudice augeri, & delinquens debita pœna puniri, l. Placet C. de Sacroſanct.Eccleſ. c. fœlicis §. per hoc de pœn. in 6.Gomez. variar. reſol.tit de delict.cap.1.n.4. Anguian. de legib. lib.3. contr.32. num.6.& 27.Couar.var.reſol.lib.2. cap.10.num 11.Scac.de iudic.lib.1. c.12. nu.88. Guaz. defenſ. reor.35. cap.11.num.9. Barboſ. in l.2. C. de ſportul. & ſumptib.&c. num.6.nec pœna maior tollitur per impoſi tionem aliarum pœnarum. Suar. de paz. in pract. tom.2. prælud.2. num.51. Barboſ. d. collect. l.2. n.8. C.de ſportul. Ex hoc ſequitur,quòd religioſus delinquens punitur pœnitentia leui pro delicto graui à Prælato inferiori non habente iuriſdictionem puniendi delicta grauia: poteſt iterum puniri pœna debita delicto commenſurato à Prælato ſuperiori, habente iuriſ dictionem huiuſmodi delicta puniendi. Imò quando pœna corporalis,qua reus eſt punitus eſt adeo leuis, vt iudici videatur poſſe ſuppleri per aliam pœnam corporalem, debet ſupplere vſque ad integram pœnam, & non dicitur iterari pœna, ſed ſuppleri. Scac. d.

128 cap.12.nu.92. & in caſibus mixti fori, quando reus eſt puniendus pœna ſpirituali,& corporali, pro eodem delicto; vterque iudex procedere poteſt. Scilicet iudex Eccleſiaſticus quo ad pœnas ſpirituales, & iudex laicus quo ad pœnam temporalem. Couar. var.reſ.lib.2. cap.10. nu.6. Clar. quæſt.36. n.43. Cabal. cum aliis ab eo citatis caſu 104. in fine, vbi quòd ita ſeruatum fuit, Cartar. deciſ.54. vbi loquitur de eo, qui vulnerauit alium in Eccleſia, quod poteſt puniri à iudice Eccleſiaſtico, & Sæculari, & non ſufficienter punitus à iudice ſæculari, aut abſolutus, poteſt puniri à iudice Eccleſiaſtico, & ſententia lata in vno foro, non parit exceptionem rei vendicatæ in alio foro in criminalibus, idem nu.53. ſed in pænis corporalibus ſi iudex Eccleſiaſticus prius de crimine mixti fori cognouerit,& pænam impoſuerit aliqui dicunt, quod ſi pæna non eſt condigna, iudex laicus poteſt ſupplere vſque ad condignam pænam, ita dicunt Couarr. Gomez. Clar.Sanch.Villalob. & alii citati a Barboſa de poteſt. Epiſ. alleg.51.num. 95. Contrarium tamen tenent Barboſa vbi ſupra. Guazzin.defenſ.reor.35.c.11.

129 Pœnis pluribus punienda ſunt diuerſa delicta, l. numquam plura ff. de priuatis delict. Ampliatur vt non ſolum hoc procedat in delictis diuerſi generis ex interuallo commiſſis, ſed etiam ſi ſimul & eodem tempore committantur. Farinac. quæſt.22. num.2. & 3. ſi non ſunt conſecuta, ita quòd primum non tendit ad finem ſequentis, & quando

do ex eodem crimine diuerſæ criminum ſpecies oriuntur, poteſt quis à diuerſis iudicibus, diuerſis pœnis puniri, vt in occidente hominem in Eccleſia, qui vnico ictu committit homicidium, & ſacrilegium, latè poſt alios Cartar. deciſ. 54. num. 11. & deciſ. 72. num. 54. Cabal. caſu 158. num. 8. vbi de communi opinione, & obſeruantia, qui loquitur de diuerſis delictis eodem tempore commiſſis, & exemplum ponit num. 12. de concitante rumores, & hominem occidente, ex Bald. conſ. 459. in fine lib. 2. & num. quintodecimo, de faciente reſiſtentiam officialibus Curiæ, & homicidio ſubſequuto in eodem facto, & n. 16. vbi de eo, qui mulierem rapuit, & furtum fecit, & num. 25. de blaſphemante in rixa, quòd puniri debet non ſolum de delicto in rixa commiſſo, ſed etiam de blaſphemia, ex Claud. Bertaz. in addit. ad conſ. 205. litt. B. Quod multo magis procedit quando delictum diuerſi generis non committitur in vna, & eadem perſona, ſed in diuerſa. Et plura delicta etiam eiuſdem generis pluribus pœnis punienda ſunt etiam eodem tempore commiſſa, nam occidens duos in eadem rixa, aut occidens duos, cùm vellet vnum occidere, tenetur de morte omniũ. Cabal. 157. num. 1. & 2. & caſu 158. per totum. Et percutiens plures Clericos etiam vnico actu plures excommunicationes incurrit, ex multiplicitate perſonarum, & ſubiectorum, circa quos verſatur actio, quæ circa ſingulos habet ſuã formalitatem diſtinctam malitiæ. Zerol. de pænit. ca. 12. qu. 48. & hæc ſententia eſt magis probabilis, & tutior. Suarez tom. 5. ſect. 3. num. 12. Bonacin. diſp. 1. de cenſur. in genere §. 1. pun. 5. num. 7. verſ. dixi probabiliter. Squillan. cap. 6. de priuilegio cleric. n. 3. ad fin. Filliuc. trac. 21. n. 331. ad finem, & trac. 11. n. 144. ad finem. Caſtr. Pal. tom. 1. tr. 2. diſp. 3. p. 3. nu. 8. licet contraria opinio ſit probabilis. Bonac. vbi ſupra. Diana par. 5. tr. 9. reſ. 59. & hæc pro foro externo, ſed pro foro interno, ad hoc vt multiplicentur peccata ex multiplicatione perſonarum, quibus infertur iniuria, requiritur, quod talis habeat intentionem percutiendi, vel occidendi vno ictu, vel vnica actione plures; ſed ſi voluit percutere, vel occidere vnum tantum, & remanẽt percuſſi, vel occiſi plures, contra ſuam intentionem, nec in ſe, nec in cauſa, tunc vnum peccatum committit, dicit Filliuc. vbi ſupra.

Percutiens Monachum, qui eſt etiam aliquo ordine initiatus, contrahit duas cenſuras, ex quo in eo concurrunt duæ circumſtantiæ mutantes ſpeciem, dicit poſt Bonacinam, & connexũ Dia. p. 5. reſ. 60. Contrariũ tamen tenet Fagund. l. 4. præc. 2. c. 3. n. 5. quia votum ſacrorũ ordinum nõ addit ſupra votũ profeſſionis niſi circumſtantiam notabiliter aggrauantẽ, & pluribus pœnis punitur, qui in eadẽ rixa vnũ occidit, & aliũ vulnerauit; idẽ dicitur de pręſtãte opẽ in duobus delictis, vno, vel pluribus delinquentibus. Carrerius in §. circa tertium nu. 9.

130 Tamen quando delicta etiam diuerſi generis ſunt patrata eodem tempore, & eodem impetu, & ad eundem finem, & effectum, tunc maius delictum abſorbet minus, & vnica tantùm pœna, ſcilicet maioris delicti imponitur, & non plures. Vt in inſultante, vulnerante, & occidente, qui ſolùm punitur de homicidio, & non de inſultu,& vulnere. Farin. dicta q.22. nu.19. & nu.20. & 21. ponit plura exempla,ita Bart. in d. l. numquam plura num.4. qui Bart. num.5. verſic. venio ad alias quæſtiones, contrarium dicit, quando non eodem impetu vulnerat, & occidit, & ideo ſi quis aggreditur aliũ animo tantùm vulnerandi, & vulnerauit; Deinde ex aliquo dicto, vel facto illius ſuperuenit impetus vulneranti; & mutato propoſito illum occidit, punietur de vulnerato,& de occiſo; Quia fuit duplex impetus. Et ſequitur Bologn. conſ. vltimo num.2. & Cabal. d. conſ.158. nu.17. ſed num.18. dicit,quòd hæc opinio eſt vera de iure, ſed de conſuetudine non ſeruatur, & de occiſo tantùm tenetur, quia ex vnitate rixæ minus delictum cum maiore confunditur, quod puto verum quo ad pœnam extraordinariam,cùm accidentaliter ex nouo impetu, & occaſione homicidium
131 commiſit, & ſi lex,vel ſtatutũ dicat, ſi quis percuſſerit, ſi quis vulnerauerit, ſi quis alapam alicui dederit,puniatur tali pœna, conſiderando,& reſpiciendo ſolum actum agentis. Tunc ſi vno actu, ſeu vnica percuſſione, quis fecerit plura vulnera, vel ex vna alapa faciat exire ſanguinem ex pluribus partibus,tenetur vnica pœna percuſſionis factæ cum ſanguine. Bald.conſ. 351. lib.2. vel tridente inferat alicui plura vulnera; tunc vnica pœna tenetur. Ex quo lex, vel ſtatutum in hoc caſu reſpicit actum tantùm agentis. Bart. in l.gemina ſub n.1. verſ. quandoquè,ff. arbor.furt. Cæſar. Angel.de malefic. in verbo, & ipſum Titium percuſſit n.3. Didac. Canter. in quæſt.crimin.tit.de quæſt.tangentibus punitionem delicti c.9.n.9. verſ. quo ad primum membrum, & ſequitur Cabal.caſu 155. n.22. ſi verò lex, vel ſtatutum loquatur in rem: & dicat pro qualibet percuſſione,pro quolibet vulnere, pro qualibet alapa puniatur tali pœna; tunc ſi eodem tempore, &impetu plures inferantur percuſſiones, vulnera,aut alapæ, pœna multiplicatur pro quantitate percuſſionum,vulnerum,& alaparum. Farin. d.q.22.n.10. Didac. Canter. d. c.9.n.5.Cabal.d.caſu 155.n.1.per illam dictionem,qualibet,& in hoc nulla eſt contradictio,& omnes cõueniunt. Controuerſia eſt,quando lex,vel ſtatutum ſimpliciter imponit pœnam loquendo in rem,& dicendo,pro percuſſione,pro vulnere vel pro alapa puniatur tali pœna, an ſi talia delicta reiterentur eodẽ tempore vnica tantùm pœna, an verò pluribus pœnis delinquens puniri debeat? Farin. d.q.22. n. 12. & 13. cum Conar.lib.2. varia. c.10.n.8. verſ.4. ſi eiuſdem actus,& alij, tenet, quòd cenſetur vnicum tantùm crimen,&non plura,ſaltem

quò

quo ad publicam vindictam, & punitionem. Contrarium alijs doctoribus citatis tenet Cabal. q.155. etiam ſi percutiat eodem tempore, in eadem rixa, eodem animi impetu, & eodem ictu, ſeu ex vno ſolùm percutiendi actu, quis aliquem pluribus percuſſionibus percutiat, quia in hoc caſu lex, vel ſtatutum potiùs conſiderat numerũ percuſſionum, quàm actum percutiendi, ita Cabal. ibi per totum, licèt nu.8. temperet, quòd iudex in huiuſmodi caſibus poterit à peritis ſe informare ſuper interpretatione, quam talia ſtatuta habuerunt à conſuetudine, & ſecundùm illam iudicare, & nu.11. & ſeqq. etiam temperet, cum Bald. d. conſ.351. lib.2. quando loca corporis offenſa vnico ictu ſunt proxima, & contigua, & vnico ictu plura illata ſunt vulnera cum vno inſtrumento ordinario ſolito vnicum tantùm vulnus inferre, puta enſe, pugione, & ſimili. Quia tunc cenſetur quaſi vnicum factum continuum, & vnica tantùm pœna imponitur pro toto facto, ſecùs autem dicit, ſi ex vnico ictu plura inferrentur vulnera cum inſtrumento apto ad ea inferenda, puta cum bidente, aut tridente, aut alio inſtrumento bifurcato, aut trifurcato, vt ibi n.15. quia tunc pro numero vulnerum pœna ſtatuta puniendus eſſet, per quæcunque verba loquatur lex, vel ſtatutum, et num.21. reijcit opinionem. Claud. Bertaz. in addit. ad conſ.205. litt.B. aſſerentis, quod tunc puniatur pro numero vulnerum, quando vulnerans illud genus armorum eligeret, eoque dedita opera, et ex propoſito vteretur, ſecùs quando caſu illud arriperet, et contra dictum Claud. tenet Cabal quod indiſtinctè tenetur vulnerãs pro plurib. vulneribus illatis, quia attenditur perſona patientis, et non agentis, quando agitur de actu per vnum in alterum illato, ex quo plures effectus reſultant reſpectu ipſius perſonæ patientis, ſecùs autem dicit, quando agitur de actu, prout in alium non illato, ſed cõſiderato tantùm in perſona agentis, et prout fit, ſeu agitur ab ipſo agente, vt ſi ſtatutum dicat, ſi quis fecerit hoc, ſi quis admenauerit alicui, &c. per Cabal. ibid. n.21. et 22. quia tunc ſi plures effectus ex vno actu reſultant, omnes pro vno habentur, & vna pœna tantùm punitur, ſicut etiam quando lex, vel ſtatutum non cõſiderat actum ſimpliciter, ſed reſpectu modi, vt ſi ſtatutum dicat, ſi quis percuſſerit aliquẽ ictu bidentis, vel tridentis, quia tunc vna tantùm pœna tenetur ex pluribus percuſſionibus. Cabal. ibidem num.19. nec quando leuia ſunt vulnera, quæ ſequuntur ex vno actu puniri quis debet pro plurib. vulneribus, idem Cabal. n.18. et n.17. aſſerit ex Clar. q.84. ſub n.3. quòd in hoc ſtandum eſt conſuetudini, et idem dicit Ludouic. deciſ. Lucenſ.61. n.3. qui Clar. et Ludouic. teſtantur de conſuetudine in eorum Curijs, vt pro quolibet vulnere multiplicetur pœna, etiam quod eodem ictu allata ſint. Sed Farin. d. q.22. n.16. teſtatur de contraria conſuetudine in Curia Romana, quando pœna

Iiiii 2 deli-

Digitized by Google

delicti non eſt determinata à iure, vel à ſtatuto, ſed eſt arbitraria, quod ex pluribus percuſſionibus, vulneribus, vel alapis incontinenti, & eodem impetu inflictis, vni ca pœna delinquentes puniuntur, quia vnicum delictum quo ad publicam vindictam cenſetur; Grauiùs tamen puniendũ propter rei-
132 terationem. Nec regula ſupra poſita, quòd plura delicta pluribus pœnis plecti debent, procedit in pluribus delictis ſucceſſiuis, & continuatis ex interuallo commiſſis, & eiuſdem generis. Nam vnica pœna puniuntur, quamuis ex interuallo commiſſa ſint. Facit ad hoc tex. in l. maritus §. ſex menſium ff. de adult. vbi ex continuatione adulterij cũ vna, & eadem perſona vnicum reputatur adulterium, & non plura, & gl. in l. vulgaris in verbo fur, ff. de furtis, dicens, quòd licèt plura videantur adulteria, ſi pluries ad alterius vxorem accedas, tamen pro vno adulterio pœna imponitur, & ita expreſsè tenent multi doctores citati à Farin. q. 22. num. 17. & licèt Bartol. in d. l. vulgaris, contrarium ſentiat, tamen eius ratio parũ probabilis eſt dicit Couar. lib. 2. var. c. 10. n. 8. verſ. quòd verò diximus, & ſequitur Farin. vbi ſupra, ita etiam Valer. in differ. vtriuſq; fori verbo adulterium diffic. 3. & in verbo pœnitentia differ. 3. & idem Bartol. conſ. 222. vol. 1. inquit, ſi reus confeſſus eſſet pluries commiſiſſe adulterium cum Berta vxore Titij, ex pluritate reiterationis cum eadem Berta pœna non eſt multiplicanda, ſed vnica pœna pro omnibus vicibus puniendus erit, & Reyger in theſ. ver. adulterium, n. 7. 10. & 20. ex Bartol. d. conſ. 222. dicit, Maritatam tenens per plures mẽſes non committit plura adulteria, & Tuſc. litt. P. concl. 209. n. 7. aſſerit, ſi quis commiſerit pluries adulterium puta continuando per annos, punitur ſolum tamquam adulter vnica pœna, & n. 8. ampliat in alijs delictis, idem dicũt Tepat. var. iur. ſent. lib. 1. tit. ad leg. Iul. de adult. Catald. de ſyndicat. n. 139. Bonacoſ. qq. crim. verbo pœna, verſ. ad ſtatutum pu-
133 niens; & ſi quis tota nocte, vel tota die furando plures res alienas contrectet, vnum furtum committere dicitur, l. ei qui §. infans ff. de furt. Bart. d. conſ. 222. n. 10. Clar. §. furtum n. 14. Couar. d. n. 8. Tuſc. litt. D. concl. 169. n. 8. & litt. P. concl. 209. n. 10. & Boer. deciſ. 219. dicit; ſi quis tria, vel plura furta in vna nocte, vel die fecerit, reputatur vnum furtum propter continuationem, ſiue furtum fuerit factum in tribus domibus, ſiue in vna domo tribus continuatis vicibus. Menoch. de arbitr. caſu 295. n. 20. Baiard. ad Clar. §. furtum n. 65. & ante eos, Bald. conſ. 48. lib 3. & conſ. 247. lib. 5. ſecus tamen ſi furtum factum eſſet diuerſis temporibus, Tuſc. d. litt. P. concl. 219. n. 10. Baiard. in §.
134 furtum nu. 67. Et ſi quis pluries contrafaciet proclamati conducẽdo res è locis prohibitis; non tenetur niſi vnica pœna, Bertaz. conſ. 700. per totum. Item etiam, ſi quis ad obtinendam victoriam in eadẽ lite, & ad eundem finem ex interuallo plures corrupit teſtes; & eis, vel

vel inſtrumẽtis falſis ex interuallo vtitur; hic vnica pœna, (etſi grauiori ob iterationem) puniendus eſt, Couar. d.n.8. Tuſc. dict.litt.P. concl.169.n.9.vbi alios citat. Bertaz. conſ.24.n.3. Cabal. caſu 145. Baiard.in §.falſum n.251.Secus tamen eſt ſi falſitates committat ad diuerſum finem, & in diuerſis cauſis.Farin. d.q.22.n.26.& 27.& hæc regula de delictis ſucceſſiuis commiſſis, etiã ex interuallo inter eaſdem perſonas,& in eadem re,quòd vnica pœna plecti debent,procedit in omnibus delictis. Tuſc.d.litt. P. concl.209. n.8. Nam non dicitur nouum delictum committere; ſed vnum, & idem crimen continuatũ ante iudicis punitionem.Conar. d. n.8. Tuſc. d. litt. D. concl.169.n.3.

135 Quod dictum eſt de pluribus delictis commiſſis eodem tempore ad eundem finem,& effectum etiam ſi diuerſi generis ſint,quod vnica tãtum pœna puniuntur; intelligi debet quando tendunt ad eundem finem neceſſarium maioris,ſeu principalis delicti. Nam non poteſt quis puniri de inſultu, de vulnere, & etiam de homicidio, eodem tẽpore commiſſis, ſed tantum punitur de homicidio; quia inſultus, & vulnus,ſunt præordinata ad homicidium. Nam actus diuerſi tendentes eodem tempore ad eundem finẽ habentur pro vno,l. illud in fine ff. ad l.Aquil. Drog.in addit.ad Clar. q.84. verſic. alius eſt caſus. Cabal. caſu 280.n.4.Secus tamen eſt, quãdo delicta diuerſi generis non tendunt neceſſariò ad eundem finem, nec neceſſariò comprehenduntur ſub principali delicto;quia tũc pluribus pœnis plectenda ſunt, vt dicunt Roſel.& Alex.de Neuo citati à Farin.d.conſ.12.n.23.& exemplificant in eo,qui, vt furaretur tranſcẽdit muros ciuitatis, & in eo,qui frangit oſtium, vt ſtuprũ committat, idem dicit Ioſeph Ludo. deciſ. 65.n.5.par.1. Negat tamen Farin. quòd pluribus pœnis puniri debeãt, vt in n.25. ſed quòd tantum vnica pœna, ſcilicet principalioris, & maioris delicti,aggrauãdũ tamẽ eſt ab alijs delictis ad principale delictum concurrentibus, & Canalc.de Brach.reg.par.4. n.147.addit,quòd ſi plura delicta facta fuerint ad vnũ finem,vt puta tractatus, armorum præparatio,& delatio armorũ prohibitorum, ruptura oſtij, vel muri pro aliquo atrociſſimo patrato delicto;tunc ſiue eodem tempore,ſiue ex interuallo, adhuc nõ incepto aliquo proceſſu; attẽto vno fine,pro vno delicto cõputabuntur,& Tuſc. litt. D concl.169. n.11. ex Soccin. conſ.62.n.10.lib.2.dicit, quod quãdò delicta ſe habent inuicem,vt vnũ dicatur præparatoriũ ad aliud,etiã ſi fiant diuerſis tẽporibus, ſequuto effectu maius delictũ operatur conſummationẽ præparatorij.Contrarium tamen quando delicta diuerſis tẽporibus committuntur, licèt vnũ ſit ad aliud ordinatũ,quod numquã confunduntur, ſed requiritur,quod vno,& eodem tempore,& incontinenti fiant, & nõ per interualla dicũt Bart.in l.illud n.1.ff.ad l.Aquil. Bald.C.de furt.Dec.conſ.94.n.14.& 15.li.2.Rim.iun.conſ.463.n.86.li.4. Claud. ad Bertaz. conſ.24. ac vno,

& eodem loco addit Decian. dicto num.14. Quia ſi in diuerſis locis etiam data modica diſtantia fiant, pro vtroque delicto puniri debet. Soccin.verò conſ.62.num.10. lib.1. dicit, quod quando delicta ſunt præparatoria ad alterum ſecundũ naturam actus, vnum eſt delictum, ſecus ſi non eſſent præparatoria, ſecundùm naturam actus, & ſequitur Tuſc.litt.P.concl.210.num.ſeptimo.

136 Vnde pœna portationis armorum prohibitorum ad committendum aliquod delictum confunditur cum ipſo delicto ſequuto, quando pœna delicti ſequuti eſt maior, ſecus ſi eſſet minor, vt ſi delictum ſequutum eſſet vulneris, ita contra Cæph.cõſ.549.n.42.& ſeq.vol.2.& cõſ.204.n.41. & ſeq. tenent Claud. ad Bert.cõſ.205.lit.A, ver.4. Baiar. q.84.nu.26.Merend.conſ.23. Caba. caſu 158.num.13. & 14. vbi loquitur de pœna portationis armorũ, & pœna de vi publica.Artam.conſ. 112.Decian.tr.crim. lib.8.ca.4. ſub n.19.Ricc.deciſ.Cur.Archiepiſ.57. n.5.lib.2.aliàs ſi pœna ſequuti delicti eſſet minor, eſſet deterioris cõditionis qui ſimpliciter arma prohibita detuliſſet,quàm ille,qui cum dictis armis deliquiſſet,quo in caſu omnes dicunt, quod vtraque pœna tenetur,ita etiam Thor.vot.96.nu. 47.& 48.

137 At id, quod dictum eſt de delictis ſucceſſiuis,& continuatis,quòd pœna non multiplicatur,ſed tantùm augetur propter continuationem, intelligi debet quando continuatio per punitionem non eſſet interrupta, quia alias ſi delictum iteratur,pœna etiam multiplicatur,Couar.dicto ca.8. verſ. quod verò, & ideò ſi crimen ſemel fuerit in iudicium deductum,& punitum, ſi poſtea reiteretur, dicitur nouum crimen, etiam ad nouam pœnam imponendam, ac etiam augendam, vt infra dicetur; hinc eſt, ſi quis pro adulterio eſſet punitus, ſi iterum etiam cum eadem muliere adulterium committat, dicitur nouum delictum, & alia noua pœna plecti debet,& ſi quis teſtes corruperit,& pro tali corruptione, aut vſu eſſet punitus, ſi iterum teſtes alios corruperit etiam in eadem lite,iterum pœna ordinaria eſt puniendus. Couar.dicto numero 8.verſi.quintum. Imò dicitur etiam interrupta continuatio, ſi iis eſſet tantum conteſtata ſuper primo delicto, vnde ſi poſtea idem delictum continuetur, multiplicatur pœna, Bart. dicto conſ.222.in fine.Tuſc.litt.P, concl. 209. num.9. & idem etiam eſt,ſi de primo delicto interueniat abſolutio,vel alia prouiſio. Tuſc.litt.D, concl.169.num.4. ex Genuin. conſ. 106.in fine, verſic.vel dic melius, vnde ſi iteratur delictum poſt abſolutionem cenſetur nouum delictũ, & non idem continuatum. Similiter ſi poſt primum delictum ſequuta eſſet abolitio per indultum generale. Maſtrill. deciſ. 218. num. 27.vbi loquitur de delicto inceſtus interrupto per abolitionem, quod coitus ſequentes nouum incæſtum conſtituunt. Imò percutiens clericum pluries eodem impetu vnica tantùm ſententia excommunicatio-

tionis afficiatur. Io. Andr. in regul. delictum de reg. iur. in 6. Couar. dicto num. 8. quia ipſo iure à canone eſt excommunicatus, ſi ex interuallo iterum percutiat, alia ſententia excommunicationis ligatur. Coua. ibidem.

138 Delicta autem plura etiam eiuſdem generis ex interuallo commiſſa, quando non ſunt conſecutiua, nec poſſunt dici continuata, pluribus pœnis ſunt punienda. Nam tunc tempus conſtituit diuerſitatem delictorum, & ſic vulnus alicui illatum vno tempore, non poteſt eſſe idem cum vulnere illato alio tempore. Anchar. conſ. 147. verſic. contrarium dico, cùm pluritas factorum pluritatem delictorum indicet, idem Anchar. conſ. 158. num. 2. Tuſc. dicta litt. D, concl. 169. nu. 1. & 2. Farin. dicta qu. 22. n. 4. vbi alios citat. Thor. vot. 96. num. 37. Et præſertim multiplicatur pœna, quando propter iterationem delicti, reiteratur læſio partis offenſæ. Et num. 5. ampliat etiam ſi plura delicta ad eundem effectum, ſiue diuerſi generis, ſiue eiuſdem, ex interuallo commiſſa ſint. Nam ſi Titius vno tempore Seium vulnerat, vel percutit, & alio tempore occidit, tenetur de vtroque delicto. Et ſi vno tempore quis frangit muros carceris ad euadendũ carceratum, & alio tempore præſtat auxilium ad euadendum eundem carceratũ, hæc delicta non confunduntur, ſecus ſi eodem tempore fiant, idem Farin. num. 19. 20. & 21. & latè Cabal. caſu 204. num. 22. vbi ait, quòd pluralitas furtorum rerum vilium diuerſis temporibus factorum, facit cenſeri furtum magnum, tum ex rerum æſtimatione cumulatarum, tum ex conſuetudine furandi, & grauiter punitur, ſed de hoc n. ſeq.

139 Pœna augetur reiterato delicto: delictum enim reiteratum non ſolùm punitur noua pæna ordinaria, debita, & determinata pro tali delicto, ſed propter reiterationem augetur, l. omnes, §. delatores, C. de delatorib. lib. 10. & alia iura, quæ refert Farin. qu. 23. n. 1. vbi aliis citatis, dicit, quòd ita communiter practicatur de generali conſuetudine. Et ideò teſtatur Gramm. deciſ. 48. quòd quidam Ioannes Vicinacius pro furtis minimis reiteratis fuit condemnatus ad pænam mortis, & Farin. qu. 2. nu. 15. etiam teſtatur, quòd quidam Hiſpanus nomine Franciſchiglius ob dua furta, fuit furca ſuſpenſus, licèt ipſemet Farin. d. qu. 23. num. 7. dicat, quòd regula hæc eſt communis de iure, tamen de conſuetudine non ſeruatur quoad pænam mortis. Et idem dicit Clar. q. 84. in fine, aſſerens, quod nec Mediolani ſeruatur. Contrarium tamen dicit Bal. tract. var. lib. 4. q. 5. n. 27. vbi quod ſeruatur de conſuetudine generali, de qua teſtatur etiam Cæp. in auth. ſed de nouo iure, n. 93. C. de ſer. fugiti. Baſſan. in conſuet. Burgũd. rubr. 1. §. 5. n. 20. qui loquitur in furtis, in quibus concedit etiam Farinac. d. q. 23. in fine, qui negat quoad alia delicta, ſed Bal. dicto n. 27. extendit etiam quoad alia delicta, prout loquũtur Carrer. in §. homicidium 3.

verſ.

verſ.circa igitur nu. 1. Gram. conſ. 17. num. 16. Paulus Merend. inter conſ.crim. conſ.90.nu 32.lib.2. Et quod ſeruatur Mediolani teſtatur Vitalin.de malefic.rubr.de furt.ſub num.3.& quod pœna, quæ ex delicti natura eſt pecuniaria, poteſt propter delinquendi frequentiã extendi in corporalem, & quandoque etiam in pœnam mortis augeri. Bart. & Alex. in l.1. C.de ſuperactor. lib. 10. Brun. in conſ. crim. diuerſ.115. num.15. & ſeqq. lib.2.in folio.Marſil.ſing.378.Carrer.in praxi crim.in 3. trac. de homicid.§.homicidij autem, num. 69. & in §.circa igitur tertium, num.4. Montelcon. in ſua praxi arbit. par. 2.pag.159.num.266.& ſeq. Gram. deciſ.16.num.4. Graſſ.de except.in 14.except.num. 33. vbi plures Doctores refert pro hac opinione. Et Ball.dicta qu.5.num.30. & ſeqq. refert duos caſus deciſos de duobus delinquentibus, qui plluries deliquerunt, & tandem pro leui cauſa coaceruatis omnibus eorum delictis fuerunt ad mortem damnati, referunt etiam, & ſequuntur Reg. de Pont.de poteſt.proreg.tit.1. in princip.titul.11.12. & 14. Io:Bapt. Thor.in voto deciſiuo, num. 122. & quod grauius puniuntur delicta iterata, tenent etiam Put. in verbo pœna,ca.8.n.14. Euerard. à loco à vi geminationis, Caualc.de brach. reg.par.4.nu.100. Ricc.deciſ. Cur. Archiep.deciſ.220.num.2.par.2. vbi loquitur de crimine blaſphemiæ,& hæc opinio procedit etiam ſi delicta eſſent minima, vt contra Farin.dicta q.23.in fine, tenet Ball. dicta q.5. num.32. Ampliat Farin. procedere non ſolum ſi de primis delictis eſſet quis condemnatus, & punitus;ſed etiam ſi de illis fuerit à Principe per gratiam abſolutus,vt in dicta q.23.n.11.Tuſc.litt.P, concluſ.255.num.30.& 31.nam delicta etiam remiſſa aggrauant delinquẽtem de nouo.Tuſc.litt.D, concluſ. 163.num.116. & per totum,& nu. 11.aſſerit, quod homo facinoroſus in multis delictis non ſolum eiuſdem ſpeciei, ſed etiam diuerſis, aggrauatur per iudicem, vt poſſit pęna augeri. Ampliatur etiam, quod prima delicta eſſent commiſſa in diuerſis territorijs. Farin. vbi ſupra,n.13. & n.16. quod binus actus ſufficit ad inducendam conſuetudinem delinquendi,cui adde Caualc. dicta par.4. n.100. Cartar. deciſ.11.num.13.Farinac.ibidem n.19. quod grauius puniendus eſt, qui ter deliquit,quam qui bis,& n. 20. quod reiteratio delicti, & conſuetudo delinquendi aggrauat non ſolum in condemnando,ſed etiam in procedendo, & ex delicti reiteratione nullam veniam delinquens ſperare debet.Bald.in l.3.nu.4.C.de
140 Epiſcop. audient. Gram. vot.17. num.8.Maſcard.concl.838.num.5. Et non licet bis diſpenſare pro eodem delicto. Ricc.in praxi variar. reſ. 396. & ſi Princeps reiteranti delictum indulſit, non facta mentione reiterationis, & ſic de primo delicto, non valebit indultum. Cyn.Bald. Caſtr. & alij communiter in l.3. C.de Epiſc.audient. Carrer. in 3. par. de homicid. §. circa igitur tertium,n.2. Tiraq. de pœn. tem-

temper. cauſa 10. n.4. Garc. de be-
nefic. par.8. c.3.num.28.Ced. ad
141 decret. collect.34.n.4.vbi multos
cumulat, Farin.quæſt.6.nu.49. Et
practica eſt, quòd quando quis eſt
proſequutus de ſecundo,vel tertio,
vel quarto delicto eiuſdem ſpeciei,
vt combinentur omnes informa-
tiones de alijs delictis ad pœnam
augendam, vt dicunt Ceif. Vgon.
conſ 85. Menoch. conſ.188. nu.18.
ac etiam delicta diuerſæ ſpeciei ob
magnam connexitatem, quam ha-
bent delicta inter ſe, vt dictum fuit
ſupra par.5.c.3. n.78.

Limitat tamen Farin.d.q.23. n.33. vt
hæc concluſio non procedat, niſi
quando de priori delicto fuerit de-
linquens, vel confeſſus, vel conui
ctus, vel condemnatus.

Limitat etiam in pœnis impoſitis
ipſo iure, in quibus non augetur
pœna propter reiterationem deli
ctorum,ſed augetur quando per iu
dicem eſt imponenda, dicit Car-
rer. in pract.crim.in tr.de homicid.
§. circa igitur tertium n 10. qui ci-
tat Bald. in l. ſi quis non dicam ra-
pere C. de Epiſc. & Cleric.Sed alij
contrarium tenent.

Limitatur tertiò in iudice ordinario,
qui non poteſt pœnas augere, ſed
magiſtratus, qui Principis locum
tenet, conſulto Principe. Bertaz.
conſ.306. num.3. Farin. quæſt.47.
num.203. Ball. dicto lib.4.quæſt.5.
in fine, & licèt iudex ordinarius
non poteſt in caſu reiterationis au
gere pœnam vſque ad mortem, ad
proximiorem augere tamen po-
teſt, Cartar. deciſ.67. à num.112.
& ſeqq. cum alijs ibi citatis.

142 Vna pœna tenetur præſtans o
pem pluribus ad vnum Maleficium
committendum, ita poſt alios Ca-
bal. caſu 280. per totum, ſecus ſi ad
plura maleficia, Carrer. in tract.de
homicid. §. circa tertium n.9. idem
dicitur de mandante pluribus ad v-
num delictum committendum,Ca-
bal. vbi ſupra num.5. Secus ſi ad
plura delicta, & idem dicit.Tuſc.
litt. P. concl.209. num.6. & reddit
rationem,dicens, quòd præſtans
auxilium pluribus, qui vnum ho-
micidium commiſerunt, non di-
cuntur plures homicidæ, & non
tenetur niſi de vno homicidio. Di-
nus conſ.41. numero 6. & ex Bart.
conſ.233. lib.1. vbi quòd conne-
xitas facti operatur, vt vnica ſit
pœna.

143 Plures delinquentes etiam præ-
cedente tractatu, & deliberato
conſilio: licèt omnes eadem
pœna ſint puniendi: ſiue ſint prin-
cipales, ſiue ſint auxiliatores;
quia pœna corporalis ſoluta ab
vno, non liberat alios delinquen-
tes: & tot ſunt maleficia, quot
delinquentium perſonæ; Tamen
ſi multitudo erit delinquentium,
non puniuntur eadem pœna;
ſed multitudo facit minuere pœ-
nam, & mitiùs eſt agendum, ne
multarum ſtrages contingat, &
ita quotidie obſeruari teſtatur,
Clarus quæſtione 60. numero 30.
verſic. allegatur, & probat præ-
cipuè ex lege penult. ff. ad legem
Corn. de ſicar. Farinacius quæſt.
96. numero 1. & 9. ſed hæc mi-
ſericordia non eſt habenda in
eos, qui delicti, vel auctores

fuerunt, vel in delinquendo plus a-lijs operati ſunt; vel principaliores extiterunt; idem Farin. ibidem n. 8. & q. 197. n. 33. Souſa lib. 2. c. 15. Carena par. 3. tit. 9. num. 55. multitudo autem delinquentium ad hoc, vt faciat minuere pœnam requirit, vt perſonas delinquentes ſint numero 40. ſecundum aliquos, idem Farin. q. 96. nu. 11. vel hoc eſt iudici arbitrarium, idem Farin. n. 12. ſed Caualc de brac. reg. p. 4. n. 153. verſ. ſed pro vno, ita dicit, quod pro vno homicidio, ſi multi interuenerunt excedentes numerum quatuor, licet eodem animo ad occidendum æquè interfuerunt; tamen ex æquitate, non omnes de conſuetudine mori debent, ſed ille, qui fuit principalis, vel qui vulnera lætalia intulerunt; cæteri autē ad triremes perpetuo damnari ſolent, niſi alias fuerint ſoliti delinquere, vel omnes fuerint aſſaſſini. l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. ita Caualc. & Clar. in §. raptus, nu. 5. verſ. quæro num quid, ex Gram. in conſt. Regni fol. 29. col. 1. nu. 2. dicit, quod cum plures iuuenes quandam meretricem è proſtibulo violenter rapuiſſent, vnus, qui fuerit principalis fuit furca ſuſpenſus, alij ſocij per trienniū ad triremes condemnati, & Nald. in ſumma, verbo delictum num. 1. aſſerit, ſi in loco ſint plurimi clerici concubinarij, non debet iudex omnes ſuſpendere, vel excommunicare, ſed incipere à principalioribus, vt alij eorum exemplo perterriti arceantur, ex Abba. in capite Clericus de cohabitat. Cleric. & mulier. & poſt Nald. idem dicit Pellizar. in manuali, tr. ſeptimo, capite primo, numero vigeſimoſeptimo, de Prælato regulari inueniente multos ex ſubditis commiſiſſe aliquem grauem exceſſum, vt puniat tantum principaliores, ſcilicet, qui plus deliquerunt, vt ex vna parte delicta non remaneant impunita; & ex alia parte melius conſulatur paci, ac tranquillitati Monaſterij. Quæ multum læderetur, ſi punirentur omnes, & ſinguli religioſi, qui præfatum exceſſum patrarunt. Fallit tamen hæc regula, quando religioſi faciunt contra votum aut obſeruantiam regularem, quia tunc multitudini non parcitur. Tiraquel. de pœn. temperand. cauſa quadrageſima ſeptima, numero vltimo. Barboſ. in capite ea, quæ, numero ſeptimo, de ſtatu Monachorum.

144 Pœna corporalis ſoluta ab vno ex pluribus occiſoribus, qui conſulto, & animo occidendi, in alium fuerūt aggreſſi, (vt ſupra innuimus) alios delinquentes non liberat, etiam ſi vnico tantum vulnere illato occiderunt, pariter ſi plures ſimul rem aliquam furantur, omnes vt principales inſolidum ad pœnam furti tenentur, lege, ſi quis, §. fin. & lege ſeq ff. de iuriſd. omn. iud. lege item mela, §. ſed ſi plures, ff. de iniur. Bartolus in lege ſi plures, ff. de arbor. furt. cæſar. lege ſi ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam, gloſ. in l. 1. in verbo teneri, C. de condit. furtiu. Natta conſ. 70. numero nono, libro primo. Cæpol. conſ. crimin. 14. numero quartodecimo.

cimo. Gomez tom.3. variar. de delict.ca.1.ſub n.58.verſ.item principaliter, quia tot ſunt maleficia, quot delinquentium perſonæ; & cum ſinguli deliquerunt, ſinguli pœnam ſoluere debent. Nec quod quis propter ſuum delictum ſoluit, alii prodeſſe poteſt, quia in pœnis vnum ſoluendo alterum non liberat, dicta l.ſi quis, §.fin.& dicta leg. item mela,§.ſi plures,licet in furtis, reſpectu rei ſubtractæ ſatisfactio per vnum tantum domino facta, alios liberat,quia ad reſtitutionem non ſinguli inſolidum, ſed omnes ſimul inſolidũ tenentur,latè Theſſ. deciſ.Pedam.254.n.1.3.& 4.& poſt eos Cabal. caſu 198. per totum.

145 Quod ſi forte quis eſſet innocens, & ob ignorantiam,aut malitiam iudicis, vel teſtium, aut metu tormentorum,condemnatus, & occiſus eſſet,& poſtea de eius innocentia conſtaret, & inuenti eſſent culpabiles; tunc etiam iſti puniri debent pœna mortis. Quia ſententia, & eius executio ſecuta contra innocentem non releuat alium culpabilem, vel alios culpabiles, l.qui ſeruum, ff. de inter. action. & ibi Bald.& in l.res inter alios ad finem n.10. C. quibus res iud. non nocet, & in c.1.§.iniuria ſub n.19.de pace iuram.firm.in vſib.feud.vbi afferit, quod ſi duo ſunt Titii, & vnus interfecit Seium, ſi iudex per errorem decapitauit Titium non culpabilem, verus homicida non eſt liberatus, ſed debet decapitari, Marſilius in lege prima, §. ſi quis vltro, numero quinquageſimo tertio, ff. de quæſt.et alii citati à Cab. caſu trigeſimo ſeptimo. Caualc. de brach. reg.par.4. num.161. qui etiam citat Gomez dicto tit. de delict.cap.1.numero nonageſimo primo.

146 Pœna ordinaria affectus,ſeu conatus non ſequuto effectu,non punitur de generali conſuetudine Italiæ, teſtatur poſt alios Clar. qu. 92.n.1. Honded. conſ.98.nu.9.vol. 1.Peguer. deciſ.7.n.13. Rimin.iun. conſ.327.n.19.& conſ.761. n.3. Oſaſc.deciſ.19.n.3.Theſſ.dec.Pedam. par.2.Ludouic.deciſ.Lucenſ.15.nu. 26.& ſeqq.par.1.Menochius de arbitr.caſu 360.à num.92.& ſequent. Farinacius q.17.n.49.Cartar.deciſ. crimin.1.n.289.Giurb.conſ.46. nu. trigeſimo ſeptimo, et alii citati ab ipſis,ſiue conatus perueniat ad actũ proximum,ſiue remotum. Quamuis, qui peruenit ad actum proximum eſt grauius puniendus. Quàm ille, qui peruenit ad actum remotum,et pœna tamen erit ſemper extraordinaria. Bald. in l. data opera n.77. C.qui accuſ. non poſſ. Guttier.practicar. qq.lib.3. q.7.nu. 41.Cæual.com.contr.com.q.540.n. 13. Cartar. vbi ſupra n.291.292. et alii ab ipſis citati, et hoc procedit in quocumque grauiſſimo, et atrociſſimo crimine, Farin.dicta qu.17. nu.49.et qu.124.n.19.37. et 40. vbi multos Doctores cumulat. Cartar. vbi ſupra n.290. Guaz. defenſ.reor. 33. capite vigeſimoquarto, numero tertio,vbi alios citat. Bal. tract. var.lib.4. qu.1. numero trigeſimonono.

Ac etiam in pœnis ſpiritualibus, prout ſunt cenſuræ Eccleſiaſti-

cæ, et irregularitates. Nam ad illas incurrendas requiritur conſummatio actus. Marſilius in lege prima, 5. qui cum telo, numero 28. ff. ad l. Corn. de ſicar. Menoch. dicto caſu 365. n. 89. Guaz. dicto nu. 3. Et ideò, qui conatur percutere clericum, ſi verè non percutiat, vel quia errauit, vel quia fuit impeditus, non incurrit excommunicationem. Felin. in c. 1. n. 10. extra de præſum. Nouel. regul. 114. fallen. 6. Duen. reg. 99. limit. 1. Dian. par. 5. trac. 9. reſ. 56. Guazz. dicto c. 24. num. 4. Et qui percutit aliquem ſi non ſequatur mors, non incurrit cenſuram latam pro homicidio, nec eſt irregularis. Couar. var. reſ. tit. de homicid. num. 5. par. 2. Caualcan. de brac. reg par. 4. num. 196. Henriq. Boich. in c. 1. num. 26 & 28. extra de eo, qui mitt. in poſſeſſ. Guaz. dicto n. 4. Dian. dicta reſ. 56. vbi etiam, quod qui ſcribit ad aliquem, non incurrit cenſuram latam contra ſcribentes ad illum, ſi non perueniat ad illum ſcriptura; niſi lex, vel ſtatutum expreſsè pro conatu imponeret cenſuram. Bal. dicta q. 1. n. 46. limita ſecundò in cenſura poſita ab homine. Farin. q 124 n. 58. Guazz. vbi ſupra n. 4. & de eo, qui præſentauit apochas falſas in bancho, & non exegit pecuniam, quod non incurrit in pœnam ordinariam. Ricc. dec. Cur. Archiep. 70. n. 5. par. 1. & deciſ. 311. par. 3. & de eo, qui habuit acceſſum cum alio contra naturam, & non conſumauit actum intra partes pudendas, quod fuit tantùm punitus pęna extraordinaria triremium; idem Riccius deciſione 137. par. 2. Et de eo, qui appoſuit ſcalam ad feneſtras, vt puellam raperet, quod fuit punitus pœna extraordinaria effectu non ſequuto, deciſum refert Afflict. deciſ. 376. Menochius caſu 360. n. 95. vbi citat etiam ad hoc Ioſeph. Fontanel. inter conſil. crim. diuerſor. conſ. 97. lib. 2. vbi ex Oſaſc. deciſ. 19. in fine, idem dicit de eo, qui ſuo falſo teſtimonio quidam fuit accuſatus, & pœna mortis punitus, ſed condemnatione poſtea non ſequuta, fuit pœna extraordinaria damnatus. Et refert etiam idem de eo, qui falſis teſtibus conatus fuerat quendam eius inimicum de fraudata annona damnari, qui fuit ad triremes condemnatus.

Nec ſufficit conatus, quando pœna imponitur *ipſo iure, vel ipſo facto*, etiam, quod fuerit deuentum ad actum proximum, & agatur de atrociſſimo delicto. Io: Andr. in regul. in pœnis n. 3. & ſeq. de regul. iur. in 6. Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, n. 5. C. de Epiſc. & Cleric. & in l. data opera n. 51. in fine, C. de his, qui accuſ. non poſſ. Claud. ad Bertaz. conſ. 274. litt. B, Menochius dicto caſu 360. n. 87. Farinac. q. 124. nu. 59. & 60. Guaz. dicta defenſ. 33. c. 24. n. 5. licèt alij citati à dicto Farinac. n. 61. teneant contrarium.

Hæc generalis conſuetudo, quod affectus non ponatur in pœna ordinaria non ſequuto effectu, limitatur, primò, vt procedat, quando verba legis ſignificant rem perfectam, & conſumatam, aut quando ſunt dubia, non autem quando verba legis, aut ſtatuti ſunt expreſſa, & nominatim affe-

fectum, ſeu conatum puniunt; quia tunc conatus, ſicut effectus punitur, Tiraq. de pœnis temper. cauſa 37.num.4.& 6.Menoch.dicto caſu 360.n.115. & 116. Bal.tractat. var.lib.4.q.1.n.36.& n.46. verſ. ſed certè.Farinac.q.124.n.37. vbi alios citat,tamen aduertit Menoch.dict. n.116.quod quando lex, vel ſtatutum expreſsè punit conatum, intelligi debet de conatu proximo ad actum, non autem de conatu remoto. Gramm. conſ. trigeſiſimo ſexto,num.19.Clarus qu.92.in fine.

Limitatur ſecundò, in crimine læſæ maieſtatis; latè Farinac. quæſt. 116.num.147.vbi in fine ex Burſat. conſ.147.num.25. & Honded.conſil.108.num.2. & ſeq.lib.1. ampliat limitationem etiam,quod non fuerit ad actum proximum deuentum, ſed tantum remotum, & num.159 ampliat etiam in conſiliarios, & collaterales principis, vt ſolus tractatus,& machinatio de eos offendendo puniatur ex Capic.dec.130. num.11.& vltra citatos à Farinac. addo Ball. vbi ſupra nu.41. & alios citat.à Cartar.deciſ.1.num.290. & in tractatu de offendente magiſtratum. Farinac.q.112.n.1445.& in transfuga. qu. 113. num.12. & ſequent. & in conuenticula, num. 123. & ſequ. & in oppugnata patria,q.112. n.213.ex Boer. de ſedit. q.6.n.10.& Viu. opin.822. num 4. quibus addo Cartar. dicto numero 290.cum alijs ab eo citatis, & in crimine vſurpatæ iuriſdictionis, in quibus omnibus ſolus conatus, ſine effectu punitur.

Limitatur tertiò, in crimine aſſaſſinij, in quo punitur mandans, & mandatarius pœna ordinaria, etiam, quod homicidium non fuerit ſequutum. Farin. q.123. nu. 77. dummodo fuerit deuentum ad actum proximum, Menoch. de arbitr.caſu 360. n.42. & 43.Idem Farin.n.101.& ad actum proximum tunc dicitur deuentum, quando fuit deuentum ad inſultum, vel offenſionem.Farin.ibidem n.106. & 108. aliàs non dicitur actus proximus, ſed remotus, & conſequenter tenetur pœna extraordinaria,idẽ numero 104. Cartar. dicta deciſ.1. num. 288. & 294. Et aſſaſſinium dicitur, quando eſt data pecunia ad occidendum aliquem Chriſtianum; Vel ſaltem pecunia ſit promiſſa,dummodò ſit certa,& ſpecifica. Idem Farin.n.145.latè Cabal. de omni gen.homic.à nu.503. cum pluribus ſequentibus; vbi etiam cũ Afflicto ab eo citato loquitur de eo,qui per pecuniam ſibi datam,vt hominem occideret, traxit dardũ cum baliſta, & non potuit occidere,nec percutere hominẽ, quia dedit in arcione equi: nihilominus fuit punitus ac ſi occidiſſet.Perc.1. de homic.in 6. & num.509. ſubdit, quòd qui eſt ſolitus aſſaſſinia committere poteſt morte puniri, etiam quòd non deuenerit ad actũ proximum maleficio. Decian. in tom.2.lib.9.c.30.n.30. verſ. notandum tamen. Cabal.vbi ſupra num. 509. Sed quid dicendum, quando mandans reuocat mandatum? & reſpondetur, quòd ſi reuocet, antequam mandatarius deueniat ad

ad aliquem actum, & notificet mandatario, & is habita notitia reuocationis nihil aliud agit, punitur tantum extraordinariè propter turpe pactum, & ſi mandatarius non obſtante reuocatione, & notificatione proceſſit ad effectū, mandans non tenetur de aſſaſſinio, ſed extraordinariè tantùm. Decian. d. cap.30. n.37. verſ.ſed an in hoc delicto, ſed ſi mandans reuocat mandatum re non integra, ſcilicet poſtquam mandatarius deuenit ad actum proximum, reuocationem mandati nihil iuuat. Cabal. vbi ſupra n.511. & 512.

Non tamen deſunt doctores contrariæ ſententiæ, aſſerentes, quòd delicto aſſaſſinij non conſumato, non intrat pœna mortis; ſed tantùm pœna extraordinaria; Ita Aloyſ. de Leo in l. non ideo n.13. de accuſat. Marſil. conſ.105. n.6. Angel. in tract. de Malefic. in verbo Sempronium mandatorem vol.4. Amodeus de Syndic. in fine, Gram. deciſ.2. nu.25. & deciſ.74. num.14. & ſeq. & vot.8. in fine, Bonifac. Roger. conſ.21. nu.29. conſ.31. nu.15. Anton. Nigr. ſuper cap. Regni Neap. cap.7. num.66. Corrad. in prax. tit. de aſſaſſin. num.5. & 6. & quod ſtante generali conſuetudine, quod affectus non punitur non ſequuto effectu pœna ordinaria mortis naturalis in aſſaſſinio non intrat, etiam ſi deuentum fuerit ad actum proximum, aſſerunt in ſpecie Prob. in addit. ad Ioan. Monac. in c. pro humani n.6. de homicid. in 6. Corn. conſ.102. poſt n.1. 2. & 3. Clar. in §. aſſaſſinium nu.6. Plazza epitom. delictor. lib.1. c.19. num.9. verſ.9. & 10. Marſil. d. conſ. 105. n.2. in fine, & n.19. 20. 29. & 43. Gram. vot.8. num.12. in fine, & ſeqq. & voto 20. n.8. Cyril. in ſumma crimin. rubr. de publ. iudic. §.6. n.10. Barth. Theg. in tr. crim. cap.10. n.7. Gomez de delict. cap.3. rubr. de homicid. n.11. Maſcard. de probat. lib.1. concl.138. n.8. Brun. à Sole q.34. n.38. & ſeqq. & Mar. Giurb. conſ.46. vbi loquitur de mandante vulnerari in capite pecunia mediante, & quòd effectu vulneris ſequuto fuit mandans confinatus in Inſula Pantellariæ, toto tempore vitæ ſuæ, & quòd non eſt puniendus pœna aſſaſſinij ille, qui ad actum deuenit, hominem tamen non occidit, *maximè pro gaudenda immunitate* Eccleſiæ, Ricc. deciſ.302. par.2.

Sed primam ſententiam, quòd generalis conſuetudo ſupradicta non procedat in crimine aſſaſſinij, tenent vltra citatos doctores Aug. ad Angel. de Malefic. in verbo ex interuallo poſt n.16. & in verbo Sempronium Rodulphi n.4. Angel. conſ. 14. n.3. Io. Fab. in l.15. qui cum telo num.3. & 4. C. ad leg. Corn. de ſicar. Hieron. Caual. in addit. ad Dec. in l. non vul. hæreſ. n.7. *litt. A.* ff. de reg. iur. Clar. in §. Aſſaſſinium num.6. vbi teſtatur de frequentiori, & ſeruata doctorum opinione. Decian. tr. crim. tom.2. lib.9. cap.30. n.13. ante finem, & idem Farin. d. quæſt.123. num.117. 118. & conſ.4. num.7. & ibi Centolin. litt. L. vbi teſtatur de magis communi opinione, & Çabal. vbi ſupra n.502.

n.502. qui n.106. tenet, quod mandans, & mandatarius tenentur pœna ordinaria aſſaſſinij, ſi mandatarius peruenit ad actum proximum; Aliàs tenetur pœna extraordinaria, & Ball. tract. var. lib.4. qu.1. nu.42. generalem conſuetudinem ſupradictam etiam limitat in crimine aſſaſſinij, nam tex. in cap.1. de homicid. in 6. eſt clarus, quia expreſsè, & nominatim in hoc crimine pœnam ordinariam infligit ex ſolo conatu, vt patet ex illis verbis; quanquàm mors ex hoc fortaſſe non ſequatur, & ita etiam Tuſc. litt. P, concl.227. num.5. afferens, quod mandans, & mandatarius tenetur pœna mortis, ſi deuenerunt ad actum proximum.

Limitatur quartò in eo, qui proditoriè conatus eſt occidere, & ad actum exteriorem proximum deuenit illato vulnere. Igneus in l.1. §. ſi dominus n.7. & nu.20. ff. ad Syllan. Plaz. in Epit. delict. c.21. n.4. verſ. cæterum. Couar. in Clem.1. de homicidio par.2. n.10. Cabal. de omni genere homicid. n 415. Ball. d. quæſt.1. num.43. vbi in hoc caſu limitat generalem conſuetudinem Italiæ.

Eſt autem proditor in hoc propoſito, qui ſe ſimulat amicum alterius, & eum incautum, et nihil eo præcauentem offendit. Bart. in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. ad Syllan.

Et idem dicendum eſt in crimine, in quo non obſtante conſuetudine Italiæ ſupradicta delinquens punitur pœna mortis etiam non ſequuto effectu mortis, quando eſt deuentum ad actum proximum, ſcilicet, quia venenum fuerit datum, et homicidium non fuerit ſequutum fortè propter medicamenta. Menoch. de arbitr. caſu 360. num.47. Cum nihil vltra ex parte eius erat faciendum ad conſummationem delicti, et videtur abſordum, quòd medicamenta ſuſcepta venenato poſſint minuere delinquenti pœnam debitam; et ratio eſt, quia hoc crimen eſt proditoriū. Bald. in l. nemo clericus C. de ſumma Trinit. et fide cath. et in l. cum fratrem C. de his quibus, vt indign. Felin. in cap.1. de homicid. Dec. in c. quæ in Eccleſiarum n.70. de conſtit. Foller. in pract. in verbo item quod ſororem venenauit n.3. Diaz. in pract. crim. canon. cap.89. aliàs qu.5. in princip. et ibi Ignat. Lopez in addit. litt. A. Tuſc. litt. P. concl.227. nu.4. Farin. quæſt 122. num.4. et licèt nonnulli doctores citati à Farin. d. quæſt.22. num.20. 21. et 22. teneant contrarium. Cui opinioni adhærere videatur ipſe Farin. Tamen alij doctores citati ab eodem Farin. num.19. tenent, quod in hoc crimine puniatur affectus, quando eſt deuentum ad actum proximum, et latè cum alijs citatis hanc opinionem tenet Cabal. de omni genere homicid. à nu. 595. et ſeqq. quam opinionem dicit eſſe veriorem, etiam non obſtante conſuetudine Italiæ ſupradicta, et idem dicit Ball. tr. var. lib.4. quæſt.1. num.43. Tuſc. dicta concl.227. num.4. licèt vbi paraſſet quis venenum, ſed illud non dediſset, tunc haberet locum conſuetudo Italiæ, per quam conatus

non

non punitur pœna ordinaria. Ball. ibidem. Niſi venenum eſſet tantum paratum, quamuis non datum à Filio Patri. Quia tunc punitur ac ſi dediſſet, Bart. in l. 1. ff. de parricid. & ſequuntur alij citati à Farin. dicta quæſt. 122. n 14. & 40. & idem eſt ſi eſſet tantum paratum ab alio, qui proprio filio æquiparatur. Ball. vbi ſupra n. 44. Et id quod de filio dicit, etiam aſſerit de monachis volẽtibus venenare Abbatem. Bart. in d. l. 1. & Farin. cum alijs citatis d. qu. 122. num. 14. & de parricidio cum qualitate veneni. Cabal. vbi ſupra num. 600. 601. & 603. Baiard. ad Clar. §. homicidium num. 33.

Limitatur quintò, in crimine raptus monialis. Farin. quæſt. 145. n. 213. & 214. imò quòd punitur conatus pœna ordinaria in hoc caſu etiam non ſequuto raptu, non obſtante contraria generali conſuetudine. Ita poſt Decian. Baiard. Menoch. & Sanch. Farin. ibidem num. 204. Bell. diſquiſit. Clerical. par. 2. de delictis clericor. §. 5. n. 6. & de iure etiam in moniali, quod punitur raptus non ſequuta copula carnali, quando raptor non cognouit raptam, quia fuit impeditus. Secus ſi noluit cognoſcere, forſan quia pœnituerit. Quia tunc de iure non punitur pœna ordinaria; ſi autem cauſa rapiendi fregit oſtia domus, tunc tenetur etiam, quod non rapuit, idem Farin. nu. 203. & idem dicit Monach. de arbitr. caſu 360. num. 60. quando quis corrumpere voluit puerum, vel puellam, & ad rem peruenit, ſed propter impedimentum non potuit delictum peragere.

Limitatur ſextò, quando aliquis eſt à pluribus interfectus, qui omnes conſultò, & data opera, vel vt vulgus dicit, animo deliberato interuenerunt homicidio, & de hoc conſtat in proceſſu, (quia ſi non conſtat, in dubio caſualiter, & non data opera præſumitur inter ueniſſe. Felin. in c. ſicut dignum de homicid. Marſil. in l final. num. 25. ff. de ſicar. Carrer. in pract. crim. tit. de homicidio §. 5. quæro n. 3. in fine,) & tunc omnes tenentur pœna ordinaria etiam qui non vulnerauerunt, nec appoſuerunt manum ad homicidium, Bart. ita communiter intellectus in l. ſi in rixa n. 10. ff. ad l. Corn. de ſicar. Iacob. de Beluiſ. in pract. crimin. tit. de quæſt. in fine num. 132. Carrer. vbi ſupra num. 2. Alber. de Gandau. de Maleſic. tit. de pœn. reor. nu. 31. Couar. in Clem. ſi furioſus, par. 2. §. 2. n. 3. Peguer. deciſ. crim. cap. 14. num. 6. Menoch. de arbitr. caſu 362. n. 25. Boſſ. tit. de homicid. n. 20. Clar. in §. homicidium nu. 37. Theſſ. deciſ. pedamon. 31. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 16. n. 5. Farin. quæſt. 96. n. 12. Cabal. caſu 192. nu. 1. & 2. & licèt ſtante conſuetudine Italiæ, quæ conatum non punit, non obſtante animo deliberato, qui tantum propriè occiderunt, debeant puniri, & non alij, qui non occiderunt, dicant Carrer. vbi ſupra nu. 4. Menoch. loco citato, vnde pœnam eſſe arbitrariam exiſtimauit Gram. conſ. 5. num. 7. ver. ſic ex præmiſſis, & in hoc caſu, quando occiſor eſt

in-

incertus, debent priùs lethaliter torqueri ad ſciendum quis eorum verè occidit, aut vulnerauit,& inuento occiſore debet pœna ordinaria puniri,alii verò pœna extraordinaria non obſtante animo deliberato occidendi; tamen tenendo opinionem Bartoli, & aliorum,de quibus ſupra,ad generalem conſuetudinem Italiæ, reſpondent, Gomez. Petr.à Plaz. Iacob de Beluiſ. Gandin.& alii citati à Cabal. d.caſu 192. n.3. quod procedit, quando non eſſet ſequuta mors,ſecus autem quando mors realiter ſequuta eſſet, quia tunc etiam,qui non percuſſerunt, tenentur eadem pœna;

147 In crimine falſæ monetæ an puniatur conatus effectu non ſequuto? latè Cabal. caſu 27. Crimen ſtellionatus punitur pœna extraordinaria arbitrio Iudicis, ſecundùm qualitatem rei,& perſonæ, in qua dolum committitur; eſt autem crimen ſtellionatus illud, quod caret nomine, & titulo proprio, & dolo factum eſt, & debet eſſe commiſſum in faciendo, vt dicit Boſſ. de crimine ſtellionatus, num. 1. in fine. Et ſic idem eſt crimen ſtellionatus, quod crimen doli, & eſt per ſe delictum, l.1. ff. de crim.ſtellion l.1. C.eodem,& aliquando debet puniri pœna corporali, & graui, de quo crimine mentionem faciunt Bald.conſ.15.n.1.vol.1. Tuſc. litt.P,concl.233. Guaz.defenſ.reor. 33.ca.9.n.2.Boſſius vbi ſupra, Gomez.tit.de delict.capite tertio, numero primo. Clarus quæſtione 83. numero tertio. Menochius de arbitr.caſu 381.383. Farinacius quæſtione 19. numero 33. Et ſi forte aliquis regularis inueniatur,qui fallaciis,& fraudibus decipiat aliquē, maximè in re graui, acriùs puniri debet, & ſi non ſequatur effectus deceptionis,non per hoc debet eſſe impunis, maximè quando per eum non ſtetit,vt compleatur delictum, ſed impeditus non potuit complere, propter malum exemplum, & damnum, quod toti religioni infert; nam ſæculares exiſtimant etiam alios religioſos deceptores. Hoc crimen ceſſat, ceſſante dolo, & licet homicidia,furta, adulteria, & cætera huiuſmodi præſupponunt dolum,vnde probato actu,dolum, & delictum probata cenſentur, quia ſunt delicta nominata. Delicta autem innominata ſecus ſe habent, nam probato facto non cenſetur probatum delictum, quia huiuſmodi facta poſſunt eſſe ſine dolo,& per conſequēs ſine delicto. Bart.in.l.numquā plura, ff.de priu.del. Foll. in prac. verbo capiat informat.n.8. de qua re fuit dict. ſup. p.2.c.1.n.7.& 8.& p.7.c.2.n.52.

148 Puniri ex præſumptionibus pœna ordinaria regulariter nemo poteſt. Oportet tamen diſtinguere;cùm alia ſit præſumptio hominis, alia iuris tantùm,& alia iuris,& de iure: præſumptio hominis non eſt ſcripta in iure,ſed cōmittitur iudicio hominis,vt de illa iudicet pro ſuo arbitrio regulato à ratione,& eſt quidā conceptus cauſatus in mente ab aliqua probabili coniectura.Bal.in l.ea quidē,n.4.C. de acc.& in rub.C.de probat.n.4.vbi diuidit hanc præſumptionem in-

vehementem, ſiue maiorem, & in non vehementem ſiue minorem. Prima eſt vehemens applicatio animi boni viri ad valdè veriſimile, & valdè veriſimile eſt, illud quod ex ſignis exterioribus operum, vel dictorum frequenter, & vt plurimum concluditur ita eſſe. Secunda eſt inclinatio animi ad eligendum alterum extremorum, ex intellectu proueniens ex coniectura quando plurimum, & frequenter concluditur ita eſſe. Præſumptio iuris tantum, ſecundum eundem Bald. dicto n.4. eſt, animi legiſlatoris ad veriſimile applicatio, onus probandi transferens. Vel ſecundum eundem Bald. in l. ea quidem n.5. C. de accuſ. eſt veriſimilitudo quædam ſufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur, credenda. Vel ſecundum Salic. in d. rubr. C. de probat. eſt quædam applicatio animi ad alteram partem. Et ſecundum in tract. de Præſum. in Prælud. par.3. nu.1. eſt probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens, quæ alio non adducto in contrarium, pro veritate habetur, & differt à præſumptione iuris, & de iure. Nam iuris tantum præſumptio dicitur, quando lex ſimpliciter ita eſſe pręſumit, nec vlterius progreditur. Præſumptio iuris, & de iure dicitur, quando lex inducit firmum ius, & expreſsè reijcit cōtrarias opiniones. Et ſecundum Alciatum in tract. de Præſump. in Prælud. par.1. n.3. Pitigian. in 3. ſubſtant. c.10. fol.217. Bordon. in praxi crim. c.ſi num.16. Præſumptio iuris, & de iure eſt, diſpoſitio legis aliquid præſumentis, & ſuper præſumpto, tamquam ſibi comperto, & pro certo habenti ſtatuentis, vel ſecundum alios illa dicitur, quæ in lege ſcripta, & ita ab ea ſancitum, nec contrarium poſſit probari. Quando præſumptio eſt iuris, & de iure, tunc habetur pro lege, & ideo ex ea poteſt ſequi condemnatio capitalis, ita tenent omnes, vt dicit Boſſ. in tit. de conuictis n.29. & ſequitur Clar. q.20 in fine. Gomez tit. de delict. c.12. n.25. Ioſeph. Ludouic. concl. 45. in 4. ampliat. Vulpel. reſp.136. n.35. Maſcar. de probat. concl.199. n.4. & concl.1221. n.41. vbi teſtatur de communi, & nu.51. & ſeq. Farin. q.86. n.52. & ſeqq. Menoch. de præſump. lib.1. q.92. n.1. & qu.94. n.1. & q.97. nu.1. *Præſumptio* etiam iuris tantum, quæ contraria probatione non fuit improbata ſufficit ad ſententiam ferendam. Menoch. d. lib.1. præſ. q.4. n.2. ſi agatur ciuiliter. Farin. qu.86. nu.68. Sed hanc opinionem non admittit, Farin. d. q.86. n.1. quando de crimine agitur criminaliter, niſi quādo crimina ſint difficilis probationis, & quo ad pœnam extraordinariam, idem Farin. n.54. vel quando agitur de tortura inferēda. Quia tunc ſufficiunt indicia, & *præſumptiones*, idem num.72. & ſeqq. Vel quando adſunt duæ ſemiplenę probationes diuerſi generis iunctis cū alijs adminiculis multum propinquis, idem n.84. & ſeq. nam tunc ſufficiunt ad criminaliter condemnandum ad pœnam extraordinariam. Præſumptio hominis violentiſſima, an ſufficiat ad condemnandum,

dum, Farin.q.86. à nu.n.133. refert varias opiniones, & nu.117. concludit, quod apud ſuprema tribunalia, præſumptiones hominis violentiſſimæ, ſeu indicia indubitata ſufficiunt ad pœnam corporalem ſecundum opinionem receptam in praxi. Non autem apud iudices inferiores, ſed de hoc ſermonem fecimus par.6. c.3. n.16. & regulariter præſumptiones hominis non ſufficiunt ad condemnationem, l. abſentem, & ibi gloſa & doctores ff. de pœnis: latè Cartar. deciſ.91. nu.52. vbi multos citat, ſufficiunt tamen ad torturam, l.1. circa principium, & l. fin.ff. de quæſt. Natta conſ.597. n.24. Gomez tom.3. tit. de delict. c.12. ſub n.25. Marſil.in l. repeti nu.23. & ſeq. verſ. Sed contrariam partem ff. de quæſtione, & in rubr. C. de probat.n.254. & ſeq. verſ. attamen contrariam partem,

149 Delicta licèt quo ad forũ conſcientiæ, & pœnitentiale non præſcribantur, gl. in c. ad more 3.q.2. Abb. in cap. fin. col.3. & ibi Felin. col.1. de præſcript. Decian. qui alios citat, tr.crim.tom.1. lib.3.c.37. n.19. nec in foro fori, in criminalibus impedientibus exequutionem ordinis, vel beneficij retentionem, etiam poſt peractam pœnitentiam, Butr. Imol. Abb. & alii, in c. licèt cauſam de probat. Boer. deciſ.26. n.7. Aufrer. ad capell. Tholoſ. deciſ. 189. in fine. Decian. d. n.19. Farin. q.10. n.32. Regulariter tamen currit legalis præſcriptio, nam iniuriæ præſcribuntur elapſo anno l. ſi non conuitij C. de iniur. Farinac. q.16. nu 21. Guazin. defenſ.2. c.2. nu.54. Tuſc. concl 571. n.1. tom.6. Fornicationis delictum præſcribitur ſpacio triennij, Thom. Triuiſ. deciſ.59. num.10. apud Guazin. vbi ſupra n.53. Adulterium, ſtuprum, inceſtus, lenocinium, & alia delicta, quæ à lege Iulia puniuntur ſpacio quinquennij præſcribuntur quo ad accuſandum, l. adulterium C. de adulterijs. Boer. deciſ.160. n. 12. Tuſc. vbi ſupra nu.7. Guazin. n.55. Farinac. n.15. niſi adulterium eſſet mixtum cum incæſtu, quia requirit ad præſcriptionem ſpacium viginti annorum. Tuſc. num.10. Farin. num.19. Guazin. num.46. aut ſtuprum eſſet commiſſum cum vi, quia etiam ſpatio viginti annorum preſcribitur. Angel. in l. vim paſſa §. præſcriptionem ff. de adulter. Boer. deciſ. 26. num 12. Decian. part.1. lib.3. cap.37. num.22. Farinac. num.18. Guaz. num.51. Alia verò crimina præſcribuntur ſpatio viginti annorum, l. quærela C. ad legem Corn. de falſ. Abb. in c. cum haberet num 4. de eo, qui duxit in matrim. quam pollueras per adulter. Boer. deciſ.26. num 6. Gomez tom. 3. variar. de delict. cap.1. num.5. Farinac. vbi ſupra num.1. Guazin. num.2. Carena par.3. tit.9. num.27. ſiue delictum ſit occultum, ſiue publicum, Farinac. num.12. aut notorium nu.14. & non ſolum lex, ſed etiam ſtatutum poteſt præſcribere delicta minuendo tempus præfixum à lege, Farinac. nu.25. & 26. & tempus præſcriptionis incipit currere à die patrati criminis, Clarus quæſt.51. §. ſed quæro, Farinac. n.12.

n.12. & in crimine continuato ab vltimo actu. Farinac. 26. niſi præſcriptio fuerit interrupta per quærelam. Farinacius num. 28. ſunt autem multa delicta, quæ nunquam præſcribuntur, vt ſunt hæreſis. Carena vbi ſupra num. 18. Souſa lib. 2. cap. 50. num. 1. Farinac. ſupra num. 29. Guazin. num. 71. & ſeq. crimen læſæ Maieſtatis, ſuppoſitio partus, aſſaſſinium, falſæ monetæ, concuſſionis, abortus, parricidij, & ſodomiæ, Farinac. & Guazin. ſupra citati.

Nec regula prędicta de præſcribendis delictis habet locum de iure canonico dicunt gl. in cap. admonere 32. quæſt. 2. verbo pœnitentia, Decian. in cap. licèt cauſam de probat. col. 3. verſ. poſtremo doctores in cap. venerabilis de exception. Salzed. in practic. crim. cap. 147. Boſſ. de accuſat. num. 30. Rodriquez tom. 2. qq. regul. 5. ar. 11. Nauar. in cap. conſideret num. 127. de pœnit. Azor. 3. par. lib. 1. cap. 20. quæſt. 5. Portel. in verbo præſcribere num. 6. Spatar. de modo corrig. regular. tract. 3. cap. 15. numero 1. Peyrin. de ſubdito quæſt. 1. cap. 16. §. 4 ex Innocen. in cap. ad noſtram de appell. in fine. Pellizar. in manual. tract. 7. cap. 1. num. 40. & tract. 9. cap. 3. numero 91.

Nec quando proceditur per viam inquiſitionis, ſed quando agitur ad inſtantiam partis, nam tunc ius commune præſcribit tempus actori, vt eo elapſo non poſſit amplius agere, ideſt accuſare, vel denuntiare. Prælatis verò quando ex officio procedunt contra delinquentes, & delicta ſunt contra bonum publicum numquam præſcribuntur, & ideo elapſo quouis tempore poſſunt contra delinquentes inquirere, illoſque corrigere, & punire, gl. in l. quærelam C. de falſis, Capell. Tholoſ. deciſ. 140. & 148. Rodriquez vbi ſupra, Spatar. ſupra citat. numero 2. & 4. Peyrin. dicto cap. 16. §. 4. addens, quod contra hoc non poteſt fieri aliquod ſtatutum, ſcilicet ne punirentur crimina niſi intra duos annos, nam debent intelligi, quod non poſſunt puniri via accuſationis, vel denunciationis, non autem via inquiſitionis, & ita etiam dicunt Portell. & Pelliz. ſupra citati. Nihilominus, quòd delicta etiam de iure canonico præſcribantur ſecundum in iure ciuili eſt diſpoſitum, dicunt, Boer. deciſ. 37. num. 7. Boer. verbo foriudicentur nu. 24. Thob. Non. conſ. 105. nu. 20. & ſeqq. Aufrer. deciſ. 118. & 119. Farinac. vbi ſupra num. 32. Decian. dicto num. 19. quia ius ciuile ſeruatur etiam in foro Eccleſiaſtico,
151 quando per ius canonicum non eſt correptum cap. 1. & ibi doctores de noui oper. nunc. cap. inter alia de immun. Eccleſiaſt. cap. 1. diſtinct. 10. & ibi gl. in verbo adiuuantur, c. certum 10. diſtinct. Bald. conſ. 30. vol. 1. & conſ. 135. in fine, & conſ. 397. col. 2. vol. 3. Alex. conſ. 122. n. 7. vol. 5. Marant. diſp. 8. nu. 47. verſ. ad decimum, Couar. var. c. 8. num. 5. verſ. nihilominus, Capra concl. 15. n. 4. Garzias in tr. de v kim. fine in 14. illatione n. 162

imò

imò, & quod procedit regula de præſcriptione delictorum etiam, quòd procedatur via inquiſitionis, Boſſ. tit. de accuſat. n. 32. & tit. quo modo procedatur per actionẽ in delicto n. 17. Clar. q. 51. n. 2. Gome. de delict. c. 1. num. 6. Farin. qu. 10. n. 3. Ipſe concurro cum doctoribus aſſerentibus, quod præſcriptio procedat etiam de iure canonico, quia in hoc ius canonicum non repugnat; ſed quod habeat locum etiam quãdo proceditur via inquiſitionis non admitto, quando delictũ eſt cõtra bonũ publicum, quia tunc Prælati ſemper procedere poſſunt.

151 Decennium licèt non ſufficiat ad præſcriptionem delicti requirentis lapſum viginti annorũ, ſufficit tamẽ ad minuendã pęnam, l. qui diur. ff. de pœn. Boſ. tit. de accuſ. n. 30. & tit. quomodo proced. per action. 18

152 Poſt ſyndicatum expletum, de criminibus ſpectantibus tantum ad munus, & officium moleſtari non poſſunt officiales, qui ſyndicatus regulariter explentur in capitulis Prouincialib. vel Generalib. quo ad regulas. Put. de ſyndic. verſ. officialis poſt n. 7. Boſ. tit. de offic. corrup. n. 32. Gom. tit. de delict. n. 23. de criminibus autem, quæ committuntur nõ ratione officij, vt furta, adulteria, ſacrilegia, & ſimilia moleſtari poſſunt ſicut alij, non officiales.

153 Præſcriptio contra ſententiam non datur, ſed ſemper exequutioni dari poteſt, Clar. q. 51. n. 2. Portell. & Pellizar. ſupra citati.

154 Crimina etiam præſcripta poſſunt in iudicium adduci, ac etiã de ijs inquiri ad aggrauandum maleficia, & vt ſeuerius delinquens puniatur. Iaſan. in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic. Nell. de bannitis 2. par. q. 6. Spatar. de modo corrig. regul. tr. 3. c. 15. n. 6.

155 Pœna ordinaria nõ punitur reus de iure canonico, quando proceditur via inquiſitionis, ſed pœnã extraordinaria, c. inquiſitionis de accuſat. & ibi Soccin. Sen. n. 1. 6. 7. & 27. & in c. qualiter, & quãdo eodem tit. nu. 1185. 1189. Dec. in tr. crim. lib. 3. c. 30. n. 5. Menoch. de arbitr. caſu 594. n. 1. Sylu. verbo inquiſitio 1. q. vlt. Gomez tom. 3. var. c. 1. n. 51. Nauar. in c. inter verba corol. 48. n. 181. Sanch. conſ. moral. tom. 2. li. 6. c. 3. dub. 40. n. 1. Sotus de ſecret. membr. 2. q. 6. dub. 1. Guaz. defẽſ. reor. 33. c. 1. nu. 5. ſed de conſuetudine nõ ſeruatur, vt poſt alios teſtatur Chart. deciſ. 11. n. 15. & ſeq. & pœna eſt etiam arbitraria, quando proceditur per exceptionẽ, Menoch. de arbi. caſu 448. limitat Sanc. vbi ſup. n. 2. in crim. ſimon. & homicidij, & quãdo crimina ſunt notoria, & quãdo reus fatetur crimẽ.

156 Statutum puniens committentẽ delictum habet locũ etiam in mandante fieri illud quãdo loquitur in rem. Puta ſi dicat pro homicidio ſit pœna mortis, Bart. in l. ſed & ſi vnius §. ſeruus n. 2. & ſeq. ff. de iniur. & in l. aut qui aliter §. fin. ff. quod vi aut clam, Clar. q. 89. n. 2. Honded. conſ. 93. num. 76. vol. 2. Sanchez in opuſc. par. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 9. numero 3. Riccius praxi rer. quotid. tom. 3. reſ. 65. quia hæc verba ſunt generalia, et communia, apta comprehendere mandatarium,

&

& mandantem. Farin. qu. 135. limit. 7. n. 130. Sanfelic. deciſ. 36. n. 5. vbi multos citat, ſed ſi ſtatutum loquitur in perſonam, nempe ſi dicat qui homicidium fecerit, non comprehendit mandantem. Chartar. deciſ. 57. n. 66. cum alijs ibi citatis. Et ideò cum Bulla Gregorij Decimiquarti, edita anno 1591. quæ incipit, non alius, ſtatuat, quod occidens, vel mutilans in Eccleſia, vel cæmeterio non gaudet immunitate Eccleſiaſtica, non comprehendit mandantem, quia loquitur in perſonam, Diana par. 6. tr. 1. reſolut. 7. verſ. nec obſtat, & qui mandat occidere aliquem, licet faciat ſub ſpe amicitiæ, & ſit proditor, attamen gaudet immunitate, quia Bulla ſolum loquitur de occidente, & in perſonam, & non in rem. Homob. in exam. Eccleſ. p. 2. trac. 11. cap. 5. ſect. 4. Zambarel. verbo immunitas, n. 13, nam in Bulla dicitur, proditoriè proximum ſuum occidentes; licet Chart. loco citato dicat hoc procedere, niſi conſuetudo, & praxis ſeruat contrarium, ſicut ipſemet, ita obſeruauit, quod mandans, indiſtinctè comprehendatur inſtituto pęnali, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, & cenſuræ latæ contra facientes, non comprehendunt mandantes, nec conſulentes, niſi expreſſis verbis Pontifices vellent illum comprehendere, dicunt, Couar. in cap. Alma mater par. 1. §. 10. num. 15. Suarez de cenſ. diſp. 4. ſect. 3. n. 5. Vgolin. tab. 1. ca. 9. §. vltimo. Alter. tom. 1. lib. 3. diſp. 2. cap. 2. Auila p. 2. c. 5. diſp. 3. dub. 2. concl. 1. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 49. n. 2. Henriq. in compend. caſ. mor. ca. 20. n. 10. Portel. in verbo excommunicare, num. 7. Coninch. & Hurtad. citati à Diana par. 5. trac. 9. reſ. 57. ſed ſtatutum loquens per verba generalia, ſeu communia, id eſt, commiſerit, geſſerit, &c. includit conſultores, mediatores, & auxiliatores, Sanfelic. dicta deciſ. 36. n. 5. vt in c. ſeq. n. 71

157 Mandans aliquem vulnerari, regulariter tenetur pœna ordinaria homicidij, ſecuto homicidio, quia vulnera non dantur ad menſuram; Et hoc procedit etiam ſi mandans expreſſè prohibuiſſet ne occideret. Si tamen mandauerit vt percutiat ferro apto ad occidendum, nam huiuſmodi proteſtatio eſt contraria actui, & non eſt in poteſtate mandatarij ſeruare fines mandati, & mandans cogitare debebat, quod ex vulneribus mors facilè ſequi poterat. Bald. in l. cum mandati, in fine, C. mandati, & in lege nõ ideò minus, num. 29. C. de accuſat. Boſſ. tit. de mandato ad homicidiũ, n. 10. Clar. quæſt. 89. verſ. pone aliquis. Menochius de arbitr. caſu 352 n. 2. Decian. trac. crimin. lib. 9. c. 36. poſt num. 6. Baiard. dicta q. 89. n. 17 add. ad Farinac. conſ. 32. in princip. Cabal. trac. de homicid. num. 269. & ſequent. Farinac. quæſtione 126. n. 20.

Secus ſi mandauit percutere ligno, baculo, vel aliquo alio inſtrumento non apto ad occidendum; quia tunc ſi mandatarius excedat fines mandati, mandans non tenetur de exceſſu, niſi prolata culpa pœna extraordinaria. Ita Doctores ſupra ci-

citati, & idem eſt ſi mandauit aliquem ſfriſari, quia ſi mandatarius occidit non tenetur mandans de occiſo, niſi prolata culpa. Dec. conſil. 622. per totum. Clar. vbi ſupra, n. 15. add. Farin. dict. conſ. 32. concl. 2. Cabal. vbi ſupra, n. 270. licet ſit in dolo reſpectu actus principalis. Cabal. dicto tract. n. 206.

158 Nec tenetur mandans de effectu ſequuto, ſi re integra, ſcilicet, antequam mandatarius deueniat ad aliquem actum, reuocet mandatum, & reuocationem notificet mandatario, & non eſt neceſſariũ, vt notificet etiam ei, qui erat offendendus. Dian. par. 5. trac. 9. reſol. 58. cum alijs ab eo citatis.

159 Pœna detruſionis in Monaſterium, quæ ſolet à iure canonico imponi pro aliquibus delictis, fuit ex conſuetudine commutata in pœnam triremium. Farinac. qu. 119. n. 55. Sanctor. de pœn. Eccleſ. verbo confeſſio ca. 4. Guaz. defenſ. reor. 39. c. 1. poſt n. 5. Iul. Chart. deciſ. 66. n. 38. vbi loquitur de pœna homicidij, aut in pœnam perpetui carceris, vel ad tempus, vbi pœna triremium non practicatur, ex dicto Carth. n. 37.

160 Tempus carceris poſt ſententiã computatur in tempore exilij, quando condemnatus facto iudicis non acceſſit ad ſeruandum dictum auxilium, ſecus ſi alia de cauſa. Riccius deciſ. 45. numero 9. & 10. par. 2.

161 Iniurians aliquem, dicendo tu mentiris, debet puniri, non obſtante, quod ita dixerit prouocatus, licèt mitiùs puniri debet. Clarus in §. iniuria, num. 14. & q. 60. num. 18. Boer. conſ. 4. n. 27. & alij citati à Cabal. caſu 157. numero primo. Contrarium, quia mentita tunc eſt iniuria, & punienda, quando nulla præcedente iuſta, & legitima cauſa; ideſt non repulſando iniuriam illatam, nec crimen obiectum, quis mentitur alium; Secus ſi prouocato verbo iniurioſo, crimen obiectum repulſando alium mentitur ſe defendendo, nam tunc non tenetur actione iniuriarum, nec aliqua pœna eſt puniendus. Cabal. vbi ſupra nu. 6. 7. & 8. ſed opinio Clari ſuſtineri poteſt, quando inferens mentitam eſt prouocator. Cabal. ibidem n. 9. & 21. punitur tamen de verbo iniurioſo mentiens aduerſarium, ſi verba contra eum prolata ſunt vera, nec aliàs poteſt excuſari. Cabal. ibidem n. 12. & ſi iniuriatus non dicat iniuriãti tu mentiris; ſed aliam iniuriam, vel delictum reflectit, punitur de verbo iniurioſo. Quia tunc non eſt defendere, ſed offendere. Cabal. ibidem num. 17. Veram autem iniuriam alicui dicens, non punitur, quando intereſt Reipublicæ, quod illa ſciatur, alias ſecus, quia debet puniri; idem Cabal. n. 14. & Boer. conſ. 4. n. 50. & 51. dicit, quod intereſt Reipublicæ, vt ſciatur crimen periurii, crimen infamiæ, aliquem eſſe ſpurium, vel baſtardum, licet Bart. Bald. Caſtr. & Alex. in l. 3. ff. de lib. & poſth. dicant eſſe iniuriam vocare aliquem baſtardum.

162 Priuatio iuris eſt pœna. Barbat. conſ. 24. in princip. lib. 1. Decius in auth. qui rem nu. 3. C. de Sacroſanct.

Ec-

Eccleſ.Surd.deciſ.216.n.36.Menoc. conſ.216.n.36. Rota deciſ.356. nu. 10.par.1.recent.Ludouiſ.deciſ.225 num.13.& 20. vbi, quod procedit reſpectu priuationis iuris in re quæſiti. Secus autem reſpectu priuationis iuris ad rem, ex Rota dec. 693.ſub n.3.par.1.recent.

163 Quando agitur de puniendo delinquentem pœna priuationis, probatio debet eſſe concludens, l. fin.C.de probat. Caſſad.deciſ.5.n.3. Pariſ. conſ.104. n.8.lib.4. Seraph. deciſ.1356.num.1.Farin.conſ.75.n. 13.vbi dicit, quod ſiue agitur ciuiliter, ſiue criminaliter ad priuationem, non admittuntur præſumptiones, ſed requiritur clariſſima, & exactiſſima probatio. Famian.centur.in addit.ad deciſ.Farin.9.littera A, Iul.Chart.deciſ.91.num.62. vbi adducit deciſ.Rotæ impreſſæ apud Farin.dicto conſ.75. ſub nu.106. & in deciſ.67.n.1. ſed ſi agitur ad repellendum ab aſſecutione officij, nondum obtenti, leuiores ſufficiūt probationes. Chart.ibidem nu. 63. ex Fab.deciſ.47.lib.2. Seraph.deciſ. 1029. nu.1. vbi teſtatur ita tenuiſſe Rotam coram ſe; die 10.Maij 1581 Farin.dicto conſ.75.n.45. & dicta deciſ.27.poſt n.1

164 Priuare voce capitulari actiua, & paſſiua non poteſt præſes capituli religioſos, etiam cum ampla poteſtate Papali miſſus, ſine eo, quod prius citentur, ipſiſque detur copia eorum, quæ contra ipſos ſunt reperta, vt ſe poſſint defendere. Rodriqu.qq.regul.51. ar.11.ad primum dub.tom. 2. Miranda manual.Prælat.tom.2.q.23.ar.22.concluſ.3.verſ. hæc inquam. Peyrin.de ſubdito quæſt.1.cap.31.§.decimo. Lezana par.1.cap.15.num.34.vnde patres capitulares non tenentur obedire præſidentibus non procedētibus iuris ordine ſeruato, etiamſi præcipiant ſub pœna excommunicationis ipſo facto. Roderiquez, Peyrin.& Lezana vbi ſupra. Et ſi iuris ordine non ſeruato priuentur à præſidentibus aliqui vocales, electio eſt irritanda ad petitionem excluſorum.Rodriq.& Peyrin.vbi ſupra. Et ſi maior pars capituli nolit præſidenti obedire propter eius iniuſtitiam in procedendo; poteſt ad electionem procedere ſine ipſo, & etiam ſine minori parte, modo hæc minor pars non contemnatur, ſed vocetur *debitis vijs*, & *modis*; & electio facta ab ipſa maiori parte erit valida. Roderiq. loco citato ad quartum, & habetur in ca. quod ſicut de elect.Peyrin.& Lezana ſupra citati.

165 Priuationis beneficiorum pœna, numquam habet locum niſi expreſſo iure cauetur.gloſa in §. cum igitur in auth.de non eligend. ſecund. nub.gloſa in ca. fin. de iure patron. l.at ſi quis,§.diuus de relig.& ſump. fun.Dec.conſ.466.n.8.Crauet.conſil.205.n.31. Seraph. deciſ.286. n.5. Diar.in pract. crim.canon. ca.123. aliàs 134. nu.2. & alii citati à Iulio Chartar.deciſ.49.num.68. & quando eſt directa in partem, & non in iudicem inducit priuationem ipſo iure. Tiraqu.in l.ſi vmquam,in verbo reuertatur num.61. Ricc. deciſ. 288.n.7.par.2.& reſol.485.par.tertia.

Actus legitimi nomine in lege pœna-
166 li, in ordine minorũ veniunt of ficia coniuncta cum dignitate, ac ſuperioritate, veluti miniſteriatus, Guardianatus, commiſſariatus, veniunt etiam diffinitoratus, diſcretatus, lectoratus, magiſtratus nouitiorum, & ſic priuatus non poteſt eligere, nec eligi, nec eſſe confeſſor. Pellizar. tr. 7. cap. 6. n. 9. Sed Octau. Spatar. tr. 9. c. 12. nu. 1. dicit, quòd poteſt habere votum actiuũ in electione diſcreti ad Prouinciale capitulum Officiorum, dignitatum, graduum, & admini-
167 ſtrationũ. Officij nomine in lege pœnali, quando lex, vel conſtitutiones Pontificum hac pœna priuant tranſgreſſores; vt fecit Pius V. contra violantes clauſuram regularium virorum per introductionem mulierum; & Clem. VIII. contra tranſgreſſores decreti de largitione munerum: intelligitur munus, habens adminiſtrationem rerum, vel perſonarum Eccleſiaſticarum cum ſuperioritate. Sorb. verbo ingreſſ. monial. circa finem n. 8. Sanch. in decal. lib. 6. c. 15. n. 66. vnde continentur officia habentia iuriſdictionẽ ordinariam, Vt Generalatus, Prouincialatus, Superioritas localis, & Vicariatus in abſentia ordinarij ſuperioris. Sanchez ibidem. Miranda to. 2. quæſt. 2. ar. 8. Bonac. tom. 1. de largit. mun. diſp. 3. pun. 5. numero 2. & de clauſura quæſt. 1. pun. 4. numero 6. Barth. à Sanct. Fauſt. in Theſ. lib. 8. qu. 229. Filliuc. tract. 34. par. 1. numero 77. Theſ. de pœn. Eccleſiaſt. part. 1. cap. 28. numero 1. Diana part. 4. tract. 4. reſol. 22. & par. 7. tract. 5. reſol. 27. Roderiquez in expoſitione dicti moti Pij V. circa ingreſſum Fœminarum in Monaſteria virorum, numero 21. Pellizar. in manual. regular. tract. 7. cap. 6. numero 5. contra Lezanam oppoſitum ſentientem, tom. 1. cap. 10. numero 32. continetur etiam officium habens iuriſdictionem delegatam; Vt, & Commiſſariatus Generalis Prouinciarum. Miranda vbi ſupra concl. 2. Bonacin. & Diana locis citatis, & priuatus dictis officiis, & cap. non poteſt eligi neque licitè, neque validè, & electio eſt ipſo iure nulla, Pellizarius ſupra numero 6. non autem continentur diffinitoratus, diſcretatus in religione Capuccinorum, nec officium Concionatoris, Lectoris Theologiæ, Procuratoris ad capitula generalia. Bonacin. cum Souſa, & Barthol. à Sanct. Fauſt. Sanch. Filliuc. Miranda, & Diana vbi ſupra, nec continetur officium aſſiſtentis Generalis, Magiſtri nouitiorum, Conſultoris, admonitoris, & Præfecti Sacriſtiæ, Bonacin. locis citatis cum aliis ab eo adductis, & Ant. Theſ. de pœnis Eccleſiaſtic. cap. 28. quæſito primo. Diana dicta reſol. 27. & licèt aliqui teneant contrarium, & hæc opinio magis communis eſt, vt non contineantur niſi ſupradicta officia habentia annexam ſuperioritatem, vt aſſerunt Bonacin. Diana dicta par. 7. tr. 5. reſol. & alii ſupra citati, quia huiuſmodi officia

largo modo dicuntur officia, & ideò non veniunt nomine officiorum in lege pœnali, in qua ſtricto modo accipiuntur. Officiorum verò incapacitas in materia non pœnali extenditur; & continet non ſolum officia cum ſuperioritate, ſed etiam alia, quæ ſunt cum honore, vnde Religioſi profeſſi mendicantium ordinum, ſi tranſeunt ad non mendicantes, etiam obtenta licentia ſedis Apoſtolicæ, non poſſunt eſſe Oeconomi, Camerarij, Sacriſtæ, Prædicatores, aut lectores Theologiæ, gloſa in Clem. 1. de regul. verbo officia, Anchar. ibidem num. 5. Lapus num. 7. Vitalin. n. 74. Barboſ. n. 8 Leſſ. c. 41. n. 105. Sanch. lib. 6. decalog. c. 7. n. 227. 228. Ant. Theſſ. de pœn. Eccleſ. par. 2. verbo Religioſi, c. 4. n. 5. Vecch. in prax. nouit. diſp. 15. dub. 5. num. quintodecimo.

168 Pœna latæ ſententiæ requirit actum conſummatum, c. cum iniūctis, §. Clerici ſanè, de elect. ca. præterea eodem, tit. in 6. Tiraq. in l. ſi vmquam verbo reuertatur num. 354. Marſil. in c. at ſi clerici, nu. 56. de iudic. vnde ſi excommunicatio feratur per aliquem actum, intelligitur de actu conſummato. Panor. in c. cum iniunctis, §. clerici ſanè, n. 3. de elect. & in cap. 1. n. 13. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. Alex. conſil. 111. lib. 3. Io: Andr. in ca. perpetuo, de elect. in 6. Cepol conſ. 166. Sylu. verbo pœna, quæſtione quinta. Alfonſ. de Caſtr. de lege pœnal. lib. ſecundo, de por. leg. pœnal. capite ſeptimo, in fine, Sayrus in Claui Regia, libro tertio, capite octauo, in fine, qui docent, quod vbi pœna imponitur ipſo iure propter aliquod delictum, non habet locum, niſi conſummato delicto; quare qui conſulit delictum non incidit in pœnam contra delicti patratorem ipſo iure impoſitam. Niſi ipſa lex vtrumque comprehenderet. Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 2. num. 6. nec huiuſmodi pœna extenditur ex identitate rationis de caſu ad caſum. Io: Andr. in ca. odia de reg. iur. in 6. Abb. in cap. vltimo de iure patron. Dec. in cap. tranſlato 1. lectur. col. vltim. de conſtit. Tiraq. ſupra n. 303. 304. nec pœna latæ ſententiæ lata contra facientem aliquid extenditur contra cooperantes, niſi in lege tacitè, vel expreſsè comprehendatur. Caiet. verbo excommunicatio, cap. 7. not. 3. Sylua excommunicatio 10. dub. quarto. Tabien. excommunicatio, caſu 49. Sanchez de matrim. diſp. 48. nu. tertio, libro ſeptimo. Nauar. capite vigeſimo ſeptimo, numero quinto, vbi ait eſſe communem. Auila de cenſur. parte ſecunda, capite quinto, diſputatione tertia, dubio ſecūdo; & generaliter de omnibus pœnis loquuntur, Nauar. conſ. 98. n. 2. de ſimon. Vgolin. de ſimon. tab. 4 c. 8. num. 4. Sanchez Opuſc. lib. 2. cap. 3. nu. 104. Et ita intelligitur etiam de pœna contra committentem aliquod crimen. Nauar. conſilio 98 numero ſecundo de ſimon. Suar. de cenſur. diſp. 4. ſecti. 3. num. quinto. Ant. Theſſ. de pœn. Eccleſiaſt. par. prima, capite decimo, vbi ampliat, vt nec extendatur ad proxenetam, & mediatores, ex Nauar. & San-

Digitized by Google

Sanch. ſupra citati. Et limitat quatuor modis, & ibi per eum; ſecus eſt de pœnis ferendæ ſententiæ, quia afficit cooperantes, ſi fuerunt cauſa proxima delicti, & efficaciter in effectum influxerunt. Clar. qu. 90. Farinac. q. 130. n. 41.

169 Lex, vel ſtatutum, quando prohibet aliquid, non adijciendo pœnam in contrauenientem, contrauenieus punitur arbitrio iudicis, gloſ. in leg. nemo martyres, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Baldus ibidem. Alexander conſ. 111. ſub numero primo, & ſecundo, volum. 1. Ricc. in praxi variar. reſol. 27. numero 2. par. 2.

170 Pœna infamiæ reputatur pœna corporalis. Surdus conſ. 425. num. 17. & 58. volumine tertio, Sanfelic. deciſ. 62. art. 2. numero 57. tomo primo, Boſſ. tit. de carcer. fideiuſſ. remitt. numero 8. verſ. eadem ratione, & dicitur corporalis, non afflictiua, vt quæcumque cohæſio in corpus, ſed priuatiua. Ita poſt Baldum Cabal. caſu 172. numero tertio.

171 Semel de crimine conuictus, eſt puniendus, argument. leg. ſolet, vbi Doctorer, ff. de pœnis. Quod procedit, quando lex pœnam imponens reſpicit effectum reſultantem ex actu delicti; nam mulier non poteſt puniri vt meretrix ex vnico actu meretricio. Rubin. deciſ. 91. & qui ſemel in ſtrata publica, vel ſylua furatus fuit, non poteſt dici graſſator viarum. Peguera deciſ. Catal. 46. & per conſequens gaudet Eccleſiæ immunitate, quia non dicitur talis, niſi pluries id patrauerit. Et ſic vnicus actus non ſufficit ad pœnam ordinariam irrogandam. Secus autem eſt, quando lex pœnam imponens reſpicit actum ipſum. Ricc. deciſ. ſexageſima tertia, parte prima, vbi edictum prohibens Clericis acceſſum ad domum meretricis, punitur per vnicum acceſſum, quia edictum reſpicit actum ipſum, & non effectum.

172 Delinquens ſine dolo regulariter non punitur capitaliter. Bart. in leg. 1. §. 1. numero ſexto, ff. ſi quis teſtam. eſſe ius fuer. Cæpol. conſ. crimin. 33. Cæual. com. contr. com. quæſtione 180. numero primo. Tiraquel. de pœnis temperandis, cauſa quartadecima, numero primo. Decian. tract. crim. libro 1. capite 4. numero 9. in fine; nam regulariter lata culpa in criminalibus non æquiparatur dolo. l. in l. Cornelia, ff. ad leg. Corn. de ſicar. Et licet æquiparari dolo, dicant Bart. in l. reſpiciendum num. 4. ff. de pœn. l. prima. num. 3. ff. de legib. Farinac. quæſt. 87. num. 70. non tamen delinquens punitur eadem pœna, ac ſi doloſè delictum commiſiſſet. Marant. in prax. parte quarta in princip. num. 59. ſed mitius punitur. Farinac. numero ſeptuageſimoprimo; ſed dubium eſt an iſta pœna poſſit eſſe corporalis? vna opinio eſt negatiua, ita Anch. conſ. 283. in fine. Tiraqu. vbi ſupra, numero primo. Cepol. conſ. 41. n. 9. vbi dicit, quod delinquens puniri debet pœna pecuniaria, vel ad ſummum pœna relegationis

per quinquennium. Boſſius tit. de defenſ. reor. num. 68. Honded. conſ. 104. n. 5. Ricc. deciſ. 230. numero tertio.

Contrarium, quod poteſt eſſe corporalis. Marant. dicto num. 59. circa finem. Clar. in §. homicidium, nu. 3. vbi, quod quandoque punitur pœna triremium ad tempus, & quod ita ſeruatum fuit teſtatur Baia. q. 84. vbi citat Suarez alleg. vigeſima ſeptima.

Et quando ad delicti punitionem ſufficit dolus præſumptus, vel lata culpa, delinquens non excuſatur à pœna, nec cauſa iniuſta excuſat à dolo, niſi quando requiritur verus dolus. Nam ſi ſufficiat dolus præſumptus, aut lata culpa, cauſa iniuſta non excuſat. Baldus in lege, qui contra, C. de incæſt. nupt. in ſecunda lectura. Tiraq. vbi ſupra cauſa nonageſima tertia, numero duodecimo. Chartarius deciſione 81. numero 51. & 53. vbi multos citat. Limitatur regula, quod lata in capitalibus non æquiparatur dolo, in multis caſibus. Angel. conſ. 387. Marſilius in leg. Cornel. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Gomez. de de delict. cap. 3. ſub num. 16. nam lata culpa æquiparatur dolo, in cuſtode carceris, qui eadem pœna puniri debet, qua puniri debebat fugitiuus in carcere detentus ſi fuerit in lata culpa, & cauſa erat criminalis, ff. ad commentarienſem, & ibi gl. & l. milites in principio, & l. fin. ff. de cuſtod. reor. Boer. deciſ. 217. nu. 1. & 2. Gram. voto 29. n. 6. & 13. Tiraq. dicta cauſa quartadecima, numero quinto. Suarez dicta alleg. 27. Baiardus dicta quæſtione 84. num. 7. Farinac. q. 31. num. 2. 5. 10. 11. 12. 13. & 125. Tuſc. litt. P. concl. 228. nu. 6. & ideo ſi carceratus, qui aufugit erat capitaliter puniendus, cuſtos capitaliter puniri debet ſi fuit in lata culpa, & in dubio præſumitur carceratum aufugiſſe culpa, & negligentia ipſius cuſtodis. Farinac. ſupra num. 20. & ideò probandus eſt caſus fugæ per cuſtodem, ſcilicet, quòd caſu fortuito, & abſque ipſius cuſtodis culpa fuga carcerati euenerit. Alciatus de præſumpt. reg. 3. præſ. 15. num. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 6. quæſt. 62. num. 32. & ſequent. Maſcard. concl. 266. nu. 10. Farinacius ſupra, nu. 19. & hoc procedit in dubio, quando contra cuſtodem nullo alio modo eſt probata negligentia, ſed ſi apparet de aliqua culpa, & negligentia particulari ipſius cuſtodis, tunc tanto magis non poteſt cuſtos excuſari, nec prodeſt ipſi in hoc caſu probare antiquam diligentiam, & fidelitatem. Farinac. ſupra nu. 24. poteſt etiam cuſtos carceris torqueri, vt modum fugæ indicet. Farinac. ſupra num. 110. 111. & ſi carceratus in carceribus reperiatur mortuus cuſtodis culpę adſcribitur, niſi probauerit, quod ſine eius culpa obierit, & ideo cuſtos adhibere debet medicos, qui dicant illum mortuũ eſſe ſua naturali morte, & infirmitate, ſine eius culpa, & de hoc dicto medicorum faciat notarium eſſe rogatum. Imò cadauer eſt viſitandum coram teſtibus, & recognoſcendum, & viſitationem in actis redigendam. Farinacius ſupra,

pra, numero quadrageſimo quarto.

173 Pœna impoſita à ſtatuto pro vulnere, non habet locum in vulnuſculo, aut leui ſciſſura nõ habens opus medela. Alexan.conſ.104.in verbo vulnuſculum,& ibi Apoſtilla, Riccius deciſione 207. num. 9. parte ſecunda, quia vulneris appellatione venit ſciſſura in cute habens opus medela. Bartolus in lege prætor ait de minor. l. ſi ſeruus,§.rapuiſſe, ff. ad legem Aquil. Cæpol.conſ.40.num.4.& ideo modica ſciſſura cutis cum modico ſanguine, non poteſt dici vulnus. Baldus in lege ſi prædium.C.de edilit. edict.& in lege prima, §. vitium quidem eodem tit. & vulnuſculus non dicitur vulnus, Cald.de ſindic. num.145. Hippol.conſ.80. nu.26. Marc.Ant.Genuen.in prax.Archiepiſc. ca.80.nu.2. vnde ſtatutum loquens de vulnere non verificatur in vulnuſculo. Marſilius in practic. crimin.§.& quia,nu.4. Boer.deciſ. 173.num. 1. Afflict. in capite primo;§.porrò,nu.5. quæ ſit prima cauſa benefic.amitt. Muſcatel.in prax.crim.de vulner.n.5. Tamen ſi ex percuſſione facta cum armis,tumefactio aliqua facta ſit, & ex tali tumefactione ſit ſciſſura carnis latens,licet non appareat, & oportet, vt ſanetur, & quod per medicum aperiatur ferro, talis percuſſio dicitur vulnus. Bart.in l.prętor,§.quæ atrocem,ff.de iniur. Cæph.conſ. quarto. Marſil. ſupra numero ſecundo. Muſcatel. ſupra numero ſecundo, & octauo. Boer. deciſ.325.numero primo. Caualc. de brachio regul. parte quarta, numero 152. ſecùs ſi tumor non aperiatur ferro, ſed alia via; puta emplaſtro, ſeu collyrio; quia tunc percuſſor non punitur de vulnere. Caualcan. dicto numero 152. Et regulariter appellatione vulneris non venit percuſſio faciens tumorem ſine extractione ſanguinis, lege ſi ſeruus, §.rupiſſe,ff.ad legem Aquiliam.Cald. de ſindic.145

174 Pæna priuationis vocis, intelligitur de actiua, & paſſiua, dicit Leſſ.lib.2.de iuſt.c.34.n.105.ſed tenent contrarium, quod debet intelligi tantùm de actiua, & non de paſſiua, Garzia, & poſt eum Caſtrus Palaus tom.3.tractatu 13. diſput.6. par.6.n.15. Alfonſ. de Leon. de cenſur. recol.6. numero 810. & nos ſupra diximus par.3.c.5. nu.15. Quo ſuffragio actiuo nemo priuatur per legem pœnalem ante ſententiam iudicis, ſecus de ſuffragio paſſiuo. Alfonſus de Leon. dicto nu. 810. Diana par.1.tract. 10. reſolut. 24.

175 Voce actiua, & paſſiua priuatus non poteſt dare vocem in capitulo, ſiue Generali, ſiue Prouinciali, ſiue locali, nec ſuffragium pro nouitijs,nec poteſt eligi, & nominari ad aliquid,quod ſit honoris,& pręeminentiæ,ſed tantùm ad illa,quæ ſunt oneris,& pœnæ. Nauar. conſ. 6.de elect. Portel. verbo vox. Pellizar.tr.7.cap.6. ſect.1.n.3. Fr. Ant. à Spirit.S. tr.4.diſp.3.n.362.

176 Religioſus clericus,& profeſſus, admiſſus in religione ad ſtatũ clericalem, non ſolum poteſt tranſire

ad

ad ſtatum laicorum, ſeu conuerſorum propter inſufficientiam, & inhabilitatem ad eas litteras addiſcendas, quæ neceſſariæ ſunt pro ijs, qui choro deſeruiunt, vel propter ſpecialem affectum, & ſingularem amorem ad obſequia humilia conuerſorum; ſed etiam in pœnam delicti commiſſi, nam ſicut propter delicta poteſt ad perpetuum carcerem, triremes, & ſi miles pœnas condemnari, multò magis ad iſtam pœnam, quæ magis religioſa eſt, & conformior religioſorum ſtatui, Sanch. lib. 6. moral. cap. 7. num. 81. Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 10. cap. 6. quæſt. 7. Ledeſma ſecunda part. ſummæ tr. 9. cap. 4. Sot. lib. 10. de iuſt. quæſt. 5. art. 5. col. pen. verſ. ad aliud verò, Aragon. 2. 2. quæſt. 83. ar. 12. dub. 4. in argum. 4. & ibi verbo aduertendo 2. in fine. Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 17. num. 7. Peyrin. de ſubdito quæſt. 1. cap. 24. §. 3. & in additament. ad Conſtit. Leon. X. tom. 3. cap. 4. n. 58. Fauſt. in Theſ. lib. 6. quæſt. 177. Caſtr. Pal. par. 3. de voto obedient. diſp. 4. punct. 26. §. 5. n. 11. Diana par. 9. tr. 7. reſ. 74. Lezan. tom. 1. ſummæ c. 22. nu. 25. & conſ. 35. per totum, Pellizar. in manual. tr. 3. c. 5. num. 136. & tr. 9. c. 3. num. 181. & prædictus religioſus clericus in ſacris non ordinatus, & ad conuerſos translatus, non tenetur dicere officium Diuinum ſicut alij clerici. Cum totum fundamentum talis obligationis in alijs religioſis clericis choro deſtinatis, nec in ſacris conſtitutis, ſit dicta deſtinatio ad chorum, & conſuetudo, & hoc non eſt diſpenſare in iure communi per ſe, & directè; ſed tantum per accidens, amouendo à ſtatu perſonarum choro deputatarum, Sanch. ſupra nu. 80. Peyr. dicto §. 3. Pelliz. d. tr. 3. c. 5. ſect. 3. num. 136. Lezana d. c. 22. num. 25. tenetur tamen recitare illud, quod eſt præſcriptum laicis, & addit Bordon. reſ. 30. quæſt. 12. quem citat, & ſequitur Lezana d. conſ. 35. num. 9. quòd etiam Diaconi, & ſubdiaconi in caſu grauiſſimi delicti commiſſi poſſunt ad cõuerſorum gradum in pęnã talis delicti deijci; Et hi conſtituti in ſacris non tenentur ad officium Diuinum recitandum, . Bordon. & Lezana, quod negant Peyrin. & Sot. & etiam Pellizar. d. ſect. 3. nu. 138. Et cum hæc translatio ſit res grauis non poteſt fieri niſi à P. Generali, vel Prouinciali, cum diffinitoribus, ſi translatio huiuſmodi fiat propter delictum, ſi verò propter alias cauſas ſufficit conſenſus conuentus. Sanch. vbi ſupra, Pellizar. d. tr. 3. c. 5. ſect. 3. num. 137. ſi verò non propter delictum facta ſit dicta translatio, & translatus aſſerat poſtulaſſe talem translationem per vim, & metum, & ſit mediocris litteraturæ: poſſe admitti ad dictum gradum choriſtarum exiſtimauit Lezana dicto conſ. 35. ſed de hoc dubito per infra dicenda. Et contra religioſus admiſſus ad habitum pro laico non poteſt promoueri ad ordines etiam durante nouitiatu. Marchin. de ordine tr. 1. part. 4. cap. 5. ex Bulla 1. Leon. X. Sorb. in compend. relig. men-

mendic. verbo laici fratres num.4. Roderiq. qq.regul.42.ar.19.tom.1. ex Bulla Clement. VIII. 83. cum ad regulares §. 34. confirmata per Vrb.VIII. vt in bullario 26. eiuſdem Theſſ. de pœnis Eccleſiaſtic. par.2. verbo ordo cap.12. Lezana in ſumma part.2. cap.8. num.22. Bordon. deciſ. Miſcell.71. vbi ait, quod nec Nuncius Apoſtolicus in ſua iuriſdictione poſſet id facere,& ſequitur Lezana dicto conſ.35. numero 21.

178 Infamis effectus à iure ciuili,intelligitur etiam infamis à iure canonico cap.omnes verò 6. quæſt.1. Innoc. c. qualiter & quando nu.6. de accuſat. Diaz. cap.54. in fine. Maiol.de irregul. lib.3. cap.1. n.3. Garzias de benefic. par.7.c.8. n.11. Vecch. in prax.nouit.diſ.9.dub.22.

179 num.3. niſi ius canonicum infamiam iuris ciuilis abſtulerit, & in famia, infamem reddit irregularem, atque ita repellit ab ordinibus obtinendis, & impedit ordinum ſuſceptorum executionem. Nauar. cap.27. num.204. Maiol. vbi ſupra, Sayr. de cenſur. lib.7. cap.11. Suar. de cenſur. diſp.40. ſect.2. Sanch. opuſ. lib.6. c.3.dub.5. num.14.Garzias vbi ſupra;& inhabilitat, ſeu repellit à beneficijs obtinendis, & ſemper infamia impedit habere beneficium, Duaren. de benefic. lib.4. cap.1. Petr.Greg. cap.17. num.9. Candelabr. aur. in appendic. cap.10. num.3. Garzias dicto cap.8. nu.41. à beneficijs autem obtentis non priuat ipſo iure; Garzias nu.37. Sanch. dicto dub.5. num.9. ſed requiritur ſententia, vnde actione furtiua damnatus tamquam infamis beneficio obtento priuatur.

180 Ad infamiam ipſo iure incurrendam abſque ſententia condemnatoria, ſufficit lata culpa, niſi lex expreſsè requirat dolum; ſed ad incurrendam infamiam, quæ incurritur per ſententiam cōdemnatoriam in cauſa famoſa, requiritur dolus, ex l. liberorum §.notatur, ff. de his, qui notantur infamia, & ibi gl. in verbo non iuris,Bart.Bald.& Angel. ibi, Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, num.332. C. de reuoc.donat.

181 Infamia inflicta à iure requirens ſententiam condemnatoriam in cauſa famoſa, non incurritur,vbi iudex iuſta cauſa cognita ſubſiſtente minuit pœnam ordinariam ex cauſa intrinſeca minuente culpam. Tiraq.in procemio de pœn. temper. num.24. Sot. de iuſt. lib.5. tract. de legib. cap.10. num.3. nec diſſentit Caball. caſu 172. numero 32. 34.

182 Et infamia iuris quando ipſo iure incurritur, requirit ſententiam declaratoriam. Iaſon in l. ſi quis maior num.25. C. de tranſact. Archidiac. in c.felicis verbo infamis, de pœnis in 6. & ibi Io.Andr.nu.2. & 4. Gemin. num.8. Sanch.de matrim. lib.7. diſp.13. num.1. Molin. diſp.56. §. 2. tom.1. Filliuc. tr.34. num.79. Garc. de benefic. part.7. cap.8. num.19. non ſemper tamen requiritur declaratoria, quia ſufficit notorium iuris, vel facti, dicit Abb. quem ſequitur Felin. in cap. cum non ab homine n.10. de iudic.

Auil.

Auil. par.7. diſp.4. dub.5. verſ. pro quo, & ſufficere caſum eſſe publicum; nam infamia ſignificat publicam notitiam, qua interueniente pœna debet afficere, dicunt Bald. in l. tranſigere col. vltima C. de tranſact. Couar. lib.3. var. cap.3. num.2. verſ. ſcribit tamen, Henriquez lib.14. cap.5. num.3. Tabien. verbo infamia.2. Caſtro lib.2. de lege pœnal. c. vltimo in fine, verſ. ab hac noſtra. Sanch. opuſ. lib. 6. cap.3. dub.6. nu.12. Garzias d. num.19. & certum eſt, quod ſecuta ſententia declaratoria ſuper crimine, ſeu infamia contracta, actus antea geſti à die pœnæ commiſſæ irritantur, exceptis qui ex officio, ſeu iuriſdictione publica eſſent. Caſtr. de lege pœnal. vbi ſupra verſic. circa has pœnas, Suarez loco citato.

183 Et infamia non incurritur, niſi in caſibus à iure expreſſis. Innoc. Hoſt. Abb. antiq. Turrecr. Caſtr. & alij, quos citat, & ſequitur Suarez de cenſ. diſp.48. ſect.1. Auila par.2. diſp.4. dub.7. Laym. lib.1. tr. de irregular. cap.4. num.10. ſed de iure canonico incurritur ex communi crimine ænormi depoſitione digno. Sayr. de cenſur. lib.7. cap.12. num.12. vbi plures citat, & ſequitur, & communem teſtatur, plures alios citãs. Garzias, de benefic. par.11. cap.3. nu.110. vbi dicit de magis communi, Sanch. opuſ. lib.2. cap.2. num.18.

184 Infamia incurritur ipſo facto per ſententiam condemnatoriam in cauſa famoſa, c. infames 3. qu.7. §. porrò, l.1. §. qui in iudicio, ff. de his qui not. infam. Molin. tract.4. de iuſt. diſp.9. à n.1. Diaz. in praxi cap.88. num.3. Sanch. opuſc. lib.6. cap.3. dub.6. num.14. & cauſa fa-
185 moſa eſt omne crimen publicum, ſeu iudicium publicum, l.1. §. qui in iudicio, ff. de his qui not. infam. & tunc condemnatus redditur infamis, quando condemnatur propter dolum interuenientem Angel. verbo crimen. quæſt.6. Sylu. quæſt.3. Sanch. dicto num.14. Item cauſa dicitur famoſa ob extraordinarium crimen. Siue ſit nominatum, ſiue innominatum, ſeu ſtellion itus, in caſibus, in quibus ſi ciuiliter ageretur, actio eſſet famoſa. Ideſt quoties dolum continet, l. infamem, ff. de publ. iudic. l.2. de crimine ſtellion. l. *quid ero in fine*, ff. de his qui not. infam. Menoch. de arbitr. caſu 381. Item etiam cauſa famoſa eſt cauſa ciuilis ex delicto priuato agitata actione furti, vi bonorum raptorum, vel iniuriarum, &c. l.1. ff. de his qui not. infam. requiritur tamen vt damnatus in cauſa famoſa ſit infamis, ſententia diffinitiua, tranſacta in rem iudicatam.

186 Incurritur infamia ex genere pęnę à damnato, etiam ſine ſententia diffinitiua, & ex ſola interlocutoria cauſa cognita interueniente, in cauſa famoſa, c. infames 3. quæſt.7. §. porrò, l. aut damnum in princip. ff. de pœn. & talis eſt omnis pœna corporalis, l. in ſeruorum in fine, & l. capitalium, ff. pœnis, pœna etiam exilij quamuis temporalis, l. Imperator, & ibi gloſ. ff. de poſtul. depoſitio ab officio, l. aut damnum

num,ff.de pœn.l.ſi ſeuerior, C. eodem,& de iure canonico depoſitio, vel degradatio. Abb.in c.cum te,n.10.de ſent.& re iudic. Sayr. de cenſur.lib.5.c.22.n.10. Borgaſ.de irregul.p.6. tit. de ſententia depoſitionis, nu.35. & quod omnis pœna propter delictum publicum impoſita etiam pecuniaria irrogat infamiam,l.Athletas, §. vltimo, ff.de his, qui not.infam. Ricc.deciſ.Cur. Archiep.3<4.num.10.par.4.

187 Per carcerationem in pœnam factam infamia irrogatur,lege prima,& ibi Bart.C.de infamib.Baiardus quæſtione 72. num. 1. Victor. Manſus in ſua pract. ca.20.num. 4. non autem quando carceratur pro delicto inquirendo. Baiardus vbi ſupra, & Cyn. Salyc. Bartolus, Baldus, Angel.Caſtrus,Alexan. & alij citati à Barb. in lege infamiæ, C. ex quibus cauſ. infam. irrogat. vnde condemnatus pro furto in pœnam carceris ad tempus, dicitur infamis, Cabal.caſu centeſimo ſeptuageſimo ſecundo.

188 Condemnatus grauiori pœna, quàm debuiſſet, dicitur cum eo diſpenſatus ſuper infamia,l.ordine, ff.ad municipal.l.quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his,qui notantur infam. lege ſi Poſſidonium, C. ex quibus cauſ.infam. irrogatur, lege in ſeruorum, §. in perſonis, ff.de pœnis. Molina de iuſt. tractatu 4. diſp.9.numero 19. & 20. nam ſeueritas pœnæ ſubrogatur loco infamiæ,Cabal.caſu 172.nu.3.& 4. Sed quando pœna augetur, quia concurrunt circumſtantiæ augentes culpam,ſecus eſt,Molin.de iuſt.lib. 5.tract.4.diſp.9.numero 20.

189 Et quando in actione famoſa imponitur delinquenti debita, & ſtatuta pœna, licet ea temporalis ſit, infamia tamen eſt perpetua, & durat etiam finito tempore pœnæ, l.ad tempus, C. ex quibus cauſ. infamia irrogatur,& ibi Doctor.præcipuè Bald.& Salic.& l.ad tempus, in princip.ff.de decur. gl.in l. Poſſidonium, C. ex quibus cauſ. infam. irrog. nam vbi duratura eſt pœna, aliquo tempore per ſententiam à iudice latam propter delictum, quod perpetuam infamiam annexam habet, duæ ſunt infamiæ, vna ex ſententia,altera ex pœna perpetuæ infamiæ à lege impoſitæ, vnde finito tēpore, ſi vna finitur, altera tamen remanet, ita ex gloſſa,in dicta lege ad tempus, in gl. princip. in fine,ff.de decurion. Nell.de bannit.in pr.par.3. tempor.qu.15. ante finem. Cabal.dicto caſu 172.nu.20. & ſeqq.

190 Et hæc pœna infamiæ iuris, indirectè tolli poteſt per diſpenſationem ab Epiſcopo, ſeu Prælato regulari, conceſſam ſuper irregularitate incurſa ex infamia iuris, ex delicto non grauiori adulterio, capite,at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudic.Nauar.capite 27. numero 204. Sayrus libro ſeptimo, de cenſuris, cap.11. numero 15. Sanchez opuſc. libro 6. cap. 3. dub. 5. num. 16. Barboſ. allegatione 43. numero 31. Et delicta inferiora adulterio cenſentur furtum, ſacrilegium, periurium, falſum teſtimonium,& ſimilia delicta; ſuper ſimonia autem homicidium,& ſimi-

Nnnnn lia,

lia Epiſcopus diſpenſare non poteſt, quia cenſentur maiora adulterio, Abb. in c. cum te de ſent.& re iudic. Tolet. lib.1. cap.62. §. vltimo, Sayr. lib.7. de cenſur. dicto cap.11. num.15. & cap.12. num.3. in fine, & iudicantur crimina grauia, vel leuia, non Theologicè, ideſt à virtute, cui opponuntur, ſed à pœnæ grauitate, qua puniuntur. Ant. in c. at ſi clerici §. de adulterijs, & ibi Abb. nu.7. Anan. num.13. & cæteri doctores, & ideo quia Sacrilegium ſecundum pœnam non eſt grauius adulterio, Epiſcopus, & Prælatus habens iura Epiſcopalia poteſt diſpenſare, cap. fin. de furt. aliàs non poteſt diſpenſare, quia ſecundum ſpeciem eſt grauius adulterio.

191 Numerus pluralis comprehendit ſingularem etiam in pœnalibus, & odioſis, nam in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur retinentes, ſeu legentes libros hæreticorum, & tamen ſufficit vnum librum retinere, aut legere ad incurrendam huiuſmodi excommunicationem. Farinacius de hæreſ. quæſt.180. numero 29. hoc tamen procedit, quia eadem eſt ratio in vno, ac in pluribus, & ideo quoties eadem eſt ratio in vno ac pluribus, appellatione numeri pluralis venit etiam ſingularis, Barboſ. de appellat. verb. iur. ſignificat. appellatione 169. nu.1. Moron. reſpon.59. num.4. Maſcardus vol.3. concl.1249. numero 52. Hinc eſt, quòd pœna ſtatuta contra producentem falſos teſtes in numero plurali, habet etiam locum in producente vnum tantùm teſtem. Ita Vitalin. & Iaſon. de communi, quos citat, & ſequitur Clar. in §. falſum num.5. Farinac. quæſt.159. num.40.

192 Pœna priuationis ipſo iure numquam incurritur, niſi in iure ſit expreſſa, vel inferatur ex verbis illam ſua natura importantibus; gl. in c. fin. de iure Patron. Innoc. in c. bonæ el 2. col. fin. de elect. Abb. in cap. fin. num.6. de cleric. non reſid. Dec. in cap.2. numero 3. de reſcription. & ibi etiam Felin. num.3. & in cap. quærelam nu.2. de iure iurand. Tiraq. in leg. ſi vnquam in verbo reuertatur nu.244. C. de reuoc. don. Bero conſ.126. num.45. lib.1. Farinac. quæſt.19. num.46.

193 *Sunt tamen aliqua verba*, quæ important ſententiam ipſo iure latam ex ſua natura, vt mox, omninò, præciſè, illicò, continuò, ex tunc ipſo facto, ipſo iure, de iure, auctoritate huius legis, abſque alia ſententia, abſque alia declaratoria, eo ipſo, confeſtim, &c. cap. ſi religioſus de elect. in 6. cap. quicumque, §. exhibemus, de hæret. Sayr. cum alijs ab eo citatis in Claui reg. lib.3. cap.8. n.24. idem dicit de verbis *ſtatim*, *prorſus*, *protinus*, *funditùs*. Verbum *ſubiaceat*, importat canonem latæ ſententiæ, cùm non indigeat facto iudicis, cap.1. de iniur. in 6. cap. ſi quis 17. quæſt.4. Abb. in cap. ſi diligenti de foro compet. Tiraq. vbi ſupra numero 148. gloſ. in verbo communi in cap. clericus, ne cleric. vel monac. Caiet. excom-

mu-

municatio 16. Nauar. cap. 17. nu 117. Suarez de cenſur. diſput. 23. ſect. 3. num. 22. Tolet. lib. 1. cap. 37. §. 5. Sayr. lib. 3. cap. 8. num. 21. & cap. 32. n. 6. Molin. tr. 3. diſp. 8. Barboſa in d. cap. clericis n. 7. licet ad incurrēdam excommunicationem inflictam in dicto cap. clericis, requiratur antecedens monitio canonica, ideſt trina, vel vnica pro tribus; cum intimatione prædictæ cenſuræ incurrendæ. Suar. vbi ſupra num. 23. Layman. lib. 1. tr. de cenſur. cap. 6. num. 4.

Limitatur tamen, quando ex ſubiecta materia aliud colligatur, & ideo in cap. 3. de priuileg. interdictum ibi latum contra religioſos admittentes ad diuina nominatim interdictos non obſtante verbum ſubiaceat, non incurritur niſi poſt latam iudicis ſententiam. Abb. ibidem num. 7. Hoſtienſ. & Card. in fine, & in eo caſu communem ſententiam fatetur Tiraq. loco citato numero 149. & ſeq. pariter ſuſpenſio lata in cap. placuit quæſt. 2. contra confeſſarios abſoluentes ſine approbatione, non obſtante verbum ſubiaceat, eſt ſententiæ ferendæ, Roderiquez qq. regul. 18. art. 1. tom. 2. Præpoſit. in dicto cap. placuit, & Nauar. in cap. placuit de pœnit. diſt. 6. & Ricc. in praxi reſ. 445. dicit, quod verba ſuſpenſus maneat, quando recipiunt declarationem, ab alio iure, non important latam ſententiam; quia non eſt dictum ad iudicem, ſed ad pœnam.

Verbum incurrant eſt latæ ſententiæ. Quia eſt imperatiui modi temporis præſentis. Tiraquel. vbi ſupra numero 147. Caſſad. deciſione 1. numero 4. & 5. de ſimon. Suar. de cenſur. diſputat. 23. ſect. 7. num. 11. Sanchez in decalog. libro 2. cap. 39. numero 26. Barboſ. in cap. 3. numero 2. de cleric. excommunic. miniſtr. Theſ. de pœnis Eccl p. 1. c. 2 & p. 2. in verbo duellum cap. 1. numero 3. vbi celebrare perſiſtens in interdicto, ſeu contra interdictum poſtquam fuerit monitus incurrit eo ipſo pœnam perpetuæ depoſitionis, iuxta dicta cap. 3. licet contrarium in hoc caſu exiſtiment Diaz cap. 28. & Sayr. lib. 5. cap. 14. numero 7. & 8. aſſerentes eſſe ferendæ ſententiæ.

Verbum careat pariter importat canonem latæ ſententiæ. Butr. in c. potuit de locat. Tiraq. vbi ſupra 161. 166. Felin. in cap. ex tenore numero 17. de reſcript. Azor. lib. 5. cap. 9. §. tertia regul. to. 1. Sayr. in clau. regia libro 3. capit. 8. numero 26.

Licet quod importet ſententiam ferendam dicant Abb. cap. ſuper eo de rapt. numero 2. Turrecrem. in cap. ſi quis Romipeta 24. quæſtione 3. Angel. in verbo peregrin. in princip. Sylu. numero 1. Armil. numero 1. Card. in cap. innouamus de cenſib. Diaz. cap. 109. numero 2. Sed hæc opinio procedit, quando ex ſubiecta materia inducitur ſententia ferenda. Vel quando fertur ſimul cum alia pœna ſententiæ ferendæ.

Verbum, nouerit ſe excommunicationis mucrone percuſſum; eſt canon latæ ſententiæ, Tiraq. vbi

ſupra numero 72. Barboſ. in cap. vt inquiſitionis de hæret. in 6.

Verbum, nouerit ſe communione priuatum, eſt canon latæ ſententiæ, gloſ. in verbo in cap. adminiſtratores 23. quæſt. 5. Tolet. lib. 1. cap. 37. in princip. Suarez de cenſur. diſputat. 23. ſect. 2. numero 1. Barboſ. alleg. 50. numero 170. Sed ex conſuetudine intelligitur ſententiæ ferendæ. Tolet. ſupra citat. & Suarez dicta ſect. 2. numero 3.

Verbum prorſus amittant, operatur priuationem ipſo iure. Tiraq. ſupra num. 71. Sanchez de matrimonio libro 3. diſputatione 53. numero 8. Abb. in cap. quibuſdam numero 7. de pœn. Tolet. libro 1. cap. 88. numero 7. Garſias de Benefic. par. 11. cap. 810. numero 57. Barboſ. alleg. 57. nume. 24. Sayr. in clau. reg. libro 3. cap. 8. num. 21. vbi idem dicit de verbo incidant, & de verbo amittant, etiam ſine illa dictione, prorſus.

Verbum nullatenus admittantur, eſt latæ ſententiæ. Abb. dicto num. 7. Clem. vnica, vbi gloſa verbo nullatenus de ſequeſtr. poſſ. Rota deciſ. 24. numero 2. par. 2. diuerſ. Barboſ. dicto cap. 26. num. 4.

Verbum omninò, iunctum verbo futuri temporis, ſcilicet, omninò priuetur, eſt latæ ſententiæ, auth. de non eligend. Secundo nub. §. 1. Tiraq. ſupra numero ſeptuageſimo ſexto, & 177.

Verbum incurrere declaramus, ſecundum communem eſt latæ ſententiæ. Tiraq. vbi ſupra numero 145. 147. ſed Abb. Ioan. And. Gemin. Pauin. apud Tiraq. num. 146. tenent contrarium.

Verbum penitus habet vim latæ ſententiæ, & decreti irritantis. Tiraq. in lege ſi vnquam verbo reuertatur numer. 105. 106. Theſaur. par. 2. verbo incendiarius cap. 2. numero 2. Barboſ. dictione 249. numero 6.

Verbum ſit infamis, eſt latæ ſententiæ. Scort. in ſelect. theor. 215. in princip. & alij citati à Theſſ. de pœn. verbo medici, & quando lex imponendo pœnam infamiæ, notat, & conſiderat factum, tunc infamia irrogatur ipſo iure, Bart. in l. 1. in princip. ff. de ijs, qui notant. infamia.

Verbum ſit ligatus, eſt latæ ſententiæ. Tiraq. vbi *ſupra numer.* 184. Sayr. libro 3. cap. 31. numero 7. Barboſa allegat. 50. numero 121.

Verbum ſit, iunctum participio præteriti temporis, eſt canon latæ ſententiæ, vt ſit excommunicatus, ſit ſuſpenſus, ſit priuatus, &c. Tiraq. ſupra 184. Theſ. de pœnis, verbo miſſam cap. 3. & verbo oblatio cap. 1. vbi, quòd verbum, anathematis vinculo ſit ligatus, eſt latæ ſententiæ, contra Filliuccium tractat. 14. *numero* 48.

Pœna priuationis officij, quam quis propter delictum in officio commiſſum incurrit, ipſo iure ſuccedit. Farinacius dicta quæſtione 19. numero 45. vbi ita deciſum refert, & numero 47. ponderat quatuor modis, l. ſi aliquid C. de ſuſcept. libro 10.

Quan-

Quando lex pœnalis vtitur verbis temporis præſentis, & indicatiui modi, ſententiam latam continet. Prout ſi dicat excommunicamus, anathematizamus, ſuſpendimus, interdicimus, priuamus, damnamus, &c. Sayr. dicto libro tertio capitulo octauo numero vigeſimo quinto. Item quando poſt hæc verba, declaramus, decernimus, definimus, cenſemus, iudicamus, aut ſimilia, ſequatur verbum præſentis, aut participium præteriti temporis, importans pœnam aliquam, verbi gratia, ſi dicat, qui hoc, aut illud fecerit, declaramus eſſe excommunicatum, aut priuatum officio, vel beneficio, aut eſſe infamem, aut amiſiſſe dominium bonorum ſuorum, & cap. tunc huiuſmodi lex pœnalis latam ſententiam continet. Sayrus dicto numero vigeſimo quinto. Item ſi lex præcipit iudici non vt excommunicet, ſuſpendat, vel interdicat, aut priuet; ſed vt denunciet, aut declaret eſſe excommunicatos, ſuſpenſos, vel interdictos, aut priuatos, latam iam ſententiam eſſe denotat, & continet. Sayrus ibidem: Item quando lex vtitur verbis, per quæ actio, aut paſſio redditur irrita, & inanis in pœnam criminis, ſententiam ipſo iure latam continet. Prout ſi dicat; ſi ſecus fiat ſit irritum, & inane, vel careat viribus, aut non obtineat vires, aut careat omni robore firmitatis, aut careat omni priuilegio, omni iure, aut actione, aut commodo, aut dominio, aut careat impetratis, aut electionis commodo, aut eligendi poteſtate, ea vice, aut ſi dicat non valeat, aut nullo modo valeat, aut ſit nullus, nullam vim habeat, ſententia ſit nulla, aut electio ſit nulla, aut non poteſt eligi, aut votum in electione præſtare non poterit, & ſimilibus verbis. Sayrus numero vigeſimo ſexto, & vigeſimo ſeptimo.

E contra lex pœnalis ſententiam ferendam continet, quando vtitur verbis ſolis comminatorijs, quia comminatio non ſolet eſſe de re præterita, aut præſenti, & ideo ſi lex prohibet, aut præcipit aliquid, & dicat ſub pœna, ſub interminatione, ſub interpoſitione, excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aut priuationis, erit ſententia ferenda, ſi non addantur alia verba, quæ ſententiam latam ſignificant. Sayrus vbi ſupra numero decimo nono. Item quando lex pœnalis vtitur verbo, aut participio ſignificante actionem futuri temporis, continet ſententiam ferendam. Abb. in capit. ſi diligenti numero decimo octauo de foro competenti, Pelin. in capit. Rodulphus de reſcription. Sayrus vbi ſupra numero vigeſimo, & ideo, hæc verba, reus erit, ſint capite puniendi, aut deportandi; electionem decreuimus irritandam; Communione altaris, aut ſepultura priuandos, atque ſimilia, importat ſen-

ſententiam ferendam. Item lex
pœnalis vtens verbo imperatiui
modi, quamuis ſit præſentis tem-
poris, continet ſententiam feren-
dam, idem Sayr. n.21. v.g. eligendi
poteſtate priuentur, ab officijs ſuſ-
pendantur, arceantur, innodentur,
& ſimilia verba; niſi verbum im-
peratiui modi nullum ſignificat
hominis miniſterium, quia tunc
ſignificat ſententiam latam, vt ſi
lex dicat, ſubiaceat, incidat, incur-
rat, ſubdatur, &c. de quibus ſupra.
Quia talia verba quãuis imperati-
ui modi non diriguntur ad iudi-
cem, ſed ad pœnam, quæ legis im-
perio executioni mandatur.

In dubio an aliquod verbum, aut ca-
non ſit latæ ſententię, vel ferendæ,
debet intelligi eſſe ferendæ, gl. in
c. pœnis, de regul. iur. in 6. Abb. &
Butr. in capite ſi diligenti, de foro
compet. Alex. conſ. 103. ſub num. 22
lib. 1. Felin. in dicto capite Rodul-
phus, num. 24. & 30. vbi ponit e-
xemplum in verbo cadat. Capicius
deciſ. 221. ſub n. 13. Farin. q. 18. nu.
46. idem dicit de verbo innoden-
tur, priuentur. Sayr. vbi ſupra num.
22.

195 Arbitrium in grauiſſimis deli-
ctis, vſque ad mortem extenditur
in maiori magiſtratu, & ſupremis
iudicibus; in minori verò magiſtra-
tu conſulto principe, ſi id atroci-
tas delicti expoſcat. Giurba conſ.
6. Sanfelic. deciſ. 34. vbi quod M.C.
Neapolis quendam Ioannem Do-
minicum Coſtam, qui adulterinis
clauibus, apertis oſtijs de nocte cui-
dam Doctori in lecto cum coniu-
ge iacenti vim intulit, & ambo
vulnerauit; & furtum tentàuit, ſed
ob clamorem non perfecit, fuit vl-
timo ſupplicio punitus.

196 Depoſitio, & degradatio diffe-
runt; nam depoſitio, quæ aliàs ap-
pellatur degradatio verbalis, eſt
perpetua remotio ab adminiſtra-
tione Altaris. Abb. Dec. & alij, in
c. at ſi clerici, de iudic. Foller. in
practic. canon. verbo, & ſi confeſſi,
aut conuicti ſint condemnentur, n.
46. Diar. in pract. crim. canonica,
in verbo deponi, in princip. c. 127.
Farin. q. 19. nu. 49. vel vt inquit Le-
zana ex Sylu. & Aldrete, in verbo
depoſ. depoſitio eſt perpetua ab Al-
taris miniſterio, & à gradu Eccle-
ſiaſtico remotio, ſine ſpe reſtitutio-
nis, cum retentione priuilegij, fori,
& canonis, *& quando imponitur*
hæc pœna à iudice, ſolet ſententia
his verbis proferri; Quapropter
Præfatum N. ab omnibus ordini-
bus, & gradibus Eccleſiaſticis de-
ponimus, ipſum perpetuò ab Alta-
ris miniſterio remouentes. Et
depoſitio, ſeu degradatio verbalis
eſt duplex, prima quidem eſt hæc,
quæ diximus, & aliquando in iure
canonico eſt latæ ſententiæ, & eſt
terminus pœnæ, & quando in iure,
vel in aliqua conſtitutione reperi-
tur impoſita pœna degradationis,
eſt intelligenda de hac verbali de-
gradatione, ſeu depoſitione, niſi a-
liud appareat. Abb. in c. tuæ de pœ-
nis. Baiar. q. 74. n. 1. Menoch. de ar-
bit. caſu 415. n. 5. & 18. Barboſ. alle.
110. n. 9. Bellect. diſquiſ. cleric. tit.
de fauor. cleric. perſon. Bonacin. de
cenſur. diſp. 4. pun. vnico n. 6. quic-
quid dicat Tolet. lib. 1. cap. 17. Se-
cun-

cunda ſpecies depoſitionis, ſeu degradationis verbalis, eſt illa, quæ eſt preparatoria, & præambula ad degradationem actualem, & traditionem Curiæ Sæcularis. Arnanl. Albertin. in repet. cap. 1. de hæret. in 6. q. 14. à numero primo, & ſequent. Farin. qu. 189. num. 11. de qua infra, capite ſequ. ſermonem faciemus.

197 Pœnam depoſitionis, nullus ordinarius poteſt infligere, niſi in caſibus à iure expreſſis. Aret. in capite cùm non ab homine, col. 9. de iudic. et ibi Dec. n. 27. Sayr. lib. 5. de cenſur. c. 21. n. 5. qui caſus recenſet, Sà verbo depoſitio, num. 2. Menoch. de arbitr. caſu 415. num. 9. vbi alios citat. Bonacin. de cenſuris diſp. 4. pun. vnico num. 6. Petr. Gregor. in par. iuris canon. lib. 4. tit. 15. c. 4. n. 4. Henriqu. in ſumma lib. 1. c. 5. §. 5. Monet. de diſtr. quotid. q. 17. 7. Barboſ. alleg. 110. n. 10. et ſunt ſtuprum, incæſtus, adulterium, concubinatus, perſeuerans poſt monitionem, et omnia adulterio maiora, furtum, periurium, homicidium, etiam ſolo conſilio, vel hortatione factum, quo quis permittit culpabiliter ſuum Parochianum mori ſine baptiſmo, et alia crimina maxima, atque atrocia, quæ inferunt irregularitatem, idque iuxta canones antiquos, qui tamen cùm eſſent faciliores in imponenda depoſitione non videntur in rigore ſeruandi, cùm ob humanam fragilitatem, multum ſit de antiquo rigore laxatum, vt dicunt Sayr. vbi ſupra nu. 1. Bonacina dicto nu. 6. Theſaur. de pœnis Eccleſiaſt. c. 27. Pellizarius in manual. tr. 7. c. 3. n. 123.

198 Deponendi poteſtatem non habent Prælati regulares, niſi illis conceſſum ſit, Sylua in verbo degradatio 1. Auila de cenſur. par. 3. diſp. 5. dub. 4. Sayr. de cenſur. lib. 5. c. 20. num. 28. Gauant. verbo depoſitio num. 6. Barboſ. alleg. 110. num. 25. et in Conc. Trident. ſeſſ. 13. ca. 4. de reform. n. 6. ſed Auila par. 4. d. vnica dub. 2. concl. 2. dicit, quòd poſſunt Prælati Regulares deponere ſuos ſubditos, ex priuileg. ſociet. Ieſu, verbo Prælatus, §. 3. quo conceditur dictis Prælatis totum, quod poteſt Epiſcopus in ſuos ſubditos, vnde aliæ Religiones ratione communicationis priuilegiorum poſſunt etiam deponere, dummodo ſtatuta propriæ Religionis id permittant, aut aliud non obſtat, Papa approbante, Lezana in verbo depoſitio, num 4. qui ita intelligit Aldret. de relig. diſciplin. lib. 1. ca. 3. n. 19. 22. et 23. idem antea dixerunt, Abb. in ca. non poteſt, de ſent. et re iudic. Albertin. in ca. quoniam, qu. 14. n. 6. verſ. quod non requiritur, Menoch. de arbit. q. 415. n. 13. Clar. q. 74. verſ. ſed quæro, et alij citati à Theſſ. de pœnis Eccleſiaſt. par. 1. c. 27. imò Megal. in prax. ca. 16. n. 28. extendit ad degradationem in ordine ad actualem, cùm ſit actus iuriſdictionis, et non ordinis, et vbicumque de iure ciuili imponitur pœna mortis, de iure canonico ipſius loco ſubrogatur pœna depoſitionis. Diaz. in prax. ca. 128. num. 2. Farinacius quæſt. 19. num. 49.

Item

199 Itē depoſitio differt ab alijs pœnis, & primò differt à degradatione, quia depoſitio non includit priuationē priuilegij fori, & canonis, & poteſt hæc pœna imponi, etiam contra abſentem, ſed degradatio includit priuilegium fori, & canonis, à quo degradatus remanet priuatus, & debet degradandus eſſe præſens.

Differt à cenſuris, quia cenſuræ ſunt pœnæ medicinales, & cum ſpe reſtitutionis, depoſitio eſt pœna indicatiua. Sylua, verbo degradatio, n.1. Sāchez conſ. mor. lib. 3. c. 1. dub. 32. num. 248. Differt ab irregularitate, quia regularitas non eſt pœna, ſed quædam inhabilitas. Differt à ſuſpenſione, quia ſuſpenſio eſt cenſura, & non eſt ſine ſpe reſtitutionis, ſicut depoſitio, in qua non diſpenſatur, ſicut diſpenſatur in ſuſpenſione, etiam perpetua. Item ſuſpenſio non priuat officio, & beneficio, quoad titulū, ſeu ius, & dominium illorum, ſed quoad vſum, & fructus. Depoſitio autem etiam quoad titulum, ius, ſeu dominium priuat. Suar. & Corn. citati à Lezana, verbo depoſitio, nu. 1. differt à priuatione, quia hæc pœna non eſt irremiſſibilis, & indiſpenſabilis, ſicut depoſitio; imò priuatus non eſt inhabilis ad recuperandum beneficium per nouam collationem. Suarez de cenſuris, diſp. 30. ſect. 1. n.6.

200 Degradatio actualis, ſeu realis eſt pœna Eccleſiaſtica, qua Eccleſiaſtica perſona realiter, & actualiter priuatur omni beneficio, officio, & priuilegio clericali, in perpetuum abſque illa ſpe illum conſequēdi cum quadam ſolemnitate. Sylu. v. degrad. n. 1. & hęc degradatio eſt quædā executio illius verbalis degradationis prçambulæ. Henric. Boic. in capite nouimus, de verbor. ſignific. Menochius dicto caſu 415. n. 24. cuius forma ponitur infra. Et de hac degradatione loquuntur, cap. Epiſcopus 11. q. 3. & c. degradatio, de pœn. in 6. & hanc actualem degradationem facit ſolus Epiſcopus, & non plures, ſcilicet quoad actum degradandi, quia ipſe ſolus Epiſcopus admouet manum in capite, manibus, & veſti-
201 bus degradandi. Menoch. nu. 25. Et quia hæc pœna eſt Eccleſiaſtica, poteſt cadere in regulares, vtpotè, qui *ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ſi quidem committant delictum* dignum tali pœna. Idque etiam loquendo de religioſis laicis; imò, & de monialibus, Martinus del Rio, l. 5. diſquiſ. ſect. 16. §. de his vltimis. Pellizar. dicto c. 3. n. 123. monaci degradantur per ſpoliationē capucij, & moniales per ſpoliationem veli cum ſcapulari. Farinacius q. 189. n. 19.

202 Conueniunt depoſitio, & degradatio in aliquibus; primò, quia non priuant charactere *clericali*, vnde actus ordinis facti à degradatis ſunt validi, licèt exercentes peccent contra Eccleſiæ prohibitionem, Lezana verb. degradatio n. 1. ex Sylu. & Suar. Secundò, quia non eximuntur ab oneribus, quæ ex ordinatione Eccleſiæ ſequuntur. Vt obligatio recitandi officium, ſeruandi caſtitatem, cum inhabilitate

tate ad matrimonium, idem Lezana ex Toleto, & Suarez. Tertiò, quia vtraque requirit hominis ſententiam. Et quartò, quia vtraque etiam reddit hominem infamem. Leza. ib. & licèt degradati poſſunt dicere officiũ in choro, non tamen poſſunt officium facere, quia priuantur officio hebdomad. nec poſſunt dicere Dominus vobiſcum, idem Lezana in verbo depoſitio, num. 3.

203 Sententia depoſitionis, vel degradationis actualis ſuſpenditur per appellationem ſubſequentem. Alter. libro 3. de cenſur. diſputatione 5. cap. 2. verſic. ſed contra hanc doctrinam, Sanchez libro 3. opuſcul. cap. vnico dub. 32. numero 246. Alfonſ. de Leon. de cenſur. recoll. 2. nu. 635. qui iudex appellationis poteſt recognoſcere an ſententia degradationis ſit ritè, & rectè lata, & ſi eſt lata ex falſis depoſitionibus, vt ſi eſt lata per falſa inſtrumenta, aut ſine citatione, aut reus non ſit conuictus, & poteſt degradatus probare ſuã innocentiam. Ricc. reſol. 221. n. 3. par. 2. & iudex appellationis, ſicut etiam nullitatis degradationis ſemper erit iudex Eccleſiaſticus. Luc. de Pen. in l. 1. n. 8. C. de priuileg. ſcolar. lib. 12. & tunc debet reſtitui in priſtinum gradum, vt notat Bonacin. de degrad. tom. 1. diſp. 14. punct. vnico num. 19. & 20. Baſſeus in verbo degradatio numero quarto.

204 Poteſt etiam iudex Laicus, cui degradatus fuit traditus, pro delicti qualitate, vel ex defectu probationum ſi minori pœna eſſet puniendus, cognoſcere; Aut innocentiam minori pœna punire, vel etiam abſoluere dicunt Decian. lib. 4. cap. 9. num. 123. & alii citati à Carolo de Graſſ. de effectu leric. 1. num. 836. Carol. Tapia in conſt. de perſonis num. 39. Gaſpar. Theſ. qq. forenſ. libro 4. quæſt. 22. numero 32. Sanct. Felic. deciſ. 139. numero 7. licet aliter ſeruetur, ſententia in inquiſitione de hæretica prauitate à iudice laico contra degradatum eſt ferenda ex eodem proceſſu confecto coram iudice Eccleſiaſtico, & ex eiuſdem actis puniendum eſſe degradatum iuxta ſtylum, & iuris diſpoſitionẽ reſolutum fuit, non alia data dilatione, non repetitis teſtibus, ſed præuia tantum citatione ad ſententiam, litem examinandam, & cauſæ finem imponendum, refert Sanct. Felic. dicta deciſ. 139. numero primo ex §. ſi quis contra aliquem §. ſi verò prius, de Santiſſim. Epiſcop. Decian. dicto numero 123. quia acta coram iudice Eccleſiaſtico competente ſunt valida, ex Farinac. quæſtione 97. numero 102. contra Lucam de Penna, loco citato aliter exiſtimantem. Addens quod iudex laicus non tamquam merus executor pronunciabit ſuper executione ſententiæ, ſed cauſa cognita ex eiſdem actis, quod iuſtum fuerit, & ſi velit probationes ad defenſionem producere, reiiciendæ non ſunt per iudicem laicum, qui cognoſcit de nullitate non principaliter, ſed incidenter

ad pœnam inferendam. Ita vt ſi iniuſta fuerit degradatio non puniet pœna ordinaria, Sanfelic. vt ſupra numero ſecundo, & ſi aliquis defectus in proceſſu compilato à iudice Eccleſiaſtico reperiatur; prout ſi non eſſent repetiti teſtes, aut non eſſet datus terminus aduerſus confeſſionem, vel nouiter repertos, vel alium ſimilem defectum; ſuppleri poteſt per iudicem laicum. Sanfelic. ibidem, num. 4. qui iudex laicus punire poteſt degradatum ſecundum leges Imperiales, quamvis tempore delicti vti clericus mitiori pœna erat puniendus. Sanfelic. ibidem num. 6. ex Vincent. de Franch. deciſione 571.

205 Datur etiam degradatio realis, & actualis fictè facta ab ipſa lege, vt in cap. 1. de homicid. in 6. quo ſancitum eſt clericum mandantem aſſaſſinium fieri, ipſo iure degradatum cenſeri. Carrer. in praxi tit. de degradatione, num. 13. Menoch 415. num. 27. & 28. nam ipſo iure cenſetur ſpoliatus omni priuilegio clericali, & poſitus in poteſtate iudicis laici, & licèt Barboſa in dicto c. 1. cum alijs ab eo citatis defendat oppoſitum, quod eſt ferenda ab Epiſcopo, à quo ſolemniter degradari debet. Tamen alij tenent contrarium, quod iudex ſæcularis morte puniri poteſt abſque alia degradatione. Marſil. in l. 1. n. 107. C. de raptu virgin. Couar. lib. 2. var. cap. 20. numero decimo. Pariſ. de Put. de ſindic. Lamberteng. capite primo, quæſtione vndecima, numero 88. de hæretic. in 6. Viu. com. opin. verbo iudex laicus. Decianus conſ. 82. num. 8. lib. 2. & tractatu crimin. lib. 9. capite 30. numero 11. Diaz. in pract. crimin. cap. 91. Capic. deciſ. 155. num. 26. Marant. de ordine iudic. 4. par. diſt. 11. num. 76. Anton. Scapa de iure non ſcripto lib. 5. c. 140. nu. 10. Gabriel. lib. 7. com. opin. tit. de crimin. concl. 1. n. 24. Zerola verbo aſſaſſinij, verſ. hinc oritur. Cardoſ. verbo aſſaſſinus, num. 9. Cened. ad decret. collect. 37. num. 11. Theſaur. de pœn. Eccleſiaſtic. par. 1. cap. 27. ver. tertia ſpecie. Grammat. voto 8. num. 4. & voto 9. num. 18. Rolan. à Valle conſil. 24. numero ſeptimo. Remig. de Goni, de immun. Eccleſ. fallent. 15. num. 10. Gutierez pract. qq. l. 3. quæſtione ſeptima n. 23. Clarus quæſt. 36. num. 30. vbi dicit, quod ita in practica obſeruatur, Baiardus ibid. numero 33. & 34.

206 Dicunt tamen, quod requiritur ſententia declaratoria iudicis Eccleſiaſtici. Vnde non poteſt iudex ſæcularis interim procedere contra clericum ipſo iure degradatum, arg. tex. in c. cum ſecundum, de hæret. in 6. Salzedo ad Diaz. c. 100. litt. B. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 11. n. 70. Farinacius in prax. crim. q. 8. nu. 85. 86. Bellet. diſqu. cler. tit. de ſau. cler. perſonal. p. 1. §. 7. n. 6. v. tamen Theſſ. vbi ſupra, Sayr. de cenſur. lib. 5. cap. 20. n. 16. in fine. & Theſaur. de pœn. Eccleſiaſt. parte ſecunda, verbo aſſaſſinium, capite primo, numero ſeptimo in fine, & Doctores ibi citati dicunt, quòd pro aſſaſſinio clerici non ſunt degradandi,

di, ſed ſolum deponendi, & quamuis Clar. ſupra n. 31. dicat, quòd licet de iure requiratur declaratoria iudicis Eccleſiaſtici de conſuetudine ab aliquibus iudicibus non ſeruatur. Et ideò ſi talis clericus eſt in fortijs dictæ Curiæ ſæcularis non fit aliqua declaratio, ſed reiecta exceptione clericatus proceditur ad vlteriora, & perfecto proceſſu profertur per ipſum iudicem ſæcularem ſententia declaratoria ſimul cum ipſa condemnatione, ſed de huiuſmodi conſuetudine dubitari poteſt, & expectanda eſt aliqua conſtitutio ſummi Pontificis. Barboſ. alleg. 110. n. 13. Guazin. defenſ. reor. 39. c. 2. n. 6. & in foro conſcientiæ pœna prædicta non ligat ante declaratoriã, dicunt Henriq. libro quartodecimo, capite quinto, numero primo, in comment. litt. F, & libro tertio decimo, capite 56. numero ſecundo. Auila parte ſeptima, diſputatione quarta, dubio ſeptimò, §. circa quam. Suarez de cenſuris, diſputatione trigeſima prima, ſectione quarta, numero vigeſimo ſecundo. Theſ. de pœn. dicto cap. 27. verſ. quæres. Graff. Vgolin. Roderiq. Tolet. & Ledeſma, apud Garziam de benefic. par. 11. cap. 10. nu. 197. licet ipſe Garzias contrarium teneat cum Nauarro.

207 Fictè degradatus á lege habetur etiam clericus, qui conuictus de homicidio, de furto, vel de periurio, vel alio ſimili graui delicto, depoſitus eſt ab officio, & ſi incorrigibilis erit excommunicatur, & creſcente contumacia anathematizatur, & ſi poſtea in profundum malorum venerit, cum Eccleſia non habeat amplius, quod agat, à ſæculari Iudice ſine alia degradatione damnatur, capite cum non ab homine de iudic. Menoch. dicto caſu 415. n. 29

208 Abſolutus in foro conſcientiæ moleſtari poteſt in foro exteriori, & accuſari, declarari, & puniri poteſt in iudicio, iuxta gloſ. communiter receptam in cap. de his de accuſat. Pegna in commentar. ad director. inquiſit. par. 2. comment. 25. comment. 29. Zanchin. de hæret. cap. 34. Simanch. in chat. inſtit. tit. 8. n. 18. Calderin. de hæretic. cap. 34. Creſcent. deciſ. 14. de probat. vbi ita deciſum refert in Rota Romana Balbat. deciſ. 122. Sayrus deciſione prima, de teſtibus. Couar. in capite Alma mater, §. 12. nu. 16. Nauar. conſ. 23. num. 4. de pœnit. & remiſſ. & conſ. 51. de ſent. excom. Menoch. de arbitr. caſu 539. num. 31. Suarez de cenſuris, diſputatione quadrageſima prima, ſectione ſecunda, numero vndecimo, & tomo quarto, de religione, tractatu vltimo, libro nono, capite ſecundo, numero trigeſimo quinto. Sanchez in decalog. libro 2. capite 11. n. 19. & de matrim. lib. 8. diſp. 34. n 29.

209 Excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus ab officio, ſciens, aut ſcire debens ſe excommunicatum, ſuſpenſum, aut interdictum celebrans officia Diuina; aut publicè aliquem actum exercẽs, alicui certo ordini deputatum tamquam ordinatus tali ordine, irregularis ef-

ſicitur, cap.1. verſ. ſciſcitatis, de ſent. & re iudic. in 6. ca. finali in fine, & c. is cui, de ſent. excom. in 6. Abb. in c. illud, num. 8. de cleric. excom. miniſtr. Sylua in ſumma, verbo irregularitas, nu. 15. & verb. interdictum n. 6. Nauar. in man. c. 27. n. 244. Couar. in cap. Alma mater, p. 1. §. 6. n. 9. & par. 2. §. 2. n. 3. & ſeq. Diaz. in pract. crim. cap. 33. & ibi Salzed. litt. A, & B. Maior. de irregul. lib. 3. c. 19. & c. 21. ex n. 5. Viual. in candelab. aur. tit. de excommun. n. 34. & ſolus Papa diſpenſat cum eo, quando delictum non eſt occultum; nam ſi eſt occultum, poteſt Epiſcopus diſpenſare vigore Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reformat. & concluſio procedit etiam ſi huiuſmodi excommunicatus celebrans non ſit denunciatus, quia conſtitutio ad euitanda ſcandala, nullam commoditatem, aut vtilitatem affert excommunicatis. Couar. d. p. 1. §. 2. nu. final. Salzedo in d. litt. A. & nos alibi. Nec illi prodeſt abſolutio data per Cruciatam, vel Iubilœum. Couarr. in dicto cap. Alma mater, par. 1. §. 11. n. 16. & lib. 2. c. 10. nu. 5. Nauar. conſ. 23. num. 4. de pœnit. & remiſſ. & d. conſ. 51. de ſent. excom. Menoch. Suar. & Sanch. ſupra cit. Gutier. can. qq. l. 1. c. 2. à n. 10. Sayr. de cenſur. l. 2. c. 20. n. 31. Barboſ. in tract. de locis commun. loco 50. n. 7 Auila de cenſ. p. 2. c. 7. diſp. 3. du. 10. concl. 1. & dub. 12. §. ſecunda opin. Coninch. de Sacram. diſp. 14. dub. 16. n. 207. Vaſq. in 3. p. to. 4. tract. de excommun. dub. 20. num. 29. Vegha in ſumma tomo 1. cap. 6. caſu 52. Turrianus de cenſur. lib. 2. diſput. 24. dubio vltimo. Hurtadus diſput. 15. de excommunicat. difficultate 4 num. 16. Diana par. 2. tract. nono, reſol. 26. vbi loquitur de abſolutione pro foro interiori, & de excommunicatione deducta ad forum contentioſum, lite non finita; & non valet abſolutio quò ad forum exterius, ſed tantùm quò ad forum interius; Idem etiam dicit S. Fauſt. de indulgent. lib. 4. de iubilæo, qu. 116. Tolet. lib. 1. c. 1. n. 8. Alter. de cenſur. to. 1. lib. 4. c. 4. diſp. 4. litt. D, Ledeſma par. 2. q. 26. ar. 1. dub. vltimo. Henric. lib. 7. de indulg. ca. 13. num. 2. in fine. Cerola in praxi Epiſcop. verbo abſolutio, §. ad ſecundum. Parlador. differ. quotidianar. 119. §. 1. n. 7. Baſſeus in verbo clauſula, n. 17. ex Sot. 4. diſt. 2. ar. 3. Sanchez lib. 6. c. 17. nu. 43. Angl. 2. par. q. vnica de excom. ar. 4. Bonac. de clauſura. q. 1. p. 5. n. 3. Roderig. ſibi contrarius in addit. ad Bullæ cruciat. §. 9. Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 7. n. 6. & 7. Cerol. vbi ſupra, vbi ſentit contrariam opinionem eſſe erroneam. Franc. de Pen. in director. 2. par. comment. 25. §. breui ergo addendo. Emman. Roderig. dicto §. 9. n. 52. Genuenſ. in prax. Archiep. ca. 25. aliàs 31. Auila par. 2. c. 7. diſp. 3. dub. 12. §. ex dictis. Layman lib. 1. tract. de cenſur. in communi c. 7. n. 7. Theſ. de pœnis, par. 1. c. 22. & poterit declarari nulliter beneficium obtinuiſſe. Theſ. vbi ſupra, ex Salzedo ad Diaz c. 33.

211 Vnde vt ſcandalum euitet debet ſe in publico gerere tamquam ſi excommunicatus eſſet, poteſt tamen ſic abſolutus ſecreto, & ſine

ſcan-

ſcandalo Miſſam celebrare, & audire, ſacramenta recipere, & cum alijs alloqui, & alij, qui ſunt certi de illa abſolutione poſſunt cum eo communicare, explicando ſe abſolutum eſſe per bullam, vel Iubilæum. Auila ſupra dub. 12. Acoſta in explicatione Bullæ q. 50. Villalob.tom.1.tr.27.clauſ.9.§.2.n.24.vbi citat Couar. Gutierez, Lopez, Henriq. Dian.par.2.tract.9.reſ.26. verſ.ſed his minimè, & quod dictũ eſt de ſacerdote miniſtrante, idem dicendum eſt de laico ſumente Euchariſtiam, vel ſe immiſcente publicè in diuinis, licet ſi eſſet abſolutus vigore Iubilæi poſſit ſecretè recipere ſacramenta, quia numquam fuit de mente Pontificis iuriſdictioni Epiſcoporum onus, & vilipendium imponere, ſed tantum animarum ſaluti conſulere, quando concedit abſoluendi à cenſuris facultatem in Bulla cruciatæ, & Iubilæis, & ſi huiuſmodi abſolutio ad externum forum ſe extenderet, ſuperfluum eſſet, vt Epiſcopi, & eorum Vicarij contra ſacrilegos violentos procederent, & incurſos declararent, ſimulque abſoluerent.

212 Et licet defendi poſſit, quod quando datur poteſtas ſimpliciter, & abſolutè abſoluendi à cenſuris, poteſt intelligi pro vtroque foro, interpretando gratiam principis
213 latiſſimè, lege beneficium, ff. de conſt. princip. vt tenent Auila de cenſuris ſecunda parte, diſputatione tertia, dubio duodecimo, Sayrus de cenſuris, libro ſecundo, capite vigeſimo, numero tertio; tamen ex coniecturis, & materia ſubiecta intelligi poteſt non fuiſſe mentem Pontificis delegare poteſtatem abſoluendi à cenſuris, cum præiudicio fori externi, ſed tantum in fauorem animæ, puta cùm in Bullis Iubilæi, aut cruciatæ datur poteſtas confeſſarijs abſoluendi ab omnibus peccatis, & cenſuris, intelligi debet in ordine ad forum conſcientiæ tantùm, ita Couar. in dicto capite Alma mater, parte prima, §. vndecimo, numero 16. Gutierez lib.1. canon.qq. cap.2. à nu. 10. Auila par.2.c.7. diſp.3. dub.12. Ledeſma 2.4.quæſt.26.ar.1.colum. pen.verſ.illud tamen. Sayrus de cenſuris, libro ſecundo, capite vigeſimo, numero trigeſimo primo. Nauarr. conſ. trigeſimo octauo, numero primo, de ſent. excomm. in nouiſ. Acoſta de indulg. quæ.50. Layman libro 1.tract.5. ca.7.nu.6. quia finis concedentis Bullas, & Iubilæos eſt bonum ſpirituale animæ, & remouere impedimenta ſalutis æternæ, qui ſatis obtinetur per abſolutionem, quo ad forum conſcientiæ, & ſi huiuſmodi abſolutiones prodeſſent in foro externo, detraheretur iuriſdictioni ordinariorum in graue
214 eorum præiudicium; quod non eſt præſumendum, & ideò ſicut abſolutus virtute Bullæ, & Iubilæi à peccatis enormibus, in foro exteriori accuſari, & puniri poteſt, gl. in dicto capite de his, de accuſat. Couar. reſ.2.c.10.n.3. ſi quis ergo virtute eiuſdem Bullæ a cenſura abſolutus eſt, tale beneficium, ad forum ex-

exterius non porrigitur, quia forum conſcientiæ, & forum externum iudicij valdè diſtincta ſunt, ſi quidem in illo præcipuè ſpectatur animæ ſalus, & diuinæ offenſæ compenſatio, in hoc verò publica vindicta, & Reipublicæ ſatisfactio, ita ſupra citati doctores, & Barboſ. in tract. de locis communib. loc.50. num.7. ita citati DD. tenent contra Medinam in inſtruct. confeſſ. lib.2. cap.12. in fine, Henriq. in ſum. lib.7. cap.13. §.2. litt. V. in finem. Suarez de cenſur. tom.5. diſp.7. ſect.5. num.20. & alios oppoſitum exiſtimantes, & ita etiam poſt alios, quos citat tenet Ricc. deciſ.336. num.9. part.4. & Manriq. par.1. quæſt.18. num.5. qui etiam alios citat.

215 Nec iudex talem abſolutionem datam virtute Iubilæi, vel Bullæ, aut alterius priuilegij, mendicantium tenetur in foro externo acceptare, maximè lite non finita, de æquitate tamen honeſtius, & benignius facit iudex ſi ſupradictum in foro conſcientiæ abſolutum non inquietet, nec declaret excommunicatũ in foro exteriori, niſi pars eſſet in iudicio, quæ inſtaret, ſed ſi pars non adeſſet, & iudex procedere ex officio nolit, non tenetur illum declarare excommunicatum poſtquam eſt abſolutus, & in peccato non perſeuerat. Nauar. conſ.51. de ſent. excom. Henriq. in ſumma de irregular. cap.20. Genuenſ. in praxi Epiſcop. cap.25. aliàs 31. Roderiq. in explic. Bullæ in addit. ad §. 9. nu. 52. Auila de cenſur. 2. par. cap.7. diſp.3. dub.12. §. ex dictis ſequitur. Manriq. dicto cap.18. num 8. Ricc. par.2. deciſ.229. nu.6. Coninch. de Sacram. diſp.14. dub.16. num.227. Diana par.5. tr.9. reſ.13. verſ. notandum, & par.2. tr.9. reſ.26. verſ. aduertendum. Theſſ. de pœnis Eccleſiaſt. par.1. c.22.

Sed parte contradicente, huic iniuſieret à iudice, reum abſoluendo, & liberando à pœnis. Nauar. conſ.4. num.4. de fide inſtrum. & conſ.51. num.3. de ſent. excom. & alij ſupra citati, debet enim fieri abſolutio ſatisfacta parte, & nomine partis non intelligitur iudex, aut ſuperior, ſed perſona diſtincta, quæ fuit læſa, & nomine ſatisfactionis, intelligitur reſtitutio honoris, vel famæ, vel aliorum bonorum, vel ſaltem petitio veniæ pro iniuria. Sot. in 4. diſt.22. quæſt.5. artic.3. Henriquez in ſumma lib.13. c.28. Semper enim debet conſeruari illæſum ius tertij, cui facta eſt iniuria. Nauar. in manuali cap.26. numer.7. & ſupradicta procedunt, quo ad abſolutionem, vigore

216 Bullæ, & non deſunt doctores aſſerentes, quòd quando lis eſt finita, ſcilicet quia excommunicatus fuit iam denunciatus per cędulones, eſt poſtea abſolutus à confeſſario virtute Bullæ, vel iubilęi, aut priuilegij regularium ſatisfacta parte, & hoc fecerit conſtare iudici, qui eum denuntiauit excommunicatum, & petierit humiliter ab eo amplius non moleſtari, & mandari, quòd amoueantur cædulones, quòd tunc iudex non ſolùm de æquitate, & benigni-

gnitate, prout, quando lis non eſt finita; Sed etiam de rigore tenetur ad declarandam dictam abſolutionem validam, & talem non egere noua abſolutione, & per conſequens tenetur ad eum non moleſtandum, & mandandum, quod amoueantur cædulones, ſi inde Tribunali ipſius aliud magnum præiudicium non oriatur. Quia ex hac abſolut. regulariter, nullum præiudicium fit iudici, nec ſuæ iuriſdictioni exteriori, nam quando lis eſt finita per affixionem cædulonum, non intendit aliud iudex, niſi vt cenſuratus ſatisfaciat parti, & pro abſolutione adeat eum, qui poteſt ab ea abſoluere, ita doctores citati. Alfonſ. de Leon. de cenſur. recoll 2. à n. 958. & ſeqq.

217 Volunt aliqui in hoc caſu apud Dianam par. 2. tr. 11. reſ. 26. quod ad talem effectum confeſſarius abſoluens det ſchedulam abſolutionis pœnitenti, vt per eam poſſit ſe defendere in foro exteriori, vel quod tradat confeſſarius pœnitenti coram notario, & teſtibus ſchedulam prædictam abſolutionis, in qua affirmet illum eſſe virtute Bullæ, vel iubilæi ſatisfacta parte à cenſuris abſolutum, & quòd notarius in fine ſchedulæ teſtatur à confeſſore prædicto tali tempore, die, & loco illam abſolutionis ſchedulam excommunicato datam fuiſſe. Sed Theſ. de pœnis dicta par. 1. cap. 22. cum alijs ab eo citatis aſſerit contrarium; quòd non conuenit confeſſario dare pœnitenti ſchedulam abſolutionis, & quòd ſi illam dat, nulla fides illi ſchedulæ adhibenda ſit in foro externo, ſed quod poſſet confeſſarius teſtimonium prædictum abſolutionis impartitæ dare litteris ſuis priuatis clauſis directis ordinario, vt poſſit, ſi velit, illam acceptare, quemadmodum maior Pœnitentiarius dat litteras clauſas abſolutionum in forma promiſſo.

218 Abſoluens clericum, vel laicum à cenſuris vigore Bullæ cruciatæ, Iubilæi; &c. debet admonere Pœnitentem, quòd ſe gerat vti excommunicatus in publico, quouſque habeat abſolutionem externam, & quòd aliàs incurrit irregularitatem, aut quouſque iudex, qui eum denunciauit excommunicatum declaret abſolutionem factam in foro conſcientiæ validã, & mandet quòd amoueantur cædulones, quando lis eſt finita.

219 Verbum pro prima vice poſitum in Bullis Pontificijs, intelligi debet pro prima vice punitionis. Prax. Neapolit. cap. 78. Lopez ad Diaz. in pract. crim. cap. 70. Farin. quæſt. 20. n. 3. Ricc. in praxi reſol. 316. num. 2. par. 1. Bellect. diſquiſ. cleric. tit. de pœnis clericor. §. 1. n. 14. Ricc. deciſ. 221. n. 4. vbi verba pœnæ pro prima vice, adiecta in Bulla Pij V. contra blaſphemantes Deum & Sanctos, intelligi debent pro prima vice punitionis, & refert ita deciſum fuiſſe, nã quãdo vna pęna imponitur pro prima vice, & alia pro ſecunda, & alia pro tertia, neceſse eſt, vt pro prima vice ſit condemnatus, vt poſſit imponi pœna inflicta pro ſe-

ſecunda vice, & ſimiliter oportet, vt pro ſecunda vice ſit condemnatus, vt poſſit imponi pœna impoſita pro tertia vice. Add. ad Diaz. in pract. crim. cap. 71. in verbo, obtinendo beneficio.

220 Lex pœnalis tam ciuilis, quàm Eccleſiaſtica obligat tam in foro conſcientiæ, quàm in foro externo quando lata fuit à legitimo ſuperiore ob bonum commune, & eſt iuſta, promulgata, & vſu recepta. Salas de legib. diſp. 13. ſect. par. 2. & 5. Reginald. lib. 13. n. 160. Filliuc. tr. 21. num. 394. Bonacin. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. par. 4. n. 2. & ſeq: & num. 25. & 27. & pun. 7. num. 1. Layman lib. 1. tr. 4. cap. 14. nu. 1. & dicitur vſu recepta, quando maior pars communitatis eam recepit, vel faciendo, quod lex præcipit, vel approbando verbo, vel ſcripto, vel illam non reijciendo. Baſeus verbo lex 2. num. 6. in fine. Et eſt probabile, quod lex non acceptata nó obligat, quia lex humana ea tacita conditione conditur, vt ſi non acceptetur, non obliget. Azor. inſt. mir. lib. 1. tom. 5. cap. 4. quæſt. 2. Bonacin. vbi ſupra nu. 45. Addit. ad Tolet. lib. 8. c. 18. Dian. lib. 1. tr. 10. reſol. 4. ſed hoc procedit in legibus à Principe ſæculari emanatis, non in legibus Pontificiis, quia iſtæ habent authoritatem immediatè à Deo, & Papa non habet ſuam poteſtatem dependenter à populo. Bonacin. in Bulla Cœnæ tom. 3. diſp. 1. q. 15. par. 4. §. 5. nu. 2. Caſtr. Pal. tom. 1. tr. 3. diſp. 1. par. 13. num. 3. & ideo vt conſtitutiones Pontificiæ valeant, non requiritur acceptatio, & conſenſus populi, ſed etiam renuente populo obligant, niſi aliter Pontifex ſuam voluntatem declaraſſet. Azor. tom. 2. lib. 5. c. 32 quæſt. 3. Suarez lib. 4. cap. 15. n. 3. Filliuc. tract. 21. cap. 11. num. 397. Molfeſ. in ſumma tom. 1. tr. 9. c. 8. nu. 51. & alij citati à Diana par. 7. tr. 1. reſ. 28. & ſi non adeſt rationabilis, & iuſta cauſa ad illam nó acceptandam, tenentur omnes obedire legibus Pótificijs ſibi impoſitis, & peccant eas tranſgredientes, quia tunc non præſumitur in legislatore voluntas eas non obligandi, imò potius contraria. Rodriq. tom. 1. qq. reg. 6. ar. 10. Mirand. manual. Prælat. q. 25. ar. 21. Bonacin. ſupra num. 39. *Si tamen lex ſit abrogata ex contraria conſuetudine non obligat*, & ſufficit ad hoc tempus decem annorum à principio inobſeruationis legis promulgatæ, quando à principio non fuit obſeruata; ſed ſi à principio fuerit obſeruata, & tractu temporis fuerit *tranſgreſſa*, tunc requiritur ſpatiũ quadraginta annorum, ita Abb. Imol. Cald. Felin. Couarruuias, & alij citati ab Azor. inſtitutione moral. dicto capit. 4. verſic. tertio quæritur, & interim obligat quo ad forum externum, ita vt tranſgreſſores incurrant pœnas ibi ſtatutas, licèt quo ad forum internum ſufficiat, quòd quis putet agendo contra ipſam legem non peccare, vt aſſerit poſt Sotum Villalob. par. 1. ſummæ tr. 2. difficult. 38. num. 12. & conſuetudo abrogans legem debet eſſe ratio-

tionabilis, & legitimè præſcripta, non irrationabilis; & irrationabilis dicitur, quando aduerſatur iuri Diuino, aut naturali, vel quando à iure canonico eſt reprobata, vel peccandi licentia occaſionem præbet, vel alia ratione communi vtilitati perniciosa. Layman libro primo, tractatu quarto, capite vigeſimo quarto, numero quarto, verſiculo circa primum horum, & hæc potius dicitur corruptela, capite cum venerabili, & cap. fin. vbi gl. extra de conſuet. c. 1. eodem. tit. in 6. Diſtinguit Azor. vbi ſupra, inter deſuetudinem, & non vſum legis, ſiue conſuetudinem legi contrariã. Nam primi tranſgreſſores inducentes conſuetudinem contrariam legi per totum illum ſpacium, in quo non eſt præſcripta, peccant contra lagem, & in foro externo ſunt obligati ad pœnam legis, vt ſupra dictum eſt; aliter tamen dicitur quando lex non eſt vſu recepta, tunc enim diſtinguendum eſt; aut legislator hoc ſcit, & tolerat, & eos non punit, & eo caſu cenſetur tacitè legem reuocare, & non obligare ſubditos, & per conſequens, qui eam non acceptant, etiam primi non incurrunt pœnas legis, vide Suarez de legibus, lib. 4. c. 16. nu. 9. Zambarel. verbo lex, n. 3. Bonac. de legib. diſp. 1. q. 1. pun. 7. §. 4. nu. 4. Diana par. 5. tr. 14. reſ. 8. Aut legislator ignorat legem non eſſe acceptatam, & vſu receptam, & obligatio durat donec legitimæ præſcriptionis tempus currat, & per conſequens primi obligantur toto illo medio tempore ad pœnas legis. Layman. lib. 1. tr. 4. c. 3. verſ. tertium, ſi lex, &c. vbi limitat in caſu, quo quis legem promulgatam accipere paratus eſt, & data occaſione etiam eam obſeruat, ſed alij plerique è communitate nõ recipiunt eam, nec recepturi exiſtimantur, tunc per epycheiam excuſatum dicit à legis obligatione etiam ante expletum tempus præſcriptionis; aut denique legislator ſcit legem non eſſe vſu receptam, & tranſgreſſores ad legis obſeruationem compellit puniendo, & tunc ſinguli eam obſeruare tenentur, etiam ſi maior pars communitatis reſiſtat, ita Layman, & ſequitur Alphonſ. de Leon. de cenſur. recoll. 2. n. 709.

221 In dubio autem, an lex præſumatur acceptata, & vſu recepta, negatiuam opinionem tenent Azor. par. 1. lib. 2. c. 19. verſic. duodecimo quæritur. Caſtr. Pal. tom. 1. diſp. 3. p. 7. n. 4. Diana par. 1. tr. 10. de legib. reſ. 3. & par. 4. tra. 3. reſol. 14. quia in dubio poſſeſſio ſtat pro libertate ſubditorum, & præſumitur non fuiſſe vſu recepta, & per conſequens, quod non obligat, contrarium tamen, quod in dubio præſumatur acceptata, & vſu recepta, maximè in foro exteriori, & quod in ipſius fauorem debet iudicari, & qui eam in ſui fauorem allegat habet intentionẽ fundatã, & qui dicit eã non eſſe vſu receptã, debet hoc probare, dicunt Roderi. tom. 1. qq. reg. 6. ar. 11. Bonacina diſp. 1. q. 1. pun. 4. n. 44. Naldus in verbo lex, n. 28. Layman dicto lib. 1. tract. 4. cap. 3. num. 6. Sanch. lib. 1.

decalog. c.10. nu.35. Seraph. deciſ. 153. Chartar. deciſ. 46. n.67. Deciſ. diuerſor. in nouiſſimis 775. par. 1.

222 Quæ autem dicta ſunt de legibus, & conſtitutionibus Pontificijs, ſcilicet quòd eorum obligatio non pendet ex acceptatione populi, idem dicendum eſt de declarationibus Cardinalium poſtquam ſunt publicatæ, vt probat Diana par. 5. tr. 2. reſ. 96. & par. 6. tr. 6. reſ. 38. & ſeq. quia poſt publicationem vim legis habent, & tamquam leges ſunt obſeruandæ, & habent vim obligandi in vtroque foro, Barboſ. de iur. Eccl. vniuerſi lib. 1. c. 4. n. 81. Vnde Epiſcopi, & iudices debent punire reos non obſeruantes, Diana vbi ſupra; dummodo habeant tres conditiones, prima, vt ſint publicatæ con ſulto Pontifice, ſecunda, vt exhibeantur in forma authentica, ſolito ſigillo, & ſubſcript. Card. Præfecti, ac Secretarij dictæ Congregationis, & tertia, vt ſint declarationes, & interpretationes, non autem diſpenſationes, vel reſtrictiones, Diana vbi ſupra, Barboſ. d. lib. 1. c. 4. n 83. in editione Lugdunenſi, ſed antequam publicentur non habent vim legis, ſed tantum maximi ponderis, & authoritatis ſunt, Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 2. n. 10. Bonacin. de legib. diſp. 1. q. 1. pun 8. n. 5. & aſſerenti declarationem Cardinalium incumbit onus probandi ea, Bonacin. d. pun. 8. n. 6. & quando ſunt duo reſolutiones contrariæ ſtandum eſt ſecundæ. Dian. d. par. 6. tr. 6 reſ. 96. in fin. Sanch. li. 8. de matrim. diſp. 2. n. 10. Laym. li. 1. tr. 4. c. 9. §. 7. Roderiq. qq. regul. tom. 1. q. 11. & declarationes ſupradictæ poſt publicationem vt ſupra, obligant non ſolum quo ad caſus futuros, ſed etiā quo ad caſus præteritos, & licèt vt declarationes præcisè nō obligent ad præterita, obligat tamen lex, quæ declaratur, quia declaratio nil noui inducit, Salas de legib. diſp. 21. ſect. 12. Bonac. de legib. diſp. 1. q. 1. pun. 8. n. 7. Nald. ver. declarare n. 1. ſed limitatur niſi adſit de præterito aliqua alia contraria declaratio, vel adſit probabilis doctorum opinio in contrarium.

223 Pœnas graues ſpirituales, præſertim excommunicationes, nemo incurrit niſi pro mortali, quando latæ ſunt à iure, ſed quando ab homine incurritur, etiam quod prohibitum, vel iuſſum ab eo non ſit mortale, Sylu. verb. ſcrupulus n. 4. in fine Nald. verbo excommunicatio n. 3. verſ. & quid, Reginald. in for. pœnit. lib. 32. c. 20. nu. 28. ex Suar. diſp. 28. ſect. 4. Diana par. 3. tract. 6. reſol. 51. cum Filliuc. tr. 20. c. 3. n. 58. In foro tamen exteriori ſufficit peccatum præſumptum ad incurrendas pœnas à iure latas, Io. Valer. de differ. vtriuſque for. verbo excommunicatio differ. 9. nu. 8. & quando leuis ſuſpenſio fertur ab homine, verbi gratia pro aliquo actu ordinum, &c. ad eam incurrendam ſufficit culpa venialis, Layman. lib. 1. tract. 5. par. 3. cap. 3. n. 2. Gordon. tom. 2. lib. 7. q. 14. n. ita intelligentes Caietanum, Nauar. Auilam, & Henriq. allegatos pro contraria opinione.

CA-

CAPVT IV.

De pœnis imponendis de iure ob diuerſa delicta in ſpecie, ordine Alphabetico enumeratis.

SVMMARIVM.

1 *Abortus fœminæ prægnantis procurans qua pœna puniatur.*

2 *Actuarij, Notarij, Iudices, & Superiores, manifeſtantes ea, quæ in ſecreto tenere debent, qua pœna puniantur.*

3 *Alapam manu vacua alicui inferens, qua pœna puniri debet.*

4 *Apoſtata à Religione quis propriè dicatur, & quas pœnas incurrat. Incurrit ſuſpenſionem ſi in Apoſtaſia recipiat ordines, ipſum detinentes, vel occultantes ſunt ipſo facto excommunicati.*

5 *Arma retinens Monachus ſine ſuperioris licentia, qua pœna puniatur.*

6 *Aſtrologiam iudiciariam exercentes, quas pœnas incurrunt.*

7 *Auxilium ſcienter delinquenti præſtans quomodo puniri debeat.*

8 Carceratus *fugiens facto carcere, qua pœna venit puniendus.*

9 Carnalis *copula de iure canonico, qua pœna punitur.*

10 *Clauſuram violantes regulares per introductionem mulierum in Monaſterium, quibus pœnis ſubiacent.*

11 *Clerici propter ſimplicem fornicationem, qua pœna puniuntur.*

12 *Clericus vulnerans aliquem mediante pecunia, qua pœna punitur.*

13 *Concionator regularis, qui præſumit prædicare in Eccleſiis alienis, ſine licentia ordinarij, aut proprijs, ſine eorum benedictione, qua pœna debeat puniri.*

14 *Confeſſarius regularis audiens confeſſiones ſæcularium non approbatus ab ordinario, vel approbatus ab ordinario, & non à proprio ſuperiore, qua pęna ſit puniendus, & an confeſſiones ſint validæ.*

15 *Confeſſarius frangens ſigillum confeſſionis, qua pęna puniri debet, & quando dicitur frangere ſigillum.*

16 *Degradatio actualis ab Epiſcopo facienda, à quibus priuat degradatum, & pro quibus delictis eſt facienda.*

17 *Domum accommodans ad maleficium committendum, qua pęna puniri debet, vbi etiam de pęna lenocinij.*

18 *Donationes, ſeu largitiones munerum facientes religioſi, qua pęna puniri debent.*

19 *Duorum ſe inuicem percutientium quo modo puniuntur.*

20 *Excommunicationis ſententiam ferentes non præmiſſa monitione, qua pęna ſunt puniendi, & quando validè fieri poteſt.*

21 *Exilij pęna frangens, qua pęna puniri debet.*

22 *Eximentes delinquentes à manibus iuſtitiæ, ſi ſunt Eccleſiaſtici, qua pęna puniri debent.*

23 *Falſi pœna an tenetur vtens falſis dimiſſorijs ad ordines recipiendos?*

24 *Falſi teſtis pęna, quæ ſit?*

25 *Furum pœna, quæ ſit? vbi etiam de furtis ſacrilegis?*

26 *Fuſtigationis, & catenæ pęna quando imponitur?*

27 *Homicidij pęna quæ ſit?*

28 *Inceſtus pęna quę ſit?*

29 *Iniuriantes iudices ſæculares ſi ſunt*

Eccleſiaſtici, qua pęna puniri debeut, & de alijs pęnis pro iniurijs.

30 *Libelli famoſi pęna quæ ſit?*

31 *Literas, ſeu obedientiã ſuperioris lacerans, qua pęna puniri debet.*

32 *Literas aperiens alterius, qua pęna ſit puniendus, & de alijs pęnis circa hanc materiam.*

33 *Literæ cecbæ mittens ſuperiori, qua pęna puniri debet.*

34 *Miſſas plures celebrans vna die, qua pęna puniri debet.*

35 *Miſſam celebrans, aut confeſſionem audiens non conſtitutus in ſacerdotio, qua pęna puniri debet.*

36 *Monetam falſam tondentes, qua pęna Eccleſiaſtici puniuntur in Italia, & à quo ſuperiore puniendi ſunt, & de pęna ſuperiorum regularium impediendum iudices competentes in hoc delicto. Italiæ nomine quid veniat.*

37 *Nomen proprium ad malum finem mutans, qua pęna puniri debet.*

38 *Ordinatus furtiuè, qua pęna punitur.*

39 *Ordines maiores ſuſcipientes ante legitimam ætatem, qua pęna puniuntur.*

40 *Oſculans mulierem, aut puerum, qua pęna punitur.*

41 *Periurium, qua pęna punitur.*

42 *Pęnitentiati à S. Officio, ſi promoueantur ad aliquod officium, qua pęna promotores ſunt puniendi.*

43 *Prælati regulares dantes dimiſſorias ſubditis ad recipiendos ordines ab alieno Epiſcopo, qua pęna puniri debent.*

44 *Prælati regulares quando poſſunt deponi.*

45 *Recipientes in Religione criminoſos, decoctores, & debitores, qua pęna ſunt puniendi.*

46 *Abſcluere ſubditos à caſibus Bullæ Cœnæ an abſq; incurſu pœnarum poſſint ſuperiores.*

47 *Profeſſus nulliter quam pęnam incurrit, ſi ordines ſacros recipiat, ſciens nullitatem ſuæ profeſſionis.*

48 *Proprietarius religioſus, quas pęnas incurrit.*

49 *Raptores mulierum honeſtarum, quas pęnas incurrunt.*

50 *Regulares delinquentes in adminiſtratione Sacramentorum an poſſint puniri ab Epiſcopo.*

Receptantes bannitos, fallitos, & decoctores in eorum Monaſterijs, quas pęnas incurrunt. 51.

Non poſſunt dare licentiam extrahendi reos ab Eccleſia ſine incurſu pęnarum de quibus in Bulla Greg. VIX. 52.

Lacerantes cedulones affixos per Epiſcopum in quas pęnas incidunt. 53

Incorrigibiles, quando poſſunt eijci à Religione, & de pęnis eorum, qui decretum S. Congr. transgrediunt. 54.

55 *Religioſus Profeſſus ſi de facto matrimonium contrahit, qua pęna tenetur.*

Carnaliter monialem cognoſcens, qua pęna plecti debet. 56.

Recurrens ad perſonas extra Religionem pro gratijs infra religionem obtinendis, qua pęna debet puniri. 57.

58 *Reliquias Sanctorum vendens, qua pęna puniri debet.*

59 *Sacerdos, qui fornicatus eſt cum filia Spirituali, qua pęna venit puniendus.*

60 *Sacerdos celebrans, & Sacramentum non conficiens, qua pęna puniri debet.*

Si

Si celebrare incipit, & ſine cauſa receſſit, qua pęna eſt puniendus. 61.
Celebrans in Eccleſia polluta ante reconciliationem, an puniri debeat. 62.
Sacramentalia irreuerenter tractans, qua pęna punitur. 63.
64 *Sacrilegium perſonale, qua pęna punitur, & qua pęna ſacrilegium locale, & qua pęna ſacrilegium reale.*
65 *Scripturam falſam fabricans, qua pęna veniat puniendus.*
66 *Simoniam committens, qua pęna puniendus eſt.*
67 *Sodomiam exercentes, quas pęnas incurrunt.*
68 *Stuprans Virginem, qua pęna tenetur.*

1 ABortum fæminæ prægnantis procurans ſiue fætus animati ſiue inanimati, deponi, & degradari debet, ac Curiæ ſæculari tradi, vt capitalem pœnam patiatur, qui excommunicationem etiam reſeruatam ipſo iure incurrit, ex Bulla Sixti V. edita anno 1588. quæ poſtea fuit à Greg. XIV. ſuo ſucceſſore moderata anno 1591.& primò, quo ad excommunicationē, quæ hodie eſt reſeruata locorū ordinarijs; Quaranta verb abortus, & 5. nota hanc, Farin. q. 122. n. 164. Filliuc. tr. 29. nu. 10. Homobon. de Caſib. reſeru. par. 3. caſu 6. poſſunt etiam eam abſoluere Prælati regulares iuriſdictionem Epiſcopalem habentes, Roderiquez qq. reg. 33. ar. 4. tom. 2. Coriolan. de caſibus reſer. tit. de abortu n. 10. & habentes priuilegia abſoluendi à cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, Sanchez & Merul. citati à Diana par. 3. tr. 3. reſol. 13. Secundò, fuit etiam moderata quo ad abortum fœtus inanimati, quia fuit redacta ad terminos iuris cōmunis. Sacror. canon. & Conc. Trid. Villalob. in ſumma tom. 2. tract. 12. difficult. 14. nu. 3. & per conſequens, ita delinquens non eſt irregularis, nec excommunicatus, tenetur tamen ſi eſt nobilis, & honeſtæ conditionis pœna exilij, & ſi eſt inferioris conditionis damnationis in metallum, l. ſi quis aliquid, §. abortionis, ff. de pœnis, in cuius loco eſt ſubrogata pœna triremium, & ideo quidam clericus ob tale delictum fuit condemnatus pœna irregularitatis, & exilij per quinquennium refert Barboſ. voto 12. licet ipſe exiſtimat non fuiſſe bene iudicatū, quia fœtus erat animatus, & puniendus erat pœna ordinaria. Fœtus autem præſumitur animatus poſt 40. dies in maſculo, & poſt 80. dies in fæmina, & non conſtito an fuerit maſculus, vel fæmina, cenſetur maſculus. Quaranta dict. verbo abortus, n. 5. Molin. de iuſtit. tom. 3. tr. 3. diſp. 27. n. 1. Laym. lib. 2. tr. 3. n. 7. Schorth. in ſelect. theorem. 376 Far. q. 122. n. 45. Barboſ. d. vot. 12. n. 27. Greg. tamen XV. quo ad fœtum animatum nihil innouauit, & ideo procurantes abortū fœtus animati, aut exhibentes mulieribus venena ſterilitatis, vel ea ſumentes, aut quocumq; modo auxilium, vel conſiliū eis dantes incurrunt pœnas ſtatutas à Sixto V. in præfata conſtitutione, quæ pœnæ (excepta irregularitate, & cenſura excōm.) requirunt iudicis declaratoriam ſuper facto ipſo, incurrūt etiā contrauenientes infamiā quoties crimē fuit

fuit notorium de iure, vel de facto, cùm tale crimen ſit enorme,& quia fœtus poſt 40. dies præſumitur animatus in maſculo,delinquens incurrit irregularitatem, & excommunicationem, non autem alias pœnas,dicunt Sanchez lib.1.in decalog.c.10.n.43.& 48. Farinac. vbi ſupra n.138.Barboſ alleg.151.num. 138. quia pœna ordinaria ſtatuta delicto certo, non eſt imponenda delicto dubio , ſed arbitraria pro dubij qualitate, Sylua verbo homicidium 3.quæſt.1. Maiol. de irregularit.lib.1.n.13.reg.7.& lib.5. c.51.n.10.verſ.2. Sanch.vbi ſupra, n.45.Hieron.Roderic.reſ.4.num.9. Barboſ. dicto vot.12. nu.34. & 35. Rota Buratti , deciſ.182. n.vltimo. Honded.conſ.18.n.43.Alban.conſ. 91.n.4.imò Sanctor.de pœn.par.1. c.16.reſp.2. hoc intelligit, quoad ſententiam ferendam , non autem quo ad pœnas latæ ſententiæ, quia in dubio facti in totum excuſatur, cùm iſtæ pœnæ non recipiant augmentum, nec diminutionem , ex Bald.in l.fin.n.8.in fine , C.de probat. & Carrer. in verbo argumentis conuictus, nu.4. & ſi quis applicuit remedia fallibilia ad procurandum abortum , & non potuerit certiorari an res habuerit effectum,tunc in dubio non eſt cenſendus irregularis, quia non conſtat de corpore delicti , & hoc tam pro foro interno,quam externo. Sanct. vbi ſupra,Sanch.etiam vbi ſupra,n. 44. Quaranta dicto verbo abortus, ſ.nota.Barboſ.dicta alleg.51.n.139 Sed ſi applicata fuerunt remedia efficacia,debet iudicari irregularitatem, & alias pœnas iuris incurriſſe.Sanct. ibidem,ex Nauar. conſ. 47.de homicid. nam licet facta in dubio non præſumantur: fallit tamē quando ſunt ſolita fieri, l.vltima. C. de fide inſtrum. Maſcard. concl. 732. n.5. & 7. quod procedit non ſolùm ſi fœtus mortuus naſcatur,ſed etiam ſi viuus,ſed non vitalis,quia adhuc dicitur abortus.Sanctor.vbi ſup.ampl.1.ex Tiraq. Gut. & Cherub.locis ab eo cit.& qui dat media directa ad ſanitatem fœminæ prægnantis, fœtus animati, non tamen directa ad corruptionem fœtus , non incurrit pœnam abortus, etiam ſi per accidens, ſeu conſequenter credatur abortus cauſandus, quando iudicio medicorum niſi medicamenta iſta mulieri applicentur ipſa cum fœtu certò credatur moritura . Sanchez libro nono,de matrim. diſp.20. nu. 14.Layman lib.3.de iuſt.tr.3.par.3. c.4.§.ſi autem,Lezana verbo abortus ,num.12. imò quando ſalus infirmæ omnino deſperata eſt, vt fœtus etiam cum matre periret,licet medicamenta præbere , quæ tendunt ad ſalutem matris, & ad mortem fœtus. Sanchez dicta diſp. 20. n.19.& 20. Io:de la Cruz.in direct. par.1.præcep.5.q.1.lib.7. *conclu.*3. & 4.Layman vbi ſupr. Villalob.in ſumma tom.2. tract.12. dub.13.nu. 2. Diana par. 3. tract. 5. reſol. 11. Theſſ.deciſ.Pedam.12.contra Cordubam,Lopez,Rodericum, & Vegam oppoſitum exiſtimantes, ſi tamen credatur fœtum viuum proditurum ſaltem ſecato matris vtero poſt mortem,non poſſunt talia medica-

dica-

dicamenta adhiberi, & teneretur illa ex charitate potius mortem appetere. Layman vbi ſupra, Leza. dicto num. 12. Sed an ſit licitum mortem fœtus non animati procurare ad euitandam infamiam, vel mortem matris? probabilem ſententiam affirmatiuam eſſe, dicunt Aragon. Sayrus, Leſſius, Henriquez, Reginaldus, Sanchez, & alij, quos refert, & ſequitur Layman lib. 3. ſect. 5. tract. 3. par. 3. c. 4. nu. 4. Torreblanch. de magia, lib. 2. c. 43. n. 10. Trullench. in decalog. tom. 2. lib. 5. c. 1. dub. 4. qui eam appellat non improbabilem. Bordon. reſ. 45. quæſt. 4. num. 4. Lezana dicto verbo abortus, numero quinto, vbi concedit, quando alia via non poteſt impediri abortus fœtus inanimis, aut impedire conceptionem ipſius. Contrariam tamen opinionem tamquam communem apud Theologos, & iuriſtas tenent Tannerus in 2. 2. D. Thom. diſp. 4. quæſt. 8. dub. 4. num. 58. Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 9. diſp. 20. nu. 10. Finel. par. 2. caſu 5. verſ. abortus, §. 1 n. 3. Azor. tom. 3. lib. 2. c. 4. q. 2. Zanard. in direct. confeſſ. par. 1. de Sacram. matrim. cap. 41. quæſt. 17. Diana par. 3. tract. 5. reſ. 11. & par. 6. tract. 8. reſ. 37. Filliuc. tract. 29. n. 103. Coriolan. de caſib. reſeru. tit. de abortu, nu. 6. Clar. quæſt. 68. num. 1. Theſſ. deciſ. Pedam. 12. nu. 12. Baſſeus verbo abortus, numero primo. Farinacius quæſt. 122. num. 158. Theſſ. de pœnis, par. 2. verbo abortus, limit. 3. Candid. diſquiſit. moral. 1. ar. 2. tom. 1. et petens diſpenſationem ſuper irregularitate debet exprimere ſe fuiſſe cauſā fœtus à ſe geniti, aliàs diſpenſatio erit ſubreptitia. Theſſ. vbi ſupra in fine.

2 Actuarij, Notarij, Iudices, & Prælati, qui teſtium depoſitiones videre faciunt ante publicationem proceſſ. pœna falſi tenentur, & extraordinariè puniri debent, ita ex lege prima, C. ad legem Corneliam, de falſis, dicunt Puteus de ſyndicatu, in verbo iudices, capite primo. Caualcan. de teſtibus, par. 5. num. 222. Guazin. defenſ. reor. 24. cap. 1. num. 12. Decian. tract. crim. lib. 7. c. 17. n. 37. et 40. Menochius de arbitr. lib. 2. caſu 537. n. 26. Sanfelic. deciſ. 60. per totam, idem dicunt de teſtibus, qui non debent teſtimonium propalare ante aperturam. Caualc. ſupra, num. 226. Guazzin. dicto n. 12. idem dicunt de aduocatis, et procuratoribus, qui iura partis oſtendunt aduerſario. Abb. in cap. cum olim 2. n. 15. de offic. deleg. idem etiam dicitur de diffinitoribus, vel collegijs prouincialium, qui tenentur ad ſecretum, et ideò ſi oſtendunt depoſitiones teſtium illis, contra quos ſunt examinati, maximè ſi eorum nomina detegunt, debent puniri pœna arbitraria, etiam quod non præſtiterunt iuramentum de ſecreto tenendo, Lopez ad Diaz. cap. 106. Peyrin. de ſubdit. q. 2. c. 3. §. 13. verſ. ex quo ſequitur, ſed ſi iuramentum præſtiterunt, debent ab officio, et dignitate amoueri. Ignat. Lopez dicto cap. 106.

3 Alapam manu vacua alicui inferens tenetur pœna exilij, Iaſ. in l. 2.

C. de in ius voc.Viu.deciſ.46. Farinac.q.105.n.108. ſed alapam inferens officiali,tenetur pœna mortis.De Ponte de pot. proreg. rubr. de prouiſ.fieri ſolit. ſ.2. nu.8. Riccius deciſ.31.nu.5.par.1. nam hæc percuſſio reputatur grauis, quoad ignominiam, ſicut grauis cenſetur percuſſio facta baculo,aut fuſte, & in hoc inſpicitur ſemper qualitas percuſſionis, & perſonæ percuſſæ, poteſt eſſe talis, quod delinquens ſit carcerandus, vel ad triremes mittendus.Farinacius, q.105. ex n. 210.211

4 Apoſtata dicitur religioſus profeſſus etiam ſi habitũ, & tonſuram retineat,ſi fugitiuus extra religionem incedat ſine animo redeundi ad ipſam, & tamquam apoſtata eſt puniendus, cuius criminis grauitas explicat tex. in c.Ananias 17. qu.5.& ca.puellæ, in fine,20.qu.1. de qua re loquuntur, Roderiqu.qq. reg.30.ar.1.tom.1. Menoch.de arbitr.caſu 41.& 546. n.28. Sanchez lib.5.c.8.n.4.in decalog.Portel.verbo Apoſtata,n.1.& 2. Tamburinus de iure Abbat.tom.3.diſp.8.q.1.nu. 12.& licet de iure communi nulla contra apoſtatas inueniatur excommunicatio,niſi etiam habitum dimittant,c.2.ne cleric.vel monac. in 6.Abb.ibidem n.3.Socc.n.4. Maſcard. de probat. lib.1. concl.11. n. 24.Tuſc.litt.M,concl.329.n.2.& 4. Sanch.in decalog. lib.6. c.8.nu.19. ſunt tamen excommunicati per priuilegia Religionum. Caſarub. in compend.relig. verb.Apoſtata ab ordine. Sanch.vbi ſupra,nu.11. & licet non ſit propriè apoſtata, qui temerè dimittit habitum,vt liberius vacaret, vel per ciuitatem occultè incederet, vel ex turpi cauſa abſque animo apoſtatandi, eſt tamen excommunicatus, dicto ca.2.& ibi gl.& Doctores. Nauar. in manual.c.27.n.31. Roderic.qq. regul.3c.ar.1. tom.1. Sayr.in theſ. lib.3.c.32.n.7.Graff.par.1.lib.3.c.5 n.17.& par.2.lib.3.c.25.n.29. Leſſ. de iuſt.lib.2.c.41.dub.1.n.109.Sanchez dicto c.8.n.15. eadem pœna excommunicationis ipſo facto afficitur religioſus, qui occultè deſert habitum ſuæ Religionis, ita coopertũ, vt minimè appareat, gl. in Clem.quoniam, verſ. extrinſeci de vita,& honeſt.clericor.Clar.qu. 76.verſ.monachus.Roderiq.dicta quæſt.*30.ar.2.Decian.lib.5.c.73.* n. *3.Filliuc.tr.14.c.8.q.4.*n.135. Suar. tom.4.lib.3.c.5.nu.12. Sayrus de cenſuris,lib.3.c.33.n.9.Sanch.dicto cap.8.nu.63. & ſi interim celebrat irregularitatem incurrit. Tuſc.dicto n.4.Menoch.de arbitr.caſu 546 n.7.30.& 48. & ſi per annum perſiſtit in apoſtaſia indurato animo negligens ad religionem redire de hæreſi ſuſpectus eſt, & ab inquiſitore citari poteſt ad reſpondendum de fide quid ſentiat.Decianus dicto lib.5.q.71.nu.2.in fine.Beller. diſquiſ.cleric.tit.de pœnis clericor. ſ.46.n.3. Eymer.in director. inquiſit.par.2.q.49.n.5.Decian.dicto lib. 5.c.75.n.10. Menoch.lib.5. præſ.6. num.34. vbi, quod cenſendus eſt hæreticus, & vt hæreticus puniendus,ſi in apoſtaſia pertinax extiterit. Ad incurrendam hanc excommunicationem non eſt opus, vt reli-

religioſus recedat abſque licentia ſuperioris; habitumque deponat, quia etiam ſi habeat talem licentiã incurrit dimittendo habitum, Sanchez ſupra num.60. nam ſuperior non poteſt dare talem licentiam, Conc. Trid. ſeſſ.25.c.19.de regular. & vt huic excõmunicationi ſubdatur, ſatis eſt vt habitum dimittat etiam inter priuatos Monaſterij parietes, Sanch. vbi ſupra nu.61. dummodò conſpectu ihominum ſe exhibeat, quia ſi nemine eũ vidente habitum dimittat etiã animo apoſtatãdi, & mutata intentione induit habitum, non incurrit hanc excommunicationẽ Tabien. verb. excom. 2. caſu 23.q.1.n.2. Suar. d. diſp.23. ſect.4.n.3. Sayr. d.c.33.n.11. Sanch. d.c.8.n.54. in fine, nec hanc excommunicationem incurrit religioſus, qui abſque licentia ad laxiorem ordinem ſe contulit, & illius habitũ aſſumit priori dimiſſo, Sanch. ſupr. n.68. Præter excommunicationem & pœnas ſpirituales, ſubijciuntur apoſtatæ de iure pœnis corporalibus nempè carceris maceratione, c. à nobis de apoſt. habitus diuerſi ab alijs religioſis delatione, in eorũ opprobrium, loci, ſeu primogenituræ priuatione, c. mandamus 19. q.2. vocis actiuæ, & paſſiuæ priuatione, nec non pœna infamiæ, alijſq; pœnis iuxta particulares cõſtitutiones religionum. Confect. in compend. priuileg. mendican. tit. 13.c.19. & poteſt puniri ab Epiſc. Conc. Trid. ſeſſ.7.c.7. & 15. ſeſſ.25. c.14. Si quis in apoſtaſia ordinem ſacrũ ſuſcepit non poteſt in eo miniſtrare, nec ad ſuperiorem ordinẽ aſcendere, etiam ad religionem reuerſus, ſine Rom. Pontific. diſpenſatione c. fin. de apoſt. & ibi gl. in verb. diſpenſ. Sayr. in theſ. c.13.n.6. Suar. tom.5. in 3. par. diſp.3. ſect.6. Dec. tr. crim. lib.5.c.73.n.18. Sanch. d.c.8.n.21. & ſeqq. Bonac. de clauſ. q.2.p.11. §.4.n.11. eandem ſuſpenſionem incurrit recipiẽdo ordines minores, c. cum illorum, de ſent. ex. com. Suar. de cenſur. diſp.31. ſect.1. n.57. Bonac. de Sacram. ordin. p.5. §.1.n.11. Sanchez dicto ca.8.nu.25. Si apoſtata contrahit matrimoniũ incurrit excommunicationem, & irregularitatem, ex bigamia ſimilitudinaria; & non eſt abſoluendus ante ſeparationem, de qua re loquitur Sanchez lib. 7. de matrimon. diſp.48. Suar. de cenſur. diſp. 23. ſect.5. num.11. quæ excommunicatio non eſt reſeruata facta ſeparatione. Clemen. vnica de conſanguin. neque interim priuatur priuilegio canonis, & fori Sayr. lib.3. cap.27. num.32. & irregularitatem quàm contrahit celebrando in excommunicatione tollitur ſine diſpenſatione, Garc. de benefic. par.7.c.8. num.65. & eſt tantum irregularis quamdiù manet in illo ſtatu, Filliuc. tr.20. nu.250. Maiol. lib.2.c.1.n.15.§. Apoſtata, cum non ſit propriè irregularitas, ſed canonum impedimentum inhabilitans, Theſ. de pœn. par.2. verb. Apoſtata §.5. irregularis. Inter Apoſtatam, & fugitiuum eſt differentia, quamuis oppoſitũ exiſtimarunt S. Ant.3. pa. tit.12.c.6. & p.3. tit.16.c.5.§.3. Tabiena verb. apoſtata, & Armila n.6 quia apoſtati ſunt illi, qui recedunt

animo non reuertendi, vt ſupra dictum eſt, fugitiuus autem eſt ille, qui extra domũ religionis manet, vt regularem diſciplinam euitet, animo tamen reuertendi. Azor.inſtit.moral.lib.12.cap.13.q.16. Lezana tom.1.c.16.nu.7. vbi alios citat; eſt tamen excommunicatus ſi habitum deponat, dicto cap.2. ne cleric.vel monach.Sanch.dicto c.8. n.37.cum ſequ. ſed ſi habitum non deponat non eſt excommunicatus. Confeſſ. in compend. priuileg. tit. 12.c.16.Sanchez dicto c.8.n.46.debet tamen puniri tamquam apoſtata ex Concil.Trident.ſeſſ.25.c.4. de regul.Miranda in manual.Prælat. tom.1.q.51.ar.1. Suarez de relig. tom.4.tr.8.lib.1. ca.6. & carcerari poteſt ab Epiſcopo, qui conſignari debet ſuo ſuperiori, vt puniat ſecundum regularia inſtituta, vt ex decreto de apoſtat.& eiectis, cap.4. Debita contracta à Religioſo apoſtata, vel fugitiuo, conuentus non tenetur ſoluere, niſi appareret cõuerſa in vtilitatem monaſterij, vel eo caſu, quo rediens ad monaſterium aſportauit aliqua bona licita acquiſita, ex quibus illa debita ſolui poſſint.Bellet.in diſquiſit.cleric.par.2.de pœnis cleric. §.23.n.24.ex Roderiqu.tom. 1. qq. regul.30.ar.11.Lezana par.1. c.16. n.19.Apoſtatas detinentes, & occultantes in ſuis domibus, ipſiſque fauorem impendentes ſunt ipſo facto excommunicati propter priuilegia Religionum. Caſarub. in compend.relig. ve. Apoſtata ab ordine. Pey.tom.1.de priuileg. conſt. 2.Iul.2.§.13.n.47.Lezana ſupra, nu. 15. quæ excommunicatio eſt ſummo Pontifici reſeruata. Paul.4. cõſtit.29.Pereg.p.1. compend. priuileg.cleric.regul.verbo Apoſtatam, §.1.requiritur tamen monitio, quæ præcedẽte, poſſunt Prælati ordinis affigere cedulones contra ipſos retinentes, ſiue ſint laici, ſiue clerici. Sorb.verbo Apoſtata ab ordine, n. 7.& 20.niſi ſint Epiſcopi.Lezana tom.1.c.16. n.15. conceſſit etiam Clem.viij.apud Io:de la Cruz lib.1. de ſtatu relig. c.6. dub.3.concluſ.2. quod ordinarij locorum à religioſis requiſiti tenentur denunciare tam ipſum fugitiuum, quam ipſum detinentes, poteſt etiam apoſtata, & fugitiuus à ſuo Prælato repeti, carcerari, &c. etiam ſi fugiſſet in Eccleſijs, *monaſterijs, & domibus etiam Cardinalium*, & multo magis in domibus principum, & ducum, conceſſit Eugen. 4. vt habetur, apud Io.de la Cruz.conc.3.Regulares etiam retinentes, vel admittentes ad ſuas religiones apoſtatas aliarum religionum incurrunt excommunicationem. D.Anton.par.3.tit.24.c.7. Filliuc. tom.1. quæſt.moral.trac.15.c.8. Bonacin. diſp.2. q.1.p.1.n.2. A culpa apoſtaſiæ a Religione in Religionibus, vbi reſeruata fuerit nullus abſoluere poterit, niſi Prælati, qui ipſam reſeruarunt, vel habentes ab eis facultatem.Lezana, verbo Apoſtata, nu.11. vbi autem reſeruata non eſſet, confeſſores communes religionis abſoluere poſſunt. Lezana ibidem. De iure antiquo religioſus poterat cum licentia ſuperiorum habitu retento manere extra religio-

gionem, maximè cauſa alendi parentes in magna neceſſitate, & ita dicunt omnes Doctores, ſed de iure nouo Clem. viij. in decretis pro reformat. regular. approbatis, & innouatis ab Vrb. viij. hoc fieri nemo poteſt, niſi de licentia ſedis Apoſtolicæ approbantis talem cauſam: verum, quod ſi neceſſitas ſit extrema, & non poteſt religioſus obtinere licentiam, & periculum parẽtum eſt in mora, ſine licentia eo caſu poteſt exire, & non eſt cenſendus apoſtata, nec fugitiuus. Lezana tom. in in addit. ad c. 16. n. 25.

5 Arma retinens monachus ſine Abbatis licentia intra ſepta Monaſterij incurrit excommunicationem latæ ſententiæ. Clem. ne in agro de ſtatu monacor. & per arma intelligunt DD. tam arma offenſiua, vt gladij, lanceæ, ſcopletæ, & ſimiles, quàm arma defenſiua, vt galeæ, loricæ, et ſimiles, non autem veniunt ligna, baculi, lapides, &c. quæ communiter non vocantur arma; per ſepta monaſterii intelligitur clauſura monaſterii. Graffius deciſ. aur. lib 4. c. 21. n. 22. Suarez de cenſur. diſp. 23. ſect. 5. Lezana verbo arma, n. 1. per monacos intelligunt monacos nigros. Suarez, & Filliuc. quos citat, & ſequitur Pellizar. in manual. regul. tr. 7. c. 2. nu. 207. ſed contrarium, quod intelliguntur etiam omnes monaci, ſiue nigri, ſiue albi, ſiue alterius coloris. Sylua in ſumma, verbo excommunicatio 9. n. 73. Tolet. in ſumma, lib. 1. c. 39. Lezana dicto n. 1. an etiam comprehendantur regulares mendicantes, negãt: Suar. vbi ſup. n. 48. Lezana vt ſupra, quia in pœnalibus verba ſunt reſtringenda, ſed oppoſitum tenet Graff. vbi ſupra, n. 19. & 21. quam opinionem puto veriorem, quia quando de iure viget omnino eadem ratio, ſit extenſio etiam in pœnalibus, & quando ius non determinat pœnam ſuper aliquo delicto, procedendum eſt de ſimilibus ad ſimilia. Incurrunt etiam alias pœnas arbitrarias, quando in ſtatutis particularibus ordinis hæc pœna non eſt determinata. Diaz, quem citat, & ſequitur Pellizar. in manual. tract. 9. c. 4. n. 231. circa finem, à dicta excommunicatione, quia non eſt reſeruata, quilibet confeſſarius ipſorũ monacorum abſoluere poteſt. Nauar. in manual. c. 27. n. 139. Tolet. dicto c. 39.

6 Aſtrologiam iudiciariam exercentes incurrunt priuationem vocis actiuæ, & paſſiuę beneficiorum, et officiorum, et inhabilitatem ad illa obtinenda, vnà cum excommunicatione maiori latæ ſententiæ, aliiſque pœnis temporalibus, etiam capitalibus, in cauſis tamen expreſſis in conſt. Vrb. 8. Inſcrutabilis, de anno 1631. in ordine 113. quę conſtitutio confirmat, et innouat conſtitutionem Sixti V. contra aſtrologos, et abſolutio dictæ excommunicationis, ita eſt reſeruata ſummo Pontifici, vt neque ſacra pœnitentiaria poteſt abſoluere, refert Theſſ. de pœnis par. 2. verbo ſuperſtitio.

7 Auxilium præſtans ſcienter, & doloſè delinquenti præuio tractatu, ideſt, qui ſcienter accommodauit

Qqqqq 2 gla-

gladium ad maleficium committẽdum, vel ferramentum, vel ſcalas, vel domum, aut ſcienter portauit litteras, vel quid ſimile eadem, qua faciens tenetur, inſtit. ad leg. Aquil. §. opere, & §. vero. Bonifac. de Vitalin. tit de inſultu, & percuſſione, n.124. Clar. q.90. verſ. fin. Farinac. q.130. ſed contrarium dicit Aug. ad Angel. vt infra, & idem eſt in illo, cuius inſtitigatione delictum eſt commiſſum. Bonif. Vitalin. vbi ſup. Idem in eo, qui perſuaſit alicui, vt maleficium perpetraret, qui aliter non erat facturus, ſicut §. qui vero extra de homicidio, l. 1. §. perſuadere, ff. de ſeru. corrupt. leg. ſi quis p erſuaſerit, C. de furt. Et licet auxiliator comprehendatur in ſtatuto loquente contra committentem delictum, & eadem pœna teneatur. Farinac. q.129. n.105. & q.131. n.51 limitatur tamen quando auxilium eſt ſimplex, & per tale auxilium delictum non eſt auctum, ſed ita eſſet executioni mandatum, ſicut ſi non interueniſſet, quia tunc præſtans opem non debet puniri pœna ordinaria, ſed iudicis arbitrio, ita Io: Andr. in c. felicis de pœnis, lib. 6. Angel. in l. furti, §. ope, & in l. ſi es, qui opem, ff. de furt. Aug. ad Angel. de malefic. in verbo dicto maleficio, n.16. vbi dicit, quod liberauit à pœna furcæ vnum, qui præſtiterat auxilium quinque latronibus, qui noctis tempore furati ſunt vnam apotecam, à qua exportauerunt vnam petiam veluti, & iſte talis, qui præſtitit auxilium nihil fecit, quia non aperuit apotecam, nec aſportauit illam petiam veluti, ſed tantùm ſtetit ſuper viam cũ alijs quatuor interim, quod ille alter ſurripiebat illam petiam veluti, & apotecam frangebat, nam iſte ſextus præſtitit fauorem ſimplicem, quia illi quinque omnino illud delictum executioni mandaſſent ſine iſto ſexto, vnde fuit liberatus à pœna ordinaria, & ſequitur Sanfel. deciſ. 35. n.5. qui n.7. ſecus eſſet, inquit, ſi de rebus furtiuis aliquid ad ipſum perueniſſet, vel ab initio fuiſſet in tractatu, vbi quod fuit furcis ſuſpẽſus, qui fuit in tractatu committendi magnum furtum, quamuis tempore furti nihil faciebat, ſed tantũ excubabat ante oſtium, dicit etiam dictus Auguſt. vbi ſup. n.17. ex Baldus in l. 1. C. de crim. peculat. per illum tex. dicit etiam *idem Auguſt.* n.17. quod *præſtans* opem tunc punitur eadem pęna, qua principalis, quando fert opem per actum proximum facto, puta aſſiſtendo, & præſtando auxilium cooperatiuum faciendo delictu n, ſecus autem quãdo fert opem per actum remotum à facto, puta ſi ferramenta accommodauit, quia opem ferens in actu æque deliquit, & ideò punitur ſicut principalis, cùm verò non agit in actu, non æque deliquit, & ideò mitius pęna, ſcilicet *arbitraria* puniri debet, addit etiam idem Auguſt. cum Salic. in l. 1. col. 8. C. de raptu virg. quod ſi præſtans opem eſt cauſa delicti, debet puniri eadem pœna, qua principalis, ſecus quando cauſam non præbet, licet opem præſtat, quia iſte minus delinquit, & ſubdit, quod opinio Bart. in l: 1. §. qui opem, ff. de furt. occidit animas

mas ipſorum, idem Auguſt. ad Angel. in verbo Andream Marci n. 12 & 13. quod quando non animo deliberato, ſed in rixa homo à pluribus eſſet interfectus is tantùm, qui occidit tenetur de occiſo, & non alii, vnde ſi in rixa eſſent decem, & mortuus non haberet niſi vnum vulnus, vel duo, aut tria, nemo poteſt puniri de occiſo, quando non poteſt probari cuius ictu ſit mortuus, & qui auxilium præſtitit poſt delictum, quod non tenetur pœna ordinaria. Ricc. deciſ. 40. n. 8. par. 2. & qui ſciens rem aliquam raptam fuiſſe, nihilominus eam ſeruauit, non tenetur pœna ordinaria. Sanf. vbi ſup. n. 8. vbi, quod fuit condemnatus ad remigandum.

8 Carceratus fugiens fracto carcere, habetur pro confeſſo, & contra ipſum ſic fugientem, & abſentem poteſt ferri ſententia, tamquam con feſſus de crimine de quo imputabatur, l. eos, ff. de cuſtod. reor. l. 1. ff. de effract. carcer. Grillant. de relax. carcer. ſub tit. de fuga, n. 12. ad finẽ. Caſon. de indic. & torm. c. 9. rubr. de captur. & carcer. n. 21. Gram. conſ. 57. n. 3 Viu. com. opin. verb. fugiens. Ricc. deciſ. 65. par. 3. Maſcard. concluſ. 266. n. 3. vbi aſſerit, quod ſi denuo carceratus, qui aufugit, capiatur, poteſt tamquam confeſſus condemnari, & licet Port. verb. carcer, nu. 40. quem ſequitur Pellizar. tr. 9. c. 3. nu. 73. dicant, quod in Religionibus non habetur pro confeſſo, tamen ſi de hoc non habent aliquam legem, aut conſtitutionem particularem non eſt curandum de eorum aſſertione, ſed ſtandum eſt iuri communi, & ſententiæ communi Doctorum, maximè quia religioſi propter votum obedientiæ magis delinquunt fugiendo à carcere, quam alii, & carceratus, qui fregit carcerem, & iam exibat, ſi fuerit captus, perinde habetur, ac ſi perfectè aufugiſſet. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 301. Bertaz. conſ. 35. vol. 1. Duen. reg. 232. Maſcard. conc. 890. vol. 2. & qui habet domum, ſeu ciuitatem pro carcere ſi aufugit tenetur pœna frangentis carcerem. Bertaz. vbi ſup. n. 3. Becc. conſ. 34. n. 6. Viu. vbi ſupra. Maſcard. conc. 266 n. 19. pro ſimplici attentato frangendi carceres pœna arbitraria, quis punitur. Boer. deciſ. 215. Farin. q. 30. n. 8. & 20. Prax. Archie. Neap. c. 50. Ricc. deciſ. 100 pa. 2. & eadem pœna tenetur iniuſtè carceratus ſi aufugit, quia non attenditur cauſa fugæ, ſed violatio loci publici, & ſuperioris contemptus. Cab. caſu 8. n. 35. caſu 42. n. 2. & 3.

9 Carnalis copula de iure canonico punitur pœna depoſitionis. Farin. q. 141. nu. 19. ad 33. ſed hodie pœna eſt arbitraria, exilii, fuſtigationis, & triremium, etiam ſi acceſſus ſit ad ſolutã; ſed carnalis copula cum infideli muliere modo punitur pœna mortis, modo pœna extraordinaria iuxtà facti, & perſonar. qualit. DD. in l. ne quis Chriſtian. C. de iudæis, Menoch. de arbit. caſu 290. Rolan. conſ. 35. n. 46. lib. 2. Decian. t. crim. c. 12. quæſt. 193. Cab. caſu 4. & eſt alia ſpecies peccati, quam ſimplex fornicatio, licet copula ſit commiſſa à ſoluto cum ſoluta. Nau. man. c. 16. n. 3. Sànchez de matrim. tom 2.

lib.

lib.7. diſp. 5. num.12. Homobon. de caſib. referu.par.2.caſu 4. ſect.5. Nald. verbo fornicatio n.2.

10 Clauſuram violãtes religioſi per introductionem fœminarum intra eorum Monaſteria extra caſus permiſſos ex motu Pij V. 20. 22. incipiens regularium, & ex alia Bulla eiuſdem Pontificis, incipiens, decet Romanum, incurrunt pœnam ſuſpenſionis a diuinis ipſo facto, priuationem officiorum, & inhabilitatem ad ea, & alia in futurum obtinenda, & ex alio motu proprio Greg.13. 28.vel 36. quæ incipit bona gratia, incurrunt excommunicationem reſeruatam Papæ, priuationem dignitatum, & beneficiorum, & inhabilitatem ad ea, & alia in poſterum obtinenda, & eſt differentia inter Bullam Pij V. & Bullam Greg.XIII. in hoc, quia in Bulla Pij V.ſuſpenſio non eſt reſeruata, & in Bulla Greg. excommunicatio eſt reſeruata. In Bulla Pij V. requiritur præſumptio,tùm quo ad mulieres ingredientes,tùm quo ad religioſos ingredi facienses,vel permittentes; Sed in Bulla Greg. XIII. requiritur præſumptio, tantum quo ad mulieres ingredientes, non autem quo ad religioſos ingredi facientes, vel permittentes, & ideo lata culpa ſufficit, vt pœnas ibi impoſitas incurrant, & patet in dicta Bulla, & obſeruant Sanch. lib 6. ſummæ cap.17.n.35.Theſ. de pœnis par.2. verbo clauſura cap.3. ampliat.2. Peyrin. in conſt.6. Iul.3.nu.17. vbi ait, quod ignorantia craſſa non poteſt eos excuſare, ſed tantum ignorantia inuincibilis; non autem vincibilis, quæ non ſit craſſa & ſupina, (vt ipſe putat,) quia hæc ſaltem practicè dari non poteſt, vt aliàs diximus; in Bulla Greg. XIII. non contineri niſi ſuperiores contrauenientes, ita vt pœnæ ibi impoſitæ non afficere ſubditos exiſtimant, Sanch. lib.6. ſummæ cap.16. num.84. Cherub. ſuper eadem Bulla, Rodriq. qq. regul.47. ar.3. tom.1. Ioan. de la Cruz lib.1. cap.5. dub.2. concl.1. Diana part.1. tract.16. miſcel.2. reſ.33. qui citat pro hac opinione Barboſam, ſed malè, quia ille tantum refert verba Bullæ. Contrariam opinionem tamquam veriorem, quod Bulla Greg.XIII. comprehendit *non ſolum ſuperiores, ſed etiam ſubditos*, tenent Suarez de cenſur. diſp.22. ſect.6. num.14. Filliuc. tract.15. num.119. Quaranta verbo Monaſteria ſuper hac Bullam, Azor. tom.1. lib.13.cap.8. quæſt.3.Scort. theorema 336. quia ita dicitur in dicta Bulla, Abbatiſſis, Abbatibus, & alijs ſuperioribus, & perſonis vtriuſque ſexus, quocumq; nomine vocentur; nam illa copula &, quæ interponitur inter ſuperiores, & perſonas, ſignificat diuerſitatem; vnde non ſolum ſuperiores continentur in dicta Bulla, ſed etiam religioſi ſubditi, & ibi habet praxis ſacræ pęnitentiariæ,vt refert Filliuc. vbi ſupra, & Lezana tom.1.cap.10. num.19. & contra DD. contrariæ opinionis tenet expreſsè Bonacin. quæſt.4. pun.6. num.3. qui citat Lamas in methodo curationis n.12

&

& illa verba quocumque nomine vocentur, poſſunt applicari ad ſubditos, omnes ergo ſiue ſuperiores, ſiue ſubditi, qui directè, vel indirectè dicto ingreſſui cooperantur, vt mandando, conſulendo, efficaciter inuitando, & ſi ſuperiores ſunt, etiam conniuendo, vel non prohibendo cum poſſint, & debeant, incurrunt pœnas impoſitas à dicto Greg. XIII. Surd. in compend. verbo ingredi, & ſi regulares non admittant in clauſura dictas fœminas, ſed eorum conſenſu admittuntur à ſæcularibus, incurrunt etiam dictas pœnas, Rodriq. in expoſit. mot. Pij V. ſupradicti num. 11. ipſi verò ſæculares, clerici, vel religioſi alterius ordinis non incurrunt, ſed tantum religioſi, qui in eorum Monaſteria eas introducunt, poſſunt tamen alij incurrere alias pœnas de iure debitas, & in caſibus, in quibus licitum eſt admittere mulieres intra clauſuram, prout quando admittunt in clauſtro ad ſacrum audiendum, ſi religioſi permittunt eas dormiue intra capellam ſitam in clauſtro incurrunt etiam dictas pœnas, & cenſuras, quia peractis Diuinis officiis non licet ibi morari per longum tempus, Io. de la Cruz de ſtatu relig. & priuileg. ipſius lib. 1. cap. 5. concl. 3. cap. 2. Clauſura, in qua mulieres ingredi non poſſunt, eſt ſpacium, quod intra ianuam Monaſterii ſemper clauſum continetur, ſeu eſt locus Monaſterii, intra quem moniales, ſeu Monachi ſiſtere debent, & à quo egredi nequeunt ſine violatione clauſuræ, Bonacin. de clauſur. quæſt. 1. p. 1. num. 1. vnde clauſuræ nomine venit totum illud ſpacium Monaſterii, ſeu domus religioſorum, ad quod liber eſt acceſſus ipſis religioſis, Sanch. in ſum. lib. 6. cap. 15. num. 6. & 7. & cap. 16. num. 11. Bonacin. de clauſur. quæſt. 1. p. 1. num. 11. & ſi ex conuentu aditus religioſis ad hortos contiguos pateat, intra clauſuram reputatur, Layman. lib. 4. tra. 5. c. 12. nu. 5. verſ. denique, & ſic fæminarum ingreſſus prohibetur in Clauſtrum, officina, culina, refectorio, cortile, ſtabulū, fænile, hortolitiis, nouitiatu, dormitorio, cameris ſuperioribus, & inferioribus, & ſimilibus. Chorus ſituatus in loco ſuperiori, ad quem non patet aditus niſi per Monaſteriu m certum eſt, quod continetur ſub clauſura, Fr. Ant. à Spir. Sanct. in director. regular. tract. 3. diſp. 6. ſect. 5. num. 699. Sacriſtia continetur ſub clauſura etiam ſi ad eam ſit aditus per Eccleſiam, ſi etiam habeat oſtium ad clauſtrà ita declaratum fuit à Sacra Congreg. teſte Coriolan. de caſibus reſeru. par. 2. caſu 3. quæſt. 4. num. 31. Bonacin. de clauſur. qu. 5. p. 1. nu. 4. Nouar. Lucern. regul. verbo Sacriſtia, Barboſ. in collect. Bullar. verbo Sacriſtia, vbi loquitur de Sacriſtia contigua choro, in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. num. 28. de regularib. qui referunt declarationem Sacræ Congreg. Congr. 10. Auguſti 1615. & Alddan. in compend. canon. reſ. lib. 3. tit. 15. n. 12. idem dicunt de prato, & horto Mo-

Monaſterii in quo patet aditus ordinarius per oſtium Monaſterii, aut etiam patet aditus per ianuam in communi via, vel prędio ſæculari Sanch. dicto lib.6. c.17. nu.15. Lezana tom.1. cap.10. num.11. & omnes ſupradictæ pœnæ exceptis cenſuris non ligant ante declaratoriam. Abſoluere à ſupradictis cenſuris poſſunt in foro conſcientiæ Generales, & Prouinciales etiam ſi delictum deductum ſit ad forum contentioſum Sorb. in compend. in verbo ingredi verſ. dico 4. Sanch. in decalog. lib.6. c.17. n.42. & 43. & quando caſus eſt occultus poſſunt etiam Prælati ordinis diſpenſare in pœnis priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, quia eandem poteſtatem habent in religioſos ſibi ſubditos, quam Epiſcopi in ſuos, per Conc. Trid. ſeſſ.24. cap.6. Diana par.3. tract.2. de dub. regul. reſ.6. pro foro autem externo licet aliqui dicant, quod poſſunt etiam diſpenſare, vt ſunt Roderiq. qq. regul.24. ar.17. tom.1. Cruz. lib.1. de ſtatu relig. c.6. d.15. Bord. reſ.3. n.19. Cand. l.4 ſum. c. 10. nu.36. Paſqualig. q.175. nu.7. per facultatem datã à Pio V. Sacrę Congreg. Caſſinenſ. Contrarium tamen eſt verius, quia nullum ſolidum fundamentum, aut certum priuilegium inuenitur, quòd pro foro externo poſſunt ſuperiores ordines diſpenſare, imò priuilegia expreſsè loquuntur pro foro tantum conſcientiæ, & ita loquitur priuileg. Greg. XIV. ac etiam illud priuilegium Pij V. Caſſinenſibus conceſſum, ita Sanchez lib. Decalog. cap.15. nu.78. Peyrin. tom.1. priuileg. conſt.6. Iul.2. n.25. Lezana tom.1. ſummæ c.10. n.36. Pellizar. in manual. tract.7. cap.6. num.20. imò non poteſt dari caſus, quod delictum ſit occultum, dum ad incurrendas dictas pœnas requiritur declaratoria, vt bene aduertit Sanch. dicto num.78. & ideo recurrendum omninò eſt ad Summum Pontificem. Bonac. de clauſur. quæſt.1. p.5. n.5. & quando delictum eſt occultum in foro conſcientiæ diſpenſare poſſunt ſuperiores non tantum maiores, ſed etiam locales, per ſeipſos tamen, & non per alios, per Bullam Pii V. quæ incipit Romani Pontificis, quam refert Roderiq. qq. regul.61. ar.9. ad finem tom.1. *Bonacin.* dicta qu.1. *p.5. num.5.* & ſic abſolutus etiam à cenſuris, publicè celebrare poteſt, & ſi accidat delictum poſtea innoteſcere, & cauſam ad forum externum deuenire, licèt pro delicto poterit puniri, non tamen puniri poterit tamquam irregularis propter celebrationem, dum delictum erat occultum, & delinquens erat in foro conſcientiæ abſolutus, ſi de abſolutione conſtare poteſt, vel per fidem per eum, qui eum abſoluit, *vel per* teſtes, Nauar. lib.2. conſ.7. de fide inſtrum. edit.2. Suar. diſp.7. ſect.7. num.26. de cenſ. Dian. p.1. tract.11. reſ.26. Superiores tamen non debent facilè abſoluere à cenſuris, ſi probabiliter ad forum externum deduci poterunt, vt aduertunt, Henriq. lib.13. cap.28. Coninch. de Sacram. diſp.14. dub.16. num.207. quia

quia poteſt iudex procedere contra reum ad pœnas, ac ſi diſpenſatus, & abſolutus non fuiſſet, gl. in c. de his in fine, de accuſat. Nauar. de pœn. & remiſſ. conſ. 23. n. 4. & cōſil. 51. de ſent. excom. Couar. lib. 2. cap. 10. num. 3. & in cap. Alma mater, par. 1. §. 11. n. 16. Suarez de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. n. 11. & tomo 4. de religion. tract. vltimo, lib. 9. cap. 2. num. 35. Sanch. in decalog. libro 2. cap. 11. nu. 13. & de matrim. lib. 8. diſp. 34. n. 29. Genuenſ. in prax. cap. 25. Menoch. de arbitr. caſu 539. nu. 31. Nomine monaſterii clauſuræ ſubiecti, non intelligitur monaſterium, quod eſt in fieri, nec infirmaria in ciuitate poſita. Lezana to. 1. c. 10. n. 11.

11 Clerici propter ſimplicem fornicationem prohibitā iure, non ſolum Diuino, ſed etiam canonico; vt patet in Bulla Leon. X. quæ incipit primitiua. Farinac. quæſt. 13. num. 11. & 12. grauiter puniri debēt, & ſi ſunt in ſacris, propter violationem caſtitatis, non poteſt eſſe ſimplex fornicatio, ſed eſt ſacrilegium, ideo acrius puniendi ſunt, multo magis ſi ſunt religioſi. Bordon. in praxi cap. 96. num. 48. & licet, quod pœna ſit arbitraria dicant, gl. in cap. Maximianus verbo remouentur 81. diſt. Fel. n. in cap. at ſi clerici, & ibi etiam Decianus de iudic. Diaz in praxi cap. 81. Clar. in §. fornicatio, num. 3. Menoch. de arbitr. caſu 418 num. 3. Ricc. reſol. 604. par. 2. tamen, quod depoſitione dignum dicunt. Felin. in dicto cap. at ſi clerici, n. 13. & ibi Dec. nu. 10. verſ. limita ſecundo, & tanto magis quando adiunctum eſt etiam adulterium, & quod pœna debet eſſe depoſitionis, et detruſionem perpetuam in monaſterio in clerico, et per conſequens in perpetuum carcerem in religioſo. Diaz. vbi ſupra, et c. 87. per c. ſi quis clericus, et c. Romana, 81. diſt. licet arbitraria pœna regulariter puniendum eſſe adulterium, dicunt Grillant. de pœn. omnifar. coitus, §. ſexto declaranda num. 46. cum ſeqq. Theſaur. for. Eccleſ. p. 3. c. 4. n. 33. niſi adulter accuſaretur à marito, vel à cognatis. Didac. Cantera de pun. del. de adult. q. 1. c. 4. n. 33. nam tunc punitur rigoroſè iuxta opinionem Diaz, et iudex in hoc crimine debet cautè procedere quando maritus eſt vir bonus, et de eo non præſumitur ſcientia, et mulier apud communē opinionem honeſta.

12 Clericus, qui vulnerauit laicum, mediante pecunia, fuit punitus ad remigandum per annos tres, refert Chart. dec. 82. n. 24.

13 Concionator Regularis exemptus, qui præſumpſerit prædicare in Eccleſijs alienis ſubiectis Epiſcopo, ſine Epiſcopi licentia, vel in Eccleſijs proprij ordinis non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, licet non poſſit puniri ab Epiſcopo ex decreto S. Congr. 1602. a Clem. viij. vt in compend. Bullar. tom. 2. pag. 46. Roderiq. qq. regul. 9. ar. 10. tom. 1. tamen poteſt ab eo puniri tamquā Papæ delegato. Greg. 15. in Bulla inperſcrutabili, etiam cenſuris, vt patet ex eadem Bulla. Ceſped. de exempt. regular. ca. 276. prædicantes etiam fal-

C. de in ius voc. Viu. deciſ. 46. Farinac. q. 105. n. 108. ſed alapam inferens officiali, tenetur pœna mortis. De Ponte de pot. proreg. rubr. de prouiſ. fieri ſolit. §. 2. nu. 8. Riccius deciſ. 31. nu. 5. par. 1. nam hæc percuſſio reputatur grauis, quoad ignominiam, ſicut grauis cenſetur percuſſio facta baculo, aut fuſte, & in hoc inſpicitur ſemper qualitas percuſſionis, & perſonæ percuſſæ, poteſt eſſe talis, quod delinquens ſit carcerandus, vel ad triremes mittendus. Farinacius, q. 105. ex n. 210. 211

4 Apoſtata dicitur religioſus profeſſus etiam ſi habitũ, & tonſuram retineat, ſi fugitiuus extra religionem incedat ſine animo redeundi ad ipſam, & tamquam apoſtata eſt puniendus, cuius criminis grauitas explicat tex. in c. Ananias 17. qu. 5. & ca. puellæ, in fine, 20. qu. 1. de qua re loquuntur, Roderiqu. qq. reg. 30. ar. 1. tom. 1. Menoch. de arbitr. caſu 41. & 546. n. 28. Sanchez lib. 5. c. 8. n. 4. in decalog. Portel. verbo Apoſtata, n. 1. & 2. Tamburinus de iure Abbat. tom. 3. diſp. 8. q. 1. nu. 12. & licet de iure communi nulla contra apoſtatas inueniatur excommunicatio, niſi etiam habitum dimittant, c. 2. ne cleric. vel monac. in 6. Abb. ibidem n. 3. Socc. n. 4. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 11. n. 24. Tuſc. litt. M, concl. 329. n. 2. & 4. Sanch. in decalog. lib. 6. c. 8. nu. 19. ſunt tamen excommunicati per priuilegia Religionum. Caſarub. in compend. relig. verb. Apoſtata ab ordine. Sanch. vbi ſupra, nu. 11. & licet non ſit propriè apoſtata, qui temerè dimittit habitum, vt liberius vacaret, vel per ciuitatem occultè incederet, vel ex turpi cauſa abſque animo apoſtatandi, eſt tamen excommunicatus, dicto ca. 2. & ibi gl. & Doctores. Nauar. in manual. c. 27. n. 31. Roderic. qq. regul. 30. ar. 1. tom. 1. Sayr. in theſ. lib. 3. c. 32. n. 7. Graff. par. 1. lib. 3. c. 5 n. 17. & par. 2. lib. 3. c. 25. n. 29. Leſſ. de iuſt. lib. 2. c. 41. dub. 1. n. 109. Sanchez dicto c. 8. n. 15. eadem pœna excommunicationis ipſo facto afficitur religioſus, qui occultè defert habitum ſuæ Religionis, ita coopertũ, vt minimè appareat, gl. in Clem. quoniam, verſ. extrinſeci de vita, & honeſt. clericor. Clar. qu. 76. verſ. monachus. Roderiq. dicta quæſt. 30. ar. 2. *Decian. lib.* 5. c. 73. n. 3. Filliuc. tr. 14. c. 8. q. 4. n. 135. Suar. tom. 4. lib. 3. c. 5. nu. 12. Sayrus de cenſuris, lib. 3. c. 33. n. 9. Sanch. dicto cap. 8. nu. 63. & ſi interim celebrat irregularitatem incurrit. Tuſc. dicto n. 4. Menoch. de arbitr. caſu 546 n. 7. 30. & 48. & ſi per annum perſiſtit in apoſtaſia indurato animo negligens ad religionem redire de hæreſi ſuſpectus eſt, & ab inquiſitore citari poteſt ad reſpondendum de fide quid ſentiat. Decianus dicto lib. 5. q. 71. nu. 2. in fine. *Bellet.* diſquiſ. cleric. tit. de pœnis clericor. §. 46. n. 3. Eymer. in director. inquiſit. par. 2. q. 49. n. 5. Decian. dicto lib. 5. c. 75. n. 10. Menoch. lib. 5. præſ. 6. num. 34. vbi, quod cenſendus eſt hæreticus, & vt hæreticus puniendus, ſi in apoſtaſia pertinax extiterit. Ad incurrendam hanc excommunicationem non eſt opus, vt

reli-

religioſus recedat abſque licentia ſuperioris, habitumque deponat, quia etiam ſi habeat talem licentiã incurrit dimittendo habitum, Sanchez ſupra num.60. nam ſuperior non poteſt dare talem licentiam, Conc. Trid. ſeſſ.25.c.19.de regular. & vt huic excõmunicationi ſubdatur, ſatis eſt vt habitum dimittat etiam inter priuatos Monaſterij parietes, Sanch. vbi ſupra nu.61. dũmmodò conſpectu hominum ſe exhibeat, quia ſi nemine eũ vidente habitum dimittat etiã animo apoſtatãdi, & mutata intentione induit habitum, non incurrit hanc excommunicationẽ Tabien. verb. excom. 2.caſu 23.q.1.n.2. Suar. d. diſp.23. ſect.4.n.3. Sayr. d.c.33.n.11.Sanch. d.c.8.n.54.in fine, nec hanc excõmunicationem incurrit religioſus, qui abſque licentia ad laxiorem ordinem ſe contulit, & illius habitũ aſſumit priori dimiſſo, Sanch. ſupr. n.68. Præter excommunicationem & pœnas ſpirituales, ſubijciuntur apoſtatæ de iure pœnis corporalibus nempè carceris maceratione, c. à nobis de apoſt. habitus diuerſi ab alijs religioſis delatione, in eorũ opprobrium, loci, ſeu primogenituræ priuatione, c. mandamus 19. q.2. vocis actiuæ, & paſſiuæ priuatione, nec non pœna infamiæ, a-lijſq; pœnis iuxta particulares cõſtitutiones religionum. Confect. in compend. priuileg. mendican. tit. 13.c.19. & poteſt puniri ab Epiſc. Conc. Trid. ſeſſ.7.c.7. & 15. ſeſſ.25. c.14. Si quis in apoſtaſia ordinem ſacrũ ſuſcepit non poteſt in eo miniſtrare, nec ad ſuperiorem ordinẽ aſcendere, etiam ad religionem reuerſus, ſine Rom. Pontific. diſpenſatione c. fin. de apoſt. & ibi gl. in verb. diſpenſ. Sayr. in theſ.c.13.n.6. Suar. tom.5. in 3.par. diſp.3. ſect.6. Dec. tr. crim. lib.5.c.73.n.18. Sanch. d.c.8.n.21.& ſeqq. Bonac. de clauſ. q.2.p.11.§.4.n.11. eandem ſuſpenſionem incurrit recipiẽdo ordines minores, c. cum illorum, de ſent. ex. com. Suar. de cenſur. diſp.31.ſect.1. n.57. Bonac. de Sacram. ordin. p.5. §.1.n.11. Sanchez dicto ca.8.nu.25. Si apoſtata contrahit matrimoniũ incurrit excommunicationem, & irregularitatem, ex bigamia ſimilitudinaria, & non eſt abſoluendus ante ſeparationem, de qua re loquitur Sanchez lib. 7. de matrimon. diſp.48. Suar. de cenſur. diſp. 23.ſect.5. num.11. quæ excommunicatio non eſt reſeruata facta ſeparatione. Clemen. vnica de conſanguin. neque interim priuatur priuilegio canonis, & fori Sayr. lib.3. cap.27.num.32. & irregularitatem quàm contrahit celebrando in excommunicatione tollitur ſine diſpenſatione, Garc. de benefic. par.7.c.8.num.65. & eſt tantum irregularis quamdiù manet in illo ſtatu, Filliuc. tr.20. nu.250. Maiol. lib.2.c.1.n.15.§. Apoſtata, cum non ſit propriè irregularitas, ſed canonum impedimentum inhabilitans, Theſ. de pœn. par.2. verb. Apoſtata §.5. irregularis. Inter Apoſtatam, & fugitiuum eſt differentia, quamuis oppoſitũ exiſtimarunt S. Ant.3.pa. tit.12.c.6.& p.3.tit.16.c.5.§.3. Tabiena verb. apoſtata, & Armila n.6 quia apoſtati ſunt illi, qui recedunt

animo non reuertendi, vt ſupra dictum eſt, fugitiuus autem eſt ille, qui extra domũ religionis manet, vt regularem diſciplinam euitet, animo tamen reuertendi. Azor.inſtit.moral.lib.12.cap.13. q.16. Lezana tom.1.c.16.nu.7. vbi alios citat; eſt tamen excommunicatus ſi habitum deponat, dicto cap.2. ne cleric.vel monach.Sanch.dicto c.8. n.37.cum ſequ. ſed ſi habitum non deponat non eſt excommunicatus. Confeſſ. in compend. priuileg. tit. 12.c.16.Sanchez dicto c.8.n.46.debet tamen puniri tamquam apoſtata ex Concil.Trident.ſeſſ.25.c.4 de regul.Miranda in manual.Præl. tom.1.q.51.ar.1. Suarez de relig. tom.4.tr.8.lib.1.ca.6. & carcerari poteſt ab Epiſcopo, qui conſignari debet ſuo ſuperiori, vt puniat ſecundum regularia inſtituta, vt ex decreto de apoſtat.& eiectis, cap.4. Debita contracta à Religioſo apoſtata, vel fugitiuo, conuentus non tenetur ſoluere, niſi apparerẽt conuerſa in vtilitatem monaſterij, vel eo caſu, quo rediens ad monaſterium aſportauit aliqua bona licita acquiſita, ex quibus illa debita ſolui poſſint.Bellet.in diſquiſit.cleric.par.2,de pœnis cleric. §.23.n.24.ex Roderiqu.tom. 1. qq. regul.30.ar.11.Lezana par.1.c.16. n.19.Apoſtatas detinentes, & occultantes in ſuis domibus, ipſiſque fauorem impendentes ſunt ipſo facto excommunicati propter priuilegia Religionum. Caſarub. in compend.relig. ve.Apoſtata ab ordine. Pey.tom.1.de priuileg. conſt. 2.Iul.2.§.13.n.47.Lezana ſupra,nu. 15. quæ excommunicatio eſt ſummo Pontifici reſeruata. Paul.4. cõſtit.29.Pereg.p.1. compend. priuileg.cleric.regul.verbo Apoſtatam, §.1.requiritur tamen monitio; quæ præcedẽte, poſſunt Prælati ordinis affigere cedulones contra ipſos retinentes, ſiue ſint laici, ſiue clerici. Sorb.verbo Apoſtata ab ordine, n. 7.& 20.niſi ſint Epiſcopi.Lezana tom.1.c.16. n.15. conceſſit etiam Clem.viij.apud Io.de la Cruz lib.1. de ſtatu relig. c 6. dub.3. concluſ.2. quod ordinarij locorum à religioſis requiſiti tenentur denunciare tam ipſum fugitiuum, quam ipſum detinentes, poteſt etiam apoſtata, & fugitiuus à ſuo Prælato repeti, carcerari, &c. etiam ſi fugiſſet in Eccleſijs, *monaſterijs, & domibus* etiam *Cardinalium*, & multo magis in domibus principum, & ducum, conceſſit Eugen. 4. vt habetur, apud Io.de la Cruz.conc.3.Regulares etiam retinentes, vel admittentes ad ſuas religiones apoſtatas aliarum religionum incurrunt excommunicationem. D.Anton.par.3.tit.24.c.7. Filliuc. tom.1. quæſt.moral.trac.15.c.8. Bonacin. diſp.2. q.1.p.1.n.2. A culpa apoſtaſiæ a Religione in Religionibus, vbi reſeruata fuerit nullus *abſoluere* poterit, niſi Prælati, qui ipſam reſeruarunt, vel habentes ab eis facultatem. Lezana, verbo Apoſtata, nu.11. vbi autem reſeruata non eſſet, confeſſores communes religionis abſoluere poſſunt. Lezana ibidem. De iure antiquo religioſus poterat cum licentia ſuperiorum habitu retento manere extra religio-

gionem, maximè cauſa alendi parentes in magna neceſſitate, & ita dicunt omnes Doctores, ſed de iure nouo Clem.viij. in decretis pro reformat.regular.approbatis,& innouatis ab Vrb.viij.hoc fieri nemo poteſt, niſi de licentia ſedis Apoſtolicæ approbantis talem cauſam: verum, quod ſi neceſſitas ſit extrema, & non poteſt religioſus obtinere licentiam,& periculum parētum eſt in mora, ſine licentia eo caſu poteſt exire,& non eſt cenſendus apoſtata, nec fugitiuus.Lezana tom.in in addit.ad c.16.n.25.

5 Arma retinens monachus ſine Abbatis licentia intra ſepta Monaſterij incurrit excommunicationem latæ ſententiæ.Clem.ne in agro de ſtatu monacor. & per arma intelligunt DD. tam arma offenſiua, vt gladij, lanceæ, ſcopletæ, & ſimiles, quàm arma defenſiua, vt galeæ, loricæ, et ſimiles, non autem veniunt ligna, baculi, lapides,&c. quæ communiter non vocantur arma; per ſepta monaſterii intelligitur clauſura monaſterii. Graffius deciſ.aur.lib 4.c.21.n.22.Suarez de cenſur.diſp.23.ſect.5. Lezana verbo arma,n.1. per monacos intelligunt monacos nigros. Suarez, & Filliuc. quos citat ,& ſequitur Pellizar. in manual.regul.tr.7. c.2. nu. 207.ſed contrarium, quod intelliguntur etiam omnes monaci, ſiue nigri, ſiue albi, ſiue alterius coloris.Sylua in ſumma, verbo excommunicatio 9.n.73.Tolet.in ſumma, lib.1.c.39. Lezana dicto n.1. an etiam comprehendantur regulares mendicantes, negant Suar. vbi ſup. n.48.Lezana vt ſupra, quia in pœnalibus verba ſunt reſtringenda, ſed oppoſitum tenet Graff. vbi ſupra,n.19.& 21. quam opinionem puto veriorem, quia quando de iure viget omnino eadem ratio, ſit extenſio etiam in pœnalibus, & quando ius non determinat pœnam ſuper aliquo delicto, procedendum eſt de ſimilibus ad ſimilia. Incurrunt etiam alias pœnas arbitrarias, quando in ſtatutis particularibus ordinis hæc pœna non eſt determinata. Diaz,quem citat, & ſequitur Pellizar. in manual. tract. 9.c.4.n.231.circa finem, à dicta excommunicatione, quia non eſt reſeruata,quilibet confeſſarius ipſorũ monacorum abſoluere poteſt. Nauar.in manual. c.27. n.139. Tolet. dicto c. 39.

6 Aſtrologiam iudiciariam exercentes incurrunt priuationem vocis actiuæ,& paſſiuę beneficiorum, et officiorum, et inhabilitatem ad illa obtinenda,vnà cum excommunicatione maiori latæ ſententiæ, aliiſque pœnis temporalibus,etiam capitalibus, in cauſis tamen expreſſis in conſt. Vrb. 8. Inſcrutabilis,de anno 1631.in ordine 113.quę conſtitutio confirmat, et innouat conſtitutionem Sixti V. contra aſtrologos, et abſolutio dictæ excommunicationis, ita eſt reſeruata ſummo Pontifici, vt neque ſacra pœnitentiaria poteſt abſoluere, refert Theſſ. de pœnis par. 2. verbo ſuperſtitio:

7 Auxilium præſtans ſcienter, & doloſè delinquenti præuio tractatu, ideſt, qui ſcienter accommodauit

gladium ad maleficium committẽdum, vel ferramentum, vel ſcalas, vel domum, aut ſcienter portauit litteras, vel quid ſimile eadem, qua faciens tenetur, inſtit. ad leg. Aquil. §. opere, & §. vero. Bonifac. de Vitalin. tit de inſultu, & percuſſione, n. 124. Clar. q. 90. verſ. fin. Farinac. q. 130. ſed contrarium dicit Aug. ad Angel. vt infra, & idem eſt in illo, cuius inſtitigatione delictum eſt commiſſum. Bonif. Vitalin. vbi ſup. Idem in eo, qui perſuaſit alicui, vt maleficium perpetraret, qui aliter non erat facturus, ſicut §. qui vero extra de homicidio, l. 1. §. perſuadere, ff. de ſeru. corrupt. leg. ſi quis p erſuaſerit, C. de furt. Et licet auxiliator comprehendatur in ſtatuto loquente contra committentem delictum, & eadem pœna teneatur. Farinac. q. 129. n. 105. & q. 131. n. 51 limitatur tamen quando auxilium eſt ſimplex, & per tale auxilium delictum non eſt auctum, ſed ita eſſet executioni mandatum, ſicut ſi non interueniſſet, quia tunc præſtans opem non debet puniri pœna ordinaria, ſed iudicis arbitrio, ita Io: Andr. in c. felicis de pœnis, lib. 6. Angel. in l. furti, §. ope, & in l. ſi es, qui opem, ff. de furt. Aug. ad Angel. de malefic. in verbo dicto maleficio, n. 16. vbi dicit, quod liberauit à pœna furcæ vnum, qui præſtiterat auxilium quinque latronibus, qui noctis tempore furati ſunt vnam apotecam, à qua exportauerunt vnam petiam veluti, & iſte talis, qui præſtitit auxilium nihil fecit, quia non aperuit apotecam, nec aſportauit illam petiam veluti, ſed tantùm ſtetit ſuper viam cũ alijs quatuor interim, quod ille alter ſurtipiebat illam petiam veluti, & apotecam frangebat, nam iſte ſextus præſtitit fauorem ſimplicem, quia illi quinque omnino illud delictum executioni mandaſſent ſine iſto ſexto, vnde fuit liberatus à pœna ordinaria, & ſequitur Sanfel. deciſ. 35. n. 5. qui n. 7. ſecus eſſet, inquit, ſi de rebus furtiuis aliquid ad ipſum perueniſſet, vel ab initio fuiſſet in tractatu, vbi quod fuit furcis ſuſpẽſus, qui fuit in tractatu committendi magnum furtum, quamuis tempore furti nihil faciebat, ſed tantũ excubabat ante oſtium, dicit etiam dictus Auguſt. vbi ſup. n. 17. ex Baldus in l. 1. C. de crim. peculat. per illum tex. dicit etiam idem Auguſt. n. 17. quod præſtans opem tunc punitur eadem pęna, qua principalis, quando fert opem per actum proximum facto, puta aſſiſtendo, & præſtando auxilium cooperatiuum faciendo delictu n, ſecus autem quãdo fert opem per actum remotum à facto, puta ſi ferramenta accommodauit, quia opem ferens in actu æque deliquit, & ideò punitur ſicut principalis, cùm verò non agit in actu, non æque deliquit, & ideò mitius pęna, ſcilicet arbitraria puniri debet, addit etiam idem Auguſt. cum Salic. in l. 1. col. 8. C. de raptu virg. quod ſi præſtans opem eſt cauſa delicti, debet puniri eadem pœna, qua principalis, ſecus quando cauſam non præbet, licet opem præſtat, quia iſte minus delinquit, & ſubdit, quod opinio Bart. in l. 1. §. qui opem, ff. de furt. occidit animas

mas ipſorum, idem Auguſt. ad Angel. in verbo Andream Marci n. 12 & 13. quod quando non animo deliberato, ſed in rixa homo à pluribus eſſet interfectus is tantùm, qui occidit tenetur de occiſo, & non alii, vnde ſi in rixa eſſent decem, & mortuus non haberet niſi vnum vulnus, vel duo, aut tria, nemo poteſt puniri de occiſo, quando non poteſt probari cuius ictu ſit mortuus, & qui auxilium præſtitit poſt delictum, quod non tenetur pœna ordinaria. Ricc. deciſ. 40. n. 8. par. 2. & qui ſciens rem aliquam raptam fuiſſe, nihilominus eam ſeruauit, non tenetur pœna ordinaria. Sanf. vbi ſup. n. 8. vbi, quod fuit condemnatus ad remigandum.

8 Carceratus fugiens fracto carcere, habetur pro confeſſo, & contra ipſum ſic fugientem, & abſentem poteſt ferri ſententia, tamquam con feſſus de crimine de quo imputabatur, l. eos, ff. de cuſtod. reor. l. 1. ff. de effract. carcer. Grillant. de relax. carcer. ſub tit. de fuga, n. 12. ad finē. Caſon. de indic. & torm. c. 9. rubr. de captur. & carcer. n. 21. Gram. conſ. 57. n. 3 Viu. com. opin. verb. fugiens. Ricc. deciſ. 65. par. 3. Maſcard. concluſ. 266. n. 3. vbi aſſerit, quod ſi denuo carceratus, qui aufugit, capiatur, poteſt tamquam confeſſus condemnari, & licet Port. verb. carcer, nu. 40. quem ſequitur Pellizar. tr. 9. c. 3. nu. 73. dicant, quod in Religionibus non habetur pro confeſſo, tamen ſi de hoc non habent aliquam legem, aut conſtitutionem particularem non eſt curandum de eorum aſſertione, ſed ſtandum eſt iuri communi, & ſententiæ communi Doctorum, maximè quia religioſi propter votum obedientiæ magis delinquunt fugiendo à carcere, quam alii, & carceratus, qui fregit carcerem, & iam exibat, ſi fuerit captus, perinde habetur, ac ſi perfectè aufugiſſet. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 301. Bertaz. conſ. 35. vol. 1. Duen. reg. 232. Maſcard. conc. 890. vol. 2. & qui habet domum, ſeu ciuitatem pro carcere ſi aufugit tenetur pœna f angentis carcerem. Bertaz. vbi ſup. n. 3. Becc. conſ. 34. n. 6. Viu. vbi ſupra. Maſcard. conc. 266 n. 19. pro ſimplici attentato frangendi carceres pœna arbitraria, quis punitur. Boer. deciſ. 215. Farin. q. 30. n. 8. & 20. Prax. Archie. Neap. c. 50. Ricc. deciſ. 100 pa. 2. & eadem pœna tenetur iniuſtè carceratus ſi aufugit, quia non attenditur cauſa fugæ, ſed violatio loci publici, & ſuperioris contemptus. Cab. caſu 8. n. 35. caſu 42. n. 2. & 3.

9 Carnalis copula de iure canonico punitur pœna depoſitionis. Farin. q. 141. nu. 19. ad 33. ſed hodie pœna eſt arbitraria, exilii, fuſtigationis, & triremium, etiam ſi acceſſus ſit ad ſolutā; ſed carnalis copula cum infideli muliere modo punitur pœna mortis, modo pœna extraordinaria iuxtà facti, & perſonar. qualit. DD. in l. ne quis Chriſtian. C. de iudæis, Menoch. de arbit. caſu 290. Rolan. conſ. 35. n. 46. lib. 2. Decian. t. crim. c. 12. quæſt. 193. Cab. caſu 4. & eſt alia ſpecies peccati, quam ſimplex fornicatio, licet copula ſit commiſſa à ſoluto cum ſoluta. Nau. man. c. 16. n. 3. Sànchez de matrim. tom 2.

lib.

lib.7. diſp.5. num.12. Homobon. de caſib. reſeru. par.2. caſu 4. ſect.5. Nald. verbo fornicatio n.2.

10 Clauſuram violãtes religioſi per introductionem fœminarum intra eorum Monaſteria extra caſus permiſſos ex motu Pij V. 20. 22. incipiens regularium, & ex alia Bulla eiuſdem Pontificis, incipiens, decet Romanum, incurrunt pœnam ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto, priuationem officiorum, & inhabilitatem ad ea, & alia in futurum obtinenda, & ex alio motu proprio Greg.13. 28. vel 36. quæ incipit bona gratia, incurrunt excommunicationem reſeruatam Papæ, priuationem dignitatum, & beneficiorum, & inhabilitatem ad ea, & alia in poſterum obtinenda, & eſt differentia inter Bullam Pij V. & Bullam Greg. XIII. in hoc, quia in Bulla Pij V. ſuſpenſio non eſt reſeruata, & in Bulla Greg. excommunicatio eſt reſeruata. In Bulla Pij V. requiritur præſumptio, tùm quo ad mulieres ingredientes, tùm quo ad religioſos ingredi facientes, vel permittentes; Sed in Bulla Greg. XIII. requiritur præſumptio, tantum quo ad mulieres ingredientes, non autem quo ad religioſos ingredi facientes, vel permittentes, & ideo lata culpa ſufficit, vt pœnas ibi impoſitas incurrant, & patet in dicta Bulla, & obſeruant Sanch. lib 6. ſummæ cap.17. n.35. Theſ. de pœnis par.2. verbo clauſura cap.3. ampliat.2. Peyrin. in conſt.6. Iul.3. nu.17. vbi ait, quod ignorantia craſſa non poteſt eos excuſare, ſed tantum ignorantia inuincibilis; non autem vincibilis, quæ non ſit craſſa & ſupina, (vt ipſe putat,) quia hæc ſaltem practicè dari non poteſt, vt aliàs diximus; in Bulla Greg. XIII. non contineri niſi ſuperiores contrauenientes, ita vt pœnæ ibi impoſitæ non afficere ſubditos exiſtimant, Sanch. lib.6. ſummæ cap.16. num.84. Cherub. ſuper eadem Bulla, Rodriq. qq. regul.47. ar.3. tom.1. Ioan. de la Cruz lib.1. cap.5. dub.2. concl.1. Diana part.1. tract.16. miſcel.2. reſ.33. qui citat pro hac opinione Barboſam, ſed malè, quia ille tantum refert verba Bullæ. Contrariam opinionem tamquam veriorem, quod Bulla Greg. XIII. comprehendit non ſolum ſuperiores, ſed etiam ſubditos, tenent Suarez de cenſur. diſp.22. ſect.6. num.14. Filliuc. tract.15. num.119. Quaranta verbo Monaſteria ſuper hãc Bullam, Azor. tom.1. lib.13. cap.8. quæſt.3. Scort. theorema 336. quia ita dicitur in dicta Bulla, Abbatiſſis, Abbatibus, & alijs ſuperioribus, & perſonis vtriuſque ſexus, quocumq; nomine vocentur; nam illa copula &, quæ interponitur inter ſuperiores, & perſonas, ſignificat diuerſitatem; vnde non ſolum ſuperiores continentur in dicta Bulla, ſed etiam religioſi ſubditi, & ibi habet praxis ſacræ pœnitentiariæ, vt refert Filliuc. vbi ſupra, & Lezana tom.1. cap.10. num.15. & contra DD. contrariæ opinionis tenet expreſsè Bonacin. quæſt.4. pun.6. num.3. qui citat Lamas in methodo curationis n.12

&

& illa verba quocumque nomine vocentur, poſſunt applicari ad ſubditos, omnes ergo ſiue ſuperiores, ſiue ſubditi, qui directè, vel indirectè dicto ingreſſui cooperantur, vt mandando, conſulendo, efficaciter inuitando, & ſi ſuperiores ſunt, etiam conniuendo, vel non prohibendo cum poſſint, & debeant, incurrunt pœnas impoſitas à dicto Greg. XIII. Surd. in compend. verbo ingredi, & ſi regulares non admittant in clauſura dictas fœminas, ſed eorum conſenſu admittuntur à ſæcularibus, incurrunt etiam dictas pœnas, Rodriq. in expoſit. mot. Pij V. ſupradicti num. 11. ipſi verò ſæculares, clerici, vel religioſi alterius ordinis non incurrunt, ſed tantum religioſi, qui in eorum Monaſteria eas introducunt, poſſunt tamen alij incurrere alias pœnas de iure debitas, & in caſibus, in quibus licitum eſt admittere mulieres intra clauſuram, prout quando admittunt in clauſtro ad ſacrum audiendum, ſi religioſi permittunt eas dormiue intra capellam ſitam in clauſtro incurrunt etiam dictas pœnas, & cenſuras, quia peractis Diuinis officiis non licet ibi morari per longum tempus, Io. de la Cruz de ſtatu relig. & priuileg. ipſius lib. 1. cap. 5. concl. 3. cap. 2. Clauſura, in qua mulieres ingredi non poſſunt, eſt ſpacium, quod intra ianuam Monaſterii ſemper clauſum continetur, ſeu eſt locus Monaſterii, intra quem moniales, ſeu Monachi ſiſtere debent, & à quo egredi nequeunt ſine violatione clauſuræ, Bonacin. de clauſur. quæſt. 1. p. 1. num. 1. vnde clauſuræ nomine venit totum illud ſpacium Monaſterii, ſeu domus religioſorum, ad quod liber eſt acceſſus ipſis religioſis, Sanch. in ſum. lib. 6. cap. 15. num. 6. & 7. & cap. 16. num. 11. Bonacin. de clauſur. quæſt. 1. p. 1. num. 11. & ſi ex conuentu aditus religioſis ad hortos contiguos pateat, intra clauſuram reputatur, Layman. lib. 4. tra. 5. c. 12. nu. 5. verſ. denique, & ſic fæminarum ingreſſus prohibetur in Clauſtrum, officina, culina, refectorio, cortile, ſtabulū, fænile, hortolitiis, nouitiatu, dormitorio, cameris ſuperioribus, & inferioribus, & ſimilibus. Chorus ſituatus in loco ſuperiori, ad quem non patet aditus niſi per Monaſterium, certum eſt, quod continetur ſub clauſura, Fr. Ant. à Spir. Sanct. in director. regular. tract. 3. diſp. 6. ſect. 5. num. 699. Sacriſtia continetur ſub clauſura etiam ſi ad eam ſit aditus per Eccleſiam, ſi etiam habeat oſtium ad clauſtrā ita declaratum fuit à Sacra Congreg. teſte Coriolan. de caſibus referu. par. 2. caſu 3. quæſt. 4. num. 31. Bonacin. de clauſur. qu. 5. p. 1. nu. 4. Nouar. Lucern. regul. verbo Sacriſtia, Barboſ. in collect. Bullar. verbo Sacriſtia, vbi loquitur de Sacriſtia contigua choro, in collect. ad Concil. Trid. ſeſt. 25. cap. 5. num. 28. de regularib. qui referunt declarationem Sacræ Congreg. Congr. 10. Auguſti 1615. & Alddan. in compend. canon. reſ. lib. 3. tit. 15. n. 12. idem dicunt de prato, & horto Mo-

quia poteſt iudex procedere contra reum ad pœnas, ac ſi diſpenſatus,& abſolutus non fuiſſet, gl. in c. de his in fine, de accuſat. Nauar. de pœn.& remiſſ.conſ.23.n.4.& cõſil.51.de ſent.excom. Couar. lib. 2. cap.10.num.3.& in cap. Alma mater,par.1.§.11.n 16. Suarez de cenſur.diſp.41. ſect.2.n.11. & tomo 4. de religion.tract.vltimo,lib.9. cap. 2. num.35. Sanch.in decalog.libro 2.cap.11.nu.13.& de matrim.lib.8. diſp.34.n.29.Genuenſ.in prax. cap. 25.Menoch.de arbitr. caſu 539. nu. 31. Nomine monaſterii clauſuræ ſubiecti, non intelligitur monaſterium, quod eſt in fieri,nec infirmaria in ciuitate poſita. Lezana to. 1. c.10.n.11.

11 Clerici propter ſimplicem fornicationem prohibitã iure, non ſolum Diuino, ſed etiam canonico; vt patet in Bulla Leon. X. quæ incipit primitiua.Farinac. quæſt.13. num.11.& 12. grauiter puniri debet,& ſi ſunt in ſacris, propter violationem caſtitatis, non poteſt eſſe ſimplex fornicatio, ſed eſt ſacrilegium, ideo acrius puniendi ſunt, multo magis ſi ſunt religioſi. Bordon.in praxi cap.96. num.48. & licet, quod pœna ſit arbitraria dicant, gl.in cap. Maximianus verbo remouentur 81.diſt. Feli.n.in cap.at ſi clerici, & ibi etiam Decianus de iudic. Diaz in praxi cap.81.Clar.in §.fornicatio,num.3. Menoch. de arbitr.caſu 418 num.3. Ricc.reſol. 604.par.2.tamen,quod depoſitione dignum dicunt. Felin.in dicto cap. at ſi clerici,n.13. & ibi Dec. nu. 10. verſ.limita ſecundo,& tanto magis quando adiunctum eſt etiam adulterium, & quod pœna debet eſſe depoſitionis, et detruſionem perpetuam in monaſterio in clerico, et per conſequens in perpetuum carcerem in religioſo. Diaz.vbi ſupra,et c.87.per c.ſi quis clericus,et c.Romana,81. diſt.licet arbitraria pœna regulariter puniendum eſſe adulterium, dicunt Grillant. de pœn.omnifar.coitus,§.ſexto declaranda num.46. cum ſeqq. Theſaur. for.Eccleſ.p.3.c.4.n.33.niſi adulter accuſaretur à marito, vel à cognatis.Didac.Cantera de pun.del.de adult.q.1.c.4.n.33.nam tunc punitur rigoroſè iuxta opinionem Diaz,et iudex in hoc crimine debet cautè procedere quando maritus eſt vir bonus, et de eo non præſumitur ſcientia, et mulier apud communẽ opinionem honeſta.

12 Clericus, qui vulnerauit laicum, mediante pecunia, fuit punitus ad remigandum per annos tres, refert Chart.dec.82.n.24.

13 Concionator Regularis exemptus,qui præſumpſerit prædicare in Eccleſijs alienis ſubiectis Epiſcopo,ſine Epiſcopi licentia,vel in Eccleſijs proprij ordinis non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, licet non poſſit puniri ab Epiſcopo ex decreto S.Congr. 1602. a Clem. viij. vt in compend. Bullar.tom.2.pag.46. Roderiq. qq. regul.9.ar.10. tom.1. tamen poteſt ab eo puniri tamquã Papæ delegato.Greg.15. in Bulla inperſcrutabili, etiam cenſuris, vt patet ex eadem Bulla. Ceſped.de exempt. regular.ca.276. prædicantes etiam

falſas reuelationes poſſunt etiam puniri ab Epiſcopo Diœceſano Miranda in Manual. Prælat.tom.2. quæſt.50. ar.7. concl.1.Homobon. de examin. Eccl. tract.11 c.7.q.18. reſ.3. Barboſ. alleg.76. num.48. & publicantes falſa miracula, vel incerta, aut Prophetias, quæ non continentur in ſacra ſcriptura, excommunicantur, vt in Concil. Lateran. ſeſſ.11. Sed Caietanus in verbo excommunicatio in fine, dicit cenſuras in dicto Concilio non fuiſſe vſu receptas, Nauar.cap.27. num.3.Ricc.deciſ.397.num.4.Suarez de cenſur.diſp.22.ſect.6.Fillinc. tract.15.num.177.Bonac.in tom 3. diſp.2. quæſt.5. par.2. vbi dicit, dato quòd dicta excommunicatio nō ligaret, tamen contemptores contrauenicndo d ſpoſitioni dicti concilij, & publicando indulgentias non conceſſas, puniri debent pœnis intra religionem infligi ſolitis pro grauioribus delictis; Clem.1. de priuileg. & ibi gl.

Confeſſarius regularis approbatus ab ordinario loci ad confeſſiones ſæcularium audiendas abſque proprij Prælati licentia, ſi cum tali approbatione confeſſiones ſæculariū audiat, grauiter peccat, & poteſt à ſuo ſuperiore puniri pœna arbitraria, Lezana par.1.cap.19. num.41. & condemnatus hoc iudicio erit infamis, & conſequenter irregularis, Theſ. de pœnis par.2. verbo abſoluens, cap.2. circa finem, & confeſſiones non ſolum ſunt illicitæ, ſed etiam inualidæ, dicunt Sylu. verbo confeſſor. 2. num.2. §.2. Angel. eodem verbo num.4. & 16. Portell. verbo confeſſor regularis num.9. Boſſ. de iubilæo ſect.3. caſu 2. num.186.Bordon. reſ.36. à num.42.& ſeqq. Bellect. diſquiſit. Cleric. tit. de pœnis cleric. §. 3. num.2. vbi dicit, quod auctoritas dictis confeſſarijs regularibus conceſſa intelligi debet, vt pendere debeat quo ad vſum à voluntate ſuorum ſuperiorum ratione voti, ex Clement. dudum de ſepulturis, vbi dicitur, quòd regulares debent eſſe approbati non ſolum ab ordinarijs, ſed etiam à ſuis Prælatis. Sot. in 4. diſt.18. quæſt.4. ar.3. Graff. tom.1. concl. lib.5. de pœnit. & remiſſ. conſ.4. nu.18. Sed contrarium tenent alij, quòd huiuſmodi confeſſiones, quāuis ſint *illicitæ, ſunt tamen validæ, quia huiuſmodi confeſſarius* habet poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis: ita Pitigian. Nugn. Salaz. Angel. Cruz Vidal. & Miranda, quos citat, & ſequitur Diana par.1.tr.1. reſol.13. Verola cap.16. de pœnit. quæſt.7. Bariola verbo regulares pagin.261. Angl. in florib.u. de confeſſ. ar. de miniſtro verſ. regularis, Homobon. par.2.reſp.102. §.dixi.Laym. lib.4. tr.6. c.10. nu.9. Pellizar. in manual.regul.tr.8.c.3. ſect.2.ſub ſect.1. nu.13. *Miranda* tom.1.q.47. ar.12.Roderiq.tom.1. qq. regul.66. ar.3. & in compend. reſ.32.n.12. Delbene tom.2. ca.14. dub.18.n.1. Candid.tom.2. diſquiſ. 24.ar.56.dub.11. fatentur tamen, quod confeſſarius peccat mortaliter, & non gaudet gratijs Clem dudum, nec vti poteſt gratiis, & priuilegiis ſuo ordini conceſſis abſol-

ſoluendi à reſeruatis Papæ, vel Epiſcopo, ita Roderiq. & Miranda citati à Peyrin. de ſubdito q.1. c.2. concl.2. Sed quod tantum poteſt abſoluere à peccatis, & ſi abſoluit à reſeruatis abſolutio eſt nulla, licèt Pellizar. ſupra citatus teneat, quod ſit valida.

14 Poteſt etiam confeſſarius puniri, quamuis approbatus ab Epiſcopo, & præſentatus à ſuperiore, ſi ab eodem ſuperiore ob aliquam cauſam ſit prohibitus, ne in futurũ audiat ſæcularium confeſſiones, & ipſe nihilominus exerceat hanc iuriſdictionem, non obſtante, quòd eligatur vigore iubilæi, aut cruciatæ, Hieron. Roderiq. in compend. n.10 ex priuil. Iul.2. pro prædic. Sot. in 4. diſt.18. q.4. ar.3. Villalob. par.1. ſummæ tr.9 difficult. 50. n.3. & 4. & minores incurrunt etiam vltra alias pœnas, excommunic. compen. d.n.10. & Villalob. d.n.3. confeſſiones tamẽ erunt validæ, ſi prohibitio facta eſt in ſecreto, & ignoratur à populo, à quo habetur pro confeſſario, propter titulum coloratũ, & errorem communem. Portellus caſu 23. n.4. compend. n.11. ſecus ſi prohibitio facta eſſet publica per ſententiam, & eſſet publicata, nam tunc confeſſio eſſet nulla, & confeſſarius eſſet ſuſpenſus per cenſuram Eccleſiaſticam, Sylu. verbo cõfeſſ.2. §.15. Villal. diffi. 49. n.8. Port. & compend. vbi ſupr. Et Sacerdos ſiue ſæcularis, ſiue regularis audiẽs confeſſionem Sacramentalem ſæcularium non approbatus ab ordinario loci puniendus eſt pœna arbitraria ex Menoc. de arb. caſu 320 & ſuſpendendus à celebr. miſſarum ad tempus, & ab audiendis confeſſionibus in perpetuum, c. fin. de pœnit. diſt. 6. Hieron. Roderic. in compend. reſ.48. num.7. Portell. verbo pœna nu.12. Gutier. qq. canon. lib.1. cap.27. Ricc. deciſ.146. par.2. & in hoc caſu regulares ſubſunt iuriſdictioni Epiſcopi, & confeſſiones ſunt nullæ, ex Conc. Trid. ſeſſ.25. c.15. de reform. & poſſunt etiam ab Epiſcopo excommunicari ex conſt. Greg. XV. Inſcrutabili refert Ceſped. de exemp. regul. dub. 278. n.3. & idem dicendum eſt de Sacerdote religioſo audiente confeſſionem alterius religioſi eiuſdẽ ordinis ſine approbatione ſui ſuperioris, à quo poteſt grauiter puniri, Bordon. reſol.9. n.4. & tale peccatum eſt mortale dignum grauiſſima pœna dicunt Lezana tom.1. c.19. n.41. Mirand. tom.1. q.45. ar.12. Pereg. in conſt. cleric. regul. p.1. c.5. §.5. in fine, vbi quòd quamuis conſtitutiones nõ obligant ad culpam mortalem, hoc intelligitur in materiis, quæ non concernunt tria vota, etſi Diana teneat contrariũ par.1. tr.9. reſ.13. contra Dianam cum Peregrino inſurgit Alfonſ. de Leon. de cenſur. recoll.2. ar.748. neque Sacerdos religioſus ſine approbatione ſui ſuperioris poteſt licitè abſoluere alium religioſum à peccatis mortalibus ritè confeſſis, etſi ita dicat confeſſarius, ac etiam pœnitens, nihilominus puniendus eſt pœna arbitraria, Peregr. vbi ſupra §.3. quamuis confeſſio in hoc caſu eſſet valida, Caiet. in ſumma verbo abſolutio, Naua. in c. placuit

de pœnit.diſt.6.n.20.21.&22.Sylu. vbi ſupra, à peccatis autem mortalibus nec licitè, nec validè abſoluere poteſt,excepto articulo mortis. Angel. verb. confeſ. 3.n.4.Ant. 3.p.tit.17.c.7.Naua.in ſum.c.4.n.6 Graff.par.1.deciſ.lib.1.c.13.nu.87. Mirand.tom.1.manual.q.45.ar.11.

15 Confeſſarius frangens ſigillum confeſſionis deponendus eſt à iudice à quocumque munere ſacerdotali, & vt toto tempore vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando peragat cap. ſacerdos de pœnit. diſt.6. quæ pœnitentia per c. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſs. in perpetuam reclusionem in arctum Monaſterium fuit commutata, (& hodie ex conſuetudine) in pœnam triremiũ, Farin. q.119.n.15.Sanct. de pœnis Eccleſiaſticis verbo confeſſio c.4.& vbi non eſt in caſu pœna triremium in pœnam carceris formalis, & talis delinquens data notorietate iuris, vel facti huius criminis incurrit infamiam, & irregularitatem ſecuta ſententia cõdemnatoria, Sanctor.d.n.4.et ſigillum frangere dicitur confeſſarius, qui in confeſſione audiuit duos, vel tres,&tantum de vno illorũ dicit,qui non habuit peccata mortalia, quia indirectè frangit ſigillum aliorum, & ſignificat eos habuiſſe mortalia, Nauar.in Enchirid.c.8. n.9. Reginald.lib.3. n.50. qui idem dicit de eo, qui confeſſione audita ſtatim conſuluit virum doctũ præſentem, & poſtea illuc redit ad pœnitentem, vt abſoluat, & idem dicit de his, qui ita de peccatis auditis in confeſsione loquuntur, vt audientes per conſecturam peccatorum comprehendere poſſunt, & pariter de eo, qui dicit ille bene confeſſus eſt, ſed alterius confeſsio mihi non ſatisfecit: idem de eo,cui pœnitens ita ſecretè confeſſus eſt, quod noluit id ſciri ab aliquo, nẽpè à confeſſario ordinario, & tamen dicit,audiui Petri confeſsionem, vel Petri peccata, Nauar. in c.ſacerdos de pœnit. diſt.6. n.71. Reginald. vbi ſupra n.54. Macer.de Sacram. 3.par. qu.11. ar.3. Diana par.5.tr.11.reſ.47.& ſi confeſſarius extra confeſsionem loquitur de pœnis confeſsis ſine præuia licentia dicitur fractor ſigilli, & debet puniri pœna extraordinaria, Diana d.tr.11.reſ.6.& par.4.tr.7.reſ.11. idem etiam erit, ſi confeſſarius reuelat confeſsionem pœnitentis alicuius peccati publici, quòd etiam debet puniri pœna extraordinaria Diana dicta reſ.6.& ſi duobus pœnitentibus auditis vnum laudat, & alium non frangit ſigillum, indirectè, Fagund. in decalog. lib.6. c.5.n.5.in 2. Eccleſ.præcep.frangit etiam ſigillum ſi rogatus an Petrũ abſoluit, reſpondet non, Fagund. ibidem n.9. frangit etiam ſigillum ſi quis reuelat peccata ſcripta in papiro ab eo inuento, Fagund.ibidem n.16.& c.6.n.20.Diana par.3. de Sacram. reſol.112. par.5. tr.11. reſ.27. nec non etiam illi, qui ab illo audierunt, Fagund. d. c.6. n.6. & oritur ſigilli obligatio etiam ex confeſsione inchoata, Nauar. in ſumma c.18.n.4.Henriq.lib.6.c.19. n.8. & etiam ſi facta eſſet laico,vel ſacerdoti non confeſſario, Fagund. d.c.6.

d. c. 6. n. . tenentur etiam ſub ſigillo conſiliarij confeſſoris, interpres confeſsionis, & illi, qui per tranſitum, aut expectando, confeſsionem audiunt alterius, Suar. de pœnit. tom. 4. par. 3. diſp. 35. ſect. 1. Si confeſſarius dicit audiui Petrum, & non abſolui, vel Petrus habet peccata, à quibus non potui abſoluere, debet puniri pœna ordinaria, non extraordinaria. Fagund. d. lib. 6 c. 7. n. 11. docet Diana par. 5. tr. 11. reſ. 42. dicat, quod puniri debet pęna extraordinaria, ſi de publico peccatore confeſſarius dicat con feſſum fuiſſe ſuum peccatum, frangit ſigillum, ſed debet dicere feci officium meum, Diana d. reſ. 41. ſi confeſſarius dicat, Petrus ſcrupuloſus in confeſsione ſuorum minutiſsimorum peccatorum caput mihi obtundit, frangit indirectè ſigillum. Dian. d. tr. 11. reſ. 50. frangit etiam ſigillum ſi manifeſtat pœnitentiam, quam imponit quando eſt ſignum culpæ mortalis. Dian. d. tr. 11. reſ. 30. ſi productus in teſtem reuelat pœnitentis confeſsionem non probat, etiam in caſu criminis læſæ Maieſt. Farin. q. 51. n. 97. & ſeq. & n. 100. quod nec hęreſim reuelare poteſt, nec de licentia pœnitentis ſi reuelat auditum in confeſsione facit fidem, Ricc. deciſ. 172. n. 8. par. 1. ſi pœnitens eſt mortuus, & ſacerdos reuelans confeſsionē dicat habuiſſe licentiam reuelandi à permittente, creditur ei, Barboſ. de offic. Parochi c. 19 à n. 56. & ſeqq. ſed ſi pœnitens eſt viuus, & obijciat confeſſario reuelationem ſuę confeſsionis, creditur ſacerdoti affirmanti cum iuramento habuiſſe licentiam reuelandi, ſed ſi id, quod dictum, aut factū eſt in detrimentum eſt pœnitentis, aut alterius, non poteſt dari certa regula; ſed ſumenda eſt præſumptio ex qualitate peccati, & circumſtantijs perſonarum, & publicatione delicti, Diaz. in praxi c. 100. Barboſ. vbi ſupra, probatur reuelatio ſi aliquod factum appareat reuelatum alijs, & pœnitens afferat ſacerdotē confeſsionem reuelaſse, nam tunc ſacerdos probare debet ab alijs fuiſſe reuelatum, aliàs condemnabitur in pœnam arbitrariā. Card. & Abb. in c. omnis de pœnit. Nauar. in c. vltim. de pœnit. & remiſs. n. 164. Maſcar. concl. 1292. Ricc. deciſ. 190 nu. 5. par. 1. ſi ſacerdos fateatur reuelaſse tale dictū, ſed negaret illud habuiſse in confeſsione, eſt præſumptio contra ipſum, et condemnaretur pœna ordinaria. Ricc. d. no. 6. ex Angelo in ſumma verbo confeſsio n. 24. quod intelligitur, quando eſt veriſimile confeſsarium habuiſse illud confeſsione, ſecus quando eſt veriſimile, quod extra confeſsionē audiuit, Abb. in c. vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſs. et certū eſt, quod quando cōfeſsarius alia via, quam in confeſsione nouit poteſt reuelare dummodo reuelat eo modo quo habuit extra cōfeſsionē, aliàs confeſsio poteſt eſse cauſa vt impediatur publ. iuſt. contra bonum commune, nam ſi quis delinquat corā ſacerdote cōfeſsario, poſſet, delinquens ſtatim ei confiteri peccatū, et cōfeſsarius nullo modo poſset reuelare tale peccatum, et de-

delictum remaneret impunitum, nec Prælatus, cui criminoſus confitetur peccatum ſuum, poſſet eum punire, quamuis aliunde notitiam de eodem delicto haberet, nec magiſter nouitiorum, aut iuuenum, quando ſunt Prælati poſſent eis pœnitentiam regularem iniungere. Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 3. numero 63. verum, quod ſi non eſt veriſimile peccatum in confeſſione auditum veniſſe confeſſario alia via in notitia, quàm in confeſſione, & pœnitens dicat, quod non dedit ei licentiam reuelandi, ſi accuſatur de reuelatione, confeſſarius debet probare, vel licentiam habitam à pœnitente, vel notitiam extra confeſſionem, aliàs pœna extraordinaria teneretur. Fagund. in dicto præcep. lib. 6. c. 1. n. 4. Farin. q. 55 n. 108. Caſtr-Pal. tr. 23. dub. vn. p. 19. §. 1. n. 14. Si tertius dicat ſacerdotē reuelaſſe alterius confeſſionem, ipſi incumbit onus probandi reuelationem, quam ſi probat, & ſacerdos eſt bonæ famæ, & iurat habuiſſe licentiam à pœnitente, & pœnitens non contradicit aſſertioni ſacerdotis, creditur ſacerdoti, aliàs non creditur. Farin. q. 51. nu. 109. & ſequ. Si pœnitens dat confeſſario licentiam loqui de auditis in confeſſione, ſeruato eodem ſigillo, & eadem ſcientia, talis licentia eſt reuocabilis, & non reuocata licentia, debet confeſſarius dicere id ſcire in confeſſione, & loqui ex licentia pœnitentis, & qui audit obligatur ſigillo, & confeſſarius non poteſt vti licentia niſi ex graui cauſa, & vtilitate rationabili. Nauar. in c. ſacerdos, de pœnit. diſt. 6. n. 168. Suar. de pœnit. tom. 4. par. 3. diſp. 33. ſect. 5. Reuelare tamen poteſt ſacerdos confeſſionem quando delictum eſt committendum, & confitens dicit, quod non poteſt tentationi reſiſtere, & quod propterea delictum exequetur, quia hæc non eſt vera confeſſio, dum non oſtendit pœnitentiam de delicto committendo, & ſi oſtendit pœnitentiam, & in eo tractatu aderant alij complices, quos facile credat executuros delictum, ſacerdos reuelare etiam poteſt, non nominando perſonas, à quibus talia delicta committi debent, nec facti, in qua poſſit in perſonarum cognitionem deuenire, ſed tantùm poteſt reuelare delictū committendum in genere, notificando eis, quorum intereſt, vt caueant, quia ſit contra illos in ciuitate tractatus, Farinacius vbi ſupra.

16 Degradatio actualis ab Epiſcopo facienda, quæ de iure canonico eſt pœna atrociſſima, quia priuat clericum, & religioſum priuilegio canonis, & fori, & Curiæ ſæculari traditur puniendus, ideo hæc pœna non imponitur pro quouis delicto etiam atrociſſimo, & qualificato, ſed tantum in caſibus à iure canonico, antiquo, vel nouo expreſſis, ſcilicet pro crimine hæreſis, ca. ad abolendum, §. præſenti, de hæretic. c. 1. & c. ſuper, eodem tit. in 6. pro crimine falſificationis litterarum apoſtolicarum, c. ad falſariorum, de crimine falſi, pro conſpiratione contra proprium Epiſcopum. c. ſi quis ſacerdotum 11. q. 1. pro incorrigi-

rigibilitate, c. cũ non ab homine, de iudic. poſt declarationem factam à iudice Eccleſiaſtico ſuper incorrigibilitate. Baſſ. verbo degradatio numero tertio. Barboſ. alleg. 110. n. 12. pro crimine aſſaſſinij, c. 1. de homic. in 6. pro crimine nefando contra exercentes, ex conſt. Pij V. pro confeſſione Sacramentali au dita, vel celebratione miſſarum à non presbyteris, ex conſt. Clem. viij. pro fabricatione, tunſione, vel adulteratione falſæ monetæ, ex conſt. Vrb. viij. quæ incipit in ſuprema, refert Barboſa in collect. ad dict. c. cum non ab homine, n. 11. & de offic. & pot. Epiſcop. alleg. 110. qui n. 20. addit pro crimine abortus animati, & pro ſollicitatione mulierum in confeſſione, ſi delicti grauitas hoc poſtulet, ex Bulla Greg. XV. edita die 30. Auguſti 1622. Sunt etiam aliqui Doctores, qui aſſerunt poſſe etiam clericum degradari, & Curiæ ſæculari tradi pro quocumque alio delicto æenormi, & qualificato non expectata incorrigibilitate, & huius opinionis ſunt Anchar. in c. ea, quæ, quæſ. 10. de reg. iur. in 6. & conſ. 158. col. 2. Abb. in c. At ſi clerici, num. 39. & in dicto c. cum non ab homine, nu. 6. de iudic. & in c. 1. in fin. de homicid. & in c. nouimus, de verb. ſignif. & in c. 1. de his, qui filios occid. & in c. tuæ de pœnis, quam opinionẽ ſequuntur, Seacc. de iudic. par. 1. c. 11. poſt n. 161. & 166. Alciat. in d. c. cum non ab homine, n. 22. Ang. de malefic. in verbo, & ibi caput in ſpatulis, n. 38. et ibi Aug. n. 43. Guglie. de Benedict. in repet. ca. Raynutius in p. 3. in q. de homicid. poſt n. 12. Aldobrand. in addit. ad Dec. in dicto c. at ſi clerici, num. 252. litt. E, Clar. quæſt. 36. n. 23. Guid. Pap. quæſt. 121. deciſ. 138. Auila de cenſur. p. 4. du. 3. verſ. quinta concluſio. Vinc. de Franch. deciſ. 571. Martin. del Rio, diſquiſit. magic. lib. 5. ſect. 16. verſ. ſi quæras, qui Doctores referunt etiam ita iudicatum fuiſſe. Contrariam tamen opinionem veriorem eſſe, et de iure æquiorem, et in praxi ſequendam, ſcilicet, quod in caſibus non expreſſis a iure Pontificio, nullo modo fieri debet degradatio, niſi præcedat incorrigibilitas ſeruato iuris ordine, in dicto capite cum non ab homine, vel conſulto ſummo Pontifice, ita gl. in dicto cap. cùm non ab homine, et ibi Aret. num. 80. qui reſpondet ad omnia fundamenta Ancharani, et Abbatis, et pro hac opinione adducit duodecim argumenta, et ſubdit, malè, ac peſſimè ſeruare Epiſcopos degradantes clericos, et Curiæ ſæculari tradentes in alijs caſibus. Dec. in dicto ca. at ſi clerici, num. 252. ac ſequentibus; vbi etiam reſpondet ad argumenta Ancharani, et Abbatis, et docet de communi, et veriori opinione Bero in eodem cap. at ſi clerici, num. 181. ac ſequentibus; qui etiam adducit argumenta contraria, ac reſpondet Villalob. in com. opin. v. clericus, num. 82. et litt. I, num. octauo. Bonacoſ. v. clericus ſi per inſidias, num. vigeſimoquinto, columna ſecunda in fine. Arnal. Alert. in cap. quoniam de hæreti. lib. 6. quæſtion. 11. num. 1. ac 37. vbi dicis

cit hanc eſſe communem opinionē gloſarum, & Doctores, à qua opinione non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo, & adducit plura argumenta, & reſpondet ad contraria, vſque ad num. 74. Diaz in pract. canon. c. 99. num. 2. in noua impreſſione. Foller. in pract. crimin. in verbo audiantur excuſationes, n. 45. Boſſ. tit. de foro compet. n. 136. Petr. Greg. ſyntagm. iur. par. 3. lib. 3. c. 30. n. 10. Couar. var. reſol. lib. 2. c. 20. ſub n. 7. Patr. Ticard. ſyntagm. com. opin. de Epiſc. & cleric. n. 141. & ſeq. Io: Rocyas in ſingul. in fauor. fidei, ſing. 51. Capic. deciſ. 161. Roland. à Val. conſ. 4. n. 31. lib. 1. Burg. in repet. c. at ſi clerici, num. 104. & ſeq. vbi opinionem Ancharani appellat diabolicam, & opinionem Abb. ſequentis Ancharanū falſiſſimam. Placa Epitom. delict. lib. 1. c. 22. n. 41. & c. 21. n. 7. & 13. vbi docet de magis communi, & quod opinio Abbatis deuiat à veritate, And. Gayl. de pace publica, c. 1. n. 27. D. Anton. de ſuſpenſione, cap. 4. num. 39. Didac. Perez. tom. 3. comm. in ordin. Reg. Caſtel. lib. 8. tit. 9. de iniur. & tit. 19. l. 23. in 4. qu. principali. Facchin. contr. iur. lib. 9. ca. 29. vbi reſpondit ad argumenta contraria. Cæual. dicta quæſt. 564. qui ſi nihil determinat, tamen in fine dicit, ab hac ſententia non eſſe recedendum, Riminald. conſ. 686. n. 30. & ſeq. & n. 41. lib. 6. Marta de iuriſd. par. 4. cent. 2. caſu 130. n. 4. vbi docet de magis communi, & veriori opinione. Bertaz. conſ. 78. n. 5. vol. 1. Ignat. Lopez ad Diaz dicto cap. 99. litt. B, vbi hanc opinionem vocat veriorem, & magis conſentaneam pietati Chriſtianæ. Diana par. 6. tr. 1. reſ. 11. verſ. 1. & 6. vbi dicit, quod licet de conſuetudine ſeruatur contrarium, fatetur tamen hanc opinionem eſſe veriorem de iure. Farinacius quæſt. 8. num. 81. Bonacin. de cenſur. diſp. 4. pun. vnico, num. 6. Barboſ. alleg. 110. num. 9 & licet Diaz cap. 98. num. 2. dicat quod opinio Anchar. & Abb. poteſt ſequi in clericis primæ; & idē videatur voluiſſe Plaza dicto cap. 22. n. 43. tamen Farinacius vbi ſup. ſolum dicit, quod iudex facilius poteſt deuenire ad degradationem, & Curiæ ſæcularis traditionem contra clericum primæ tonſuræ, quam contra initiatum in ſacris, & quod in dubio arbitrandum *eſt minimè tradendum eſſe*, & non eſſe tradendum, niſi de crimine in iure canonico expreſſo ſit legitimè cōfeſſus, vel conuictus, nec ſufficiunt ad hoc indicia indubitata, quia tunc per iudices Eccleſiaſt. alię pœnæ extraordinariæ imponi poſſunt, abſque actuali degradatione, & Curiæ ſæculari traditione, nam iudices Eccleſiaſtici facultatem degradandi actualiter Clericum non habent, niſi in caſibus à iure Pontificio expreſſis, & legitimè probatis, aut confeſſis, & hanc ſententiam tenet Iulius Chartarius deciſ. 66. per totam, & ita deciſum refert in caſu, quo quidam religioſus priorem ſuum occidit, qui ob tale delictum non fuit degradatus, ſed fuit perpetuò ad triremes condemnatus, ſpoliato habitu religioſo, & declarato excommunicato, &

irre-

irregulari, & idem tenet Flamin. Chart. in quodam reſponſo impreſſo poſt dictam deciſ. 66. & dicunt, quòd exempla Doctorum contrariæ opinionis non poſſunt tranſire in conſuetudinem, quia neſcimus quomodo caſus illi ſe habuerint, aut ſi author. Pontificis acceſſerit. Et quando in iure canonico impoſita eſt pœna degradationis non eſt intelligenda de degradatione actuali de qua ſupra loquuti ſumus, ſed de degradatione verbali, ideſt de depoſitione, quæ ſolet etiam appellari degradatio, niſi aliud expreſsè appareat, quod ius loquitur de degradatione actuali, prout in caſib. ſupra enumeratis, & ita Menoch. de arbit. caſ. 415. n. 5. & 18. Barb. alleg. 110. n. 9. Baiard. qu. 74. n. 1. Bellet. diſquiſ. Cleric. tit. de fauor. cleric. perſon. §. 10. n. 5. Bonac. de cenſur. diſp. 4. p. vnico nu. 6. quidquid exiſtimet Tolet. lib. 1. cap. 17. quæ degradatio actualis pertinet ad Epiſcopum conſecratum, etiã contra Monachos, & regulares, quæ fieri debet hora competenti, iuxta formam traditam in Pontificali Romano, vt obſeruat Bellarm. in obſeru. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. de reform. depoſitio verò, ſeu degradatio verbalis, etiam in ordine ad actualem, eſt actus iuriſdictionis, & poſſunt Epiſcopi tantùm electi, vel Vicarij Epiſcoporum, aut capitulorum deponere, & degradare verbaliter, Albert. in c. quoniam q. 6. n. 7. & 12. de hæretic. Barboſ. d. alleg. 110. n. 14. Bonac. de degrad. tom. 1. diſp. 14. punct. vnico num. 9.

17 Domum accommodans ſcienter ad committendum delictum debet puniri ſecundũ qualitatem delicti, & ideo, qui accommodauit domũ pro cõmittendo crimine nefando, fuit exiliatus per ſeptennium a tota Prouincia, licèt nõ fuiſſet plenè verificatũ an ſcienter eam accommodaſſet; refert Ricc. deciſ. 79. p. 3. & idem dicitur de eo, qui accommodat agrum, vel vineam ad committendum adulterium, ſtuprũ, aut aliud ſimile delictum. Ricc. ibid. & deciſ. 163. eadẽ par. 3. & licèt talis actus poteſt fieri dicat Diana tr. 6. miſcellan. tamen contra Dianam, quod nullo modo talis actus poteſt fieri licitus, inſurgit Manriqu. quæſt. 81. par. 2. & dicitur lenocinium, quæ pœna eſt arbitraria dicunt Menoch. de arbitr. caſu 534. n. 35. Fari. q. 143. n. 4. Manirq. q. 12. n 8. tom. 1. vbi loquitur de pœna in praxi recepta pro tali delicto.

Imò lenocinium eſt maius adulterio, quia adulter peccat in ſe, & in vnam fœminam, ſed Leno peccat ipſe, & duos etiam peccare facit, ergo grauiter puniẽdus, l. athletas §. lenocinium, ff. de infamib. Bart. in l. is, qui reus, ff. de public. iudic. quot modis committatur lenocinium vide gl. notab. 32. q. 1. c. crim. §. lenonis, C. de Epiſcopal. audiẽt. & Angel. de malefic. & ibi Aug. in verbo, *& hai adulterato la mia donna*, num. 69. & condemnatus de lenocinio eſt infamis, Farinac. quæſt. 143. n. 13. Theſ. verbo lenocinium, & per conſequens eſt irregularis.

18 Donationes, ſeu largit. munerum religioſi facientes afficiũtur pœnis à Clem. VIII. determinatis in Bul-

la, quæ incipit religioſæ, promulgata anno 1564. ſcilicet priuationis eo ipſo omnibus, et ſingulis dignitatibus, gradibus, honoribus, et officiis obtentis, et inhabilitatis ad illa, et alia ſimilia, vel diſſimilia in futurum obtinenda in perpetuum, infamiæ, & ignominiæ perpetuæ, priuationis actiuæ, & paſſiuæ, ipſo facto abſque vllo ſuperioris decreto, aut miniſterio, & quod contra tales procedi poteſt via accuſationis, denunciationis, vel inquiſitionis, tamquam contra fures, & ſimoniacos, quæ fuit confirmata, innouata, & declarata à Sacra Congr. iuſſu Vrbani viij. anno 1640. & non poteſt dici, quod dicta Bulla non ſit in vſu, vt exiſtimarũt Doctores apud Dianam par. 1. tr. 6. reſ. 2. quia damnatur, & irritatur non vſus, & etiam vſus, aut conſuetudo in contrarium, vt patet in dicta Bulla, & notat Pellizar. in manual. tr. 6. c. 9. n. 4. & tr. 9. c. 4. nu. 189. quas pœnas incurrunt tranſgreſſores poſt declaratoriam, vbi actio hominis requiritur, ſecus vbi actio hominis non requiritur, quia ſtatim ſine declaratoria incurrũt. Bonacin. d. 3. de largit. muner. par. 5. n. 3. & de legib. diſp. 1. q. 1. p. 7. §. 2 n. 19. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 81. par. 4. ideſt priuatio dignitatis, & officiorum obtentorum, ac vocis actiuæ requirit ſententiam declaratoriam, priuatio autem vocis paſſiuæ, & inhabilitas ad officia, & beneficia, non requirit ſententiam declaratoriam cauſæ, quare emanauit dicta Bull. & quatuor enumerat auctor declarationes eiuſdem Bullæ, in admin. 3. de quibus ibi, & quoad fratres minores interdicitur donatio tam intra, quam extra ordinem; quia donatio eſt actus dominij, & proprietatis, de qua fratres minores ſunt incapaces, regula præcipiente; nihil ſibi approprięt; poſſunt nihilominus donare rem vilem, & parui valoris, ſecundum conceſſionem Nicol. iij. in ca. exijt, §. cæterum, verſ. de vilibus, ſeruatis tamen infraſcriptis conditionibus; prima, quod res ſit parui valoris, ſecunda quod in capitulis generalibus, vel prouincialibus, vel extra a Generali, Prouinciali, & cuſtodibus determinatum fuerit; ſecunda conditio, quod donatio fiat de ſuperioris licentia, quam licentiam Guardiani concedere non poſſunt ex vi ſui officij, niſi eſſet conſuetudo in contrarium; tertia, quod res danda, ſit res mobilis; quarta, quod non ſit pecunia, quia illius vſus Fratribus minorum eſt interdictum, nec Papa eam recipit in ſuo dominio, ſed ſemper manet in dominio dantis. Roderiq. qq. regular. 48. ar. 4. tom. 2. Baſſeus verbo donatio, n. 7. Leand. de Murt. cap 6. regul. n. 6. & 7. addit, quod officiales monaſterij, videlicet præfectus refectorii, coquinæ, hortulanus, Sacriſtæ, & cæteri officiales non poſſunt diſpenſare, & diſtribuere res communitatis ad eorum placitum, & peccant mortaliter ſi quantitas eſt talis, quod ſi ſæculares eandem quantitatem à Monaſterio accepiſſent, peccarent mortaliter, nec Prouinciales poſſunt dare ipſis licentiam generalem diſpenſandi, & donan-

nandi, quia eam dare non poſſunt in præiudicium communitatis, nec ipſi ſuperiores donare poſsunt, quia nõ sũt domini, ſed adminiſtratores, c. nuper, de his, quæ fiunt ad Prælat. c. ſi. 16. q. 6. Sanch. in opuſc. l. 1. c. 6. dub. 2. n. 3. & religioſi largiẽtes, abſolui non poſſunt, niſi promittant procurare reintegrationẽ, ſeu reſtitutionem fieri. Sanch. in decal. li. 6. c. 15. n. 70. Recipientes dicta munera nec poſſunt abſolui, niſi prius reſtitutione realiter facta, vt in dicta Bulla Clementis habetur, quod intelligi debet, ſi poſſint reſtituere; ſi tamen non poſſint, tunc abſolui poteſt ſub conditione poſſibili reſtituendi quamprimùm poterit. Schort. Theorem. 398. in fine. Bonacin. ſuper eadem Bulla Clementis, p. 4. n. 3. & notandum etiam eſt, quod ſubiacet his pœnis, & mortaliter peccat, & obligatur ad eandem reſtitutionem, qui ſine licentia facit donationes exiguas animo continuandi, quando peruenit ad quantitatem, quæ requiritur ad culpam mortalem. Bonacin. ſupra pun. 5. n. 7. Pelliz. tr. 6. c. 9. ſect. 1. n. 8. & 9. Caueant ergo tam ſubditi, quam ſuperiores ne in præiudiciũ cõmunitatis, & animæ propriæ donent, aut recipiant etiam intra religionem aliquid alicuius valoris, quia non ſolum eſt contra tale decretum, ſed etiam eſt furtum rei cõmunitatis, nec prodeſt, quod res ſit comeſtibilis, maximè quando pro neceſſitate religioſorum, qui ſunt in monaſterio emitur, aut pro eadem neceſſitate ab amoreuolis donatur, & ſi contrauenientes in hac vita non luant pœnas debitas, infernus ſine dubio eos expectat.

19 Duorum ſe inuicem percutientiũ, aut vulnerantium quilibet punitur de factis in alterum, & ſi ab vna tantùm parte extant vulnera, aut ſigna percuſſionum, altera punitur ſi non probet ad defenſionem feciſſe. Cabal. caſu 102. n. 17. quando verò non extant vulnera, nec ſigna percuſſionum, ſed tantùm de inſultu, & non conſtat de aggreſſore, aut teſtes dicunt, quod vnus inſultauit alterum, ſed neſciunt quis ille fuerit, tunc procedit opinio gloſæ, in l. 1. §. cum arietes, ff. ſi quadrup. paup. feciſſe dicatur, ſcilicet, quod neuter punitur pœna corporali, & ita intelligi debent Bart. & ibi Alex. in addit. Tiraq. de pœn. temp. caſu 62. n. 1. Boer. deciſ. 237. n. 1. 2. 3 & 4. quia certum eſt, quod vnus eorum, ſcilicet, qui fuit inſultatus non deliquit, & innocens non debet condemnari propter peccatorem, ſed potius nocens in hoc caſu eſt abſoluendus. Corn. conſ. 274. col. 6. in princip. n. 3. Cabal. caſ. 200. n. 15. debent nihilominus condemnari aliqua pœna non corporali, quia vterque deliquit contra Rempublicam. Clar. q. 60. n. 31. Felin. in c. dilecti filii, n. 16. verſ. tertia declaratio, in fine, de excep. Menoch. de arb. caſu 363. n. 18. & 19. Claud. ad Bertaz. conſ. 299. lit. A.

20 Excommunicationis ſententiam ferentes non præmiſſa monitione, quæ præſentibus perſonis idoneis, per quas ſi neceſſe fuerit, probari poſſit ingreſſum Eccleſiæ per menſem vnum ipſo facto contra eos

interdicitur, c. Sacro, de ſen. excom. Menoc. de arb. caſu 541. per totum. Sayr. lib. 1. c. 12. n. 6. Sanch. lib. 6. de matr. diſp. 32. n. 13. 17. 21. Suarez de cenſur. diſp. 3. ſect. 8. & omnes DD. vnde ſequitur, quod per menſem non poteſt in Eccleſia celebrare diuina officia, & ſi celebraret, irregularitatem incurreret. Caſtel. de electi. c. 2. n. 3. Hæc pœna c. ſacro, c. non incurritur, niſi quando fertur ab homine cenſura excommunicationis, non autem interdicti, aut ſuſpenſionis. Syluest. in verbo ſuſpenſio, §. 6. n. 14. Nauar. in manual. c. 21. n. 156. Viuald. de ſuſpenſione, n. 70. & 71. Theſſ. de pœnis, tomo 2. verbo cenſura declarat. 2. Tolet. lib. 1. c. 48. §. octua. Suar. diſp. 37. ſect. 1. n. 3. Bonacin. de cenſur. ſuſp. q. 5. p. 1 §. 1. nu. 2. quamuis Felin. Henriq. & Alter. ab eo citati contrarium teneant; nihilominus in dictis cenſuris ſuſpenſionis, & interdicti ſeruari debet eadem forma monitionis pro iuſtitia ſententiæ, c. 1. reprehẽſibilis, de appel. c. ſtatutum, de ſent. exc. in 6. Sayr. vbi ſup. Suar. d. diſ. 3. ſect. 12. n. 4. Laym. c. 5. n. 8. Coninch. diſp. 13. dub. 9. & monitio debet eſſe canonica, ſeu competens, ideſt, trina, vel vnica pro tribus, & debẽt aſſignari dies pro ſingulis arbitrio iudicis, & non minus vna die, & communiter duo aſſignantur. Menoch. caſu 5. 45. nu. vlt. ſi tamen vna interuenerit valida eſt ſententia. Barb. c. Romana, n. 21. de ſent. exc. in 6. & pro maiori intelligẽtia notandum eſt, excommunicationẽ latam ab homine tripliciter contingere poſſe, primò pro præteritis, aut præſentibus omninò culpis, quæ non habent tractum ſucceſſiuum, nec reincidentiæ ſuſpicionẽ, & nullo modo extenduntur in futurum, ſed ſimul ac conſummatur omnino tranſeunt, nulla relicta obligatione ſatisfaciendi reſpectu hominum, & hæc excommunicatio non ſolùm eſt iniuſta, ſed omninò inualida, c. Romana, de ſent. exc. in 6. vnde ſi quis aliquem excommunicauerit dicendo, quia occidiſti Petrum, vel quia furaſti Petro talem rem, vel quia fornicaſti cum Berta, te excommunico, hæc excommunicatio non valet, quia nulla præceſſit monitio ex parte iudicis, nec contumacia ex parte delinquentis, quæ neceſſariò præcedere debent, c. certum, *vbi gloſa pen. c. Epiſcopi, c. Epiſcoporũ* 11. q. 1. Couar. in c. Alma mater, par. 1. §. 9. n. 4. & eſt de intrinſeca ratione cenſuræ excommunicationis, vt ſub ratione medicinæ, & ad correctionem, & non ad vindictam feratur, c. 1. de ſent. exc. in 6. c. inter hæc, in fine, 33. q. 1. & poteſt cõtingere, vt feratur contra eum, quia iam per contritionem eſt emendatus, Suar. de cenſur. diſp. 3. ſect. 10. nu. 21 Sayr. lib. 1. c. 9. n. 24. Coninch. diſ. 13 nu. 83. licèt aliter dici poſſit *de ſuſpenſione*, & interdicto, quando habent rationẽ puræ pœnæ pro culpis pręteritis, & tũc non requiritur monitio, quãdo priuant bonis temporalibus, ſecus ſi ſpiritualibus. Suar. vbi ſup. Filliu. tr. 11. n. 89. 184. 190. Hurtad. de cenſ. in comm. n. 80 Villalob. par. 1. ſummæ, tr. 16. diffic. 8. n. 6. ſed ſi habent rationem cenſuræ,

ſuræ,& medicinæ, quia viget eadẽ ratio; ſecundò excommunicatio lata ab homine contingere poteſt pro culpis præteritis, vel præſentibus, habito tamen reſpectu ad tempus futurum, quando crimen habet tractum ſucceſſiuum, & reincidentiæ ſuſpicionem, veluti ſi quis vult excommunicare concubinarium ad effectum, vt ampliùs non perſiſtat, & a peccato deſiſtat; vel excommunicare vult latronem, ad effectum, vt furtum reſtituat, & ſimilem, & hæc ſententia particularis cenſuræ propriè dictæ pro peccato præterito, vel præſenti, quod trahitur in futurum, vt rectè, & legitimè feratur, requiritur monitio, quia non apparet facultas data Eccleſiæ, vt quemquam habet vt ethnicum, & publicanum, niſi tan tũ quando eam nõ audierit; nullus autem dicitur Eccleſiã non audire, niſi fuerit ab illa pręmonitus; vndè neceſſariò requiritur monitio ex parte iudicis, & contumacia ex parte ſubditi, vel negligentia; de qua contumacia, mora, vel inobediẽtia non poteſt ſubditus conuinci niſi pręcedat monitio, d. c. ſacro. Sot. in 4. d. 20. ar. 4. concl. 4. Tol. l. 1. c. 11. ſub n. 3. Regin. l. 29. n. 192. Bonac. diſp. 1. q. 1. p. 9. tr. 3. Hurtad. de cenſ. in com. diffic. 20. Coninc. diſp. 13. de cenſ. n. 82. Laym. l. 1. tr. 5. c. 6. n. 4. aliàs ſẽtẽtia cenſuræ eſt nulla. Auil. 2. p. c. 5. diſp. 1. dub. 10. Coninch. vbi ſup. & Hurt. n. 54. & hæc forma citationis quando proceditur per viam ſententiæ debet eſſe ſub comminatione cenſuræ. Auila, & Coninch. V. Barboſ. de iure Eccl. l. 1 c. 20. nu. 51. nam contumacia debet eſſe ratione cenſuræ. Dian. t. 5. tr. 9. reſ. 55. quando tamen non proceditur per viam ſententiæ, ſed per viam præcepti, vel mandati, ſufficit monitio incluſa in ipſo præcepto, vel mandato nõ ignorato. Suar. diſp. 3. ſec. 12. n. 3. Sayr. lib. 1. de cen. c. 12. n. 28. Regin. vbi ſup. vt infra dicetur: monitio autem debet eſſe perſonalis, & ſi quis malitioſè abſcondatur, ſufficit, quòd fiat domi, dummodo tamen ad eius notitiam perueniat, aliàs non erit inobediens. Hurt. de cen. in com. n. 3. Layman, li. 1. tr. 5. c. 6. n. 4. vt de citatione, quando agitur de ſententia declaratoria, dicit Mar. Ant. li. 1. verſ. reſ. q. 71. n. 7. monitio tamen non requiritur, quando cenſura non fertur per modum iudicij, ſed per modum defenſionis, prout quando Parochus, vel Abbas nolit admittere viſitationem Epiſcopi, quia eſt in poſſeſſione viſitãdi illam Eccleſiam, nam tunc ſufficit monitio incluſa ſub præcepto impoſito cum aliquo termino peremptorio moraliter ſufficiente ad deliberandũ, vt ſi intra illud non pareat, ſtatim ipſo iure, & ipſo facto cenſura incurratur. Suar. diſp. 3. ſect. 10. Filliu. tract. 11. n. 86. & ſeq. Alter. lib. 3. diſ. 3. ca. 4. Layman lib. 1. tract. 5. cap. 6. n. 6. ad finem. Bonac. diſ. 1. q. 1. p. 8. n. 20. Valenz. conſ. 6. n. 22. Graf. con. 8. de ſent. exc. addit Barbo. in c. Romana, de ſent. exc. in 6. quòd monitio non requiritur, quando contumacia, vel mora, ſeu negligentia in non obediendo eſt notoria, & Mar. Ant. reſ. 71. n. 9. poſt alios. Dia. p. 5.

tract.

Digitized by Google

tract.9.reſ.18.licet alij contrarium teneant. Tertiò imponi poteſt excommunicatio, vel alia cenſura pro culpis futuris, à iure communi, vel ſpeciali, vel per ſententiam generalem, & tunc monitio non requiritur, ſed tantum promulgatio, quæ ſufficit pro monitione, Sà verbo excommunicatio n.9. Sayr. lib.1. cap.12. num.6. & 19. de cenſur. Viuald. de excommunic. num.15. Auila vbi ſupra, Suar. de cenſur. diſp.3. ſect.8. num.3. & 5. Filliuc.tract.11. num.83. Layman lib.4.tract.5. cap.6. ſub n.5. Hurtad. de cenſur. in communi difficult.18. in princip. num.76. Ricc. in praxi aur. reſ.45. & quando lex excommunicat contrauenientes ipſo iure, vel ipſo facto, vel alia ſimili clauſula, ſufficit citatio ad dicendum cauſam quare non debet contraueniens declarari incurriſſe in cenſuram illam, Sot. 2.2.quæſt. 2. ar.2. in ſecundum, Nauar. lib.1. conſil. tit. de ſent. excom.conſ.10. num.4. Auila de cenſur.par.2. c.5. diſp.1. dub.5.concl.1. Baſſeus verbo cenſura num.15. Suar. de cenſur. diſp.3. ſect.10. Sayr.dicto c.12. num.24.Hurtad.de cenſur.in communi n.78. ad finem Filliuc. tr.11. n.9. Layman lib.1. tr.5. cap.6.n.5. Bonac.diſp.1.de cenſ.in comm.q.1. p.9. num.7. nec requiritur cenſura quando lex comminat contra delinquentes cenſuram ferendam à iudice, Vaſq. 1.2. diſp.158. cap.5. Reginal.lib.15. num.49. Bonacin. dict. p. 9. num.4. & de cenſur. in particulari diſp.3.quæſt.5.p.1.n.3. ſed ſufficit citatio, quare contra ueniens non debet excommunicari, &c. Cenſura etiam, quæ fertur ab homine in modum ſtatuti pro futuris culpis, ſcilicet ſi quis fecerit hoc ſit excõmunicatus, &c.non indiget monitione, Sylu. verbo excommunicatio nu.13.Reginald. lib.9.num.191. Idem dicitur quando iudex Eccleſiaſticus præcipit aliquid, quod ad eius officium pertinet, quia ſi non pareatur, poteſt excommunicare ſine alia monitione facienda ſuper emendatione criminis commiſſi, quia vere ille contumax eſt, & ſatis monet iudex eo ipſo, quod iuſtè aliquid præcipit, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, Innoc. in c. ex parte nu.4. de verb. ſignif. Francus in c. Romana §. fin.de ſent.excõm.in 6. Auila dicta diſp.1.num.10.§.ex dictis, Hurtad. dicto num. 76. Coriolan.de caſib. reſeru. par.1.ſect.1. ar.25. nu.13. vbi num.12.cum Miranda in manual. tom.2. quæſt.35. ar.3. qui loquitur etiam de cenſura lata à Prælato per modum præcepti, & ſufficit in his caſibus citatio, ad dicendum cauſam quare non debet excommunicari, ſuſpendi, aut interdici, ex eo quia, &c. & quod non requiritur monitio, quando fertur præceptum ſub cenſura ipſo facto incurrenda in caſu contrauentionis, c. reprehenſibilis de appell. Layman lib.1.tr. de cenſur. cap.6. nu.5. Suar.diſp.3.ſect.8. num.5. Filliuc. tr.11. cap.4. nu.83. Sayr.lib 1. de cenſur. cap.12. n.28. Sanch. lib.6.decalog. cap.4. nu.50. Bonacin. de cenſur. in communi d. 1.q.1. p.9.n.1. qui loquuntur quando

do præceptum ſpeciale, eſt etiam extraiudiciale ab homine; Præceptum tamen ſpeciale ab homine debet fieri cum cauſæ cognitione cum clauſula iuſtificatiua, *ſiue ſenſeris grauatum*, vt poſt Alter. Campanil. rubr. 11. cap. 15. nu. 68. vel dari in eo præcepto terminus ad allegandas cauſas, ſi quas ſubditus habeat, ob quas non debeat tali cenſura mulctari; quod ſi iudex alicui præcipiat, vt niſi Eccleſiæ infra decem dies v. g. ſatisfaciat, ſit excommunicatus, abſque dicta clauſula iuſtificatiua, vel termino prædicto præceptum eſt nullũ, & per conſequens nulla excommunicatio, vel alia cenſura, Alter. lib. 3. diſp. 3. cap. 5. verſ. addi poteſt, Lazar. de monitor. ſect. 1. quæſt. 1. num. 4. vbi ampliat etiam, vbi dictum præceptum feratur in exequutionem ſententiæ, vel præcepti iam lati.

An verò Prælati regulares, qui iudicialiter ferre poſſunt excommunicationem pro foro externo, vt ſunt Generales, Prouinciales, & Viſitatores Generales, debent etiam ſeruare formam prædictam dicti c. Sacro, ita vt eam non ſeruando incurrant dictam pœnam. Negant Lap. Felin. & alij, quos ſequuntur, Tolet. lib. 1. cap. 10. num. 6. Duard. lib. 1. in Bulla Cœnæ c. 1. q. 4. nu. 8. Mirand. par. 2. quæſt. 35. ar. 9. Sigiſm. de elect. dub. 122. ad finem, ſed de iure contrarium eſt probabilius.

Habent nihilominus Prælati regulares priuilegium ferendi ſine ſcriptis excommunicationem, ex priuileg. Leon. X. vt referunt Portell. in verbo excommunicare num. 1. ad finem. Villalob. par. 1. ſummæ, tract. 16. difficult. 7. Auila part. 1. cap. 5. diſp. 1. dub. 8. Dian. par. 1. tract. 9. reſ. 79. Nald. in ſumma verbo cenſura num. 1. Prælati tamen regulares debent ferre cenſuras precedente monitione, & in ſcriptis, vt ſententia iuſtè proferatur. Sententiam autem excommunicationis, etſi ferre poſſunt ſine ſcriptis ſtante dicto priuilegio, non tamen ſine mon . o ie ſaltem vnam.

Forma monitorij pro delicto præterito, vel præſenti pendente in futurum.

Nos R. P. N. Abbas, &c. vi præſentium monemus Fr. N. religionis noſtræ profeſſum, vt intra terminum ſex dierum incipiendo à die huius noſtræ monitionis, quorum duos primos dies pro primo termino, duos dies ſequentes pro ſecundo termino, & reliquos pro vltimo termino peremptorio, & canonica monitione aſſignamus, reſtituat Patri N. habitum, quem ab eo abſtulit, qui ſi infra dictum terminum noſtris non obediat mandatis, ex nunc ipſum excommunicatum, vel ſuſpenſum declaramus; Aut ex nunc ipſum, ipſo iure, & ipſo facto excommunicamus, vel ab officio, & beneficio ſuſpendimus. Aut ſub pœna excommunicationis, vel ſuſpenſionis. In quorum fidem, &c. Datum, &c.

Forma ferendi cenſuras, contra contumacem, vel denunciandi excommunicatum.

Nos R. P. N. Abbas, &c. cum Fr. N. de

de N. ordinis noſtri ſacerdotem primo iterum, & tertio ad conuincendam eius malitiam mouimus, vt reſtituat habitum P. N. quem ab eo abſtulit, & ipſe huiuſmodi noſtrũ contempſerit explere mandatum, idcirco ſtante eius inobedientia, & contumacia Auctoritate Dei omnipotentis, Patris, Filij, & Spiritus Sancti, necnon beatorum Apoſtolorũ Petri, & Pauli, ac omnium Sanctorum auctoritate eundem Fr. N. eius ſic huiuſmodi contumacia exigente his ſcriptis euitandum, tamquam iam excommunicatum, vel ſuſpenſum denunciamus, (vel ſi adhuc non eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus) his ſcriptis excommunicamus, vel ab officio, & beneficio ſuſpendimus, & tamquã talem denunciamus, quouſque noſtrum perfecerit mandatum, vt ſpiritus eius in iudicij die diſtrictu ſaluus ſit. In quorum fidem, &c. Datum, &c.

Et ex ſupradictis etiam patet, quod poteſt Prælatus præcipere ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſubditis, vt reueletur delinquens, & ſciens tenetur ex vi edicti publici ſupradicti delinquentem reuelare, & qui illum non denunciat cum poſſit abſque vlla monitione incidit in excommunicationem, pariter ſi Prælatus excommunicat, qui furtum committit, ſine alia monitione, qui illud committit remanet excommunicatus, quia præceptum ipſum, & tempus continuò monent, vt habetur in c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. cap. à nobis de ſent. excom. Innocent. in dicto c. ſacro in principio, Io. Andr. ibi num. 2. in verbo monitione, Cardin. Florent. col. 3. num. 9. Lap. alleg. 73. col. 1. num. 2. Rendina in promptuar. tom. 1. tit. 41. num. 11. & ſeq. Barboſ. in dicto c. ſacro num. 3.

Quando Prælatus præcipit alicui ſubdito particulari, v. g. vt reſtituat alicui rẽ aliquã, &c. vel vt non ingrediatur amplius in domo Bertæ, vel quid ſimile, ſi ſubditus contrauenit huiuſmodi præcepto, incidit in cenſuram comminatam, iuxta ſuperiùs dicta.

Forma præcepti faciendi alicui ſub pœna cenſuræ.

Nos R. P. Abbas, &c. præcipiendo mandamus tibi Fr. N. vt ſtatim habito præſenti præcepto *reſtituas* Patri N. tunicam, quam ab eo abſtuliſti ſub pœna excõmunicationis latæ ſententiæ, vel ſuſpenſionis ab officio ipſo facto incurrendę, & ſi de hoc præcepto ſenſeris te grauatum, concedimus tibi terminum viginti quatuor horarum ad allegandas cauſas ſi quas habeas, ob quas non debeas tali cenſura mulctari. In quorum fidem, &c. Datum, &c.

Et ſi eſt Viſitator, vel alius Prælatus, cui viſitandi nolunt obedire, & eũ recipere, & recognoſcere pro Pręlato, poteſt Prælatus, ſeu Viſitator pro ſui iuris defenſione præcipere ſubditis inobedientibus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & alijs pœnis, vt infra 24. horarum terminum obediant, & pareant, & licèt videatur aliquibus Doctoribus ſupra citatis n . . quòd etiam

etiam quando à Prælato procedatur extraiudicialiter pro defenſione iuris ſui requiratur monitio incluſa ſub præcepto, tamen non eſt neceſſaria, imò in hoc caſu non ſolum non eſt neceſſaria monitio, ſed nec eſt neceſſaria ſcriptura, vt poſt Innoc. notat prax. Archiep. Neapolitana, c. 23. n. 4. ad finem. Ricc. deciſ. 240. n. 2. par. 2. de qua re latè loquuti ſumus, par. 1. c. 1. num. 98. vbi traditur forma excommunicandi inobedientes, & ſi eſt delegatus particularis, & ſubditi nolũt ipſum recognoſcere, et obedire, poteſt eos monere, & excommunicare hac forma.

Forma monendi ſubditos à Iudice delegato ad cauſas particulares.

P. N. &c. commiſſarius, &c. fratri N. ſalutem in Domino.

Quia ab Adm. R. P. Generali huiuſmodi literas tenoris ſequentis recepimus (hic ponitur per extenſũ tenor literarum) idcircò iuſſis præfati Ad. R. Patris humiliter, vt fas eſt, obtemperare volentes, tibi Fr. N. ſupradicto auctoritate nobis hac in parte conceſſa, ac mandata, præcipimus, vt coram nobis compareas in cella ſolitæ habitationis noſtræ, in conuentu N. ad noſtris obediendum, et parendũ mandatis in omnibus concernentibus ad noſtrum officium, et hoc infra terminum, etc. quod ſi infra dictum terminum obedire nolueris, ipſo iure te excommunicamus, vel ab officio, et beneficio ſuſpendimus. In cuius fidem, etc. Datum, etc.

21 Exilii, vel confinii pœnã frangens regulariter exulare, et confinari debet per tempus duplicatum, ita DD. in l. aut damnum §. quiſquis, ff. de pœnis, Caualc. de Brach. reg. par. 4. num. 32. Guazin. defenſ. reor. 33. c. 27. n. 1. debet tamen duplicari non totum tempus, in quo fuit condemnatus, ſed tantum illud quod ſupereſt, Bart. in dicto §. quiſquis num. 1. Marſil. de bannitis in verbo confinatus n. 13. Gomez de delict. cap. 8. n. 1. Peguer. deciſ. 41. nu. 1. & ſi frangat exilium, vel confinium iniunctum per decennium, & vltra, condemnatur in exilium, vel confinium perpetuum, & ſi frangat exilium, vel confinium perpetuum, debet condemnari ad triremes, Gomez vbi ſupra nu. 4. & 5. Peguer. nu. 2. 5. & 8. Farinac. fragm. crim. litt. B. num. 90. & non excuſatur frangens relegationem ad effectum viſitandi matrem infirmam, Ricc. deciſ. 67. par. 2. finito tamen exilio poteſt redire abſque licẽtia Curiæ, à qua fuit relegatus, Ricc. deciſ. 67. & 130. par. 2.

Eximentes delinquentes à manibus iuſtitiæ ſi ſunt Clerici, vel religioſi non ſunt puniendi per iudicem ſæcularem, vt volebat tex. l. additos iuxta gl. in l. additos C. de Epiſ. audiẽt. & exiſtimat Garzias de nobilit. gl. 9. nu. 10. ſed puniendi ſunt per iudicem Eccleſiaſticum, quia dicta lex fuit abrogata, vt teſtantur Alberic. Salic. & Fulgoſ. in d. l. additos n. 3. & debent puniri pœna relegationis, Farin. q. 32. à n. 61. & ſeq. Ricc. deciſ. 30. n. 1. lib. 3. ſi erant in manibus iuſtitiæ pro debito ciuili, ſed ſi erant in dictis manibus pro criminali debent puniri maio-

ri pœna, de qua loquitur. Farin. & Amaya deci. 104. relati à Ricc. vbi ſup. nam eximens aliquē à iudicio, iniuriam illi iudici dicitur inferre, cuius mādato in ius vocatur, Cagn. §. is videtur n.27. ff. ſi quis ius di cen. non obtemp. Menoch. conſ. 230. n.62. M. Ant. Eugen. conſ. 31. n.2. & 8. vbi hanc iniuriam atrocē iudicat, etſi eximens delinquentem eſſet laicus, & iudex, cuius mandato ille exemptus in ius vocatus erat, eſſet Eccleſiaſticus; laicus eximens puniri poteſt à iudice Eccleſiaſtico. Iul. Chart. deciſ. 80. num. 9.

23 Falſi pœna tenetur vtens falſis dimiſſorijs ad effectū recipiendi ordines ab alienis Epiſcopis, Ricc. collect. 2064. Thor. compen. deciſ. tom. 1. verbo pœna, & eſt ſuſpenſus ſi ordines recepit falſis dimiſſorijs, & damnatus de illis eſt irregularis, & infamis, Theſſ. verbo falſum cap. 1.

24 Falſi teſtis pęna de iure canonico in Clerico eſt depoſitio, & detruſio perpetua in Monaſterium c. ſi Epiſcopus, & ibi Gemin. 50. diſt. Abb. in c. 1. n. 10. de crim. fal. Couar. in c. quamuis p. 1. §. 7. n. 6. Diaz. in praxi c. 87. & 93. Clar. in §. fal. verſ. pœna autem, Farin. q. 150. num. 41. Char. deciſ. 11. n. 4. quæ pœna hodie eſt mutata in pœnam triremium, aut carceris perpetui, de iure ciuili eſt pœna talionis, ita vt eadē pœna eſt puniendus, qua punitus fuit ille, contra quem falſum depoſuit, Caball. caſu 163. numer. 13. & ſeqq. quod ſi reus detecta falſitate liberatur, teſtis falſus pœna tantū extraordinaria punitur, Fari. q. 67. n. 9. & 14. quæ pœna extraordinaria eſt exilij, fuſtigationis, vel triremium Farin. ib. n. 20. & 21. & in cauſa capitali pœna triremium in caſu, quod ille, cōtra quē depoſuit fuit liberatus, debet eſſe in perpetuum vt plurimum, Cabal. d. caſu 165. n. 13. Ludo. deciſ. 15. n. 44. 52. & ſeqq. Farin. vbi ſupra n. 17. Guazin. defenſ. 28. c. 18. nu. 3. ſi eſt falſus in cauſa non capitali pœna erit arbitraria, ſecundum grauitatem, aut lenitatem delictorum, Cabal. vbi ſupra n. 25. ſi teſtis eſt falſus ad defenſam punitur pœna extraordinaria, Gramm. vot. 5. n. 2. vbi quod quidā fuit cōdemnatus ad triremes ad tempus, & ſequitur Menoch. caſu 306. ſub n. 37. ſed Cabal. vbi ſupra n. 23. & ſeqq. dicit, *quod variantur pœnæ ſecundum* circumſtantias aggrauantes, & aliquando condemnantur ad triremes, aliquando in pœnam fuſtigationis, aliquando exilij, aliquando relegationis. Si teſtis deponit verum, ipſi tamen ignotū, dicitur potius deponere falsò, quam falſum, & tenetur pœna extraordinaria, qua pœna tenetur etiā ille, qui ad hoc deponendum falſum ſubornauit, Cabal. caſu 38. & qui ſubornat, ſollicitat, vel mandat ad falſum deponendum in cauſa criminali eadē pœna qua faciens tenetur, l. v. ff. ad l. Corn. de falſ. Clar. q. 89. nu. 1. Menoch. de arbitr. caſu 352. in principio, et caſu 353. n. 2. Farin. vbi ſupra n. 236. Cabal. caſu 41. n. 1. et ſeqq. Chartar. deciſ. 11. nu. 5. ſed effectu non ſecuto in cauſa non atroci nulla pœna tenetur, Guazin.

de-

defenſ.28.n.8. et 9. Quando clericus in teſtem productus repellitur via exceptionis tamquam falſarius non punitur pœna ſupradicta de iure canonico illi impoſita, ſed tantũ à teſtimonio repellitur;præpoſitus in c.Epiſcopus 50.diſt.Roderiq. qq. regul.32. ar.1. tom.2. et tunc punitur pœna debita, quando eſt directè accuſatus de falſo, et eſt conuictus, vel in iudicio confeſſus, et committitur falſum, non ſolum dicto, vt accuſator, vel teſtis falſus, ſed etiam ſcripto, vt ſi notarius, vel actuarius falſum ſcribant; ac etiam vſu, vt qui falſis teſtibus, et probationibus vtitur; ac etiam facto, vt ſi quis aliam ſupponat loco abſentis, vel contrafaciat manum, aut ſigillũ alterius, vt dicit Monticell. regul. crim. 15.n.81.q.150.n.65.requiritur tamen vt dolo id faciat, idem n.66.Caputaq. deciſ.3.nu.16.pa.2. et omnes tenentur pœna falſi. Poteſt tamen falſitas excuſari, nempè quando committitur ſine dolo, quia vbi non extat dolus falſitas non habet locum, l.1. in princip.ff. de falſis, l.quid ſit falſum, ff. de falſ. Boſſ.tit. de defenſa reor.nu.69.Farin. q.44. n.22. et dolus non præſumitur regulariter, Gandin. tit.de falſar.n.29.Farin.q.67.n.103 in dubio præſumitur error, Boſſ.d. nu. 69. nec quando falſitas non eſt nocibilis, quia tunc etiam, quod eſſet doloſa non punitur pœna ordinaria, l. damus cum ibi notatis C. de falſis, Boſſ. n.70. et in tit.de falſis nu.83. 84 85. nec quando eſt nocibilis, ſed in facto non nocet, Farin.d. q.67. n.193. et 219. Caſtr. Pal.p.1.t.4. diſ.8.p.15.§.6.n.13.quia tunc punitur pęna extraordinaria, & eadem pœna punitur, qui falſum deponit ſine iuramento. Farin. nu. 194. aut quando committit falſum in generalibus, ideſt, in non pertinentibus ad negotium principale, de quo interrogatur. Boſſ.in tit. de falſis, nu.146.& 148.& teſtis deponens falſum debet de neceſſitate concludere falſitatem, vt poſſit puniri, & ſi habet aliquam præſumptionem pro ſe excuſatur. Boſſius ibidem, num,134.& in tit. de defe. reor.n.70.

Fur ſi eſt clericus præter infamiam, & irregularitatem, quam pro furto incurrit de iure canonico eſt deponendus, & in monaſterio arcto detrudendus, cap.tuæ, de pœnis, cap. fin.de pœnis.Farin.q.167.n.9.quod procedit quando furtum quoad quantitatem, vel qualitatem rei furatæ, aut modum furandi magnum ſcelus committit, & ſi iura canonica loquantur de clericis, fortius procedunt, quoad regulares, quando ex proprijs eorum ſtatutis non eſt taxata alia pœna. Lezana in ſumma cap.9.n.43.& in verbo furtus, n.2. Megal. in praxi, c.18.n.18. Pellizar. tr.9.c.4. n.191. & pœna augetur iuxta quantitatem, aut qualitatem furti, & conſuetudinem furandi, Lezan.dicto n.2.& Aldret. ab eo citato, & Ciarlin.c.207.n 45. ex Diaz 139.dicit, quod non ſolet deponi, ſed condemnari, vel pœna exilij, vel carceris, vel triremium; nam pro magno furto poteſt quis condemnari ad triremes. Farin.qu. 19.n.14 Guaz.def.33.c.4.n.9.Ciarl.

vbi ſupra nu.31. & quando furtum eſt ſacrilegio mixtum quia acrius punitur,nempè pęna mortis, Boer. deciſ.254. Boſſ. tit. de ſacrileg.n.4. & deciſum refert Afflictus ſuper conſtit. multæ leges contra quendam,qui crucem argenteam abEccleſia S. Laurentij furto ſubtraxit, & concurrente ſola qualitate ſacrilegij,pœna vltimi ſupplicij fures ſolent puniri. S. Felic. deciſ. 25.nu.3. & Muſcatel.in praxi delictor.tit. de ſacrilegio n.20.teſtatur de alio fure furca ſuſpenſus, qui ab eadem Eccleſia S.Laurentij abſtulerat aliqua paramenta,& S.Felic. deciſ.343. tom.2. refert, quòd quidam fur,qui pyxidemSS.Sacramẽti ſurripuit,fuit raptus per ciuitatem & poſt amputationem manus fuit furca ſuſpenſus, & de alio,qui etiã fuit furca ſuſpenſus, qui patenam ab Eccleſia ſurripuit, de clerico inquiſito de furto rerum argentearum Eccleſiæ teſtatur, Ricc. deciſ. 292.par.2. quod fuit condemnatus per quinquennium ad remigandũ, & de alio clerico, qui ſubtraxerat ibidem, quod fuit condemnatus ad triremes per decennium deciſ.17. n.4.par.3. & quo ad religioſos, negari non poteſt, quòd magnum ſcelus committunt,quando in proprio Monaſterio furtum faciunt, non ſolum quia eſt furtum domeſticum, ſed quia votum paupertatis etiam tranſgrediuntur,Lezana cum alijs ab eo citatis dicto verbo furtum n.2. Sanch.lib. 7. c.11.nu.7. Megal. d.c.18.n.18.Caſtr.Pal.pa.3. diſp.3. p.20. nu.4. & addit Megal. quod ſi clericus de iure canonico poſt depoſitionem debet recludi in perpetuum Monaſterium, religioſus debet recludi in perpetuũ carcerem,& quod religioſi,ſiue ſubditi, ſiue ſuperiores,ſcilicet quando iſti contra regulam, & ſtatuta largiuntur,vel expendũt eleemoſinas datas pro Monaſterij, vel religioſorum neceſſitatibus, nam furtum, & peccatũ etiã proprietatis committunt, Graff. lib.3. de reſeruat. c.7.n.11. Sayr. lib.9.c.18.21.Azor. par.1.c.11.q.6. Sanchez lib.7.c.26. n.7. Layman lib.4.tr.5.c.6.nu.9. & 10. & furtum committunt non ſolum, quando auferunt aliquid de communitate, ſed etiam quando auferunt aliquid alicui religioſo particulari conceſſum, quia dominiũ ſemper manet apud *Monaſterium*, *P.Franc.Longus* de hoc caſu reſeruato dub.3.4.& 5.Graff.li.3 de caſib.reſer.c.7. n.21. & 34.& eſt furtum crimen publicum, de iure canonico,Farin.q.18. n.16. Ciarli. c.65. n.10.q.1. n.8. & eſt de genere eorũ delictorum,quæ ſunt difficilis probationis,Maſcar.concl.830.n.1. Fari.q.136.n.1.Ricc.pa.1.deciſ.62. n.2.&licèt probetur corpus delicti in hoc delicto furti quando probatur fractura muri,& capſæ,ſi adeſt hoc veſtigium, tamen ex quærela data cenſetur probatũ corpus delicti, & ſufficit ad inquirendũ,quando patronus rei ablatæ, ſit bonæ famæ,Far.q.176.n.3.& ſi adſunt legitima indicia poteſt deueniri ad torturam,licèt non poſſit condemnari in furto notabili ſi reus in tortura fateatur,niſi demonſtret furtũ Farin.q.2.n.15.Item vociferatio,& ac-

acclamatio facta à læſo conquerente cum vicinis de furto, ſi eſt bonæ famæ ſufficit ad inquirendum, item fuga famuli Domino conquærẽte, item inuentio ſcalæ ad domum vbi furtũ dicitur factum, item ſtrepitus & rumor à vicinis auditus, de quibus loquitur, Farin. d. q. 2. à n. 16. & ſeqq. debet vlterius probare accuſator rem ablatam fuiſſe ſuam eo tempore, vel paulo ante. Fari. ibid. n. 19. Guaz. in defe. 4. c. 7. n. 3. varia indicia furti refert, idẽ Fari. à n. 50. & Merli. dec. 88. vt videre eſt apud eos. Et quo ad religioſos diſcrepãt DD. in aſſignando valorẽ rei magnum furtum conſtituentem, duos argẽteos ſufficere, dicit Mendo. q. 8 de pauper. relig. tres argenteos reſpectu Monaſteriorũ ditiſſimorum, duos reſpectu mediocrium, & vnũ reſpectu pauperũ, dicit de S. Fauſt. li. 8. q. 193. de paup. quatuor argenteos requirit. Sanc. l. 7 c. 20. n. 3. & 5 apud Dia. p. 1. tr. 6. reſ. 36. ſed quidquid de hac diuerſitate, quælibet ex dictis sũmis ſufficit ad puniendum criminaliter religioſum propter votũ paupertatis, dicit Bord. in praxi crim. c. 97. n. 8. Fur ſacrilegus, qui cũ eſtractione ſpoliat Eccleſias eſt excommunicatus, & per Papam tantũ poſt denũciationem abſoluitur, & fractio contingit cõtra portas, ſeras, vel muros, aut moueat cardines, vel frãgatur feneſtra aut impellatur, ſa der e Syl. exc. 7. n. 17. Say. de cen. l. 3. c 29 n. 6. Theſ. de pœn. verb. ſacrileg. c. 3. ſacrę res ſecundũ Gom. var. reſ. c. 5. de furto n. 11. dicuntur, cuſtodia, calix, ara, veſtimentum, & ſimiles res, vota appenſa in Eccleſijs pro deuotione fidelium, Dec. li. 6. c. 30. n. 30. & ſi res per Pontifices, ſeu Epiſcopos non ſunt conſecratæ ſufficit, vt ſacrorũ vſui ſint dedicatæ vt eas furantes cõmittant ſacrilegiũ, & huiuſmodi res ſunt cibaria, phialæ, capſulæ, feretra, libri, ornamenta, mappæ, linteamina altariũ, cortina, cera, gazophilaciũ, ſeu arcula in qua ſacræ eleemoſinę coniiciuntur, vnde quando aliquid ex prædictis rebus ab Eccleſiis ſubtrahitur, dicitur ſacrũ de ſacro tolli, & de iure ciuili verum ſacrilegiũ dicitur, ita Pegu. Tertiò, quia de iure canonico etiã ſacrilegium cõmittitur auferendo ſacrũ de nonſacro, aut non ſacrũ de ſacro c. quiſquis 17. q. 4. & Dec. videtur concordare cum Peguera aduertendũ, vbi dicit, quod aliquę res quæ non conſecrãtur, neq; benedicuntur, vt lampades, libri, phialæ, capſulæ, linteamina, mantilia, & alia ſimilia ornamenta tam ad vſum quàm ad ornatũ ſi auferuntur ſacrilegiũ committitur, ſicut ſacra, vel benedicta, vtraq; enim ſacrilegium eſt, vno tamẽ altero grauius, & Farin. inter res ſacras numerat paramenta altaris, & ornamenta Eccleſiæ, & S. Felic. refert pluries fuiſſe fures vltimo ſupplicio punitos, qui vnã ex prædictis rebus excedẽtem valorem vnceæ furauerũt. Quo ad ſæculares pro furto ſimplici magnæ quantitatis de iure communi ſecundũ æquiorem ſententiã pœna triremiũ ſolet imponi, Far. de furt. q. 167. n. 4. ſed pro tertio furto pęna erit vltimi ſupplicii, licèt bis prius eſſet ad triremes cõdemnatus, Cab.

calu

caſu 18.n.8.Sanfelic.deciſ.39. nu.7. nam illa duo furta deſeruiunt ad aggrauandum tertium furtum.

25 Fur manifeſtus, & in flagranti captus, dicitur deprehenſus etiam poſt aliquos dies cum re furtiua, priuſquam eò loci res pertulerit, quò deſtinauerit, l.3. in fine, ff.de furtis, §. furtum autem, inſtit. de oblig.quæ ex delicto naſcunt.Sanfel. dec.272.

26 Fuſtigationis, & carenæ pœna, pro turpibus, & infamibus delictis imponi ſolet, ſcilicet furibus, inciſoribus burſarum, truffatoribus, falſis teſtibus, blaſphematoribus, & ſimilibus facinoroſis. Farinacius q. 19.n.29.Ricc.deciſ.104.par.2.& infamiam infert Menoch.de arbit. q. 80.num.40.& 41.& conſ.123. nu.4. Cacherau.conſ.17. nu.3. Ludouic. deciſ.Lucenſ.1.p.1.

27 Homicidium committens ſubditus in perſonam ſuperioris,licet debeat degradari, & tradi Curiæ ſæculari dicat Roderiq. qq. regul. 34. ar.1.contrarium tamen, quod debet deponi, & puniri pœna triremium, vel carceris in perpetuum dicunt Abb.in c.at ſi clerici,nu.39. de iudic.Diaz in ſua praxi,cap.97. Roland.conſ.4.num.13.lib.1.Mirãda in manual.tom.1.quæſt.51.ar.2. concl.3.Farinac.qu.119.num.55.& ita deciſum refert Chartar. dec.66. vbi quidam Varanus religioſus ob homicidium in ſuum priorem commiſſum, fuit habitu religioſo ſpoliatus,in opus remigandi perpetuò damnatus,excommunicatus, & irregularis declaratus, & ita etiam Flamin. Chartar.in ſuo conſil. impreſſo poſt dictam deciſionem Chartarii,num.61.vbi dicit etiam, quod clericus pro homicidio proditorio eſt deponendus,& non tradendus Curiæ ſæculari ex Doctoribus,in cap. cum non ab homine, de iudic.& ibi Aret. num.80. Dec. in c.at ſi clerici, num.250. eodem tit.& ibi etiam Bero, nu.181. Clar. qu.36.verſ.pariter.Diaz in cap.90. aliàs 95. & ibi Lopez, Rimin. iun. conſ.685. num.30. & ſeq. lib. 6. & quendam ſacerdotem regularem pro pluribus ſacrilegijs ab eo cõmiſſis,eſſe deponendum,& pœna perpetuæ remigationis damnandũ concludit dictus Flamin. Chartar. qui regularis pro homicidio commiſſo etiam in perſonam ſuperioris, poteſt abſolui, & *diſpenſari* à ſuis Prælatis,ſecundùm ſpecialia priuilegia mendicantibus conceſſa. Suarez tom.5. ſect.1. num. 79. ad finem.Reginald.lib.1. num.244. priuilegia referuntur à Roderiqu. qq.regul.20.ar.13.num.1. Alphonſ. de Leon de cenſur.recollect.5.num. 594. & ſequ. & num. 596. inquit, quod ſtante priuileg. Clem. IV. ab eo relato, Prælatos poſſe ſubditos abſoluere ab excommunicatione etiam ſi ex percuſſione fuerit ſequuta membrorum mutilatio, & homicidium, quia conceditur diſpenſare in foro conſcientiæ,in quibuſcumque irregularitatibus,& inhabilitatibus, etiam ſi talia forent propter quæ ad ſedem Apoſtolicã haberi ius eſſet acceſſus.

28 Inceſtus pœna de iure ciuili eſt deportationis,quoad viros, lege ſi quis viduam,ff.de quæſtion.Franc. deciſ.

deciſ.328.par.2.Theſſ.deciſ.100. n. 5.ad finem.Cabal. caſu 200. nu. 19. & quoad mulieres, eſt detruſio in monaſterium.Foller.conſ.79. num. 1.& 2.Cabal.dicto num.19. vbi deportatio non eſt in vſu, pœna eſt arbitraria, idem num. 23. Inter aſcendentes,& deſcendentes eſt pœna mortis Boer.deciſ.318.Ant.Fab. deciſ.5. Baiard. in §.incæſtus, nu.4. & ita deciſum refert Theſſ. deciſ. 100. inter tranſuerſales, fratres, & ſorores,refert idem Theſſ.quod in caſu ſucceſſo ambo fuerunt verberati, & poſteà frater ad remigandum in perpetuum damnatus, & ſoror in perpetuum exilium miſſa, & quidam Notarius,qui carnaliter cognouerat matrem; & filiam fuit vltimo ſupplicio affectus, refert Clar.vbi ſupra. Et alter, qui in vxorem duxerat quamdam mulierē, cuius neptem prius grauidam reddiderat, ad perpetuas triremes fuit damnatus,refert idem Clar.de iure canonico pœna incæſtus eſt depoſitio, & carceris mancipatio, cap. illa lex 36. qu.1. Diaz in ſua praxi, cap.87.num.1. Decian.lib.6. ca.23. num.13. Menochius de arbitr. caſu 501.Farinac.qu.149.num.34. inducit infamiam iuris,& irregularitatem ſecuta condemnatione. Sayr. lib.7. cap.11. num.12. & ſi clericus cum matre, et filia fornicaretur, aut cum duobus ſororibus,aut conſobrinis, eſt deponendus, et carceri ad tempus mancipandus iuxta qualitatem ſcandali. Diaz,vbi ſcādali,et aduertendum eſt,quod multi Doctores dicunt,quod ſi quis cognouerit aliquam mulierem carnaliter, et poſtea fornicatus fuerit cum eius conſanguinea ad quartū gradum, incidit in crimen incæſtus,ita dicunt Diaz cap.84.num.3. Couar.de ſponſal.et matrim. par.2. cap.6.§.8.num.3.Corrad.in practic. tit.de incæſtu,num.9. Bermond. de public.concubin.tit. de incæſtu,nu. 3.ſed poſt Concil.Trident hæc opinio non procedit, quia affinitas ex illicito coitu proueniens non extenditur vltra ſecundum gradum, vt aduertit Ignat. Lopez ad Diaz dicto cap. 84. in fine. In ſtatu Eccleſiaſtico per Bullam Sixti Quinti ſtatuta fuit pœna rigoroſa vltimi ſupplicij pro incæſtu, in caſu quo quis cognouit matrem, et filiam,aut duas ſorores, et eandem pœnam imponit ipſis mulieribus cognitis ſcienter, vt patet ex dicta Bulla.

29 Iniuriantes iudicem ſæcularem ſi ſunt religioſi debent puniri à ſuo ſuperiore pœna arbitraria ſecundùm qualitatem iniuriæ, capite dilectus,de pœnis.Ceſped. de exemp. regul.dub.292.in fine;nam pœna iniuriarum eſt iudici arbitraria,lege item apud labeonem,§. ait prætor,ff.de iniur.Clar.in §.iniuria,n.8. et ibi Baiard.num.47. Theſſ.deciſ. Pedam.18. ſub num.1.et deciſ. 229. num.7.et quæſt.27.num.139. et qu. 105.num.56.Cabal.caſu 71.num.2. et poteſt extendi vſque ad exilium, l.fin.ff.de iniur.Peguer.deciſ.13.nu. 19.vbi ita deciſum refert,vltra honoris ſatisfactionem, et poteſt etiā extendi ad pœnam corporis afflictiuam, quamuis iniuria eſſet tantùm verbalis.Ludouic.dec. Lucenſ.

4.n.20.Farinac.qu.105. num.9. ſcilicet,quando grauitas,& atrocitas iniuriæ id expoſtulat, & atrox iudicatur iniuria, quæ infertur Magiſtratui, vel iudici, leg. prætor dixit, §. atrocem, & ibi gloſa, & Doctores,ff.de iniur.§.atrox,inſtit. eodem.Franc.Marc. deciſ.34. nu.1. par.2.vbi, quod debet puniri pœna carceris. Menoch. de arbit. caſu 263.num.5.Theſſ.deciſ.229.num.2 & ſequ.Farinac.q.17.n.37.& q.105. nu.198. Cabal.caſu 87.num.1.& 5. Iul.Chartar.deciſ.63.num.22.& 23. & dolus,et animus iniuriandi præſumitur quando verba ſunt de ſui natura iniurioſa, ita ad eum, qui verba iniurioſa protulit incumbit onus probandi,quod eam non protulit animo iniuriandi,DD.in lege ſi non conuicij, ff.de iniur. Baldus conſ.230.lib.3.Farin.dicta q.105.n. 113.117. nec creditur iuramento iniuriantis, quod non animo iniuriandi ea protulit, ſed hoc debet probare. Baiard. vbi ſupra nu. 59. ex grauitate conuicij, vel criminis obiecti grauis iniuria exiſtimatur, & quo grauiora ſunt verba,eò etiã atrocior eſt iniuria,gl.in l.inimicitiæ, ff.de ijs quib.vt indign. Farin. dicta q. 105.num.177. & licet iudicis arbitrio relinquatur iudicandũ, quæ iniuria, ſiue verbalis, ſiue realis dicatur leuis, vel grauis, aut atrox. Clar.dicto §.iniuria, num. 1. & ſequentibus. Menoch.de arbitr. caſu 263. ex circumſtantijs tamen arbitrari poteſt, & debet, inſpecta qualitate perſonæ, loci, & temporis,nã maior eſt iniuria,quæ fit ſacerdoti,quã ea,quę fit laico; maior ea,quæ fit iudici, quam ea, quæ fit perſonæ priuatæ,latè Chartar.dec. 63. num.22. nam pœna ſemper augetur ratione qualitatis perſonæ offenſæ, ita vt ſi pœna pro delicto eſſet exilij, augetur vſque ad pœnã triremium, & ideò quidam, qui percuſſit Guardianum certi monaſterij cum baculo, fuit condemnatus ad triremes per quinquennium. Theſſ.deciſ.224. num. 1. Chartar. deciſ.82.num.39.Idem dicitur de iniuria, ratione loci, nam maior eſt iniuria, quæ fit in foro, platea, theatro, Eccleſia, vel alio loco Sacro, quam ea, quæ fit extra, vnde quidam,qui aſcendit per feneſtram cauſa furandi in loco Sacro, & ibi etiam monacum vulnerauit,fuit in pœnam mortis condemnatus, ratione perſonæ offenſæ, & loci Sacri; refert Sanfelicius deciſione 34. & de hac re loquitur etiam Chart. deciſ. 63. idem dicitur de iniuria facta ratione temporis, nam maior eſt iniuria facta eo tempore, quo in Eccleſia celebrantur Diuina officia, vel eſt expoſitum Sanctiſſimum Sacramentum,quam facta in alio tempore, maior eſt iniuria facta hebdomada Sancta, vel in feſtis Paſchalibus, quam facta in alio tempore; facta etiam in multitudine hominum reputatur atrox. Caualc.de brach.reg.par.4. n.96.97.

30 Libelli famoſi authores de iure ciuili pœna capitis puniuntur,non, ſolum hi, qui ipſum ſcripſerunt & compoſuerunt, & ediderunt, ſed etiam hi, penès quem libellum famoſum inuenitur,niſi ipſum corru-

perint,

perint, vel combuſſerint, aut inuentum nulli reuelauerint, l. vnica C. de libell. famoſ. quia reputantur authores delicti, l. vnica, C. de famoſ. libell. Graff. de caſib. reſeru. n.5. & hi puniuntur pœnâ deportationis. Turrecrem. in c. de prima 5. q. 1. & ſecundum canones flagellantur, & excommunicantur, c. fin. §. ſi quis famoſ. 5. q. & ibi gl. Graff. vbi ſupra nu. 15. & 16. ſunt etiam infames de iure ſi ſunt per ſententiam condemnati, tex. & gl. in c. 1. 5. q. 1. Graff. vbi ſupra nu. 23. aliæ pœnæ ſunt contra ipſos impoſitæ, Sayr. in Clau. reg. lib. 12. c. 4. n. 10. Theſ. in praxi par. 2. verbo libelli famoſi c. 1. Libellum famoſum inuentum penes aliquem author ipſe præſumitur, ſi non indicat authorem, Farin. q. 105. nu. 455. & conſ. 145. & non punitur niſi publicetur, idem dicto n. 455. Pius V. in Bulla 147. incipit Romani Pontificis, infligit vtriuſque iuris pœnas ſtatutas contra ſcribentes, dictantes, tranſmittentes, & non lacerantes libellos famoſos contra diuulgantes requiritur dolus, ideo ſi quis ex ſimplicitate diuulgat non debet ei imputari illa diuulgatio, dicit Graff. de caſib. reſeru. n. 13. & non punitur niſi publicetur doloſe. Far. q. 105. n. 455. & famoſus libellus eſt ſcriptura, vel ſignum infamiam continens alicuius de crimine occulto, illud publicans, ita poſt alios, quos citat Lezana verbo libri n. 13. ſcilicet ponit in loco publico, vt ad aliorum notitiam perueniat, c. 1. 5. q. 5. c. in iure 11. q. 3. requiſita vt quis puniatur de libello famoſo ponit Bertazol. conſ. 237. n. 5. ſi accuſatus, vel inquiſitus de libello famoſo negat ſcripturam, comparatio litterarum facit indicium ad torturam. Franc. deciſ. 839 par. 2.

31 Literas, ſeu obedientiā ſuperioris lacerans punitur graui pœna, vnde quidam, qui lacerauit mandatum, ſeu citationem ſuperioris fuit relegatus per quinquennium, refert Vrſill. ad Afflict. deciſ. 274.

32 Literas aperiens, & aduerſario mittentis oſtendens incidit in pœnam falſi. Bart. in l. teſtamentum, ff. ad l. Corn. de falſ. Panorm. in c. cum olim. el 2. de offic. deleg. Felin. ib. n. 2. Diaz. in prax. c. 106 Baiard. in §. falſ. n. 205. Roderiq. qq. regul. 36. ar. 2. to. 3. & mortaliter peccat, ſi aperiat animo nocendi, vel cū graui detrimento aliorum, Graff. p. 1. dec. li. 2. caſu 135. n. 31. Azor. to. 3. li. 13. c. 31. dub. vlt. Pelliz. in manual. tr. 9. c. 4. n. 222. qui propriè loquitur de religioſis, & ſufficit vt quis litteras aperiat, legat, & alteri oſtendat, vt poſſit quis puniri extraordin. Sylu. verbo falſarius n. 2. Bellet. diſquiſit. cleric. de pœnis cleric. §. 43. n. 2. Baiard. vbi ſupra Pelliz. d. n. 222. & ſi diuulgaret contenta in literis ad alterius iniuriā tenetur actione iniuriarum, Pelliz. ibid. Baiard. n. 206 tenetur etiam pœna falſi, qui literas alteri ſcriptas lacerat, vel comburit, vel remouet ab ea ſigillum, Pelliz. vbi ſup. Baiar. n. 207. eadem pęna tenetur ſigillās literas alieno ſigillo abſq; expreſſa atteſtatione.

33 Literæ clauſæ, quæ de occulto crimine alicuius tacito nomine ſcri-

ſcriptoris ad iudicem, vel ſuperiorem mittuntur largo modo libelli famoſi appellantur, c. inquiſitionis §. ad hæc, de accuſat. ex qua notitia non poteſt procedi ad ſpecialem inquiſitionem, etiã ſi notificentur teſtes, vt in dicto §. ad hæc, & ibi Panorm. Roderiq. qq. regul. 6. ar. 10 quia nullam inducunt infamiam, l. vnica, C. de libel. famoſ. & tales litteras ſcribentes poſt diligentem inquiſitionem reperti ſunt à Prælato puniendi, gl. in dicto §. ad hæc, verb. in occulto, pœna arbitraria. Roderiq. dicto ar. 10. Peyri. in formular. lit. P. c. 16. n. 18. Pellizar. tr. 9. c. 4. ſect. 3. n. 223. & poteſt Prælatus generaliter inquirere ex huiuſmodi litteris, quia ad hanc inquiſitionem non requiritur infamia. Aldrete de diſcipl. relig. lib. 1. c. 7. nu. 31.

34 Miſſam ſi quis in vna die bis celebrat punitur tamquam ſcandali fomitem præſtans, excipiuntur tamen plures caſus à Sylu. verbo miſſa, dummodo ſacerdos in 2. miſſa ſit ieiunus, & non ſuſcipiat in prima miſſa purificationem, hodie tamen ob frequentiam ſacerdotum non ita facile admittuntur in ſupradictis caſibus relatis à Syluestro, & tantùm admittitur, quando vnus Parochus annexam aliam habet, quæ clericum ſuſtinere non valet, vel quãdo deficiẽte ſacerdote populus in die feſto Diuino Sacrificio caret, vel quando Eccleſia eſſet parua, & populus multus, & frequens, cum licentia tamen iudicis Eccleſiaſtici in Eccleſia annexa, & in non annexa ſi per tempus licuerit, & neceſſitas ſubito non occurrerit. In caſibus autem non permiſſis celebrans duas miſſas eodẽ die pœna arbitraria eſt puniẽdus, iuxta facti qualitatem, & ſcandalum. Diaz in praxi, cap. 35. Menoc. de arbit. caſu 407. n. 5. Mar. Anton. Genuenſ. in prax. Archiep. c. 64. aliàs 79. n. 2. Henriq. conſ. 83. num. 5. Maiol. de irregularit. lib. 3. c. 15. nu. 6. & ideò tale delictum aliquando fuit punitum pœna pecuniaria, locis piis applicanda, & in ſuſpenſionem per plures menſes à celebratione miſſarum, aliquando in pœnam exilij, aliquando in pœnã carceris, aliquando triremium, ſecundum maiorem, aut minorem ſcandalum, vnde quidam ſacerdos, qui per plures menſes, ex auaritia pro pecunia plures miſſas celebrauit, fuit condemnatus ad triremes per tres annos; refert Chart. dec. 25. & ita in ſimili caſu referunt Mar. Ant. Genuenſ. vbi ſupra, & Riccius deciſ. 351. par.... quæ pœna inducit infamiam etiam peractã pœnitentia, & conſequenter irregularitatem, à qua Epiſcopus non poteſt diſpenſare, cùm ſit crimen maius adulterio. Theſ. de pœnis, verb. miſſa, c. 5

35 Miſſam celebrans, aut confeſſionem audiens non conſtitutus in ſacerdotio, plures pœnas incurrit, primò, incurrit irregularitatem, ſi eſt clericus, aut religioſus, c. 1. & 2. de cleric. non ordin. miniſtr. Sylu. verbo irregularis num. 14. Nauar. cap. 27. num. 242. Angelic. Sà, Roſella, Armilla, Couar. & Henriqu. citati à Layman de irregul. cap. 3. num.

n. 3. & etiam ſi eſſet laicus celebrā do, aut confeſſiones audiendo, incurrit irregularitatem. Sayr. lib. 7. cap. 10. num. 6. & alii citati à Chard. deciſ. 14. num. 4. 5. & 6. licèt aliqui teneant ſolos clericos fieri irregulares, vt Suarez diſp. 32. de pœnit. ſect. 7. num. 2. Bonacina de irregul. qu. 3. p. 6. nu. 4. ſecundò, incurrunt pœnā falſariorum. Barboſ. in dicto cap. 2. nu. 3. Farinac. q. 150. num. 85. Tertiò, ſubiicitur punitioni inquiſitorum, & ſi eſt clericus, vel religioſus debet degradari, & Curiæ ſæculari tradi pœnis debitis plectendus, ex conſtit. Pauli IV. Sixti V. & Clem. VIII. in conſt. quæ incipit alias, dummodo excedat annum 20. ex Bulla Vrbani VIII. incipiens Apoſtolatùs, ad incurrendas has pœnas ſufficit vnus actus. Diana par. 4. tr. 7. reſ. 11. Nouar. lucer. regul. verb. ſacerdos, n. 6. ſcilicet vnam Miſſam celebrare, vel vnam confeſſionem Sacramentalem audire. Souſ. in opuſc. de ſollicitant. tr. 1. cap. 9. num. 8. & in Aphoriſm. inquiſit. lib. 1. cap. 32. n. 9. etiam ſi celebrans, miſſas non perficiat, nec verba conſecrationis proferat. Souſa dicto cap. 9. num. 19. & in Aphoriſm. dicto cap. 32. num. 6. Carena de Offic. S. inquiſit. p. 2. citat. 11. §. 3. num. 15. Tranſmiera in ſtimulo fidei q 4. c. 5. nu. 7. aut ſi confeſſiones audiat, non abſoluat. Treita in tract. de confeſſ. ſollicit. qu. 13. num. 36. Souſa dicto cap. 9. etiam ſi generalem confeſſionem audiat, & non ſpecialem peccatorum, licèt mitiùs in hoc caſu, quando non abſoluit, dicat Bordon. reſolu. 9. num. 9. & 17. Tranſmiera vbi ſupra, Souſa dicto cap. 9. nu. 10. & in Aphoriſm. c. 33. n. 4. Et quia in dictis Bullis requiritur temeritas, & præſumptio, his deficientibus non incurrit transgrediens pœnā ordinariā, cūſit deſpontè comparentibus, ſcilicet quando nulla præcedente accuſatione, vel denunciatione, nulliſque receptis probationibus, ſeu indiciis, non citatus, aut monitus quis comparuit, & ſua crimina humiliter, & ingenuè confeſſus fuerit, huic remittuntur pœnæ ſupradictæ. Vnde cum quodam ſpontè comparente, præter abiurationem de vehementi, & declarationem in curſus irregularitatis ſalutaris pœnitentiam arbitrio Inquiſitoris fuit impoſita, vt teſtatur Chart. deciſ. 15.

36 Monetam Eccleſiaſtici, & Regulares in tota Italia exiſtentes, falſificantes, aut tondentes traduntur brachio ſæculari ex conſt. Vrbani viii. incipit, in ſuprema, ibi, quæ aureas, vel argenteas monetas tōdere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare, ſeu etiam quomodolibet adulteratas, ſcienter erogare, aut exponere præſumpſerint, requiritur ergo præſumptio ad incurrendas dictas pœnas, requiritur etiam effectus conſummatus, quia ſi quis incepiſſet fabricare falſam monetam, & deinde pœnitens ex ſua libera voluntate non perfeciſſet, ſed deſtruxiſſet id quod cœperat facere, his pœnis non tenetur Lezana in verbo monetarii, num. 2. ex Guidio. lib. 3. de mineralib. tit. 9. de moneta, quæſt. 71. numero 104.

Peyr.to.3.priuil. conſt.12.aliàs 22. Vrbani c.12.n.2.& quoad erogantes addit, ſcientes erogare, aut exponere præſumpſerint, vnde requiritur, quod ſciant monetas eſſe falſas, & hoc non obſtante præſumant etiam eas erogare. Nec poſſunt ſuperiores regulares in Italia cognoſcere,& punire delinquentes de hoc crimine, quia extra ſtatum Eccleſiaſticum ad ordinarios locorum ſpectat cognitio huius cauſæ priuatiuè etiam ad ſuperiores Religioſorum, qui ſi impedire præſumpſerint, aut moleſtare, vel perturbare iudices, ad quos ſpectat cognitio huius cauſæ, incurrunt pœnam excommunicationis latæ ſententiæ, & priuationem beneficiorum, & officiorum obtentorũ, & inhabilitatem ad alia in futurũ, vocisque actiuæ, & paſſiuæ, imò præcipitur ſuperioribus, vt delinquentes cum ſcripturis, & actis, ſi quæ factæ fuiſſent, contingent ipſis, ad quos ſpectat huiuſmodi cognitio, vt patet ex dicta Bulla Vrb. viij. & eſt aduertendum in dicta Bulla, quod qui ignoranter erogat dictam monetam non tenetur, & probatur ignorantia, docendo de perſona, à qua huiuſmodi pecunia habuit, vel ſi fuerit perſona bonæ famæ, quia præſumitur ignoranter erogare, maximè ſi accedit iuramentum de tali ignorantia. Farinacius quæſtione 115. Decianus tract.crim.lib.7.capite 25. Guidius ſupra, quæſtione 74. Secundò aduertendum, quod dicta Bulla proſequitur, imponendo pœnam triremium his, qui ſcienter dictas pecunias adulteratas detinent, aut de loco ad locum transferunt, aut materiam, inſtrumenta, ſeu opem ad prædicta adulteranda præſtant, & manent irregulares, & ſi regulares ſunt finito tempore condemnationis poſſunt à Prælatis vigore priuilegiorum diſpenſari, & debent priuare habitu, antequam ad carceres ſæculares, & ad triremes mittantur. Bordonus reſolutione 35. num.18. Aduertendum tertiò, quod extra Italiam cognitio huius cauſæ non ſpectat ad ordinarium loci, ſed ad Prælatos Regulares, qui poterunt punire ſuos ſubditos, hoc crimen perpetrantes, ſecundum iura ſuarum Religionum, vt habetur in dicta Bulla, & aduertit Lezana in verbo falſarius, n.6.

Sed an *Prælati Regulares in* inſulis Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ, poſſint ſuos ſubditos hoc crimen perpetrantes punire, an verò huiuſmodi cognitio ſpectet ad ordinarios priuatiuè ad ſuperiores Eccleſiaſticos, quod pertinet ad ſuperiores regulares, quia dictæ inſulæ non veniunt nomine Italiæ, vt dicit Diana par.3.tr.17. reſ.30. ex Gambarupt.de caſib.reſeru.c.3.nu.8. & ſequitur Peyrin.tom.3. priuileg. in conſt.12.aliàs Vrb.c.12.n.2.

Nam in contrarium eſt veritas, quia inſulæ Italiæ adiacentes, quæ modico fretu ab ea ſeparantur, ideſt centum milliaria, ſunt partes Italiæ, l.inſulæ, ff. de iudic.& ibi Bart. & Angel.& DD. vnde Sicilia, Sardinia, & Corſica veniunt nomine Italiæ, dicunt Caſtr. in dicta l.inſulæ, n.1. Cæpol.de ſeru.tit.de marin. n.16.

n.16.Bellag.in ſpec. rubr.30. nu.1. Theſſ.de pœn.Eccleſiaſt.par.2.verbo alienantes,n.4.& verbo ordo, c.17.

37 Nomen ſibi fraudulenter, & ad malum finem, ad aliquem decipiẽdum mutans pœna falſi arbitraria puniri debet, l.falſi nominis, ff.de falſis, l. vnica, in verbo fraude, C. de mutat.nomin. Bonifac. Vitalin. tit.de pœna mutation.ſibi nomen num.1.& 4. Menoch. caſu 318.nu. 19. 27. 28. vbi multa exempla adducit; aliud exemplum refert Boſſ. tit. de delict. num. 37. Cabal. caſu 176.num. 22.vbi, quod quidam decepit multos mutato nomine, fuit matratus ſuper aſinum, per magnã partem ciuitatis, & poſtea transmiſſus ad triremes.

38 Ordinatus furtiuè,ideſt,qui ſine ſuperioris admiſſione,vel ſine examine, vel qui vna die ordines minores, & ſubdiaconatum recipit, cap.cum his,& cap.ſequent. de eo, qui furtiuè ord. recep.vel qui promouetur per ſaltum; cap.1. de cleric.per ſalt. promoſ. Nauar.in manual.c.27.num.242.vel qui ficto titulo, vel ſine veris dimiſſorijs ordines ſuſcepit, vel qui inſcio Epiſcopo non vocatus, vel non approbatus accedit ad ordines, vt dicit Bonacin.de cenſur.diſp.7.qu.3.p.4. propoſ.4.eſt ſuſpenſus ab executione ordinis ſic ſuſcepti,& alijs ordinibus maioribus ſuſcipiendis, & arbitraria pœna eſt etiam puniendus,vt in tot.tit. de eo,qui furt. ordin.ſuſcep. cap.litteras, de tempor. ordin.cap.1.de cleric. per ſalt. promot.Menoch.de arbit.caſu 564.nu. 2.Graffius deciſione aur.2. par.1.lib. 3.cap.12. num.25. & 26.& de iure non poteſt diſpenſari niſi à Papa, ſi eſt clericus ſæcularis, & remanet in ſæculo, ſed ſi ingrediatur Religionem poteſt Epiſcopus, vel Abbas diſpenſare,cap.1.& 2.de eo,qui furt.ord. ſuſcep. hodie tamen Epiſcopus diſpenſare poteſt, etiam ſi maneat in ſæculo, quia in Pontificali reformato à Clemente Octauo excommunicationis ſententia, quã Epiſcopus profert contra furtiuè accedentes eſt ſententiæ ferendæ, ſi tamen ſic ordinatus non miniſtrauit in malè ſuſceptis. Theſſ. par.2. verbo Ordo,cap.7. verſ.Aduertant 2. Si verò miniſtrauit, non poteſt abſolui, niſi à Papa, quando caſus non eſt occultus, nec Sacra Pœnitentiaria abſoluit, vel diſpenſat in hoc caſu, niſi eos per ſecretum examen idoneos reperiat. Theſſ. ibidem in fine; quando verò caſus eſt occultus, Epiſcopus diſpenſare, & abſoluere poteſt, & idem poteſt facere cum ſuis Superior Religionis; ex Concilio Tridentino ſeſſione 24. cap.6. Lopez ad Diaz, capite 25. verb. lata excommunicatio. Layman lib.1.tract.5.par.2.cap.3.num. 1. Villalobos p.1. ſummæ tract.18. diffic.11.n.9.

39 Ordines maiores ſuſcipiens ante legitimam ætatem non bona fide, incurrit ipſo facto ſuſpenſionẽ,& ſi ea durante miniſtret, efficitur irregularis,ex Bulla 7. Pij Secundi,incipit,cùm ſacrorum.Vulpel.in praxi c.8.n.32. Riccius in praxi rerum quotid. par.3. reſ.236. num.1. et 2.

ad

Digitized by Google

ad quam incurrendam non excuſat paruitas materiæ, ideſt defectus ætatis vnius diei, nec vnius tantum horæ, vnde non tantum ſufficit vt annus 21. pro ſubdiaconatu, vel 22. pro diaconatu, vel 23. pro ſacerdotio ſit completus, ſed debet eſſe incœptus annus 22. pro ſubdiaconatu, 23. pro diaconatu, & 25. pro ſacerdotio, vt declarauit ſacra congreg. teſte, Nauar. tom. 1. de tempor. ordin. conſ. 9. Villalob. in ſumma tom. 1. tr. 11. num. 2. Sanch. lib. 7. opuſc. moral. cap. 1. dub. 33. num. 6. & 7. Bonacin. tom. 3. diſp. 3. q. 1. p. 1. num. 4. Paſquio. par. 2. q. 42. vbi reprobat expreſsè Dianam par. 2. tr. 2. miſcell. reſ. 29. illum ſequentem. Verificatur tamen attingentia anni requiſiti etiam per vnum medium diem, imò per vnam horam, quam ſuſpenſionem incurrit, quantum ad ordinem malè ſuſceptum, non autem quo ad alios antea ritè ſuſceptos, Suar. de cenſur. diſp. 31 ſect. 1. num. 3. Alter. tom. 2. diſp. 10. c. 1. dub. 2. Filliuc. tr. 17. nu. 85. & qui bona fide ordinatur non incurrit dictam ſuſpenſionem, Rota recentior. par. 2. deciſ. 200. Caualer. deciſ. 1. imò multi exiſtimant ad hanc ſuſpenſionem incurrendam requiri præſumptionem, ſeu ſententiam vel ignorantiam affectatam, ſed alij ſufficere dicunt ignorantiam craſſam, quam opinionem tutiorem exiſtimat Theſſ. de pœn. par. 2. verbo ordines. Si teſtimonio parentum aſſerentium habere filium legitimam ætatem filius ordinatur, credens ita eſſe, non remanet ſuſpenſus, Nauar. in ſumma Bullar. de ordin. extra tempor. nu. 20. vel credens teſtimonio aliorum parentum, vel ſuſpenſionis Marchin. tr. 1. de ordine par. 5. cap. 2. num. 10. vel ex animi ſimplicitate, exiſtimans legitimam, & completam ætatem attigiſſe, vel ſi ignoret legem id prohibentem ſub pœna ſuſpenſionis. Bonac. de ſuſpen. partic. q. 11. par. 1. nu. 3. Et excuſatur etiam ab excommunicatione, quam Epiſcopus ante ordinum celebrationem ordinare ſolet, contra eos, qui à iure prohibiti audeant accedere ad ordines ſuſcipiendos, Beia par. 1. reſp. caſu 34. in principio, Campanil. rubr. 7. cap. 4. num. 11. & hoc in foro conſcientiæ, ſed in foro externo debet ipſe ordinatus oſtendere cuius aſſertioni ipſe credit, & eſt aduertendum, quòd ordinati ante legitimam ætatem ſuſpenduntur ipſo iure, quæ verba inducunt perpetuitatem, quando in ſententia iuris non apponitur præfixum tempus pœnæ, c. ſi autem, vbi gl. in verbo ſpoliare de co. habit. cleric. & mulier. c. cupientes §. cæterum in verbo perpetuo de elect. in 6. cap. 1. diſt. 50. l. ſeruus C. de pœn. ideo efficiũtur irregulares ſi exercent ordinem etiam adueniente ætate abſque diſpenſatione prius obtenta, Marcel. Vulp. in praxi iudic. cap. 8. n. 33. Nauar. in ſumma Bullar. de ordin. extra tempora nu. 20. à qua cenſura hodie vigore Bullæ Clement. VIII. 40. poſſunt abſoluere Prælati regulares ſuos ſubditos, Nauar. n. 18. & 25. Diana par. 3. tr. de dub. regul.

reſ.

reſ.85. & p.5. tra.20. reſol. 31.

40 Oſculum mulieri, vel puero maſculo etiam ſine vi datum punitur pœna arbitraria, relegationis ad tempus, gl. in l.1. in principio in verbo propter voluntatem, ff. de extraordin. crim. Afflict. deciſ. 276. Gramm. conſ. 84. num. 1. & 4. Clar. quæſt. 83. nu 6. & oſculans etiam monialem conſentientem arbitraria pœna etiam puniri voluit Decian. lib. 6. crim. cap. 20. n. 16. Farinac. quæſt. 146. n. 33. Imò oſculans per vim mulierem, quod pœna arbitraria ſit puniendus, voluit Afflict. vbi ſupra, ſed Boſſ. in tit. de extraordin. criminib. num. 3. tenet contra Afflictum, quod oſculum datum cum vi debet condemnari ad triremes, & Farin. quæſt. 142. nu. 160. quòd quandoque punitur pœna triremium, & quandoque pœna mortis, num. 167. & concurrentibus grauibus circumſtantijs condemnandum eſſe ad triremes in perpetuum, vt notauit Caball. caſu 96. Religioſi autem ſeueriùs ſunt puniendi propter votum caſtitatis, c. Monach. diſt. 4. de conſecr. oſculans infantem infra ſeptennium non punitur, quia puro amore, & non venereo cenſetur datum.

41 Periurus punitur pœna arbitraria, ſiue committatur periurium à quærelante, ſiue à teſte, Menoch. de arbitr. caſu 319. nu. 10. Suarez lib. 3. de iuramento c. fin. num. 16. Guazin. defenſ. 20. cap. 3. num. 2. & ſi eſt quærelator, ſecuta ſententia calumniæ eſt infamis, c. ſi quis 2. quæſt. 3. Sayr. lib. 12. c. 15. num. 18. Theſ. verbo accuſatoris, cap. 1, & per conſequens irregularis, & ita etiam teſtis condemnatus de falſo, ſi eſt iuratus, eſt infamis, & irregularis, l. infamem, ff. de public. iudic. Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 36. num. 2. de iure canonico eſt deponendus ab ordine, & beneficio c. presbiter 81. diſt. Abb. in c. quærelam de iureiurand. in 2. notabili, Diaz, & Salzedo cap. 93.

42 Pœnitentiati à S. Officio Inquiſitionis etiam ſi pœnitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint ſunt eo ipſo inhabiles ad omnes gradus, & officia ſuæ Religionis, exceptis illis, quibus ſalutares pœnitentiæ impoſitæ fuerint, & illos promouentes incurrunt etiam ipſo facto in priuationem ſuorum officiorum, & vocis actiuæ, & paſſiuæ, ex decreto Vrb. VIII. edito anno 1626. vbi etiam additur, tam prædictos pœnitētiatos, quam ipſos promouentes non poſſe habilitari niſi ab eodem Pontifice, vel à ſacra congreg. ſacr. Inquiſitionis coram Sanctitate ſua habenda, refert Peyrin. tom. 2. Priuileg. in conſt. 9. Paul. 5. num. 29. & ſalutares pęnitentiæ dicuntur illæ, quæ extraiudicialiter, & priuatim infliguntur, vt ſunt ieiunia, diſciplinæ, orationes, & c. huiuſmodi, Lezana tom. 1. cap. 15. num. 39. qui idem credit de aliquibus repræhenſionibus, admonitionibus, ſeu correctionibus, quæ fieri ſolent aliquibus in dicto S. Tribunali Nouar. lucern. regul. verbo pœnitentiati. Tamburin. de iure Abbat. tom. 1. diſput. 5. quæſt. 11. num. 7.

Pelli-

Pellizar. tr.9.cap.2.num.154.Pœnitentiæ autem impoſitæ iudicialiter abiurantibus etiam de leui inhabilitant religioſum ſententiatum.

43 Prælati regulares. ſi religioſis ſubditis dent dimiſſoriam ad recipiendos ordines ab alio Epiſcopo, quam ab illo,in cuius diœceſi eſt Monaſterium,vbi eſt poſitus de familia ordinandus, quando ordinarius eſt præſens,& ordinationes eſt habiturus, aut de induſtria diſtulerit conceſſionem dimiſſoriarum, in id tempus, quo Epiſcopus diœceſanus,vel abſuturus,vel nullas habiturus eſſet ordinationes, ſecundum aliquos incurrunt priuationem dignitatis officij,ſeu adminiſtrationis, & vocis actiuæ, & paſſiuæ fundati in quodam decreto Sacræ Congregat. de mandato Clem.VIII. die 15. Menſis Martij 1599. relato à Sorbo in compend. priuileg. mendic. verbo, ordinis ſacri. Quaranta in ſumma Bullar. verbo ordo, Peyrin. in tom.2.priuileg. Conſt.2. Sixti IV. num.33. & ſi regulares degunt in Monaſterijs ſitis in locis nullius diœceſis, debent ordinari ab Epiſcopo viciniori, & obſeruare omnia, quæ dicta ſunt in ſupradicta declaratione Sac. Congreg. vt declarauit Sac. Congreg. de Menſe Decemb. 1619. refert Nald.in ſumma verbo ordo num.26. Peyrin. ſupra nu.36. Lezana tom.1. cap.14. num.12. & in ſupradictis pœnis nulla reſeruatio ſtatuitur, & illa verba, arbitrio S. D. N. Papæ reſeruatas pœnas incurrant; ſolum important eas arbitrio Papæ, & non alterius eſſe taxandas, Pellizar. tr.9.cap.7. n.27. & illa particula,incurrant,in hoc caſu non intelligitur ipſo iure, quia non poteſt intelligi, quod ipſo facto incurrant alias pœnas arbitrio Papæ, nondum determinatas, & per conſequens nec pœnas priores, quia vnum, & idem verbum non poteſt diuerſo iure cenſeri, vt ſimul habeat vim ſententiæ latæ, & ferendæ;ita Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo reuertatur num.116. Peyrin. de Prælat. quæſt.3. cap.7.num.4. & ſatis probabilis hęc opinio videtur, Theſſ. de pœnis p.2. verbo ordo cap.27. circa finem, ſed alij tenent opinionem tamquam communem, quod debet intelligi ipſo iure, quo ad pœnas non arbitrio Papæ taxandas, Tiraquel. ſupra num.45. 47. Sayr. Clau. reg. lib.3. cap.8. n.21. verſ. fallit, Barboſ. in tit. diction. verbo incurrat, non tamen incurritur in conſcientia ſine declaratione, Ricc. par.2.prax. deciſ.245. & ſupradictas pœnas etiam incurrit ſuperior regularis, qui examinatum ſubditum ab Epiſcopo dięceſis,in qua reſidebat, & ob imperitiam reprobatum, ſi deinde intra eadē 4. tempora ad aliud Monaſterium alterius dięceſis illū tranſmittit; faciendo illum localem alterius diœceſis, vt ab illo Epiſcopo ordinetur, quia illa celeritas arguit fraudem,Ricc.deciſ.159. par.3. Nec poſſunt Prælati regulares ad ſolum effectum ordinationis ſubditum localem facere in aliquo loco, & Epiſcopatu, & ſequuta

ta

ta ordinatione ſtatim eum amouere. Peyrin. de præl. qu. 3. c. 7. nu. 7. ordinatus in dictis caſibus, incidit in pœnam excommunicationis ferendæ, ex edicto publicato ab Epiſcopo ordinante. Peyrin. vbi ſupra. Quando proprius Epiſcopus eſt præſens, & dat licentiam alieno Epiſcopo, vt vice ſua ordinationes celebret, Regularis debet ab Epiſcopo ſubrogato ordinari, dicit Tamburin. de iure Abbat. tomo 2. diſp. 2. qu. 19. num. 4. ſed Peyrin. dicta qu. 3. cap. 7. num. 8. & Ceſped. de exemp. reg. cap. 24. dub. 372. num. 2. tenent rationabiliter oppoſitum, nec tenetur regularis ordinari à proprio Epiſcopo, quando non tenet ordinationem publicam pro omnibus, ſed priuatam. Pellizar. in manual. tr. 6. capite vltimo, num 51.

44 Prælatus dilapidator bonorum Monaſterij, aut incontinenter viuens, ſeu qui relaxat regulam in ſeipſo, aut in alijs deponi debet ab officio. Panor. in c. monach. nu. 5. & 6. de ſtatu monachor. & cap. at ſi clerici, & in cap. cùm non ab homine, de iudic. Diaz cap. 74. Peyrinus de ſubdito, quæſt. 1. num. 18. verſic. nota ſecundo, & ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab officio alienatores, & vſurpatores bonorum Eccleſiæ, dicto cap. monaci, ſunt etiam excommunicati, extrauag. ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alienandis, ſunt etiam ſacrilegi, c. omnes Eccleſiæ 17 qu. 4. de quibus pœnis videndus eſt Roderiq. qq. reg. 27. ar. 3. tom. 1. & Lopez ad Diaz, dicto cap. 74. quibus pœnis multò magis adſtringitur Prælatus Minorita, qui minus poſſunt, quàm alii, cùm eorum bona ſint ſedis Apoſtolicæ, ſiue immobilia ſint, ſiue mobilia. Portel. verbo alienare, in addit.

45 Prælati Regulares, & alii religioſi concurrentes ad receptionem in Religione criminoſos, obnoxios ratiocinii, decoctores, & debitores priuantur ipſo facto vocibus, officiis, gradibus, honoribus, & dignitatibus, quibuſcumque per eos obtentis, & in perpetuum etiam inhabiles declarantur, ita Sixt. V. in ſua Bulla, quæ incipit, in omnibus, quam Bullam Clem. VIII. in ſua Bulla 83. quæ incipit, in ſuprema, in hac parte voluit remanere in ſua firmitate, & receptos (ante tamen profeſſionem) eſſe ſpoliandos habitu, & repellendos à Religione, de qua re loquuntur Roderiq. qq. reg. 10. ar. 7. tom. 3. Mirand. tom. 1. q. 19. ar. 8. Vecch. diſp. 2. dub. 12. Pellizar. tr. 3. c. 2. n. 10. & ad effectũ huius inhabilitatis criminoſi ſunt qui commiſerunt furta, latrocinia, rapinas, homicidia, atque alia ſimilia, et grauiora, quæ ſunt illa, quæ Lex Ciuilis punit pœna mortis, aut triremium, aut perpetui exilij, fuſtigationis, aut mutilationis, aut furtum famoſum, adulterium, hæreſis, ſimonia, falſificatio Litterarum Apoſtolicarum, monetarum tunſio, aut falſificatio, & ſtuprum. Donatus par. 4 tract. 3. qu. 8. num. 7. ſed Bordon. reſ. 54. num. 234. excludit ſtuprum, atque adulterium, tanquam minora illis, quæ recenſentur in Bulla, et hos criminoſos eſſe illos, contra

quos ante ſuſceptionem habitus facta fuit accuſatio, vel ſpecialis inquiſitio coram iudice laico, vt declarauit idem Sixtus V. in ſua ſecunda Bulla prioris declaratiua ſub §. 17. & notant Rodriq. qu. 10. ar. 7. tom. 3. cum ſuo compend. reſ. 101. num. 8. Miranda tom. 1. q. 10. ar. 8. Sanch. lib. 4. c. 16. n. 39. & accuſatio facta coram iudice Eccleſiaſtico non impedit ingreſſum, qu ia Papa dicit, coram iudice laico, dicit Vecch. diſp. 2. dub. 12. n. 3. & qui fuit abſolutus, vel condemnatus, & in totũ ſatisfecit, eſt habilis ad ingreſſum. Si ante nouitiatum, & ante profeſſionem fuerunt accuſati, vel inquiſiti, iudices ſæculares poſſunt inſtare, vt ſpolientur, & expellantur à Religione, vt procedere poſſint contra illos, ſed ſi non inſtarent, & tolerarent eos in nouitiatu, pro bono habetur, & multò magis profeſſio remanet valida, etiam ſi non fuerint præmiſſæ informationes præſcriptæ à Pio V. Donat. dicto tr. 3. q. 5. Circa obligatos ad reddenda ratiocinia ſiue publica, ſiue priuata, vt ſunt Tutores, Procuratores, &c. quando lis contra eos fuit mota, idem dicendum eſt, quod de criminoſis, ſecus ſi non timetur lis, nec moleſtia, circa decoctores, & debitores, idem etiam dicitur, quando lis, & moleſtia non eſt illata, nec inferenda, quia ceſſit bonis, vel quia facta eſt remiſſio à creditoribus, aliàs non poſſunt recipi, & recipientes incurrunt pœnas, de quibus ſupra, & creditores poſſunt inſtare, vt ſic in nouitiatu recepti ſpolientur habitu, expellantur, aut ſi non ſunt recepti, inſtare quod non recipiantur, & ex vi dictæ Bullæ non poſſunt recipi, & ſicut recepti debent expelli. Si tamen creditores non reclamauerunt intra tempus nouitiatus, imputetur ipſis, nam profeſſio remanet valida, verum quòd bona, quæ intulerunt in Monaſterium manent obligata creditoribus, quia profeſſio non debet eſſe alijs damnoſa, & aduertant ſuperiores, qui ſi recipiunt aliquem ad habitum non præmiſſis informationibus de vita, & moribus præſcriptis à Sixto V. incurrunt ſupradictas pœnas, etiam ſi recipiant non criminoſos, nec obligatos ad ratiocinia, nec debitores, vel decoctores, quia prædictæ pœnæ habent etiam locum poſt Bul'am Clem. VIII. qui in hoc confirmauit Bullam Sixti V. Bord. de profeſſ. regul. c. 4. n. 56.

46 Prælati regulares vigore ſuorum priuilegiorum non poſſunt abſoluere ſuos ſubditos à caſibus Bullæ Cœnæ, & ſi præſumpſerint abſoluere incurrunt pœnas ſpirituales, & temporales contentas in eadem Bulla contra abſoluentes, & excõmunicationem reſeruatam, per decretum Clem. VIII. dicunt Sorb. tit. de abſol. ord. quo ad fratres. Sigiſm. de elect. dub. 69. n. 13. Tamburin. de iure Abb. tom. 2. diſp. 14. ſect. 15. n. 13. Confect. in compend. mendicant. tit. 17. c. 7. Caſarub. in compend. verbo abſolutio quo ad fratres n. 13. Tolet. lib. 1. ſummæ c. 30. Nauar. c. 17. n. 275. Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 25. n. 5. Azor. lib. 8. c. 10. tom. 1.

tom.1. Sanch. lib.2. decalog. c.11. n.26. Nauar. Lucerna regul. verbo abſolutio n.3. Io. de la Cruz de ſtatu Relig. tom.1. c.6. dub.15. concl. 1. Zanard. in director. par.2. c.17. Vecch. in praxi nouit. diſp.9. dub.6. nu.3. Graff. in appendic. lib.1. c.7. n.22. Lezana in ſumma par.1. c.18. n.38. Bordon. reſ.3. num.4. Suarez tom.4. de Relig. tr.8. lib.2. cap.20. nu.10. Paſſarel. in annot. priuileg. minim. notab.13.

Sed contrariam opinionem, quod Prælati regulares poſſunt abſoluere ſuos ſubditos in omnibus caſibus Bullæ Cœnæ excepta hæreſi, tenent Roderiq. qq. regul.20. ar.9. tom.1. Aluin. de poteſt. Abb. n.27. in fine, Io. Canara in compend. priuileg. minim. Miranda manual. Prælat. tom.2. q.17. ar.3. & quæſt.9. ar.10. Suarez tom.4. de Relig. tract.1. lib.2. cap.25. à num.3. Molfeſ. prima par. ſummæ tract.7. c.21. n.19. & 20. Vega prima par. ſumm. c.49. caſu 1. Llamas 4. par. meth. cap.3. §.8. Portel. verbo Abbas in addit. n.10. Vannes 2.2. quæſt.4. dub.2. Ledeſm. in ſumma 2. par. tract.1. cap.6. Viuald. par.1. tract. de abſolut. nu.13. Souſ. ad Bullam Cœnæ d.1001. concl.3. Aragon. 2.2. quæſt.4. ar.3. Villalob. par.1. tr.9. diffic.61. Compendio Roderiqu. reſol.3. num.3. Peyrin. in Conſt.4. Sixti IV. §.5. num.10. & in addit. cap.2. num.35. Pellizar. in manual. tract.8. cap.2. ſect.1. à nu.35. & ſeq. Baſſeus verbo Abb. §.2. nu.8. Nald. in verbo reſeruatio in edit. Bonon. Leonar. de Murc. in Regul. D. Frãc. c.7. Fr. Martin. à S. Ioſeph. in eadem regul. c.3. §.8. F. Ant. à Spirit. Sanct. in direct. tr.2. diſp.1. ſect.1. num.29. qui dicunt, primam opinionem procedere quo ad abſolutionem ſæcularium, non autem regulariũ, & ita declaratum fuiſſe à Sac. Congreg. teſtantur Pereg. Nald. & Peyrin. citati à dicto F. Ant. à Spirt. Sanct. vbi ſupra n.33. & addit, quod ita fuit reſponſum à Sacra Pœnitentiar. & dicunt, etiam poſſe Prælatos abſoluere ſuos ſubditos à quinque caſibus contentis in decreto derogatorio dicti Clem. VIII in decreto 2. die 26. Nouemb. 1602. declaratorio alterius prioris die 9. Ianu. 1601. ideſt primò à caſu violationis immunitatis Eccleſiæ in terminis Conſtit. Greg. XIV. quæ incipit, cum aliàs, ſecundò in caſu violationis clauſuræ monialium ad malũ finem, tertiò in caſu prouocantium, & pugnantium in duello, quartò in caſu iniijcientium manus violentas in clericos, & quintò in caſu Simoniæ Realis ſcienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis, ita Nald. dicto verbo reſeruatio verſ. & cum de hac, Peyr. vbi ſupra Molfeſ. prima par. ſummæ tr.7. c.19. n.29. Pelliz. ſup. n.41. Hinc eſt, quòd Prælati Regulares poſſunt abſoluere ſuos ſubditos etiam à percuſſione graui, & enormi facta etiam religioſo alterius ordinis, vel Clerico ſæculari, non ſolum ex Conceſſ. Bonifac. IV. edita 27. April. 1542. conceſſa Patr. Dominican. etiam ſi eſſet ita enormis, quod Sedes Apoſtolica conſulenda ſit, vt ex varijs priuilegijs probant reſ.28. n.50. &

eq. vbi citat Sayr.cap.28.num.12. Roderiq. qq. regul.20. ar.12. tom. 1. Coriolan. caſu referu.10. nu.14. Megal. lib.1. de cenſur. cap.7. nu. 26 in fine. Diana par.9.tr.4.reſ.50. Fagund. in præcept.2.Eccleſ.lib.8. cap.8. nu.29. Palaus tom.3. diſp.3. par.23. §.4. num.10. Lorca tom.1. cap.18. num.3. Frag. tom.2. lib.1. diſp.2.§.21. num.55. Boſſ. deciſ.2. dub.19. num.192. & alij, de quibus ſupra in verbo homicidium, & ipſe Prælatus enormiter percutiens ſuum ſubditum poteſt abſolui ab alio ſubdito electo ab eodem in confeſſarium, vel ab ipſo percuſſo, ſi non eſſet alius, Rodriq. Coriolan. & Fraga citati à F.Ant. à Spir. Sanct. in direct. tr.2.diſp.1. ſect.2. nu.24. & 25. Pariter poſſunt abſoluere ſuos ſubditos a ſimonia commiſſa in ſuſcept.ordinum, Portel. verbo Prælatus num.29. Lezana tom.5. in mari magno minor. num.10. Pellizar. dicto tract.8.c.2. ſect.1. num.47. & de clauſuræ monialium violatione ad malum finē. Peyrin.in Conſtit.6. Pij V. in fine, & ita dicendum eſt de alijs, non poſſunt tamen ab alijs abſolui regulares ab excommunicatione lata ab Epiſcopo contra ipſos, & ſibi reſeruata, in caſu quo poteſt eos excomunicare, ſed quando ſibi non reſeruat abſolutionem poſſunt abſolui ab alijs cenſuris, poſſunt abſolui, & abſoluere etiam ſæculares, quia non fuerunt derogata Priuilegia Regularia niſi tantum quo ad excommunicationem, Pellizar. d.tr.8.c.2.ſect.1. n.23. A caſibus, & cenſuris Pontifici reſeruatis, quando ſunt occulti poſſunt Prælati Regulares etiam conuentuales in foro conſcientiæ abſoluere, & diſpenſare ſuos ſubditos vigore Concil.Trid.ſect.24.cap.6. ex Conſt.Pij V. in Conſt. quæ incipit Romanus dat.die 2.Iulii 1571.Barboſ. in coll.ad dictum Concil.n.10. vbi alios citat, dummodo id faciant per ſeipſos. Suar.tom.4. de Relig.tr.8.lib.2.c.12.n.8. & 9. Lezana tom.1. c.18. nu.31. licèt quod hanc facultatem poſſint alteri delegare, dicat Candid. tom.1. diſp. ar.25.dub.2. dicto 3. Sed an poſſint abſoluere Prælati Regulares ſæculares a caſibus occultis Cœnę Domini, excepta hæreſi, multi affirmant, inter quos Diana par.6.tr.6. reſ.14. & par.8. tract.7.reſol.67. & par.9. tr.8. reſ.50. Negat tamen Pelliz. in manual.tr.8.c.3. ſect.2. a n.71. & ſeq. concedit tamen, quod poſſunt abſoluere a quinq; caſibus occultis ſæculares nu.78. Del bene tom.2.c.19.dub.69.n.15. cum aliis ab eo citatis.

47 Profeſſus nulliter ſciens ſuam profeſſionem eſſe nullam ſi ordines ſacros recipiat, peccat mortaliter, & remanet ſuſpēſus, Roderiq.to.4. ſummæ in addit.c.65.n.10. cum ſuo compend.reſ.106.n.25. Portel.verbo ordo ſacer, n.8. Dian.par.3.tr.2. reſ.113. quia non poteſt ad ordines promoueri, Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſi, c.33. a n.151. Sed hoc non procedit contra eum, qui putabat bona fide ſuam profeſſionem eſſe validam. Nec cōtra eum, qui ſciens eſſe nullam, propter iuſtā cauſam ſuperioribus volentibus eum promo-

moueri, non eſt auſus detegere nullitatem ſuæ profeſſionis ratione ſcandali, aut damni grauis imminentis, quod non poterat effugere ſine ſcandalo, Sanch. de matri. lib. 7. diſp. 37. n. 43. Sanct. de pœnis verbo ordo c. 11. limit. 2.

48 Proprietarius, ideſt, retinẽs pecuniam contra voluntatẽ Superioris in materia notabili incurrit duas pœnas, nempè priuationem ſepulturæ Eccleſiaſticæ, & vocis actiuæ & paſſiuæ per biennium. Quo ad primam pœnam, eſt tex. in c. Monachi, c. ad Monaſterium, & c. ſuper de ſtat. Monach. debet tamen moribundus admoneri a ſuperiore, vt peculium conſignet, aliter non eſt plectendus hac pœna, quamuis inuentus fuerit cum proprio, quia nõ fuerit contumax, & inobediens, & præſumendum eſt fuiſſe paratũ ad illud conſignandum, & quod illud retinebat cum licentia ſaltem interpretatiua, quando cũ licentia ſuperioris poterat illud retinere, & ſuperior poterat talem licentiã dare, & ſic duo requiruntur ad hanc pœnam incurrendam, nempè retẽtio peculii, & inobedientia ſubditi a ſuperiore moniti, Caſtr. Pal. diſp. 3. p. 24. Tamb. to. 2. diſp. 22. q. 8. n. 9. Lezana c. 6. n. 59. Baſſeus verb. paupert. relig. n. 20. compend. Rodriq. q. 10. n. 18. Quo ad ſecundam pœnã priuationis vocis actiuæ, & paſſiuę per biennium, eſt Conc. Trid. ſeſſ. 2. c. 25. & ad incurrendam hanc pœnam requiritur pecuniæ, ſeu peculij retentio, vt patet ex dict. Conc. Trid. & quòd huiuſmodi retentio ſit legitimè probata, Sanch. lib. 7. c. 20. n. 13. Caſtr. Pal. diſp. 3. de voto relig. p. 14. n. 4. Leza. c. 6. n. 59. Peyrin. de ſubdit. q. 2. c. 2. n. 9. Baſſ. verb. paupert. n. 20. §. hinc requiritur etiam ſententia declaratoria retentionis proprietariæ, Sanch. vbiſup. a S. Fauſto lib. 8. Theſ. Relig. q. 198. n. 2. Laym. l. 4. de ſtatu Relig. c. 27. & de corpore delicti conſtare debet.

49 Raptores mulierum honeſtarum, ſiue viduæ, ſiue virgines, ſiue coniugatæ capite plectuntur de iure Ciuili l. vnica C. de raptu virgin. & raptus crimen committit conducens mulierem libidinis cauſa de loco ad locum, Caſtr. conſ. 262. li 2 Alex. conſ. 1. lib. 3. Riminald. conſ. 17. & conſ. 57. vol. 3. Crat. conſ. 18. Roland. conſ. 24. dub. 2. lib. 1. & debet eſſe cauſa abducendi, & non cauſa cõmodioris coitus, Ricc. deciſ. 214. num. 1. par. 1. Et non ſolum raptores tenentur pœna qua ſupra, ſed eorum ſocii, fautores, & auxiliatores, Farinacius quæſtion. 145. num. 34. qui num. 46. dicit, quòd raptor eiſdem pœnis plectitur rapiens puerum, & ſi num. 47. refert Ghirland. Iodoc. & Decianum ſentientes contrarium, quia in l. vnica C. de raptor. fit tantum mentio de mulieribus, nihilominus prior opinio eſt verior, & ſequitur Riccius vbi ſupra num. 7. qui num. 5. & dicto num. 7. dicit, quòd pœna capitis punitur rapiens nouitium a Religione, & lex ciuilis in caſu ſuppletur per legem canonicam, punientem etiam raptum puerorum cauſa libidinis, vt in cap. quarto de rapto.

ca-

eadem pœna tenetur mulier rapiēs virum. Ricc. ſupra n.16.inter raptorem, & raptam non poteſt conſiſtere matrimonium, niſi mulier in loco libero conſtituta conſentiat habere in virum raptorem, Concil.Trid.ſeſſ.24.c.6. Sanch.de matrim.lib.7.diſp.13. ſunt etiam aliæ pœnæ ſtatutæ in dicto Concil. Trident. de quib. ibi. Abducentem mulierem conſentientem de domo parentum, etiam id neſcientium, imò ipſis inuitis probabiliter aliqui dicunt non dici raptorem, quo ad has pœnas. Sanch. vbi ſup. num.13.Reginald. lib.22. num.31. Leſſ.lib.4.cap.3.dub.9.nu.20.Barb. in c.6.de rapt.

50 Regularis delinquens in adminiſtratione Sacramentorū poteſt cōtra eum ordinarius procedere etiā per cenſuras Eccleſiaſticas, per Bullam Gregorij Decimiquinti ; inſcrutabili. Ceſpedes dubio 276. Pellizar.in manual. tract.9. cap.4. num.183. non tamquam ordinarius, ſed tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatus, niſi Regulares ſpeciali aliquo priuilegio ab hoc eximantur.

51 Regulares receptantes, retinentes in eorum monaſterijs bannitos, vel fallitos, & decoctores tenentur pœna priuationis officiorum ſi ſunt Regulares, cæteri autem Eccleſiaſtici tenentur pœna ſuſpenſionis ex Decreto Sacræ Congregationis, iuſſu Clement.VIII.edito anno 1601. die 17. Aprilis, & de hac materia fuerunt ſcriptæ multę litteræ à Card. Florent. de mandato eiuſdem Clem. VIII. directæ Nuncio Neapol. Vicario Epiſcopatus Genuenſis, Bononienſis, & alijs, de quibus mentionem faciunt Scort. in ſelect. Theorem.357. Peyrin.tom.2. priuileg. ſuper conſt. 4. Clem.8.num.5. Farinac.de immun. Eccleſ.num.57.64.148. 149. Lezana par. 1. cap.10. num.21. & licet litteræ ſupradictæ ſint locales, & non obligant extra locum vbi ſunt directæ, vt dicit Farinac.num. 151. Decretum tamen non eſt locale, & obligat in tota Italia. Scort. in ſelect. Theorem.357. & non differit. Lezana vbi ſupra (quid veniat nomine Italiæ dictum eſt ſupra in verbo monetam.) & licet per huiuſmodi decretum non ſit derogatum conſt.Greg.XIV.&gaudent ſupradicti immunitate Eccleſiaſtica; Non tamen regulares debent eos recipere in eorum monaſterijs, ſed eos potius rogando, quam imperando licentiare, & optimè faciunt eos non admittere in monaſteriis etiam circumſcripto dicto decreto, quia nullam reuerentiam deferre ſolent loco ſacro, & vt plurimum abutuntur hac gratia, ac ex eorum commercio diſciplina regularis relaxatur, & aliquando ſcandala in eodem monaſterio committunt: verum, quod ſi ſuperiores locales bannitum non facinoroſum, ſed propter homicidium caſuale, aut fallitum abſque dolo, & bonæ vitæ, per aliquos dies retineant, non incurrunt pœnas ſupradictas. Peyrin. & Lezana vbi ſupra; non poſſunt dare tamen regulares licentiam extrahendi reum inuitum ex loco ſacro, in caſibus

non

non contentis in Bulla Greg.XIV. nec etiam Epiſcopi, aliàs incurrunt cenſuras poſitas in dicta Bulla ; nempe excommunicationem reſeruatam Papæ, iuxtà decretum Clem.VIII. Gambacur.de immun. lib.8.cap.9.num.7. Farinacius, & Caſtr. Pal. citati à Theſſ. de pœnis, par.2.verbo immunitas,num.22.& 28. in fine, ex Sorbo, & Roderic. Et incurrunt irregularitatem, ſi contingat mors, aut mutilatio, & præter peccatum tenentur ad reſtitutionem damnorum, Dian.par. 6.tr.1.reſ.30.& idem eſt in caſu dubio, an delinquens gaudeat immunitate, necnè. Diana ibidem, quia tunc in dubio iudicandum eſt in fauorem Eccleſiæ.Mart. pa.2.reſp. 36.num.11.rèſp.51.num.12.Sperel. deciſ.60.num.13. Giurb.conſ.10. n. 25. & tenentur in hoc caſu defendere Reos, non armis, ſed abſcondendo ipſos, ianuas claudendo, & abſtrahendo de manibus prædictorum miniſtrorum, ac illis, intimãdo cenſuras, & pœnas impoſitas à iure, & à dicta Conſtitutione Gregorii Quartidecimi. Lezana dicto num.22.vbi etiam, quod non poſſunt Regulares, & Eccleſiaſtici tradere Reum in dicto caſu Curiæ ſæculari præmiſſa cautione, & proteſtatione impunitatis; Epiſcopus autem an poſſit tradere Reum in caſibus non exceptis, aut dubiis Curiæ ſæculari, cum dicta proteſtatione, & cautione videndus eſt Caſt.Pal. de reuerent. debita locis Diuin.p.11. num.4. & p.13. cap.3. num. 2. & ſequen. Bonacina de cenſuris, in particul. quæſt.3. p.16. §.12.num.3.Religioſi ſubditi ſi non defendunt Reum extrahi in caſibus non exceptis, ſed permittunt tantùm eos extrahi à ſæculari Curia non incidunt in dictas cenſuras. Theſſ.dicto verbo immunitas. Pellizar.in manual.tr.8.cap.5.num.54. ſed Superiores, qui ex officio, & iuſtitia tenentur Eccleſiæ immunitatem defendere, incurrunt. Portel. verbo Eccleſia,num.9. Bonacina de irregular.diſp.7 quæſt.4.p.1.nu. 19.Lezana dicto nu.22. imò etiam in caſibus exceptis in dicta Bulla Gregor. ad ſolum Epiſcopum, & non ad alios ſpectat dare facultatem extrahendi Reos ab Eccleſia, quicquid aliqui ignorantes dicebant Meſſanæ, quod non Epiſcopi poterant etiam dare hanc licentiam extrahendi, licet non poterant, decidere articulum an gaudeant, ſeu non, nam ad Epiſcopum pertinet tàm dare, tàm facultatem extrahendi, quàm cognitionem an caſus occurrens ſit exceptus, aut non, à priuilegio immunitatis, vt patet ex eadem Bulla, & dicunt Gutier.practic.qq.lib.3. quæſt.1. n. 5.Bonacin.d.3.de legib.qu.7.§.7. n. 2. Caſt. Pal. dicto pun. 13. num. 7. Pellizar. dicto cap.5. num.20. latè Ciar.controu.10. num.3. & per totum, etiam ſi notorium ſit, quod reus commiſit crimen exceptuatũ. Ciar.ibidem,Genuenſ.in praxi, ca. 18.ſub num.6.Diana par.... tract. 1.reſ.14 Extrahens non eſt abſoluendus, niſi prius reſtituat reum Eccleſiæ.Farinacius de immun. nu. 115.Sanchez lib.6.opuſc.cap.1.dubio 7. num.1. in quam cenſuram

non

non ſolum extrahens, ſed etiam attentans extrahere, effectu non ſecuto incidunt. Farinac.num.322. Diana par.1.tract.1.reſ.15.& damnatus de violatione huius immunitatis fit infamis. Barboſ. in l.fideli 2.& in l.præſentis, C. de his, qui ad Eccleſ.confug.

53 Regulares lacerantes cedulones affixos per Epiſcopum incidunt in excommunicationem latam ab Epiſcopo contra lacerantes, quando eſt expreſsè lata contra regulares lacerantes, quia lacerando cedulones perturbant Epiſcopi iuriſdictionem. Ceſped.de exemp.regul. dub.292.nam perturbantes iuriſdictionem poſſunt ab Epiſcopo puniri, cap.1. de offic. deleg. etiam ſi exempti ſint, & in dignitate conſtituti. Ceſped.num.2. Farinacius qu. 114.num.67. & conſ.134. nam ratione offenſæ, qui non erat iudex, fit iudex.

54 Regularis incorrigibilis de iure communi debet eijci à Religione, cap.fin.de regular. ca. cum ad monaſterium de ſtatu monachor. nam ſcabioſa ouis debet repelli à caulis, ne cæteras inficiat. D. Hieronym. in Epiſt.ad Galatas, cap.5. D.Thomas, quod lib. vltim. artic. vltim. D. Bonau.ſuper reg.D.Franc.quæſt.4. Sylu. verbo religio, quæſt. vltima. Incorrigibilis dicitur, qui ad priora delicta reuertitur, & in illis obſtinatus perſeuerat, aut alia ſimilia, ſeu diſſimilia grauia committat, & non eſt neceſſarium, quod idem ſpecie delictum pluries committat, ſed ſatis eſt, quod in alia delicta, licet diuerſa prolabatur, vt ſi furtum fecerit, & punitus ſit, ſi poſtea in aliud delictum graue, puta carnis, incidit, dicitur incorrigibilis. Sanchez in præcepr. decalog.tom.2.lib.6. cap.9. num.4. Bellet.diſquiſit.cleric. tit. de pœnis cleric.§.25.num.14. & oportet, vt prius moneatur, & corrigatur, ac pœnis afficiatur, & ſi poſtea reuertatur ad priora, aut alia grauia delicta, dicitur incorrigibilis iuxta decretum Sacræ Congregationis, ita colligitur ex Farinac.qu.8.num.49 & qu.24.num.9. Bellet. vbi ſupra, n. 15. Abb. Angel. Dec.& alij, in capite cum non ab homine, de iudic. Boſſ.tit.de foro compet. num. 132. Foller. in pract. crimin. in verbo audiantur, num. 40. Diaz in pract. crim.ca.131.aut 141.& ibi Lopez, Barboſ. in dicto cap. cum non ab homine, num.7. Chartar. deciſ.66. & ibi Flamin.in num.63. & 107. & delictum pluries perpetratum debet eſſe graue, vt homicidium, furtum rei notabilis, periurium, proprietas rei notabilis, fornicatio, & ſimile, pro quo imponitur pœna triremium, ſeu carceris, ita DD. citati à Bordono, in praxi crim. cap. 98. num.41. & non eſt neceſſe, vt ſint æqualia, nam ſufficit, quod ſint grauia, licet poſteriora delicta ſint minus grauia. Bellet.diſquiſ.cleric. tit.de pœnis clericor. §.25. & poſt tria delicta grauia per interualla commiſſa, debet eſſe ter monitus, & punitus. Sayr.de cenſur.lib.5. ca. 21.num.37. Sanchez lib.6. in decal. cap.9.num.4. licet quod ſufficiant duo delicta dicant Repert.inquiſit. verbo bis, & hanc dicit eſſe commu-

munem opinionem Aufrer. in repet. Clem.I. de offic.ordinar. Scac. de iudic. c.11.n.6. & ſi ab vno eſſet abſolutus, non poteſt dici incorrigibilis, poſt ſecundum, aut tertium delictum, de quo eſſet punitus. Ricc.par.4.deciſ.102.Nauar. in ſingular. concl.81.n.3. & debet eſſe de vnoquoque delicto confeſſus, vel conuictus formato prius proceſſu, Peyrin. q.1.c.28. verſ. in ordine minorum, Portel. verbo eijcere verſ. nota ſecundò. Sed non deſunt alij aſſerentes ſufficere delictum ſemiplenè probatum eſſe, & extraordinariè delinquentem punitum: Et ſi quis tres apoſtaſias à Religione commiſit, propter quas fuit punitus iuridicè, ſi aliam apoſtaſiam committat poteſt de iure expelli, dicunt Portel. verbo apoſtata n.5. Mirand.tom.1.q.52.ar.2. concl.1.Sanch. vbi ſupra, Hieron. Roderic. in compend. reſ.11. n.13. & non ſufficit, quod proceſſus de vnoquoque delicto formetur; proſtremo cũ agitur in ordine ad pulſionem, ita vt ſi alia delicta eſſent punita oretenus ſine proceſſu, ſuffi. ciat vltimus proceſſus pro expulſione, niſi in caſu quo quis eſſet in flagranti crimine punitus, aut delicta eſſent notoria, quod non poſſent tergiuerſatione celari, & delinquens eſſet notoriè punitus, ſicut apoſtata, cuius apoſtaſia, & punitio ſine proceſſu ſunt notoria, debent tamen omnia eſſe regiſtrata, & notata ſaltem in libris actorum ſuperiorum. In alijs delictis debet apparere de proceſſu, & cõdemnatione ſub omnibus ſeparatim, & non ſufficit, quòd vnico proceſſu ſit quis confeſſus, & conuictus de pluribus grauibus delictis, qui requiritur vt pluries fuerit etiam monitus, & punitus, Peyrin. de ſubdito q.1.c. §. hic ſolum, Sanchez lib.6.c.9.n.4. Tambur.tom.3. diſp.8.q.7. n.7. Pelliz. tr.8.c.8.n.2. Bonac.q.2.de clauſur.p.22.§.1.n.6. Lezana c.23. n.1. ſed dubitatur an incorrigibilis non de iure, de quo loquuti ſumus, ſed tantum de facto, ſcilicet, quando delicta quamuis grauia fuerunt diſſimulata, & non punita, vel propter affectionem, vel propter nullitatem proceſſus, vel propter Prælati negligentiam, Alfonſ.de Leon.de cenſ.recollect.6 n.314. reſpondet affirmatiuè, quia decretũ Sac. Congreg.de mandato Vrb.VIII.editum die 21.Septemb. 1624. vbi fuit receptum non excludit incorrigibilem de facto, dum verè ſit incorrigibilis, quia incorrigibiles de facto ſunt etiam tales ſecundũ iuris diſpoſitionem, & illa verba, ex iuris diſpoſitione poſita in decreto, cenſentur poſita ad excludenda ſtatuta, & conſtitutiones particulares Religionum, vt patet ibi, ſublatis in hac parte ſtatutis, & ideo ſi cum tali incorrigibili de facto obſeruatur requiſitum dicti decreti, ſcilicet, probationem in carcere per annum in ieiunio, & pœnitentia, poteſt eijci, licèt contrarium teneat Bordon.in praxi c.98. à n.89. & ſeqq. Vltra ius commune nihil aliud requiritur vbi decretũ Sacræ Congreg. de mandato Vrb. VIII. non fuit receptum, & intelligitur non receptum ſi ſuperiores

ordinum in capitulis, ſeu congregationibus Generalibus non elegerunt ſex patres, de quorum conſilio, & aſſenſu P. Generalis eijci poſſunt incorrigibiles, vt aſſerit Bordon.in dicto c.98.n.103.quo in caſu poſſunt procedere ſecundum ius commune relicto probationis anno in carcere. Bordon.vbi ſupra nu.86.vbi dicit,quod hoc eſt expeditius, & minoris incommodi pro Religionibus, ſed vbi fuit vſu receptum.

Requiritur primò, quod poſt peractam pœnitentiam de tertio graui delicto, ſuperior per decretum, & ſententiam interloquutoriam, reum tertia vice condemnatum conijciat in carcerem, ad annum probationis peragendum in ieiunio, & pœnitentia, in ordine ad eiectionem,& ad præſcriptum Decreti Sacræ Congregat. & de hoc decreto debet conſtare in actis, & eſt facienda mentio in decreto de omnibus tribus delictis, & pœnis pro ipſis impoſitis.

Requiritur ſecundo,quod finito anno probationis, & pœnitentiæ perficiatur proceſſus continens declarationem incorrigibilitatis, citato reo, ad dicendam, & allegandam cauſam quare non debet declarari incorrigibilis, dum poſt trinam monitionem, & punitionem pro grauibus delictis ab eo commiſſis, & poſt peractum annum probationis, in quo dedit ſigna ſufficientia incorrigibilitatis. Nam ſuper incorrigibilitate requiritur ſententia declaratoria. Felin. in c.cum non ab homine,num.9. & ſeq. de iudic. Diaz in practica criminali, capite 141.numero tertio. Capicius deciſione 112. numero ſextodecimo. Clarus quæſtione 36. n.29. & hæc declaratoria ſententia incorrigibilitatis, ſicut etiam aliud decretum carcerationis per annum, faciendū eſt à ſuperioribus ordinarijs, ad quos de iure ſpectat, quia in dicto decreto ſola expulſio committitur Generali cum conſilio ſex Patrum. Bord.vbi ſup.n.70. ſuppoſita prius incorrigibilitate declarata a ſuperioribus,quibus competit,ſcilicet à Prouincialibus, Viſitatoribus, Abbatibus,&c.

Tertiò requiritur ſententia expulſionis,quæ facienda eſt à Generali, cū ſex patrum conſilio, quæ poteſtas, vt dicit Bord.vbi ſup.à n.65.& ſeq. non eſt delegabilis,ſed per ſeipſum debet id præſtare, ex verbis decreti,ibi,eijci tantùm poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantùm; contrariū tamen tenet Sanc.li.2.de matr.diſp. 40.a n.13.Petr.de Ang.& Paſqu.citati à Bord.n.68. quia poteſtas eijciendi eſt ordinaria conceſſa officio Generalatus, & conſequenter delegabilis, nec in dicto decreto eligitur induſtria perſonæ.Sanc.ibi. n.17. nec dictio tantum poſita in eodem decreto excludit eandem perſonam per fictionem repræſentatam.Pelliz.in man.tr.8.c.8.ſect.2. n.5.& aſſerit Tuſc.lit.T.conc.22.n. 11.nam iuriſdictio præſumitur ordinaria in dubio, tùm ſi eſt conceſſa à lege, & non expreſsè loquatur de delegata, vt dicit gl.in l.& quia, ff.de iuriſd.omn.iud.ſpec.tit.de inquiſ.§.impugnatur,nu.25. Alciat.de præſ.

præſ.reg.3.præſ.16.nu.8. Menoch. de præſ.lib.2.præſ.16.n.8.tum ſi eſt conceſſa à principe ſuperiore , & conceſſio facta ſit nomine officii. Menoc.ibid.Couar.var.lib.3.ca.30. n.6.&9.Barboſ. alleg.35. n.15.electio ſex patrũ debet fieri in capitul. Generalibus , vt patet ex verbis ipſius decreti,ibi, *Eijci tandem poſſit ab ipſomet Generali de conſilio, & aſſenſu ſex patrum ex grauioribus religionis , eligẽdis in ſingulis capitulis, vel congregationibus Generalibus.* Et cum difficile ſit Generalem quocumque ierit , illos ſecum deferre , ſupplicatum fuit , & reſponſum, Generalem in quacumque Prouincia,in qua id opus fuerit , poſſe aſſumere ſex ex diffinitoribus illius pro hac cauſa , refert Peyr.to.2. priu. in conſt. 10. Vrb.viii.& Lez.c.23.n.5.qui patres debent præſtare patri Generali ſuum conſilium,& conſenſum,quibus proceſſus confectus iuxtà ſtylum,& conſtitutiones religionis,& illorum tranſumptum authenticũ , tranſmittendum eſt ad ſingulos ipſorum ſex patrum, qui etiam per literas poſſunt votum dare,ita fuit reſponſum ab eadem S.Congr.referunt Petr.de Ang.& Paſqu. citati à Bord.vbi ſup.n.74.& vt Generalis ferat ſententiam, ſufficit conſenſus maioris partis patrum.Bord.ib.ex reſponſo eiuſdem.S.Cong. relato à d.Petr. de Ang.& Paſqu. poteſt tamen Generalis non obſtante dicto conſenſu,incorrigibilem non eiicere, quia in dicto decreto non dicitur,quod tenetur eiicere,ſed tantũ, quod poteſt eiicere,ibi ,eiici tandẽ poſſit , ſi incorrigibilis, & vbi decretum non fuit receptum,poſt tribus delictis grauibus etiam dicat ſe eſſe paratum corrigi,adhuc expelli poterit.Caſt.Pal.diſ.4.de vot.obed. p.19.n.4.idem dici poterit, vbi decretum fuit receptum poſt annum probationis , ſi ſe in dicto anno attendit incorrigibilem . Proceſſus mittendus patribus, de quorum conſilio , et conſenſu eſt ferenda ſententia debet ſaltem in compendio continere ſubſtantiam illorum trium proceſſuum,qui fuerũt fabricati cõtra eiiciendum ſuper tribus grauibus delictis, cum eorum ſententiis,et pœnis, necnon decretum carcerationis per annum probationis ſupradictum, cum ſententia declaratoria incorrigibilitatis.Regularis eiectus audita ſententia eiectionis debet eligere domicilium , et hoc ipſum ſignificare ſuo Generali , vt ſic ipſi conſtet cui ordinario debeat notificare ſententiam eiectionis, et exhibendæ literæ teſtimoniales electionis, et ne huiuſmodi eiectus apoſtata credatur,qui eiectus ſub habitu clericali, etiã ſi eſſet laicus, ſtatim tenetur adire Epiſcopum , eique aperire ſuam eiectionem, paratum ſuis parère iuſſionibus. Vgol.de pot.Epiſ. c.28.n. 9.Ric.dec.21.p.3.Sanc.l.6.deca.c.9. n.28.Pell.tr.8.c.8.ſect.2.n.10. non tamen tenetur obedire Epiſcopo ex vi voti,vt exiſtimant Aldr.l.2.de diſcip.reg.c.26. n.23. Nou. in ſum. Bul.p.1.tit.de apoſ.et eiectis,nu.25. Suar.de rel.t.4.t.8.l.3.c.6.n.4.Ricc. vbi ſup.ſed tantum ad inſtar aliorũ clericorum, quia in emiſſione profeſſionis non ſe obligauit obedire

Epiſcopis, ita Mol.t.1.de iuſt. diſp. 140.col.antepen.Lop.Tax.in cont. l.2.du.2.tr.1.cont.9. Ceſp.de exem. reg.du.315.Rod.qq.reg.30.ar.20.t. 1.Azor.t.1.inſt.mor.l.12.c.16.q.11. Leſſ.lib.2.de iuſt.c.41.dub.5. nu.14. Sanc.d.c.9.n.29.Peyr.de ſubd.q.1.c. 25.§.1.Lez.d.c.23.n.13.Pell.d.c.8.n. 8. electo ab eiecto Epiſcopo, cui vult ſubijcere, non poteſt domiciliũ mutare ſine eius licentia, cùm ſubdatur ſuæ iuriſdictioni, & obedientiæ, ſicut quilibet alius clericus ſæcularis, poſſunt tamen ad aliam diœceſim tranſire cum Epiſcopi electi licentia. Pelliz. vbi ſup. n.9.ex Suar.ſup.n.15.Eiecti remanent ſuſpenſi, ordines ſuſceptos exercere non poſſunt, nec promoueri ad ordines non ſuſceptos, niſi præcedente diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ, & ſi celebrant, efficiuntur irregulares, niſi iterum recipiantur, vel ad aliam religionem tranſeant. Lez. ſup.nu.3.poſſunt tamen ab irregularitate diſpenſari ab Epiſcopo ſi eſt occulta, idem n.5. votum caſtitatis obſeruare tenentur, votum pauperpatis, eo modo quo illorum ſtatus patitur, & votum obedientię vt alij clerici pro ſuo Epiſcopo; Si non ſunt in ſacris, non tenentur ad officiũ Diuinũ, quamdiù in ſæculo viuunt ſunt infames infamia facti, priuilegio canonis, & fori gaudent ſicut alij clerici, de quibus omnibus, & alijs, videndi ſunt Doctores ſupra citati. Tranſgreſſores dicti decreti incurrunt pœnas ibi ſtatutas, ſcilicet pœnã priuationis omnium officiorum, ipſo facto, quæ tunc obtinebit, vociſque actiuæ, & paſſiuæ, ac perpetuę inhabilitat. ad illa in poſterum obtinenda, quæ pœnæ reſeruatæ ſunt ſedi Apoſtolicæ, & declaratum eſt etiam irritũ quicquid ſecus actum extiterit, & incurrunt ſuperiores Regulares, qui in cauſa expulſionis tranſgrediuntur formam in dicto Decreto præſcriptam, non formando proceſſum legitimum, vel expellẽdo non ter monitum, ſeu punitum, vel non carceratum per vnius anni ſpatium, vel nõ conſulendo patres, ſeu non tradendo copiam ſentẽtiæ ordinario. Pell.d.c.8.n.40. & ſequitur Bord.n.108.

55 Religioſus profeſſus matrimoniũ de facto contrahens ipſo iure eſt excommunicatus, etiamſi illud non conſumet. Clem.1.de conſangu. & affin.Suar.de cenſ.diſp.23.ſect.5.n.2 Sanc.de matr.li.7.diſ.48.n.6.& matrimonium eſt nullum, c.vnico de voto in 6.Conc.Trid.ſeſſ.24.c.9.& efficitur irregularis ob bigamiam ſimilitudinariam.Sanc.n.11.& ſuſpectus de hæreſi, contra quem procedi poteſt Inquiſitor. Farin.q.138. n.94.& ſeq. & ſi ſub figura matrimonij virginem violauerit vltra pœnam depoſitionis debet recludi in perpetuum carcerem. Pelliz.in man.tr.9.c.4.n.195.& ſi annullare facit profeſſionem, & rediit ad ſæculum, vbi bona fide (quia non erat in ſacris,) credens profeſſionem nullam contraxit matrimonium, matrimonium tenet, profeſſus tamen mortua vxore tenetur redire ad religionem, & ad alia, de quibus tenetur, videndus Leza. in propriis terminis, conſ.14.ſed ſi poſt ſententiam

tiam obtentam pro nullitate profeſſionis pars cōtraria appellaſſet, ſtante appellatione non poteſt nubere. Rub.t.2.p.4.dec.411.

56 Religioſus monialem carnaliter cognoſcens plura delicta committit, nempe ſacrilegium, adulterium, & ſecundum aliquos inceſtum, gl. in c.virginibus 17.qu.1. vnde religioſus debet perpetuo carcere puniri. Lopez ad Diaz c. 81. aliàs 84. Pell.tr.9.c.4.n.196. Menoc. de arb. caſu 389. Fari.q.45.n.26. Vict.Man. de mod.proced.c.20.n.13. Giach.ad Clar.in §.fornicatio,lit.P, vbi vult, quod monialium appellatione comprehenduntur ſorores tertii ordinis S.Franciſci. De iure ciuili monialem carnaliter cognoſcens morte punitur. Auth.de Sacroſ.Ecclēſ.§.finali. Farinac.q.146.n.3.

57 Religioſi recurrentes ad perſonas extra Religionem, pro conſequendis honoribus, dignitatibus, aut gratiis in ipſa religione incurrunt pœnas ſtatutas in Bullis Pontificiis relatis à Lezan.t.1.c.10.n.17.

58 Reliquias Sanctorum vendens, eſt ſimoniacus, & pęnis ſimoniacis inflictis iacet, & ſi ornati ſunt auro, vel argento, poſſunt vendi tantum, quantum eorum materia, & impēſæ, quæ factæ ſunt in conficiendo ornamento æſtimantur, quod ſi plus vendantur, venditæ cenſentur tanquam res ſpirituales, & venditor tamquam ſimoniacus eſt puniendus. Riccius deciſ.259.par.3. vbi loquitur de Religioſo vendente Reliquias. Reliquias tantùm diſtrahens punitur iudicis arbitrio. Farinac.qu.175.nu.65. Barboſ. in l.nemo martyres,n.6. C.de Sacroſanct. Eccleſ.

59 Sacerdos, qui fornicatus eſt cum filia ſpirituali deponitur ab omni officio, cap.non debet 30. q.1. Abb. in c.at ſi clerici, de iudic. & ibi Felin.n.14.& 15. Dec.nu.36. Ricc.in praxi,p.3.reſ.68.& 318. vbi etiam, quod contrahitur filiatio ſpiritualis per confeſſionem ſacramentalē etiam non perfectam, & ſemel contracta ſemper durat, ita vt ſollicitans eam incidat in pœnam, de qua idem Ricc.reſ.69.& deciſ.376. n. 6. in edit.in 4. folio, & Diaz in pract. cap. 82. dicit, quod debet carceri mancipari. Pellizar. tract.9. cap. 4. n. 198. qui loquitur de religioſo ſacerdote, & idem dicitur de confeſſario ſollicitante, vel habente rem cum puero pœnitente. Riccius reſ. 56.

60 Sacerdos celebrans, & Sacramentum non ſumens per c. Relatum, de conſecr.diſt.2. incidit ipſo iure in cenſuram, quam aliqui putant eſſe ſuſpenſionem miſſæ, alii eſſe excommunicationem maiorem, alii minorem, de qua re Bonacin.de cenſ.in particul.diſp.3.quæſt.3.p.3. Maiol.de irregul.lib.3.c.16.n.2. vbi quod incurrit ipſo iure in excommunicationem maiorem, ſed quia ille canon eſt Concil.Tolet.12.c.5. & per conſequens concilii prouincialis non ligat, niſi Hyſpanos, tamen quia eſt grauiſſimū peccatum ſacrilegii, extra illā Prouinciā debet puniri pœna arbitraria.

61 Sacerdos ſi incipit celebrare miſſam, & dicta oratione recedit, paſſione aliqua non interueniente, inci-

incidit in ſuſpenſionem à celebratione miſſarum ferendæ ſententiæ c. nullus Epiſcopus de cenſur. diſtin. 1. quam opinionem veriorem dicit, Theſſ. de pœnis par. 2. verbo Miſſa c. 3. quamuis alij exiſtiment incidere in excommunicationem maiorem ferendæ ſententiæ, Pelliz. tract. 9. cap. 4. num. 181. Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 16. num. 55. Alter. tom. 2. tract. de ſuſpenſione diſp. 11. cap. 3. col. 2. & 3. Rota deciſ. 426. num. 6. par. 1. diuerſor.

62 Sacerdos celebrans in Eccleſia polluta ſcienter, ante reconciliationem licèt ſecundum aliquos incidat in ſuſpenſionem, vel interdictũ ab ingreſſu Eccleſiæ, vt dicunt Angel. Sylu. & Armilla in verbo conſecratio, Graff. Lapus, Viuald. Azor. & alij, & quod poſtea celebrando fit irregularis, contrarium tamen tenent poſt alios, Suarez de Sacram. diſp. 81. ſect. 4. ſ. ſed quærat, Auila par. 5. diſp. 7. dub. 3. concl. 3. Filliuc. tract. 5. num. 117. Sayr. lib. 5. cap. 16. num. 29. Barboſ. qui alios citat, alleg. 28. num. 54. Theſſ. de pœnis verbo ſacrilegium, §. 5. peccat tamen mortaliter, & pœna extraordinaria puniri debet, Tuſc. tom. 8. concl. 25. nu. 1. & alij quando ordinaria, idem num. 5. Crauet. conſ. 46. nu. 10. Megal. tom. 2. var. reſol. 168. nu. 17. quod intelligi debet, ſi ſine licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij in caſu neceſſitatis vrgentis celebret, Barboſ. Filliuc. & Theſſ. ſupra citati, nam in tali caſu, cum dicta licentia ſi celebrat, non incurrit, [illegible]

63 Sacramentalia ſi indigne, & irreuerenter tractat, Sacerdos punitur pœna ſuſpenſionis per annum, à cura, ſi eſt Parochus, Ricc. deciſ. 96. par. 1.

64 Sacrilegium, quòd eſt læſio rei ſacræ, diuiditur in perſonale, reale, & locale, quo ad priuilegium perſonale, percutiens clericum, vel religioſum, vltra excommunicationem reſeruatam incurrunt pœnam mortis, ſi illum occidunt, vel triremium ſi illum mutilant, vel exilio, aut alia ſimili pœna, iudicis arbitrio ſi non mutilant, quoad priuilegium locale, ſi quis in Eccleſia luxuriauerit puniri debet pœna arbitraria, Bonac. qu. 4. de matrim. p. fin. num. 26. Barboſ. alleg. 28. nu. 54. Diana par. 6. tr. 6. reſ. 28. & 51. q. 5. extrahens reum à loco ſacro incidit in excommunicationem Papæ reſeruatam, ex Bulla Greg. XIV. & non abſoluitur niſi prius reſtituat reum in Eccleſia, Farinac. de immun. num. 311. Sanch lib. 6. opuſc. cap. 1. dub. 7. n. 1. quo ad ſacrilegium reale dictum fuit ſupra in verbo furtum. Et quia hoc crimen ſacrilegij non eodem modo committitur, pœna variatur ſecundum qualitatem perſonæ, rei, loci, temporis, ætatis, & ſexus, & aliquando eſt mortis, aliquando condemnationis ad triremes, aliquando deportationis, aliquando relegationis, Clar. §. ſacrilegium, verſ. ſed quæro, Boer. deciſ. 254. Muſcatel. tit. de ſacrileg. n. 6. & 7. & eſt mixti fori, vt aliàs dictũ eſt.

65 Scripturam falſam fabricans puniri debet de falſo, etiam quòd falſitate vſus non ſit, aut dicat ſe fal-

fal-

Digitized by Google

falſitate iam fabricata vti nolle, & non excuſat pœnitentia. Farinac. cum alijs ab eo citatis quæſt. 150. num. 53. & quæſt. 159. n. 32. producens ſcripturam falſam debet docere de authore, aliàs præſumitur ſcripturæ falſæ fabricator. Farin. d. quæſt. 159. num. 16. niſi ſit perſona bonæ famæ, idem n. 18.

66 Simoniam committens, incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam extrau. 2. de ſimonia, Bulla Pij V. incipit, cum primum. Sanch. lib. 2. opuſc. cap. 3. dub. 26. num. 7. eſt inhabilis ad illud beneficium, etiam ſi ſit occultum, & in foro etiam conſcientiæ, Theſſ. de pœnis verbo ſimonia cap. 2. ſi eſt notoria iuris, vel facti, efficit delinquentem infamem, & irregularem. Theſſ. num. 8. & 9. quā infamiā, & irregularitatē ſolus Papa tollere poteſt, Sanch. dub. 120. n. 43. Theſſ. §. ſeptimo, Regulares in eorum officiis ſimoniam committentes non incurrunt dictas pęnas, quia nomine beneficii non veniunt officia in odioſis. Theſſ. vbi ſupra §. Amplia. vbi alios citat.

67 Sodom. exercentes incurrunt pęnā actualis degradationis, & traditionis Curiæ ſæculari cū aliis pœnis, ex Bulla Pii V. edita anno 1566. incipiens Horrendum, frequentiam requirunt ad has pœnas incurrendas. Garcia de benefic. par. 11. c. 10. num. 198. Roderiq. qq. regul. 30. ar. 9. tom. 1. Prax. Archiep. Neap. cap. 82. Barboſ. in cap. clerici de exceſſib. Prælat. Clerici, & religioſi poſt degradationem verbalem, perpetui carceris pœna puniuntur, dicunt Iodoch. in pract. crimin. cap. 69. nu. 1. & ſeqq. Lopez ad Diaz c. 86. Duen. reg. 101 Campanil. rubr. 11. cap. 22. nu. 7. & 10. Barboſ. vbi ſupra num. 4. & ſic vel pœna perpetui carceris, vel perpetuæ remigationis, Chartar. deciſ. 66. nu. 59. & 60. eadem pœna punitur vitium beſtialitatis, Roland. conſ. 7. vol. 1. Roderiq. in ſumma par. 1. num. 200. Ricc. in praxi reſol. 59. par. 3. Bellect. diſquiſit. cleric. tit. de pœnis clericor. §. 12. & concubitus cum dęmone in corpore aſſumpto, Sayr. in Clau. Reg. lib. 8. cap. 5. num. 19. Reginal. lib. 22. nu. 51. Beller. dicto §. 12. vbi idem dicit de peccato hominis cū muliere mortua. Sed an clericus ſi eſt occultus delinquens de hoc peccato, ſit ipſo iure ſuſpenſus, & irregularis ſi celebrat? Affirmant Farinac. quæſt. 148. nu. 27. & alii citati à Garzia vbi ſupra nu. 194. Negant tamen Lambertin. de iure Patron. par. 1. lib. 2. qu. 19. ar. 18. Roderiq. quæſt. regu. 29. ar. 2. tom. 2. Garzia num. 195. Suar. diſp. 31. ſect. 4. num. 20. tract. de irregular. Sayr. lib. 7. cap. 12. num. 22. Diana reſol. 29. miſcel. 3.

68 Stuprans virginem etiam conſentientem, ſi eſt Clericus, tenetur pœna depoſitionis, Diaz cum Salzedo cap. 85. Farinac. 147. n. 62. & hoc delictum etiam inducit infamiam, & iuris, & irregularitatis. Maiol. de irregula. lib. 5. c. 40. Theſſ. de pœnis in verbo ſtuprum, & tenetur clericus eam dotare, Farin. quæſt. 147. num. 108. ſed ſæcularis ſi cum vi, & violentia virginem

ginem ſtuprat tenetur pœna mortis, Farinac. ibidem num. 22. Sed contrarium tenet Theſſ. deciſ. Pedam. 148. & ibi Gaſpar. in addit. & idem Gaſpar. qq. for. 57. n. 5. ſtuprans tantum cum blanditiis non tenetur pœna mortis, Farin. ſupra nu. 34. ſed contrarium dicit Ricc. in praxi reſol. 398. nu. 1. par. 2. ſtuprans virginem, quæ ſine vi præbuit ſtupratori conſenſum, etiam immaturam non viri potentem, doli tamen capacem, non tenetur pœna mortis, l. ſi quid aliquid 38. §. qui nondum, ff. de pœnis, ſecus ſi non eſſet doli capax, & eſſet in ſexto, vel ſeptimo anno, quia non poteſt dici cognita ſine vi, & ſtuprans tenetur pęna mortis, vt contra Theſſ. tenet Cabal. caſu 28. in fine, & pœna eſt arbitraria, quando ſtuprum committitur ſine vi, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 61. num. 10. & non præſumitur cum vi quando mulier reperitur pręgnans Boer. deciſ. 241. Nec quando mulier acceſſit ad domum ſtuprantis, Bald. Anchar. & Gramm. citati à Ricc. deciſ. 398. num. 1. Stupratæ dictum facit indicium ad torturam alijs adminiculis concurrentibus, Marſil. conſ. 28. dummodo ſtuprata fuerit torta, niſi fuerit illata vis, & illa virgo fuerit bonæ famæ, & inquiſitus malę famæ, Ricc. deciſ. 236. par. 2. Violentia in genere probatur per ſolam acclamationem mulieris, non autem in ſpecie contra nominatũ per ipſam, niſi alijs indicijs concurrentibus, Viu. deciſ. 247. Ricc. dict. reſol. 398. num. 5. ideſt ſi viſus fuiſſet exire de domo mulieris, & fugere, & acclamatio eſt probanda per duos teſtes, Ricc. ibidem, & ſi teſtes dicant cognouiſſe mulierẽ ad vocem probant, Bald. in l. conuenticulum C de Epiſc. & Cleric. & non creditur ſine adminiculis mulieri aſſerenti ſe fuiſſe ſtupratam per vim, Boer. deciſ. 319. num. 7. ex Caſtr. conſ. 148. n. 14. Iaſ. conſ. 22 vol. 1. Faber. deciſ. fin. tit. de adult. etiam cum iuramento, Boer. deciſ. 299. Theſſ. deciſ. 3. num. 4. & 5. Maſtril. deciſ. 192. num. 33. Caſtil. deciſ. 143. n. 30. Maceratenſ. deciſ. 7. lib. 3.

CAPVT V.

Religioſus Sacerdos, an veniat puniendus ſi celebrat Miſſas, mediante ſtipendio, donando alicui conſanguineo pauperi.

SVMMARIVM.

1 *Negatiuam opinionem videntur aliqui tenere, & num. 2. Contrariam opinionem, quod debet puniri adducitur, num. 5. declaratur, num. 9.*

3 *Superior non poteſt ſine legitima cauſa onerare ſubditos, iniungendo ipſis miſſas celebrandas ad ſuum libitum.*

4 *Superior non poteſt præcipere ſubditis, quæ ſunt extra præter, aut ſupra regulam, ſed tantum ea, quæ ſunt in regula explicitè, vel implicitè, & virtualiter.*

6 *Miſſarum celebratio pro ſtipendio habet rationem contractus, & iuſtitiæ commutatiuæ.*

7 *Re-*

7 *Religioſus quod non habeat ius ad pecuniam, ad votum paupertatis pertinet.*

8 *Religioſus ſacerdos, ſi abſque ſuperioris licentia, ſtipendium pro miſſis transfert in alium, peccat, ac ſi bona monaſterij ſine licentia donaret.*

10 *Facultas conceſſa Religioſis à Religione celebrandi aliquas miſſas, quomodo intelligitur conceſſa, & nu.* 11. 12. 13.

1 ET reſpondendum videtur ne-
gatiuè, ex Souſa in explicatio-
ne Bull. Clem. VIII. de largit. mun.
§. 3. num. 74. aſſerente in hoc caſu,
ſacerdotem non peccare contra
paupertatem; nec includere in Bul-
la Clementis Octaui. Et ſequitur
Dian. par. tractatu ſexto, reſolutio
ne nona, & Vidal inquiſitione vni-
2 ca de paupertate, num. 118. inquit,
poſſe religioſum ſaltem de licentia
tacita ſuperioris dare etiam extra-
neis titulo charitatis, vel pietatis
pecuniã, quã pro miſſis ſibi conceſſis
à lege, vel à ſuperiore acquirit; quia
Religioſus poteſt dicere miſſas pro
intentione alicuius remittendo illi
titulo charitatis, & pietatis, abſque
violati ne voti paupertatis; Si
aliàs non tenebatur pro alijs ſacri-
ficare. Ergo eodẽ intuitu charita-
tis, & pietatis poteſt dare ſtipendia
pro miſſis accepta. Et poteſt hæc o-
pinio probari, primò, quia conuen-
tus cõcedit religioſis omnes miſſas
quas dicere velint, præter eas, quas
ex onere debito Religioni, ſeu
conuentui celebrare tenentur, &
tales miſſas donat monaſterium
vnicuique religioſo pro eius libito
dicendas. Vnde nihil damni re-
cipit Monaſterium, ſi Miſſas, quas
pro anima ſua, ſeu parentum, ſiue
amicorum ſuorum poterat religio-
ſus celebrare, dicat pro alijs acce-
pto ſtipendio ad ſuum libitum,
quomodocumque diſtribuendo.
Secundò, quia Miſſas ita liberè
concedit Monaſterium, & Religio
3 cuique Religioſo, vt ſuperior abſ-
que cauſa, & neceſſitate victus, ſeu
fabricæ conuentus, aut ſimili ne-
ceſſitate vrgente, & eminente non
poſſit onerare ſubditos Religioſos
iniungendo illis alias miſſas ad li-
bitum, vltra eas, quas ex ſtatuto,
4 aut aliàs tenentur. Et alias miſſas
iniungendo ſubditi non obligantur
eas celebrare. Imò iuſtè contradi-
cere poſſunt, & conqueri in viſita-
tione; Quia non in omnibus etiam
licitis, & honeſtis tenetur Religio-
ſus ſuo Prælato parere; ſed in ho-
neſtis, in quibus ſua Regula ex-
preſsè, aut tacitè, directè, aut indi-
rectè eum ſuo Prælato ſubiicit, ſe-
cus ſi iubeat contraria, aut extra-
nea regulæ, & quæ nec explicitè,
nec implicitè, & virtualiter conti-
nentur in regula, ſecundùm Diuũ
Thomam ſecunda ſecundæ, quæſt.
104. articulo quinto. Nauarra
comm. 2. de regular. numero 59.
& comm. tertio, numero duodeci-
mo. Vndè ſuperior non poteſt
præcipere ea, quæ ſunt extra,
præter, aut ſupra Regulam,
dicunt Angelus verbo Religio-
ſus, numero vigeſimo nono.
Rodriquez tomo tertio, quæ-
ſtione decima nona, articulo
tertio, cum ſuo compendio re-
ſolutione centeſima ſecunda, nu. 4.

Sanch. lib. 2. c. 2. n. 15. Suar. tom. 3. de relig. lib. 10. c. 8. n. 6. Caſtr. Pal. par. 3. tract. 16. diſp. 4. p. 4. n. 2. Bord. de profeſſ. regular. c. 23. num. 11. 12. & 13.

5 Sed his non obſtantibus contrariũ eſt verius. Quòd miſſæ conceſſæ ſacerdotibus, vt poſſint ad eorum libitũ applicare, non poſſunt abſque expreſſa licentia ſuperioris eas applicare. Secundum intentionem ſui conſanguinei pauperis, pro quo ſacrificio dictus conſanguineus accipit ſtipendium ab aliquo, ſciente ipſo ſacerdote. Vel ſi ipſemet ſacerdos conueniat cum aliquo, vt ſtipendium pro miſſis det conſanguineo pauperi, vel cuicumque alij, quia eſt contra votum paupertatis, cum reuera pecunias illas ſuo ſacro ſibi acquirat; & det pauperi illi, & ideo dum propter ſtipendium celebrat, non poteſt dici, quod gratis facit ſacra, & talis conuentio, & promiſſio celebrationis miſſarum facta cum tali obligatione, & pacto vt ſtipendium detur conſanguineo, vel alteri pauperi, eſt actus proprietatis, & eſt virtualiter quoddã dominium, & pecuniarum diſpenſatio contra votũ paupertatis, & propriam confeſſionem;

6 Nam talis miſſarum celebratio cum tali conuentione, ſeu pacto, habet rationem quandam contractus, & obligationem iuſtitiæ commutatiuę dantis, & recipientis. Vnde aliter pro quo celebratæ ſunt miſſæ obligatur ad dandum tale ſtipendium. Neque valet dicere eſſe eleemoſinam, nam licèt nomine ſit eleemoſina; verum tamen eſt ſtipendium, quod alter ſoluere tenetur, vel ipſi religioſo: vel illi conſanguineo, aut amico pauperi. Et ad votum paupertatis pertinet, non ſolum vt

7 religioſus non accipiat, vel retineat pecuniam, ſed etiam vt non habeat ius ad pecuniam ex pacto aliquo, ſeu conuentione à ſe mediatè, vel immediatè facta. Et ſi religioſus non tangat pecuniam, quia immediatè datur illi pauperi; ſtipendium tamen non acquiritur illi pauperi, ſed ſacerdoti celebranti. Vnde idem eſt, ac ſi ſacerdos ſtipendium propria manu

8 acciperet, & pauperi daret, & ideo abſque licentia illud transferendo in alium peccat, ac ſi bona Monaſterij abſque licentia donaret, & includitur per conſequens indirectè Bullæ Clem. VIII. de largit. muner. ita Sanchez in præcept. decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 28. num. 15. & 19. in fine, Petr. Nauar. de reſt. lib. 3. cap. 1. & in noua editione par. 3. num. 170. Roderiq. qq. regul. 29. art. 13. tom. 3. magis expreſsè Io. Valer. in differ. vtriuſque iur. in verbo munera, num. 75. & ſatis clarè Peregr. in conſtitutione cleric. regular. par. 2. cap. 1. lit. K. §. 7. Pater Geſualdus par. 3. tract. 15. cap. 3. num. 21. & 22. Baſſeus verbo paupertas religioſa num. 15. & 16. Et licèt Diana par. 1. tract. 6. reſ. 9. diſtinguens inter vnum caſum, & alium, exiſtimet, quòd in caſu quo ſacerdos celebrat miſſas ad intentionem alicuius amici, ſciens dictum amicum ſtipendium pro illis accipere,

perè, non peccat contra votum paupertatis; nec includitur in dicta Bulla Clem. VIII. cum Souſa loco citato; Tenet tamen in alio caſu cum Io. Valer. vbi ſupra, quod non poteſt donare ea, quæ iam acquiſiuit ex eleemoſinis miſſarum ſibi conceſſis, etiam cum licentia ſuperioris, tamen Souſa, & Diana in illo primo caſu debent intelligi,
9 quando cum ſacerdote nullo pacto, aut conuentione, ſed tantum ſacerdos gratis celebrat pro amico, vel conſanguineo paupere, & tunc eſt diſpar ratio inter vnũ caſum, & alium; ſed interuenien te pacto, & conuentione nulla eſt differentia; & in vtroq; caſu peccat ſacerdos contra votum paupertatis, & includitur in Bulla Clem. VIII. de largit. mun. vt pa-
10 tet ex dictis. Nec obſtant in contrarium adducta, nam ad primum reſpondetur; quòd facultas conceſſa religioſis celebrandi aliquas miſſas ad libitum, intelligitur tantum conceſſa in bonum ſuarum animarum, vel aliorum, pro quibus tenentur, vel velint celebrare. Idque gratis, ſine nullo pacto, & ſtipendio, & ſine licentia ſuperioris ſtipendium pro ſacro recipere non poſſunt.
11 Ad ſecundum reſpondetur, quòd licèt ſuperiores ſine neceſſitate victus, veſtitus, aut fabricæ, vel ſimili vrgenti, & eminenti cauſa non poſſint onerare ſubditos, iniungendo eis plures miſſas, quas ipſa neceſſitas requirit, hoc intelligi debet, ne eos priuet tanto ſuffragio in damnum ſuarum animarum, & aliorum, quibus vnuſquiſq; eſt adſtrictus; non tamen ob ſtipendium, quod ipſi religioſi pro ſe, vel pro alijs poſſunt acquirere. Cum nihil proprij habere poſſint, ita Ioan. Valer. loco citato.
12 Si abſque vllo pacto, & conuentione expreſſa, aut tacita, religioſus promitteret liberaliter alicui ſacra, & pro illo celebraret, quando non eſſet obligatus celebrare pro ſuo Conuentu; & ille in ſignum gratitudinis liberaliter daret ſacerdoti aliquam eleemoſinam; ſi in religionem non eſt prohibita pecuniarum receptio, cum licentia ſuperioris, poteſt illam recipere. Roderiquez tom.2. ſummæ cap.31. numero 8. pariter ſi alter liberè, & ſine pacto pecunias aliquas religioſo ſupradictæ Religioni daret, & iſte liberaliter ſacra promitteret; nõ eſſet cõtra votum paupertatis, quia ſine conuentione, aut aliqua ab altero obligatione dantur, & cum licentia ſuperioris recipiuntur. Nauarra dicto dub.2. numero 171. Sanchez dicto cap. 28. num. 17. Similiter non peccat religioſus contra votum paupertatis promittens pauperi ſacerdoti ex mera charitate ſe celebraturum pro illo certum numerum miſſarum, quas ipſe celebrare debebat, vt liberet eum à tali onere, qui propter aliquam impotentiam ſatisfacere non poterat. Quia in hoc caſu nihil ſibi appropriat, et nihil acquirit formaliter, nec virtualiter, nec dominium pecu-

niæ alteri dat, & transfert. Nauarra vbi ſupra numero 183. Sanchez dicto cap. 28. num. 18. Fagundez in decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 7. nu. 7. & 15. Baſſeus verbo paupertas religioſa numero 16. P. Geſuald. part. 3. tract. 25. cap. 3. numero 21. & 22. Palaus tract. 16. diſp. 3. punct. 11. numero 7. aſſerens, ſi religioſus celebrat pro alio religioſo obligato ex ſtipendio, ſiue tale ſtipendium iam conſumpſerit, ſiue non, non peccat contra votum paupertatis. Nec ſi celebrat pro hæredibus, legatarijs, aut capellanis, obligatis ad miſſas celebrandas, quia tunc non datur receptio ſtipendij promiſſi, ſed tantum deobligantur prædicti ab onere celebrandi; vnde ſi is, pro quo ſacerdos celebrat vult gratis, & ſine conuentione facta cum ſacerdote dare alicui conſanguineo pauperi ipſius ſacerdotis aliquam eleemoſynam, non peccat ſacerdos.

CAPVT VI.

Pœnæ ſiue Corporales, ſiue non Corporales, ſi ex cauſa ſint augendæ, vel minuendæ, an poſſint minui, vel augeri infra eandem ſpeciem.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ corporales indiuiſibiles, vt mors, mutilatio, & ſimilis, ſi commutantur, debent commutari in aliam ſpeciem.*

2 *Pœna qualibet, quando ponitur, vt ſpecies ſi ex cauſa ſit commutanda non commutatur infra eandem ſpeciem.*

3 *Pœnæ diuiſibiles ſi ex cauſa commutantur, poſſunt commutari infra eandem ſpeciem.*

4 *Pœna quando dicitur indiuiſibilis, vel diuiſibilis.*

5 *Pœnæ, quæ recipiunt quantitatem, vel tempus dicuntur diuiſibiles, & ponuntur exempla, numero 6. & 7.*

8 *Pœna carceris, vel exilij impoſita à lege per aliquod tempus, an ſi delinquens non finita prima pœna iterum delinquat, ſecunda pœna incipiat currere ſtatim poſt condemnationem, an verò finita prima pœna?*

9 *Clericus pro aliquo delicto ſuſpenſus ſi durante tempore primæ ſuſpenſionis incidat in aliam ſuſpenſionem, an ſecunda pœna incipiat currere ſtatim, potius vel finita prima pœna?*

10 *Abbas in cap. cum in cunctis §. fin. de elect. num. 10. eijcitur.*

1 ET pro parte negatiua poſſunt plures tex. adduci, & primo l. ſi adulterium §. Imperatores, ff. ad legem Iuliam de adulterio, vbi minoratur ex cauſa pœna mortis, & commutatur in relegationem, & in lege Gracchus C. eodem, vbi minoratur pœna mortis in exilium, & in lege Corne-

nelia §. cum quidam, ff. ad legem Corneliam de ſicarijs, vbi pro homicidio culpoſo, fuit quis relegatus in quinquennium, & in lege tertia §. ſed ex Sac. Congreg. ff. eodem, relegata fuit quædam mulier, quæ dedit medicamentum, ex quo mors ſequuta fuit, ex quibus videtur pœna mortis ordinaria commutata ex cauſa in aliam pœnam. Quæ commutatio nec fuit facta in aliam pœnam corporalem, ſed in non corporalem, ſcilicet exilium, & relegationem. Seruat tamen conſuetudo, quod quando pœna ordinaria eſt mortis, & eſt minoranda ſecundum circumſtantias magis, & minus alleuiantes mitigare pœnam condemnando reum ad triremes, aliquando in perpetuum aliquando ad tempus, prout circumſtatiæ prædictæ requirunt, Clarus quæſtione octuageſima quinta, numero decimo in fine, Gramm. deciſione octaua, & deciſione nonageſima ſexta in fine, & voto quinto, & 29. Farinac. quæſtione decima ſeptima numero ſeptuageſimo tertio. Tuſcus litt. P. concluſione 255. numero decimo tertio, Marcus Antonius Maceratus libro tertio reſponſione quadrageſima ſeptima numero decimo ſeptimo in fine. Caballus caſu 175. numero 3. Theſ. deciſ. 3. numero quarto, Capiblanc. de Baron. Pragm. ſepti. ma numero quinto addit Caualc. de brach. reg. parte quarta numero decimo nono, & 191.

Quòd quando pœna ordinaria eſt mortis, pœna extraordinaria poteſt eſſe triremis perpetui, aut ad tempus iuxta qualitatem facti. Et ſi pœna ordinaria eſt triremis pœna extraordinaria poteſt eſſe fuſtigationis, ictus funis, vel huiuſmodi, & loco pœnæ coporalis ordinariæ poterit adhiberi pœna extraordinaria pecuniaria, vel exilij ad tempus. Et Riccius deciſione centeſima ſexageſima nona parte quarta in fine, dicit quod fuit reſolutum, quando pœna ordinaria eſt triremium; ſi erit minuenda ob aliquam qualitatem minuentem, non poterit infligi eadem pœnæ ſpecies triremium pro minori tempore; quia plus, & minus in ſpecie, & ſubſtantia non differunt.

2 Cæterum hæc opinio ſic intelligenda ſemper in omni caſu, & in omni pœna ordinaria ſine diſtinctione non eſt vera, ſed intelligenda eſt cum diſtinctione; ſcilicet, aut pœna ſiue corporalis, ſiue non corporalis in lege, aut ſtatuto ponitur, vt ſpecies indiuiſibilis, & tunc vera eſt opinio, quod ſi ex cauſa venit pœna minoranda, non poteſt infligi infra eandem ſpeciem, ſed debet ſpecies mutari, vt patet ex exemplis

3 ſupra traditis; Quando autem in lege, vel ſtatuto pœna ſiue corporalis, ſiue non corporalis ponitur vt diuiſibilis, tunc ſi venit minoranda, aut augenda propter aliquam circumſtantiam, poteſt infligi infra eamdem ſpeciem.

Et

Et tūc pęna corporalis dicitur poſita vt indiuiſibilis, quādo eſt mortis, aut mutilationis, aut ſi poſita eſt ſimpliciter ſine temporis præfinitione. Nempe pœna triremium, aut carceris, ſeu quando poſita eſt cum deſignatione principij, & finis; quando autem lex, vel ſtatutū pœnam imponens, reſpicit primariò quantitatē, & numerū, pondus, vel menſuram, vel reſpicit tempus, puta dicendo puniatur per decennium, aut ſeptennium ad triremes, vel ad carceres, ſeu etiam ad exiliū, aut huiuſmodi; tunc non videtur lex, vel ſtatutum primario ponderare pœnam ipſam, ſed quantitatē pœnæ, aut tempus, & quia quantitas, & tempus ſunt diuiſibiles, pœna pariter eſt diuiſibilis, & infra eandem ſpeciem ratione quantitatis, & temporis diuiſibiles poteſt minui, & augeri infra eandem ſpeciem pœnæ. Ang. de malefic. in verbo deducta, p.4. nu.3. & eſt de mente Bart. in l. meuius, §. duorum, ad finem, ſub numero 26. ff. de legat. 2.

6 Probatur auth. Aug. de Arimin. in add. ad Ang. de maleſ. in v. deducta, p.4. ſub n.10. verſ. teneo tamen, vbi aſſerit, quod ſi ſtatutum pro aliquo delicto imponeret pœnam octo ictuum funis, ſeu fuſtigationis cum centum verberibus. Et aliud ſtatutum vellet, quod omnes pœnæ minorarentur in quarta parte per confeſſionem, confitens tale delictū deberet conſequi diminutionem ictuum funis, & verberum in quarta parte, quia conſideratur numerus pœnæ, qui eſt diuiſibilis, & quamvis pœna ſit corporalis, recipit tamen infra eandem ſpeciem diminutionem, & augmentum, ratione quantitatis, quæ eſt diuiſibilis, pariter ſtatutum loquens de duplicatione pœnarum in eadem ſpecie habet locum in pœnis conſiſtētibus in quantitate, pondere, numero, menſura, ſeu in tempore, l. planè, §. 1. ff. de leg. pri. l. lucius, §. impuberem, ff. de leg. 2. & ibi Bart. num. 2. & Florian. num. 4. idem Bart. in dicta l. meuius, §. duorum, ſub num. 23 & ibi Florian. num. 9. eodem titul. de leg. 2. idem Bart. in l. ſanctio legum, in fine, num. 9. ff. de pœnis, & in l. ſenatus conſultum, §. fin. circa medium, ff. ad ſenat. conſ. Turpil. Ang. de malefic. in verbo in platea communis, num. 18. & Aug. ibidem n.28. vbi aſſerit, quod ſtatutum de pœnis duplicandis militat non ſolum in pœnis conſiſtentibus in quantitate, pondere, numero, & menſura, de quibus loquitur Ang. dicto num. 18. ſed etiam in pœnis conſiſtentibus in tempore, & ponit exemplum; ſtatutum dicit, ſi quis vulnerauerit ſtet per decem annos extra ciuitatem, & alio ſtatuto cauetur, quòd pœnæ duplicantur in delictis de nocte factis, hæc pœna duplicatur ex Bart. in l. 1. §. fin. ff. ad Turpillian. infra eandem ſpeciem, & late Cabal. caſu 56. nu. 74. & à num. 112. vſque ad num. 118. qui in proprijs terminis dicit, quod pœnæ corporales indiuiduæ conſiſtentes in ſpecie, non recipiunt augmentum, nec diminutionem. Quando verò ſunt diuiſibiles conſiſtentes in quantitate; tunc quia

leges,

leges, & ſtatuta conſiderant quantitatem pœnæ ex numero illius; recipiunt diminutionem, & augmentum infra eandem ſpeciem pœnæ. Vt patet in exemplis ſupra allatis.

7 Et Bartolus in dicta lege prima, §. fin. ff. ad ſenat. conſult. Turpill. & in lege Lucius, §. impuberem, num. 3. ff. de leg. 2. ita dicit, quod ſi ſtatutum determinans pœnam delinquenti, conſiderat tempus pœnæ, tamquam quantitatem, puta ſi dicat, quod percutiens aliquem in platea, ſtet ad confinia per duos annos, & ſi hoc factum ſit de nocte, pœna duplicetur, tunc habebit locum duplicatio; & ſic infra eandem ſpeciem; ſi verò ſtatutum conſiderat tempus tamquam ſpeciem, puta, quia dicit, ſtet ad confinia per duos annos à die commiſſi criminis, aut à die condemnationis, tunc non duplicatur pœna, quia ſtatutum conſiderat tempus tamquam ſpeciem, & ſpecies non recipit duplicationem; lege planè, §. 1. ff. de legat. 1. dicta lege lucius, §. impuberem; & hoc dicit Bart. menti tenendum, & ſequitur Cabal. dicto caſu 56. num. 225. & ſicut pœnæ conſiſtentes in quantitate per Bar. poſſunt ex cauſa duplicari, ita ex cauſa poſſunt etiam minui, quia contrariorum idem eſt iudicium, §. 1. inſtit. de his, qui ſunt ſui, aut alieni iur. & ita intelligi debent ſtatuta de augmento, & diminutione pœnarum relegationis, ſeu carcerationis, & aliarum ſimilium conſiſtentium in tempore, quia ſi conſiderant tempus pœnæ tamquam quantitatem, & non tamquam ſpeciem; & ideò in eadem ſpecie pœna recipit augmentum, & diminutionem. Cabal. dicto caſu 156. num. 125.

8 Et hac occaſione, non importunè, dico, quod ſi ſtatutum pro aliquo delicto imponat pœnam exilij, ſeu carceris per aliquod tempus, nempè per decennium, ſeu quinquennium, &c. & delinquens pendente primo decennio, vel quinquennio, committat aliud ſimile, ſeu diuerſum delictum, per quod impoſita eſt eadem pæna. Secunda pæna temporalis, quæ non conſiſtit in ſpecie, incipit currere à die, quo eſt finita prima pæna; si verò tempus pænæ imponatur vt ſpecies, dicendo ſtet in exilium, ſeu carcerem per decennium, ſeu quinquennium à die condemnationis factæ, et sic cũ deſignatione principii, & finis, tunc ſecunda pæna, quia eſt vt ſpecies, non poteſt ſtare ſuſpenſa, ſed incipit currere à die condemnationis factæ, non obſtante, quod tempus primæ pænæ nondum ſit finitum. Ita Bart. in dicta lege prima, §. fin. ff. ad ſen. conſ. Turpill. & ſequ. ibi Alex. in addit. et Cabal. vbi ſup. n. 126.

9 Ex hac doctrina Bartoli infert Abb. in ca. in cunctis, §. fin. de elect. et poſt eum Sylu. in verbo ſuſpenſio, quæſt. 6. verſ. ſexto ſupenſus eſt clericus; quod si pæna ſuſpenſionis lata eſſet contra clericum pro aliquo crimine ad tempus, nempè per triennium, si pro diuerſo, ſeu eodem crimine intra illud triennium, aliam ſuſpenſionem pe r aliud triẽnium,

nium,aut aliud tempus incurreret; tempus ſecundæ ſuſpenſionis non incipit currere niſi elapſo tempore prioris ſuſpenſionis,& non confunditur cum priori tempore, ſed ſi tempus ſuſpẽſionis vt ſpecies poſitum ſit;dicendo,qui tale delictum patrauerit, per triennium ſuſpenſus ſit à tempore commiſſi criminis;in hoc caſu ſi delinquens incurreret aliam ſuſpenſionem per aliud triennium, hoc ſecundum trienniũ multiplicato vinculo, ſtatim incipit currere, & non à die, qua completur prima ſuſpenſio. Tamen li-
10 cet doctrina Bartoli vera ſit; Doctrinam vero Abbatis,quo ad priorem partem diuiſionis non admittunt Doctores. Quia cenſuræ ipſo iure latæ ſtatim obligant, & executionem ſecum trahunt, & ideo indiſtinctè tempus poſterioris ſuſpenſionis ſtatim currit, & confunditur cum priori triennio,ſeu tempore,ita poſt gl.in Clem. 2. in verbo ſequentes de magiſtr. & ibi Io: Andr.& in c.cum iniunctis,de elect. Zabarel. ibidem verbo ſecundo quæro.Imol. num.13. Vgolin. de cenſ.tab.4.c.15.§.2.num.2. fol.mihi 658. Sayr.de cenſur.lib.4.c.8, nu.6. Sanch.in opuſc.tom.1.lib.2.c.1.dubio 6. nu.21. Nald.in ſumma,verbo pœna, num.31.& in verbo ſuſpenſio,num.13. Ricc.poſt.dec.471. verſ.ſextus. Pelliz. in manual. reg. tract.7.ca.1.ſect.2.num.102. niſi is, qui cenſuram fert,explicet nolle ſe, vt tempus ſecundæ ſuſpenſionis currat durante tempore primæ ſuſpenſionis:ita Vgolin.& Sayr.ſupra citati.

Aliæ autem pœnæ temporales, quæ non conſiſtunt in ſpecie, poſſunt ſtare in ſuſpenſo, & tempus ſecundæ pœnæ non incipit currere niſi finito tempore primæ pœnæ, iuxta doctrinam Bartoli ſupra traditam,vnde Nald.in verbo pœna,nu. 3. dicit, quod bannitus ob homicidium ad decennium, ſi nouum homicidium cõmittat,non incipit pati vltimam pœnam, niſi expleta illa prima pœna decennij.

CAPVT VII.

An ſemel abſolutus pro aliquo delicto, poſſit pro eodem delicto iterum moleſtari.

SVMMARIVM.

1 *Reus non probato contra eum delicto imputato de conſuetudine abſoluitur ab obſeruatione iudicij,& num.2. eodem modò abſoluitur tortus,& negatiuus, n.3.6.9.& 10*

4 *Reus in iudicio regulari quando abſolui debet cum clauſula ex hactenus deductis.*

5 *Abſolutus ob non probatum crimen, & abſolutus cum clauſula ex hactenus deductis, quod non debet amplius moleſtari, eſt opinio iniqua contra practicam vniuerſalem, & publicum bonum.*

7 *Tortus ex abrupto, & negatiuus, non poteſt iterum ex abrupto torqueri.*

8 *Condemnatus ad pœnam extraordinariam*

riam eo quia non poteſt ex aliqua cauſa torqueri, debet condemnari cum ſupradicta clauſula.

11 *Tortus, & negatiuus, & abſolutus cum clauſula rebus ſic ſtantibus an poſſit iterum torqueri, ſi extraiudicialiter fatetur delictum, intellige, vt num.18.*

12 *Abſolutus cum clauſula rebus ſic ſtantibus, eo quia indicia non ſufficiebant ad torturam, tunc huiuſmodi indicia non dicuntur mortua, quia iunctis cum indicijs nouis ſuperuenientibus poſſunt ſufficere ad torturam.*

13 *Abſolutus cum dicta clauſula infra quantum tempus, poterit iterum torqueri.*

14 *Abſolutus diffinitiuè non poteſt amplius moleſtari etiam ſi ſuperuenerint noua indicia, & confeſſio extraiudicialis, & etiam ſi ſententia eſſet iniqua, num. 18. & 22.*

15 *Innocentia rei quomodo probatur.*

16 *Abſolutus diffinitiuè ſi permittit ſe iterum pro eodem delicto moleſtari, ſibi præiudicat.*

17 *Confeſſio non nocet confitenti, quando ſuper illa fuit ſententiatum, ſecus ſi non fuit ſententiatum, & quid ſi fuerit exterta per torturam, n.18.*

19 *Abſolutus diffinitiuè per colluſionem, vel præuaricationem poteſt iterum moleſtari, vel ſi non ſeruatis ſeruandis fuerit abſolutus, n.20.*

21 *Abſolutus à Prælato inferiori, qui non poterat eum punire pœna ordinaria delicti, poteſt puniri pœna debita à Prælato ſuperiori.*

23 *Sententia quando eſt ſimpliciter lata, ita vt non poſſit colligi ex qua cauſa fuerit quis abſolutus recurri debet ad acta, & in dubio præſumitur abſolutus, quia crimen non fuit probatum, n. 24. Peyrin. in Formular. litt. S.c.1. n.4. reijcitur.*

25 *Abſolutus ab vno iudice non poteſt excipere de re iudicata coram alio iudice, quando iuriſdictiones ſunt ſeparatæ.*

1 ET hoc eſt diſtinguendum, aut quis fuit abſolutus, quia crimen in proceſſu non fuit probatum, aut fuit abſolutus, quia crimen non cõmiſit. Puta, quia in proceſſu apparuit de innocentia rei. Primo caſu de iure videtur, quod non poteſt iterũ moleſtari; & quod debet diffinitiuè abſolui; & quod huiuſmodi ſententia tranſit in iudicatum, & impedit litis ingreſſum, etiam ſi noua ſuperueniant indicia; Nam actore non probante reus eſt abſoluendus, l. qui accuſare C. de edendo, l.fin. C. de rei vendic. l. actor C. de probat. c. Eccleſia Sutrina in fine de cauſa poſſeſſ.& propriet. tex.& gl. in c. de his de accuſat. in verbo replicari. Rota deciſ.6. aliàs 461. de verb.ſignif. in antiq. Alex. conſ.66. lib.5. in vltima apoſtilla. Alciat. in l.ſi calumniator n.5.ff.de verb. ſignif. Foller. in pract. crim. canon.c.35.ſub n.8. Boſſ.tit.de ſent. n.76. verſ.quero quis eſt abſolutus, Couar.var.lib.1.c.1.ſub n.8. & l.2. c.10. num.1. Io. de Amic. conſ.65. & 86. vtrobique nu.1. Rol. à Val. conſ.67. num.1. lib.2. Pariſ. conſ. 104. n.1. conſ.58. n.70. & conſ.59. num.1.lib.4. Clar. quæſt.9. num.3. Farin. q.4. n.27. verſ. contrarium, qui multos cumulat. Theſſ. deciſ.

Pedam.122.ſub n.13.in 6. ampliat. Baiard.q.57.n.5. Caualc. de brach. reg.par.4.n.28.Cabal.caſu 93.nu.4. 5.6.& 18. Et alii ab ipſis citati. Cùm de eiuſdem hominis delicto ſæpius quærendum non ſit, ca.de his extra de accuſat.l.cui, §.iiſdem, ff.de accuſat. Farin.qu.1.n.51. verſ. ſextum eſt requiſitum,& dicta q. 4. n.1.& conſ.5. n. 17. Caualc. dicta par.4.nu.273. Scacc.de iudic.lib.1. ca.12.num.84.Decianus trac.crim. tom.1.lib.3.c.30.num.1.Tuſc.litt.S. concluſ.169.num.1. ſiue fuit proceſſum per viam inquiſitionis, ſiue per viam denunciationis, ſeu per viam accuſationis, tam de iure ciuili, in quo omnes conueniunt, quam de iure canonico, in quo aliqui contradicunt. Couar. vbi ſupnum.5.verſ.octauo conſtat. Clar.vbi ſupra,num.7. & 8.Farin.dicta q. 4.ſub nu.3. verſ.ampliat ſecundo. Et hæc opinio multo magis procedit,in caſu,quo accuſatori fuit præfixus terminus ad probandum. Couar.dicto num.8. Tuſc. dicta concl. 169.n.7.Scacc.de iudic.lib 1. c.95. num.1.verſ.ſi agitur,& alii citati à Farin.qu.4.num.2. verſ.& hæc qui dem.

2 De conſuetudine tamen, & practicata opinione, à qua non eſt recedendum; non abſoluendus eſt definitiuè, ſed tantum ab obſeruatione iudicii, vel ex hactenus deductis, vel ſtantibus rebus prout ſtant, vel cum ſimilibus verbis, vel relaxatur ſub fideiuſſoribus de ſe præſentando ad omne Curiæ mandatum,& hæc practica eſt magis vtilis, & expediens Reipublicæ, dicit Couar.dicto num.8.& ſequitur Farinac.dicta q.4.n.27. verſ. quid igitur. Et hæc abſolutoria videtur quodam modo ſapere naturam diffinitiuæ, & tranſire in iudicatum,eo quia niſi aliud de nouo ſuperueniat, non poteſt reus moleſtari. Theſſ.deciſ. Pedam. 81. & deciſ.122.num. 13. Grilland.de relax. carcerat.rubr.de abſolut. innocentis,qu.2 ſub n.2. Tamen ſic abſolutus,vel ſub fideiuſſoribus relaxatus, effectu conſiderato dicitur interlocutoria, & non parit exceptionem peremptoriam rei iudicatæ, imò non dicitur neque abſolutus,neque condemnatus, ſed remanet contra eum cauſa indeciſa,vt nouis ſuperuenientibus indicijs poſſit iterum moleſtari. Menoch.de præſum. lib. 1. qu. 93. num.1. aliàs non,quia eſt abſolutus ab obſeruatione iudicij, & ita practicatur,& obſeruatur,dicit Iodoch. in practic. crimin. fol. 119.n.2. & de conſuetudine totius Italiæ teſtantur Marſil. in practic. crim.§.quoniam, n.49. & in l.repeti,num. 36. ff.de quæſtion. quæ indicia debent eſſe diuerſa à primis ſpecie,& ſubſtantia.Farinac.dicta q 4.n.25.& quæſt.38. nu.79. & non eſt neceſſe vt ſint fortiora primis. Carena parte tertia,titulo decimo, numero 148. Diana parte quarta, tractatu 6. reſol.16.exempli gratia ſi quis eſſet tortus propter duo indicia remota, nempè, propter malam famam inquiſiti, & propter inimicitiam cum occiſo,& eſſet negatiuus, & per conſequens abſolutus, cum clauſula rebus ſic ſtantibus,vel relaxatis fideiuſſoribus, ſi po-

poſtea ſuperuenirent alij teſtes deponentes de mala fama inquiſiti, & de inimicitia cum occiſo, iterum torqueri non poteſt, quamuis corroboraſſent prima indicia, ſed debent deponere de aliis indiciis diuerſis ſpecie, & ſubſtantia, quæ debent eſſe talia, quæ de per ſe nulla habita conſideratione ad prima indicia, eſſent ſufficientia ad torturã. Guazzinus defenſ. reor. 30. ca. 13. n. 2. in fine, ſiue profluant ex ore torti, ſiue aliunde. Farinac. ſupra, num. 90. Guazzinus num. 8. exemplum ponit Bald. in tract. de quæſtionib. fol. 251. num. 6. in eo, qui dixit, nullum ibi illa nocte iacuiſſe, vbi maleficium fuerat cõmiſſum, ſi ſuper hoc non fuit tortus, ſecus ſi fuiſſet tortus, & poſtea fuit probatum per teſtes, quod ibi aliquis iacuit, & Guazzinus defenſ. 2. c. 7. n. 56. in fine refert, quod quidam imputatus de ſfriſio poſt abſolutionem cum clauſula ex hactenus deductis, faſſus fuit extraiudicialiter delictum, qua confeſſione extraiudiciali probata, iterum fuit carceratus, & tortus, & quando reus in foro ſæculari fuit abſolutus, quia indicia non ſufficiebant ad torturam, tunc prima indicia non dicuntur mortua, & poſſunt iungi cum nouis indiciis ſuperuenientibus, & ſufficere ad torturam, additio ad Farinac. dicta q. 4. in fine. Non tamen noua indicia debent eſſe impertinentia. Ricc. deciſ. 154. p. 1. ex Franc. Marc. deciſ. 280. & de conſuetudine Hiſpan. teſtatur etiam Couar. dicto nu. 8. & de conſuetudine Galliæ. Igneus, & Rebuff. relati a Claro quæſt. 62. num. 2. & de conſuetudine Mediolan. Clar. ibidem, & Boſſ. in tit. de ſent. num. 65. & 72. & de conſuetudine Regni. Carauit. ritu 248. num. 18. Farinacius dicta qu. 4. num. 27. Theſ. dicta deciſ. 122. n. 13. 6. ampliat. Cabal. caſu 36. & caſu 93. à num. 3. verſ. maius autem dubium eſt, vſque ad n. 8. Franc. Pegna in direct. inquiſit. lib. 3. ſchol. 54. col. fin. vbi, quod ab hac ſententia non eſt recedendum. Chartar. de interrog. reor. lib. 4. c. 1. num. 136. Scac. dicto lib. 1. c. 93. ſub nu. 3. verſ. actore non probante, & c. 95. nu. 1. verſ. de conſuetudine. Caualc. de brach. reg. par. 4. n. 277. & ſeq. Tuſc. dicta concl. 169. n. 12. Clar. q. 62. nu. 2. affirmantes, quod hæc doctrina practicatur quando reus non probat ſuam innocentiam, niſi per torturam, ac etiam practicatur, quando reo imponitur pœna extraordinaria, quia propter aliquam cauſam non poteſt torqueri, quamuis delictum ſit ſemiplenè probatum.

3 Et non adſunt indicia ſufficientia ad torquendum, vel ad imponendam aliquam pœnam extraordinariam, & tunc in iudicio ſæculari etiam abſoluitur vt ſupra, & ſi ſuperueniunt noua indicia, de nouo proceditur contra eũ, non obſtante

4 tali abſolut. ſed in iudicio regulari non poteſt ſemper ita practicari, quia in huiuſmodi iudicio non poteſt lis conteſtari, & ponerè aliquẽ inter reos, & per conſequens interrogari, niſi præcedat contra accuſatum, inquiſitum, aut denunciatum ſemiplena probatio, vt aliàs probauimus, & ſic non præceden-

te ſemiplena probatione; non poteſt ex hactenus deductis abſolui, quia abſolui non poteſt quis de eo, quod non poteſt condemnari, lege nemo, ff. de reg. iur. & tantum practicari poteſt in iudicio etiam regulari, quando præcedente ſemiplena probatione, & ſeruatis ſeruandis reus in tortura eſſet negatiuus, vt ſupra dictum eſt; aut ſi dato termino ad ſe defendendum, ita debilitaſſet indicia contra eum, quod non poſſet torqueri, tunc poteſt abſolui rebus ſic ſtantibus, & ex hactenus deductis, vel cum alia ſimili clauſula. Et ſi quis ſtante aliqua infamia contra ipſum, vel aliquo alio leui inditio de aliquo delicto graui ab eo patrato, propter fugæ legitimum timorem eſſet carceribus mancipatus, antequam delictum eſſet ſemiplenè probatum, interrogatus, & poſitus inter reos; ſi poſtea contra eum non inueniuntur indicia ſufficientia ad conſtituendum, nec facta diligentia à iudice per aliquos dies, puta viginti, aut triginta, talia indicia non inueniũtur, tunc eſt neceſſariò dimittendus, non diffinitiuè, ſed ex hactenus deductis, ſi eſt ſpes vt in futurum poſſint huiuſmodi indicia inueniri, & contra eum procedi, & in mandato relaxationis poteſt iudex dicere; talis proceſſatus, & carceratus, relaxatur pro nunc de carceribus, alio contra eum non apparente, & donec ſufficientia ſuperueniant indicia, & ſi contra delatum non eſſet legitimus timor fugæ, non debet carceribus mancipari ſine ſufficientibus indiciis, & ſemiplena probatione præcedẽte, vt dictum eſt p. 5. c. 17. & informationes inſufficientes contra eum ſecretè captæ, debent conſeruari in archiuio, donec ſuperueniant ſufficientia indicia, vt aliàs dictum eſt, & omnino cauendum eſt ab illis, qui dicunt, quod in iudicio regulari abſolutus ob non probatum crimen, non debet abſolui cum dicta clauſula, & abſolutus cum clauſula etiam rebus ſic ſtantibus, aut ſimili, non poteſt iterum moleſtari etiam nouis ſuperuenientibus inditijs, vt exiſtimant Spatar. tr. 10. c. 13 nu. 6. Peyrin. in formular. lit. S, c. 1. n. 3. Pelliżar. in manual. tr. 9. c. 4. n. 156. Fr. Anton. à Spiritu Sancto, in director. regul. tr. 4. diſp. 3 n. 322. & Pitigian. in ſua pract. in 3. ſubſt. c. 8. citans Marſiliũ, qui oppoſitum dicit, nam eorum opinionem iniquam appellant. Farin. dicta q. 4. n. 27. cùm practica ſupradicta ſit vniuerſalis, & opinio contraria eſt contra bonum publicum, dum relinquit delicta impunita, & contra communem obſeruantiam, & practicam, contra quam iudicare eſt iniquum, de qua obſeruantia communi etiam in iudicio regulari teſtantur P. Bouer. in director. c. 39. verſ. alij leuia indicia. Ghiſler. de iudice regular. c. 20. n. 17. Berti in praxi crim. regul. tit. 24. c. 4. n. 17. p. Bict. in ſua pract. qu. 94. n. 31. & alij; & ſi reus è carceribus relaxatur abſque ſententia, & clauſula rebus ſic ſtantibus, ſi ſuperueniunt noua indicia, reuocatur ad iudicium. Boſſius titulo de ſententia, num. 60. & 61. Farinacius

dicta

dicta quæſt.4. num.25. & conſ.59. num. 5. Guazzinus defenſ. reor.2. capite ſeptimo, numero decimoſeptimo.

6 Et quamuis quoad reos tortos, & negatiuos, videatur dicendum abſoluendos eſſe diffinitiuè, eò quia puram veritatem dixiſſe videantur, & hanc opinionem defendant Gomez in titulo de tortura, num. 28. Magon.deciſ. Lucenſ.89. num. 11. & alij,& verior de iure videatur, vt patet ex adductis per Clar. quæſt.64.verſ.illata reo tortura. Tamen ex conſuetudine abſoluitur etiam cum clauſula rebus ſic ſtantibus, prout ſtant, vel ex hactenus deductis. Boſſius titulo de ſententia,num.68.& 69. verſ. ſi tamen iudex,n.71.& 72.verſ.& ſi ex iniuria. Clarus quæſt.6. num.2.& quæſt.64. num.38.Cartar.de interrogat.reor. lib.4.c.1.num.135. & ſequentibus. verſ.ſed conſuetudo.Cabal.caſu 93. num.19.20.ac 21. Farinacius dicta quæſ.4.num.26.in ſecunda ampliatione.Tuſcus lit.S,concluſ.168. nu. 34. et alij ab ipſis citati. Imò ſi dictus inquiſitus tortus, ac negatiuus eſſet multum ſuſpectus,&ob id eſſet retentus poſt torturam per viginti, vel triginta dies in carceribus, et nulla ſuperuenerint indicia, adhuc non deberet abſolui diffinitiuè, ſed cum dicta clauſula. Iodoc. in practica criminali,capite quadrageſimo, numero primo, ac ſecundo. Cabal. vbi ſupra numero vigeſimoſecundo;& ſic ſuperuenientibus nouis indiciis ſemper moleſtari, atque torqueri iterum poteſt; Et ſi eſſet confeſſus condemnari. Ita Doctores ſupracitati, et alii ab ipſis adducti; idem etiam dicunt Ambroſinus de proceſſ.inform.libro quarto, capite quarto, numero octauo. Caualc. de brach.reg.par.3.num.135. Farinacius quæſt.38.num.72.et 76. Aldobran.inter conſ.Farin.19.nu.12. et ibi Galleſ.in addit. Facchin. lib. 1.controuerſ.cap.33.Guazz.defen. reor.2.cap.7.num.14. Ball. tractat. var.lib.2.q.17.n.3.Intrigl.ſing.151. lib.2.verum,quod ſi proceſſum fue-

7 rit ex abrupto, ac fuerit tortus, et negatiuus non poterit ex nouis indiciis ſuperuenientibus iterum ex abrupto torqueri, ſed facta remiſſione in iuſtitiam.Burgund.de modo procedend.ex abrupt. quæſt.47. num.26. et quando quis non poteſt torqueri, et loco torturæ condemnatur in pœnam extraordinariam,

8 quia delictum eſt ſemiplenè probatum, condemnari etiam debet vt dictum eſt, cum dicta clauſula, rebus ſic ſtantibus, etc. Hinc eſt, quod abſolutus cũ dicta clauſula, ſi poſt talem abſolutionem delictũ extraiudicialiter fatetur, poterit ex hac extraiudiciali confeſſione bene probata torqueri; et ſi fatebitur condemnabitur,non obſtante abſolutione præcedenti. Boſſ.tit.ſi aduerſ.rem iudicatam,n.28. Caual. de brach.reg.par.4.n.285.in fine,et ita etiam in facti contingentia exequutum fuiſſe teſtatur Bertaz. conſ.306. in fine. Farin. d.q.4.n.45. Guaz. d.def.2. c.7.n.56. vbi dicit, quòd quidam imputatus de ſfriſio, poſt abſolut. cũ clauſula,ex hactenus deduct.faſſus fuit delictũ extraiu-

iudicialiter, & iterum fuit carceratus, & tortus. Imò quando reus fuit abſolutus, quia indicia non ſufficiebant ad torturam, tunc prima indicia non dicuntur mortua, & poſſunt iungi cum nouis indicijs ſuperuenientibus, & ſufficere ad torturam. Addit. ad Farinac. in dicta quæſt. 4. in fine.

20 Hic oritur difficultas, ſcilicet, intra quantum tempus poſſit de nouo moleſtari talis reus ſic abſolutus ab obſeruatione iudicij, & dimiſſus? Alciatus dicit, infra biennium, quo elapſo amplius moleſtari non poteſt, ita in leg. ſi calumnietur 233. num. 4. & 5. ff. de verbor. ſignific. cum tantum temporis ſpatiũ durat inſtantia cauſæ criminalis de iure ciuili, l. vnica C. vt intra certum tempus, idem videtur dicere Marant. par. 5. n. 47. & 48. vbi dicit, quod in criminalibus perempta inſtantia, pereunt ordinatoria, & probatoria. Sed in ſtatu Eccleſiaſtico, in quo ſeruatur ius canonicum, inſtantia ſemper durat, vt dicit Abb & Doctores in c. venerab. & c. fin. de iudic. Alex. conſ. 23. col. 1. vol. 3. Marant. dicta par. 5. num. 14. Scac. de iudic. lib. 1. c. 94. num. 3. & ſic numquam pereunt acta probatoria, & ordinatoria. Et ſubdit ibi Scac. quòd ſi aliquis eſſet accuſatus de homicidio, & carceratus, & tandem delicto non probato relaxatus, ſi deinde lapſo biennio, vel triennio conſtaret, quòd homicidium commiſerit, certè iſte denuo carceraretur, & puniretur, ſine vllo ſcrupulo. Theſſ. verò deciſ. Pedam. dicit, quòd moleſtari poteſt infra quinquennium, Poll. in pract. crim. canon. quæſt. 35. num. 10. verſ. ſed pone, dicit, quod ſi proſequatur primum iudicium iam tentatum, infra triginta tantum dies poteri de nouo moleſtari, ex l. libellorum §. final. ff. de accuſat. ſi verò nouum iudicium intentatur, hoc fieri poterit infra tantum tempus, infra quod durat ius accuſandi, vel inquirendi, l. accuſaturus, ff. de adulter. Farinac. dicta quæſt. 4. num. 29. & hanc opinionem puto veriorem, vt etiam exiſtimat Cabal. dicto caſu 93. num. 33. & ſequitur Guaz. dicto c. 7. num. 19. durat autem tempus accuſandi, & inquirendi regulariter per annos 20. vt plurimum, & non vltra l. querelam, ff. ad leg. Corn. de falſ. Boer. deciſ. 26. ſub nu. 5. & 6. Clar. q. 51. in principio, licèt ſint aliqua crimina, quæ præſcribuntur minori tempore, vnde abſolutus rebus ſic ſtantibus, prout, ſtant elapſo dicto tempore etiam ſuperuenientibus nouis indicijs, & etiam ſi delictum fateretur, nõ poteſt moleſtari. Marian. Soccin. in c. de his num. 38. de accuſat. Decian. lib. 3. c. 30. n. 11. Baiard. quæſt. 57. nu. 13. quæ præſcriptio non ſolum habet locum quo ad forum ſæculare, ſed etiam quo ad forum Eccleſiaſticum, quia præſcriptiones à lege ciuili inductæ, non ſunt correptæ à ſacris canonibus, & ideo confirmatæ cenſentur, c. de capitulis 10. diſt. Boer. deciſ. 37. num. 7. Foller. in praxi crim. verbo foriudicantur, n. 24. Thob. Non. conſ. 20. & ſeqq.

De-

Decian. dicto cap. 37. num. 19. Farinac. quæſt. 10. num. 32. & quia de hac re ſermonem fecimus ſupra cap. 4. num. 149. ideo ibi remitto.

14 In ſecundo caſu, quando quis fuit abſolutus, quia crimen non commiſit, quia conſtitit iudici de eius innocentia, tunc competit abſoluto exceptio rei iudicatæ, & eo caſu abſolutio debet eſſe diffiniti ua, vnde etiam ſi noua ſuperueniant indicia, moleſtari non poteſt, neque ex officio, neque ad inſtantiam partis, neque per viam accuſationis, neque per viam denuntiationis, l. ſi cui, §. iiſdem de accuſat. Foller. in pract. canon. cap. 35. num. 2. & 3. Boſſ. tit. de ſententia nu. 68. 69. 71. 72. 77. Ghirland. de relax. carcer. rubr. de abſolutione innocentis quæſt. 2. ſub num. 1. & 2. Couar. lib. 2. var. cap. 10. ſub num. 1. Clar. quæſt. 4. num 2. & ibi Baiard. num. 1. quæſt. 57. num. 1. Decian. tom. 1. lib. 3. cap. 30. nu. 5. & 27. Farinac. quæſt. 4. num. 23. & 24. vbi multos citat, Scac. de ſent. & re iudic. gl. 14. quæſt. 7. nu. 151. Aldret. de diſcipl. tuend. lib. 2. c. 10. num. 9. Cabal. caſu 93. nu. 3. & 11. Chart. deciſ. 72. n. 77. Spatar. tr. 10. cap. 11. nu. 1. Ghisler. de iudic. regul. cap. 20. Barboſ. in cap. de his num. 2. de accuſat. Et hæc exceptio impedit litis ingreſſum. Ioſeph. Seſſe deciſ. Aragon. 106. n. 1. Mar. Anton. Macerat. var. reſol lib. 3.

15 reſ. 36. num. 21. & 22. Conſtare de innocentia dicitur, quando clarè apparet, quod alius verè commiſit illud delictum, vel quando teſtes examinati contra reum retractant eorum dicta, & aſſerunt, ſe falſum depoſuiſſe, quia forſan erant inimici capitales, vel ſubornati, & pretio tracti, quo caſu reus abſoluendus tamquam innocens, & teſtes ſunt condemnandi tamquam falſarij. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 95. num. 1. ex Ghirland. vbi ſupra. Pegn. in comment. ad direct. Eymer. par. 3. comment. 37 5. quòd verò, & ex eo de Eymer. dicta par. 3. rubr. de duodecimo modo terminandi proceſſ. num. 208. in fine, & ſi vnus teſtis retractat ſuam depoſitionem, & dicit, ſe inſtigatum, & corruptum ab altero teſte dixiſſe falſum, & iſte alter teſtis perſeuerat in ſua depoſitione, non debet ille delatus diffinitiuè abſolui, vt innocens. Quia non apparet, quod ille teſtis depoſuerit falſum, ita Scac. dicto num. 1. Innocentia quomodo probatur, videndus eſt Maſcard. de probat. concl. 905. lib. 1. & an ex offic. iudex de ea quærere poteſt, Boſſ. tit. de confeſſ. num. 70. Marſil. ſing. 72. Flam. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. in præfat. num. 50. Maſcard. concl. 353. Farinac. conſ. 35. numero 2.

16 Si reus diffinitiuè abſolutus permittit ſe examinari, & interrogari abſque eo, quòd opponat de ſententia, & re iudicata, & confitetur delictum, talis confeſſio nocet confitenti non obſtante, quod fuit diffinitiuè abſolutus, & poteſt condemnari. Boſſ. in tit. ſi aduerſus rem iudicatam num. 28. Farinac. dicta quæſt. 4. num. 43. &

17 25. Caualc. de Brach. reg. par. 4. n. 285.

num.285. in fine, & licèt verum ſit, quod confeſſio non nocet confitenti, quando aliàs contra illam confeſſionem fuit ſententiatum. Foller. in praxi crim. in verbo, & ſi confitebuntur in prima part.2. par. num.44. Boer. deciſ.289. n.8. Roland. conſ.31. nu.23. lib.5. Bertaz. conſ.396. num.7. Farin. dicto num.43. verſ. obſtat, nec etiam præiudicat, quo ad iudicium ad torturam. Baiard. quæſt.57. nu.5. tamen huic obiectioni reſpondet Farinac. dicto num.43. verſ. Sed huic, quod procedit quando confeſſio emanauit ante ſententiam, & contra eam fuerit pronunciatum. Secus tamen eſt in confeſſione iudiciali ſpontanea emanata poſt ſententiam etiam diffinitiuam contra quam non fuit pronuntiatum, quia ſufficit ad condemnan-
18 dum. Quod ſecus eſſet, ſi confeſſio non eſſet ſpontanea, ſed per torturam extorta, quia diffinitiuè abſolutus non poteſt ſuperuenientibus nouis indicijs moleſtari. Farin. vbi ſupra num.44. nec diffinitiuè abſolutus poteſt moleſtari ſi extraiudicialiter confeſſus eſſet delictum, de quo diffinitiuè fuit abſolutus. Angel. de malefic. in verbo, quod fama publica n.16. Corrad. in tit. de conf. crim. num.11. in 3. limit. Farin. dicto num.44. & quod dictum fuit ſupra num.11. quod abſolutus ab obſeruatione iudicij ſi poſtea crimen fateatur extraiudicialiter poteſt torqueri, & ſi in tortura fateatur ſuſpendi, intelligit Farin. in addit. ad 4. qu. ſub num 45. quando quis fateatur extraiudicialiter delictum, de quo prius fuerit abſolutus ex hactenus deductis ſine tortura, ſecus ſi tortura præceſſerit abſolutionem ex Cabal. caſu 81. num. 13.

19 Abſolutus diffinitiuè per præuaricationem, & colluſionem iudicis, vel teſtium, aut notarij, ſeu tabellionis, poteſt iterum moleſtari. Farin. dicta quæſt.4. à n.13. & ſeqq. vbi declarat, quid ſit præuaricator, Decian. tr. crim. lib.4.
20 c.30. n.22. Et idem etiã eſt, quando non ſeruatis ſeruandis fuiſſet abſolutus, Caualc. de Brach. reg.
21 par.4. nu.274. & 281. Abſolutus etiam à Prælato inferiori, qui non poterat eum punire pœna ordinaria delicti, ob defectum iuriſdictionis, poteſt à Prælato ſuperiori puniri pœna ordinaria, Decian. tr. crim. lib.3. cap.30. num.29. Baiard. quæſt.57. num.18. Pariſ. de Put. de Syndic. in verbo pœna cap.8. nu.8. Vant. de nullit. defectu iuriſd. n.34. Scac. de iudic. cap.12. num.89. & ante eos Romanus conſ.375.
22 Abſolutus à iudice diffinitiuè, qui non poterat eum abſoluere niſi ab obſeruatione iudicis, quia non erat probata in proceſſu innocentia rei, ſed tantum crimen non erat probatum, tunc licet talis ſententia eſſet iniqua habito reſpectu ad practicam vniuerſalẽ, tamen non poteſt amplius moleſtari. Natta conſ.225. n.1. lib.1. Roman. conſ. 223. per tot. Bertaz. conſ.396. n.4. & 5. Farin. dicta quæſt.4. num.27. verſ. & è conuerſo. Sed Sac. de iudic. c.95. num.3. dicit in hoc caſu, quod ſi abſolutio eſt ritè lata ſecun-

cundum ordinem iudicij, quamuis ſententia ſit iniuſta ſecundum ordinem iuſtitiæ, quia contra practicatam opinionem, non poteſt abſolutus denuo moleſtari, ſecus ſi non eſt ritè lata ſecundum ordinem iudicij. Decian. dicto lib. 3. c. 30. ponit regulam cum quindecim ampliationibus, & octo limitationibus, cui me remitto.

23 Quandoque reperitur ſententia ſimpliciter lata reos abſoluens, ita quod ex illius lectura, ex qua cauſa abſoluti fuerint conſtare minimè poteſt, & tunc communis opinio eſt, quod huiuſmodi ſententia abſolutoria intelligitur lata ex cauſa, quæ colligitur ex actis. Ideò, quod ſi ex proceſſu appareat de non commiſſo crimine per reum, ſententia intelligitur lata diffinitiuè, ex capite innocentiæ, & hæc ſententia impedit iterum agi, ſi vero de non commiſſo non appareat, ſed tantummodo conſtat crimen non eſſe probatum contra reum, & ſententia tunc cenſetur lata ab obſeruatione tantum iudicij, & nō impedit iterum agi contra reum nouis ſuperuenientibus inditiis, inſpecta communi, & obſeruata practica; ita Florian. l. 1. in fine, nu. 26. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. Abb. in c. examinata, n. 10. verſ. plus dico, extra de iudic. Foller. in pract. crimin. canon. c. 35. num. 11. verſ. eſt tamen. Balb. deciſ. 70. Cabal. caſu 93. à n. 36. & ſeq. Farin. q. 4. nu. 28. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 95. nu. 2. & 9. Tuſc. lit. S, concl. 168. n. 16. Quod ſi ex actis liquere non poſſit, qua ex cauſa talis ſimplex abſolutoria lata fuerit, ſci-

24 licet an ob non commiſſum crimen, an verò ob non probatum crimen; tunc in dubio præſumitur ob non probatum crimen, & ideò nouis ſuperuenientibus indiciis poterit iterum moleſtari ad exhibendum, ff. de execut. rei iudic. Bar. in l. ex duobus, ff. de duob. reis, q. 10. Doctores in cap. de his, de accuſat. Foller. dicto c. 35. n. 20. Couar. lib. 1. variar. c. 1. ſub nu. 4. vbi dicit communem. Clar. q. 57. nu. 3. Cabal. vbi ſupra n. 42. Farin. dicto n. 28. Tuſc. dicto n. 16. vbi etiam de communi. Decian. dicto lib. 3. c. 30. n. 15. Chartar. deciſ. 38. n. 16. & deciſ. 72. n. 85. vbi multos citat. Guaz. defenſ. reor. 2. c. 7. n. 36. Florian. d. n. 26. Scacc. d. c. 95. n. 4. Spatar. de modo corrig. regul. tr. 10. c. 9. n. 3. vndè malè dicit Peyrin. in formular. litt. S, c. 2. num. 4. maximè quando Doctores ab eo citati dicunt oppoſitum, & conſuetudo eſt, vt abſoluatur, rebus ſic ſtantibus, & cum conſuetudine iudex ſe conformare præſumitur. Caball. vbi ſup.

25 Quando iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, & penitùs ſeparatæ de conſuetudine Italiæ, abſolutus ab vna iuriſdictione non parit in alia exceptionem rei iudicatæ. Clar. quæſt. 57. num. 11. verſ. Sed hic occurrit alia quæſtio. Sanfelic. deciſ. 138. num. 4. niſi fuiſſet ſufficienter punitus; idem ex Baiard. d. q. 57. verſ. Scias autem.

CAPVT VIII.

Punitus ſemel an poſſit pro eodem delicto iterum puniri.

SVMMARIVM.

1 *Punitus ſemel non debet pro eodem delicto iterum moleſtari.*

2 *Exceptio rei iudicatæ impedit litis ingreſſum.*

3 *Punitus ſufficienter, quando quis dicatur?*

4 *Punitus minori pœna, quàm requirebat qualitas criminis, an poſſit amplius moleſtari?*

5 *Punitus via inquiſitionis pœna extraordinaria non poteſt amplius moleſtari.*

6 *Punitus de delicto deducto in iudicio ſine qualitate an poterit moleſtari iterum de eodem delicto cum qualitate?*

7 *Punitus pro vno delicto an poſſit puniri pro alio, quando ex vno facto oriuntur plura delicta ſpecie diuerſa, & quid quando delicta ſe habent vt genus, & ſpecies, & n. 8.*

9 *Punitus in loco delicti an poſſit puniri pro eodem delicto in loco originis, vel domicilij?*

10 *Punitus ſufficienter à iudice laico in caſu mixti fori, an poſſit iterum puniri à iudice Eccleſiaſtico?*

11 *Punitus minori pœna non poteſt ab alio iudice iterum puniri, quando pœna eſt alternatiua.*

12 *Punitus ſufficienter à iudice Eccleſiaſtico ſecundum legem canonicam in caſu mixti fori, non poteſt iterum puniri à iudice ſeculari ſecundum ius ciuile, ſi pœna non eſt ſanguinis, ſecus ſi pœna eſſet ſanguinis, numero 13.*

14 *Punitus inſufficienter à iudice Eccleſiaſtico, an poſſit puniri ad ſupplementum à iudice ſeculari?*

15 *P[illegible] iudice minori [illegible] [illegible]m in[illegible] poteſt eo inſtante iterum accuſa[illegible] & puniri.*

16 *Punitus extraordinariè per viam exceptionis, poteſt iterum puniri ordinariè.*

17 *Punitus ciuiliter poteſt iterum puniri criminaliter.*

18 *Punitus tantum ad emendationem per denunciationem Euangelicam, poteſt iterum accuſari, & puniri pœna ordinaria.*

19 *Punitus minori pœna à iudice inferiori ex defectu iuriſdictionis, poteſt iterum puniri à iudice ſuperiori pœna debita.*

20 *Punitus minori pœna à iudice, qui malè iudicauit, poteſt puniri ab alio iudice pœna debita.*

21 *Pœna, quæ à iure eſt ſtatuta non eſt arbitraria, niſi habeat qualitatem aggrauantem, vel exgrauantem, aliàs diceretur notoriè iniuſta, & n. 22.*

23 *Iudex laicus, quando præuenit in cauſa mixti fori non impedit iudicem Eccleſiaſticum, vt procedere poſſit etiam eodem tempore ad pœnas ſpirituales, & excommunicationem.*

1 SEmel ſufficienter diffinitiuè punitus pro aliquo delicto vlterius moleſtari non debet, non enim debet de eiuſdem hominis delicto ſæpius quæri, l. licèt in fin. ff. nautæ caup.

caup. ſtabul. c. de his de accuſat. l. ſi cui §. iiſdem, ff. de accuſat. l. qui deſtitit. & l. mulier §. 1. ff. ad Turpil. Bald. conſ. 31. & conſ. 292. lib. 4. & conſ. 124. lib. 1. Paul. de Caſtr. conſ. 18. lib. 1. Boſſ. tit. de ſent. n. 64. Clar. q. 57. in princip. Farin. qu. 4. nu. 2. vbi alios citat. Guaz. defenſ. reor. 35. c. 11. n. 1. & 2. Et hæc ex-
2 ceptio impedit litis ingreſſum, & idex debet pronunciare non eſſe procedendum vlterioria exceptione rei iudicatæ obſtante, & ſuffi-
3 cienter dicitur punitus, quando reo fuerit inflicta pęna pro illo delicto à iure communi, vel ſtatuto, aut conſuetudine taxata, vel his deficientibus, fuerit reus punitus ſecundum iuſtum, & regulatum arbitrium, & è contra non ſufficienter punitus dicitúr, quando minor pœna, & non debita imponeretur. Scac. de iudic. lib. 1. c. 12. n. 86. & licèt reus amplius non eſſet
4 moleſtandus, etiam ſi eſſet punitus minori pœna, quàm criminis qualitas requireret, dicat Bald. conſ. 34. in fine. Boſſ. tit. de ſentent. num. 79. Clar. quæſt. 57. num. 12. Boer. deciſ. 289. Carauit. ritu 272. num. 24. Marc. Ant. Eugen. conſ. 64. num. 12. 37. 38. & 39. tamen hoc procedit, quando iuriſdictiones eſſent ſub eodem dominio, & nulla fraus, vel corruptio in iudice condemnante interueniſſet, & Caualc. de Brach. reg. par. 4. num. 181. aſſerit, quod ſemel punitus in pœnis afflictiuis, puta in ictibus aculei, aut in fruſtra, aut in abſciſſione alicuius membri, vel in exilij, poſtquam ſententia executa eſt, iterum pœnam paſſus puniri non poteſt, & quamuis contrarium teneat, Scac. d. c. 12. n. 85. iuncto, n. 88. verſ. idem dico, & num. 89. tamen contra Scac. tenet, Farin. dicta q. 2. n. 2. ver. quare ſi iuriſdictiones, & fraus, vel colluſio præſumitur, quando iudex recedit à pœna ordinaria, & determinata, & imponit pœnam extraordinariã ſine aliqua cauſa apparente in actis, quæ qualitas præſumpta fraudis, vel colluſionis ſufficit, vt ſic condemnatus poſſit iterum moleſtari, & puniri. Clar. dicto n. 12. & ita intelligit Farin. dicto nu. 2. v. an dicta colluſio, ſecus verò ſi pro reo eſſet deducta aliqua cauſa excuſans, ex qua poterat iudex minorare pœnam, quando tamen ſine cogente cauſa iudex minorat pœnam ſemper præſumitur fraus, & reus poteſt iterum puniri, ſicut etiam quando minorat pęnam propter ignorantiam, Scac. d. num. 88.
5 Ampliatur primò ſi de iure canonico eſſet proceſſum per viam inquiſitionis, & ideo fuit reo impoſita pœna extraordinaria, vel reus fuit abſolutus diffinitiuè, quia tunc nec poterit iterum moleſtari, ſecundum Farin. d. q. 2. nu. 3. & idem etiam dicit Decian. lib. 3. c. 30. n. 5. & 6. vbi idem dicit, ſi proceſſum fuit per viam denunciationis.
6 Ampliatur ſecundò, etiam in condemnato de delicto deducto in iudicio ſine vlla qualitate, quod non poteſt amplius moleſtari pro delicto cum qualitate aggrauante, quando qualitas propoſita non diuerſificat delictum, quamuis pro-

pter qualitatem diuerſificet pœnam, puta pro debilitatione membri ſequuta ex vulnere, pro quo fuit condemnatus, vel abſolutus. Marc. Ant. Eugen. conſ. 65. ſecus ſi qualitas alteraret, & diuerſificaret delictum. Parin. d. c. 2. nu. 4. verſ. ſi verò, exemplificat, in condemnato pro ſimplici homicidio cum qualitate parricidij, & S. Felic. deciſ. 138. n. 6. 7. & 8. Contrarium tenet Decian. quia quoties quis eſt condemnatus, vel abſolutus à pœna in genere, cenſetur condẽnatus, vel abſolutus à ſpecie, & exẽplificat etiam in homicidio, & parricidio; vnde cõdemnatus de homicidio nõ poteſt denuo moleſtari pro parricidio, quia parricidium eſt ſpecies homicidij, quamuis pœna pro homicidio ſimplici, & pœna pro parricidio eſſent diuerſæ, ſecus tamen

7 dicit, quando pro vno facto plura orirentur delicta, non tamquam genus, & ſpecies, ſed tamquam diuerſa, puta ſtuprum, & adulterium, quia condemnatus, vel abſolutus pro adulterio, poteſt iterum moleſtari, & puniri pro ſtupro, ita Decian. dicto lib. 3. c. 30. num. 16. & 26. Seſſe deciſ. Aragon. 106. vbi, quando delicta reſultantia ex eodem facto ſunt ſpecie diſtincta, poteſt iterum puniri, ſed

8 Cabal. caſu 162. nu. 21. indiſtinctè dicit, quod ſi in primo iudicio omiſſa eſſet aliqua qualitas, quæ grauaret delictum, non poteſt condemnatus iterum moleſtari, & puniri, ſupplendo defectum primæ condemnationis, & citat Gomez tom. 3. variar. reſ. de delict. c. 1. n. 27. idem cum eodem Gomez. tenet Baiard. q. 57. n. 22. & citat etiam Alciat. in c. pernicioſam n. 128. de offic. ordinar. ſiue prima ſententia ſit executioni demandata, ſiue non, licèt idem Baiard. ex Baldo in repetit. l. ſi vacantia C. de bon. vacant. lib. 10. nu. 137. afferat, quòd ſi quis de ſimplici vulnere fuit accuſatus, condemnatus, & punitus, quòd iteratò poterit accuſari, vt pœnæ augmententur ratione qualitatis omiſſæ, hoc eſt ratione cicatricis. Niſi ille, qui de vulnere accuſauit, doloſè cicatricem omiſerit, & pro hac opinione citat etiam Bart. & Doctores in lege ſenatus, ff. de accuſat. Lancellot. de attent. par. 2. c. 12. limit. 27. nu. 10 Bero conſ. 196. n. 36. vol. 3. Et in l. prætor educit. §. 1. ff. de iniur. habetur, quòd punitus de vulneribus non poteſt puniri de occiſo, & Rub. deciſ. 65. dicit, quòd iudex pati non debet, quòd quis accuſet aliquem de vulneribus, & non de occiſo, & eſt expectandus euentus vulneris in ſententia ferenda, Luc. de Penna in l. ſi quis decurio num. 17. C. de decurio. lib. 10. de Franch. deciſ. 324. refert Ricc. collect. 1905. Sed contrarium videtur tenere Baiard. dicta q. 52. num. 21. quòd ſi ex iudicis imprudentia fuerit punitus de vulnere, punitur quoque de homicidio, mitiori tamen pœna, S. Felic. dicta deciſ. 138. n. 10.

9 Ampliatur tertiò, etiam ſi loca, ſeu territoria, & iuriſdictiones eſſent ſub diuerſis principibus, aut ſub diuerſis præſidibus Prouinciarum,

rum, quia ſecundum Farinac. qu. 7. num. 26. verſ. tertiò abſolutus, vel condemnatus in vno loco ſiue delicti, ſiue domicilij, ſiue originis non poteſt moleſtari in alio loco ceſſante fraude, vel colluſione. Sed Clar. quæſt. 57. num. 13. poſt Baldum, Aret. & Iacob. de Beluiſ. eſt contrariæ opinionis, ſcilicet, quod delictum commiſſum in vno loco, poteſt puniri à duobus iudicibus in ſolidum, & condemnatio facta ab vno, & exactio pœnæ, non tollit accuſationem, neque punitionem coram alio. Aliam opinionem tenet Viuius Com. opin. 420. num. 4. & 5. afferens, quod condemnatus, vel abſolutus in loco delicti non poteſt alibi moleſtari. Secus ſi eſſet condemnatus, vel abſolutus in loco domicilij, vel originis, quia poteſt iterum accuſari, & puniri in loco delicti. Quarta opinio eſt, Baiard. dicta quæſt. 57. num. 7. qui afferit opinionem Farinac. in loco ſupra citato eſſe veram, quando quis eſſet ſufficienter punitus in loco, ſiue delicti, ſiue domicilij, aut originis; Sed ſi quis eſſet abſolutus in loco originis, vel domicilij, ſecus eſſet, quia daretur materia fraudandi, nam delinquens confugeret ad locum domicilij, & originis, vbi de facili ob defectum probationum, vel alia de cauſa abſolutionem obtineret, & de fraude conſtare non poſſet; & ſic tenet, quod poteſt iterum moleſtari in loco delicti, qui eſt locus principaliter offenſus, vbi punitio fieri debet, & ſi in loco originis fuiſſet punitus, ſed non, bene, puta, quia fuiſſet punitus minori pęna, quàm pœna debita, poterit in loco delicti iterum puniri vſque ad ſupplementum debitæ pœnæ. Ita poſt alios Farinac. dicto num. 26. verſ. bene autem, & è contra ſi in loco delicti non fuiſſet bene punitus, & pœna eſſet minor ea, quæ imponi debuiſſet, tunc poſſet delinquens iterum moleſtari, & puniri per iudicem originis, vel domicilij vſque ad ſupplementum pœnæ debitæ. Cabal. caſu 162. num. 24. & idem dicit Scac. lib. 1. de iudic. cap. 12. num. 83. & 84. & Farinac. quæſt. 4. num. 12. dicunt,

10 quòd ſufficienter punitus à iudice laico, non poteſt pœna temporali puniri à iudice Eccleſiaſtico, in caſibus, in quibus datur præuentio, ſecus ſi non eſſet ſufficienter punitus, & idem procedit, quoties eſt quis punitus ſufficienter ab vno iudice, quod non poteſt ab alio puniri, ſiue ſint ſub eodem dominio, ſiue ſub diuerſis. Et id, quod aſſerit Clar. quòd quando iudices ſunt ſub diuerſis dominijs, vel iuriſdictionibus, condemnatio, & executio condemnationis facta ab vno, non tollit condemnationem faciendam ab alio, intelligitur, quando eſſet impoſita minor pœna, quàm delicti qualitas expoſceret. Scac. d. n. 84. & n. 85. qui dicit etiam, quõd non ſufficiẽter punitus ab vno iudice, poteſt iterum puniri vſq; ad menſuram delicti, & idem poſt Farin. quæſt. 4. col. 2. verſ. ſi tamen iuriſdictio illius iudicis, Sanfelic. deciſ. 138. n. 5.

5. & quomodo obſeruandum ſit in irroganda pœna ſufficienti, Maranta parte ſexta, de inquiſit. num. 100.

11 Ampliatur quartò, quando ius, vel ſtatutum, aut conſuetudo pro eodem delicto imponit diuerſas pœnas alternatiuè, & electiuè, tunc ſi vnus iudex imponit minorē pœnam, reus dicitur ſufficienter punitus, & non poteſt ab alio iudice moleſtari. Boerius deciſione 281. numero ſexto. Foller. in practica criminali, in verbo pœnis debitis feriantur, numero quintodecimo.

12 Ampliatur ſextò in dictis delictis mixti fori, in quibus datur præuentio, & poteſt procedere tam iudex Eccleſiaſticus, quam ſæcularis, quia tunc licet accuſatus, & punitus ab vno iudice, poteſt iterum accuſari, & puniri per alium. Caual. de brach. reg. par. 4. n. 242. 243 nam tunc ſi pœna imponenda delinquenti non eſſet pœna ſanguinis, ſed eſſet pœna citra ſanguinē, quam poſſet imponere etiam iudex Eccleſiaſticus, tamen ſi iudex Eccleſiaſticus præuenit, & condemnat delinquentem imponendo illi pœnam afflictiuam ſecundum legē canonicam proportionatam delicto, tunc quamuis illa pœna ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, eſſet minor illa, quam potuiſſet imponi a ſæculari ſecundum leges ciuiles; nihilominus dicetur ſufficienter punitus, & non poterit à iudice ſæculari de quo moleſtari, & puniri. Nam quando per diuerſas leges, diuerſæ pœnæ imponuntur, vna exacta, & impoſita, non poteſt imponi, l. prætor edixit, §. ſi dicatur, ff. de iniur. & l. quod ſenatus conſultus, §. planè. ff. eodem, & ita dicit Farinacius, q. 4. num. 11. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 12. num. 91. vbi affert rationem, quia non excuſat defectus iuriſdictionis, & ſubdit, quòd ita debet intelligi. Maranta in ſpecul. par. 6. tit. de inquiſit. num. 97.

13 Hæc concluſio ſic ampliata limitatur primò in dictis delictis mixti fori, in quibus accuſatus coram iudice Eccleſiaſtico, & punitus, quod poteſt etiam puniri à iudice ſæculari, quando delictum eſt atrox, & eſt puniendum pęna ſanguinis, quæ pœna non poteſt imponi à iudice Eccleſiaſtico. Farin. dicto num. 11. & Scac. dicto num. 91. & de hoc eſt tex. in cap. fœlicis, §. per hoc, de pœnis in 6. qui & ſi videatur loqui ſpecialiter contra offendentem Cardinalem, vt notat gl. ibi, tamen gloſa eſt communiter reprobata, quia ille tex. intelligitur, vt habeat locum in omnibus delictis mixti fori; ita poſt alios Farinac. & Scacc. locis citatis.

Et ſic quando iudex Eccleſiaſticus nō poteſt imponere pœnam delinquēti iuxta qualitatem criminis, ob defectum iuriſdictionis, quia delictum merebatur pœnam ſanguinis, tunc ſine dubio puniri poteſt iterum à iudice laico, iuxta dictum c. fœlicis, §. per hoc, de pœnis, ita Farinac. dicta q. 4. num. 10. Scacc. dicto c. 12. n. 88. pariter quando pęna iudicis Eccleſiaſtici fuit tantum medicinalis, quia poterit puniri ite-

iterum à iudice laico pœna debita ſæculari, ſed quid dicendum quando iudex Eccleſiaſticus impoſuit
14 pœnam, vel pecuniariam, vel corporalem, nam tunc videtur non poſſe iterum à iudice laico puniri, quia eſt contra omnia iura, vt delinquens bis puniatur; huic difficultati reſpondent Bart. Marant. & Pariſ. de Put. quos citat, & ſequitur Farinac. dicta quæ. 4. num. 10. quod quoad pœnam pecuniariam prima pœna poteſt computari in ſecunda, & ſecunda ſuppleri per primã, & ſic cõputando id, quod in prima ſolutum fuit, ſecundus iudex poteſt iterum puniri.

Sed ſi ſecunda pœna imponenda eſſet corporalis, debet reſtitui reo pecuniaria pro prima pœna ſoluta; ſed ſi prima fuit corporalis concludunt omnes ſupradicti Doctores, quod reus iſto caſu non amplius in corpus, ſed minori pœna, puta pecuniaria punietur. Sed iudicio meo melius puto, quod iudex laicus nõ poteſt ſupplere pœnam; quia iudicando de eadem cauſa, oportet, vt cognoſcat acta facta à iudice Ecclesiaſtico, quæ cognitio aliquam ſaltem tacitam ſuperioritatem cõtinere videtur, ita Diaz, & ibi Salzed. in pract. cap. 113. ver. & quia. Guazzin. defenſ. reor. 35. cap. 11. Barboſa allegatione 51. numero 95.

15 Limitatur ſecundò, in crimine graui, & atroci, quando quis fuit punitus, vel abſolutus ignorante eo, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam paſſus eſt, poteſt ab eo iterum accuſari, quæ ignorantia probatur eo ipſo, quod non probatur ex aduerſo ſcientia, ſed probabitur etiam proprio iuramento, & aliis coniecturis, & ignorantia fuerit veriſimilis, de qua re Farinac. dicta qu. 4. n. 21. & ſeq. Decian. tr. crim. c. 30. n. 23.

16 Limitatur tertiò, in condemnato extraordinaria pœna, quando per viam exceptionis, crimen in iudicio eſt deductum. Quia tunc poterit iterum agi, vt puniatur pœna extraordinaria tamquam inſufficienter primo loco punitus. Farin. dicta q. 4. num. 39. ſecus ſi iam eſſet pœna ordinaria punitus. Decianus vbi ſup. n. 2

17 Limitatur quartò, in condemnato ob crimen ciuiliter deductũ ad vindictam, putà in crimine iniuriarum, quia ſi non fuit condemnatus pœna ordinaria, poterit iterum accuſari, vt ſufficienti pœna puniatur. Farinacius dicta quæſt. 4. nu. 41.

18 Limitatur quintò, in denunciato denunciatione Euangelica; in qua agitur non ad punitionem, ſed ad emendationem. Et ideò huiuſmodi denunciatus, non prohibetur iterum accuſari, & puniri pœna ordinaria. Farin. ibi n. 42

19 Limitatur ſextò, in non condemnato ſufficienter à iudice ob defectum iuriſdictionis; quia non potuit punire, niſi de quibuſdam cauſis leuibus; tunc fiſcus poterit inſtare, vt per alium iudicem grauiùs puniatur. Vant. de null. ex defectu iuriſdictionis, num. 31. Scacc. dicto cap. 12. num. 89. Guazzin. defenſ. reor. 35. cap. 11. num. 11. Decianus tract.

tract.crim.lib.3.c.30. nu.29. vbi ex Romano, conſ.375. dicit, quod condemnatus ab Abbate ſecundum regulam clauſtralem ordinis ſui, poteſt iterum de eodem crimine accuſari coram Epiſcopo, vt puniatur pœna ordinaria.

20 Limitatur ſeptimò, quando reus non fuit ſufficienter punitus, quia iudex malè iudicauit, condemnando ipſum in minorem pœnam, quam in expreſſam, & determinatam de iure. Nam tunc quia ſententia eſt nulla, poterit ita condemnatus denuo moleſtari, & puniri. Scac. dicto cap. 12. num.89. Guaz.defenſ.reor.35. cap.11. n.11.

24 verſ.ſi verò; Quia pœnæ non ſunt arbitrariæ quando ſunt à iure, vel à ſtatuto determinatæ, niſi delictum habeat aliquam cauſam aggrauantem, vel exgrauantem ipſum delictum; Si verò delicto cohæreat aliqua cauſa, vel intrinſeca, vel extrinſeca; tunc pœna efficitur arbitraria circa illam cauſam, ſed nõ circa delictum. Scac. dicto cap.12.n. 98. & quando ex actis non apparet de aliqua cauſa, aggrauante, vel exgrauante, & per conſequens ex actis non iuſtificatur, dicitur notoriè iniuſta. Felin. in c. inter cæteras, poſt n.10. & ſeq. de re iudic. & per conſequens nulla, vnde non tranſit in iudicatum.

23 Limitatur octauò, in delicto mixti fori; in quo ſi iudex laicus præuenit, iudex Eccleſiaſticus non obſtante ſententia iudicis laici, poteſt procedere contra ſacrilegos ad excommunicationem, & alias pœnas ſpirituales, cap. cum ſit, de foro compet. & ibi Doctores. Cacheran. deciſ. 103. in fine. Et iudex Eccleſiaſticus, & ſæcularis concurrere poſſunt eodem tempore, quando vnus alterum non impedit, & tendunt ad diuerſum finem. Francus, Marc. deciſ. 839. n.2. & exceptio rei iudicatæ fori ſæcularis, non obſtat in foro Eccleſiaſtico, idem n.5. par. 2. à quo iudice, quamuis delinquens eſſet punitus ſufficienter à iudice laico poteſt etiam excommunicari, & abſolui à iudice Eccleſiaſtico. Decia. lib.4.c.10.n.5.

CAPVT IX.

De ſententijs ferendis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quid ſit.*

2 *Sententia quid continere debet.*

3 *Puniri nemo poteſt, niſi præcedat ſententia.*

4 *Verbum declaro, importat idem, quod condemno.*

5 *Declaratoria ſententia requiritur etiam, quod in ſententia adſit clauſula, vt incurſa cenſeatur abſque declaratoria, quia intelligitur de declaratoria pœnæ, non autem delicti.*

6 *Pœna impoſita à iure non habet locum ante Iudicis declaratoriam, etiam in foro conſcientiæ.*

7 *Declaratio non poteſt fieri, niſi parte prius citata.*

8 *Appellatio datur à ſententia declaratoria, etiam à cenſuris, & appellatio ſuſpendit in foro exteriori, & nu.9.*

10 *Ap-*

10 *Appellans à Sententia declaratoria excommunicationis exiſtimans non eſſe excommunicatum poteſt celebrare, nec incurrit irregularitatem ſi poſtea declaretur malè appellatum.*
11 *Pęna à lege impoſita nō ipſo iure, requirit ſententiā declaratoriā, etiā pęna.*
12 *Sententia interlocutoria, quid ſit, & in quo differt à diffinitiua, & ponuntur differentię.*
13 *Sententia lata in vno iudicio, an nòceat in alio.*
14 *Sententia diffinitiua reuocari non poteſt, quando tranſit in iudicatum, ſecus quando non tranſit, & ponitur quando non tranſit in iudicatum.*
15 *Sententia an ſit ſtricti iuris.*
16 *Sententia an præſumatur ritè, & iuſtè lata.*

Viſis his, quæ à iudice ante ſententiam agenda, ponderanda, & diſcutienda ſunt, & tandem de pœnis delinquentibus inferendis, remanet modò, vt abſoluto, & ponderato, & diſcuſſo proceſſu tā offenſiuo, quàm defenſiuo de ſententia ipſa ferēda agamus, & per infraſcriptas quæſtiones, quæ ſcienda, & facienda ſunt videamus.

1 Et primò quæritur, quid ſit ſententia? Et reſpond. ſententia eſt iudicialis definitio controuerſię finem imponens, facta à iudice finito proceſſu offenſiuo, & defenſiuo, per quam reus aut abſoluitur ab imputatis, aut condemnatur in pœnā debitam, Felin. & DD. in rubr. de ſent. & re iudic. Scac. de ſent. & re iudic. gl. 14. q. 2. Peyrin. de Prælato qu. 1. c. 2. ſ. vnico n. 25.

2 Quæritur ſecundò, quid continere debet ſententia? Reſpond. quod inter alia continerè debet, vel abſolutionem diffinitiuam, quando reus probat delictum ſibi imputatum à ſe non eſſe commiſſum, vel abſolutionem ab obſeruatione iudicij, quando crimen non eſt probatum ſaltem, vt torqueri poſſit, aut quādo eſt tortus, & negatiuus, vt aliàs dictum eſt, (ſed inter regulares aliter practicari debet, quia quando crimen non eſt ſemiplenè probatū non poteſt nec torqueri, nec abſolui, quia vbi non poteſt locum habere condemnatio, nec poteſt locum habere abſolutio, debet ergo proceſſus incompletus conſeruari per aliquod tempus ad videndū ſi poteſt cōpleri per alias ſuperueniētes probationes, vel indicia, & non ſuperuenientibus indicijs facientibus ſaltem in totū ſemiplenam probationē, debet proceſſus amoueri ab Archiuio,) vel debet continere condemnationem diffinitiuam, quando eſt conuictus, vel confeſſus, quando tamen eſt cōdemnandus à iudice; Sed ſi eſt iam condemnatus à lege ipſa, diſponente, vt pro tali delicto ſit condēnatus ipſo iure in talem pœnam, tunc requiritur tantùm ſententia declaratoria delicti, cùm iam à lege ipſa ſit condemnatus. Nā nō poteſt executio pœnæ ſiue afflictiuæ, ſiue priuatiuæ, ſiue excluſiuę fieri contra aliquē criminoſum niſi præcedat iudicis ſententia vel condemnatoria, vel declaratoria, quando à iure quis eſt condēnatus, vel priuatus. Fari. frag. crim. lit. L. n. 155. vbi mult. cit. Ric. collec. 303. vbi ex hoc plura infert, & ante declarationem

pœna effectum non habet. Afflict. deciſ.97.n.2.& 3. Barboſ. in c. pro humani,n.22. de homicid. & alleg. 44.n.29. Farinac. deciſ.555.num.8. par.1. recent. & in hoc caſu verbũ
4 *declaro* importat idem, quod *condemno*. Angel.conſ.277.Caſtr.conſ. 308.column.2.& col.3.lib.1. Garc. de benefic.par.11.c.10.nu.8.& hoc procedit etiam,quod lex, vel ſtatutum imponens pœnam ipſo iure vlterius procedat, dicendo, abſque
5 alia declaratione, vel condemnatione,vel abſque proceſſu,quia debet intelligi de declaratoria pœnæ, non autem de declaratoria delicti, ſeu facti, quia ſemper eſt neceſſarium,quod illud delictum, ſeu factũ per quod pæna eſt impoſita à iudice declaratur fuiſſe commiſſum. Couar.in 4.pa.2.c.6.§.8.n.10. Graſ. deciſ.aur.l.b.2.c.11.n.41.Sanch.in decalog.tom.2.c.22. n.19. & 20. & lib.6.c.15.n.65. Farin.in fragm.lit. L,n.164.Peyrin.de ſubdito,q.2.a.3. §.11.concluſ.3.& tomo 1. priuileg. conſt.Iul.2.§.n.19. & ante declara-
6 tionem pæna non habet locum, etiam in foro conſcientiæ,gl.in cap. fraternitatis 12.qu.2. Nauar.man. c.23.n 66.nec declaratio poteſt fie-
7 ri. niſi parte citata, ad dicendum cauſam quare non debet declarari incidiſſe in talem pœnam legis,&c. Couar.in c.alma mater, par.1. §.9. poſt n.5.de ſent.excom.in 6.Clar.q. 31.verſ.item adde.Tuſc litt.C, concluſ.268.n.41. Peregr. de iure fiſci, lib.4.tit.5.num.10.Put.deciſ.271. n. 4.Mar.Anton.Genuenſ.in prax.Archiep ca.29. num.16. & ab hac declaratoria datur appellatio ſuſpen-ſiua.Felin.in c.2.de ſponſal.n.4.Tuſcus lit.D.concl.98.n.63.vnde condemnatus debet dicere, appello ab hac interlocutoria, quia non ſum culpabilis,vel quia non fuit probatum me incidiſſe in talem pænam,
9 &c. & requiruntur tres ſententiæ conformes. Achil. de Graſſ.deciſ. 370. nu.7. & hoc idem eſt,quando appellatur à pæna excommunicationis, vel alterius cenſuræ latæ ſententiæ à iure, vel ſtatuto impoſita.Felin.in c.cum non ab homine, n 12.de iudic. Dec.in c.reprehenſibilis,n.21.de appel. Put. deciſ. 271. n.1.& 4.lib.3.Rota deciſ.100. n.30. & 31.in fine,par.1.in nouiſſim. Farin.q.101.n.67. Mar.Ant.Genuenſ. in practic.Archiep.c.28.n.1.& 2.& loquitur etiam de excommunicatione contenta in præcepto hominis.Chart.deciſ.34. n.21. Sanch. opuſc.lib.3.c.vnico,dub.32.n.243.vbi, quod interim in foro externo habetur pro non excommunicato, & non poſſunt affigi cedulones, & affixi ſunt amouendi.Chart.vbi ſupra,n.22.Ant.Theſſ.de pœn.Eccleſiaſt.par.1.c.25. verſ. tertio modo. Scac.de appel.q.17.limit.22.nu.41. & 42.Mar.Ant.Genuenſ.vbi ſup.
10 Et ſi probabili ignorantia exiſtimauit ſe non incurriſſe cenſuram, & confiſus de iuſtitia ſuæ appellationis ſe ingeſſit in Diuinis, & celebrauit,non erit irregularis,etiam ſi poſtea declaretur malè appellatum,& ita reſolutum fuiſſe,teſtatur Ricc.deciſ.214. par.2. & acta ex vi publicæ poteſtatis, ſeu iuriſdictionis externi, vel interni remanent valida.Innoc.& Abb.citati à Felin. in

in c.Rodulphus, n.43. de reſcrip.licet,quæ præceſſerunt ex prima poteſtate,vt electio,acceptatio officij, vel beneficii,& ſimiles erunt nullę, cum effectus ſententiæ retrotrahatur ad tempus delicti. Quoad forum verò internum, in quo cenſuræ ſortiuntur effectum abſque iudicis declaratoria,vt dicunt Caiet. in ſumma,verbo cenſura.Leſſ.lib.2. de iuſt.c.19.du.11.n.101. & c.29. n. 110.Morla empor.iur.p.1.tit.2.q.2 n.5.Diana par.3.tr.5. reſ. 98. & alij communiter, ſi quis in foro interiori ſciat contraueniſſe lege imponenti ipſo iure excommunicationem,& nihilominus celebret, etiam quod in foro exteriori appellaſſet à ſententia declaratoria, efficitur irregularis. Ricc.in praxi aur.reſ.270.

11 Quotieſcumque autem a lege imponitur pœna ſimpliciter non intelligitur ipſo iure, quia in dubio non intelligitur impoſita ipſo iure. Achil.de Graſſ. deciſ. vnica de pœnis, tunc declaratio non tantum criminis requiritur, ſed etiam pœnæ,quicquid dixerit Felin. in c. ſic de ſimonia, ita fuit deciſum in Rota Romana, in vna Caſſanenſ. de Villel coram domino Puteo, anno 1548.per gl.in c.1.de ſagit.

12 Quęritur tertiò,quotuplex ſit ſententia. Reſpond. Diffinitiua, quæ totam cauſam determinat,de qua ſupra dictum eſt,& interlocutoria, quæ definit tantum incidentia, & emergentia inter principium,& finem cauſæ principalis, vt ſi teſtes debent recipi,vel non;ſi delationes plures debent dari, vel non;ſi reus ſit torquēdus,vel non; ſi appellatio ſit admittenda, ſeu non, & ſimiles. Velaſc.dec.63.Ricc.dec.212.n.3. p. 1. vbi,quod ſententia, per quam mandatur nihil eſſe innouandum, eſt interlocutoria. Et differūt inter ſe,primò,quòd à ſententia diffinitiua datur appellatio, & ſola appellatio ſuſpendit executionem ſentētiæ, abſque ſuperioris inhibitione, ſed ab interlocutoria non appellatur, l.2. ff.de appell. niſi contineat grauamen irreparabile per diffinitiuam.Scac.de ſent.gl.14.q.4. n.36. vel ſi negari poteſt cum magna difficultate, aut non ex toto reparari poteſt,ita poſt alios Ricc.dec. 5. p. 2.n.4.& 5.aut parit præiudicium in negotio principali,idem cum alijs citatis in fine,& d.dec.212.n.8. poteſt etiam appellari ab interlocutoria, quando habet vim diffinitiuæ,& eſt illa,quæ definit vnum articulum cauſæ ſubſtantialem,vel totum negotium perimit, quamuis per indirectum, vt ſi quis repellatur ab agendo iuxta terminos, c.licet,de except.Hoſtienſ. in ſumma, tit.de ſent.n.2. vel ſi eſſet lata ſuper recuſatione,vel incompetentia,ſeu competentia iudicis, vt per Doctores citat. à Ricc. dicta deciſ.212. n. 5.hoc idem dicit,de interlocutoria circa executionem ſententiæ, nu.6. & de interlocutoria,per quam pronunciatur capitula non eſſe admittenda, vel poſitionibus non eſſe reſpondendum, idem n.9.& ſic de ſimilibus. Differunt ſecundò,quia diffinitiua non poteſt valide ferri, niſi prius præceſſerit ordo iudiciarius,vtiq; verò interlocutoria. Scac.

Digitized by Google

de ſent.gl.14.q.4.n.30. & 31. Differunt tertiò, quia, quæ per definitiuam præcipiuntur, non expirant, etiam ſi iudex ſuũ finierit officiũ, ſecus in interlocutoria, ſine cauſę cognitione. Aldr. de diſcipl.lib.2.c.27. §.8.n.27.& 28. poſt Bald. conſ.368. lib.4. Corn.conſ.262.n.2. Marant.in ſpec.p.6.in princ.n.12. Differunt 4. Diffinitiua vt ferri poſſit eſt neceſſaria litis conteſtatio, interlocutoria non requirit litis conteſtationem. Ang.conſ.114. Fulg.conſ.136. Butr.conſ.6. Tuſc.lit.S, conc.113.n.4.& 11. Differunt quintò, quia condemnatus per ſententiam diffinitiuam ob aliquod crimen in lucenē iuris infamiam, efficitur infamis, quando ſententia fuerit valida, vel ab ea nõ fuit appellatum, l.1.§. qui in iudicio, ff. de his, qui not.inf. l. infamem, ff. de public.iudic. Peyrinus de Præl.q.2.c.5.§.2.n.50. Giurb. cũ alijs cit.conſ.65.n.62.& q.1.c. infames 17. numerantur apoſtatæ, contemptores ſtatutorum Eccleſiaſticorum, fures, ſacrilegi, ſepulchrorũ violatores, armati contra patres, incæſtuoſi, homicidæ, periuri, raptores, malefici, venefici, adulteri, excommunicati, calumniatores, & alij, ibi expreſſi, & requiritur, quòd iſtis de iure infamibus, inſtigatur pœna ordinaria, quia ſi pœna mitiore punirentur, euadunt infamiã. Theſſ.de pœn.Eccl.p.1.c.33.adu.4. Rota deciſ.125.lib.3. Per interlocutoriam nunquam quis efficitur infamis. Maran.in ſpec.p.6.n 4.

Differunt ſextò. Diffinitiua aliam ſententiam non expectat, interlocutoria poſt ſe expectat ſententiã. Tuſc.dicta conc.113.n.9. Differunt ſeptimò. Diffinitiua poteſt iuſtificari, & impugnari in cauſa appellationis ex eiſdem, vel nouis actis; interlocutoria autem tantùm ex primis actis reuideri poteſt. Maran. vbi ſupra n.10. Tuſc.lit.S, conc.116 niſi quando acta nouiter orta ſunt, & reſpiciunt præteritum. Tuſc. ibidem n.7. Differunt octauò. Diffinitiua tranſit in iudicatum, ideò non poteſt a iudice poſtquam eſt lata, & publicata reuocari, l. poſt ſententiam, C. de ſent. interlocut. l. quod iuſſit, ff. de re iudic. c.1. eod.tit. in 6. ſed tantùm poteſt reuocari ante publicationem. Afflict.dec.38. Ric. deciſ.273.in fine, par.2. Interlocutoria non tranſit in rem iudicatã, proptetea poteſt reuocari. Afflict. deciſ.115. Guid.Pap.ſing.853. Gratian.diſcep.for.147.n.11.& diſcep. 155.n.16. Tuſc.lit.S, concl.113.nu.6 Barboſ.in c.cum ceſſante, n.23. de appel. ſemel tantùm, aut iterum duntaxat, & non amplius. Scac.de appel.q.19.remed.1.concl.6.nu.63. Barboſ. vbi ſupra, contra Gratianũ, & alios tenentes contrarium, & poteſt iudex ſuam interlocutoriam reuocare, etiam ſine cauſa, ac inuitis, & contradicentibus partibus, idem Barboſa, n.24.& 29. & etiam poſt interpoſitam appellationem. Barboſa dicto n.24. qui nu.25. limitat, quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ, & aliam ſententiam diffinitiuam non ſpectat poſt ſe, & ſic in omnibus interlocutorijs habentibus vim diffinitiuæ, de quibus ſupra, non habet locum reuocatio, & quando per interlocu-

toriam finitur officium iudicis.Capic.deciſ.1;4.in fine.Ricc.dec.139. vbi quod decretũ remiſſionis cauſæ iudici competenti non poteſt reuocari,& deciſ.273.num.5.par.2.& quando remittitur cauſa iudici, à quo. Franc.Marc. deciſ.202.par.1.& deciſ.264.par.2.limitatur etiam, quòd non poteſt reuocari poſt inhibitionem legitimam factam a iudice ad quem, ſecus ſi inhibitio eſſet illegitima, vel nulla. Salgad. de poteſt reg.tom 1.par.1.c.5.n.42. & 43.Scac.de appel.q.17.num.59.nec quando ſunt tranſacti decem dies. Gratian.diſcep.for.c.155.n.35. nec vbi interlocutoria fuerit executioni demandata. Cald. Pereira,lib.1.q.9.n.8.Salgad.dicto c.5.n.45. niſi eſſet nulla,idem n.50.Differunt nonò; quia diffinitiua fertur in ſcriptis, interlocutoria non neceſſariò, Scac.dicta gl.14.quæſt.4.num.268. Differunt decimò,quia appellatione ſententiæ in dubio intelligitur de diffinitiua, non autem de interlocutoria.Maranta in ſpec.par.6.in princip.n.5.

13 Quæritur quartò,an ſententia lata ab vno iudicio noceat in alio? Reſp. quòd ſententia lata in iudicio ciuili actò ciuiliter de crimine, non nocet in iudicio criminali.Fellin.in c. at ſi clerici nu.26. de iudic. Clarus quæſtione 53. numero ſecundo. Tuſcus lit.S, numero 172. Guazzinus defenſ.35. cap.25. num. 5. præiudicat tamen quando ex ea oritur infamia, & poteſt repelli à dignitate,& teſtimonio,&c.Guazzinus vbi ſupra numero tertio; ſed ſententia lata in iudicio criminali, nocet in ciuili. Riminaldus iun. libro primo,conſ.163.n.28.Soccin. lib.[illegible]conſ.60.num.3.Tuſcus lit. S, concl.175.n.11.Guazzin.vbi ſupra nu.5.

14 Quæritur quintò, an ſententia diffinitiua reuocari poteſt? Reſp. negatiuè quando tranſit in iudicatum, quia habetur pro veritate, l. res iudicata, ff. de reg.iur. Rimin. iun.conſ.41.vol.1.Scac. lib.1. de iudic.c.97.n.131. quando autem non tranſit in iudicatum reuocari poteſt vſque ad trigeſimum annum, Scacc.vbi ſupra,& quando eſt periculum animæ ſemper reuocari poteſt.Guazzinus defenſ.reor.35.cap. 24. nu.11. vt ſententia tranſeat in rem iudicatam requiritur primò, vt ſit valida; ſecundò, vt non ſit ab ea infra decem dies appellatum; tertiò, vt non ſit contumacialis; quartò,vt non ſit lata ex præſumptionibus; quintò, vt non ſit lata ſuper relatione medicorum, vel ad conſilium ſapientis; ſextò, in crimine vſurarum,de quibus loquitur Guazzinus dicto capite vigeſimoquarto.

15 Quæritur ſextò, an ſententia ſit ſtricti iuris? Reſpon.affirmatiuè, l.2.ff.de ordine cognit.Cephal.conſil.317.n.18. Giurba conſ.41. nu.2. vnde non expreſſum habetur pro omiſſo,l.1.C.quando plur. vn.ſent. Oſaſch.deciſ.64. num.1. Rolandus conſ.79.num.10.lib.3. Tuſc. lit. S, concluſ.126.n.57.& non poteſt deſumi argumentum à contrario ſenſu. Guazzinus cum alijs ab eo citatis, defenſione 37. capite 26. numero tertio, vnde interpretatio

tio

tio facienda eſt contra fundantem ſe in ea, Decian. conſ.43. Farinac. deciſ.172. num.8. Giurba vbi ſupra num.2.

16 Quęritur ſeptimò, an pręſumatur ritè, & iuſtè lata in dubio? Reſp. affirmatiuè, Surd. deciſ.69. nu.8. Seraph. deciſ.84. num.3. Scac. de appell. quæſt.17. num.65. verum quod ſi ab ea appelletur, incipit præſumptio contra ſententiam; quia appellatio eſt fauorabilis cui contra ſententiam deferendum eſt, & eius effectus per eam ſuſpenditur. Scac. vbi ſupra. Guazin. defenſ.35. cap.26. num.4.

CAPVT X.

Sententia an debeat eſſe conformis libello.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet eſſe conformis libello, ſed limitatur primò, in his, quę deſcendunt à libello, vel in illo ſunt comprehenſa, aut accommodari poſſunt; limitatur ſecundò, quando iudex poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta; limitatur tertiò in criminalibus, & n.2.*

3 *Sententia non debet excedere limites proceſſus.*

4 *Sententia ſuper nouitèr deductis, & probatis non poteſt ferri, lite ſuper his non conteſtata, & dato termino ad defendendum.*

5 *Probationes in criminalibus ſunt de ordine ſubſtantiale iudicij.*

6 *Accuſari quis poteſt in eodem libello de diuerſis delictis, & quid quando eſt accuſatus de diuerſis criminibus, & aliqua probantur, aliqua non, & num.7.*

8 *Accuſatio non valet ſi in accuſatione non ſit poſitus locus, & tempus delicti.*

9 *Accuſatio non poteſt fieri in vno libello de diuerſis perſonis, & diuerſis delictis ab illis commiſſis.*

10 *Accuſari poſſunt plures in vno libello de vno maleficio ab illis commiſſo.*

11 *Accuſari quis poteſt in vno libello criminaliter, & ciuiliter.*

1 Affirmatiuè reſpondent doctores, & fundant ſe in leg. fundo, ff. comm. diuidunt in l. fin. C. de fideicom. & in c. licèt Heli de ſimonia, & hæc conformitas conſiſtit in tribus, in re, cauſa, & actione. Bald. in l.1. num.11. C. ſi plur. vna ſent. Bertaz. conſ.18. num.1. & 5. Rim. iun. conſ.652. num.12. vol.6. & quod hæc concluſio procedat tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, tenet Mazol. conſ.64. num.18. & ſeq. & ideo ſi quis accuſauit aliquem, quod percuſſit in facie, & probauit percuſſionem in alia parte corporis, accuſatus debet abſolui, Angel. in verbo in facie num.4. & ſi accuſator de vno loco, vel tempore, probet de alio loco, vel tempore, reus abſoluitur, & accuſans cum ſanguinis effuſione ſi probet de ſola percuſſione reus abſoluitur, & ſententia non conformis libello eſt nulla, latè Bonifac. Vitalin. rubr. quid ſit accuſatio num.109. & debet reus ſaltem abſolui ab obſeruatione iudicij. Tuſc. concl.135. litt.

litt. S. & quod clauſula ſuper quib. omnib.,& ſingulis annexis,& connexis petit ius, & iuſtitiam miniſtrari, & omni alio meliori modo non extenditur ad non narrata,ſed operatur reſpectu narratorum. Decian.in l.petes num.5.c.de pact. Alex.conſ.121.lib.1. Gramm. deciſ.19. num.1. Gabr. concl.4. n.11. lib.6. tit. de clauſul.Bertaz.conſ.8. num.7. Limitant tamen primò, vt hæc concluſio procedat, quando id,ſuper quo pronunciatur,eſt omninò diuerſum à poſitis in libello, ſecus ſi ab ipſo libello ſunt deſcendentes, vel virtualiter comprehenſi. Aut aliquo modo accommodari poſſunt, quia tunc valet ſententia,Vant.de nullit.defectu proceſſus num.97.deciſ.Pedam.1.n.24. Tuſc. dicta concl.135. nu.67. Muſcatel. in praxi lib.1.par.1. gl.petitur num.54.

Limitatur ſecundò, quando iudex procedere poteſt ſola facti veritate inſpecta, quia tunc iudex poteſt ferre ſententiam non conformem libello. Iaſ. in l. vnum col.7. ff. ſi cert. petat. Marant. par.3.ſextæ partis num.62. Vnde ſi ab accuſatore non ſit poſitum in libello, delictum tali loco, & tempore fuiſſe commiſſum, ratione cuius delictum grauiori pœna eſſet puniendum, & poſtea probatum ſit delictum tali loco, & tempore fuiſſe commiſſum, licèt regulariter, ſequi non poſſet condemnatio, quia non eſſet conformis libello. Tamen quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, prout proceditur apud Regulares per priuilegium Bonifac. VIII. de quo aliàs fecimus mentionem; tunc non obſtante ineptitudine libelli,ſequi poteſt condemnatio. Foller.in rubr. pœnis debitis feriantur, num. 74. Felin.in c. licèt Heli, num.19. de ſimonia, Tuſc. dicta concl.135. num.43. Menoch. de arbitr. lib.1. quæſt.31. num.5.& ſeqq.Muſcatel. part.7. gl. condemnando num.67. Clar.quæſt.90. nu.3.Baiard.qu.12. num.5. Decian.reſp.29.num.28.

2 Limitatur etiam tertiò, hodie in criminalibus, Bart.in l. quid ergo, §.pœna grauior, de infamibus,vbi quòd in criminalibus libellus non attenditur (quicquid dicat Mazol. ſupra relatus nu.1.) Bald. in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. in prima lectura ſub num.4. 12. & ſeqq. Gomez tit. delict. cap.11. num.8.Vbi de communi,Miſing. cert.4. obſeruat.18. Cabal.caſu 173. nu.4.& ſeq.Caual. de Brach. reg.par.4.n.37.& par.6. num.467. vbi ait, quòd ſi de delicto conſtet, poſſit reus de eo condemnari,quamuis non fuerit prius deductum in accuſatione. Nec eſt curandum de forma inquiſitionis: dummodo delictum ſit probatum, Caualc. dicto num.37. Cabal. vbi ſupra nu.7. vbi de communi. Nam ſententia potius recipit interpretationem à proſequutis, quam à libello. Scac. de appell. quæſt.37. limit.6.membr.6.nu.60. & membr.9. num.8. caſu ſecundo, ſiue agatur de delicto connexo, ſiue ſeparato. Aug. ad Ang. de malefic. in verbo, qui Dominus Iudex n.6. & ſiue agatur per accuſationem, ſiue

per

per denunciationem, ſiue per inquiſitionem. Bald. vbi ſupra nu.9. & in l.ſi ſeuerior.n.11. C.ex quibus cauſis infam.irrogat.Gomez dicto num.8. Clar. dicta quæſt.90. nu.3. Cabal. vbi ſupra num.8. Et ideo ſi quis accuſatus, aut denunciatus, inquiſitus ſit de ſimplici maleficio, & in proceſſu ſit probata qualitas pœnam augens, poteſt puniri de ea, ac ſi qualitas ipſa oppoſita fuiſſet cum ipſo facto, & delicto. Gomez dicto num.8.Cabal.num.2. Caualc. dicta par.4. num.36. Et è contra ſi quis ſit inquiſitus, vel accuſatus, aut denunciatus de homicidio qualificato,probato homicidio ſine qualitate poteſt reus de eo condemnari. Clar. quæſt.12.n.14. in fine, & quæſt.66. nu.4. Caualc. dicta par.4.

3 Debet tamen ſententia ferri ſuper his, quæ in proceſſu continentur, atque in eo probata ſunt, non excedendo limites proceſſus, & probationis. Imò illud ſuper quo ſententia pronunciatur debet eſſe plenè diſcuſſum. Felin. in dicto cap. licèt Heli num.28. in 10. limit.Abb. in c. cum Abbate

4 de verb.ſignif. In tantum, quod ſuper nouiter deductis, & probatis in proceſſu, non poteſt fieri ſententia,niſi prius lis conteſtetur per interrogationem iudicis, & reſponſionem rei ſuper dictis nouiter deductis, & probatis. Et dato ipſi reo termino ad ſe defendendum,oblata etiam copia proceſſus. Quia hæc non ſunt apices iuris, & ſolemnitates iudiciorum, ſed ſunt ſubſtantialia iudicij, quæ omitti non poſſunt. Nec de delicto poteſt liquere ſi non ſeruantur. Gomez vbi ſupra.Mazol.conſ.64. num.19. Muſcatel. dicta gloſ. petitur n.58. Et quicquid dicunt Doctores,quod probationes dicuntur media cauſę,& de ordine iuſtitię,& nõ de ordine iudicij, procedit in ciuilibus.

5 In criminalibus autẽ ſunt de ordine ſubſtantiali iudicij,quia reus nõ poteſt interrogari,& item cum eo conteſtari ſi non præcedunt legitimæ probationes, Sarcin.conſ.36. num.211. lib.2. Gabriel. lib.2. tit. de ſententia concl.9.nu.13. Ruin. conſ.68.num.6.lib.5. Farin.conſ.5. num.106.Guazzin.dicta defenſ.35. cap.4.

6 In eodem libello poſſumus accuſare vnum delinquentem de diuerſis delictis ab eo commiſſis,l.ſiquis ex multis C. de annual. except. c. licèt extra de accuſat. ſed delicta ſunt clarè ſpecificanda cum appoſitione anni,menſis, & loci,vt accuſatus poſſit ſe defendere, facit tex. cap. vt circa extra de elect.Bonifac. Vitalin. rubr. quid ſit accuſatio, num. 31. & 32. vbi quod ſi poſtea agitur de vno crimine,

7 & accuſator deficit iu probando, non admittitur ad alia crimina ex c. placuit 3. quæſt.10. Sed melius idem Vitalin. num.72. vbi dicit, quòd quando accuſator quædam crimina probauit fore commiſſa ab accuſato,quædã verò non potuit probare, & maleficia ſunt coniunctim poſita in accuſatione, & ſimul, & ſemel, tunc dicit ipſe, quod ab omnibus accuſatus eſt abſoluendus, quia non eſt facta probatio ſecundum formam accuſatio-

tionis, ſi autem delicta fuerint ſeparatim ſpecificata in accuſatione, videntur eſſe tot accuſationes, quot ſunt delicta, ex l.etiam, ff.de minor. & l.in iudicio, ff. famil.hercifc. & tunc ſuper probatis ſequitur condemnatio, & ſuper non probatis ſequitur abſolutio, ita Vitalin. vel ſuper non probatis ſequi poteſt abſolutio rebus ſic ſtantibus, & ex hactenus deductis, niſi accuſatus probauerit innocentiam, quia debet diffinitiuè abſolui, ſi non proceditur per accuſationem, ſed per inquiſitionem ſemper ſuper probatis fieri debet condemnatio, idem Bonifac. Vitalin. ibidem.

8 Si accuſator accuſat aliquem de furto, vel de vulnere, cum appoſitione anni, menſis, & loci, & in eodem libello ponit, quod accuſatus ſit etiam publicus aſſaſſinus, plagiarius, ſacrilegus, &c. non valet accuſatio in hac ſecunda parte accuſæ, quia non continet nec tempus, nec locum. Gandin. in rub. qualiter fiat accuſatio, n.13. Bonif. Vitalin. rub. quid ſit accuſatio, n.56.

Vno libello non poſſumus accuſare diuerſos de diuerſis delictis, diuerſis locis, & temporibus commiſſis, ſed diuerſis libellis poſſumus accuſare tantùm duos, & non plures, niſi noſtram, vel noſtrarum iniuriam proſequamur, l.qui accuſare, & ibi gl. magna, ff.de accuſat. Bart. in leg. hos accuſ., §.leg. Iul. ff.de acc. Ang. de maleſ. verbo, & Andr. Mar. n.26.

Vno libello poſſumus accuſare plures de vno maleficio ab eo commiſſo. Ang. de maleſ. verb. dicto maleſ. n.7.

Vno libello poteſt quis accuſare aliquem de furto, ſeu alio delicto criminaliter, principaliter, & ciuiliter incidenter, ſcilicet ad reſtitutionē rei, &c. l.interdum, §.qui furem, ff. de furt. & ibi Bart. Ang. de maleſ. in verbo etiam veſtem cœleſtem, num. 30.

CAPVT XI.

De ſententia plurium iudicum diſcordantium in condemnatione reorum, & de ſententijs vnius, aut diuerſorum iudicum contrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Si plures ſint iudices, & in ferenda ſententia diſcordant, ſtandum eſt ſententiæ plurium.*

2 *Si plures ſint iudices ordinarij, & diſcordant in ſententia, ſi ſunt numero pares, ſtatur ſententiæ fauorabili, aut pro reo, ſi ſunt delegati recurrendum eſt ad delegantem, ſi verò ſunt arbitri neutra ſententia habet vigorem.*

3 *Si ſunt tres iudices, & diuerſimodè iudicant, ſententia, quæ eſt in minori numero eſt exequenda.*

4 *In maiori numero ineſt minor.*

5 *Si ex tribus iudicibus vnus abſoluit diffinitiuè reū, alius ab inſtantia iudicij, & alius cōdemnat, cui ſtādū ſit.*

6 *Si vnus, & idem iudex protulit duas ſententias contrarias ſtandum eſt primæ, & quando ſecus?*

7 *Sententia lata à iudice Eccleſiaſtico, an pariat exceptionem rei iudicatæ in foro ſeculari.*

8 *Sententia vnius iudicis, quando fecit tranſitum in rem iudicatam, ſecunda ſententia eſt nulla, & quando ſ. cus.*
9 *Proceſſus ſi eſt perditus, & fabricatur nouus proceſſus iudex debet iudicare ſecundum primum proceſſum ſi ante ſententiam reperiatur, ſed ſi poſt ſententiam reperiatur, ſtandum eſt ſententiæ ſecundũ nouum proceſſum.*
10 *Sententia interlocutoria, quando poteſt ferri ab vno iudice, ſine alio.*
11 *Si ex pluribus iudicibus vnus ſit corruptus ſententia valet reſpectu aliorum.*

1 QVando plures ſunt iudices, & in ferenda ſententia diſcordant, ſtandum eſt ſententiæ plurium, ſiue ſint ordinarij, ſiue delegati, ſiue compromiſſarij, quia in iudicijs obtinet, quod à pluribus fit, c. ſi Epiſcopus 65. diſt. c. ei qui §. ſi plures vbi gl. 2. q. 6. l. duo ex tribus, & l. idem proferre §. ſi plures, ff. de arbitr.

2 Sed ſi fuerint numero pares, & diſcordant? Tunc ſi ſunt ordinarij illa ſentẽtia tenet, quæ eſt pro reo, niſi cauſa eſſet fauorabilis, vt pro Matrimonio, dote, Eccleſia, libertate, & ſimilibus, l. inter pares, ff. de re iudic. & ibi Iaſon. nu. 5. Put. de Syndic. verbo iudex ad Syndicatũ c. 2. nu. 17. circa finem, Vant. de nullit. defectu iuriſd. n. 186. Theſſ. deciſ. 1. n. 13. vbi, quòd quando par eſt numerus, iudicari debet pro abſolutione, vel pro mitiori pœna, & præſes debet abſtinere à voto in criminalibus, Cabal. caſu 119. n. 5. 8. & 9. Sed ſi ſunt delegati, vtraque ſententia pendet ex arbitrio delegantis, in cuius poteſtate eſt, quam ſententiam confirmare voluerit, Vant. vbi ſupra Cabal. nu. 13. vbi, quod idem eſt, ſi pluribus ordinarijs iuncti ſint vno, vel pluribus delegatis, & eſt tex. in l. duo iudices, ff. de re iudic. Iaſ. in d. l. inter pares n. 10. Bart. n. 3. Caſtr. nu. 2. in fine; Si verò ſunt Arbitri, neutra habebit vigorem, c. fin. de ſent. & re iudic. d. l. inter pares, & l. duo ff. eodẽ.

3 Si ſint tres iudices, & omnes diuerſo modo iudicant, cui ſententiæ ſtandum ſit? Nempè, vnus condemnat reum in pœnam exilij, vel carceris, aut triremium per decem annos, alius per ſeptẽ annos, & alius per tres annos, tunc ſiue ſint ordinarii, ſiue delegati dicit Theſſ. dict. deci. 1. n. 10. quod Senat. Pedamon. ſolet condemnare in ſeptem; ſed hanc ſententiam impugnat Cuiac. lib. 12. obſeru. cap. 16. vt refert ipſemet Theſſ. per tex. in l. dies proferre verſ. inde quæritur, ff. de arbitr. & hanc ſententiam Cuiacci dicit veriſſimam Cabal. d. caſu 119. n. 22. ſcilicet, quod ſententia eſt exequẽda, quæ eſt in minori numero, eo
4 quia in maiori numero ineſt minor, vnde in minori numero videntur iudices concurrere, & concordare, & ideo hæc ſententia eſt publicanda, & ita deciſum etiam referunt, Maſtrill. deciſ. 183. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 303.

6 Quando vnus, & idem iudex protulit duas ſententias contrarias, prima ſententia eſt attendenda. Quia lata prima deferitur inſtantia, & ipſe iudex functus eſt officio ſuo, l. iudex poſtquam, ff. de re iudicat. l. prolatam C. de ſent.

&

& interloq. omn. iudic. Roman. conſ.45.num.3.Socc. reg.4. & ſententia contra ſententiam non valet. Vinc. de Franc.deciſ.398. n.1. par.2. Cabal. caſu 133. nu.8.Tuſc. litt. S. concl.142. num.4. etiam ſi iudex diceret, per errorem, vel inaduertentiam fuiſſe dictam primam ſententiam.Cabal.vbi ſupra, & eſt regula, quod ſententia contra ſententiam,nec in ciuilibus valet, l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſe, Cranet. conſ.103. num.5. Caual. de Brach. reg.par.4. n.287. nec valet laudum contra laudum poſtquam fuit promulgatum. Caualc. ibidem ex Magon. deciſ. Lucenſ.67. nu.32. & Cacher. deciſ.5. num.49.Et in tantum eſt nulla, vt ab ea non ſit neceſſe appellare. Caſtr. in l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.Tuſc.vbi ſupra nu.5. Sed debet clarè apparere de duabus ſententiis contrariis latis ab eodem iudice, vt prima non reſcindatur per ſecundam. Secus ſi eſſet dubium an eſſent dictę duæ ſententiæ contrariæ, Baiard.q.93. num.3. Et procedit ſupradicta concluſio, etiam quando ſententia contra ſententiam eſſet lata à pluribus iudicibus ſub eodē Principe, vt ſit attendenda prima ſententia, ſi fuerit lata à iudice competente, & tranſiuit in rem iudicatam, c. qui prior,vbi Dynus n.4. de reg.iur.in 6.Caualc.dicta par.4 num.287.Tuſc. litt. S. concl. 142. num.1. vbi, quòd ſecunda ſententia eſt ipſo iure nulla, quando ſecundus iudex fuit certificatus de re iudicata, vt declarat num.3.

7 Verum, quòd ſi eſſet vna ſententia lata contra aliam è diuerſis iudicibus exiſtentibus ſub diuerſis principibus, vel vna a iudice laico, & altera a iudice Eccleſiaſtico lata ſit,tenet, idem Caualc.fragm.100. ex Afflict. deciſ.219. num.6. Bald. in c.fin. de re iu dic. quod de iure ciuili, ſi facta ſit inquiſitio per Epiſcopum contra laicum de crimine ſacrilegii, & Laico comparente, & negante maleficium eſſet diffinitiuè abſolutum, quia delictum non fuit probatum; poteſt iudex ſæcularis denuo contra eundem procedere, & inuentum culpabilem punire ex Bald.conſ.260.lib.3 & è conuerſo iudex Eccleſiaſticus de eodem iure ciuili, poteſt inquirere de eodem crimine contra abſolutum à iudice laico. Chartar. deciſ.72. num.50. & licet de iure canonico, ſententia lata in foro Eccleſiaſtico pariat exceptionem in foro ſæculari tantum in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus dicant Io. de Anan. in c.qualiter §. ad corrigendos col.6. extra de accuſat. Felyn. in c. de his n.13. extra de except. Alciat. in cap.1. poſt num.136. extra de officio ordinario, qui ita interpretantur, tex. in c. fin.de except. in 6. & ſequitur Chartar.dict.deciſ.72.n 53. contra Baldum loco citato. Nihilominus vera eſt opinio,Bald.in delictis, in quibus non imponitur pęna ſanguinis intellige, vt ſupra cap.9 num.12. 13.& 14.

8 Quando ſententia vnius Iudicis fecit tranſitum in iudicatum, ſecunda ſententia eſt nulla, etiam ſi in

alia inſtantia ſit lata, l. 1. quando prouoc. non eſt neceſſ. Alex. conſ. 53. num. 16. vol. 5. Bald. conſ. 56. lib. 4. in fine, Caualc. dicta par. 4. num. 287. & dicto fragm. 100. vbi ſubdit. Secus tamen eſt, quando prima ſententia iudicis à quo, impugnatur à iudice ad quem, vel prima ſententia non eſt valida, aut dubitatur de validitate, & dicitur iniuſta, aut nulla coram eo, qui habet poteſtatem cognoſcendi per viam quærelæ, & cognouit, & pronunciauit ſententiam ſecundam contrariam primæ. Tunc valet ſecunda, & idem ſi de prima non fuit oppoſitum. Butr. conſ. 27. num. 2. verſ. proponitur autem, Tuſc. litt. S. concl. 142. n. 9. & n. 15. idem dicit de ſententia lata contra laudum, quòd declarat, vt num. 17.

9 Quando proceſſus fuit deperditus non culpa iudicis, aut notarij, & denuo oporteret fabricare proceſſum, in quo multa hinc inde eſſent probata; & demùm ante ſententiam primus proceſſus reperiatur, in quo eſſent tantæ probationes, vel diſcreparet ab alio; Iudex debet iudicare ſecundum primum, & ſi primus reperiatur poſt ſenten tiam, ſententia non reuocatur, licèt ſecundum primum proceſſum deberet iudicari. Afflict. ſuper conſtit. Regn. in tit. de notific. bannitis in conſt. coram nobis in fine, Baiard. qu. 93. num. 1. & 2.

10 Id quod dictum fuit in materia diuerſarum ſententiarum diuerſorum iudicum; procedunt nedum in ſententijs diffinitiuis, ſed etiam interlocutorijs. In quibus requiritur pariter omniũ conſenſus, vel maioris partis, & in pari numero adhibetur eadem diſtinctio, quæ in diffinitiuis. Abb. in cap. cauſam matrimonij num. 3. verſ. & aduerte extra de officio iudic. deleg. Cabal. caſu 119. nu. 33. Verùm quod in procedendo differunt diffinitiua ab interlocutoria. Nam iudex vnus, ſine alijs non poteſt ſententiam diffinitiuam proferre, ſed in interlocutorijs vnus ſine alijs poteſt interlocutorias ferre, & in cauſa procedere, ſi iudices ſunt ordinarii. Abb. in cap. prudentiam ſub num. 10. extra de offic. deleg. Cabal. num. 34. cum aliis ab eo citatis, aut ſi ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum, Bart. in l. Pomponius n. 4. de re iudic. Caſtr. ibi num. 9. Iaſ. num. 6. & 11. quod debet intelligi, quando agitur de ſententia merè interlocutoria, quæ non affert magnum præiudicium, vt in deferendo iuramentum calumniæ parti, vel in teſtibus examinandis, vel in dando dilationes ad probandum, vel in admittendo articulos, poſitiones, inſtrumenta, & alia ſimilia faciendo. Secus in interlocutoriis magni præiudicii; puta in pronunciando ſuper incompetentia, vel in abſoluendo ab obſeruatione iudicii, vel interlocutoria haberet vim diffinitiuè, & Caſtr. d. nu. 9. quòd etiam vnus ex delegatis, ad vnam, vel plures cauſas, poteſt ſine alio collega interloqui in his, quæ ſunt modici præiudicii, ſecundum quam opinionem Caſtrenſis teſtatur, Cabal. num. 37. quòd vidit pluries obſeruari. Secus

in

in his, quæ ſunt magni præiudicij; vbi quod ipſe noluit reum ponere ad torturam ſine coniudice delegato, licèt ſolus ſine cõiudice examinaſſet.

11 Si ex pluribus iudicibus vnus ſit corruptus, ſententia valet reſpectu aliorum. Franc. Marc. deciſ. 686. tom. 1. Caualc. de Brach. Reg. par. 4. num. 174.

CAPVT XII.

De Subſtantialibus iudicii ſeruandis in ſententia proferenda pro eius validitate.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet redigi in ſcriptis, & proferenda poſtea legendo ſcripturam aliàs eſt nulla, & debet promulgari publicè, & n. 2. & 8.*

3 *Iudicis annotatio ſuper proceſſu, non valet, pro ſententia.*

4 *Sententia debet continere nomen iudicii, & ſociorum quando ſunt plures, ac delictum, & cauſam ſuper quam eſt fundata, & ponitur exemplum.*

5 *Citationes tres ſunt neceſſariæ, & de ſubſtantia iudicij, & n. 6.*

7 *Citatio hæc debet eſſe ad audiendam ſententiam nominatim, & debet eo die, & hora qua cadit citatio.*

8 *Sententia debet publicari præſente reo publicè, ſi eius præſentia haberi poteſt, & coram teſtibus, & audientibus, ac ſubſcribentibus.*

9 *Sentẽtia debet eſſe certa, alias non valet.*

10 *Debet continere abſolutionem, & condemnationem.*

11 *Ante ſententiam debet præcedere cauſæ cognitio.*

12 *Debet eſſe prolata infra inſtantiam iuris communis, vel ſtatutarij.*

13 *Illud principium in Chriſti Nomine non eſt de ſubſtantia proceſſus, ſed de conſuetudine.*

14 *Sententia contra legem, vel ſtatutum non valet.*

15 *Iudex ſi ſine cauſa minuit, aut mutat pœnam, plures pœnas incurrit.*

16 *Iudex non debet eſſe clementior lege.*

17 *Iudex quando poteſt reo minuere pœnã.*

18 *Iudex ſi non exprimat cauſam mutationis pœnæ à iure ſtatutæ, nec apparet cauſa in actis, ſententia eſt nulla.*

19 *Cauſa mutationis pœnæ quomodo exprimi debeat.*

1 QVamuis ſolemnitates, & apices iuris in iudicio regulari non ſint ſeruandæ, vnde non eſt neceſſarium, quod in ſententia proferenda pro ſua validitate iudex ſedeat pro tribunali, aut eam proferat de die, & non de nocte, aut die non feriato, & ſimili, ſubſtantialia tamen ſeruari debent, aliàs ſententia erit nulla c. vxor 17. q. 4. de quibus plura diximus, par. 2.
2 cap. 5. Nunc verò pauca dicam; & primò, quod ſententia redigi debet in ſcriptis, & proferenda eſt poſtea legendo ſcripturam, alias non valet, vt dictum fuit d. c. 5. nec ſufficit ſi iudex ſcribendo vnico cõtextu ſententiã proferat, Maranta in ſpecul. p. 6. tit. de ſententia. n. 5. & hoc ſubſtantiale omitti non poteſt. Peyr. in formular. lib. 5. c. 3. n. 4. Carena par. 3. tit. 11. n. 8. nec ſufficit edi in ſcriptis, & nõ recitari in ſcriptis, Bart. in l. 1. n. 1. notab. 1. C. de ſent. ex breuil. reci. Scac. d. ſẽt. & re iudic.

iudic.gl.12.n.1. & 2. & lata ſine ſcriptis eſt nulla, etiam ſi poſtea in ſcriptis redigetur. Carena vbi ſup. ex Scac.dicta gl. 12. & debet promulgari publicè, præſentibus teſtibus, & eam poſtea ſubſcribentibus, alias tollerentur reo defenſiones. Muſcatel.in praxi, p.7. gl.condemnando, n.22. contra Menoch.de arbit q.60. Guaz.defenſ.31.ca.9. nu.6.

3 Nec valet iudicis annotatio ſuper proceſſu, quod ſit condemnandus, vel liberandus, niſi ſit in forma ſolita ſententiæ. Cabal.caſu 133. n. 6.

4 & debet continere nomen iudicis proferentis, & ſociorum, ſi iudex collegas habeat, quia omnes ſunt cauſa efficiens illius ſententiæ, & debet exprimere an ſit ordinarius, vel delegatus, nomen actoris, & rei, & cauſam, ſuper quam iudiciū fundatum eſt, & ſubſtantialia proceſſus, ſcilicet narrando delicta probata in proceſſu, nimirum viſo libello, ex quo conſtat, quod talis accuſatus fuit de tali maleficio, vel de tali maleficio denunciatus, vel viſa inquiſitione, ex qua conſtat, quod talis iuridicè fuit inquiſitus de tali maleficio, vel de talibus maleficijs, & viſis teſtiū examinationibus, vel viſa eius confeſſione, ex quibus, vel ex qua conſtat tale delictum, vel talia delicta, ab ipſo fuiſſe commiſſum; ideò eum ad talem pœnam condemnamus, & quando non eſt repertus culpabilis, eſt dicendum; viſis teſtium examinationibus, & quia non eſt repertus culpabilis, ideò eum abſoluimus, ita in ſententijs criminalibus eſſe obſeruandum, ſicut Marant.in 3.pa. 6.par.n.47. Alber.de Roſat.in l.properandum, §. illo, C.de iudic. Aug. ad Ang.de malef. in verbo, & quia nobis conſtat, n.4. Et debet iudex in criminalibus in ſententia, inſerere cauſam, quando vult augere, vel minuere pœnam legis. Aug. vbi ſupra, Foller.in pract.crim. rubr. de pœn. debit ſ feriatur, n.88. & ita tenet Bald. in c. ſicut nobis, de re iud. iuxta infra dicenda, n.17. & 18. & debet ſe ſubſcribere per hæc, ita pronunciaui, vel ita pronunciauimus, ſi ſunt plures. Vant.de null.de-

5 fect.proceſſ.n.76. Et debet etiam de ſubſtantialibus iudicijs, vt pars citetur ante ſententiæ probationē, aliàs ſententia eſſet nulla. Clem.ſæpè, §.fin.de ver.ſignif. Bald.in l. fin. C. de legib. Felin.in c.quem Eccleſiarum, n.66. de conſt. Nauar.conſ. 5.de appel. (quicquid obſeruat de communi ſtylo S.Conſ. Neapolitanum,) etiam ſi in cauſa procedatur ſummariè. Alex.conſ.42.n.3. li. 4. Tuſc.lit.S, concl.152. n.48. Aldr. de diſcip.relig.lib.1.c.17.n.1. Ghisl. de iudic.reg.c.20.n.9. Scac.de ſent. gl.9.n.37. nam tres ſunt citationes ſubſtantiales iudicij; prima eſt citatio ad reſpondendum. Aret. conſ.

6 110.n.40. Tuſc.lit.S, concl.157. n 1. de qua dictum fuit ſup.p.5.c.1.n.1. ſecunda eſt citatio ad ſe defendendum, quæ fit quando datur reo terminus ad ſuas defenſiones faciendas, cum copia repertorum, de qua ſermonem fecimus ſupra in hac p. 7.c.1. & tertia eſt citatio ad audiendam ſententiam diffinitiuam tali die. Menoch.conſ.345.num.14. Barboſ.in Clem ſæpè, de verb.ſign n.24.

n.24. Caren. d. p. 3. tit. 11. n. 22. & nõ ſufficit citatio generalis ad cauſam vel ad audiendum iudicem, ſed debet eſſe ad audiendam ſententiam nominatim. Vant. tit. de null. def. cit. citat. n. 56. Rot. dec. 17. nu. 1. de ſent. & re iudic. nam ſententia debet eſſe lecta, & lata. Soc. iun. conſ. 8. n. 5. vol. 1. Baiar. q. 93. n. 8. & ſi ſententia diffinitiua adhuc non eſſet publicata, poteſt reuocari. Afflict. dec. 39 n. 9. Ric. dec. 272. p. 2. quamuis procedatur ſola facti veritate inſpecta. Put. de ſindic. verb. ſententia. ca. 22. n. 12. Azebed. lib 10. n. 43. & 44. tit. 17. lib. 4. recop. & debet ferri ea die, & hora, qua cadit citatio, aliàs ſi fuit lata alia die, vel alia hora, dicitur nulla. Veſtr. in pract. lib. 6. c. 2. n. 53. tamquam lata parte non citata. Marant. vbi ſup. n. 89. Tuſc. dicta concl. 152. n. 21. & ſi publicetur poſt terminum non conualidatur. Gabr. tit. de cit. concl. 1. ampl. 23. n.

8 116. Guaz. defenſ. 35. c. 10. nu. 2. Et ferri debet etiam, & publicari præſente reo, ſi eius præſentia haberi poteſt. Boſſ. tit. de ſent. n. 15. & quã do reus condemnandus eſt in carceribus detentus, nõ ſolum citatur ad audiendam ſententiam, ſed etiã debet proferri in facie ipſius. Aug. ad Ang. de malef. in verb. qui iudex committit, l. præconi, in fine, vbi citat Ang. in l. pen. §. ad crimen, col. 3. ff. de publ. iudic. & Bald. in l. reos, C. de accuſ. & addit, quod ita obſeruat totus mundus; & ſi reus per ſententiam diffinitiuam eſt abſoluendus, citandus eſt accuſator, vel fiſcus, vt tali die, & hora comparcat ad audiendum ſententiam, iuxta formã infra trad. Scac. lib. 1. de iudic. c. 94. n. 2.

9 Debet etiam ſententia eſſe certa, aliàs non valet, vt probatum fuit dicta p. 2. c. 5. n. 54. & quando ex actis poteſt certificari, poteſt ſumi relatio ex actis ad ſeruandam ſententiam, etiam ſi relatio non eſt facta ad acta expreſsè. Tuſc. lit. S, conclu. 108. n. 20. & 29. & debet etiam con-

10 tinere abſolutionem, vel condemnationem. l. 1. ff. de re iudic. l. præſes, C. de ſent. Caſtr. conſ. 16. n. 7. lib. 2. & non valet aliter facta. Tuſc. dicta lit. S, concl. 132. nu. 1. Guaz. def. reor. 35. c. 5. n. 2. circa finem, & non debet proferri per gerundium, ſcilicet, condemnandum, vel abſoluẽdum, ſed debent addi verba de præſenti, prout abſoluimus, vel condemnamus in talem pœnam. Muſcatel. in praxi, p. 7. gl. condemnando, nu. 59. & 163. Vant. de nullit. ex proceſſ. n. 91. aliàs non valet.

11 Oportet vt ante ſententiam præcedat cauſæ cognitio, & cuncta rimari, & non eſt feſtinandum ad ſententiam condemnatoriam promulgandam, de qua re latè dictum fuit ſupra, dict. p. 2. c. 5. n. 31. & ideò ſi eſſent tres iudices, & tertius fuit electus, quia duo diſcordabant, & iſte tertius non citatis partibus, nec ſumpta alia informatione pronũciauit cum vno ex duobus, ſententia dicitur lata ſine cauſæ cognitione. Caſtr. con. 81. col. 3. n. 2. lib. 2. Tuſc. lit. S, conc. 147. n. 30. Guaz. de. feſ. 35. c. 21. nu. 6. in fine, qui Tuſc. & Guaz. ampliant, & limitant hanc concluſionem multis modis.

12 Debet etiam ſententia eſſe prola-

latam infra inſtantiam iuris com-
munis,ſeu ſtatutarij,alias eſt nulla,
gl.in l. properandum, de iudic. in
princ.Bal.tr.var.lib.6.q.2.n.15. &
illa verba in principio, In Chriſti
nomine, non requiruntur ad valo-
rem ſententię, ſed ex illis confici
debet ſententia iuxta morem om-
nium iudicum.Guaz.def.35.c.9.n.5
Peyr.form.lit.S,c.3.n.3.
14 Et ſententia non debet eſſe contra
legem, vel ſtatutum, quando pœna
eſt certa, & caſus contra legem eſt
apertus,clarus,& manifeſtus, quia
tunc ſententia erit ipſo iure nulla,
c.inter cæteras, & ibi Abb. & DD
de re iudic.Maran.in ſpec.in 3.par.
6.par. n.116.& 117. Vant.tit. de
modo,& ord.vid.proceſſ.n.8.& tit.
de null.defect.proceſſ.n.118.verſ.&
15 præmiſſa,& ſi iudex ſine cauſa pę-
nam minuit,aut mutat plures pœ
nas incurrit,de quibus videndus eſt
16 Farin.q.17.n.5.Nam iudex non de
bet eſſe clementior lege, §.oportet,
auth. de re iudic.vnde in ijs, quæ
ſunt determinata,ſecundùm legem
Diuinam,vel humanam,non eſt iu-
dicis miſericordiam facere, d. §. o-
17 portet.Cũ cauſa rationabili poteſt
iudex pœnam reo minuere,ſi cohę-
ret delicto, ſed ſi non cohęret deli-
cto, nõ poteſt inconſulto principe,
licet maiores Magiſtratus poſſint
minuere, etiam inconſulto princi-
pe.Clar.q.85.n.5.Menoch.de arbit.
q.96.n.14.18.& 19. Alfonſ. a Caſtr.
de leg pœn.lib.2.c.12.Scac. de iud.
18 c.12.num.93.poſita maiori,ſeu mi
nori cauſa, quam expreſſa à iure,&
tacita cauſa, ſi ex actis non appa-
reat de exiſtentia cauſæ, ſententia
erit nulla,ſi verò appareat,erit va-
lida,quia lex ſupplet. Scac.de iud.
lib.1.q.92.n.96.& ſufficit in ſenten-
tia exprimere cauſam in genere,
ſcilicet iuſtis de cauſis animum no-
ſtrum mouentibus. Farin.q.17. nu.
19 65. cum alijs ab eo citatis, qui te-
ſtatur, quod in Curia Romana
ſemper exprimitur cauſa, dicendo;
quia fuit repertus culpabilis, & de
iure punibilis ſuper tali delicto,
ideò illum fore,& eſſe condemnan-
dum in tali pœna, prout illum
condemnamus,& pro condemnato
haberi volumus; vel è conuerſo,
non repertum culpabilem, & de
iure punibilem,ideò illum abſolui-
mus,ac liberamus,&c.

CAPVT XIII.

De nullitate aduerſus Sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia impugnari poteſt via nullitatis.*

2 *Sententia condemnatoria eſt nulla, quãdo non conſtat de delicto commiſſo.*

3 *Sententia eſt nulla, quando inquiſitio eſt inepta, quæ pluribus modis poteſt eſſe inepta, & recenſentur decem cauſæ ineptitudinis inquiſitionis.*

4 *Sententia euidenter nulla, nullum parit effectum.*

5 *Sententia continens plura delicta, poteſt in vna parte valere, & in alia non.*

6 *Sen-*

6 *Sententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non, quando delicta ſunt connexa, & inſeparabilia.*

7 *Sententia poteſt pro parte valere, & pro parte non, tum reſpectu iudicis, tùm reſpectu reorum.*

8 *Nullitas in iudicio principaliter intentata, an impediat executionem ſententiæ, & num. 10.*

9 *Nullitas propoſita principaliter cum appellatione impedit executionẽ ſententiæ.*

11 *Appellatione prohibita, non eſt prohibitum dici de nullitate ſententiæ.*

12 *Appellationis cauſa deſerta, non eſt deſerta cauſa nullitatis, quando æque principaliter cum appellatione proponitur, ſecus ſi in cauſa nullitatis incidenter eſſet deducta ſub verbo appello, & n. 16.*

13 *Sententia euidenter nulla numquam tranſit in iudicatum.*

14 *Nullitas prohibita non cenſetur prohibita nullitas notoria ex actis.*

15 *Nullitas proponi poteſt coram eodem iudice ordinario, qui eam tollit.*

16 *De nullitate dici poteſt vſque ad 30. annos.*

17 *Si ſententia eſt nulla, nulla redditur executio.*

18 *Sententia, quando petitur declarari nulla, & in melius reformari, tota cauſa deuoluitur ad ſuperiorem.*

19 *Appellatio ſimpliciter facta deuoluit acceſſoriè cauſam nullitatis, quando nullitas eſt in ſententia, etiam poſt recuſationem iudicis à quo.*

20 *Limitatur quinque modis, enumeratis, hic, & expreſſis.*

21 *Sententia interlocutoria nulla, non poteſt confirmari à iudice appellationis.*

22 *Appellans ſi ſibi reſeruat ius dicendi de nullitate, iudex appellationis non poteſt de ea cognoſcere.*

23 *Nullitas ſimul cum appellatione disiunctiuè propoſita, vel principaliter, verificata nullitate aboletur appellatio, & ſub nullitate tantum debet iudex pronunciare, maximè parte opponente.*

24 *Nullitas principaliter tentata non habet locum niſi coram ſuperiore, qui poteſt adiri per viam querelæ.*

25 *Iudex nullitatis non acquirit iuriſdictionem ſuper negotio principali.*

26 *Nullitas principaliter intentata, ſi iudex confirmat ſententiam nullam, facit notoriam iniuſtitiam, & ſententia ex actis eſt nulla, & n. 30.*

27 *Nullitatis cauſa eſt præiudicialis.*

28 *Nullitas ſi opponitur ante litem conteſtatam impedit litis ingreſſum.*

29 *Nullitatis cauſa pendente non currunt fatalia.*

31 *Nullitate cognita poteſt iudex cognoſcere de negotio principali, dummodo renouentur acta nulla, quæ acta non poſſunt renouari niſi à iudice, qui poteſt adiri per viam querelæ.*

31 *Iudex appellationis, qui non poteſt adiri per viam querelæ, non poteſt renouare acta nulla, ſed tantum poteſt caſſare ſententiam reſeruato iure melius agendi.*

33 *Inhibitio, an, & quando ſit decernenda in cauſa nullitatis.*

34 *Sententia nulla ſi eſſet lata ſententia, & fuit declarata valida, & pars non appellauit, non poteſt amplius dicere de nullitate.*

31 *Sententia nulla, à parte expreſsè, vel tacitè approbata non poteſt amplius impugnari.*

Reeeee Sen-

1 SEntentia poteſt impugnari via nullitatis,l.1. C.de ſent. reſcin. non. quæ nullitas ſententiæ criminalis ex pluribus cauſis apparere
2 poteſt; & primò, quando non conſtat de delicto commiſſo, de quo non conſtito, quicquid ſuperædificatur
3 eſt nullum. Gandin. tit.de præſump. n.6. ſecundò,quando inquiſitio eſſet inepta; nempe non præcedente infamia contra delinquentem,vt dictum fuit par.3.ca.9. vel quando quis eſſet inquiſitus, ſeu accuſatus de aliquo delicto innominato,non addita qualitate,ex qua illud factum ſit delictum,vt dictum fuit; ſeu ſi quis eſſet inquiſitus,& condemnatus de furto non conſtando in proceſſu de tempore, aut loco, in quo commiſſum fuit, aut eſſet inquiſitus de falſo, nõ cõſtando de qualitate, & in quo, aut qua parte fuit commiſſa,ſeu quia eſſet lata ſententia ſine proceſſu. Tuſc.d. lit.S, concluſ.153. num.38. & 39.vbi etiam,quod non creditur iudici atteſtanti de proceſſu,ſi non appareat, vel ſi eſſet lata ſine probationibus, quæ in criminalibus ſunt de ſubſtantia proceſſus.Guazz. defenſ.reor.31.c.4.n.2. vel ſi teſtes fuerunt tantùm inducti, & iurati, & non examinati,idem n.3. Tertiò ſi eſſet lata ſententia perempta inſtantia,vt fuit dictum ſupra,in cap. præcedenti,n.12. Quartò ſi fuit lata non obſeruatis ſubſtantialibus proceſſus, vt in toto dicto ca. præcedenti.Quintò,ſi eſſet lata à iudice incompetente c.ad noſtram, de conſuetud.Rota Roman.deciſ.121 num.2. par.4.diuerſ. Ricc.collect. 148. verſ.quarto, quamuis ex eiſdem actis poſſit à iudice competente approbari. Bart. & Caſtrenſ. in l.ſi vt proponis, C.& quando iudex.Alex.conſ.111.n.5.Gamma deciſ.219.Viu.deciſ.231.Lancel.de attent.par.2.c.6.num.53. Cabed.p. 1.deciſ.36.n.vltimo. Borel.in ſumma,deciſ.tit.41.n.9.Sextò,ſi ex proceſſu, & eiſdem actis apparet euidenter iniuſta, quia tunc dicitur nulla.Petr.Anchar.conſ.6.n.11.Cephal.conſ.241.n.45.Tuſc.dicta concluſ.153.n.6.& notoriè iniuſta, etiam dicitur,quando ex falſa cauſa procedit.Tuſc.dicta lit.S,conc.157. n.6. & 20. Septimò,quando iudex denegauit audientiam,& ſententia eſſet lata,nõ data defenſione. Hippol.in l.vnius,§.cognituram,col.9. verſ.nunc reuertor, ff.de quæſtion. Genuin.conſ.77.n.4. verſ.ratione proceſſus.Tuſc.dicta conc.153. nu. 12.nam denegata audientia, & defenſione omnia inde ſecuta ſunt prorſus nulla.Clem.paſtoralis, de ſent.& re iudic. Amod.de ſyndic.n. 223. Vulpel.reſp.2.n.6.deciſ. Auenion. 15. etiam ſi conſtet de corpore delicti, & eſſent indicia contra reum.Farin.q.39.n.82. Guazz. defenſ.24.c.3.n.14.ac etiam contra confeſſum,& conuictum. Guaz.defenſ.21.n.6. quod procedit etiam in cauſa ſummaria, & dilatio fuit ita breuis, quod reus non potuit probare,quæ ad ſuam defenſionem faciebant.Abb.conſ.46. col.2. verſ. quarto corruit lib.2.declara vt per Guaz.d.defenſ.21.n.6.& 7. ac etiã ſi ſtatutum tribuat iuriſdictionem procedendi omiſſis ſubſtantialibus iudi-

iudiciorum, quia non cenſetur tribuere facultatem reijciendi legitimas defenſiones. Geminian. conſ. 77. n. 4. verſ. & ſi dicatur. Tuſc. dicta conc. 153. n. 13. & 14. Octauò, quando iudex ſe refert ad acta nulla, ſeu in actis nihil conſtat. Guaz. defenſ. 35. c. 4. n. 3. Nonò, ſi ex ſententia apparet manifeſtus dolus iudicis. Bald. conſ. 274. n. 2. Tuſc. dicta concluſ. 153. n. 48. Decimò, quando ex actis conſtat de non delicto, quia ſententia condemnatoria eſt nulla. Guaz. defenſ. 35. c. 21. n. 1. Bart. in l. abſentem, ff. de pœnis verſ. 4. vbi dicit, quod quando conſtat iudici vocatum non deliquiſſe, bannum eſt nullum, & ſequitur Boſſ. cum alijs citatis, tit. de nullitate banni, n. 6. & 7. aliæ nullitates ponuntur per ſpec. tit. de ſententia, §. iuxta per tot. & practic. Papienſ. in forma ſententiæ diffinitiuæ, vbi per 7. columnas ponit nonnullas nullitates.

4 Sententia nulla, nullum parit effectum, quando eſt euidenter nulla. Felin. in c. ex tenore de reſcript. Paris. con. 171. vol. 4. Guaz. defenſ. 35. c. 22. n. 1. Tuſc. lit. S. conc. 154. nu. 2.

5 Sententia continens plura delicta, ſeu capita diuiſa, & ſeparata, poteſt in vna parte valere, & in alia non, quia non vna cenſetur ſententia, ſed plures; iuxta pluralitatem delictorum in ea expreſſorum; lege ampliorem, & ibi gl. in verbo iudicare, C. de appellat. & illa dicuntur delicta ſeparata, quæ nullum habent communem effectum, nec cauſam. Roman. conſ. 195. in fine, & 281. num. 1. Tuſc. lit. S, concl. 165 num. 1. Guaz. defenſ. 35. ca. 13. nu. 3. Hinc eſt, quod iudex poteſt in vno capitulo abſoluere reum, & in alio condemnare. Tuſc. vbi ſupra nu. 7. Roman. conſ. 150. n. 69. & conſ. 281 n. 2. lib. 1. Guazz. vbi ſupra, n. 2. ſed lata ſententia ſuper pluribus accuſationibus ſimul eodem tempore porrectis, & proſecutis, ſi non eſt facta certa ſpecificatio pro ſingula accuſatione, dicitur vnica ſententia. Guaz. vbi ſupra, n. 5.

6 Sententia non poteſt pro parte valere, & pro parte non, quando delicta ſunt connexa, & inſeparabilia, l. in hoc 28. ff. famil. erciſc. Cab. caſu 286. n. 33. Cæual. q. 960. Guaz. dicto n. 2. & connexa ſunt, quæ habent ad inuicem dependentiam, & ad eundem effectum tendunt, ita vt vnum factum cenſeatur. Caball. vbi ſupra, num. 31. Tuſc. n. 2. Guaz. loco citato, vbi exemplificat in lenocinio, & adulterio.

7 Sententia poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, tàm defectu iudicis, quàm defectu reorum; nam ſi ſententia iudicis laici reſpiciat clericum, & laicum; valet quò ad laicum ſibi ſubditum, & eſt nulla quoad clericum. Bald. lib. 3. conſ. 365. n. 3. Tuſc. vbi ſupra nu. 3. Guazzinus dicta defenſ. 35. c. 14. nu. 4. & ex parte reorum, ſi ſententia reſpiciat citatos, & non citatos, eſt valida ex parte citatorum, & inualida, ex parte non citatorum. Romanus conſilio quinque centeſimo primo. Tuſcus vbi ſupra, numero quarto.

8 Licèt nullitas ſententiæ principaliter in iudicio intentata, non

impediat executionẽ ſentẽtię, quã do requirit altiorẽ indaginẽ, & liquido probari nõ poteſt, nec quãdo executio eſt retractabilis, tamẽ quando executio eſt irretractabilis, etiam ſi requirat altiorem indaginem, vt accidit in cauſa criminali ſecus eſt. Boſſ.tit.de nullit. n.4.Scac.de appellat.q.19.remed.1 concl.4.n.74.& 75.Vant.tit.de nullit.tit.quot,& quib.modis nullit.in iudic.n.31.& impedit multo magis
9 executionem,quando proponit æque principaliter cum appellatione.Vant.nu.34.& 35. Scac.n.92.& 93. niſi cauſa eſſet inappellabilis, quia nullitas non ſuſpendit vt nullitas in retractabilibus,ſed ratione
10 appellationis; ſed quando nullitas eſt notoria,impedit executionem, etiam ſi eſſet retractabilis.Scac.nu. 75. & 86. aut quando nullitas prouenit defectu iuriſdictionis. Scac. n.96.in fine,ac etiam quando proponitur per modum exceptionis, & eſt manifeſta, & in promptu probatur.Vant.n.32.
11 De nullitate dici poteſt, etiam ſi appellatio eſſet prohibita. Scac.dicta q.19.remed.1.concl.2.n.1.Veſt.
12 in praxi lib.8.c.1.n.24.Et ſi cumuletur cum appellatione, vt ſi dicatur,dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt,appello; deſerta cauſa appellationis remanet cauſa nullitatis.Bart.in l.ſi expreſſim,n.10. ff.de appel. Rota deciſione 33. num. 6. parte 3. lib.3. in nouiſſimis.Chart. deciſione 62.num.23.& 24. ſecus ſi nullitas incidenter eſſet deducta ſub verbo appello; quia tunc ſequitur naturam principalis.Scac. vbi ſupra. Farinac. deciſ.Rot. 512. par.3.recent.& deciſ.591. nu.8. & deciſ.617.n.3.
13 Quando ſententia eſt euidenter nulla numquam tranſit in iudicatum,cap.circa,de frigid. & malef. Gabriel. tit.de ſententia, concl.10. Tuſc.conc.175.n.31.lit.S,conc.154 num. 6. & dicitur conſtare euidenter de nullitate, quando conſtat ex actis.Tuſc.dicta conc.154.n.5.& 8. Farin.conſ.53. Guaz. defenſ. reor.
14 35.cap.22.num.7.quæ nullitas notoria ex actis non cenſetur prohibita, nullitate prohibita. Rota apud Farinac. deciſ. 65. n.8. par.1. & deciſ.97.lib.2.Ricc.deciſ.26.nu. 6.par.2.
15 Præponi poteſt nullitas coram eodem iudice ordinario, qui eam tulit,qui poteſt eam reformare,ſeu de nouo pronunciare. Vant. de nullit. tit. coram quo,&c. num. 9. Scac.de iudic.lib.1. c.97. n.187. & ſequent. de appel. dicta quæſt. 19. remed.1.conc.6.num.73.& ſequ. & de ea dici poteſt vſque ad trigin a
16 annos.Vant.de nullit.ti.quoties,& infra quot temp.num.8. Tuſc.dicta conc.154.num.9. Farinacius dicta deciſione 512. num 3. & deciſione 591.num.8. & deciſione 617. num. tertio; etiam deſerta cauſa appellationis,& quando æque principaliter committitur. Marſilius ſing. 373. Gayl. obſeruat. 135. numero ſexto,libro primo. Peregrinus deciſione trigeſima tertia, numero ſexto. Scaccia vbi ſupra, concluſione 7.
17 Si ſententia eſt nulla, nulla eſt executio, & omnia geſta vigore ſen-

ſententiæ nullæ. Ancharanus con-
ſilio 582. in fine. Tuſcus dicta con-
cluſione 154. numero decimoſepti-
mo.

18 Quando dicens de nullitate ſen-
tentiæ, ſeu proceſſus petit in libel-
lo ſententiam declarari nullam,
& in melius reformari, tunc tota
cauſa deuoluitur ad ſuperiorem.
Franch. in cap. dilecto 63. quæſt. 10.
verſ. circa primum. num. 24 Scacc.
de appel. quæſt. 11. num. 25. Papien
in pract. forman. appel. a ſent. diffi-
nitiua, in gl. fuiſſe, & eſſe ſub au. 8.
19 Veſtr. in pract. lib. 8. cap. 1. num. 15.
& ſi ſententia diffinitiua eſſet nul-
la, & appellatum fuiſſet ſimpliciter
abſque expreſſione iuris dicendi de
nullitate, ſeu mentione facta de
nullitate. Quia tunc nullitas ac
ceſſoriè venit in appellatione, &
iudex appellationis videns ſenten-
tiam nullam, poteſt ſuper illa pro-
nunciare. l. ſi expreſſim ff. de appel.
l. quædam mulier, ff. famil. hereiſc.
cap. dilecto, de appel. Quia appel
latio ſimplex deuoluit etiã nulli-
tatem, & totum negotium ad iudi-
cem ad quem. Qui poterit de iuſti-
tia, & iniuſtitia, ac etiam de
nullitate cognoſcere, & ſenten-
tiam nullam declarare, ſeu refor-
mare. Alex. con. 59. libro quarto, &
confirmare ſi eſt iuſta. Cæſar. de
Graſſ. deciſ. 9. alias 37 num. 11. de
cauſa poſſeſſ. & propriet. quando
tamen nullitas eſt in ſententia, ſeu
concernit ipſam ſententiam, puta
ſi eſſet nulla, defectu citationis,
aut eſſet lata extra inſtantiam,
ſeu aliquo alio ſimili defe
ctu concernente ipſam ſententiam.
Et iudex in hoc caſu poteſt decla-
rare nulliter, ac perperam fuiſſe
per iudicem à quo proceſſum, ſen-
tentiatum, ac definitum. Et prop-
terea ab illius proceſſu ſententia,
& diffinitione bene appellatum,
prouocatum, ac reclamatum; Di-
ctoſque proceſſum, ſententiam, ac
diffinitionem nullos, ac inualidos,
et nullius roboris, ac momenti
extitiſſe, atque exiſtere, ac vitio
nullitatis ſubiacuiſſe, atque ſubia-
cere. Et quatenus de facto pro-
ceſſerunt, cum omnibus inde ſe-
quutis reuocandos, caſſandos, ac
remouendos; vt patet ex Vantio
de nullit. tit. quot, ac quibus mod.
nullit. in iudicio propon. numero
ducenteſimo, ac vigeſimo, et ſe-
quentibus; et poteſt etiam iudex
appellationis in hoc caſu declarare
ſententiam nullam, ac partem in
expenſis condemnare, atque in
eadem ſententia, eamdem partem,
quæ in articulo nullitatis obtinuit,
in negotio principali, iuxta teno-
rem ſententiæ primæ, quæ fuit
declarata nulla condemnare. Van-
tius titulo quomodo, ac quando iu-
dex, numero vndecimo, ac duode-
cimo; et ſic eodem contextu, ac
momento ſententiam nullam de-
clarare, et quoad merita reforma-
re, confirmare, ac emendare. Ale-
xan. conſilio ſeptuageſimo nono,
numero quarto, volumine quinto.
Granutius theorem. decimoſepti-
mo, numero primo, ac ſexto.
Poteſt etiam Iudex appellatio-
nis confirmare ſententiam, la-
tam poſt recuſationem Iudicis,
à quo, ſi præceſſerint acta ante
recu-

recuſationem, ex quibus poſſit ſententia iuſtificari. Alex. conſ. 67. in fine lib. 4. Tuſc. litt. S. concl. 158. num. 5. & 30. de qua re Lancellot. de attent. par. 2. c. 6. tit. de attent. poſt recuſat. iudic. num. 53. poteſt etiam iudex appellationis confirmare ſententiam nullam, etiam ſi vitium nullitatis non ſit remiſſibile à partibus. Granut. vbi ſupra num. 3. & 8. Scac. dicta quæſt. 11. num. 117.

20 Limitatur tamen hoc tantùm procedere, quando nullitas concernit ipſam ſententiam, ſecus ſi conſurgat ex fundamento iudicij, puta ex ineptitudine libelli, Scac. ſupra num. 135. & ex defectu in ſubſtantialibus, quia tunc oportet, vt coram iudice appellationis renouentur acta, idem Scac. n. 137. Quę renouatio actorum non debet fieri, niſi à iudice, qui adiri poteſt per viam quærelæ, non autem ſi ſit ſuperior, qui poſſit tantum adiri per viam appellationis, idem num. 138. niſi in actis reperiretur confeſſio aduerſarij, quia confeſſio ſanat defectus, & nullitates proceſſus, & tunc iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam quamuis nullam defectu proceſſus. Idem Scac. num. 139.

Limitatur ſecundò, quando in ſententia eſſet expreſſus error; quia iudex appellationis non poteſt eã confirmare, & confirmando vtraque eſſet nulla. Quia eundem errorem continere videtur, quem in prima continebat, qui error debet eſſe talis, qui oculo corporeo legi poſſit. Granut. theor. 17. num. 16. Scac. vbi ſupra num. 41. & 42.

Limitatur tertiò, quando cauſa inferens nullitatem primæ ſententiæ non ceſſat reſpectu ſententiæ confirmatoriæ, quam profert iudex appellationis. Franch. in c. dilecto qu. 41. num. 44. de appell.

Limitatur quartò, in sẽtẽtia lata poſt peremptam inſtantiam non renouatis actis ordinatorijs, quia talis ſententia eſſet nulla. Scac. vbi ſupra nu. 144. 145. vbi alios citat.

Limitatur quintò, quando ſententia nulla eſſet mãdata executioni, quia non poteſt reuocari niſi reuocatis attentatis. Granut. ſupra n. 19. & Scac. num. 147.

21 Sententia interlocutoria nulla non poteſt confirmari à iudice appellationis, ſed tantum ſententia diffinitiua, de qua loquitur Granut. vbi ſupra num. 17. & Scacc. num. 146.

22 Si appellans in appellatione reſeruaſſet ius dicendi de nullitate: In hoc caſu iudex appellationis non poteſt cognoſcere de nullitate, vel validitate ſententiæ. Alex. conſ. 59. num. 10. lib. 4.

23 Nullitas in iudicio principaliter deducta, vel ſimul cum appellatione, conditionaliter tamen, & diſiunctiuè, ſcilicet, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello. Verificata nullitate aboletur appellatio. Quia interpoſita fuit in euentum, quando ſententia non eſſet nulla. Et ideo remanet ſola nullitas in iudicio, ſuper qua iudex ad quem dumtaxat debet pronunciare, eo modo, quo pronunciaſſet

ciaſſet ſi ſola nullitas fuiſſet coram eo deducta. Nam dum ſententia eſt nulla, fingitur non appellatum. Vant. tit. quot, & quibus modis nullit. in iudic. num. 114. & tota cauſa non deuoluitur ad ſuperiorem, coram quo eſt deducta nullitas Franc. in dicto c. dilecto quæſt. 10. nu. 24. verſ. circa primum niſi volente parte, & petente declarare ſententiam nullam, & in meritis etiam reformare: vt ſupra dictum eſt, & maximè parte opponente ſententia nulla non poteſt confirmari, ſed debet omninò ſuper nullitate pronunciari, Bart. in l. ſi vt proponis in fine C. quomodo, & quando iudex, Alex. conſ. 3. ſub num. 4. lib. 5. Crauet. conſ. 270. Puteus deciſ. 72. lib. 3. Ricc. deciſ. 132. par. 2. per tot.

24 Nullitas principaliter intentata non habet locum niſi coram ſuperiore, qui poſſit adiri per viam quærelæ. Quare quia Archiepiſcopus, non poteſt adiri per viam quærelæ, ſed ſolum per viam appellationis, non poteſt cognoſcere de cauſa nullitatis principaliter intentata, prætermiſſo appellationis articulo, Scac. vbi ſupra num. 123. & quando in libello principaliter petitur pronunciari

25 ſententiã nullam, tunc Iudex nullitatis non acquirit iuriſdictionem ſuper negotio principali. Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit, l. 2. ſub num. 12. ff. de pact. Franc. in c. dilecto 63. ſub num. 24. quæſt. 10. de appel. Et dum quis petit ſententiam principaliter pronunciari nullam, ſuper hoc debet pronunciari ſcilicet eſſe, vel non eſſe nullam. Bart. in l. cum quærebatur in fine, ff. de re iudic. & in l. ſi vt proponis verſus finem C. quomodo, & quando iud. Crauet. conſ. 270. in fine, verſ. quinto poſito, Vant. de nullit. rubr. quoties, & infra quod

26 tempus, n. 12. Granut. theor. 17. num. 20. Nullitas principaliter intentatur, ſi iudex confirmat ſententiam nullam facit notoriam iniuſtitiam, ſicut etiam, quando oppoſuit de nullitatibus notoriè apparentibus, & ſententia eſt nulla ex actis. Cæſar de Graff. deciſ. 9. nu. 8. & 12. de cauſa poſſeſ. & propiet. Granut. theor. 17. num. 20. Rota diuerſ. deciſ. 361. par. 1. Ruginel. de appel. §. 11. gl. 1. c. 1. ſub num. 36. verſ. 3. limita, & quod de iure ſi nullitates ſint in actis, & pars petat eas declarari, & refici expenſas, tunc debent nullitates tolli, & declarari, & pronunciari ſuper expenſis reficiendis. Put. deciſ. 72. num. 2. & 3. Nam cauſa nullitatis eſt præiudicialis, & ideo de

27 ea priuſquam de negotio principali cognoſcendum ſit. Vant. rubr. quoties, & infra quod tempus nu. 11. & opponi poteſt ante litis con-

28 teſtationem, & impedit litis conteſtationem. Rota deciſ. 2. de litis

29 conteſt. in antiq. & pendente cauſa nullitatis non currant fatalia appellationis. Scac. de appel. quęſt. 15. ar. 3. nu. 19. Niſi quando vtręque cauſæ ſunt compatibiles, & is qui appellat ſimul proſequitur, idem Scac. ibidem num. 94. & 96. &

30 in Curia Romana etiam, nullitas intentata non ſit ex illis tribus, ſcilicet

licet

licet ex cauſa iuriſdictionis, citationis, aut mandati, iudex ſimpliciter aditus ſuper nullitate non poteſt confirmare ſententiam etiam aliàs iuſtam. Quia non acquiſiuit iuriſdictionem ſuper negotio principali, Niſi quando iudex non fuit ſimpliciter aditus ſuper nullitate, & ita intelligitur, Scac. de iudic. cap. 1. num. 91. verſ. ſubreſtringe, vt ipſemet ſe declarat in tract. de
31 appel. quæſt. 11. num. 131. cognita tamen nullitate, benè poteſt iudex cognoſcere de negotio principali, vt euitetur circuitus, nam cauſa nullitatis deuoluit etiam cauſam iniquitatis, dummodo tamen renouentur acta quando omnia acta ſunt nulla, & ſi ſunt nulla in parte debent renouari in parte, ſi verò nullitas eſt ſolum in ſententia iudicabit ex eiſdem actis. Et ſi proceſſus eſt ineptus, nempè non dato termino ad producendum, Sententia nulla non poteſt confirmari. Quia idem vitium nullitatis eſſet in ſententia confirmante. Gabriel. conſ. 49. num. 5. & 8. lib. 1. Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. ſanat. nullit. cap. 1. & cap. 3. ſub n. 94. in ſecunda impreſſ. ſed oportet vt renouarentur acta ſubſtantialia, & fieret
32 nouus, & aptus proceſſus. Quæ acta non poſſunt renouari niſi à iudice, qui poſſit adiri per viam quærelæ, ſeu nullitatis ſimpliciter, & ſuperior, qui non poteſt adiri niſi per viam appellationis, non poteſt niſi caſſare ſententiam, ſi proceſſus, vel libellus, ſeu modus agendi ſit ineptus, reſeruato iure aptè, ſeu melius agendi. Veſtr. in pract. lib. 8. num. 15. Franch. in in cap. cum Eccleſia 38. num. 10. & 11. de appel.

33 Quæritur hîc non incommodè, an inhibitio in cauſa nullitatis decernenda ſit? Nempè ſi quis non appellauit à ſententia contra ſe lata, aut appellatio fuit deſerta, aut non deuoluta, & confugit ad remedium nullitatis, quod facere rectè poteſt, c. licèt de ſent. excom. in 6. canoniſtæ in c. inter cæteras de ſent. & re iudic. Gail. lib. 1. obſeru. 127. n. 8. & obſer. 135. Miſſing. cent. 2. obſer. 77. cent. 4. principaliter eam intentando, Græuæus ad Gail. obſ. 135. nu. 6. an in hac cauſa nullitatis ſit inhibitio decernenda? Et reſpondetur, quòd cùm ſententia tranſierit in rem iudicatam, eius executio impedienda non eſt prætextu nullitatis. Vnde nec inhibitio, per quam impeditur executio habet locum. Clem. 1. de re iudic. Gail. lib. 1. obſer. 127. num. 10. & obſer. 144. num. 6. & idè in cauſa criminali, ſi quis principaliter nullitatem proceſſus intentare vellet, Miſſing. cent. 4. obſer. 41. limitatur tamen ſi notoria ſit nullitas. Bart. Iaſ. & alij in l. condemnatum, ff. de re iudic. Aut nullitas in continenti probari poſſit, vt ſi ex actis conſtet, condemnatum non citatum, aut quid ſimile. Miſſing. cent. 4. obſeru. 64. Mandoſ. de inhibit. quæſt. 24. aut ſi allegetur, & doceatur periculum in mora, aut damnum irreparabile verſari, ſi pendente quæſtione nullitatis inhibitio non decernetur

& tunc non ſufficit inhibitionem decretam eſſe, niſi actualiter inſinuatam eſſet. Clem. 2. vt lit. penden. Lancell. de attent. capite vigeſimo, limitatione trigeſima, & parte ſecunda, capite quarto, de attent. numero trigeſimoquinto, ac nonageſimo.

34 Si fuit lata ſententia ſuper validitate ſententiæ, quæ dicebatur nulla, & pars non appellauit, non poteſt amplius dicere de nullitate. Signorolus conſilio 255. in fine. Tuſcus littera S, concluſione 154. numero 20.

35 Nec poteſt ſententia nulla à parte approbata inſtando pro executione, vel aliàs expreſsè acquieſcendo amplius impugnari, obijciendo de nullitate. Bartolus, & Baldus, ac alij, in lege tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis. Felinus in capite de cauſis, de offic. delegat. Bero conſilio 119. ſub numero primo. Vantius de nullitate, tit. quib. mod. ſent. nulla reparar. poſſ. numero 18. Tuſcus vbi ſupra numero vigeſimo primo. Guazzinus defenſione trigeſimaquinta, capite 22. numero 10.

CAPVT XIV.

De varijs formis Sententiarum.

SVMMARIVM.

1 *Forma citationis ad ſententiam, cum relatione citationis, & numero 2. 3. & 4.*

5 *Forma ſententiæ condemnatoriæ, contra Reum, qui eſt ſemiplenè conuictus.*

Forma ſententiæ condemnatoriæ contra conuictum, & n. 7.

8 *Forma ſententiæ abſolutoriæ pro reperto innocente.*

9 *Forma ſententiæ abſolutoriæ, atque condemnatoriæ, contra calumniatorem, & contra teſtes, & numero 10.*

11 *Forma ſententiæ abſolutoriæ pro non reperto culpabili.*

12 *Forma ſententiæ abſolutoriæ pro torto, & negatiuo.*

13 *Forma ſententiæ partim abſolutoriæ, & partim condemnatoriæ, & numero 14.*

15 *Forma ſententiæ declaratoriæ fauorabilis, & alia forma ſententiæ contrariæ, n. 16.*

17 *Forma ſententiæ declaratoriæ pro incurſu pœnarum, & numero decimooctauo.*

19 *Titulus ſententiæ.*

20 *Forma ſententiæ condemnatoriæ, via articulorum.*

21 *Forma ſententiæ condemnatoriæ in contumaciam, cum citationibus, & monitionibus.*

22 *Forma ſententiæ contra eijciendum ab ordine.*

23 *Forma litterarum concedendarum expulſis ab ordine.*

24 *Forma Generalis debet monere Epiſcopum de ſupradicta expulſione.*

1 *Forma citationis ad ſententiam.*

PONderatis, et diſcuſſis omnibus, tùm pro parte Fr. N. accuſatoris (ſi proceſſum fuit via accuſationis,) tùm pro parte Fr. N. rei accuſati in ſui defenſionem adductis in proceſſu compilato, ac omnibus pro, & contra productis, & probatis. Viſum fuit Adm. R. P. N. Abbati, etc. mandare, vt citentur Præfatus N. accuſator, & Præfatus N. accuſatus, & reus, nec non P. N. eius Conſiliarius ad audiendam ſententiam diffinitiuam promulgandam in hoc noſtro Monaſterio N. in camera ſolitæ reſidentiæ die Menſ. Ann. prout præſenti decreto mandat, vt citentur; datum in eodem Monaſterio die &c.

Ego P. N. Abbas, &c.

2 *Relatio citationis.*

Per me Fr. N. infraſcriptum actuarium de mandato Adm. R. P. N. Abbat. ſupradictum decretum citationis fuit præſentatum, & intimatū ſupradictis Fr. N. & Fr. N. P. N. & P. N. teſtibus à me vocatis, in hoc Monaſterio, hodie die &c. & in fidem propria manu me ſubſcripſi.

P. N. interfui.
P. N. interfui.
P. N. Actuarius.

3 *Alia forma citationis.*

De mandato Admodum R P. N. Abb. iudex ordinarius, vel delegatus in cauſa, quæ agitatur coram ipſo de mandato Admod R. P. N. contra Fr. N. citentur dictus F. N. reus, ac etiam P. N. eius Conſiliarius, ad audiendam ſententiā diffinitiuam dictæ cauſæ promulgandam die, &c. in hoc Monaſterio, &c. in cella ſolitæ reſidentiæ, prout præſenti decreto mandat die, &c. in eodem Monaſterio, &c.

4 *Relatio citationis, & ſubſcriptiones teſtium, & Actuarij; vt ſupra eodem modo, & ſub hac forma mutatis mutandis citandus eſt accuſator ad audiendā ſententiam abſolutoriam.*

5 *Forma ſententiæ condemnatoriæ contra reum ſemiplenè conuictum iuxta theoricam, de qua in hac par. 7. cap. 5. §. 5. num. 8.*

In nomine Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, Amen.

Chri-

Chriſti nomine inuoc. Nos P. N. Abbas, &c. Viſis, ac diligenter conſideratis omnibus, & ſingulis in cauſa, & cauſis coram nobis agitatis de, & ſuper ſuſpecto conſortio Fratri Fulano imputato, & maturè conſideratis teſtium depoſitionibus contra dictum Fulanum de prædicto crimine, ipſoque citato, & interrogato, ac ſufficienter audito in omnibus ſuis defenſionibus, habitoque ſuper hoc diffinitorum conſilio, & acceſſu, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat.

Chriſti nomine repetito, dicimus, ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atque diffinimus, ipſum Fr. Fulanum, licèt non confeſſum, nec plenè conuictum, nihilominus verè repertum fuiſſe culpabilem, & de iure punibilem, & propterea in pœnam aliquam arbitrariam incurriſſe. Quare nonnullis de cauſis animum noſtrum iuſtè mouentibus condemnandum fore, & eſſe ad pœnam .... decernimus, prout nos illum condemnamus, & ſententiamus ex hactenus deductis, & rebus ſic ſtantibus, nouiſque indicijs non ſuperuenientibus ad eam pœnam peragendam, & id non ſolum hoc, ſed omni alio meliori modo, &c. In quorum fidem, &c.

Ita pronunciaui ego P. N. Abb.

Sequuntur ſubſcriptiones diffinitorum, & coniudicum, lecta, lata, & publicata fuit hæc ſententia die.... Menſis... Anni..... in noſtro Monaſterio N. in cameſa ſolitæ reſidentiæ, præſente, audiẽte, & acceptante (ſi acceptat) ipſo reo, ac ſubſcribente coram teſtibus infraſcriptis ad hæc ſpecialiter vocatis, die... Menſis... Anni...

Duo teſtes ad minus ſubſcribi debent hoc modo: ego Fr. N. de N. audiui, legi, & pronunciaui.

Fr. N. teſtis, &c.

Fr. N. Actuarius.

6 *Forma ſententiæ condemnatoriæ contra conuictum.*

In nomine, &c. vt ſupra.

Chriſti nomine inuocato, Nos Abbas &c. Viſo proceſſu à nobis fabricato contra Fr. N. de tali delicto, &c. & interrogato, ac ſufficienter audito in termino dato ad ſe defendendum, necnon examinatis omnibus, & ſingulis in dicto proceſſu contentis, ac maturè, & diligenter diſcuſſo negotio, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, dicimus, ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atque diffinimus, ipſum Fr. N. fuiſſe culpabilem, & conuictum de dicto crimine. Pœnā tamen pro eodẽ crimine in noſtris conſtitutionib. ſeu inſtruct. taxatā, propter iuſtas cauſas animum noſtrum dignè mouentes minuendam eſſe (ſi adeſt cauſa diminutionis, vel augendam ſi adeſt cauſa augmentandi) iudicauimus. Quare fore, & eſſe puniendum decreuimus, ſicut præſenti hoc noſtro decreto punimus, in talem pœnam, &c. id non ſolum hoc

ob. N. plena probatio ...

ſed omni alio meliori modo, &c. cætera vt ſupra, num.5.

7 *Forma alia ſententiæ condemnatoriæ contra conuictum.*

In nomine, vt ſupra.

Chriſti nomine inuocato, Nos P.N. Abbas Viſis, ac diligenter diſcuſſis omnibus, & ſingulis, in cauſa, & cauſis coram nobis actitatis contra N. reum, noſtræ Religionis profeſſum, de conſilio, & aſſenſu patrum diffinitorum, pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam.

Chriſti nomine repetito dicimus, ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atque diffinimus, dictum Fr.N. culpabilem, & tamquam conuictum punibilem repertum fuiſſe, & eſſe, ac in pœnam in noſtris conſtitutionibus taxatam incurriſſe, prout illum ad eam peragendam condemnamus, & ſententiamus, &c. vt ſupra, n.5.

8 *Forma ſententiæ abſolutoriæ pro reperto innocente.*

In nomine, &c. vt ſupra.

Chriſti nomine inuocato, Nos N. Abbas Monaſterij N. Viſis, ac diligenter conſideratis omnibus, & ſingulis, quæ habentur in proceſſu formato, & actitato coram nobis contra N. inquiſitum, vel denunciatum de tali crimine, &c. & viſis, ac auditis omnibus, & ſingulis, quæ contra ipſum fuerunt i proceſſu adducta, ac etiam omnibus, & ſingulis adductis ad ſui defenſionem per ſuum aduocatum, vel conſiliarium, & quia repertus fuit innocens à prædicto crimine, de quo fuit imputatus, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, et oculi noſtri videãt æquitatem, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus.

Chriſti nomine repetito, dicimus, ſententiamus, declaramus, pronunciamus, atque diffinimus, dictum Fr. N. ob tale delictum illi imputatum punibilem non eſſe, & ideo illum diffinitiue, & tamquam innocentem abſoluimus, & liberamus, ita hoc, & omni alio meliori modo, &c. vt ſupra nu.5

9 *Forma alia abſolutoria pro reperto innocente, & ſimul condemnatoria contra calumniatorem iuxta theoricam, & practicam poſitam ſupra par...... cap......*

In nomine, &c. vt ſupra.

Chriſti nomine inuocato Nos N. Ab. Monaſterij, &c. Viſis, ac diligenter diſcuſſis omnibus, et ſingulis, quæ continentur in proceſſu à nobis fabricato die, etc. in cauſa, et cauſis vertentibus coram nobis inter Fr.N. denunciatorem, vel accuſatorem ex vna, et Fr.N. denunciatum, vel accuſatum ex altera, de et ſuper tali delicto, etc. diffinitorum noſtrorum habito conſilio, et aſſenſu, Deum præ oculis habentes, etc. vt ſupra n.5.

Chri-

Chriſti nomine repetito, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, et diffinitiuè ſententiamus, in præfato proceſſu à nobis fabricato, nihil extare, quod dictum Fr. denunciatum, vel accuſatum grauet, imò prorſus inculpabilem, et de iure impunibilem, ac innocentem, de delicto ſibi imputato à denunciante fuiſſe, et eſſe decernimus; Quam ob rem eundem Fr. N. vti innocentem abſoluimus, et liberamus, ac pro abſoluto, et liberato haberi volumus, et quatenus opus ſit, ad priſtinum ſtatum, gradum, honoriſque prærogatiuas, et dignitates, in omnibus, et per omnia reſtituimus, et reintegramus, et pro integrato, et reſtituto haberi volumus.

Ipſum Fr. N. denunciatorem, vel accuſatorem, ad hoc citatum, et auditum in termino ſibi dato, ad dicendam cauſam, quare tamquam repertum calumniatorem, eodem Chriſti nomine repetito conſtitutionum noſtrarum, ac inſtructionum tranſgreſſorem, detractorem, iniquum delatorem, et calumniatorem per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam declaramus, et in infamiam, ac talionis quoque pœnam incidiſſe decernimus, ad quas pœnas ſubeundas, et exequendas teneri ſententiamus, ita hoc, et omni meliori modo, etc. cætera vt ſupra n.5.

10 *Forma ſententiæ abſolutoriæ, Rei innocentis, & condemnatoriæ teſtium, iuxta theoricam in hac par.7. cap.5. §.5. num.16.*

Cum de tali crimine coram nobis denunciatus ſit Fr.N. ipſe verò contra Fr.N. et Fr.N. teſtes ad id à denunciatore allatos exceperit, quod falſum depoſuerint, idque nobis conſtare fecerit, et citatis teſtibus ipſis, et auditis in termino ipſis dato ad dicendum cauſam quare non debent declarari falſarij, quo termino elapſo, et inſtante denunciato, vt iuſtitiam ſibi ſuper hoc faciamus, idcirco ſtante falſitate plenè probata, de diffinitorum noſtrorum conſilio, et aſſenſu, ſupradictos teſtes non ſolum repellendos eſſe à teſtimonio ferendo, ſed tamquam falſarios puniendos, pœna in noſtris conſtitutionibus taxata, et Fr.N. denunciatum propter eorum teſtimonium minimè fatigandum eſſe, ita hoc, etc. vt ſupra n.5.

11 *Forma ſententiæ abſolutoriæ pro non reperto culpabili iuxta theoricam, de qua in hac par.7. cap.5. §.5. num.2. & per totum.*

In nomine, etc. vt ſupra.

Chriſti nomine inuocato, etc. vt ſupra mutatis mutandis.

Chriſti nomine repetito dicimus, ſententiamus, et declaramus dictum Fr.N. ex hactenus deductis in proceſſu, de quo ſupra, non fuiſſe repertum culpabilem, nec de iure punibilem de dicto delicto, de quo fuit inquiſitus, vel denunciatus, quare illum tamquam non repertũ culpabilem, nec punibilem à præſenti iudicio, et inſtantia, et rebus ſic ſtantibus, abſoluimus, et liberamus, abſolutumq; ac liberatum declaramus, etc. vt ſupra num.5.

For-

Forma ſententiæ abſolutoriæ pro torto, qui ſe purgauit per torturam, iuxta theoricam, de qua in hac parte ſeptima, §. quinto, numero 3.6. & 10.

In nomine,&c.vt ſupra.

Chriſti nomine inuocato. Nos N. Abbas, &c. Viſis, & conſideratis omnibus,& ſingulis,quæ habentur in proceſſu formato,& actitato coram nobis, contra Fr.N.denunciatum,vel accuſatum,aut inquiſitum de tali crimine, & quia contra ſe habeat vrgentia indicia, & ſemiplenam probationem,qua de cauſa fuit tortus, & ipſe per torturam ſe purgauit, & cùm in carceribus etiam per viginti, vel triginta dies poſt torturam eſſet detentus ad videndum, an noua alia indicia ſuperueniant,& cùm non ſuperuenerint, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem,per hanc noſtram ſententiam,quam in his ſcriptis ferimus; Chriſti nomine repetito, ſupradictum Fr.N. a ſupradicto crimine, ſuper quo fuit tortus, abſoluimus, & liberamus, ex hactenus deductis, &rebus ſic ſtantibus,&donec noua ſuperueniant indicia. Ita hoc,&c. vt ſupra n.5.

13 *Forma ſententiæ partim abſolutoriæ, & partim condemnatoriæ, quãdo fuit quis tortus cum clauſula, citra præiudicium probatorum,quia indicia ad torturam pro delicto, pro quo fuit tortus,erat etiam de per ſe delictum, ſcilicet, gratia exempli, quando quis habuit contra ſe plenè probatum ſuſpectum conſortium,& fuit tortus pro adulterio, cum clauſula præſeruatiua pro ipſo ſuſpecto conſortio, quia tunc etiam negatiuus, de delicto principali, condemnatur pro ſuſpecto conſortio, iuxta theoricam, & practicam traditam ſupra.*

In nomine Domini, &c.

Chriſti nomine inuocato. Nos N. Abbas,&c. Viſis, ac conſideratis omnibus,& ſingulis, quæ habentur in proceſſu formato, & actitato coram nobis, contra, ac aduersùs Fr.N. accuſatum, vel inquiſitum, ſeu denunciatum de adulterio cum Berta, vxore Titij, eò quia viſi fuerunt ſimul à pluribus teſtibus, in tempore,& loco ſuſpectis,necnon viſa fuerunt aliqua indicia ſupicionis, & omnia concludenter probata,ex quibus remanet conuictus de ſuſpecto conſortio, & quia inditiatus ad torturam ſuper ipſo adulterio etiam erat,ideò fuit ſufficienter tortus pro habenda veritate ſuper adulterio,cum clauſula, citra præiudicium conuicti criminis, quoad ipſum ſuſpectum conſortium, & cùm eſſet negatiuus, & per torturam ſe purgaſſet à crimine adulterij. Idcircò Deum præ oculis habentes,vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtram ſententiam,quam in his ſcriptis ferimus.

Chriſti nom. repet. ſententiamus,pronunciamus, et declaramus ſuprad. N.

N. ab obiecto crimine adulterij rebus ſic ſtantibus, & ex hactenus deductis abſoluendũ, & liberandum, fore, & eſſe, prout præſenti decreto abſoluimus, ac liberamus; quo verò ad ſuſpectum conſortium, de quo eſt conuictus, condemnandum fore, ac eſſe in pœnã in noſtris inſtructionibus taxatam, prout condemnamus, ac pro condemnato haberi volumus, ad exequendam ſupradictam pœnam ab hodie in antea. Ita hoc, etc. vt ſupra, numero quinto.

Forma ſententiæ partim abſolutoriæ, & partim condemnatoriæ, quando quis eſt inquiſitus de duobus delictis, & ab vno abſ. luitur, & pro altero condemnatur.

In nomine, etc.

14 Viſis actitatis in cauſa, et cauſis coram nobis N. Abbate vertentibus, contra N. denunciatum de vulnere illato in perſonam Fr. N. nec non de furtiua occupatione bonorum, quæ erant ad vſum Fr. N. ac lite conteſtata, et probationibus pro, et contra reum productis in iudicio, elapſo iam termino peremptorio, ac cognitis ad plenum cauſæ meritis, ac accuratiſſimè perpenſis omnibus, quæ ſunt in proceſſu, ac æqua iuſtitiæ lance diſcuſſis, citatis partibus ad audiendam ſententiam pro hodierno die præſente, dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac ſententiamus Fr. N. abſoluendum fore ab obiecto delicto furti, prout præſenti decreto, rebus ſic ſtantibus, ac ex hactenus deductis, abſoluimus, ac liberamus, donec alia inditia inſurrexerint, pro vulnere tamen illato in perſonam Fr. N. condemnamus in pœnam in noſtris conſtitutionibus, ac inſtructionibus taxatam, exequendam ab hodie in antea; ita hoc, ac omni meliori modo, etc. vt ſupra, numero quinto.

Forma ſententiæ declaratoriæ fauorabilis; iuxta dicta in capite præcedenti, §. vltimo.

In nomine, etc.

15 Chriſti nomine inuocato; nos N. Abbas, etc. viſis, ac diligenter conſideratis omnibus, ac ſingulis, in cauſa, et cauſis coram nobis actitatis de, ac ſuper exceptionibus cõtra Fr. N. propoſitis a Fr. N. de quibus in proceſſu, habitoque ſuper hoc PP. Diffinitorum conſilio, ac aſſenſu, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, ac oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtram ſententiam.

Chriſti nomine repetito; dicimus, pronunciamus, ſententiamus, ac declaramus dictum Fr. N. à criminibus in huiuſmodi exceptionibus contra ipſum propoſitis immunem eſſe; illumque velut innocentem, ad quaſcumque dignitates, ac officia habilem declarandum fore, et

& eſſe,prout pronunciamus, & declaramus ipſum habilem eſſe, & ad quaſcumque dignitates eligi, & electum confirmari poſſe,non ſolum hoc, ſed omni alio meliori modo, &c. vt ſupra,n.5.

Forma ſententiæ declaratoriæ contrariæ, iuxta in capite præcedenti, §. vltimo.

In nomine,&c.

Chriſti nomine inuocato,&c. vt ſupra.

16 Chriſti nomine repetito. Dicimus,pronunciamus, ſententiamus, declaramus dictum Fr.N. de criminibus in dictis exceptionibus contra illum propoſitis,fuiſſe cõuictũ, ſeu confeſſum, aut infamatum, & propterea inhabilem ad quaſcumque dignitates declarandum fore, & eſſe; prout ipſum ad eas inhabilem eſſe ſententiamus,& declaramus, adeo,quod ad eas eligi,aut electus in eis nequeat confirmari, & ita non ſolum hoc,&c. vt ſupra, n.5

Forma declaratoria pro incurſu pœnarum, iuxta dicta in capite præcedenti, §. vltimo.

In nomine,&c.

Chriſti nomine inuocato,&c.NosN. Abbas,&c.

17 Chriſti nomine repetito. Dicimus,pronunciamus, ſententiamus, declaramus dictum Fr. N. à criminibus contra ipſum impoſitis immunem eſſe,& contraueniſſe ſacris canonibus, & legibus Pontificijs, &c. & conſequenter in pœnas omnes in ipſis taxatas non incurriſſe. Vel è contra crimina contra ipſum obiecta perpetraſſe, & conſequenter contraueniſſe ſacris canonibus, & legibus Pontificijs, & in pœnas in ipſis taxatas incidiſſe, prout ipſum ad eas ſubeundas teneri ſententiamus, & declaramus, hoc,& omni meliori modo,&c. vt ſupra,n.5.

Alia Forma pro incurſu Pœnarum.

In nomine, &c.

18 Nos N. *Abbas*, &c. Volentes, dante Domino expedire, ac fine debito terminare,cauſam,& cauſas coram nobis vertentes, contra Fr. N.denunciatum de, & ſuper introductione mulierum in Monaſterio noſtro N.

Chriſti nomine repetito, nos ſupradictus Abbas, per hanc noſtram ſententiam,quam pro tribunali ſedentes, & Deum præ oculis habentes, & quæ de diffinitorum conſilio, & aſſenſu ferimus, his ſcriptis, dicimus,pronunciamus, decernimus,& declaramus dictum Fr. N. fuiſſe, & eſſe culpabilem, ob introductionẽ mulierum in dictũ Monaſteriũ N. & propterea incidiſſe,& incurriſſe in excommunicationes,& alias pęnas taxatas in Bulla Pij Quinti; & Greg.

Digitized by Google

Greg. XIII. fulminatas contra religioſos introducentes, vel permittentes introductionem mulierum in eorum Monaſteria, illumque excommunicatum denunciandum, & ab omnibus Chriſti fidelibus euitandum fore, ac denunciamus, & euitari mandamus, & ita dicimus, & declaramus, non ſolum hoc, ſed omni alio meliori modo, &c. vt ſupra, num. 5. & abſoluendo, mutatis mutandis, eodem modo declaratur non incurriſſe.

Titulus ſententiæ.

19 In cauſa agitata contra N. ſuper prætenſo delicto de furtiua occupatione bonorum, quæ erant ad vſum N. vel de iniuria graui illata in perſonam N.

Forma ſententiæ condemnatoriæ via articulorum.

Cum in generali viſitatione huius Monaſterij N. porrecti nobis fuerint nonnulli articuli iurati contra, & aduerſus N. de voti paupertatis tranſgreſſione, ſuper quibus fuit a nobis vocatus, examinatus, ac ſufficienter, & benignè auditus, vt moris eſt noſtræ Religionis; quando in cauſa proceditur via articulorum, & conſideratis, ponderatis, & diſcuſſis omnibus, & ſingulis, quæ pro, & contra in hoc negotio ponderanda, & diſcutienda erant, inuenimus ipſum conuictum, ac etiam licèt non in totum, ſed in parte confeſſum; cumque de ſimilibus aliàs conſtat nobis, quod fuerat correptus, atque punitus, idcirco ſaluti ipſius fratris prouidere volentes, & ne de cætero talia peccata contra paupertatis votum committere audeat, ipſum præſenti decreto ſalutari, ac regulari pœnitentia punire decreuimus, & iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus ad infraſcriptam pœnitentiam condemnamus. Videlicet, vt caparronem geſtet per ſex menſes continuos ab hodie in antea numerandos, in quo tempore, qualibet ſexta feria in publico refectorio coram fratribus per ſpacium vnius miſerere, ſe ipſum propriis manibus diſciplinet, vt moris eſt noſtræ Religionis, & in pane, & vino ieiunet. Comminantes inſuper, quod ſi in poſterum contra votum paupertatis egiſſe compertus fuerit, tota pœna propietarij debita punietur.

Ita pronunciaui Ego N. Abbas.

Latum, lectum, & publicatum fuit hoc præſens decretum in præſentia ipſius rei hodie die, &c.

Subſcribuntur teſtes, & actuarius, vt ſupra, num. 5.

Forma ſententiæ condemnatoriæ in contumaciam, antequam debeat reus citari per monitorium, exiſtente ſaltim ſemiplena probatione. Alia ſimilis forma ponitur ſupra in fine 4. partis.

Forma citationis, & monitorij.

Nos N. Abbas, &c. tibi Fr. N. authorita-

ritate officii noſtri, tenore præſentium præcipimus, & expreſsè mandamus, quatenus intra tres dies proximè futuros, ab exequutione præſentium numerandos, quorum dies, primus pro primo, ſecundus pro ſecundo, tertius pro tertio, & vltimo peremptorio termino ſibi aſſignatur ſub pęna confeſſatorum criminum,& delictorũ, de quibus imputaris,debeas coram nobis perſonaliter te ipſum præſentare, ad teipſum excuſandum, exculpandum, ac defendendum ab infraſcriptis criminibus,& exceſſibus tibi obiectis, & imputatis, ac probatis,vt in proceſſu contra te formato die &c.conſtat; & ſignanter ſuper eo, (hic inſeruntur delicta, cum circumſtantiis loci, temporis, & aliorum,) His peractis in fugam nemine te proſequente dediſti,vnde graue indicium,quod ea perpetraſti,contra te auxiſti;Idcirco, vt coram nobis compareas, & tuas defenſiones adducas, volumus præſens noſtrum monitorium tibi perſonaliter, (ſi perſona tua commodè haberi potuerit,) ſin autem cellæ tuæ ſolitæ habitationis,& valuis refectorii, dimiſſis ibidem, affixiſque copiis præſentari,& intimari, illudque monitoriũ ſic executum, ita te arctare,& afficere,ac ſi perſonaliter, & magis legitimè executum foret, certificans nihilominus te,quod ſi in dicto termino comparueris, miſericorditer vt filius recipieris,& in defenſionibus tuis benignè audieris,ſin autem nos aſtricti erimus, vt ſeruatis ſeruandis, in ſimilibus ſeruari ſolitis, ad declarationem,quod pœnas debitas incurreris, illatumque legitimam executionem contra te procedemus,in quorum fidem,&c. datum,&c.

Sigillum.

F.N.Abbas.F.N.Actuar.

Relatio citationis,& executionis.

Fidem facio ego Fr.N.Actuarius, de mandato R.P.Abbatis N.publ caſſe ſupradictum monitorium in monaſterio N. & affixiſſe illius copiã in valuis cellæ Fr.N.& in refectorio dicti monaſterii,die,&c.

Ita eſt Fr.N.Actuarius.

Aliæ ſolemnitates, quia ſunt apices iuris, & fiunt inſtante fiſco in foro ſeculari, ideò in foro regulari omittuntur.

Forma citationis ad ſententiam.

Die,&c.citetur de mandato P N.Abbat. Fr N. ad videndum concludi in cauſa per diffinitiuam ſententiã, & loco diffinitiuæ ſententiæ ad videndum declarari ſe incidiſſe in pœnas,in monitorio, contra eum in actis regiſtrato, & ſ lm nato contentas, ac ad relaxan um propter horum executionem opportunum mandatum. Fr. N. Actuarius.

Relatio citationis.

Fidem facio Ego Fr.N. Actuarius affixiſſe copiam ſupradictæ citationis in valuis cellæ Fr. N. ac refectorii Monaſterii die, &c.

Fr.N.Actuarius.

For-

Forma ſententiæ contra contumacem.

In nomine, etc.

Chriſti nomine inuocato; nos N. Abbas, etc. viſo, ac diligenter ponderato; & diſcuſſo proceſſu fabricato contra Fr. N. contumacem de tali delicto, &c. ac omnibus, et ſingulis in eo contentis, necnon viſa eius contumacia in non obediẽdo mandatis ſuperiorum, ac fugam factam ſtatim poſt delictum commiſſum nemine accuſante, nec denunciante, nec proſequente.

Quapropter Deum prę oculis habentes, vt de illius vultu noſtrum iudicium prodeat, ac oculi noſtri videant æquitatem, per hanc noſtrã ſententiam, quam in his ſcriptis ferimus.

Chriſti nomine repetito; de conſilio, ac conſenſu PP. Diffinitorum pro tribunali ſedente, dicimus, ſententiamus, ac declaramus Fr. N. cõtumacem ob tale delictum, etc. de quo in actis eſt grauiter inditiatus, et per fugam, et contumaciam cõfeſſus, incidiſſe in pœnas in noſtris conſtitutionibus taxatas, quas pęnas eum incurriſſe declaramus poſt lapſum trium dierum à publicatione præſentis ſententiæ numerandorum, niſi intra ipſos comparuerit, et ita hoc, et omni meliori modo, etc.

Ita pronunciaui ego N. Abbas. Lata, lecta, et publicata, etc. vt ſupra n. 5.

Sequuntur ſubſcriptiones teſtium, ac Actuarii, vt ſupra n. 5.

Forma ſententiæ diffinitiuæ contra eijciendum à Religione.

In nomine, etc.

Nos N. Generalis ordinis, etc. cum conſilio, ac aſſenſu infraſcriptorũ ſex Patrum Prouinciæ N. quia reperimus Fr. N. ſacerdotem, clericũ, vel laicum, annorum religionis N. ætatis ſuæ N. de iure inemendabilem, ac incorrigibilem, eò quia tria grauia delicta per interualla commiſit, de quibus conuictus admonitus, ac punitus, non reſipuit, nec ſigna corrigibilitatis, ac pœnitentiæ monſtrauit, ac licet etiam per vnius anni ſpatiũ in ieiunio, ac pœnitentia in carceribus formalibus probauimus, nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pertinacia perſeuerat, ideò adhærendo decreto S. Congreg. Concil. Trident. de mandato Vrb. viij. edito 21. Septemb. 1624. tamquam pecus morbida, eiiciendum, ac expellẽdũ fore, ac eſſe iudicauimus, prout tamquã talem eiicimus, et expulimus, ac habitu religionis ſpoliamus, ac priuamus, et priuatum, ac ſpoliatum declaramus, et habitu clericali induimus, vt iuriſdictioni, ac obedientiæ Epiſcopi loci ſubiaceat, ac mandamus, vt Epiſcopo ſe præſentet, atque obedientiam illi præſtet, nempe ad Epiſcopum N. in cuius diœceſi elegit habitare, vt ſe declarauit, coram nobis, et coram ſex patribus, et ita dicimus, pronunciamus, ac declaramus, hodie, die, etc.

Sequuntur ſubſcriptiones omnium,

cum ſigillo ſolito.

Forma litterarum concedendarum expulſis ab ordine.

Fr.N. Generalis, &c. omnibus præſentes litteras inſpecturis, ac lecturis, notum facimus qualiter in Prouincia N. in actu viſitationis comperimus Fr.N. ſacerdotem ordinis noſtri, ætatis ſuæ annorum N. & religionis N. plura delicta perpetraſſe, & pluries ſcandalum fratribus, & ſæcularibus dediſſe, vel plures fugas arripuiſſe, cum ſcandalo fratrum, ac ſæcularium, de quibus admonitus, & punitus, nihilominus nullum ſignum emendationis, & reſipiſcentiæ monſtrando, fuit carceribus formalibus mancipatus & ibi per continuum annum permanſit in ieiunio, & pœnitentia, quo anno elapſo, quia in ſua pertinacia perſeuerauit, formato proceſſu, expulimus, & eiecimus à Religione, ac habitu Religionis expoliauimus, & priuauimus, ac habitu clericali induimus, vt Epiſcopi loci iuriſdictioni, & obediētiæ ſubdatur, & tamquam ſubditus eidem Epiſcopo ſe præſentet, & hoc de cōſilio, & aſſenſu ſex infraſcriptorum patrum, vt patet ex dicto proceſſu, & ſententia contra ipſum lata die, &c.

In quorum fidem præſentes litteras iuſſu noſtro conſcriptas, ſigilloque munitas præfato N. pro ſuæ conſcientiæ ſecuritate tradidimus, & conceſſimus, datum, &c.

Forma, qua Generalis debet monere Epiſcopum de ſupradicta expulſione.

Fr. N. Generalis, &c. Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo N. ſalutem in Domino. Illuſtriſſimæ dominationi veſtræ notum ſit, qualiter nos ad canonum, ac Apoſtolicarū conſtitutionum formam, & præſertim decreti congregationis concilii de apoſtatis, & eiectis, procedentes, per noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in ſcriptis tulimus hoc anno, die, &c. à noſtra religione, tamquam incorrigibilem P.N. Religionis præfatę profeſſum & ad ſacrum presbyteratus ordinem promotum, vel laicum, dimiſimus, & eiecimus, ac præcipimus, vt dominationi veſtræ ſe humiliter præſentet, & ſuæ iuriſdictioni, & obedientiæ ſubiaceat; vnde habitu clericali induto dimiſimus. Quod Illuſtriſſimæ veſtræ dominationi ſignificandum eſſe cenſuimus, vt & nos Apoſtolicis obtemperemus mandatis, & pecoris ſui cultum agnoſceret dominatio veſtra, eaque etiam circa præfatum N. exequi valeat, quæ in prę fato decreto edito die 21. Septembris 1624. iuſſit eadem ſacra congregatio, & Dominus ſit Illuſtriſſimæ dominationi veſtræ propitius. In quorum fidem, &c.

Hæ litteræ monitoriales, præſenti Epiſcopo debent ab actuario cauſæ, vel alijs religioſis ad hoc ſpecialiter miſſis, & facta fide de huiuſmodi præſentatione, debent

Digitized by Google

bent in archiuio conſeruari; & aduertendum eſt etiam, quòd ſi P. Generalis non ſolùm dictum religioſum eiecerit, ſed etiam propter rationabiles cauſas per aliquod tempus à loco, vbi prædictus eiectus habitabat, eum iuſſerit exulare, vel in aliquam ciuitatem, vel terrã non accederet, tunc P. Generalis tenebitur in dictis litteris expulſionis, dictam clauſulam apponere, appoſita etiam grauiori adhuc pœna in caſu inobedientiæ; & hæc omnia non ſolùm Epiſcopo loci eiuſdem notificare, ſed etiam Epiſcopo, in cuius diœceſi eiectus iuſſus eſt exulare, vt aduertit Peyrinus formular. littera E, capi. 39. num 4.

PARS

Digitized by Google

PARS OCTAVA.

De Appellationibus.

CAPVT PRIMVM.

Appellatio quid ſit, et de eius diuiſ. in appellationem iudicialem et extraiudicialem, ac de earum conuenientijs, et differentijs.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in communi conſiderata quid ſit.*

2 *Appellatio iudicialis quid ſit.*

3 *Appellatio extraiudicialis quid ſit.*

4 *Appellatio extraiudicialis fieri poteſt ob grauamen vertens contra bonum commune.*

5 *Appellationis extraiudicialis vſus in quibus caſibus eſſe ſolet.*

6 *Appellatio extraiudicialis poteſt fieri contra electionem factam, & faciendam, & traditur modus appellandi vt in n. ſeqq.*

7 *Appellatio, & nullitas poſſunt cumulari in appellatione facta.*

8 *Appellatio quomodo fieri poteſt in electione facienda, & quos effectus producit.*

9 *Grauamen dat ius appellandi in omni appellatione.*

10 *Appellatio iudicialis requirit grauamen præſens, vel præteritum: extraiudicialis verò, ſufficit cauſam eſſe veriſimilem, aut probabilem grauaminis.*

11 *Appellatio iudicialis poteſt iuſtificari per ſolam oblationem probationis, ſecus appellatio extraiudicialis.*

12 *Appellatio iudicialis debet fieri ad ſuperiorem immediatum, extraiudicialis fit ad illum, qui adiri poteſt per viam querelæ.*

13 *Appellatione iudiciali deſerta omnem audientiam abrumpit, ſecus eſt in appellatione extraiudiciali.*

14 *Ad appellandum iudicialiter admittitur etiam excommunicatus, non autem in appellatione extraiudiciali.*

15 *In appellatione iudiciali fatalia currunt à die appellationis, in extraiudiciali à die grauaminis.*

16 *Attentata à iudice, à quo pendente appellatione iudiciali à diffinitiua ante omnia reuocantur, ſed appellatione extraiudiciali, ea tantum, quæ ſunt geſta poſt ipſam, & contra ipſam probata cauſa appellandi limit- primò, ſi facta eſſet inhibiti- tur ſecundo in materia*

zatur 3. in cauſa electionis cathedralis Eccleſiæ, vel regularis, limitatur 4. quando ſit ex cauſa, quæ reddit actum nullum.

17 *Cenſuræ ſententia lata poſt appellationem eſt nulla, & ampliatur multis modis.*

18 *Appellatio iudicialis dicitur propriè appellatio, extraiudicialis impropriè.*

19 *Appellatio iudicialis, & extraiudicialis in multis conueniunt, & conuenientiæ recenſentur.*

20 *Apoſtoli quid ſint, debent ab appellante peti, & index quando tenetur eos dare?*

21 *Apoſtolos quando non tenetur iudex tradere appellanti.*

22 *Appellans tenetur petere Apoſtolos, & redire pro eis in termino ſibi aſſignato, aliàs appellatio efficitur deſerta.*

23 *Terminus ad reddendum pro Apoſtolis tribus modis poteſt iudex præfigere appellanti.*

24 *Iudex ſi in termino aſſignato non reſpondet pro Apoſtolis appellans cenſetur remiſſus.*

25 *Proceſſus factus à iudice à quo pendente termino Apoſtolorum eſt validus in appellatione ab interlocutoria, ſecus in appellatione à diffinitiua, in qua attentata reuocantur.*

LAta ſententia, priuſquam ad extremum eius effectum, ſcilicet ad illius executionem peruenire poſſit, quæri primum debet, an in rem iudicatam abierit, an verò ab ea appellatum ſit; Nam ſententiæ impedimentum facit appellatio, cum ſit quærela adu ſententiam, ſiſtens illum proceſſum, & ſi aliquando ex deprauatione abutentium, præſidium calumniantium efficitur, ſecundùm tamen rei veritatem, & finis illius, auxilium oppreſſorum, innocentiæque præſidium, & confugium eſt. Et licet varias appellationum ſpecies conſtituunt doctores, communius tamen receptum eſt, omnem appellationem, vel iudicialem, vel extraiudicialem eſſe, &
1 diffinitio communis ſecundum DD. eſt prouocatio a minori iudice ad maiorem facta ratione grauaminis illati, vel inferendi, & iudicialis appellatio eſt illa, quæ
2 facta eſt in iudicio, & cauſa cœpta, et ſic poſt citationem, ita poſt Innoc. & Abbat. Scacc. de appellat.
3 quæſt. 2. num. 24. Extraiudicialis verò appellatio eſt illa, quæ inſtituitur de ijs, quæ contingunt extra iudicium, ob aliquod grauamen à iudice, vel a ſuperiore illatum, aut inferendum, & ob quodlibet mandatum iniuſtum, grauans non præcedente proceſſu, vel ante citationem, Scacc. vbi ſupra. Et hæc poteſt fieri non ſolum ob grauamen, & nocumentum proprium, ſed etiam ob grauamen commune, ſeu vertens contra bo-
4 num commune, Miran. de ordine Iudic. quæſt. 30. ar. 2. Sanch. opuſc. tom. 1. lib. 2. cap. vnico lib. 3 nu. 4. Portel. in verbo appellare in addit.
5 num. 1. Et illius vſus eſt etiam in actibus, qui voluntariæ iuriſdictionis ſunt, vt in electionibus præſertim Eccleſiaſticis, prouiſionibus, collationibus, alijſque diſpo-

diſpoſitionibus beneficialibus, & ſimilibus actibus, vt habetur in cap. concertationi de appell. in 6. Gonzal. ad reg. 8. cancell. gl. §. 1.
6 in annot. num. 15. Et poteſt fieri propter electionem nondum factam, ac etiam faciendam, propter electionem factam fieri poteſt, ſi legitima non fuerit, cap. Eccleſia extra de elect. Aut de non idonea facta cap. congrato eodem tit. &c. vt circa eod. tit. in 6. quo
7 caſu poteſt nullitas principaliter tentari, & cumulari cum remedio appellationis, hoc modo, videlicet, dico talem electionem nullam, irritam, & caſſam, eo quod non fuit ritè celebrata, vel non vocatis omnibus, qui debebant vocari, vel non concurrentibus omnibus ad electionem ſcrutatorum, vel quia fuit celebrata in loco, vbi non debebat celebrari per talem, & talem cauſam, vel propter aliam ſimilem cauſam, & quatenus aliqua apparuerit, dico quod debet irritari, reſcindi, & caſſari, vt colligitur ex Vant. tit. quot. & quibus modis nullitas, &c. num. 3. verſ. primo principaliter, & ex Scac. de appel. quæſt. 19. remed. 1. concl. 3. Propter electionem faciendam fieri etiam poteſt, videlicet ne fiat indebitè, & ſi appellans eſt de corpore capituli, ne ſine eo ad electionem procedatur, aut ne electio fiat certo loco, ſeu certa die, quia timetur de oppreſſione, vel metu; quia ſi non obſtante appellatione capitulum fecit electionem in dicto loco, & in dicta die, licet nulla oppreſſio facta fuerit, & nullus metus interceſſerit, tamen talis electio erit irritanda, dummodo probetur, quod veriſimiliter timebatur de oppreſſione, vel metu, Franch. in cap. bonæ 4. de appel. num. 44. Aut ſi appelletur, ne procedatur ad electionem ſine conſenſu totius Capituli, vel maioris partis, cap. auditis de appel. vel ne ille, aut ille eligatur, cap. cum inter eodem tit. & c. qui contra eodem tit. in 6. vel non niſi canonicè fiat, cap. cum nobis eodem tit. vel propter aliquam aliam ſimilem cauſam, quæ debet eſſe veriſimilis, & probabilis intimata Præſidi Capituli, à quo timetur probabiliter, & veriſimiliter in futurum grauari, ne particulari, aut toti communitati nocumentum inferatur. Et huius appellationis aduerſus futuras appellationes ea eſt poteſtas, quod omnium eligentium poteſtatem in euentum appellationis ſuſpendit cap. quod ſicut eod. tit. & poſt electionem factam, electio, & electionis confirmatio ſubſecuto grauamine, & probata vera cauſa appellandi, vt attentata, & innouata caſſari debeant, cap. conſiderauimus eodem tit. in 6. & ſic in hac appellatione extraiudiciali ex futuro euentu, licet non antea omnia reuocantur. Couar. pract. qq. cap. 124. num. 25.
9 Et grauamen eſt illud, quod dat ius appellandi in omni appellatione, & non grauatus non appellat, dicit Card. Alex. in cap. vt debitus ſub num. 36. de appel. nec valet appellatio conditionalis, dicit

cit

cit Bald.in c.dilecto de appell.

10 Differt tamen appellatio iudicialis ab extraiudiciali, quia in appellatione iudiciali grauamen debet eſſe præteritum, ſeu præſens ex cauſa vera,& legitima. Abb.in cap. bonæ,n.7.de appel.differ.7. Franc. ibidem ſub nu.17.ſeu ſaltem ſubeſſe iuſtus timor de præſenti. Abb.in dicto c.vt debitus,q.6. Tuſc.litt.A, concl.361.n.9. aut grauamen eſſet irreparabile, vt in cenſuris,& carcere,c.inter cætera 2.de appel. ſeu eſſet à iudice comminatum. Ang. conſ.188.in princip. Marſ.in prax. §.expedita,n.69. Franch. in rubr.de appel.n.17. quæ comminatio non debet eſſe nuda, quia hæc facile euaneſcit,l.interlocutio,C.comm.n. Epiſt. progr. ſed debet eſſe coniuncta præterito alicui grauanti actus, ſeu proximè inſtanti, vt apparentiam habeat, quæ facit vt grauamen ſit in re præſenti. In appellatione autem extraiudiciali ſufficit ad eius iuſtificationem probare cauſam grauaminis propoſitam veriſimilem, & probabilem fuiſſe, dict. cap. bonæ, de appell. & ibi Panormitan.n.7. Alex.de Neuo,nu. 40.& Barboſ.n.3.licet quoad reuocationem attentatorum requiratur,vt probetur veritas cauſæ.Bar-

11 boſ.ibid.Differunt ſecundò hæ duę appellationes,quoad probationē, nam appellatio iudicialis poteſt iuſtificari per ſolam oblationem probationis, iuxta c.interpoſita,de appel. vbi ſtatuitur,quod in appellatione iudiciali ſi appellans offert cauſam grauaminis probare corā iudice à quo,iſte debet probationē recipere, & ſi ab eo reijcitur, tunc ſufficit appellanti probare apud iudicem ad quem ſupradictam oblationem, & reiectionem probationis factam à iudice à quo.& appellatio remanet iuſtificata,ſed extra dictum caſum non ſufficit, ſed debet veritatē grauaminis probare coram iudice appellationis.Appellatio autem extraiudicialis non iuſtificatur per oblationem probationis, quia iudex à quo non tenetur recipere probationem appellātis extraiudicialiter,ſed ſemper coram iudice ad quem debet cauſa in ea expreſſa verificari, & verè probari.Abb.in c.bonæ,nu.8. de app.diff.3.Zabar.ibid.n.54.diff. 6.Franc.n.41.con.8. Scac.de app.q.

12 17.ampl.8.n.42.Differunt 3. quòd appellatio iudicialis licet valeat omiſſo medio,quando pars,aut iudex non ſe opponit, eſt nulla, C.dilecti 66.de app. & Abb.n.7. Franc. nu.12.nam debet fieri ad ſuperiorē immediatum tàm de iure ciuili, l. Imper. ff.de app.quàm de iure canonico, d.c.dilecti 66.de app. ſcilicet ad eum,qui eſt ſuperior, & proximior iudici,qui tulit ſententiam; Dec.in rubr. de appel.qu.5. ſub nu. 42. vt ab Epiſcopo ad Metropolitanum illius Epiſcopi; & quoad Religioſos extat decretum Sacræ Congreg. editum anno 1581. vt appellatio hoc ordine interponatur, nempe, à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc, ad Cardinalium Congregationem, & tandem ad Pontificē,referunt Roder.qq.re-

Digitized by Google

gul. tom.1. quæſt.29. ar.2. Lezana in ſumma tom.1. cap.9.n.4. Sanch. decalog. tom.2. lib.6. c.8. nu.107. Barboſ. ad Conc. Trid. ſeſſ.25. c.6. n.12. & alij. Quando certus eſt iudex ad quem ſufficit appellare ſimpliciter, quia ſemper intelligitur interpoſita ad iudicem immediatum, Scac. de appel. q.7. nu.4. ſed quando non eſt certus, prout eſt, quando quis poteſt appellare ad duos ſuperiores iudices proximos, debet appellans ſe declarare de quo iudice ſentit, infra terminum decem dierum à die ſententiæ latę, & notificatæ, alias appellatio dicitur deſerta, Rebuff. de appel. ar.5. gl. vnica n.5. tom.3. Lancel. de attent. limit.50. ampliat.17. nu.121. & ſeq. tom.5. & debet etiam hoc notificare iudici à quo, Scac. vbi ſupra, n.7. & 13. Barboſ. in collect. ad c. dilecti il 3. de appel. & hoc idem dicitur, quãdo appellatio eſt alternatiua, ideſt, appello ad Archiepiſcopum, vel ad Papam, Bellamer. deciſ.474. Cacher. dec.130. Gratian. deciſ.139. gl. in c. is, cui, de offic. de leg. Scac. de appel. q.9. n.8. Ricc. deciſ. Cur. Archiep.50. n.3. Aut quando eſt copulatiua, id eſt appello ad Archiepiſcopum, & ad Papam, Felin. c.2. nu.2. de appel. nam ſemper eſt neceſſaria declaratio, licèt infra eundem terminum decem dierum poteſt variare, & appellare ad alium competentem, Marant. in ſpecul. par.6. actu 2. principali num.134. Si quis appellat omiſſo medio ad Papam, prout de iure canonico eſt licitum c. ſi duobus de appel. ſi iudex immediatus vult procedere, & profert ſententiam, ſententia eſt nulla, c. ſolicitudinem, & ibi Franch. n.7. de appel. Scac. de appel. qu.7. n.46. Barboſ. in collect. ad c. dilecti n.3. de appel. Religioſi etiam non obſtante dicto decreto ſupra citato n... poſſunt etiam appellare ad Papam dicunt Portel. citatus à Diana par.3. tr.2. reſ.54. Donatus par.2. tr.10. q.34. Contrarium tenet præcipuè contra Donatum Bordon. in praxi crim. c.90. n.9. & idem ſi non obſtat communis praxis Religionum dicit Pellizar. in manual. tr.6. c.7. nu.56. Appellatio etiam iudicialis debet fieri à ſubdelegato ad primum delegantem, quando delegatus ſubdelegauit cauſam in totum, & nihil ſibi de iuriſdictione retinuit, c. ſuper quęſtionem §. porro, & ibi gl. verſ. non ad eum de offic. deleg. & ibi Imol. n.21. in fine Abb. nu.4. Franch. in c. dilecti il 3. n.30. de appel. Barboſ. in c. ſi delegatus n.6.7.8. & 10. de offic. deleg. in 6. ſecus ſi aliquid ſibi reſeruauit, quia ad delegatum, ſub delegantẽ, & non ad primum delegantem neceſſariò fieri debet appellatio, Barboſ. vbi ſupra n.12. ex verbo debebit, in dicto tex. quod neceſſitatem importat, niſi delegatus eſſet excõmunicatus, ſuſpenſus, aut mortuus, c. is cui de offic. deleg. In appellatione autem extraiudiciali aliter dicendum eſt, quia appellatio non fit ad immediatum, et proximum ſuperiorem; ſed ad illum, cui poteſt adiri per viam quærelæ; hinc eſt, quòd non poteſt fieri ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, quia Archiepiſco-

piſcopus eſt iudex tantũ per viam appellationis, & non poteſt appellantẽ audire per viam quærelę. Panorm. in c. dilecti il 2. n. 6. & ſeq. de appel. & DD. in c. bonæ eodem tit. ſed Sanch. in opuſc. l. 3. c. vn. dub. 32. n. 217. tenet poſſe etiã fieri ad immediatũ ſuperiorem, nempè ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, & videtur tenere etiam Borell. ſumma deciſ. p. 2. tit. 33. n. 861.

13 Differunt quartò, quòd deſerta appellatione iudiciali, omnem audientiã abrumpit, quod ſecus eſt in appellatione extraiudiciali, quia ſi appellans poſt deſertam appellationem non poteſt audiri remedio appellationis; poteſt (ſi interim non conſentit) audiri via directæ actionis, quærelæ, nullitatis, vel exceptionis, ſi res conſiſtit in exceptione, c. concertat. de appel. in 6. Abb. in c. cum ſit Romana n. 22. de appel. Franch. in c. bonæ n. 19. de appel. ratio eſt, quia grauamen extraiudiciale numquam tranſit in rem iudicatam, ex quo deficit iudicium, & ſententia, Imol. in c. fin. n. 5. & 12. de prǽſump. Abb. in c. 1. ſub n. 13. de his, quæ fiunt a maiori parte capituli. Gonzal. ad reg. cancell. gl. 9. §. 1. in annot. n. 31. Ricc. in prax. reſol. 2. n. 7. par. 4.

14 Differunt quintò, quia ad appellandum iudicialiter admittitur etiam excommunicatus, ſed ad appellandum extraiudicialiter non admittitur, Scac. de appel. q. 2. n. 44. diff. 9. quod intelligi debet, quando eſt mera extraiudicialis, Sanch. in opuſc. tom. 1. lib. 3. c. vnico n. 12.

15 Differunt ſextò, quia in appellatione iudiciali fatalia currunt à die appel. Scac. de appel. q. 15. nu. 162. vbi multos citat, ſed in appellatione extraiudiciali non currit annus à die appellationis, niſi quãdo appellatur à grauamine illato; quando autem appellatur à futuro grauamine non incipit currere niſi à die exiſtentis grauaminis. Butr. in c. ex ratione q. 2. n. 4. in fine. Franch. in c. cum ſit Romana ſub n. 13. & c. 4. de appel. & in c. bonæ n. 24. eod. tit. Scac. de appel. q. 15. n. 172. 173.

16 Differunt ſeptimò, quod omnia geſta, & attentata à iudice à quo pendente appellatione iudiciali à diffinitiua ante omnia reuocantur, & in priſtinum ſtatum reponuntur, quamuis directè non ſint contra appellationem, quia huiuſmodi appellatio etiam in vno capitulo ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo ad totam cauſam, c. ſi à iudice a quo de appel. in 6. ita poſt Innoc. Io. Andr. & Imol. Franch. in c. bonæ n. 31. & 38. de appel. & in c. Paſtoralis n. 6. eodem tit. Lancell. de attent. p. 2. c. 12. in præf. n. 83. & licèt de conſuetudine iudex poteſt procedere pendente termino ad appellandum, tamen ſecuta appellatione attentata reuocãtur, Scac. de appel. q. 3. nu. 16. 17. & 52. In appellatione autem extraiudiciali geſta poſt appellationem, & pendente termino ad appellendum valent, & non ſunt nulla, & attentata, nec reuocantur præterita nec futura conſecutiua ad actum de præterito, ſed tantum ea, quæ ſunt geſta contra ipſam appellationem, & poſt ipſam appellationem, Veſtr.

Digitized by Google

in praxi lib.8. c.pen. ſub n.9. Rota deciſ.4.num.1. de appel. in nouis, Franch. in c.1. ſub n.4. verſ. vltimo tenementi de appel.& in d. c.bonæ n.29. & ſeqq. nec reuocantur ante omnia ſicut in appellatione iudiciali, ſed pendent ex futuro euentu, quia reuocantur cùm probata fuerit vera cauſa appellandi, dict.c. non ſolum de appel. in 6. Couar. in praxi c.24. n.5. in princip. Mich. Graſſ.com.opinion.tom.2.lib.7.tit. 21. n.195. Lancel. de attent. par.2. c.12. limit.3. n.1. Et idem dicitur de appellatione ab interlocutoria, quia quo ad reuocationem attentatorum poſt, & contra appellationem, nulla eſt differentia inter appellationem extraiudicialem, & appellationem ab interlocutoria, c. ſignificauit, & ſignificantibus extra de appel. c. Rodulphus de reſcript. cap. exhibita de iudic. Franch. d. c.bonæ nu.37. Rota deciſ. 344. & quod geſta poſt appellationem extraiudicialem non valent, ampliatur primò, quod non valent etiam ſi non eſſent facta cõtra ipſam appellationem, ſi facta eſſent poſt inhibitionem, Franch. ibidem n.40. & alij citati a Barboſ. in collect. ad c. non ſolum nu.3. de appel. Ampliatur ſecundò in ſententia cenſuræ, quia ſi quis ante ſententiam cenſuræ, ſiue excommunicationis, ſiue cenſuræ, ſiue interdicti appellat etiam extraiudicialiter, aut iudicem recuſat, ſententia poſtea lata eſt nulla, Scacc. de appel.q.171. limit.22.n.54. Barboſ. in c. Paſtoralis de appel. in 6. dicitur de appellatione à comminatoria, ſeu ab eius præcepto, cuius tranſgreſſionis non ſit reus, interpoſita appellatione antequã tempus prætereat adimplendi præceptum (& infra illud tempus ſemper poteſt fieri appellatio etiam poſt decem dies, dummodo fiat antequam accurrat illud tempus, Sayr. lib 1 c. 16. n.24. Bonac. de cenſur. diſp 1.q.2.p.2.n.8.) Scac. dicta lim.71.n.47. Barboſ. lib.2. voto 34. n.68. ex hoc ſolo dicitur nulla, etiam quod non probetur veritas cauſæ ipſius appellationis, quia ſufficit ſententiam cenſuræ eſſe latam poſt legitimam appellationẽ vt dicatur nulla, Franch. in d.c. bonæ n.35. Ricc. in prax.reſ.25.par.4. Ampliat hanc limitationẽ Sanch. in opuſc. c. vn co dub.32. n.218. etiam ſi iudex a quo non admiſiſſet appellationem, vel recuſationem, quia ſufficit, quod appellatio, vel recuſatio ſit legitima, vt ſuſpendat iuriſdictionem iudicis a quo, & ad hoc vt ſit inualidum geſtum poſtea ab eo, & hoc etiam procedit, licèt appellans a non admiſſione appellationis nõ appellaſſet in hac materia cenſuræ, idem Sanch. n.223. & ſequitur Alfonſ. de Leon. de cenſur. recoll.2. nu.112. quamuis contrarium dicant Gemin. in c. cum appellationibus §. ſi verò de appel. Lancel. de attent. par.2. tit. de attent. lit. pendent. limit.13. Rota deciſ.16.n.15. in nouis Ricc. par.4. deciſ.20. n.4. Ampliatur tertiò, in cauſa Electionis Cathedralis, vel regularis Eccleſiæ, in qua attentata poſt appellationem, ſiue iudicialem, ſiue extraiudicialem ſunt ipſo

iure

iure nulla c.poſtquam de elect. in 6 Franch. d.c.bonæ n.37. Ampliatur quartò, quando appellatio fit ex tali cauſa, quæ reddit actum ex ſe nullum abſque appellatione; puta ne eligatur excommunicatus, vel irregularis, vel ipſo iure priuatus, vel ne fiat electio a minori parte vocalium, & idem dicitur de alijs ſimilibus cauſis c. auditis de elect. Franch. in d. c. bonæ n.34.

18 Differunt octauò, quod appellatio iudicialis dicitur propriè appellatio, appellatio verò extraiudicialis impropriè appellatur appellatio. Innoc. in c. cum ſit Romana de appel. & ibi Abb. ſub n.21. Vnde in materia odioſa, ſtricta, & pœnali non comprehenditur ſub nomine appellationis. Abb. in dicto c. bonæ nu.8. Scacc. de appel. qu.2. num.33. Sanch. opuſc. tom.1. lib 3. c. vnico, aliæ differentiæ poſſunt videri per Abbatem in dicto c. bonæ de appel. à num.7. vſque ad 10. per Franch. ibidem a num.17. & ſeqq. per Scacc. de appel quæſt.2. a num.32. vſque ad num 47.

19 Conueniunt etiam ſupradictæ appellationes in multis; Et primò, quod vtraque interponi debet intra terminum decem dierum, c. concertationi de appel. in 6. Secundò, quod intra annum, vel ex cauſa biennium terminari debet, dicto c. concertationi, & Clem. ſicut de appel. Tertiò, quod debent iudici a quo intimari, vt operentur effectum ſuſpenſiuum, & cauſent attentata, vt de appellatione iudiciali facta coram honeſtis viris in iudicis abſentia, dicunt Franch. in c. ſi iuſtus, num. 42. & 50. de appel. Card. Alexan. ibi num.20. Lancellot. de attent. par.2. cap.12. ampliat.15. num.20. 21. & ſeq. Surd. conſ.22. num.17. in fine lib.2. & de appellatione extraiudiciali, quod geſta ante intimationem non reuocentur teſtatur Rota deciſ.38. alias 309. de appel. in nouis. Quartò, in petitione Apoſtolorum, quia non ſolum in appellatione iudiciali; ſed etiam in appellatione extraiudiciali petendi ſunt Apo-
20 ſtoli, Scacc. de appel. quæſt.13. num.30. 31. 32. ſunt autem Apoſtoli literæ teſtimoniales teſtificantes de appellatione facta, quæ neceſſario infra ſpatium triginta dierum debent dari a iudice appellanti, quia ſunt pars appellationis, c. ab eo de appel. in 6. Clem. quamuis de appel. dummodo ſæpiùs, & inſtâter appellans petierit, hoc eſt vnico contextu verborũ ſæpiùs repetito dicta Clem. quamuis, & ſi Apoſtoli non fuerint petiti iudex non tenetur eos tradere, Scac. d. q.13. ar.3. nu.24. & ſi appellans non petierit ſibi de Apoſtolis reſponderi infra terminum iuris, id eſt 30. dierũ, præſumitur renuntiare appellationi, quæ præſumptio eſt iuris, & de iure vt non poſſit probari contrarium, c. ab eo de appel. & appellatio efficitur deſerta, & illius effectus expirat, & cenſetur non appellaſſe dicto c. ab eo. Si Apoſtoli non fuerint petiti, & iudex incontinenti detulerit appellationi, & terminum præfixerit ad proſequendũ, deferendo ap-

pel-

cum ſigillo ſolito.

Forma litterarum concedendarum expulſis ab ordine.

Fr. N. Generalis, &c. omnibus præſentes litteras inſpecturis, ac lecturis, notum facimus qualiter in Prouincia N. in actu viſitationis comperimus Fr. N. ſacerdotem ordinis noſtri, ætatis ſuæ annorum N. & religionis N. plura delicta perpetraſſe, & pluries ſcandalum fratribus, & ſæcularibus dediſſe, vel plures fugas arripuiſſe, cum ſcandalo fratrum, ac ſæcularium, de quibus admonitus, & punitus, nihilominus nullum ſignum emendationis, & reſipiſcentiæ monſtrando, fuit carceribus formalibus mancipatus & ibi per continuum annum permanſit in ieiunio, & pœnitentia, quo anno elapſo, quia in ſua pertinacia perſeuerauit, formato proceſſu, expulimus, & eiecimus à Religione, ac habitu Religionis expoliauimus, & priuauimus, ac habitu clericali induimus, vt Epiſcopi loci iuriſdictioni, & obediẽtiæ ſubdatur, & tamquam ſubditus eidem Epiſcopo ſe præſentet, & hoc de cõſilio, & aſſenſu ſex infraſcriptorum patrum, vt patet ex dicto proceſſu, & ſententia contra ipſum lata die, &c.

In quorum fidem præſentes litteras iuſſu noſtro conſcriptas, ſigilloque munitas præfato N. pro ſuæ conſcientiæ ſecuritate tradidimus, & conceſſimus, datum, &c.

Forma, qua Generalis debet monere Epiſcopum de ſupradicta expulſione.

Fr. N. Generalis, &c. Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo N. ſalutem in Domino. Illuſtriſſimæ dominationi veſtræ notum ſit, qualiter nos ad canonum, ac Apoſtolicarũ conſtitutionum formam, & præſertim decreti congregationis concilii de apoſtatis, & eiectis, procedentes, per noſtram diffinitiuam ſententiam, quam in ſcriptis tulimus hoc anno, die, &c. a noſtra religione, tamquam incorrigibilem P. N. Religionis præfatę profeſſum & ad ſacrum presbyteratus ordinem promotum, vel laicum, dimiſimus, & eiecimus, ac præcipimus, vt dominationi veſtræ ſe humiliter præſentet, & ſuæ iuriſdictioni, & obedientiæ ſubiaceat; vnde habitu clericali induto dimiſimus. Quod Illuſtriſſimæ veſtræ dominationi ſignificandum eſſe cenſuimus, vt & nos Apoſtolicis obtemperemus mandatis, & pecoris ſui cultum agnoſceret dominatio veſtra, eaque etiam circa præfatum N. exequi valeat, quæ in præfato decreto edito die 21. Septembris 1624. iuſſit eadem ſacra congregatio, & Dominus ſit Illuſtriſſimæ dominationi veſtræ propitius. In quorum fidem, &c.

Hæ litteræ monitoriales, præſenti Epiſcopo debent ab actuario cauſæ, vel alijs religioſis ad hoc ſpecialiter miſſis, & facta fide de huiuſmodi præſentatione, debent

bent in archiuio conſeruari; & aduertendum eſt etiam, quòd ſi P. Generalis non ſolùm dictum religioſum eiecerit, ſed etiam propter rationabiles cauſas per aliquod tempus à loco, vbi prædictus eiectus habitabat, eum iuſſerit exulare, vel in aliquam ciuitatem, vel terrã non accederet, tunc P. Generalis tenebitur in dictis litteris expulſionis, dictam clauſulam apponere, appoſita etiam grauiori adhuc pœna in caſu inobedientiæ; & hæc omnia non ſolùm Epiſcopo loci eiuſdem notificare, ſed etiam Epiſcopo, in cuius diœceſi eiectus iuſſus eſt exulare, vt aduertit Peyrinus formular. littera E, cap. 39. num 4.

PARS

PARS OCTAVA.

De Appellationibus.

CAPVT PRIMVM.

Appellatio quid ſit, et de eius diuiſ. in appellationem iudicialem et extraiudicialem, ac de earum conuenientijs, et differentijs.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in communi conſiderata quid ſit.*
2 *Appellatio iudicialis quid ſit.*
3 *Appellatio extraiudicialis quid ſit.*
4 *Appellatio extraiudicialis fieri poteſt ob grauamen vertens contra bonum commune.*
5 *Appellationis extraiudicialis vſus in quibus caſibus eſſe ſolet.*
6 *Appellatio extraiudicialis poteſt fieri contra electionem factam, & faciendam, & traditur modus appellandi vt in n. ſeqq.*
7 *Appellatio, & nullitas poſſunt cumulari in appellatione facta.*
8 *Appellatio quomodo fieri poteſt in electione facienda, & quos effectus producit.*
9 *Grauamen dat ius appellandi in omni appellatione.*
10 *Appellatio iudicialis requirit grauamen præſens, vel præteritum: extraiudicialis verò, ſufficit cauſam eſſe veriſimilem, aut probabilem grauaminis.*
11 *Appellatio iudicialis poteſt iuſtificari per ſolam oblationem probationis, ſecus appellatio extraiudicialis.*
12 *Appellatio iudicialis debet fieri ad ſuperiorem immediatum, extraiudicialis ſit ad illum, qui adiri poteſt per viam querelæ.*
13 *Appellatione iudiciali deſerta omnem audientiam abrumpit, ſecus eſt in appellatione extraiudiciali.*
14 *Ad appellandum iudicialiter admittitur etiam excommunicatus, non autem in appellatione extraiudiciali.*
15 *In appellatione iudiciali fatalia currunt à die appellationis, in extraiudiciali à die grauaminis.*
16 *Attentata à iudice, à quo pendente appellatione iudiciali à diffinitiua ante omnia reuocantur, ſed appellatione extraiudiciali, ea tantum, quæ ſunt geſta poſt ipſam, & contra ipſam probata cauſa appellandi limitatur, primò, ſi facta eſſet inhibitio, limitatur ſecundo in materia cenſuræ, limitatur*

tatur 3. in cauſa electionis cathedralis Eccleſiæ, vel regularis, limitatur 4. quando ſit ex cauſa, quæ reddit actum nullum.

17 *Cenſuræ ſententia lata poſt appellationem eſt nulla, & ampliatur multis modis.*

18 *Appellatio iudicialis dicitur propriè appellatio, extraiudicialis impropriè.*

19 *Appellatio iudicialis, & extraiudicialis in multis conueniunt, & conuenientiæ recenſentur.*

20 *Apoſtoli quid ſint, debent ab appellante peti, & iudex quando tenetur eos dare?*

21 *Apoſtolos quando non tenetur iudex tradere appellanti.*

22 *Appellans tenetur petere Apoſtolos, & redire pro eis in termino ſibi aſſignato, aliàs appellatio efficitur deſerta.*

23 *Terminus ad reddendum pro Apoſtolis tribus modis poteſt iudex præfigere appellanti.*

24 *Iudex ſi in termino aſſignato non reſpondet pro Apoſtolis appellans cenſetur remiſſus.*

25 *Proceſſus factus à iudice à quo pendente termino Apoſtolorum eſt validus in appellatione ab interlocutoria, ſecus in appellatione à diffinitiua, in qua attentata reuocantur.*

LAta ſententia, priuſquam ad extremum eius effectum, ſcilicet ad illius executionem perueniri poſſit, quæri primum debet, an in rem iudicatam abierit, an verò ab ea appellatum ſit; Nam ſententiæ impedimentum facit appellatio, cum ſit quærela aduerſus ſententiam, ſiſtens illum proceſſum, & ſi aliquando ex deprauatione abutentium, præſidium calumniantium efficitur, ſecundùm tamen rei veritatem, & finis illius, auxilium oppreſſorum, innocentiæque præſidium, & confugium eſt. Et licet varias appellationum ſpecies conſtituunt doctores, communius tamen receptum eſt, omnem appellationem, vel iudicialem, vel extraiudicialem eſſe, &
1 diffinitio communis ſecundum DD. eſt prouocatio a minori iudice ad maiorem facta ratione grauaminis illati, vel inferendi, & iudicialis appellatio eſt illa, quæ
2 facta eſt in iudicio, & cauſa cępta, et ſic poſt citationem, ita poſt Innoc. & Abbat. Scacc. de appellat.
3 quæſt. 2. num. 24. Extraiudicialis verò appellatio eſt illa, quæ inſtituitur de ijs, quæ contingunt extra iudicium, ob aliquod grauamen à iudice, vel à ſuperiore illatum, aut inferendum, & ob quodlibet mandatum iniuſtum, grauans non præcedente proceſſu, vel ante citationem, Scacc. vbi ſupra. Et hæc poteſt fieri non ſolum ob grauamen, & nocumentum proprium, ſed etiam ob grauamen commune, ſeu vertens contra bonum commune, Miran. de ordine
4 Iudic. quæſt 30. ar. 2. Sanch. opuſc. tom. 1. lib. 2. cap. vnico lib. 3 nu. 4. Portel. in verbo appellare in addit.
5 num. 1. Et illius vſus eſt etiam in actibus, qui voluntariæ iuriſdictionis ſunt, vt in electionibus præſertim Eccleſiaſticis, prouiſionibus, collationibus, alijſque diſpo-

diſpoſitionibus beneficialibus, & ſimilibus actibus, vt habetur in cap. concertationi de appell. in 6. Gonzal. ad reg. 8. cancell. gl. §. 1.
6 in annot. num. 15. Et poteſt fieri propter electionem nondum factam, ac etiam faciendam, propter electionem factam fieri poteſt, ſi legitima non fuerit, cap. Eccleſia extra de elect. Aut de non idonea facta cap. congrato eodem tit. &c. vt circa eod. tit. in 6. quo
7 caſu poteſt nullitas principaliter tentari, & cumulari cum remedio appellationis, hoc modo, videlicet, dico talem electionem nullam, irritam, & caſſam, eo quod non fuit ritè celebrata, vel non vocatis omnibus, qui debebant vocari, vel non concurrentibus omnibus ad electionem ſcrutatorum, vel quia fuit celebrata in loco, vbi non debebat celebrari per talem, & talem cauſam, vel propter aliam ſimilem cauſam, & quatenus aliqua apparuerit, dico quod debet irritari, reſcindi, & caſſari, vt colligitur ex Vant. tit. quot. & quibus modis nullitas, &c. num. 3. verſ. primo principaliter, & ex Scac. de appel. quæſt. 19. remed. 1. concl. 3. Propter electionem faciendam fieri etiam poteſt, videlicet ne fiat indebitè, & ſi appellans eſt de corpore capituli, ne ſine eo ad electionem procedatur, aut ne electio fiat certo loco, ſeu certa die, quia timetur de oppreſſione, vel metu; quia ſi non obſtante appellatione capitulum fecit electionem in dicto loco, & in dicta die, licet nulla oppreſſio facta fuerit, & nullus metus interceſſerit, tamen talis electio erit irritanda, dummodo probetur, quod veriſimiliter timebatur de oppreſſione, vel metu, Franch. in cap. bonæ 4. de appel. num. 44. Aut ſi appelletur, ne procedatur ad electionem ſine conſenſu totius Capituli, vel maioris partis, cap. auditis de appel. vel ne ille, aut ille eligatur, cap. cum inter eodem tit. & c. qui contra eodem tit. in 6. vel non niſi canonicè fiat, cap. cum nobis eodem tit. vel propter aliquam aliam ſimilem cauſam, quæ debet eſſe veriſimilis, & probabilis in ſummata Præſidi Capituli, à quo timetur probabiliter, & veriſimiliter in futurum grauari, ne particulari, aut toti communitati nocumentum inferatur. Et huius appellationis aduerſus futuras appellationes ea eſt poteſtas, quod omnium eligentium poteſtatem in euentum appellationis ſuſpendit cap. quod ſicut eod. tit. & poſt electionem factam, electio, & electionis confirmatio ſubſecuto grauamine, & probata vera cauſa appellandi, vt attentata, & innouata caſſari debeant, cap. conſiderauimus eodem tit. in 6. & ſic in hac appellatione extraiudiciali ex futuro euentu, licet non antea om ia renocantur. Couar. pract. qq. cap. 124. num. 25.
9 Et grauamen eſt illud, quod dat ius appellandi in omni appellatione, & non grauatus non appellat, dicit Card. Alex. in cap. vt debitus ſub num. 36. de appel. nec valet appellatio conditionalis, dicit

cit Bald.in c.dilecto de appell.

10 Differt tamen appellatio iudicialis ab extraiudiciali, quia in appellatione iudiciali grauamen debet eſſe præteritum, ſeu præſens ex cauſa vera,& legitima. Abb.in cap. bonæ,n.7. de appel.differ.7. Franc. ibidem ſub nu.17.ſeu ſaltem ſubeſſe iuſtus timor de præſenti. Abb.in dicto c.vt debitus,q.6. Tuſc.litt.A, concl.361.n.9. aut grauamen eſſet irreparabile, vt in cenſuris,& carcere,c.inter cætera 2.de appel. ſeu eſſet à iudice comminatum. Ang. conſ.188.in princip. Marſ.in prax. §.expedita,n.69. Franch. in rubr.de appel.n.17. quæ comminatio non debet eſſe nuda, quia hæc facile euaneſcit,l.interlocutio,C.commun. Epiſt. progr. ſed debet eſſe coniuncta præterito alicui grauanti actus, ſeu proximè inſtanti, vt apparentiam habeat, quæ facit vt grauamen ſit in re præſenti. In appellatione autem extraiudiciali ſufficit ad eius iuſtificationem probare cauſam grauaminis propoſitam veriſimilem, & probabilem fuiſſe, dict. cap. bonæ, de appell. & ibi Panormitan.n.7. Alex.de Neuo,nu. 40.& Barboſ.n.3. licet quoad reuocationem attentatorum requiratur, vt probetur veritas cauſæ. Bar

11 boſ.ibid. Differunt ſecundò hæ duæ appellationes, quoad probationē, nam appellatio iudicialis poteſt iuſtificari per ſolam oblationem probationis, iuxta c.interpoſita, de appel. vbi ſtatuitur, quod in appellatione iudiciali ſi appellans offert cauſam grauaminis probare corā iudice à quo, iſte debet probationē recipere, & ſi ab eo reijcitur, tunc ſufficit appellanti probare apud iudicem ad quem ſupradictam oblationem, & reiectionem probationis factam à iudice à quo. & appellatio remanet iuſtificata, ſed extra dictum caſum non ſufficit, ſed debet veritatē grauaminis probare coram iudice appellationis. Appellatio autem extraiudicialis non iuſtificatur per oblationem probationis, quia iudex à quo non tenetur recipere probationem appellātis extraiudicialiter, ſed ſemper coram iudice ad quem debet cauſa in ea expreſſa verificari, & verè probari. Abb.in c.bonæ,nu.8. de app.diff.3. Zabar.ibid.n.54. diff. 6. Franc.n.41.con.8 Scac.de app.q.

12 17.ampl.8.n.42. Differunt 3. quòd appellatio iudicialis licet valeat omiſſo medio, quando pars, aut iudex non ſe opponit, eſt nulla, C.dilecti 66.de app. & Abb.n.7. Franc. nu.12. nam debet fieri ad ſuperiorē immediatum tàm de iure ciuili, l. Imper. ff.de app. quàm de iure canonico, d.c.dilecti 66.de app. ſcilicet ad eum, qui eſt ſuperior, & proximior iudici, qui tulit ſententiam; Dec.in rubr. de appel.qu.5. ſub nu. 42. vt ab Epiſcopo ad Metropolitanum illius Epiſcopi; & quoad Religioſos extat decretum Sacræ Congreg. editum anno 1581. vt appellatio hoc ordine interponatur, nempe, à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc, ad Cardinalium Congregationem, & tandem ad Pontificē, referunt Roder.qq.re-

gul. tom. 1. quæſt. 29. ar. 2. Lezana in ſumma tom. 1. cap. 9. n. 4. Sanch. decalog. tom. 2. lib. 6. c. 8. nu. 107. Barboſ. ad Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 6. n. 12. & alij. Quando certus eſt iudex ad quem ſufficit appellare ſimpliciter, quia ſemper intelligitur interpoſita ad iudicem immediatum, Scac. de appel. q. 7. nu. 4. ſed quando non eſt certus, prout eſt, quando quis poteſt appellare ad duos ſuperiores iudices proximos, debet appellans ſe declarare de quo iudice ſentit, infra terminum decem dierum à die ſententiæ latę, & notificatæ, alias appellatio dicitur deſerta, Rebuff. de appel. ar. 5. gl. vnica n. 5. tom. 3. Lancel. de attent. limit. 50. ampliat. 17. nu. 121. & ſeq. tom. 5. & debet etiam hoc notificare iudici à quo, Scac. vbi ſupra, n. 7. & 13. Barboſ. in collect. ad c. dilecti il 3. de appel. & hoc idem dicitur, quãdo appellatio eſt alternatiua, ideſt, appello ad Archiepiſcopum, vel ad Papam, Bellamer. deciſ. 474. Cacher. dec. 130. Gratian. deciſ. 139. gl. in c. is, cui, de offic. de leg. Scac. de appel. q. 9. n. 8. Ricc. deciſ. Cur. Archiep. 50. n. 3. Aut quando eſt copulatiua, id eſt appello ad Archiepiſcopum, & ad Papam, Felin. c. 2. nu. 2. de appel. nam ſemper eſt neceſſaria declaratio, licèt infra eundem terminum decem dierum poteſt variare, & appellare ad alium competentem, Marant. in ſpecul. par. 6. actu 2. principali num. 134. Si quis appellat omiſſo medio ad Papam, prout de iure canonico eſt licitum c. ſi duobus de appel. ſi iudex immediatus vult procedere, & profert ſententiam, ſententia eſt nulla, c. ſolicitudinem, & ibi Franch. n. 7. de appel. Scac. de appel. qu. 7. n. 46. Barboſ. in collect. ad c. dilecti n. 3. de appel. Religioſi etiam non obſtante dicto decreto ſupra citato n... poſſunt etiam appellare ad Papam dicunt Portel. citatus à Diana par. 3. tr. 2. reſ. 54. Donatus par. 2. tr. 10. q. 34. Contrarium tenet præcipuè contra Donatum Bordon. in praxi crim. c. 90. n. 9. & idem ſi non obſtat communis praxis Religionum dicit Pellizar. in manual. tr. 6. c. 7. nu. 56. Appellatio etiam iudicialis debet fieri à ſubdelegato ad primum delegantem, quando delegatus ſubdelegauit cauſam in totum, & nihil ſibi de iuriſdictione retinuit, c. ſuper queſtionem §. porro, & ibi gl. verſ. non ad eum de offic. deleg. & ibi Imol. n. 21. in fine Abb. nu. 4. Franch. in c. dilecti il 3. n. 30. de appel. Barboſ. in c. ſi delegatus n. 6. 7. 8. & 10. de offic. deleg. in 6. ſecus ſi aliquid ſibi reſeruauit, quia ad delegatum, ſub delegantẽ, & non ad primum delegantem neceſſariò fieri debet appellatio, Barboſ. vbi ſupra n. 12. ex verbo debebit, in dicto tex. quod neceſſitatem importat, niſi delegatus eſſet excõmunicatus, ſuſpenſus, aut mortuus, c. is cui de offic. deleg. In appellatione autem extraiudiciali aliter dicendum eſt, quia appellatio non fit ad immediatum, et proximum ſuperiorem; ſed ad illum, cui poteſt adiri per viam quærelæ; hinc eſt, quòd non poteſt fieri ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, quia Archiepiſco-

piſcopus eſt iudex tantū per viam appellationis,& non poteſt appellantē audire per viam quærelę. Panorm. in c. dilecti il 2. n. 6. & ſeq. de appel. & DD. in c. bonæ eodem tit. ſed Sanch. in opuſc. l. 3. c. vn. dub. 32. n. 217. tenet poſſe etiā fieri ad immediatū ſuperiorem, nempè ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum,& videtur tenere etiam Borell. ſumma deciſ. p. 2. tit. 33. n. 861.

13 Differunt quartò, quòd deſerta appellatione iudiciali, omnem audientiā abrumpit,quod ſecus eſt in appellatione extraiudiciali, quia ſi appellans poſt deſertam appellationem non poteſt audiri remedio appellationis; poteſt (ſi interim non conſentit) audiri via directæ actionis, quærelæ, nullitatis, vel exceptionis, ſi res conſiſtit in exceptione, c. concertat. de appel. in 6. Abb. in c. cum ſit Romana n. 22. de appel. Franch. in c. bonæ n. 19. de appel. ratio eſt, quia grauamen extraiudiciale numquam tranſit in rem iudicatam, ex quo deficit iu s cium,& ſententia, Imol. in c. fin. n. 5. & 12. de pręſump. Abb. in c. 1. ſub n. 13. de h s, quæ fiunt a maiori parte capituli. Gonzal. ad reg. cancell. gl. 9. §. 1. in annot. n. 31. Ricc. in prax. reſol. 2. n. 7. par. 4.

14 Differunt quintò, quia ad appellandum iudicialiter admittitur etiam excommunicatus, ſed ad appellandum extraiudicialiter non admittitur, Scac. de appel. q. 2. n. 44. diff. 9. quod intelligi debet, quando eſt mera extraiudicialis, Sanch. in opuſc. tom. 1. lib. 3. c. vnico n. 12.

15 Differunt ſextò, quia in appellatione iudiciali fatalia currunt à die appel. Scac. de appel. q. 15. nu. 162. vbi multos citat, ſed in appellatione extraiudiciali non currit annus à die appellationis, niſi quādo appellatur a grauamine illato; quando autem appellatur à futuro grauamine non incipit currere niſi à die exiſtentis grauaminis. Butr. in c. ex ratione q. 2. n. 4. in fine. Franch. in c. cum ſit Romana ſub n. 13. & c. 4. de appel. & in c. bonæ n. 24. eod. tit. Scac. de appel. q. 15. n. 172. 173.

16 Differunt ſeptimò, quod omnia geſta, & attentata à iudice à quo pendente appellatione iudiciali à diffinitiua ante omnia reuocantur, & in priſtinum ſtatum reponuntur, quamuis directè non ſint contra appellationem, quia huiuſmodi appellatio etiam in vno capitulo ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo ad totam cauſam, c. ſi à iudice a quo de appel. in 6. ita poſt Innoc. Io. Andr. & Imol. Franch. in c. bonæ n. 31. & 38. de appel. & in c. Paſtoralis n. 6. eodem tit. Lancell. de atten. p. 2. c. 12. in præf. n. 83. & licèt de conſuetudine iudex poteſt procedere pendente termino ad appellandum, tamen ſecuta appellatione attentata reuocātur, Scac. de appel. q. 3. nu. 16. 17. & 52. In appellatione autem extraiudiciali geſta poſt appellationem, & pendente termino ad appellendum valent, & non ſunt nulla, & attentata, nec reuocantur præterita nec futura conſecutiua ad actum de præterito, ſed tantum ea, quæ ſunt geſta contra ipſam appellationem, & poſt ipſam appellationem, Veſtr.

Digitized by Google

in praxi lib.8. c.pen. ſub n.9. Rota deciſ.4.num.1. de appel. in nouis, Franch. in c.1. ſub n.4. verſ. vltimo tene menti de appel.& in d. c.bonę n.29. & ſeqq. nec reuocantur ante omnia ſicut in appellatione iudiciali, ſed pendent ex futuro euentu, quia reuocantur cùm probata fuerit vera cauſa appellandi, dict.c. non ſolum de appel.in 6 Couar.in praxi c.24. n.5. in princip. Mich. Graſſ.com.opinion.tom.2.lib.7.tit. 21. n.195. Lancel. de attent. par.2. c.12. limit.3. n.1. Et idem dicitur de appellatione ab interlocutoria, quia quo ad reuocationem attentatorum poſt, & contra appellationem, nulla eſt differentia inter appellationem extraiudicialem, & appellationem ab interlocutoria, c. ſignificauit, & ſignificantibus extra de appel. c. Rodulphus de reſcript. cap. exhibita de iudic. Franch. d. c.bonæ nu.37. Rota deciſ. 344.& quod geſta poſt appellationem extraiudicialem non valent, ampliatur primò, quod non valent etiam ſi non eſſent facta cõtra ipſam appellationem, ſi facta eſſent poſt inhibitionem, Franch. ibidem n.40.& alij citati a Barboſ. in collect. ad c. non ſolum nu.3. de appel. Ampliatur ſecundò in ſententia cenſuræ, quia ſi quis ante ſententiam cenſuræ, ſiue excommunicationis, ſiue cenſuræ, ſiue interdicti appellat etiam extraiudicialiter, aut iudicem recuſat, ſententia poſtea lata eſt nulla, Scacc. de appel.q.17 1.limit.22.n.54. Barboſ. in c. Paſtoralis de appel. in 6. dicitur de appellatione à comminatoria, ſeu ab eius præcepto, cuius tranſgreſſionis non fit reus, interpoſita appellatione antequã tempus prætereat adimplendi præceptum (& infra illud tempus ſemper poteſt fieri appellatio etiam poſt decem dies, dummodo fiat antequam accurrat illud tempus, Sayr. lib 1 c.16. n.24. Bonac. de cenſur.diſp 1.q.2.p.2.n.8.) Scacc. dicta lim.71.n.47. Barboſ.lib.2.voto 34.n.68.ex hoc ſolo dicitur nulla, etiam quod non probetur veritas cauſæ ipſius appellationis, quia ſufficit ſententiam cenſuræ eſſe latam poſt legitimam appellationẽ vt dicatur nulla, Franch. in d.c. bonæ n.35. Ricc.in prax.reſ.25.par.4. Ampliat hanc limitationẽ Sanch. in opuſc. c. vn co dub.32. n.218. etiam ſi iudex a quo non admiſiſſet appellationem, vel recuſationem, quia ſufficit, quod appellatio, vel recuſatio ſit legitima, vt ſuſpendat iuriſdictionem iudicis a quo, & ad hoc vt ſit inualidum geſtum poſtea ab eo, & hoc etiam procedit, licèt appellans a non admiſſione appellationis nõ appellaſſet in hac materia cenſuræ, idem Sanch.n.223. & ſequitur Alfonſ.de Leon.de cenſur. recoll.2. nu.112. quamuis contrarium dicant Gemin. in c. cum appellationibus §.ſi verò de appel. Lancel. de attent.par.2. tit. de attent. lit. pendent. limit.13. Rota deciſ.16.n.15. in nouis Ricc.par.4. deciſ.2°. n.4. Ampliatur tertiò, in cauſa Electionis Cathedralis, vel regularis Eccleſiæ, in qua attentata poſt appellationem, ſiue iudicialem, ſiue extraiudicialem ſunt ipſo

iure

iure nulla c. poſtquam de elect. in 6 Franch. d. c. bonæ n.37. Ampliatur quartò, quando appellatio fit ex tali cauſa, quæ reddit actum ex ſe nullum abſque appellatione; puta ne eligatur excommunicatus, vel irregularis, vel ipſo iure priuatus, vel ne fiat electio a minori parte vocalium, & idem dicitur de alijs ſimilibus cauſis c. auditis de elect. Franch. in d. c. bonæ n.34.

18 Differunt octauò, quod appellatio iudicialis dicitur propriè appellatio, appellatio verò extraiudicialis impropriè appellatur appellatio. Innoc. in c. cum ſit Romana de appel. & ibi Abb. ſub n.21. Vnde in materia odioſa, ſtricta, & pœnali non comprehenditur ſub nomine appellationis. Abb. in dicto c. bonæ nu.8. Scacc. de appel. qu.2. num.33. Sanch. opuſc. tom.1. lib 3. c. vnico, aliæ differentiæ poſſunt videri per Abbatem in dicto c. bonæ de appel. à num.7. vſque ad 10. per Franch. ibidem a num.17. & ſeqq. per Scacc de appel quæſt.2. a num.32. vſque ad num 47.

19 Conueniunt etiam ſupradictæ appellationes in multis; Et primò, quod vtraque interponi debet intra terminum decem dierum, c. concertationi de appel. in 6. Secundò, quod intra annum, vel ex cauſa biennium terminari debet, dicto c. concertationi, & Clem. ſicut de appel. Tertiò, quod debent iudici a quo intimari, vt operentur effectum ſuſpenſiuum, & cauſent attentata, vt de appellatione iudiciali facta coram honeſtis viris in iudicis abſentia, dicunt Franch. in c. ſi iuſtus, num. 42. & 50. de appel. Card. Alexan. ibi num.20. Lancellot. de attent. par.2. cap.12. ampliat.15. num.20. 21. & ſeq. Surd. conſ.22. num.17. in fine lib.2. & de appellatione extraiudiciali, quod geſta ante intimationem non reuocentur teſtatur Rota deciſ.38. alias 309. de appel. in nouis. Quartò, in petitione Apoſtolorum, quia non ſolum in appellatione iudiciali; ſed etiam in appellatione extraiudiciali petendi ſunt. Apo-

20 ſtoli, Scacc. de appel. quæſt.13. num.30. 31. 32. ſunt autem Apoſtoli literæ teſtimoniales teſtificantes de appellatione facta, quæ neceſſario infra ſpatium triginta dierum debent dari a iudice appellanti, quia ſunt pars appellationis, c. ab eo de appel. in 6. Clem. quamuis de appel. dummodo ſæpiùs, & inſtãter appellans petierit, hoc eſt vnico contextu verborũ ſæpiùs repetito dicta Clem. quamuis, & ſi Apoſtoli non fuerint petiti iudex non tenetur eos tradere, Scac. d. q 13. ar.3. nu.24. & ſi appellans non petierit ſibi de Apoſtolis reſponderi infra terminum iuris, id eſt 30. dierũ, præſumitur renunciare appellationi, quæ præſumptio eſt iuris, & de iure vt non poſſit probari contrarium, c. ab eo de appel. & appellatio efficitur deſerta, & illius effectus expirat, & cenſetur non appellaſſe dicto c. ab eo. Si Apoſtoli non fuerint petiti, & iudex incontinenti detulerit appellationi, & terminum præfixerit ad proſequendũ, deferendo appel-

pel-

Digitized by Google

pellationi, videtur dare dimiſſorios apoſtolos, & non ſunt iterum dandi. Scac. vbi ſupra nu. 28. ſed ſi iudex incontinenti appellationi non detulerit, non ſufficit appellāti petere apoſtolos in ipſa appellatione, ſed debet redire pro eorū reſponſione in termino, quem iudex ei præfigit, & ſi nullum ei præfigeret terminum, debet redire vltima hora triginta dierum, qui da[illegible] iudici ad reſpondendum de apoſtolis. Scac. vbi ſupra nu. 29. Et ſi appellans poteſt petere apoſtolos tam in appellatione ipſa, quam extra, infra ſpatium tamen triginta dierum, tamen cautius eſt, quod petantur in ipſa appellatione, aliàs ſi appellatio eſſet manifeſtè friuola, iudex poſſet procedere, quamuis appellatio eſſet à diffinitiua. Scac. vbi ſupra numero 38. & non tenetur iudex tradere appellanti apoſtolos ante triginta dies, quod tempus conceſſum eſt ſibi à iure, vt poſſit deliberare an debeat admittere, aut reijcere appellationem, dicto cap ab eo, de appell. in 6. Barboſ. ibi nu. 2. quod tempus currit a prolatione ſententiæ, de momento ad momentum. Scac. dicta qu. 13 nu. 42. & ſi iudex vult frui toto ſpatio triginta dierum, debet monere appellantem, vt redeat pro apoſtolis infra terminum iuris, & in fine illius termini debet appellans redire pro apoſtolis, ſi verò ante trigeſimum diem velit citiùs reſpondere de apoſtolis; poteſt præfigere terminum breuiorem eius arbitrio, & appellans in fine illius termini debet redire pro Apoſtolis. Scac. dicto n. 43 & 44. & ſi iudex infra triginta dies requiſitus pro apoſtolorum reſpōſione non reſpondet dando apoſtolos, ſed procederet, proceſſus eſſet

21 ipſo iure nullus, niſi appellatio facta eſſet ab interlocutoria, & iudex infra tempus petendorum apoſtolorum reuocaſſet grauamen quia tunc poteſt procedere ad vlteriora, & non tenetur tradere apoſto-

22 los. Appellans ad euitandam deſertionem eſt neceſſarium non ſolum petere apoſtolos, & redire pro apoſtolis in termino iuris, ſed eſt neceſſarium redire in termino ſibi à iudice præfixo. Alias appellatio tranſacto illo termino efficitur deſerta. Bart. in l. eos verò, §. fin. C. de appel. Caniſ. in ſumma iuris canon.

23 tit. de appell. Et tribus modis iudex poteſt præfigere terminum appellanti, ad reddendum, & recipiendum apoſtolos; primò, aſſignando certum terminum, ideſt, redeas die decima huius menſis, & tunc appellans debet illa die accedere, alias appellatio efficitur deſerta Scac. vbi ſup. nu. 51. & ſi accedit illa die, & iudex non venit illa die ad locum iudicij, debet comparere, ac proteſtari. Sanch. opuſc. lib. 3. c. 1. dub. 32. n. 122. Secundò poteſt ei dicere, vt compareat ad recipiēdum apoſtolos infra terminum iuris, ideſt infra 30. dies, & tunc ſatis eſt comparere in quacumque parte termini. Tertiò poteſt ei aſſignare terminum ad recipiendos apoſtolos in termino iuris, ac tunc non ſufficit quandocumque comparere infra terminum, ſed debet com-

comparere in vltima die termini iuris, alias appellatio efficitur deſerta, ita poſt Felin. & Franch. Scac. vbi ſupra, vbi etiam requiritur vt dētur apoſtoli, & ſi non dentur fiat proteſtatio contra iudicem, alias appellatio efficitur deſerta, & termino à iudice non aſſignato, ſi appellans redierit pro apoſtolis ante 30. diem, poteſt iudex dicere, nolo adhuc reſpondere, quia ſum in termino, quia poteſt tenere impeditum appellantem intra totum terminum iuris, triginta dierum, & appellans cogitur expectare, & redire vltimum diem, niſi iudex præfixiſſet appellanti terminum cum clauſula, & interim, & quandocumque. Scac. vbi ſupra, n. 54 & 55.

24 Et quando iudex aſſignat appellanti terminum, ſufficit vt redeat ſemel pro apoſtolis, & non tenetur amplius redire, & iudex, qui in termino aſſignato non reſpondet de apoſtolis amittit iuriſdictionem, à qua appellans cenſetur remiſſus, & coram iudice ad quem poteſt proſequi ſuam appellationem. Scac. ibidem n. 58. quamuis appellatio eſſet manifeſtè friuola, cui non erat deferendum. Scac. nu. 63. aut eſſet inappellabilis, idem num. 70.

25 Proceſſus factus à iudice, à quo pendente termino apoſtolorum eſt validus in appellatione ab interlocutoria. Rota, quam citat, & ſequitur Lancell. de attent. par. 2. ca. 13. tit. de attent. pend. term. apoſtol. limit. 2. ſub n. 32. ſecus in appellatione à diffinitiua, quia geſta à quocumque iudice tempore recipiendorum apoſtolorum ſunt nulla, ac attentata. Lancel. d. c. 13. n. 16. Hinc eſt, quod ſi Prouincialis, a cuius grauamine fuit appellatum ad Generalem ante dationem apoſtolorum interdicat adminiſtrationem Prælato inferiori, contra quem ſuper mala adminiſtratione inquirebatur, talis interdictio eſt reuocanda, tamquam attentata. Lancell. ſupra n. 23. ex Rota deciſ. 77. alias 570. iudici delegato, & per aliam deciſ. 17. aliàs 198. de appel. in antiquis.

CAPVT SECVNDVM.

De appellatione iudiciali à ſententia diffinitiua.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio iudicialis à diffinitiua in omni caſu eſt permiſſa, niſi expreſſa ſit prohibita.*

2 *Iura, quæ prohibent appellationem, ſunt odioſa, & ſtrictè intelligenda.*

3 *Appellatio à diffinitiua ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo, ita vt omnia ab eo in futurum geſta ſint attentata, & ante omnia reuocanda, & plura exempla ponuntur.*

4 *Prelati, & alij officiales priuati, vel depoſiti ſi appellant à ſententia poſſunt pendente appellatione ſuum officium exercere.*

5 *Voce actiua, & paſſiua per ſententiam diffinitiuam priuati pendente appellatio-*

latione à ſententia, poſſit eligere, & eligi.

6 *Suſpenſi, & interdicti in puram pœnam, poſſunt appellare, & appellatio ſuſpendit.*

7 *Suſpenſiones omnes per ſententiam contra aliquem latæ, præter ſuſpenſiones ab officio, & ingreſſu Eccleſiæ, ſuſpenduntur per appellationem.*

Suſpenſus ab officio ſimpliciter, & generaliter, à quo cenſetur ſuſpenſus.

8 *Suſpenſiones, & interdicta ſi ab Epiſcopo tolluntur ob reincidentiam, per appellationem ſuſpenduntur.*

9 *Appellatio ſuſpenſiua datur à ſententia condemnationis ad triremes, & à ſententia depoſitionis, & degradationis.*

10 *Appellatio an detur à ſententijs arbitrarijs.*

11 *Appellatio poteſt fieri à ſententia etiã iuſta.*

12 *In cauſa appellationis an poſſit addi qualitas omiſſa iu primo iudicio, quæ auget pœnam.*

13 *Confeſſus, & conuictus non appellat, cõuictus, & non confeſſus appellat, aliquibus caſibus exceptis.* 14. *Confeſſus tantùm non appellat, declara vt num.* 15. 16. & 39.

17 *Appellatio denegatur multis delinquentibus enumeratis, & in crimine raptus, quando mulier fuit cognita à ſententia ſyndicatoris, à ſententia condemnantis officialem, numero* 18. & 19.

20 *Appellatio non admittitur pœna legis.*

21 *Appellatio à ſententia contra contumacem non admittitur.*

22 *Appellatio à priuatione officiorum manualium non admittitur, ſecus ſi officia eſſent electiua.*

23 *Officia electiua non ſolùm cenſentur illa, quæ conferuntur in capitulo communi electione, ſed etiam poſſunt eſſe illa, quæ conferuntur à ſolo ſuperiore in aliquibus caſibus hìc enumeratis.*

24 *Appellatio, nec recuſatio admittitur quando iudex procedit extraiudicialiter pro defenſione, & conſeruatione ſuorum iurium, & iuriſdictionis, nec eſt neceſſarium vt talis ſententia feratur in ſcriptis, & numero vigeſimoquinto.*

26 *Appellatio non admittitur à ſententia cenſuræ, ſed tantùm deuolutiua.*

27 *Appellatio ante ſententiam cenſuræ, admittitur, quando eſt legitima, & ſuſpendit iudicis iuriſdictionem, ita vt ſententia cenſuræ ſequentis ſit nulla.*

Sacerdos ſi antequam ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus à cenſura appellet, & poſtea celebret, non eſt irregularis, etiam ſi appellatio non eſſet valida; ſi bona fide celebret, geſta tamen ex officio priuato ſunt nulla.

28 *Appellans ante ſententiam cenſuræ, vt cenſura non afficiat, debet probare appellationem præceſſiſſe, ſed quid in dubio præſumitur, & numero* 29.

30 *Sententia cenſuræ poſt appellationem eſt nulla, etiam ſi eſſet iuſta, & etiam ſi iudex non admiſiſſet appellationem, & non eſt in hoc caſu neceſſarium, vt quis appellet à non admiſſione appellationis, & idem eſt ſi appellationi fuerit renunciatum, aut terminus ad proſequendam appellationem fuerit dilatatus, aut appellans non fuerit proſecutus appellationem, & fuerit de-*

deſerta, & n.31. & 32.

33 *Sententia cenſuræ ſi eſſet lata ſub conditione, appellatio ante euentum conditionis ſuſpendit.*

34 *Appellatio facta à precepto ſub pœna excommunicationis ſuſpendit.*

35 *Appellatio etiam extraiudicialis ſuſpendit iuriſdictionem iudicis ſicut appellatio iudicialis in materia cenſuræ.*

36 *Sententia cenſuræ facta poſt appellationem, eſt nulla etiam ſine inhibitione.*

37 *Appellatio ante ſententiam cenſuræ non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, & cenſura ſequens eſt valida, quando crimen eſt verè notorium; & iudex in hoc caſu non tenetur interloqui propoſita appellatione, vel recuſatione, ſed poteſt procedere ad vlteriora, & n.38.*

40 *Appellatio ante ſententiam cenſuræ non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis ſi non eſt in ſcriptis, nec quando eſt friuola, n.41.*

Vt ſuſpendat iuriſdictionem iudicis à quo debet illi innoteſcere, ibidem.

42 *Appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo ad alias cauſas, præter appellatas.*

43 *Iudex à quo poteſt procedere contra appellantem in omni cauſa noua.*

44 *Iudex Eccleſiaſticus ſi præcipiat iudici laico vt reſtituat extractum ex Eccleſia, & iudex laicus appellat, & pendente appellatione condemnat reum poteſt illum excommunicare.*

45 *In criminalibus, in quibus non datur appellatio non expectatur decennium.*

46 *Appellatione prohibita, non dantur attentata.*

47 *Appellatio quando non impedit ſententiæ executionem.*

48 *Appellatio non datur, quando quis agit, vt Sedis Apoſtolicæ delegatus.*

49 *Religioſus non appellat à ſententia Prelati.*

50 *Appellatio non datur à ſententia inquiſitorum.*

51 *Appellatio quando eſt prohibita reo, cenſetur etiam prohibita fiſco.*

52 *Clauſula omni appellatione remota remouet ſolum appellationes friuolas, & effectum ſuſpenſiuum.*

53 *Appellatio ſi non eſt admittenda, ſi tamen à iudice admittatur, iudex remanet ſuſpenſus.*

54 *Appellatio iudicialis à diffinitiua habet plures effectus.*

55 *Effectus deuolutiuus tantum, non ligat manus iudicis à quo.*

56 *Effectus ſuſpenſiuus eximit appellantem à iuriſdictione iudicis à quo ad illam cauſam, & ſuſpendit pronunciatum.*

57 *Appellatio à diffinitiua reducit cauſam ad tempus litis conteſtatæ, & admittuntur nouæ probationes, & nouorum teſtium productio.*

58 *Attentata omnia reuocantur, non autem, quæ non ſunt attentata, quæ non reuocantur etiam ſi appellatio feratur, retractatur acta ratione officij publ. ſecus ratione officij priuati.*

59 *Attentatorum reuocatio fit ante concluſum in cauſa.*

60 *Iudex ad quem iuſtificata cauſa appellationis reuocat ſententiam iudicis à quo fuit appellatum.*

61 *Appellatio friuola nullum producit effectum.*

Diuiſimus ſupra appellationem in iudicialem, & extraiudicialem, ac earum differentias recenſuimus, ſed quia appellatio iudicialis ſubdiuiditur in diffinitiuam, & interlocutoriam; de appellatione à diffinitiua hic erit ſermo, & poſtea de differentijs inter vtramque appellationem; & quoad appellationem diffinitiuam dico, quòd regulariter in omni caſu eſt permiſſa, niſi expreſsè reperiatur prohibita, l.& in maioribus, C.de appel. Mar. Ant.Genuenſ.in practicabil. Eccle. q.319.n.2.Surd.decif.27.n.4. Barb. in collect.ad c.vt debitus,n.13.de appel. vbi etiam, quòd iura, quæ prohibent appellationem ſunt o-
2 dioſa,& ſtrictè intelligẽda, ex Surdo decif.102.n.1.& alijs ibi citatis,
3 quæ appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo, ita quod alia in futurum geſta dicantur attẽtata, & reuocanda à iudice ad quẽ, l.1. ff.nil innouari appellat. interpoſit.ex his ſequitur,quod appellatio impedit ne quis ex ſententia dicatur infamis. Boer.conſ.1.num.2. Guaz.defenſ.36.c.15.n.3.& officia-
4 lis à ſuo officio priuatus, ſeu depoſitus per ſententiam, ſi appellat pendente appellatione integer remanet ſtatus eius, & poteſt officiũ ſuum exercere,ac ſi priuatus,& depoſitus non eſſet,& à priuatione beneficiorum datur appellatio ſuſpenſiua, refert declaratum à Sacra Congr. Barboſ. in collect. Bullar. verbo appellantes. Ideò Epiſcopus depoſitus per ſententiam ſi appellat poteſt excommunicare, & alia ad ſuum officium pertinentia ſicut antea exercere. Abb.in c.2.nu.6. & ibi Apoſtill. extra vt lite pendent. Dec.conſ.274.Lancel.de attent. ca. 12.n.84.Scac.de app.qu.3.num.72. Gua.defenſ.reorum 36.c.15. n.4.& 5. Prælatus pariter regularis priuatus, ſeu depoſitus poteſt ſuam iuriſdictionem exercere appellatione pendente, quia iuris fictione nõ dicitur priuatus,nec depoſitus. Franc.in c.ad hæc omnia, n.1.in fine de app.Scac.dicto n.72. Lancel. par.2.c.12.lim.16.n.6.Barboſ.in c. ſæpè,nu.6.de app. Donatus par.2.
5 tract.10.quæſ.41.num.3.& interim non poteſt ſibi auferri obedientia. Lancel.& Scac.vbi ſupra. Priuatus pariter voce actiua, & paſſiua per ſententiam ſi appellat, pendente appellatione ad vtramque vocem concurrere poteſt,& ſic poteſt eligere,& eligi. Roderiqu.qq.reg. tom.5.ar.5. Sigiſm. à Bonon. de elect.par.2.c.5.dub.90.num.5. Scac. vbi ſupra num.72. Lancel.num.95.
6 Guazzin.dicto n.5. Suſpenſus etiã, ſiue interdictus,in puram pœnam, poteſt appellare, & appellatio ſuſpendit, ac deuoluit ſententiam, quia ſuſpenſio, & interdictum in puram pœnam, non ſunt cenſuræ. Franch.in c.ad hæc 37.de app.nu.3 Scac.qu.3.n.67.& 68.& q.17.limit. 22.in fine.Barboſ.in dicto c.ad hæc, n.2.Villalob. & Vidal apud Dian. par.5.tract.9.reſ.19.vnde ſuſpenſus, voce actiua,& paſſiua poteſt appel-
7 lare,& appellatio ſuſpendit, & poteſt eligere,& eligi. Roderiq.tom. 1.quæſt.20.ar.5. Spatar. de modo corrigendi regular.tractatu 19. ca. fin. num.5.Peyrinus de ſubdito,qu. 1.c.

1. c. 20. §. vnico, verſ. quando autem Caſtr. Pal. de ſuſpenſ. par. 7. nu. 4. ex Nauar. conſ. 8. de elect. idem dicitur de ſuſpenſione ab officio, aliquo Religionis, quia non eſt cenſura. Suarez de cenſur. diſp. 25. ſectione prima. Lezana verbo ſuſpenſio, n. 6. Scac. dicta q. 3. nu. 72. Couar. variar. c. 16. n. 11. in fine. Lancel. de attent. par. 2. c. 12. limit. 16. num. 6. Barboſ. ad c. ſæpè, de appel. n. 6. Donat. par. 3. tract. 5. qu. 15. n. 28. quæ ſuſpenſio non eſt priuatio officij. Portel. in dub. reg. verbo ſuſpenſio, n. 2. Suarez vbi ſupra, Lezana verbo ſuſpenſio, n. 16. & addit Caſtr. Pal. dicta par. 7. n. 7. appellationem impedire ſuſpenſionem ab officio, & ingreſſu Eccleſiæ, quando eſt pura pœna, ex Abb. in c. 3. de cleric. excom. n. 2. & in c. ſæpè, de app. nu. 16. nam quando iudex ob delictum præteritum condemnat clericum in pœnam ſuſpenſionis, hæc ſuſpenſio eſt pura pœna, & appellatio ſuſpendit iudicis ſententiam, cum pendeat plus à iuriſdictione, quam a poteſtate clauium, ita poſt Abb. & Gregor. Lopez, Sanch. in opuſc. lib. 3. ca. vnic. d. 32. nu. 246. 251. 253. Prax. Arch. Neap. c. 28. nu. 2. ad finem. Turrian. lib. 4. diſp. 42. Faber in 4. diſp. 25. q. 1. diſput. 6. c. 1. n. 47. Franch. in dicto ca. ad hæc n. 3. de appel. Scac. de appel. q. 3. n. 67. & 68. & 78. & q. 17. limit. 21. in fi. Barboſ. in c. licet 14. n. 2. de
7 ſent. excom. in 6. nam in c. is cui, de appel. in 6. dicitur, non ſuſpendi ſententia ab officio, & ingreſſu Eccleſiæ, ergo omnes aliæ ſuſpenſiones ſupenduntur per appellationē. Alter. lib. 3. diſput. 5. ca. 1. verſ. ſed quid dicendum. Auila par. 3. diſp. 3. dub. 4. conc. 1. Hurtad. de cenſur. in communi, n. 100. Chartar. deciſ. 34. & quando quis ſuſpenditur ab officio ob contumaciam, ideſt, quando iuſtè iubet aliquid facere ſub pęna ſuſpenſionis ab officio, tunc eſt cenſura. Sanch. dicto dubio 32. nu. 255. & ab ea non admittitur appellatio ſuſpenſiua, & ſic ſuſpenſus ab officio ſimpliciter, & generali-
8 ter cenſetur ſuſpenſus ab vſu ordinis, ac iuriſdictionis. Suar. tom. 5. in 3. par. diſp. 26. ſect. 2. dub. 1. Layman lib. 1. tract. 5. par. 3. c. 1. num. 2. 5. ſuſpenſio totalis, non tamen eſt ſuſpenſus ab omni iuriſdictione, ſed tantùm a iuriſdictione, quæ pendet ab ordine. Bonacin. de ſuſpenſion. par. 2. n. 9. Sayr. lib. 4. ca. 5. initio. Caſtr. Pal. de cenſur. diſp. 4. par. 5. §. 1. initio. Layman de ſuſpēſion. c. 1. §. corol. 4. & ideò non cenſetur ſuſpenſus a ſuperiore poteſtate, & per conſequens poteſt præcipere in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſubditi tenentur obedire. Bordonus de profeſſione Regular. capite vigeſimo tertio, numero quadrageſimo nono, ac quinquageſimo.
9 Appellatio etiam ſuſpendit ſuſpenſionem, ſi Epiſcopus tollit eam, aut interdictum ad reincidentiam, quia non poteſt ſuſpendere ſuam cenſuram niſi eam penitus tollat. Alterius tomo ſecundo, diſp. tertia, capite ſecundo. Diana par. 5. tract. 10. reſ. 17.
10 A ſententia condemnationis ad triremes datur appellatio ſuſpenſi-

uà,ita Barboſ.in ſumma Bull.verb.
appellantes. Lezan.in verb.appel-
11 lare,n.21.Si vnus ex pluribus con
demnatis ſub eadem ſententia ap-
pellat,prodeſt alijs,qui non appel-
lauerunt.Clar.q.94.n.4. Franc.par.
3.deciſ.464.& par.4.deciſ.658.n.4.
Cabal.caſu 75.n.4.Guaz.defenſ.36.
c.3. n.13. Sententia etiam depoſi
tionis, & degradationis, ſuſpendi
tur per appellationem.Sanc.opuſc.
c.vnico,dub.32.n.246. In ſententijs
arbitrarijs an detur appellatio,alij
negãt,quia iudex ſuperior non po
teſt animum, & conſcientiam infe-
rioris mutare.Scac.de appell. q.17.
limit.15.n.4.Rota in Elborenſ. or-
din.23.Ianuar.1618. Barboſ.de iu-
re Eccleſiaſt.vniuerſ.lib.1.c.33. nu.
77.& voto 4.n.60. Contrarium di-
cunt Gomez.tit.de delict.c.1. n.63.
Couar.lib.2.variar.c.11.n.5.Farin.
q.17.n.28. Guaz.defenſ.36.c.7. n.1.
Scac.lib.1.de iudic.c.12.n.98.
12 Appellatio poteſt fieri à ſententia
etiam iuſta, vt defectus interue-
niens in prima inſtantia ſuppleri,
ac reſtaurari poſſit in appellatio-
ne. Papienſ.in praxi,in forma ap-
pellationis à ſententia diffinitiua,
in gloſ.coram vobis,n.2. Franc.in
c.ſuggeſtum,n.1.de appel. Marant.
in ſpecul.par.2. actu 2. princip. tit.
de appel.n.148. & ideo ſi in primo
iudicio eſſet omiſſa aliqua quali
tas,quæ non augebat pœnã, poteſt
in appellatione addi. Guaz.defenſ.
13 reor.36. c.18.n.2.in fine; nempe ſi
in primo iudicio agebatur de ho-
micidio ſimplici, in cauſa appella-
tionis poteſt addi, & probari quà-
litas proditorij,aſſaſſinii,& ſimilis.
Quando tamen agitur in iudicio
ad inſtantiam partis,non procedit
regula, non deducta deducam, &
non probata probabo, ſi id, quod
deducitur in cauſa appellationis
fuerit in prima inſtantia malitiosè
omiſſum.Andr.Barbat.conſ.31. nu.
1.lib.3.Lancel.de attent.par.2.c.12
limit.27.nu.5. vel in prima inſtan-
tia fuiſſet quis per iudicem cum
competenti dilatione admiſſus, &
ille ſcienter omiſiſſet probare in
dicta prima inſtantia,quia tunc nõ
audietur in cauſa appellationis, gl.
fin. in c.inter monaſterium, de re
iudic. Lancel.vbi ſupra, nu.6. & 7.
Farinac.conſ.16.n.3.in fine; nec ad
inſtantiam partis licet examinari
teſtes ſuper articulis productis in
principali cauſa, ſeu de directo cõ-
trariis. Clem.2.de teſtib.& atteſt.
Triuiſ. deciſ. 43. par.1. licet ſecus
quando iudex ex officio procedit.
14 Multi ſunt caſus, & delicta, in
quibus non conceditur appellatio,
& enumerantur à Maran.in ſpec.p.
6.ver.& quandoq;appellatur, à nu.
284.vſq;ad n.367. Scac. de app. qu.
17.limit.4. & inter cætera eſt vnus
caſus,qui ſe accommodat omnibus
criminibus,ideſt,quod confeſſus,&
conuictus in criminalibus non ap-
pellat,l.2. C.quor.appel.non recip.
Clar.q.94.n.1.Sanch.opuſc.lib.6. c.
4.dub.4 Farinacius qu.101.num.14
Scac.de app.limitat.4.numero 2.&
de iudic.cap.97. num.124. ac idem
dicit Borel. tomo primo, ſumma
deciſ.num.311.fol.70. Marcus An-
tonius libro primo, variarum re-
ſolutionum 52. numero ſextodeci-
mo, ac idem dicit de conuicto,
indi-

inditijs dubitatis, Scacc. dicta li-
mit.4. num.5. & idem dicunt pro-
cedere in delicto attentato, Scac.
ibidem num.13. Farinac. vbi ſupra
n.122.123.Guazin.defenſ.reor.63.
c.10.n.2. Barboſ. in c. cum ſpecia
li n.6.de appel. Conuictus tantum,
14 & non confeſſus appellat, niſi in
aliquibus caſibus grauiſſimis, Go-
mez c.13.n.31. Farin. dicta q.101.
15 n.111. Scac. de iudic. q.97. n.59.
& d.limit.4.n.71. Guaz.de fenſ.36.
c.11.n.1.confeſſus tantum ſpontè
nō appellat,c. cū ſpeciali §.porrò,
& c.Romana §. fin autē de appel.
& non eſt differentia in hoc inter
ius ciuile, & canonicum. Boſſ.tit.
de appel.nu.27. Couar.pr.qq.c.23.
n.5.concl.2.Sanch.d.lib.6. c.4.dub.
4. n.2. Borel. in ſumma deciſ.tom.
1. n.311.fol.70.Mar Ant.lib.1.var.
reſ.52.n.16. Scac. d.limit.4. nu.32.
dummodo in appellatione non al-
leget cauſam probabilem contra
confeſſionem, Boſſ.d. n.27. Guaz.
def.36.c.11.n.1.vbi inſtruit defen-
ſorem, vt in appellatione inſerat
cauſam, quod vult reus docere de
errore, Farin. d. q.101.n.157.158.
Scac. d. limit.4. n.3. & 47. & dum-
modo confeſſio ſit facta ſpontè, &
non vi,aut metu tormentorū,quia
poteſt appellare, Paul. de Caſtr.in
l.2.c.quorum appel.non recipiunt.
Baiard.q. n.4. n.15. niſi extra tor
16 menta ratificauerit,Farin. q.102.
n.132. 133. Denegatur etiam ap-
pellatio manifeſtis latronibus, ſe
17 ditioſis, factionum capitibus, &
alijs delinquentibus, cum quibus
intereſt Reipublicæ citiùs expedi-
re cauſas,Farin.q.101. n.53. Dene-
gatur etiam appellatio in crimine
raptus,reſpectu principalis rapto-
ris,ſi eſt conuictus, & mulier fuit
cognita.Farinac. vbi ſupra à n.48.
ad 51. Item denegatur à ſententia
Syndicatoris, quando minor offi-
cialis ſyndicatur à ſuo ſuperiore,
18 l.nulli officiorū C.quor.appel.Fa-
rin. ſupra à n.89. ad 94. Maſtril.de
magiſtr.lib.2.c.9. à n.12. Duen. re-
gul.42. num.20. Lancel. de attent.
par.2.c.12.limit.20.n.2.Item dene-
gatur appellatio officiali condem-
nato de delictis commiſſis in offi-
cio, Farin.ibidem a n.83. ad 88.&
n.113. dicit prohiberi appellatio-
19 nem in criminibus violentiæ,ra-
ptus, hæreſis, falſæ monetæ,ſedi-
tionis,inſignis latrocinii,aſſaſſinii,
ſimoniæ, quod intelligitur, quan-
do quis eſſet conuictus, vel confeſ-
ſus,vel in flagranti repertus. A pę-
na legis non admittitur appella-
20 tio,Farin.vbi ſupra n.101. Borel.
par.2. ſummæ tit.33. nu.68. A ſen-
tentia diffinitiua contra verū con-
21 tumacē non appellatio recipitur,
nec inhibitio,aut alia quæuis pro-
uiſio quādiu in huiuſmodi contu-
macia perſtiterit,Barboſ.in collec.
22 Bullarii verbo appellantes.Leza-
na verb.appellare n.20.Char.deciſ.
72.n.11. Appellatio nec admittitur
à priuatione officiorū manualiū,&
quę à ſolo ſuperiore prouidēte ac-
quiruntur,ſecus ſi officia eſſent ele-
23 ctiua,quia admittitur appellatio,
& non ſolū ab officiis electis, quæ
cōferuntur in cap.cōmuni electio-
ne, ſed etiam qui conferuntur à ſo-
lo ſuperiore,cum caſu deficiat offi.
cialis,quod quinq; modis cōtinge-
re

Digitized by Google

re poteſt dicit Bordon. in praxi crim. c.101. num.8. Nempè primò, vel morte ſuperioris, ſecundò, remotione à priuatione officij, tertiò, renunciatione officij, quartò, tranſlatione officialis, & quintò deuolutione, ideſt quando vocales non concor...nt in capitulo in eligendo, vel alia de cauſa electio deuoluitur ad ſuperiorem, in quibus caſibus officialis electus à ſolo ſuperiore dicitur officialis electiuus, & nō manualis, nā officialis electiuus priuatus, vel depoſitus ab officio poteſt appellare, & appellatio quo ad vtrumque effectum eſt admittenda, c. Monach.2.de ſtatu Monachor. Azor. par.2. lib.3. c.26. quæſt.15. Rota par.1. diuerſor. deciſ.772. Sigiſm. de elect. dub.49. num.4. Donatus, par.2. tract.10. quæſt.41. vnde interim pendente appellatione poteſt proſequi vnuſquiſque officium, iubendo, abſoluendo, excommunicando, dando vocem, & illam recipiendo. Rota par.1. diuerſ. deciſ.772. n.3. Sigiſm. de elect. dub.49. nu.1. ad 4. Bordon. reſol.32. nu.36. Peyrin. tom.3. priuileg. c.4. nu.19. Couar. variar. lib.1. c.16. num.11. ad finem, Scac. de appel. quæſt.3. num.72. Gutier. pract. qq. lib.1. quæſt.39. num.3. Barboſ. in collect. DD. ad c. ſæpè num.6. vbi ſubdit, quod hoc non eſt ſubſtinendum in illis officijs, quæ curſu temporis conſumuntur, quia aliàs illuſo-

24 rium eſſet iudicium. Appellatio, nec recuſatio admittitur, quando iudex ſeu ſuperior, aut viſitator procedit extraiudicialiter vt pars, ad conſeruationem, vel defenſionem iurium ſuorum, qui poteſt ſe defendere gladio ſpirituali, & temporali, & poteſt, excommunicare, ſuſpendere, & interdicere, impedientes, & conturbantes ſuam iuriſdictionem, c. dilecto de ſent. excommun. in 6. Sanch. lib.3. opuſ. mor. c. vnico dub.32. n.227. & hoc caſu non eſt neceſſarium, vt dicta ſententia feratur in ſcriptis, poſt Innocent. notat prax. Archie-

25 piſcopal. Neapolitana c.23. nu.4. ad finem, & ſequitur Alfonſ. de Leon. de cenſur. collect.2. numero 140.

26 Appellatio ſuſpenſiua non admittitur à ſententia cenſuræ, ſed tantum deuolutiua, ſicut de excōmunicatione, & ſuſpenſione loquitur tex. in c. is cui de ſent. excommun. in 6. de interdicto loquitur tex. in c. quoniam de appellat. Tabien. verbo appellatio, num.4. Angel. num.2. Roſella in princip. Ricciul. de iure perſonar. li.4. c.64. num.37. Sanch. dicto dub.32. dub. 240. Scac. de appellat. quæſt.17. limit. 21. num.54. quia ſunt actus ſpirituales clauium, & magis procedunt ex poteſtate clauium, quam ex iuſtitia cauſæ, onde non obſtante appellatione poteſt iudex priuare excommunicatum fructibus beneficij, & diſtributionibus quotidianis donec abſoluatur. Sanchez vbi ſupra num.244. Ricciul. ſupra citatus, ſed hoc limitatur, quando appellatio interponitur ante ſententiam, quia poſt appellationem iuriſdictio ſuſpenditur, ita vt cenſuræ poſtea latæ ſunt nullæ,

nullæ, c. 1. de appellat. cum alijs iuribus allegatis, & ponderatis per Sayr. lib. 1. c. 16. num. 14. Sanchez vbi ſupra, num. 217. Ricciul. vbi ſupra num. 37. Laurent. de iudice ſuſpecto c. 5. nu. 31. Marcel. Vulp. in praxi iudic. for. Eccleſiaſt. c. 1. ſub num. 20. & omnes communiter, adeo vt ſacerdos ſi poſt appellationem celebrat, & proſequitur in diuinis officium ſuum, non incurrit irregularitatem, Archidiac. in canon. iure 11. quæſt. 3. Franc. in c. ad præſentiam num. 3. 4. 5. de appel. Lancellot. de attent. par. 2. c. 12. limit. 26. num. 5. Scacc. de appel. quæſt. 17. limit. 22. num. 54. Farin. in fragm. lit. I. num. 327. etiam ſi appellatio non eſſet valida dũmodo bona fide appellans credat ſuam appellationem valere c. ſolet verbo in officijs de ſententia excom. in 6. Franch. vbi ſupra Lopez. ad Diaz. c. 33. lit. A. Barboſ. in dicto c. ad præſentiam num. 2. Scac. dicto num. 54. Cened. ad decretal. collect. 25. num. 6. Sanchez vbi ſupra num. 22. acceptatio tamen officij, & beneficij, & omnia alia geſta ex priuato officio ſint nulla, ita Abb. Innocent. Felin. & alij citati à Sanch. dicto dub. 32. num. 216. & 344. Theſaur. de pœnis par. 1. c. 25. Nald. in verbo appellare num. 25. cum Tabiena eodem verbo num. 7. debet tamen
28 excommunicatus, probare appellationem præceſſiſſe cenſuram, Bellamer. deciſ. 91. prax. Archiep. Neapol. c. 1. nu. 6. Sayr. lib. 1. c. 16. nu. 30. Lancellot. de attent. par. 2.
29 c. 2. num. 13. quia in dubio præſumitur, quod excõmunicatio præceſſit. Bonac. diſp. 1. de cenſu. diſp. 2 par. 2. §. 1. num. 5. & ſi eodem die lata ſit ſententia cenſuræ, & interpoſita quoque appellatio, ſupponendum eſt pro excommunicatione, Alter. lib. tertio, diſp. quinta, cap. quinto, verſ. quid ſi appellatio, vbi ſubdit hunc talem debere abſolui ad cautelam, imò ſi eodem momento ſimul concurrant excommunicatio, & appellatio, præſumitur pro excommunicatione, Rendin. in promptuar. tit. 41. n. 14. ſed contrarium dicit Scacc. de appel. quæſt. 17. limit. 22. nu. 52. ſcilicet, quod ſi eodem puncto, & momẽto ſimul concurrant excommunicatio, & appellatio, præſumitur in foro exteriori, quod appellatio præceſſit, & num. 58. exemplificat in quodam caſu, in quo dum pars appellabat iudex excom-
30 municabat, & citat ad hoc Franc. & Gemin. Quæ ſententia cenſuræ lata poſt appellationem eſt nulla, etiam ſi eſſet iuſta. Lancellot. dicta par. 2. c. 6. num. 65. Farinac. dicta litt. L. num. 813. ac etiam ſi iudex à quo non admiſiſſet appellatio-
31 nem, vel recuſationẽ, quia ad hoc vt appellatio ſuſpendat iuriſdictionem iudicis, ſufficit vt ſit legitima, in hac materia cenſuræ, quamuis ſit interlocutoria, licèt ſecus ſit in
32 alijs cauſis, Sanchez dicto dub. 32. num. 228. 234. & non eſt neceſſarium in hac materia cenſuræ, vt appellans appellet etiam à non admiſſione appellationis, quia adhuc ſi non appellat ſententia cenſuræ eſt inualida, & idem eſt ſi appel-

pellationi fuerit renunciatum, aut
terminus ad prof. quendam appel-
lationem fuerit delatus, Sanchez
vbi ſupra num 221. & procedit e-
tiamſi appellans non fuerit proſe-
cutus appellationem, & fuerit de-
ſerta, Sanchez vbi ſupra nu.229.
Auila par.2. c.5. diſp.5. dub.12.
verſ. quid ſi appellatio, Hurtad.
33 de cenſur. in communi num.108.
Tuſc. lit. E. concl.451. num.3.& 4.
Et idem eſt vbi ſententia fuerit la-
ta in diem, vel ſub conditione, id-
eſt; ſi infra triginta dies non facias
hoc, excommunico te: quia tunc
ſufficit appellare ante euentum
conditionis quandocumq; vt non
poſſit declarari incidiſſe in excom-
municationem, aut denunciari,
Sanch. vbi ſupra num.260. qui nu.
273. ampliat, & ſi iudex dicat, ex
nunc pro tunc excommunico te,
Chartar.deciſ.34.num.15.qui alios
citat, quia in cenſuris non eſt lo-
cus fictioni iuris, ſed ſententia
non cẽſetur lata niſi poſtquam ad-
impleta eſt conditio, Hurtad. de
cenſur. in communi nu.107. prax.
Archiep. Neap. c.22. num.2. verſ.
declara ſeptimò, & non à die pro-
lationis, prout in aliis ſententiis,
Camil.Borel.in ſumma deciſ. tom.
2. tit.33.num.890. Vgolin.de cen-
ſur. tabul.1.c.13.§.18.n.10.Dian.
tom.5. tract.9. reſol.64. procedit
etiam in præcepto facto ſub pœna
34 excommunicationis, quia ab hu-
iuſmodi præcepto poteſt appellari
iudicialiter, & extraiudicialiter,
& appellatio ſuſpendit, & ſi iudex
poſt appellationem excommuni-
caret,excommunicatio eſſet nulla,
Scac. de appel. quæſt.17. limit.22.
num.47. Barboſ. in c. Paſtoralis §.
verum num.5. Item procedit in
appellatione extraiudiciali, quæ
etiam ſuſpendit iuriſdictionem iu-
35 dicis,ita vt cenſura poſtea lata ſit
nulla, c. cum ſit Romana, & c. di-
lecti il 2. de appel.Sanch.vbi ſupra
36 num.226.& ſententia cenſuræ eſt
nulla etiam non facta inhibitione.
Fab. in deciſ. Nouiſſim. diuerſor.
par.3. lib.3. deciſ.263. num 6. ſed
ſupradicta non habent locũ, quan-
do crimen eſt notorium, quod non
37 poteſt tergiuerſatione celari quia
tunc ſententia cenſuræ etiam poſt
appellationem eſt valida; ita Do-
ctores in c.cum ſit Romana §.præ-
terea de appel. Marant. in ſpecul.
par.6. verſ. quandoque ampliatur,
38 num.186. Iacob. Laurent. de Iu-
dice ſuſpecto c.5. num.33. & in
hoc caſu iudex non tenetur inter-
loqui ſuper appellatione, vel re-
cuſatione propoſitis, ſed ſufficit ſi
de facto reijciat procedendo ad vl-
teriora, Rota apud Manticam de-
ciſ.352. numero 2. nec in confeſ-
ſo, & conuicto, aut confeſſo ſpon-
tè de quibus ſupra diximus, nec in
contumace, qui de conſuetudine
39 Italiæ habetur pro confeſſo, &
conuicto, de quo etiam ſupra lo-
quuti ſumus, nec habet locum,
quando appellatio non eſt in ſcri-
ptis, quia ſola appellatio à diffi-
nitiua ſtatim in præſentia iudicis
40 poteſt fieri viua voce. Nec habet
locum limitatio ſupradicta, quod
appellatio præcedens ſententiam
cenſuræ ſuſpendit iuriſdictionem
41 iudicis, quando eſt friuola, quia
huic

huic appellationi non tenetur iudex deferre, imò tenetur eam reiicere, & poteſt punire friuolè appellantem. Roderiq. t.2. qq. reg. 53. ar.12. poſt varia iura, & DD. & nō excuſat appellantem, qui tenetur obedire, & non obediens dicitur contemnere, ca. cum parati, & ibi Barb. n.1. cū alijs ab eo cit. de app.

42 Nec appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo, quoad alias cauſas etiam reſpectu eiuſdem ſubditi, c. præterea, & ideò Religioſus remanet ſubditus ſuo ſuperiori nō obſtante appellatione, c. præterea, de app. & ibi DD. Barboſ. in c. propoſuit, n.1. & 2. eodem tit. Lancel. de attent. par.2. c.12. in præfat. nu. 109. Scac. de app. q.3. n.46. Portel. verbo appellare in addit. n.11. Lezana eodem verbo, n.16. poteſt tamen recuſari vt ſuſpectus pendente appellatione. Barb. vbi ſup.

43 In cauſa noua poteſt iudex à quo procedere contra appellantem, & poteſt reuocare nouiter attentata, pendente appellatione, cùm illa ſit cauſa noua, c. cum teneamur, & ibi gl. de app. Pan. n.1. & 4. Bero rub. de app. n.46. Marant. p.6. tit. quandoq; appellat. n.104. Sanch. dicto lib.3. c. vnico, dub.32. n.30. quod etiam procedit ſi iudex à quo, detulerit appellationi, ac etiam ſi iudex ad quem, canonicè inhibuiſſet iudici à quo ne aliquid attentaret, quia inhibitio operatur tantùm in his, quæ ſunt contra appellationem, & hoc habet etiam locum in iudice delegato, ib. n.31.32. infert ex hoc n.33. infert tria, inter quos vnum eſt, quod ſi iudex Eccleſiaſticus præ-
44 cipiat iudici laico vt reſtituat extractum ex Eccleſia, & ipſe iudex laicus appellat, & pendente appellatione condemnat reum, iudex Eccleſiaſticus poteſt illum excommunicare ratione nouæ cauſæ, per Doctores ab eo citatos.

45 In criminalibus, in quibus non datur appellatio, non expectatur decendiū ad appellandum, ſed ſtatim ſententia poteſt executioni mandari. Boſſ. tit. de app. n.23. Farinac. conſ. crim. 85. n.163. p.1. & dec. 183. p.3. vbi quod prohibita appel-
46 latione non dantur attentata, & conſuetudo, & vſus communis eſt, quod in criminalibus quoties pœna corporalis eſt infligenda, appellatio non impedit ſententiæ exe-
47 cutionem, quando quis damnatur, quia eſt ſpontè confeſſus, ſeu quia eſt legitimè, ac manifeſtè cōuictus, aut captus in flagranti.

48 Appellatio non datur quādo quis agit, vt ſedis Apoſtolicę delegatus. Quaranta in verbo Archiepiſcopi authoritas. Genuenſ. in prax. c.88. & Flauius Cherubin. in compend. Bull. ſchol.1. conſt.14. incipit Romanum.

49 A ſententia Prælati religioſus nō appellat ex priuilegio multarum Religionum, ratione ſcandali, niſi grauamen ſit manifeſtum. Quaranta vbi ſupra, num.10. §. concluſioque ſe habet. Sanch. tom.2. libro 6. c.8. nu.10. Diana par.3. tract.2. reſ. 54. §. notandum. Tabiena verbo appellatio, nu.12. Nald. verbo Religioſos, num.13. & appellantes ad tribunalia ſæcularia incurrunt excommunicationem latæ ſententię,

Nald. vbi ſupra ex Roderiq. qq. regul. 29. ar. 2. tom. 1. Barboſ. verbo appellatio; ſed de hoc latè infra cap..,

50 A ſententia inquiſitorum non datur appellatio, niſi à ſententia interlocutoria grauaminis illati, ita DD. citati à Diana par. 4. tr. 7. reſ. 20. & 32.

51 Quoties reo interdicitur appellatio, cenſetur etiam prohibita fiſco, & actori, Diana par. 6. tr. 6. reſ. 30. vnde appellatio prohibita reo per Bullam Greg. XIV. à ſententia de tradendo illũ Curiæ ſæculari, cenſetur etiam denegata fiſco, vel actori, quando Epiſcopus pronunciat reum eſſe remittendum, Peregrin. de immunit. c. 16. n. 33. Ciarlin. controuerſ. 116. num. 68. Sperel. deciſ. 65. n. 2.

52 Clauſula omni appellatione remota, in litteris Principis ſeparatur, vt remoueantur etiam rationabiles appellationes, & quæ interponuntur ex iuſta cauſa, Menoch. præſum. 173. n. 15. lib. 4. Gonzal. ad reg. 8. cancellar. gl. 6. à n. 26. Roderiq. tom. 1. qq. reg. 8. verſ. 3. cum ſuo compendio reſ. 10. nu. 17. ſed communis opinio eſt in contrarium, quod intelligitur de appellatione friuola, gl. in c. vt debitus in verbo ante ſententiã de appel. Menoch. de arbitr. caſu 197. à n. 2. Lancel. de attent. par. 2. c. 17. limit. 8. à n. 42. Franc. Leo in theſſ. for. Eccleſiaſt. par. 2. c. 2. n. 36. Farin. fragm. crimin. par. 2. verbo iudex nu. 962. Marcheſ. de commiſ. par. 1. c. 10. num. 18. Scacc. de appel. quæſt. 16. limit. 1. nu. 93. & 94. Gratian. diſcept. for. c. 41. num. 8. Cened. canon. qq. lib. 1. q. 45. n. 42. & 43. Barboſ. in c. Paſtoralis nu. 2. de appel. Sanch. conſ. moral. lib. 6. c. 8. dub. 20. num. 24. Diana par. 6. tr. 1. reſ. 30. verſ. vnde, Nald. in verbo clauſula appellatione remota, & operatur, quod iuriſdictio iudicis à quo per appellationem non ſuſpenditur, licèt interim iudex ad quem poſſit de iniquitate ſententiæ cognoſcere, vnde ſententia poterit executioni demandari, niſi à iudice ad quem non ſit inhibitum. Abb. in c. inter cætera, n. 3. de re iudic. & in c. ſuper eo de offic. delegat. Nald. vbi ſupra, Rota apud Farin. deciſ. 620. nu. 2. par. 1. Franc. Marc. deciſ. 397. n. 4. Ceual. quæſt. 190. & his caſibus, licèt non detur appellatio ſuſpenſiua, datur tamen deuolutiua, Barboſ. in verbo appellatio n. 15. Rota Roman. in vna Colonienſ. præcedent. refert Barboſ. de iure Eccleſiaſt. lib. 1. c. 41. n. 180. Rota par. 1. deciſ. 90. n. 1. Aremendar. in recõpil. leg. Nauar. lib. 1. tit. 14. c. 8. §. 31. n. 10. Nam clauſula omni appellatione remota, tollit effectũ ſuſpenſiuum, non deuolutiuum. Scacc. de appel. q. 16. limit. 1. n. 105. verſ. declara. P. Bict. q. 154. n. 13. & ideo ex Concil. Trid. c. 10. ſeſſ. 14. quando agitur de viſitatione, & morum correctione, ſine proceſſu, & ſcriptura, agitur omni appellatione remota, tamen admittitur appellatio, quo ad effectum deuolutiuũ, Marcheſan. de commiſſ. par. 1. c. 6. in 2. impreſſ. Ciarlin. contr. 65. n. 19 lib. 1. Barboſ. de pot. Epiſc. par. 3.

alleg.

Digitized by Google

53 alleg.73. nu.32. In caſu, quo ap-
pellatio non eſt admittenda, ſi ta-
men reus appellet, & iudex admit-
tat appellationem, etiam ex igno-
rantia non poteſt amplius ſenten-
tiam executioni mandare, & pro-
cedere, quia ex quo appellationem
admiſit, tota cauſa deuoluta eſt ad
ſuperiorem, & à ſe iam abdicauit
iuriſdictionem, Ricciul. lib.4.de
iure perſonar. c.64. n.15. Sanchez
d. c. vnico dub.15. nu.1. & dub.32.
228. Hurtad. de cenſur. in commu-
ni nu.109. Gomez lib.3. var.ca.13.
nu.32. Gabriel. conſ.37. n.4. vol.1.
Mar.Ant.lib.2. reſ.12. n.4. & licet
in foro externo non videatur iudi-
ci prohibitum admittere appella-
tionem in caſu, quo reo prohibe-
tur appellatio, Gomez vbi ſupra,
Scac. de iudic.lib.1.c.97.n.124. Fa-
rin.q.101. nu.106. in foro tamen
conſcientiæ grauiter peccat, eam
admittendo. Tabiena ver. appella-
tio n.23. Nauar.c.25. n.15. Nauar.
de ordine iudic.q.30.ar.11.concl.3.
ad finē. Valer. verbo iudex differ.3.
54 Appellatio iudicialis à diffinitiua
habet plures effectus, & primò, ha-
bet effectum deuolutiuum, deuol-
uendo totam cauſam, & negotium
principale, & etiam acceſſorium,
ad iudicem ad quem, Scac. de ap-
pel.q.3. n.13. dummodo, ſit ex iuſta
cauſa interpoſita, & appellans de
bet probare tria coram iudice ad
quem, ſcilicet, ſe appellaſſe, 2. ex
legitima cauſa, & 3. quòd appel-
lauerit infra decem dies, Franch.
in c. cùm in Eccleſia n.3. de appel.
& iſte effectus poteſt ſeparari ab
effectu ſuſpenſiuo, ſicut ſeparatur,
quando appellatio non eſt permiſ-
ſa, vt diximus n.25. & non ligat ma-
nus iudicis, quando eſt ſeparatus
ab effectu ſuſpenſiuo, eximit tamen
appellātem à iuriſdictione iudicis,
quo ad cognitionem illius cauſæ,
& transfert ad iuriſdictionem iudi-
cis ad quem, c. dilectus, & c. ad au-
55 dientiam de appel. Secundus effe-
ctus eſt ſuſpenſiuus, ſuſpendendo
iuriſdictionem iudicis à quo, &
eximendo appellantem ab eius iu-
riſdictione, & poteſtate, quo ad
56 illam cauſam, iuxta ſuperiùs dicta
à n.3. & ſeqq. l. præcipimus §. 3. C.
de appel. quem effectū habet appel-
latio etiam ante ipſam appellatio-
nem a diffinitiua, quia ſi infra decē
dies appellatur, innouata infra eū-
dem terminum ante appellationē,
ſecuta appellatione tamquam at-
tentata reuocātur, Scac. d.q.3. n.16.
17. & 57. & ſecundùm aliquos ex-
tinguit pronunciatum, Gayl. li. ob-
ſer.142. n.2. Conar. practicar. q.23.
n.1. Lancel. de atten. c.12. in Præfat.
n.114. ſed verius eſt, quòd appella-
tio ſuſpendit, non autem extinguit
pronunciatum, quia ſi appellans
non proſequitur appellationem, et
illud pronunciatū retrotrahit effe-
ctum, retrotrahit etiam effectum ſi
appellans proſequitur appellatio-
nem, & iudex appellationis pronū-
ciat benè iudicatum, & malè
appellatum, gl. fin. in l.1. ff. ad Se-
nat. Conſult. Tertul. Fari. q.56. n.20
Scac. de iudic. q.97. n.109. Tertius
57 effectus eſt, quod reducit cauſam
ad tempus litis conteſtatæ, l. ita de-
mum C. de procurat. vnde in cauſa
appellationis nouos articulos de-

pendentes à prioribus facientibus ad cauſam probari poſſunt, & teſtes ſuper his produci, & licet admittendos non eſſe alios teſtes ſuper iiſdem articulis propter timorem ſubornationis, dicant Caſtr.& Salicet.in l.ſi hāc §.ſi qua C.de tempor. ordin. Gayl. lib.1.obſeru.105. n.2. Contrariū tamen tenent Bal. Cynus, & Fulgoſ. in d.l. ſi hanc. Miſſing.cent.1.obſeru.41.nam quotieſcumque mutatur cauſa, vel inſtantia, vel iudex admittitur nouorum teſtium productio ſuper iiſdē articulis non obſtante timore ſubornationis, c. præſentia extra de teſtib.l.fin.C. eodem, non poſſunt opponi declinatoriæ, & dilatoriæ exceptiones, Franch. in c. per ſuas

58 n.1.& 2.de appel. Quartus effectus eſt reuocatio attentatorum, quia appellatio iudicialis à diffinitiua ſuſpendit iuriſdictionem reſpectu omnium concernentium eandem cauſam, & materiam, Felin.in c.1. ſub n.1. de appel. Franch.ibid. ſub n.4. Sed quæ non ſunt attentata nō reuocantur, & ideo, qui continuat ſuā poſſeſſionem, & vtitur illa, qua antea vtebatur, non dicitur attentare. Menoch.remed.7. recuperād. poſſeſ.n.49.& 50.Lancel.de attent. p.2.in præfat.a n.84.Surd.deciſ.16. num.13.& deciſ.45.num.79.Rota deciſ.653.n.2.& deciſ.693.n.3.p.4. diuer. Secus ſi non vtitur eodē modo, quo ante vtebatur. Lācel.de attent.p.2.c.4.limit.1.n.7. vnde prælatus depoſitus, vel priuatus per ſententiam a Prælatura, ſi appellat & pendēte appellatione continuat ſuum officiū non dicitur attentare Franch.in c.cum teneamus n.8.& 9 de appel.Lancel.d.p.2.c.12.limit.6 n.4.& omnis officialis pendente appellatione a ſententia, qua priuatur ſuo officio ſi exerceat actus ratione ſui publici officij huiuſmodi actus valent, & tenent, nec retractantur, licet appellatio deferatur. Franc.in cap.ſæpè num.35. de appel. geſta tamen ratione priuati iu-

59 ris ſi appellatio deferatur retractantur. Franc.ibid.n.38. Quæ attētatorum reuocatio fit, ante cōcluſum in cauſa, ſi petantur reuocari. Sed poſt concluſum in cauſa oportet expectare ſententiā ſuper negotio principali ipſius appellationis, Rota deciſ.4. vt lite pendente in nouis, & deciſ.6. in antiq.eod. tit. Veſtr. in praxi li.8.c.4.n.74. Franc. in c.dilecti n.3.de appel. quod intelligitur de attētatis ante concluſum in cauſa, ſecus de attentatis poſt cōcluſum in cauſa. Veſtr.n.15. Lancel. de attent.p.3.c.23. n.23.& ſeqq. Quintò habet effectū reuocādi ſententiā iudicis a quo iuſtificata cauſa propoſita in appellatione etiā in fin.cauſ. Scac. de appel. q.2. Supradict. effectus nō habet appellatio, quando eſt friuola, & fruſtratoria, imò poteſt, ac debet iudex eā reijcere, Nau.c.25.nu.15. Valer. & Miranda; & non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis. Panorm. in c.conſuluit, il 3. de appel. Marāta in p.6 tit.& quando appellatur, nu.182. Lancel.de attent.p.2.c.12. limit.6. a n.1. vſque ad n.6. quia paria ſunt aliquid non fieri, & minùs legitimè fieri, idem Lancel. ex Iaſ. in l. præſes n.4.ff.de ſent.& re iudicat.

CAP.

CAPVT III.

De differentijs inter appellationem a ſententia diffinitiua, & appellationem ab interlocutoria.

SVMMARIVM.

1 *Appellandi facultas à diffinitiua eſt de deciſorijs, ſed facultas appellandi ab interlocutoria eſt de ordinatorijs.*

2 *Iudex ad quem in detinendo debet videre ſi iudex à quo in ordinatorijs ſeruauit ea, quæ in ſuo foro ſeruanda erant.*

3 *Appellatio à diffinitiua ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, ab interlocutoria non ſuſpendit, ſine inhibitione.*

4 *An in appellatione ab interlocutoria debet inſeri cauſa per quam appellatur, ſecus in diffinitiua.*

5 *Appellatio ab interlocutoria ex ſolis deductis, & probatis iuſtificatur, à diffinitiua, ex deductis, & deducendis.*

6 *A ſententia diffinitiua appellatio admittitur, ſed ab interlocutoria prohibetur, ſi non contineat grauamen irreparabile à diffinitiua, vel habeat vim diffinitiuæ.*

7 *Appellatio non conceditur à citatione valida, ſeu ad dicendum cauſam quare, &c. & quando fieri poteſt declaratur.*

Nec à reiectione exceptionis peremptoriæ, num. 8.

Nec à reiectione exceptionis dilatoriæ, num. 9.

Nec à mandato de recognoſcenda ſcriptura, num. 10.

Nec ab abſolutaria ab obſeruatione iudicij quando poteſt reparari, nu. 11. vide infra n. 35.

Nec à reiectione appellationis facta cum cauſæ cognitione, num. 12.

13 *Appellatione ab interlocutoria, quando grauamen eſt irreparabile à diffinitiua admittitur, ſicut à diffinitiua, etiam ſi non poteſt reparari, ex toto, vel cum magna difficultate, aut quando articulus interlocutoriæ eſt præiudicialis negotio principali, nec quando prohibetur appellatio à diffinitiua.*

14 *Appellandum eſt à non admiſſione appellationis, quando interlocutoria continet grauamen irreparabile.*

15 *Interlocutoria quando continet grauamen irreparabile, vel habet vim diffinitiuæ ex quatuor concluſionibus hîc poſitis cognoſcitur.*

16 *Caſus multi enumerantur, in quibus ab interlocutoria admittitur appellatio, & primò, ab iniuſta articulorum admiſſione, vel à iuſta denegatione, admittitur appellatio, 2. à reiectione teſtium, an ſint admittendi, vel non, num. 17. 3. à breuitate termini ad probandum, num. 18. 4. à denegata copia actorum nu. 19. 5. à ſententia lata ſuper reuocatione attentatorum, num. 20. 6. à ſententia, quæ perimit appellationem, num. 21. 7. à ſententia pronunciante inſtantiam eſſe deſertam, vel num. 22. 8. quando iudex recuſat parti probare exceptiones contra teſtes ex aduerſo examinatos, num. 23. 9. à pronuntia appellationi non eſſe deferendum, n. 24. 10 à reuocatione inhibitionis, n. 25. 11. ab admiſſione probationum non admittendorum,*

rum, nu. 26. 12. à ſententia de exequendo aliam ſententiam, numero vigeſimoſeptimo. 13. à reiectione exceptionis, numero vigeſimo octauo. 14. à pronuncia appellationi eſſe deferendum, numero vigeſimo nono. 15. à reiectione appellationis cauſa non cognita, numero trigeſimo. 16. quando dicitur exceptionem peremptoriam obſtare, vel aliquid probatum, vel non probatum eſſe, numero trigeſimo primo. 17. à reiectione exceptionis contra libellum obſcurum, numero trigeſimo ſecundo. 18. ab impoſitione perpetui ſilentij, numero trigeſimo tertio. 19. ab aſſignatione termini ad aliquid faciendum, vel dandum, numero trigeſimo quarto. 21. quando iudex pronunciat ſe competentem, vel incompetentem, numero trigeſimo quinto. 22. à ſententia carcerationis reo manente carcerato, numero trigeſimo ſeptimo. 23. à decreto torturæ, numero trigeſimo octauo. 24. à ſententia excommunicationis per decretum interlocutorium prelata, n. 39.

40 *Caſus nonnulli, in quibus admittitur appellatio à ſententia interlocutoria, remiſſiuè.*

41 *Caſus multi damni irreparabilis, remiſſiuè.*

QVia datur appellatio non ſolùm à ſententia diffinitiua, ſed etiam ab interlocutoria, de quibus ſententijs, & eorum differentiis egimus ſupra par. 7. nunc verò tantùm agimus de aliquibus earum differentiis quo ad appellationem; & inter alias differentias primò differunt, quòd facultas appellandi à diffinitiua eſt de deciſoriis, facultas autem appellandi ab interlocutoria eſt de ordinatoriis.

1 Boncin. conſ. 146. & ſemper quoad ordinem, ac ſtylum obſeruandum, appellatio eſt de ordinatoriis, et eſt appellatio ab interlocutoria; in quibus ordinatoriis obſeruatur

2 forus, in quo litigatur. Achil. de Graſſ. deciſ. Rot. 12. de appel. Ricc. deciſ. 273. par. 2. et quia regulares non procedunt obſeruando apices iuris, ſed tantùm ordinatoria, quæ reſpiciunt ſubſtantialia, et eſſentialia iuris, vt ſupra ſuis locis dictũ fuit, ideo quando appellatio fit ad iudicem extra Religionem, ille iudex ad quem appellatur attendere debet ſi iudex a quo ſeruauit ea, quę ſeruare debebat, ſecundùm ſua ſtatuta, & ſtylum ſui fori, ideſt ſi iudex regularis ſeruauit ordines ſubſtantiales proceſſus. Alex. conſ. 164. n. 1. 2. & 8. lib. 6. Guid. Pap. quæſt. 52 de appel. n. 40. Natta conſ. 553. nu. 10. Scac. q. 18. de appel. num. 1. quos citat, & ſequitur Guazzinus defen. 36. c. fin. num. 1. quia dum iudex regularis ſeruauit ſua ſtatuta, & vſus fuit ſuis priuilegiis in ordine procedendi, non grauauit partem, & iudex ad quem non poteſt, nec debet corrigere talem proceſſum, nam licet iudex ad quem, informãdo proprium proceſſum, ſeruare debet ſua ſtatuta, tamen in decidẽdo debet attendere ad ordinem, quem debebat ſeruare iudex à quo, & non ad illum, qui in ſuo tribunali obſeruatur.

3 Differunt ſecundò, quòd appellatio à diffinitiua ſuſpendit iuriſdictio-

ctionem iudicis à quo, & ligat eius manus, ita vt ſi aliquid poſt appellationem faciat reuocari poteſt per viam attentati. Feder. de Sen. conſ. 163. n. 3. & conſ. 198. n. 3. Lapus alleg. 2. nu. 9. & eſt ipſo iure nullum, c. non ſolum, de appel. in 6. Appellatio ab interlocutoria non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, & poteſt dictam ſententiam exequi, dicto c. non ſolum. Federic. de Sen. & Lap. ſupra citati, niſi ſit inhibitum, & geſta ante inhibitionem non ſunt reuocanda donec probetur vera cauſa appellandi, vt dictũ fuit ſupra; & diuidunt etiam Couar. practicar. ca. 24. in principio. Ricc. collect. 1745. Barboſ. ad c. cum non ſolum, numero 7. de appellat. in 6.

Differunt tertiò, quia in appellatione ab interlocutoria debet inſeri cauſa, per quam appellatur; ſed in appellatione a diffinitiua, quando ſpecialiter non eſt prohibita, ſecus eſt. Bald. conſ. 41. numero 1. libro 1. & conſ. 146. numero 1. libro 3.

Differunt quartò, quia appellatio à diffinitiua iuſtificatur tàm ex deductis, quam ex nouiter deducendis, ſed appellatio ab interlocutoria ex ſolis deductis, & probatis iuſtificatur. Bald. dicto conſ. 149. Federic. de Sen. conſ. 163. num. 3. Viu. deciſ. 332. Rota diuerſ. deciſ. 386. n. 1. par. 3.

Et non iuſtificatur appellatio ab interlocutoria ex alia cauſa, quam ex nominatim expreſſa. Scacc. de app. qu. 4. num. 30. quia grauamen illatum per interlocutoriam, ex nouis cauſis, & probationibus, reparatur in appellatione à diffinitiua. Duenreg. 47. verſ. quartò fallit, ſed Ricc. in collect. 1004. ponit aliquas fallẽtias; prima, quando de reuocatione interlocutoriæ ageretur coram eodem iudice contrario imperio, quia tunc ex nouis actis iuſtificari poterit, ex Viu. dicta deciſ. 332. & Cancer. deciſ. 17. Secunda, quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ, ex Ferrer. deciſ. 500. lib. 3. Card. Zabar. conſ. 72. num. 11. verſ. aliud dubium. Rota deciſ. 11. de app. quæ eſt 85. in nouiſſ. aut continet grauamen irreparabile. Marant. in ſpec. par. 6. actu 2. de app. numero 169.

Tertia, ſi probationes denuo poſt appellationem veniſſent.

Quarta, in interlocutoria lata contra contumacem. Cancer. dict. deciſ. 17. num. 130.

Quinta, vbi in primo iudicio claudi non potuiſſet, quod deducitur in ſecundo. Viuius dicta deciſ. 332. nu. quarto. Chartarius deciſ. 23. Cancer. vbi ſup.

6 Et relictis omnibus alijs differentijs, dico, quòd a diffinitiua poteſt appellari, ſed interlocutoria appellatio prohibetur, & tantùm conceditur, quando grauamen per diffinitiuam reparari non poteſt, ſeu quando interlocutoria habet vim diffinitiuę, & licet ante Conc. Tridentinum differebant ius ciuile, & canonicum circa hanc appellationem, quia ius ciuile eam negabat, & ius canonicum permittebat; tamen hodie poſt Concil. ſeſſ. 24. c. 20. de reform. appellatio ab in-

interlocutoria tantùm in ſupradictis caſibus conceditur, vnde hodie in appellationum admiſſione ius ciuile attenditur, dicit Scac. de iudic. c. 97. n. 54. & 60. & poſt Concil. Trid. in omni foro prohibetur appellatio ab interlocutoria, quando grauamen reparari poteſt a diffinitiua, & iudices appellationis non poſſunt recipere huiuſmodi appellationes, & inhibere iudices à quo. Imò nec conceditur appellatio quando grauamen poteſt reparari per appellationem à diffinitiua. Scac. de ſent. & re iudic. gl. 14. qu. 4. num. 45. vbi concludit, quod in omni caſu, in quo grauamen illatum à iudice in interlocutoria poteſt reparari ſiue à diffinitiua, ſiue ab appellatione à diffinitiua, nunquã eſt cõcedẽda appellatio. Inferũt ex hoc DD. quod ſicut ante Concil. Trident. à citatione valida de iure ciuili non dabatur appellatio, quia grauamen repara-
7 bile eſt à diffinitiua. Bart. in l. 2. qu. 2. n. 12. de app. Ruginel. de app. ſ. 2. c. 3. num. 184. ita hodie poſt Conc. huiuſmodi appellatio in omni foro denegatur. Scac. de app. quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. num. 5. & ideò, quando quis citatur ad dicendum cauſam quare non debet declarari incidiſſe in aliquam cenſuram, ſeu pœnam, non poteſt ab hac citatione appellare. Fabrian. lib. 7. tit. 26 diffin. 37. Barboſ. in collect. Bullar. verbo appellatio, quia iudex per dictam citationem non grauat partem, & nihil aliud prætendit, niſi velle eum audire, & dare facultatem ſe defendendi. Sanch. in opuſc. lib. 3. c. vnico, dub. 30. & ita declarauit Sacra Congregatio Conc. Trid. in Tropienſ. 17. Martij, 1619. refert Barboſ. in collect. Bullar. verbo appell. his verbis. *Appellatio non eſt admittenda à comminatione Epiſcopi facta contra incurrentes excommunicationem, vel alias cenſuras Eccleſiaſticas, à iure latas, ad dicendũ cauſam quare non debet declarare incidiſſe, ſecus ſi comminatio fiat contra alios delinquentes ad effectum illos excommunicandi ob aliquod delictum, vel crimen ſub pœna excommunicationis ab homine latæ pœnæ.*

Verum, quod licet à dicta citatione non poſſit citatus appellare, poſsũt tamen opponi exceptiones, quæ ſi eſſent reiectæ, & ab eorum reiectione pars eſſet grauata, poſſet appellare. Sanch. vbi ſupra, num. 34. poſſet etiam appellare ſi eſſet citatus à iudice incompetẽti. Guid. Pap. tract. de app. q. 49. ſub num. 39. Greg. Thol. tit. de appel. l. 1. c. 11. n. 1. verſ. quis vocetur, & ſi iudex eſſet ſuſpectus poſſet iudicem recuſare. Sanchez ibidem lib. 6. c. 8. dub. 1. n. 19. & poſſet appellare à termino breui dato. Borel. in ſumma deciſ. parte prima, titulo 33. numero 107

8 Inferunt ſecundò quod non conceditur appellatio a reiectione exceptionis peremptoriæ, quia hoc grauamen reparari poteſt a diffinitiua. Scac. vbi ſupra num. 53. niſi iudex pronunciet eam obſtare, & eius contemplatione imponit ſilentium actori. Marant. in ſpec. par. 6. actu 2. num. 39. Inferunt tertio, quod quando grauamen interlo-

cu-

cutoriæ procedit à reiectore exceptionis dilatoriæ, ita vt reddat iudicium retro nullum ipſo iure:
9 non conceditur appellatio, quia hoc grauamen reparari poteſt per appellationem à diffinitiua, dummodo poſſit reparari in totum, tùm reſpectu iuris, tùm reſpectu facti, Scacc. vbi ſupra a num. 50. & ſeqq. Inferunt quartò, quod non
10 datur appellatio a mandato de recognoſcenda ſcriptura an ſit ſua manu, vel non, ex Bald. conſ. 335. lib. 4. Inferunt quintò, quod denegatur etiam appellatio ab abſolutoria, ab obſeruatione iudicij lata
11 propter lapſum inſtantiæ, vel propter ineptum libellum, vel defectu probationis, quia eſt interlocutoria reparabilis, Franch. in c. ceſſante num 60. de appel. Scac. de appel. quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. n. 27. vide infra n. 35. Inferunt ſex-
12 tò, quod non admittitur appellatio a reiectione appellationis, quādo facta eſt cum cauſę cognitione, ita ex Bart. in l. 1. in fine num. 4. C. quor. appel. non recip unt. Cephal. conſ. 185. n. 3. lib. 2. Natta conſ. 529 n. 30. & alijs. Ricc. deciſ. 107. n. 7. & per totam p. 2. in Neapol. impreſſione edita 1619. & deciſ. 105. p. 2. in alia editione de anno 1622. Inferunt etiam ad multa alia, quæ apud Scacc. & alios videri poſſunt.
13 Et econtrario eſt concluſio de iure in l. 1. §. quæſitum, ff. de appel. approbata a dicto Conc. Trid. quod appellatio ab interlocutoria admittitur, quando grauamen non poteſt reparari a diffinitiua, ita communiter Doctores, Nauar. conſ. 2. de appel. Menoch. de arbitrar. caſu 490. num. 30. Surd. deciſ. 36. num. 13. Steph. Gratian. deciſ. March. 202. numero 5. Ceual. de cognit. per viam violent. gloſſ. 6. num. 10. & part. 2. quæſt. 49. a num. 1. Scacc. de appel. quæſt. 17. limit. 47. num. 85. & ideo poſt appellationem eſt ſuperſedendum a iudice a quo, alias omnia per eum geſta eſſent attentata, Ricc. in praxi reſ. 2. numero 2. part. 4. & hoc etiam procedit ſi grauamen reparari non poſſit ex toto, vel cum magna difficultate, Duen. Reg. 52. limit. 10. Surd. deciſ. 39. numero 14. & 15. Scacc. vt ſupra numero 86. Gonzal. ad regulam cancel. gloſſ. 9. §. 1. in annot. num. 177. Steph. Gratian. diſcept. for. c. 74. numero 12. & 13. & c. 77. num. 9. Ricc. in praxi reſol. 405. numero 2. par.... & reſ. 2. nu. 3. part. 4. Hieron. Roderiquez in compend. reſol. 10. numero 36. aut quando articulus interlocutoriæ eſſet præiudicialis negotio principali, vel ingerit difficultatem circa cauſæ deciſionem. Ricc. dicta reſol. 2. numero 4. nec denegatur appellatio ab interlocutoria emergente ante diffinitiuam, quando remouetur appellatio a diffinitiua, quia grauamen a diffinitiua reparari non poteſt, cum ab illa appellari non poſſit, Marant. in ſpeculo part. 6. actu 2. de appel. numero 355. Gonzal. vbi ſupra, numero 201. 202. & eſt hic notandum, quod ſi quis appellauit ab interlocutoria continente grauamen

14 men irreparabile,& iudex non admiſit appellationē,debet appellans ab ipſa non admiſſione etiam appellare, alias appellatio cenſetur deſerta.Cardin.in Clem.de dolo,& contumac.q.4. Marant.par.6.tit. & quandoque appellatur,n.421.Sanchez in opuſc.lib.3.c.1. dub.32. nu. 215.

15 Quando interlocutoria continet, ſeu non continet grauamen irreparabile, ſeu quando habet vim diffinitiuæ, ſeu non, ex infraſcriptis quatuor concluſionibus cognoſcitur; prima concluſio, quando interlocutoria expectat aliam ſententiam poſt ſe, eſt mera interlocutoria, quando verò non expectat aliam ſententiam poſt ſe,habet vim diffinitiuæ,& eſt appellabilis. Baldus in l.1.poſt n.14. C.quādo prou. non eſt neceſſ. Marant.in ſpec.par. 6.deciſ.iudic.n.42.Roland.conſ.43 n.2.l.1.Afin.in praxi,§.22.c.12.poſt n.2.Aufr.deciſ.Capel.Tholoſ.q.48. Magon. deciſ. Lucenſ.18. numero 18.

Secunda concluſio, omnis interlocutoria,per quam finitur officium iudicis, dicitur habere vim diffinitiuæ, ſed ſi per eam non finitur officium iudicis eſt mera interlocutoria.Bart.in l.quod iuſſit de re iudic. Franch.in c.ceſſante, n.11.de app. Marant.vbi ſup.n.43.Miſſing.cent. 3.obſer.88.

Tertia concluſio, omnis interlocutoria, quæ diffinit vnum articulum ſubſtantialē cauſæ principalis, dicitur habere vim diffinitiuæ, gl. 1. in fine, in Clem. in fin.de app.& in Clem. 1.de cauſ.poſſeſſ.& propriet. Bald.in l.1. C.quando prouoc. non eſt neceſſe, ſecus ſi non diffinit articulum ſubſtantialē cauſæ, quia eſt mera interlocutoria, & inappellabilis. Felin. in rubr. de iudic. n.5.Rimin.conſ.487.num.17.lib.5. Cephal. conſ. 758. numero 18. libro 5.

Concluſio quarta, interlocutoria continens aliquid dari, ſeu fieri a parte,habet vim diffinitiuæ. Maranta vbi ſup.n.45.

16 Multi caſus enumerantur, in quibus, ſeu quia vim diffinitiuæ habent,aut quia damnum irreparabile continent ab interlocutoria admittitur appellatio; & primò ab iniuſta articulorum admiſſione, aut a denegata iuſta admiſſione datur appellatio. Bald. in l.poſt ſententiam,n.4.in fine,C.de ſent.& interlocut. Maſcard.de probation. concl.131.& ſeq.Surd.deciſ.36. nu. 17. Gonz. vbi ſupra, num.191. & ſequent. Gratianus diſcept. forenſ. c.74. num.15. Salgad. de prot. reg. par.2.c.1.num.141. Tuſcus litera A,conc.319.num.32.& 35. *Scac*.de app.qu.17.limit.47.num.90.& 137. Hieronym. Roderiq. dicta reſ. 10. num.33.Rota deciſ.5.de except. in nouis, vbi quod a reiecta exceptione articulorum datur appellatio.

17 Secundò, a reiectione teſtium, ſcilicet an ſint admittendi, aut non admittendi. Oſaſcus deciſione 25. num. 14. Gratianus dicta diſcept.74.num.15. & c.77. num.3. Salgad. dicto c.1.num.151.Alexan. Trentaciq. reſolutione tertiadecima,numero quartodecimo, vbi loqui-

quitur quando quis grauatur in non admiſſione teſtium, ſcripturarum, & aliarum probationum. Triuiſan. deciſ. 4. par. 1. Salgad. vbi ſupra, num. 138. Scac. dicta qu. 17. limit. 6. membr. 7. ſub. 43. Surd. deciſ. 36. n. 17.

18 Tertiò, quando datur dilatio ad probandum adeo breuis, vt ex breuitate poſſit deficere facultas probandi. Bald. conſ. 92. in fine, libro 1. Salgad. dicto c. 1. num. 118. Scacc. dicta limit. 47. num. 26. Tuſc. lit. A, concl. 367. Ricc. in praxi reſ. 484. num. 23. vbi, quod terminus debet eſſe incompetens iuxta facti, & loci qualitatem, ſed citatio continẽs nimis breuẽ terminum, debet eſſe peremptoria, c. 1. & ibi gl. de dilat. Abb. ibidem n. 7 8. & 12. & ſola citatio peremptoria, ſeu ſola breuitas termini ſine peremptorio, non ſufficit. Scac. de appel. q. 17. limit. 47. membr. 1. n. 7.

19 Quartò, à denegata copia actorũ. Duen. reg. 52. fallent. 5. Azeued. lib. 3. tit. 18. lib. 4. nou. recõpil. Salgadus dicta par. 2. c. 1. n. 72.

20 Quintò, à ſententia lata ſuper reuocatione attentatorum. Franchus in c. cum ceſſante, n. 45. de app. Rota deciſ. 11. alias 85. de app. in nouiſ. Achil. de Graſſ. deciſ. 31. alias 257. num. 1. de app. Lancel. de attẽtat. par. 3. c. 28. num. 43. & ſequent. Scac. dicta limit. 47. num. 172. Grauat. ad Veſtr. lib. 7. c. 3. n. 46

21 Sextò, a ſententia, quæ perimit appellationem. Franch. in dicto ca. cum ceſſante, n. 42. & in c. ſua nobis num. 5. de app. Scac. dicta limit. 47. num. 186.

22 Septimò, à ſententia, qua iudex pronunciat inſtantiam, aut appellationem eſſe deſertam, aut non deſertam, quando pronunciatur deſertio à diffinitiua, aut ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ. Grauat. ad Veſtr. lib. 7. c. 3. num. 46. ſecus ſi pronunciatur deſertio ab interlocutoria non habente vim diffinitiuæ. Grauat. dicto num. 46. Scac. dicta limit. 47. num. 187. & ſequ. Barboſ. qui alios citat in cap. cum ſit Romana, num. 5. de appel. Et ſuper deſertione appellationis eſt pronuntiandum, & ante ſententiam deſertionis, ſententia non eſt exequenda. Ricc. deciſ. 83. par. 2. & attentata poſt appellationem à ſententia deſertionis reuocantur, quando eſt à diffinitiua, ſeu ab habente vim diffinitiuæ. Lancel. de attent. c. 12. ampliat. 1. Seraph. deciſ. 300. Barb. dicto n. 5. & 6. ponit aliquos caſus, in quibus appellans excuſatur a deſertione. Iudex autẽ ne detur materia appellandi elapſo termino ad appellãdũ, ſeu ad proſequendam appellationem poteſt exequi ſententiã ſine pronuncia, & ſi cauſa eſt introducta coram iudice ad quem, poteſt iſte ſtante cauſæ deſertione ſcribere iudici à quo, vt ſententia exequatur. Marant. in ſpec. par. 2. tit. de app. actu 2. a nu. 189. & ſeq. ſed de hoc latè infra.

23 Octauò, quando quis vult probare exceptionem contra teſtem ex aduerſo examinandum, & iudex recuſat. Ricc. in praxi, reſ. 484. n. 9

24 Nonò, a pronuncia appellationi non eſſe deferendum. Andr. Barboſ. in addit. ad Bald. in leg. 2. C. de his

quib. vt indign. Ricc. dicta reſ. 484. num. 16. à qua pronuncia ſi appellans non appellat, cenſetur acquieſcere, quod ſit friuola. Card. Zabar. conſ. 32. in princip.

25 Decimò, ab interlocutoria, qua reuocatur inhibitio facta iudici a quo, per iudicem ad quem. Federicus de Senis, conſ. 84. Ricc. vbi ſupra.

26 Vndecimò, ab interlocutoria, quod probationes non admittendæ, ſint admittendæ. Aret. conſ. 20. col. 1. Felin. in rubr. de re iudic. nu. 9. Rip. in l. quod iuſſit eod. tit. Rim. iun. conſ. 487 num. 2. & ſequent. & n. 28. 29. 47. & 72. lib. 5. Ric. vbi ſupra, n. 30.

27 Duodecimò, à ſententia de exequendo aliam ſententiam. Roman. conſ. 41. num. 11. Capic. dec. 1. n. 21. Ricc. vbi ſup. n. 34.

28 Tertiodecimò, a reiectione exceptionis expreſsè, ſeu tacitè, procedendo ad vlteriora. Felin. in ca. ſuborta, verſ. & iſtis adde, de re iudic. Cald. Pereir. in l. ſi iuratorem, verbo minoribus, n. 40. verſ. verum. Petr. Barboſ. in l. maritū, n. 48. & 53 ff. ſolut. matr. Surd. dec. 69. n. 5. Vaſc. conſ. 119. n. 11. Gratian. diſcep. for. c. 76. n. 16. & ſeq. Marcheſ. de commiſ. tit. de commiſ. app. ab interlocut. tom. 1. par. 1. §. 1. nu. 29. & quod datur appellatio ſi propria exceptione periurij iudex procedat ad vlteriora. Ric. in praxi reſ. 251. par. 3. quando excipiens probat veram, & legitimam exceptionem, alias non dicitur grauatus & non deuoluitur appellatio, etiam ſi exceptio prima fronte appareat vera. Socc. reg. 37. Salgad. de prot. Reg. t. 1. p. 4. c. 7. n. 55. Scacc. de app. q. 11. n. 61. & ſeq. Barboſ. in c. interpoſita, n. 1. de app.

29 Quartodecimò, quando iudex pronunciat deferendum eſſe appellationi. Scacc. de app. q. 17. limit. 47. membr. 1. nu. 106. & quando iudex ad quem pronunciat, quod ſit procedendum in cauſa appellationis, Caſtr. conſ. 327. col. 3. lib. 3. Tuſc. lit. A, conc. 370. n. 24.

30 Quintodecimò, à reiectione appellationis, quando incontinenti iudex reijcit appellationem cauſa non cognita, & parte non citata. Scac. vbi ſupra n. 107. Ric. dec. 105. par. 2. ſecus ſi reiectio appellationis facta eſſet cum cauſæ cognitione, quia non valet appellari. Ric. vbi ſup. qui refert ita deciſum.

31 Sextodecimò, cùm dicitur peremptoriam exceptionem obſtare, ſeu aliquid probatum, aut non probatum eſſe. Grauat. ad Veſtr. lib. 7. c. 3. n. 46.

32 Decimoſeptimò, à reiectione exceptionis oppoſitæ, quod reus non tenetur reſpondere libello generali obſcuro, neque litem ſuper eo conteſtari, quia ſi iudex mandauit procedi, & reſponderi tali libello, admittitur appellatio. Gemin. conſ. 118. Caſtr. conſ. 335. n. 3. & ſeq. lib. 1. Scac. dicto membr. 1. n. 90. & 91. vbi quod id procedit etiam in inquiſitione malè formata.

33 Decimooctauò, ab impoſitione perpetui ſilentij. Bern. Greue in pract. Camer. Imper. lib. 1. conc. 130 à n. 1. conſid. 1. n. 1.

34 Decimononò, ab aſſignatione termi-

mini ad aliquid faciendum. Caſtrus conſ.137.n.2.lib.2.ſeu dandū. MO rant.in ſpec.p.6. in deciſoria iudicij,n.45.

35 Vigeſimò, à ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, datur appellatio, dicunt Amat.dec. Marc.66. Cabed. dec.Luſit.p.2. arreſt.32. Contrarium, quod non detur appellatio, quādo de nouo poteſt iudicium inchoari. Marant.vbi ſupra,n.33. Nicol. Miles in repert. verbo ſententia, §. 17. Rebuf. in præfat.l.quod iuſſit,n.48. ff.de re iudic.Salgad.de prot.Reg.par.2. c. 1.n.185.& alii ſupra citati,n.7.

36 Vigeſimoprimò, quando iudex ſe pronunciat competentem, vel incompetentem. Grauat.ad Veſtr.lib. 3.c.10.n.6. Alex.Trentac.dec.13.n. 3. Steph.Gratian.diſcep.for.c 74.n. 15. Salgad. dicto c.1.n.38. cum ſeq. Scac.dicta limit.47.num.94.& 105. Hieron. Roderiq. in compend.reſ. 10.n.34. Caualer.deciſ.2.n.8. Gonz. ad reg.8.cancel.gl.9.§.vnico in annot.n.196. Ric.reſ.106.n.4. Sanfel. deciſ.5. ſed hoc procedit, quando profertur à delegato, ſecus ab ordinario, dicunt Bald. in c. ſignificantibus,nu.1.de offic.deleg. Roman. conſ.358. Vulp.in praxi for.Eccleſ. c.21.n.7.

37 Vigeſimoſecundò, à ſententia interlocutoria, vt quis in carcerem conijciatur, conceditur appellatio, quia captura affert damnum irreparabile. Scac.dicta limit.47.n.153 Salgad. de prot.Reg. par.2. c.4. a princ. Campan.l.diuerſ.iur. canon. rub.11.c.13.nu.312. reo tamen manente carcerato, donec iudex appellationis cauſa cognita aliud iudicet. Piaſec.in praxi Epiſc.par.2. c.4.n.10. Proſper.Aug. in addit.ad Quaranta in ſumma Bullar. verbo Archiepiſcopi authoritas,n.20. lit. H,& ita decreuit S. Congr. Concilij die 16. Octob. 1600. refert Barboſa in collect.bullar.v.appellatio.

38 Vigeſimotertiò, a decreto torturæ conceditur appellatio, quia affert damnum irreparabile. Clar.l.5 §.fi.q.61.n.27. Salgado de protect. Reg.p.2.c.1.ex n.98. Trentacinqu. var.reſ.l.2. ſub tit. de appel. reſ.13. n.15. Hieron.Roderic.reſ.10.n.38. Scac.d.q.17.limit.47.a n.143. Ricc. collect.642.& reſol.405.n.4. Zerol: in praxi Epiſc.p.1.v.appellatio §.9 ſed de conſuetudine non admittitur appellatio, quando omnia ritè, & rectè proceſſerunt, & atteſtationes datæ fuerunt, & repulſa conceſſa, cùm eſſet petita, & publicatus proceſſus, & auditus reus in omnibus ſuis iuribus cū eius procuratore, & aduocato, & indicia non ſint euacuata per defenſiones. Quia tunc videtur potius appellari ad dilatandum, & ad differendū ſcelerum punitionem; ita Zerola vbi ſup. & de hac conſuet. in toto ſtatu Eccleſ. teſtatur Scac.de iudic.

39 Vigeſimoquartò, a ſententia excommunicationis per decretū interlocutorium prolata, conceditur appellatio, quia continet damnum irreparabile. Duen.reg.52.limit.2. Rebuf.ad l.Gal. tit.de friuol.appel. in rubr. ſub gl.1. in fine, verſ. facit quando grauamen,& tom.3. tit.de ſent.execut.ar.53.gl.1.num.6. Rol. a Valle conſ.77.n.22. vol.2. Villal.

in

in ſumma tract.16.difficult.13.n.1. Marta de iuriſdict. par.3. cap.12. nu.6.Salgald.de prot. Reg. tom.1. par.2. cap.5. ex num.3. vbi à nu.8. ponit plures limitationes,Gonzal. de Reg. cancell. gloſ.9. §.1. annot. 107. Ricc. in praxi reſ.405 num.4. Zerola in praxi Epiſc. par.1.verbo appellatio,§. ad ſeptimum reſpondetur, & par.2.eodem verbo verſ. nonò quæritur, Hieron. Roderic. dicta reſ. 10. num.39.

40 Ab inhibitione conceditur appellatio, Mandoſ.de inhibit.quæſt. 76. Ricc.deciſ.37.poſt num.6.verſ. Sed his non obſtantibus. Sunt plures alij caſus, in quibus poteſt appellari à ſententia interlocutoria, de quibus loquuntur Afflict. in c. ſi inter Domin. num.97. de inueſt. inter Domin.& Vaſſal.lib.1.Guid Pap.deciſ.75. Lancel.de attent.appel. pend. cap.12.limit.1.Menoch. remed.4. adipiſc.quæſt.99. nu.822. cum ſeqq. Viu. deciſ.302. Grauat. ad Veſtr. lib.7. cap.3. num.46. Tiber. Decian. reſp.62. vol.5. Gonzal. ad Reg.8. cancel. gloſ. 9. §. 1. in annot. num.191. & ſeqq.Salgad. de prot. Reg. tom.1. par.2. cap.1. nu.4. cum ſeqq. Velaſc.conſult.47. & ſi num.51. Scac.de appel. quæſt. 17. limit.47. Alexand.Trentacinq. lib.2. var. reſ.13. ſub tit. de appel. Hieron. Roderic. reſ.10. num.33. ad quos me remitto.

41 Et plures caſus damni irreparabilis referunt Ioſeph. Ludouic.deciſ. Peruſ.83.Zerol. verbo appel.6. Quarant. in ſum. Bullar.verbo Archiepiſc.authorit. cap.16.num.20. Surd.deciſ.36. Gonzal. vbi ſupra à num.176. & ſeqq. Scac. dicta limit.47. à num.150.& ſeqq. Salgad. dicta par.2.cap.1. Stephan. Gratian. diſcep. for. cap.7. Piaſec. in prax. Epiſc. par.2.cap.4.num.100. & ſeqq. Ricc. in praxi reſol.405.in 2. edit. Hieron.Roderic. dicta reſ. 10. num.35. cum ſeqq.

CAPVT IV.

Appellatio coram quo iudice proponi debet.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio coram iudice à quo eſt proponenda, aliàs non valet, & nullum eff ectum operatur, excepto caſu neceſſitatis, ſcilicet metus, vel abſentia iudicis.*

2 *Appellatio in abſentia iudicis non valet.*

3 *Appellatio coram iudice ad quem non valet, niſi quando non poteſt haberi copia iudicis à quo, nec iudex ad quem debet audire appellantem, ſi non conſtat ſibi coram iudice à quo propoſitam fuiſſe appellationem.*

4 *Et ſi plures ſint iudices, an coram omnibus proponi debeat appellatio.*

5 *Appellatio proponi poteſt coram iudice ad quem in defectu iudicis à quo,vel coram honeſtis viris,ſi iudex ad quem eſt abſens.*

6 *Appellatio fieri poteſt coram honeſtis viris, ob timorem, vel abſentiam iudicis à quo, præmiſſa proteſtatione.*

7 *Appellatio vt poſſit fieri coram honeſtis viris, quæ requirantur.*

8 *Appellatio à diffinitiua facta in continen-*

nen-

nenti poteſt fieri viua voce ſi eſt facta in præſentia iudicis, ſedente pro tribunali, ſecus ſi ex interuallo, aut appellatio ſit probibita, quia debet fieri in ſcriptis, idem dicitur de appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, & n. 9.

10 *Appellationi factæ viua voce in continenti an attendi debeat, an verè potius appellationi in ſcriptis infra decennium factæ.*

11 *Appellatio ab interlocutoria ſemper debet fieri in ſcriptis, & tunc incipiunt verè fatalia, quando infra decennium appellatur in ſcriptis, & ſufficit, quod iudici, vel actuario porrigatur, licet non legatur, ſed an hæc procedat etiam in cauſis ſummarijs, ibidem.*

12 *Appellationi friuolæ non debet iudex à quo def rre, & declaratur, quando appellatio ab interlocutoria dicatur friuola, tamen ſi iudex detulerit abdicat à ſe iuriſdictionem.*

1 APpellatio coram iudice à quo eſt proponenda, cap. vt debitus, extra de appel. Mandoſ. in addit. ad Lap. alleg. 38. in verbo in præſentia. Rota apud Farinac. deciſ. 593. num. 2. part. 2. recent. prax. Epiſc. par. 1. verbo appellatio, §. 3. Scac. de appel. quæſt. 6. à num. 1. & ſeqq. Coram quo proponi etiam debent cauſæ grauaminis ſpecialiter, ſi appellatio eſt ab interlocutoria. Marant. in ſpecul. par. 6. actu 2. num 133. Surd. conſ. 228. num. 1. Veſtr. in praxi lib. 7. cap. 3. num. 27. & ibi Grauat. num 57. Lancel. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. appel. pend. ampliat. 15. princ. num. 1. & limit. 50. princi. num. 184. Scacc. de appel. quæſt. 6. & hoc non ſolum ob reuerentiam illi debitam, vt in dicto c. vt debitas, ſed etiam, quia iudici à quo ſpectat cognitio an deberet deferre, vel non deferre appellationi, ita poſt alios Maſtril. deciſ. 186. par. 2. Et ille etiam debet deliberare, quales Apoſtolos debet dare. Franch. in c. conſtitutus ſub num. 19. de appellat. & hanc cognitionem, prout eſt quid facti, licèt prout eſt quid iuris, ſcilicet pronunciare ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia appellationis, ſeu an ſit legitima, vel illegitima ſpectet ad Iudicem appellationis, Maſtril. vbi ſupra num. 9. Scacc. de appel. quæſt. 11. ar. 1. nu. 1. & ſeqq. de qua re infra c. 7. in principio redibit ſermo, & nō valet appellatio in abſentia iudicis, licet poſtea ipſi intimetur, vt exiſtimant DD. citati à Sanch. lib. 3. c. vnico dub. 32. num. 127. ſed debet interponi coram eo, aliàs eſt nulla, & nullum effectum operatur, neque ſuſpenſiuum, neque deuolutiuum, Socc. conſ. 45. num. 1. lib. 1. Gutier. practicar. lib. 1. quæſt. 102. nu. 1. Gram. deciſ. 36. num. 77. Lancel. de attent. par. 2. c. 12. de attentatis appellatione pendente ampliat. 15. num. 2. & 3. & limit. 50. princ. num. 7. & num. 184. Scacc. de appel. quæſt. 6. num. 6. Barboſ. in c. ſuggeſtum n. 5. de appel. Farinac. in deciſ. Rotæ recent. 396. num. 3. par. 2. excepto caſu neceſſitatis, ſcilicet, vel propter iuſtum, c. iuſtus de appel. vel propter iudicis abſentiam, c fin. de

appel. & ibi gloſ. verſ. coram,
Clem.1. eodem tit. & ibi gl. verſ.
coram, Sanch. vbi ſupra num.128.
& 129. ſubdit, quod ſi Epiſcopus
2 vellet me excommunicare, & ab-
ſens appellem, non valet appella-
tio, & ſic tenebit excommunica
tio poſtea lata, per gl. in dicto c.
ſuggeſtum verſ. in vocem de ap-
pel. nec ſatis eſt appellare coram
iudice ad quem, niſi quando non
3 poteſt haberi copia iudicis à quo
Sanch. vbi ſupra nu.131. per Imol.
in c.fin. num.6. de appel. Neuo ibi
nu.23. & Franch. num.22. & Qua
ranta in ſumma Bullar. verbo Ar-
chiepiſcopi authoritas n.19. quod
ſi quis appellat propter ſuſpitio-
nem ſuffraganei, non debet ap-
pellans audiri, niſi Archiepiſcopo
conſtet coram ſuffraganeo propo-
ſitam fuiſſe ſuſpicionem, & ſequi-
tur Barboſ. in c.ſpeciali num.8. de
appel. idem dicendum eſt, quando
quis appellat a Prouinciale ad Ge-
4 neralē, & ſi plures ſunt iudices co-
ram omnibus eſt interponenda, vel
ſaltē coram maiori parte, & ſi non
inueniantur ſimul, interponi poteſt
ſeparatim, & ſi duo tantum eſſent
iudices, coram omnibus eſt inter-
ponenda; & debet appellatio in-
terponi coram iudice, vel iudici-
bus à quo, ſiue appellatio ſit iudi-
cialis, ſiue extraiudicialis, ſiue
ſit à diffinitiua, ſiue ab interlocu-
toria, aliàs appellatio eſſet nulla,
& nullum effectum operaret neque
ſuſpenſiuum, neque deuolutiuum.
Gutier. pract. lib.1. quæſt.162. Ro-
ta apud Farinac. deciſ.346. par.2.
recent. & nulla eſſet ſententia,
quam proferret iudex ad quem,
Scacc. de appel. quæſt.6. à num.1.
ad num.7. cum alijs ab eo citatis.
Quando autem iudicis præſen-
tia haberi non poteſt, tunc ſufficit
appellare coram iudice ad quē, ſi
eſt præſens. Alias ſufficit appellare
coram honeſtis viris, ſpec. tit. de
appel. §. nunc dicamus ſub num.1.
lib.2. Bald. in l. apertiſſimi ſub n.3.
C. de iudic. Barboſ. in coll. ad c. vt
debitus num.5. de appel. vbi alios
citat, & non eſt perquirendus iu-
dex in horto, vel in *villa*, ſed ſat
eſt, quod perquiratur in loco pu-
blico. Scac. vbi ſupra num.19. &
ſi condemnatus ob iuſtum, ſeu pro-
babilem metum non audet appel-
lare, à ſententia diffinitiua viua
voce, ſtatim lata ſententia coram
iudice à quo ſufficit, vt dicat iudi-
ci, Domine mi *iudex* me grauas
in hoc, & *in* hoc, adducendo gra-
uamina talia à quibus licet appel-
lare, quæ adductio grauaminum
habetur pro ſufficienti appellatio-
ne ſtante iuſto timore appellandi,
c. vltimo & ibi gl. *in* verbo excu-
ſat, & ibi etiam Innoc. de appel.
Sac. dicto c.6. nu.8. etſi ob iuſtum
metum timeat facere prædictam
proteſtationem corā iudice a quo,
proteſtatio habetur pro facta, &
tunc ſtante iuſto timore licèt adſit
Iudex appellari poteſt in ſcriptis
coram honeſtis perſonis, Scac. de
appel. quæſt.6. num.11. Barboſ. in
c. ſi iuſtus num.19. præmiſſa dicta
proteſtatione, quod non audet ap-
pellare coram iudice à quo gl. in
dicto c. vltimo in figuratione ca-
ſus, vel debet proteſtari coram te-
ſti-

ſtibus, quod non poteſt appellare, coram eo, quia timet, vel quia eſt abſens, & hoc ſufficit, ac ſi appellatio eſſet interpoſita coram eo. Angel. Aret. in l. 1. §. libelli num. 5. verſ. ſed dubium, ff. de appel. Scac. dicta quæſt. 6. num. 9. metus autem iuſtus quot modis inducitur, videndus eſt Barboſ. in dicto c. vltimo à num. 4. vſque ad 16. & iudicis arbitrio hoc relinquitur. Scacc. vbi ſupra n. 14. Multa requiruntur in hac appellatione coram honeſtis viris, primò, quod proteſtatio prædicta, tempore congruo ſit facta, ideſt infra decem dies; niſi propter metum non potuiſſet infra dictum tempus appellare, neque coram honeſtis viris, quia tunc non currit tempus decem dierum ad appellandum. Franch. in dicto c. vltimo n. 32. Scac. dicta quæſt. 6. num. 39. ſecundò, quòd contineat cauſas metus, & non eſt neceſſarium, quòd contineat cauſas cauſæ, niſi poſtea in proſecutione cauſæ. Et ſufficit expreſſio cauſæ in genere, vt puta, iniqua ſententia eſt lata contra me, nec audeo appellare, & hoc proteſtor coram vobis. Scac. dicta quæſt. 6. ex dicta gl. fin. c. fin. & quod pars, iuſtè timens de iudice poſſit appellare coram probis viris, licet adſit iudex. Surd. deciſ. 28. num. 15. & hoc procedit etiam ſi ipſe, cui opus eſt appellare fuerit cauſa ipſius metus, & ſui culpa inciderit in metum. Scacc. vbi ſupra num. 15. poſt Franchum ibi citatum, & ſiue metus inferatur à iudice, ſiue à partibus, idem num. 16. & ſi non conſtat de metu, vel abſentia iudicis à quo, appellatio coram honeſtis viris non valet. Gratianus diſcept. for. 101. Et in omnem caſum, quo poſſit appellari coram honeſtis viris, ſufficit appellare coram vno honeſto viro; puta ſacerdote, & teſtibus. Abb. in dicto c. vltimo num. 3. de appel. Butr. nu. 14. Dec. nu. 4. Grauat. ad Veſtr. lib. 7. c. 3. n. 68. Scac. dicta quæſt. 6. n. 23. Barboſ. in collect. ad dict. c. vltimo n. 21. & quod ſufficit appellare coram notario, vno honeſto viro, & teſtib. Scac. ibidem. Coſta remed. ſubſid. 60. verſ. 3. Lap. alleg. 39. n. 8. & 9. Tuſc. lit. A. concl. 351. n. 7. Capell. Tholoſ. deciſ. 500. Coſta vbi ſupra n. 4. Tertiò, quod talis proteſtatio, ſeu appellatio intimetur iudici, & parti, ſed hæc intimatio non requiritur pro appellationis validitate, ſed quo ad effectum attentatorum. Franch. ſupra n. 42 Surd. conſ. 228. num. 17. in fine, Achil. de Graſſ. deciſ. 9. aliàs 235. nu. 2. de appel. Rota deciſ. 38. de appel. in nouis, Lap. alleg. 39. n. 3. & 10. Coſta vbi ſupra num. 5. Miſſing. cent. 4. obſeru. 44. quod etiam procedit in appellatione extraiudiciali. Rota dicta deciſ. 38. aliàs 309. de appel. Scac. vbi ſupra n. 33. aliàs non operatur remedium ſuſpenſiuum, nec cauſat attentata, nec dicitur cauſa appellationis pendere, niſi prius appellatio fuerit intimata, & valent geſta per iudicem poſt appellationem, ante intimationem, Anchar. conſ. 158. n. 31. Franch. dicto c. vltimo num. 42. & 50. Gratian.

diſcept.for.c.10. num.10. Lancel. & loquendo de appellatione extraiudiciali Rota d.deci.38.aliàs qu.30. in nouis. Niſi aliter eſſent conſcij de appellatione; ſufficit enim, quod veniat qualitercumque ad eorum notitiam.Franc.vbi proximè n.46. Lancel. d. ampliat.15. n.28. & 29. Scac. d.q.6. n.35. Imò non eſt neceſſaria intimatio,quando non appellat propter iuſtum timorem, quia ſicut iuſtus timor excuſat ab appellatione facienda, ita excuſat ab intimatione appellationis. Scac. ibidem n.36. Nec eſt neceſſaria intimatio, ſi appellans dū vult iudici intimare appellationem,noluit ipſe audire. Scac. vbi ſup. in 3.reſtrictione; poſt Franchum,& Lancellottum. Quartò, quòd iſtæ honeſtæ perſonę non faciant decreta, quæ ſpectant ad iudices, prout ſunt admittere appellationem, literas citatorias atque inhibitorias cōmittere. Mar.Ant. Amat.deciſ.100. ſupradicta requiſita congerit, Ricc. collect.1355. Barboſ.d. c. vltimo n.20.de appel. & in hoc caſu honeſti viri, qui dicātur iudicis arbitrio relinquitur, Menoch.de arbitr.li.2. cent.1.caſu 69.n.9.Lancel. d.ampliat.15.n.47. Sanch.conſ.mor.tom.1.lib.3.c.vnico dub.32. num.138. Barboſ. vbi ſupra,num.22. Quando appellatio eſt extraiudicialis facta à iudice extraiudicialiter procedente, valet facta coram honeſtis viris ſine cauſa, C. vt circa de elect. in 6. Lap.Aleg.39.n.3.verſ. quando appellatur,Tuſc.lit.A.concl.351.n.6.

5 Quando appellatur incontinenti à diffinitiua, ſcilicet tempore ſententiæ, & in præſentia iudicis ſedentis pro tribunali ſufficit appellare viua voce, & dicere appello, ſine cauſæ expreſſione, & dicendo appello, ſubintelligitur, appello à te, à ſententia, quā protuliſti contra me. Ricc. in praxi for. Eccleſiaſt.reſ.407. in 2.edit.Scac.de appel. q.3. n.15. cum alijs ab eo citatis, tamen ſi appelletur ex interuallo proponenda eſt in ſcriptis, l. 1. §. fin. cum l.ſeq. ff. de appel.notatur in c. cum Eccleſia de appel. Mich.Graſſ.tom.2.com.opin.lib.7. tit.21.q.93. Cald.Pereir. de Empt. & vend.c.6.n.18.in med.in ſcriptis etiam proponenda eſt hæc appellatio à diffinitiua, quando non eſt facta in præſentia iudicis,quamuis ſit facta incontinenti; vnde Sanch. in opuſc. lib.3. cap. vnico dub.32. n.293.vbi ita dicit,Iudex Eccleſiaſticus protulit ſententias, vt quidam vinctus, ſeu carceratus reſtitueretur Eccleſiæ, à qua fuit extractus, hæc ſententia *fuit notificata iudici laico,qui dixit notario* hæc verba,ſcribe,quod appello,& nihil aliud faciendo tranſacti ſunt dies decem,quibus tranſactis, iudex Eccleſiaſticus protulit ſententiam excommunicationis contra iudicem ſæcularem, niſi reſtituat carceratum infra 24.horas, à qua ſententia, etſi iudex ſæcularis appellaſſet, tranſactis 24.horis, non obſtante appellatione, iudex Eccleſiaſticus illū excommunicauit, quæ excommunicatio fuit valida, quia illa prima appellatio nō fuit valida,ex quo non fuit redacta in ſcri-

ſcriptis, & quamuis eſſet facta in continenti, non tamen fuit facta in præſentia iudicis, vel quando eſt prohibita a lege, vel ab homine, quamuis incontinenti proponatur, alias non valet, Spec. tit. de execut. ſent. §. nunc dicendum, verſ. numquid, gl. in c. Rom. §. ſin autem de appel. in 6. Franch. in c. cũ ſpeciali §. porro n. 6. extra eodem tit. non vt ipſa ſit de forma appellationis a diffinitiua, ſed ad hoc, vt iudex a quo deferat appellationi, gl.
6 in d. §. ſin autem, & Franch. d. n. 6. quia quando appellatio eſt prohibita, appellans habet iuris pręſumptionem contra ſe, vnde iudex non tenetur eius appellationi deferre, n ſi alleget iuſtã cauſam. Marant. in ſpec. par. 6 actu 2. de appel. n. 143 & quod dictum eſt de diffinitiua, intelligi debet etiam de interlocu-
6 toria habẽte vim diffinitiuæ. Natta conſ. 92. n. 3. in fin. Marant. vbi ſup. n. 130. Seac. de appel. q. 4. n. 12. & ideo ſi quis appellaret a diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ viua voce in continenti, & poſtea
7 appellaret in ſcriptis infra decem dies, tunc prima appellatio valeret veſtita poſtea ſcriptura, & fatalia inciperent currere non a die ſcripturæ, ſed a die appellationis viua voce in continenti. Bald. conſ. 425. n. 4. lib. 3. Caſtr. conſ. 7. per totum lib. 1. Roman. conſ. 41. n. 2. Tuſc. lit. A. concl. 365. n. 4. etiãſi in appellatione viua voce facta in continenti reſeruauit appellãre in ſcriptis, & in ſcriptis poſtea appellauit. Quia prima influit in ſecundã, quæ veſtit primam, & fatalia ad proſe quendam appellationem currunt a prima, & inſtãtia defertur a tẽpore primæ, non a tempore ſecundæ. Bal. d. d. nu. 4. Caſtr. d. conſ. 7. Tuſc. vbi ſup. n. 5. qui n. 6. cũ Baldo reſtringit; Niſi in ſecunda appellatione in ſcriptis facta prima appellatio eſſet reformata, quia attẽderetur ſecunda emendans primã, & quoties interponũtur plures appellationes, ſemper attenditur prima ſi eſt valida. Quia qui primò validè appellauit, ſuperfluè appellat iterũ, vnde inſtantia currit a die primæ. Bald. vbi ſup. n. 3. ſi verò prima non eſſet valida, & ſecunda valida, attenditur ſecunda, & non prima. Bald. vbi ſup. in princ. Tuſc. d. conc. 365. n. 1. & 2. & quando appellatur in ſcriptis, ſat eſt appellare vbicũque inuenitur iudex l. 1. §. dies, ff. quando appellat, Sanch. li. 3. opuſc.
8 c. vn. dub. 32. n. 69. Ab interlocutoria indiſtinctè appellatio in ſcriptis proponẽda eſt, ſiue incõtinenti ſiue ex interuallo appelletur, & in appellatione exprimẽda eſt ſpecialiter cauſa rationabilis, ob quã appellatur, c. 1. de appel. in 6. vbi gl. in verbo interlocutoria, alias non valet appel. c. cord. nob. de appel. in 6. vbi quod de neceſſitate maximè de iure canonico debet interponi in ſcriptis. Marant. in ſpec. p. 6. actu 2. princ. de appel. n. 126. & pro forma requiritur appellatio in ſcriptis, in certa cauſa iuſtificatoria grauam. Bald. conſ. 44. n. 6. li. 3. Caſtr. cõſ. 237 l. 2. Et ſi non appellat in ſcriptis, ſed dicit notario actorũ, ſcribe qualiter ego appello, & c. non valet hęc appellatio, & ſententia tranſit in rem

Mmmmmm 2 iu-

iudicatam poſt decendium. Franc. in dicto.c. vt debitus n.12. Maranta vbi ſupra n.129. Miſſing. cent.3. obſeru.15. n.15. Scac. de appel. q.4. n.5. vbi quod non ſufficit ſi appellans faciat appellationem redigere in ſcriptis per Notarium, nec ſufficit infra decem dies in ſcriptis inſinuare iudici appellationem, quia aliud eſt appellare, & aliud appellationem inſinuare, nec ſufficit viua voce appellare, & cauſam grauaminis proponere in ſcriptis, aut è contra appellare in ſcriptis, & cauſam grauaminis viua voce proponere; ſed copulatiuè requiritur, vt appellatio fiat in ſcriptis, & cauſa grauaminis proponatur etiam in ſcriptis. Alias appellatio eſſet nulla, ita iudicatum refert Græueus ad Gail. concl.119.n.56. licèt poſſit appellare in ſcriptis, & poſtea infra decendium proponere cauſam grauaminis in ſcriptis, nam tunc illa prima appellatio efficitur efficax per ſecundam ſcripturam, proponentem cauſam grauaminis, & ab ea incipiunt currere fatalia, ex quibus videtur reiecta opinio Io. Ferrar. Mont. de appel. cap.4. num.42. aſſerentis, appellantem poſſe reſeruare ius in ſcriptis, ſibi declarandi cauſas grauaminis, & non expreſsè eam allegare. Et hæc appellatio in ſcriptis poteſt iudici à quo præſentari infra decem dies, quacumq; hora, loco, & die infra dictum terminũ, & etiam ſoli notario. Marant. vbi ſupra n.122. & 128. & coram iudice porrecta ſufficit, licet ab eo nõ legatur, c. appellatio de appel. in 6. Sanch. vbi ſup. n.179. Bernar. Græue ad pr. cameræ imper. li.1. conc. 119. conſid.1. n.34. Barboſ. in d.c. appellatio n.5. Abb. cõſ.28. n.2. li.1. Tuſc. lit. A. concl.350. n.10. Sed an hæc procedant, quando cauſa eſt ſummaria? Angel. conſ.267. Franc. in d.c. vt debitus n.17. Marant. vbi ſup. n.154. Oſaſ. deciſ. Pedam. 1. n.32. Tuſc. lit. A. conc.360. in fine, dicunt quod quando cauſa eſt ſummaria poteſt fieri ſine ſcriptis, & ſine expreſſione cauſæ, & idem dicunt, quando cauſa eſt commiſſa ſola facti veritate inſpecta. Ferrar. Montan. de appel. c.4. nu.32. Græu. ad Gail. li.2. conc.119. poſt n.38. & 58. aſſerentes, quòd tunc viua voce ab interlocutoria, etiam ex interuallo appellari poteſt, vnde Regulares non tenentur de rigore appellare ab interlocutoria in ſcriptis, & cũ expreſſione cauſæ, ſed contrarium tenet Scac. vt ſupra n.11.

9 Et non debet iudex a quo admittere appellationem friuolam, & friuola cenſetur appellatio ab interlocutoria, quæ in ſententia diffinitiua, aut per ſententiam diffinitiuam reparari poteſt. Scacc. de ſent. & re iud. gl.14. qu.14. nu.45. & Zerol. in prax. Arch. Neap. verbo appel. p.1. verſ. ad nonum, & verſ. ad decimũ, dicit, quod Epiſc. appellationi deferre nõ tenetur, niſi in illis trib. caſib. permiſ.a Conc. Trid. ſeſſ. 24. c.20. et Sac. Cong. cenſuit, quod non eſt inhibendũ Epiſcopis in aliqua cauſa, quæ ſit corã eis in prima inſtantia, vel deferendũ appellationi, niſi in dict. trib. caſib. refert Zerol. vbi ſup. Hier. Roderi. cõſ. reſ.10. n.22.

n. 22. & ſi aliter fiat, debet reijci. Ioſeph. a S. Maria in tribunal. relig. tract. 5. c. 6. §. 3. Barboſ. vot. deciſiu. n. 66. & eſt nulla, vnde non impedit executionem, nec cauſam deuoluit, nec effectum aliquem operatur. Tuſc lit. A, conc. 397. nu. 11. & ea nõ obſtãte procedere poteſt iudex abſque vitio attentatorũ. Maſcar. de probat. conc. 148. num. 31. Farin. q. 38. n. 23. Dummodo non deferat huiuſmodi friuolæ appellationi, quia ſi defert, abdicat a ſe iuriſdictionem, & ligat ſibi manus, c. cum appellationibus, de app. vnde etiã, quod appellatio ſit nulla, ſine expreſſione cauſæ rationabilis, & ſine ſcriptis, ſi detulerit appellationi, cauſa deuoluitur ad iudicem ad quem. Scac. de iudi. c. 97. n. 124. Aufrer. ad Cap. Tholoſ. q. 177. n. 5. Farin. q. 101. num. 106. Baiard. q. 94. n. 14. idem Scac. de app. q. 17. limit. 36 nu. 4.

CAPVT V.

Appellationis libellus, quæ continere debet.

SVMMARIVM.

1 *Libellus appellationis debet continere nomen appellantis, iudicis à quo, & ad quem, quando non eſt certus, ſententia à qua appellatur, petitio apoſtolorum, dies appellationis, & quod fiat infra decem dies, à die ſententiæ.*

2 *Tempus decem dierum ad appellandum à principio eſt utile, ſed poſtquam incipit currere, eſt continuum, & n. 3.*

4 *Tempore decem dierum ad appellandum elapſo, ſententia tranſit in rem iudicatam, & non deuoluitur iuriſdictio ad iudicem ad quem, & numero 5.*

6 *Tempus decem dierum reſtringitur ad appellandum in omni ſententia, ſiue iudiciali, ſiue extraiudiciali, ſiue ab interlocutoria, ſiue à diffinitiua, ſiue facta coram iudice à quo, ſiue coram iudice ad quem, in abſentia iudicis à quo, ſiue coram honeſtis viris.*

7 *Nullitas ſententiæ acceſſoriæ ad appellationem debet proponi etiam infra decem dies.*

8 *Appellatio à ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam debet etiam proponi infra decem dies, quibus tranſactis non poteſt proponi niſi per viam querelæ coram ſuperiore non habente iuriſdictionem limitatam in cauſa appellationis, & num. 9. & 10.*

11 *In ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, poteſt proponi querela coram eodem iudice etiam poſt decem dies, & infra triginta annos, aut in perpetuum, ſi agatur de animæ periculo, & n. 12*

13 *Appellatio infra decem dies eſt facienda etiam in ſententia conditionali, excepta ſententia cenſuræ.*

14 *Sententia interlocutoria quoad iudicem non tranſit in rem iudicatam, & poteſt reuocari etiam poſt decem dies.*

Ampliatur in interlocutoria, ſine cauſæ cognitione, vt non tranſeat neque quoad partes, & numero quintodecimo.

16 Ap-

16 *Appellatio poteſt fieri etiam poſt decem in comminationibus.*

17 *Appellatio poteſt fieri à legitimè impedito etiam poſt decem dies.*

18 *Tempus decem dierum ad appellandum non currit pendente cauſa nullitatis principaliter tentata.*

19 *Appellatione deſerta competunt alia rem dia.*

20 *Tempus decem dierum ad appellandū non tranſit in grauamine ſucceſſiuo quamdiù illud durat, intellige vt hîc declaratur.*

21 *Appellatio poteſt fieri etiam poſt decē dies, in ſententia excommunicationis.*

22 *Appellatio ab actis factis à iudice ſuſpecto poſtquā eſt allegatus ſuſpectus poteſt fieri poſt decem dies.*

1 Libellus, ſeu ſchedula appellationis debet plura pro forma ſubſtantiali continere; primò, nomen appellantis; ſecundò, nomen iudicis à quo; & ſufficit continere nomen dignitatis. Tertiò, nomen iudicis ad quem, quando iudex nō eſt certus, ideſt quando appellans poteſt appellare ad plures iudices immediatos; nam tunc debet declarare iudicem infra tempus decem dierum datum ad appellandum, ſed quando iudex immediatus appellationis eſt certus, quia vnus eſt iudex ad quem immediatus, expreſſio non eſt neceſſaria; & ſemper intelligitur appellatio facta ad iudicem ſuperiorem immediatum, & non ad mediatum. Quartò, debet continere ſententiam à qua appellatur, ſeu exprimendo rem ſuper qua lata eſt ſententia, aut exprimendo diem latæ ſententiæ, nempè dicendo, appello à ſententia lata per vos tali die, &c. ſeu alio modo exprimere, & demonſtrare identitatem ſententiæ, à qua appellatur, & ſi exprimatur res, & error fieret in dies, valida erit appellatio, quia ſufficit vt ſit certa per expreſſionem rei. Quintò, debet continere petitionem apoſtolorū inſtanter, & inſtantiſſimè, & non eſt neceſſarium vt iſta petitio apoſtolorum facta ſit in ipſa appellatione, qui apoſtoli peti debent etiā in appellatione extraiudiciali, ſi appelletur a iudice procedente extraiudicialiter, c. concertationi, de app. in 6. Scac. de app. q. 13. n. 32. Sextò, continere debet dies vt appareat, an ſit appellatum infra legitima tempora; & ſi appellatio facta ſit vltima die decendij conceſſi ad appellandum, debet continere horam, & punctum quia dictus terminus decem dierum currit ab hora ſententiæ, de momento ad momentum. Gail. l. 1. obſeru. 139. nu. 15. Myſing. cent. 6. obſeru. 12. n. 1. & 2. Honded. conſ. 83. n. 86. vol. 1. Viu decis. 266. n. 2. Tuſc. lit. A, conc 354. nu. 13. & ſeq. & appellatio debet fieri ante lapſum horæ vltimi diei correſpondētis horæ latæ ſententiæ. Ang. Aret. in l. 1. §. dies autem, nu. 9. ff. quand. app. ſit, &c. Felin. in c. quoad conſul. n. 26. de re iudic. Gail. vbi ſupra. Ruginel. tract. de app. c. 4. n. 14. & appellanti incumbit probare ſe appellaſſe intra tempus decendij; Honded. conſ. 83. n. 87. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gloſſ. 16. n. 8. Suidus conſ. 5. num. 36. Maſcard. de prob at. conc.

conc.114. n.4.& conc. 135 t. nu.10 Quia non præſumitur appellatio intra decendium interpoſita.Honded. vbi ſupra n.85.Couar.pract.c. 23.n.1.verſ.ſecundo. Maſcard.dict. conc.114.n.11.Menoch.lib.2.præſ. 95.n.11.Lanc.de attent. app. pend. par.2.c.12.limit.50.n.197.199. Et cùm ſit de ſubſtantia appellationis doceri debet ab eo,qui ita ſe appellaſſe aſſerit, tum etiã quia eſt quid facti, & ideò non præſumitur; tum etiam, quia eſt ſolemnitas extrinſeca,& ideò probari debet,leg. quæcumque,§.vltimo,ff.de public. in rem action. & vbi probatio requiritur, præſumptio non ſufficit; & ſi appellatio non interponatur infra decem dies,dicitur nulla.Anchar. conſ.341. nu.2. ſicut dicitur nulla ſi non exprimatur, vel notatur dies appellationis. Cald.conſ. 218. aliàs 12. de app. & licet hoc
2 tempus ſit continuum; à principio tamen eſt vtile, & non incipit currere,niſi à die notitiæ, ſeu ſcientiæ latæ ſententiæ.Tiraq.de retr.lign. §.10.n.104. Menoch.conſ.120. n.4. Surd.deciſ.265.n.19. Maſcard. de prob.concl.1200.n.6. Steph. Grat. diſcep.for.161.n.4. Gabr.Pereir.de manu reg.c.22.n.19.Scac.de app.q. 12.n.7.& non currit ignoranti,niſi verè contumax ſit. Scac.ibid. n.48.
3 ſed poſtquam incipit currere eſt continuum,& currit de momento ad momentum, ita vt etiam feriæ includãtur,l.1.C.de ferijs. Lanc.de attent.c.11.n.3.vnde prima dies nõ computatur tota, ſed hora,& punctus diei;v.g. ſententia lata eſt primo die Auguſti,hora 10.die 10.Auguſti hora 10. tranſactũ eſt decendium,& qui prętextu impedimenti ſe vult iuuare non appellando infra decẽdium, debet probare, quod impedimentum fuerit tale, vt illud remouere non potuerit.Crau.conſ. 270.n.1.Gozad.conſ.38.n.11. Socc. conſ.76.n.79.vol.1. Menoch.conſ. 101.116. & quod impedimentũ allegatum fuit cauſa immediata non appellãdi,aut faciendi illud,de quo quæritur. Caput.dec.40.n.5.par.2. Boer.dec.40.n.4. Salg.de prot.reg. t.1.p.2.c.13.ex n.253.cum ſeq.
4 Elapſis decem diebus ad appellandum ſententia ipſo iure tranſit in rem iudicatã etiam non ſequuta aliqua declaratione iudicis ſuper re iudicata,& deſertione. Et ideò nõ auditur volens appellare poſt decem dies, eò quod nondum eſſet declarata appellatio deſerta,nam deſerta inſtantia appellationis appellatio ſub prætextu grauaminis momentanei non admittitur,& eſt nulla.Scac.de app.q.12.n.143.& ſi ſententia à iudice appelat ionis feratur,non valet. Clem.ſi appella-
5 tionem;quia iuriſdictio non deuoluitur ad iudicẽ ad quẽ,per appellationem factam poſt decem dies, quia ſententia,quando non fuit appellatum infra decem dies, eſt res iudicata.Couar.pract. c.23.n.2. & eſt exequenda.Menoch.lib.1. præſ. 91. n.1. & quod condemnatus ſi infra decem dies non appellat faciat tranſire ſententiam in rem iudicatam, dicunt etiam Corn. conſ.262. lib.4.Menoc.de præſ.lib.1.præſ.94. num.5.Crauet.conſ.103.numero 1. Gail. lib.3. obſeru.139. nu.2.Rota apud

apud Farin. deciſ.81.n.1. par.1. recent. Imò ſi cùm poſſit non appellat, conſentire ſententiæ videtur; c.cum inter, & ca.quoad conſultationem,& ibi Doctores, extra de appell.l.vltima, ff.quando appell. gl.pen.in c.2.de conceſſ.præb. Couar.de ſponſ.p.2.c.8.§.vltim.nu.18. Maſcard.de probat.conc.117.num. 29.& conc.1263.num.23.Menoch. lib.2.p æſ 94 Rota deciſ.64.par.4. diuerſ.licet poſſit dicere de nullitate. Federic.de Sen. conſ.102. col.1. in fine, de qua poteſt etiam dicere ſi appellauit, & appellationem nõ eſt proſecutus. Crauet.conſ.108.in fine.

6 Concluſio ergo eſt, quod infra decem dies debet quis appellare ab omni ſententia,ſiue diffinitiua,ſiue interlocutoria.Scac.de app. qu.12. num. 84. & à grauamine ſiue iudiciali,ſiue extraiudiciali,qui infra decem dies computantur prolatione ſententiæ in iudicialibus, ſeu illati grauaminis in extraiudicialibus,l.1.§.quod in ſententijs, ff.quãdo appellandum,auth.hodie, C. de app.c.ſignificauerunt extra de teſtib.c.cum dilectus,in fine,extra de elect. c.concertationi, de app.in 6. Clem. ſicut eodem tit. & procedit hæc concluſio, etiam in appellatione coram honeſtis viris, & coram iudice ad quem, in abſentia iudicis a quo. Scac.dicta quæſt.12. num. 107.108.109. quę concluſio aliis modis ampliatur, & limitatur.

7 Ampliatur primò, vt infra decem dies appellare debeat, ſi in cauſa appellationis vult probare nullitatem ſententiæ. Nam licet nullitas principaliter deduci poſſit de per ſe, abſque appellatione; Tamen quando deducitur acceſſoriè ad appellationem,& per viam appellationis,debet appellare,& probare appellaſſe infra decem dies. Io: Andr.in c.dilecto,num.5. de appel. & ibi etiam Franch. num. 3. & 4. Vant. de nullit.tit.à quo, & quibus mod.ſub n.20.

8 Ampliatur ſecundò, vt habeat locum concluſio etiam in ſententiis, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, gl. & ibi Panorm. in c. ad reprimendum in verſ.ſuſpendatur,de offic.ordinar. Rota deciſ.48. nu.4. de app.in nouis.Marant.in ſpec.tit. de ſent.nu.155. & licet multæ ſint ſententiæ, quæ non tranſeunt in rem iudicatam. Marant. vbi ſupra à num.130.vſque ad n.154.qui enumerat 24.caſus,in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam; & Scac.de iudic.quæſt.97. poſt n.131 qui alios caſus recenſet. Tamen non per hoc ſequitur, quod poſſit ab eis appellare ſuſpenſiuè, aut deuolutiuè poſt lapſum decem dierũ. Quia ad hunc effectum prçcludendi viam appellationis, & eam aperiendi paratæ executioni tranſeunt in rem iudicatam. Ita vt poſt elapſos decem dies,non admittatur appellatio, & ſic non poteſt ſuperior adiri via appellationis, ita poſt alios Scac.de app.quæſt.12.num.67. & 81.& ideò quoad hunc effectum omnes ſententiæ ſunt eiuſdem naturæ,nulla inter eas conſtituta differentia.

9 Sed differentia eſt in hoc, quod de iniu-

iniuſtitia ſententiarum, quæ non
tranſeunt in rem iudicatam, agi
poteſt coram ſuperiore tantũ per
viã quærelæ, non obſtante re iudi-
cata. Per viã autẽ appellationis a-
gi nõ poteſt poſt decendiũ. Idcirco
ſuperior, qui per viam quęrelę po-
teſt cognoſcere, non debet habere
iuriſdictionem limitatam in cauſis
10 appellationis tantum, ſed debet
habere iuriſdictionem primarum
cauſarum non habentem limitatã
iuriſdictionem. Vnde cauſa ab E-
piſcopo, non poteſt deferri ad Ar-
chiepiſcopum per viam quærelæ;
Quia Archiepiſcopus eſt iudex ap-
pellationis tantum. Abb. in c. La-
tor ſub n. 10. de ſent. & re iudicata.
11 Et poteſt de ea cognoſcere idem
iudex, gl. in Clem. 1. de iure patr.
Caſtr. in l. fin. num. 16. C. de edict.
diu. Adrian. toll. Marant. in ſpe-
cul. actu 2. vbi de appel. num. 16.
Scac. dicto c. 97. num. 131. vbi quod
quærela interpoſita, & per iudi-
cem præmiſſa ſummaria cognitio-
ne, an allegetur aliqua veriſimi-
lis, & probabilis cauſa poterit ipſe-
met iudex ipſum quærelantem re-
ſtituere in integrum, & ipſum au-
dire denuò; quæ ſententiæ non
tranſeuntes in rem iudicatam per
viam quærelæ poſſunt reuocari,
quandocumque intra ſpacium tri-
12 ginta annorum, ſi in eis non agi-
tur de animæ periculo. Aliàs ſi de
periculo animæ agatur in perpe-
tuum reuocari poſſunt. Scac. dicto
n. 131. cum alijs ab eo citatis. Am-
13 pliatur tertiò, in ſententia condi-
tionali; quæ debet interponi à die
latæ ſententiæ infra decem dies, &
non à die conditionis. Lancel. de
attent. par. 2. c. 12. limit. 50. n. 104.
Scac. d. cap. 12. n. 111. & de ſent. &
re iudic. gl. 14. q. 14 n. 1. 2. & 5. ni-
ſi in ſententia cenſuræ, quia poteſt
ab ea appellari etiam poſt decem
dies, ante tamen euentũ conditio-
nis, Scac. d. q. 12. n. 111. quæ appel-
latio ante euentum conditionis ſu-
ſpendit idem nu. 113. Nald. verbo
appellare n. 4. Sanch. opuſc. lib. 3. c.
vnico dub. 32. nu. 26. Diana par. 3.
tract. 9. reſ. 64. de alijs ampliãtibus
circa hanc materiam videndus eſt
Scac. d. q. 12. à n. 57. vſque ad n. 144.
14 Limitatur tamen 1. in ſententia
interlocutoria quo ad iudicem,
quę quo ad eum non tranſit in rem
iudicatam; quia poteſt ex ſe reuo-
care dictam ſentẽtiam etiã poſt de-
cem dies, quando interlocutoria
ſperat poſt ſe aliam ſententiam,
Socc. in l. quod iuſſit n. 68. & 69. de
re iudic. Alex. ibidem col. 5. Ma-
rant. in ſpecul. par. 6. tit. & demum
fertur ſententia n. 46. Secus ſi non
ſperat aliam ſententiam poſt ſe idẽ
Marant. & ſequitur Scac. de iudic.
c. 97. n. 105. Nec ad inſtantiam par-
tis poteſt reuocare ſententiam in-
terlocutoriam tranſactam in rem
iudicatam. Abb. in c. cũ ceſſante n. 9
de appel. Scac. de appel q. 12. n. 96.
15 Limita 2. in interlocutoria lata
ſine cauſæ cognitione, quia hæc
numquam tranſit in rem iudica-
tam, etiam quo ad partes. Franch.
in d. c. cum ceſſante num. 10. Scac.
dicta q. 12. n. 160.
16 Limita 3. in cõminationibus, a qui
bus poteſt appellari etiam poſt de-
cem dies. Franc. d. c. ceſſante n. 6. in
fine.

Digitized by Google

17 fine. Scac. dicta q. 12. n. 159. Limita quartò, in legitimè impedito, etiā facto iudicis, aut aduerſarij, qui propter impedimentum non potuit interponere appellationem infra decem dies, dummodo proteſtetur, quod propter dictum impedimentum non poteſt appellare. Menoch. conſ. 100. n. 118. Maſcard. conc. 5. n. 22. Flamin. de reſign. lib. 11. q. 13. n. 20. Scac. dict. q. 12. n. 167.
18 Limita quintò, ſi aliquis agens principaliter, dicit ſententiam nullam, quia pendente cauſa nullitatis non currit tempus decem dierum ad appellandum. Tiraq. de retract. lignag. §. 4. gl. 3. n. 2. etiam quod agens ſuccumbat, dummodo non egerit calumnioſè, aut ex cauſa improbabili. Scac. dicta q. 12. nu. 169. poſt alios, quos citat; contra Guid. Papam, & Lancellotum contrariū tenentes, idem dicit n. 170. penden-
19 te articulo, an appellatio ſit deſerta, ſeu non. Limita ſextò, quoad alia remedia; nam licet non poſſit appellare poſt lapſum decendij, poteſt tamen agere vſque ad 30. annos, per viam nullitatis, & quærelæ; poteſt etiam implorare officium iudicis, & petere reſtitutionē in integrum. Scac. ibid. n. 173. & in caſibus, in quibus poteſt interponi appellatio poſt lapſum decem dierum à die prolatæ ſententiæ, non operatur vt geſta ante appellationem, reuocari poſſint via attentati, ſed ſolùm poſſunt reuocari per viam iuſtitiæ, docto, & cognito de
20 ea. Veſt. in prax. li. 8. c. 4. n. 9. Limita ſeptimò, vt concluſio procedat in grauamine momentaneo, non autem ſucceſſiuo, vt in captura, carceratione, & ſimili; quia quandocumque conceditur appellatio, cùm ſemper dicatur eſſe infra decē dies, quamdiù illud durat; intellige tamen niſi fuerit pronunciatum ſuper carceratione; quia debet appellare à die pronunciæ, infra decem dies. Marant. in ſpec. par. 2. actu 2. vbi de app. n. 205. Grauat. ad Veſtr. lib. 7. c. 3. n. 56. Nec procedit ſi appelletur ex cauſa grauaminis ſucceſſiui de præterito, ſed tantum ex cauſa grauaminis de præſenti. Nec procedit quando quis eſt carceratus pro cauſa inappellabili, ſeu pro cauſa, pro qua captura eſt permiſſa, quia tunc nec auditur ſi appellat infra decem dies. Scac. vbi ſupra, n. 48. Vnde te-
21 ſtis carceratus vt perhibeat teſtimonium, appellare non poteſt. Limita octauò, in ſententia excommunicationis, quia excommunicatus quotidie grauatur. Scac. dicta q. 12. n. 151. & poteſt ex parte iudicis ſemper reuocari, quia excommunicatio ab homine non poteſt irrogari, niſi ſolùm ob contumaciam. Franc. in c. qua fronte, notab. 2. & in c. reprehenſibilis, not. 1. & 2. de app. & per conſequens eſt interlocutoria, quia venit incidenter ob contumaciam. Maran. in ſpec. par. 6. in 3. parte, vbi decīſor. iudic. nu. 41. Et quando quis petit reuocari ſententiam excommunicationis, quamdiù non reuocatur, poterit appellare, etiam lapſis decem diebus poſt petitionem reuocationis. Scac. vbi ſup. ex Franc. ca. cum ceſſ. n. 6. de app. in appellatione ab actis

factis

factis à iudice ſuſpecto poſtquam eſt allegatus ſuſpectus, ſcilicet ab actis factis infra decem dies numerandos à die actorum à quibus appellat, quia iudex allegatus ſuſpectus procedendo, ſucceſſiuè grauat.

CAPVT VI.

Iudex à quo, an poſſit aliqua facere poſt appellationem intentatam contra ſuam ſententiam diffinitiuam, aut interlocutoriam.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo, licet poſt appellationem à ſententia diffinitiua habeat manus ligatas, nihilominus poteſt multa facere, & n. 2.*

3 *Iudex à quo, poteſt cognoſcere an ſit appellationi deferendum, vel non.*

4 *Poteſt appellanti præfigere terminum ad reddendum pro apoſtolis.*

5 *Poteſt præfigere terminum ad proſequendam appellationem, & ad docendum de proſecutione appellationis, & nu. 15.*

6 *Terminus iuris ad proſequendam, & finiendam appellationem eſt vnus annus, & ex cauſa impedimenti biennium, qui terminus appellatur fatale, quia eius lapſu cauſa efficitur mortua, n. 7. & 8.*

9 *Annus ſecundus ad finiendam cauſam appellationis non conceditur, niſi quatuor concurrentibus.*

10 *Tempus primi anni poteſt iudex à quo abbreuiare.*

11 *Iudex à quo, elapſo anno ad finiendam appellationem poteſt procedere ad executionem ſuæ ſententiæ diffinitiuæ, vel procedere ad vlteriora ſi eſt ſententia interlocutoria, ſed an requiratur citatio appellantis, & interlocutoria ſuper deſertione; multi affirmãt, ſed auctor cum alijs negat, nu. 12. licet appellans poteſt comparere, & ſe defendere, n. 13.*

14 *Deſerta inſtantia appellationis appellatio redditur nulla, & iudex ad quẽ, incompetens.*

16 *Iudex à quo, ſi ei conſtat de proſecutione appellationis in termino ab eo dato poteſt exequi ſuam ſententiam, licet poſſit impediri per iudicem ad quem.*

17 *Iudex à quo, appellatione pendente, poteſt reuocare grauamen, quod ipſemet intulit parti.*

Poteſt etiam examinare teſtes ſenes, & valetudinarios ad perpetuam rei memoriam, n. 18. poteſt mancipare carceribus ſuſpectum de fuga, n. 19. poteſt prouidere inhibendo ne quis in ſua poſſeſſione turbetur, n. 20. poteſt abſoluere excommunicatum, n. 21.

22 *Iudex à quo, quando appellatio eſt prohibita, poteſt eam non admittere, & procedere ad executionem ſuæ ſententiæ, idem facere poteſt in notorijs, nu. 23. & quando dubitat cauſam appellationis eſſe falſam, n. 24. & idem facere poteſt in appellatione à ſententia contra adminiſtratorem loci pij, n. 25.*

26 *Sententia cenſuræ non ſuſpenditur per appellationem, & non obſtante appellatione, poſſunt affigi cedulones, in qua affixione nõ eſt neceſſaria citatio. Limitatur quando per denunciationem excommunicatus plus ligaretur, n. 27 ſecundò, ſi eſſet excommunicatus igno-*

gnoranter, n.28. Tertiò, in excommunicatione lata ſub conditione, nu.29. Quartò, in ſententia declaratoria incurſionis cenſuræ, n. 30. niſi tranſierit tempus ad appellandum, n.31. Quintò, quando factum, pro quo declaratur incidiſſe in cenſuram eſt notorium, quia poſſunt affigi cedulones, nu. 32.

In notorijs, non eſt neceſſaria citatio, nec iuramentum in teſtibus, nec cauſæ cognitio, nec tenetur iudex interloqui ſuper appellatione, vel recuſatione propoſita, ſed de facto poteſt procedere ad vlteriora, n.32

33 *Notoriè conſtare de crimine aliud eſt, & aliud conſtare crimen eſſe notoriè commiſſum.*

34 *Sententia cenſuræ per appellationem ſuſpenditur, ſi iudex detulit appellationi, nec poteſt exequi ſi iudex ad quem inhibuerit.*

35 *Sententia ſuſpenſionis, & interdicti ſuſpenditur in temporalibus per appellationem.*

36 *Appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, in ſententijs interlocutorijs, ſi iudex ad quem non inhibuerit.*

37 *Inhibitio debet eſſe legitima facta cum cauſæ cognitione, aliàs non valet, nec inducit nullitatem actorum.*

38 *Attentata facta à iudice à quo, poſt appellationem à ſententia interlocutoria non reuocantur à iudice ad quem, antequam iuſtificetur cauſa appellationis.*

39 *Iudex à quo, poteſt reuocare ipſam interlocutoriam, & eam reuocando annullat proceſſum factum medio tempore à iudice appellationis; ac etiam ab alio iudice impetrato ab appellante.*

40 *Iudex à quo, poteſt reuocare interlocutoriam, & illatum grauamen quandocumque.*

41 *Sententia interlocutoria reſpectu iudicis non tranſit in iudicatum.*

42 *Appellatio ceſſat ab interlocutoria reuocato grauamine, & iudex remanet vt prius, & qui non appellauit, appellare non poteſt poſt grauamen reuocatum.*

43 *Iudex non ſolum poteſt reuocare interlocutoriam, ſed etiam ipſam reuocationem; ampliatur primò, quod idem poteſt facere Iudex delegatus; ampliatur ſecùdò, etiam inuitis partibus; ampliatur tertiò, etiam poſt appellationem; ampliatur quartò, quod idem facere poteſt Iudex ſucceſſor. Limitatur primò, ſi Iudex appellationi detulerit, licet in hoc ſit controuerſia quoad Iudicem ordinarium. Limitatur ſecundò, quod non poteſt reuocare interlocutoriam poſt inhibitionem quando inhibitio eſt legitima, ſecus ſi illegitima, aut quãdo interlocutoria eſt nulla. Limitatur tertiò, ſi interlocutoria fuerit executioni mandata, niſi reuocatio fieret de conſenſu partium, aut interlocutoria eſſet nulla.*

44 *Interlocutoria ſi habet vim diffinitiuæ, poteſt etiam reuocari, quando poſt ſe ſpectat aliam ſententiam diffinitiuam.*

45 *Iudex ordinarius non poteſt ſuam ſententiam nullam reuocare, quando nullitas eſt intentata acceſſoriè ad appellationem, ſecus ſi intentata eſſet principaliter.*

46 *Attentata non ſunt, & nulla geſta per Iudicem poſt appellationem extraiudicialem, nec reuocantur ante om-*

omnia, ſed reuocantur cùm probata fuerit vera cauſa appellandi, & ea,quæ ſunt contra ipſam appellationem.

1 ET quoad appellationem à diffinitiua, Iudex à quo, quamuis propoſita appellatione à diffinitiua non poſſit procedere ad aliquẽ actum; & ſine inhibitione ligatas habeat manus, l.appellatione, C.de appel.l.1.in princip. ff.nil noui appel.pend.c.non ſolum, de app.in 6. etiam pendente termino ad appellandum, vt in dicto c. non ſolum. Ita vt ſecutâ appellatione intra eumdem terminum, attentata ante omnia ſunt reuocāda. Couar.prac. ca.23.nu.2. (in negotio à quo fuit appellatum, non in alijs, in quibus non ligat manus iudicis a quo, nec eius iuriſdictionem turbat, ſeu impedit. Turret.conſ.29.vol.1. Monald.conſ.181.vol.2. Menoch.conſ. 16.n.4.& ſequ.vol.1.Ric.dec.364.)
2 poteſt nihilominus multa facere, etiam in negotio, à quo fuit appellatum, & pendente appellatione; quia poteſt facere ea, quæ tendunt ad faciliorem exitum cauſæ appellationis, dummodo illa expedire poſſit abſque cognitione articuli appellationis, Frāch.in c.perſonas, in priucip.notab.2.& n.9.de appel. Marant.in ſpec.par.6.actu 2. princip.vbi de appel.nu.185. Veſtr.in pract.lib.8.c.penult.nu.2.& 3.& ex
3 hoc infero primò, quod poteſt cognoſcere an ſit appellationi deferendum, ſeu non, vt iuxta notata
4 ſupra cap.4.num.1. Infero ſecundò, quod poteſt etiam appellanti, petenti ſibi reſponderi de apoſtolis, præfigere terminum ad reddendū pro illis, ſeu pro reſponſo, vt ſupra,
5 c.1.n.23. Infero tertiò, quod poteſt etiam pendente appellatione præfigere appellanti diuerſos terminos ad proſequendam appellationem, & ad docendum de proſecutione appellationis; quo elapſo poteſt ſententiam exequi, idem nu.
6 194. cùm terminus à iudice præfixus habeat vim peremptorij, c.ſæpè, de app. tempus autem ad proſequendam, & finiendam appellationem de iure eſt vnus annus, & ex cauſa impedimenti conceditur ſecundus annus, c.cùm ſit Romana, de app.& incipit currere non à die ſententiæ, ſed à die appellationis, & ex parte, de reſcrip. & clem.ſicut,
7 de app. quod tempus dicitur fatale, quia eius lapſu finitur facultas finiendi appellationem, & cauſa efficitur deſerta, & mortua, quaſi fato ceſſerit; & habet locum tam in diffinitiua, quam interlocutoria. Butr. in c.ex ratione, n.3. tam in appellatione iudiciali, quam extraiudicia-
8 li. Quare ſi in appellatione extraiudiciali labatur terminus iuris, grauamen, à quo fuit appellatum,
9 tranſit in rem iudicatam; Et primus annus conceditur ſimpliciter, ſed ſecūdus annus cōceditur 4. concurrentibus; 1. quod appellans non potuerit ex iuſta cauſa impeditus proſequi appellationẽ in primo fatali; 2. quod ipſa cauſa neceſſaria, & iuſta ſit euidēs; 3. quod ſi nō fuerit toto tẽpore impeditus, fecerit aliquid in primo anno; 4. quod lapſus ſit primus ānus, nā eo nō elapſo con-

conceditur ſecundus. Sforz.Odd.
10 de reſt. in integr. qu. 70. ar. 7. ſub
num.26.Barboſ.in collect.ad c.cum
ſit Romana num. 3. de appel. tem-
pus autem primi a...i ad proſe-
quendum appellationem iudex à
quo poteſt abbreuiare ſecundum
diſtantiam locorum, & qualita-
tem negotij, & perſonarum, vt in
dicto c. cum ſit Romana, qui ter
minus aſſignatus à iudice erit ſem-
per pars anni aſſignati à iure ad fi-
niendam appellationem, quare
terminus iuris currit, & non re-
tardatur à termino aſſignato à iu
dice, quia terminus hominis venit
ad moderandum terminum iuris,
Franch. in c.ex ratione ſub num.5.
de appel.Scacc. de appel.quæſt.15.
num.20. vbi, quod illi 30. dies, qui
dantur ad redeundum pro Apoſto-
lis computantur in anno, qui datur
à iure ad proſequendam, & finien-
dam appellationem, elapſo primo
anno, ſi appellans non petierit ſe-
11 cundum annum, nec ei probato
legitimo impedimento conceſſus
fuerit, neque inhibitionem à iudi-
ce ad quem obtinuerit. Iudex à
quo poteſt ad executionem ſenten-
tiæ procedere, ſi ſententia eſt dif-
finitiua, vel procedere ad vlterio-
ra, ſi eſt interlocutoria. Innoc.
Panorm. Imol. Alexan. & alij ci-
tati à Maranta dicta par.6. tit. &
quandoque appellatur n.23.Sanch.
opuſc. lib.3. c.1. dub.32. num.109.
Appellante tamen ſecundum ali-
quos prius citato, cum beneficio
adhuc ſecundi fatalis ſe defendere
poterit, & imputetur ei, ſi ſolum
appellauit, præſentauit commiſ-
ſionem, & poſtea non fecit vllam
diligentiam in primo anno. Nam
tunc elapſo anno appellatio effici-
tur deſerta. Rota diuerſ. deciſ.108.
par.3. lib.1. Ruginel. de appel. §.
10. gl.1. ſub num.31. Scac. de ap-
pel. quæſt.15. num.180. & dicunt
etiam, quod requiritur ſententia
ſuper deſertione, ita Surd.conſ.139
12 num.13. cum ſeqq. Lancel. de
attent. c.12. ampliat.1. num.39. &
ſeqq. Borel. in ſumma deciſ.tit.44.
de citat. num.213. à qua ſententia
deſertæ appellationis datur appel-
latio, cum ſit interlocutoria ha-
bens vim diffinitiuæ. Capel.Tho-
loſ. deciſ.36. num.3. Crauett.conſ.
181. nu.2. Menoch.de arbitr.lib.1.
quæſt.67. num.5. Franc. Marc. de-
ciſ.1. & deciſ.461. num.3. par.2.
Bellacomb. tom.2.com.opin.lib.7.
tit.21. nu.123. Hieron. a Laurent.
deciſ.Auenion.3. nu.2.Parlad. rer.
quotid. lib.2. c. fin. §.1.num 11. &
attentata poſt appellationē a ſen-
tentia deſertionis reuocantur.Lan-
cel. de attent.c.12. ampliat.1. Se-
raph. deciſ.900. ſed iudicio meo di-
cit melius Maranta in ſpecu.
par.6. actu 2. nu.190. qui dat cau-
telam ad euitandam appellatio-
nem ſupradictam, vt a iudice exe-
quatur ſententia ſine citatione ap-
pellantis, & ſine pronuncia ſuper
deſertione; Nam tranſacto primo
anno poteſt iudex exequi ſuam
ſententiam ſi non conſtat ſibi ali-
ter de impedimento, quia ius non
dat ſecundum annum appellanti
ſimpliciter, ſed ſub conditione ſi
eſt impeditus; dum ergo non ap-
paret de impedimento iudex ex
lapſu

lapſu primi anni habet ſuam in-
tentionem fundatam, ita Abb. In-
noc. Imol. Alexan. & alij citati a
Marant. par. 6. a num. 231. Sanch.
in opuſc. lib. 3. c. vnico dub. 32. nu.
109. licet appellans poſt lapſum
13 primi anni poteſt comparere, &
ſe defendere, quod diligentiam
pro cauſæ expeditione fecit, nem-
pè, quod appellationem introdu-
xit, proſequi inchoauit, &c. quia
ſi probauerit diligentiam in pri-
mo anno requiritur lapſus ſecundi
anni, vt appellatio poſſit dici de-
ſerta, Chartar. deciſ. 48. num. 6.
nec fatalia currunt ſi in dicto ter-
mino diſputatur emergens, aut in
cidens articulus, quia tunc illud
tempus medium ſubducitur, tam
quam tempus iuſti impedimenti.
Char. vbi ſupra num. 7. ſi tamen
appellans habuit iuſtam cauſam
diſputandi, quamuis poſtea ſuc-
14 cumbat, idem Chart. n. 9. Deſerta
inſtantia appellationis appellatio
redditur nulla, & iudex appellatio-
nis remanet incompetens. Anchar.
conſ. 345. per totum, etiam quod
prima ſententia, a qua fuerit ap-
pellatum ſit nulla, vel iniuſta,
quia deſerta appellatione, non po-
teſt iudex appellationis reuocare
15 talem ſententiam, ex quo caret
iuriſdictione. Anchar. ibidem.
Infra annum autem datum appel
lanti a iure ad proſequendam, &
finiendam appellationem poteſt
iudex a quo, vt dictum eſt, præfi-
gere appellanti terminum ad pro-
ſequendam appellationem, & præ-
cipere, vt faciat fidem de proſecu
tione appellationis, qui appellans
de inchoata proſecutione ſi fidem
non faciat, licèt non per hoc ap-
pellatio efficiatur deſerta, dicit
Rota deciſ. 13. alias 94. num. 3. de
appel. Franc. in c. Perſonas ſub n. 4.
de appel. Tamen iudex a quo, dum
16 ei non conſtat de proſecutione
appellationis non dicitur elapſo
termino attentare. Saraph. deciſ.
335. Ricc. deciſ. 37. num. 22. par. 4.
Nouar. ſing. 322. & elapſo termi-
no ab eo aſſignato poteſt ſine pœ-
na, & reprehenſione exequi ſuam
ſententiam. Federic. de Sen. conſ.
28. ſub num. 1. Rota vbi ſupra,
Franch. dicto num 4. verſ. ſeptimo.
Lancel. dicto c. 12. limit. 14. num. 1.
& ſeqq. Scac. de appel. quæſt. 15.
num. 22. quia tunc ſententia facit
tranſitum in iudicatum, Rota de-
ciſ. 35. de appel. in antiq. Farinac.
deciſ. 81. num. 3. par. 1. recentior.
& licet executio cœpta poſſit
per iudicem ad quem impediri,
peracta verò non poteſt retractа-
ri, niſi retractata quoque ſenten-
tia a qua appellatum fuit. Rota, &
Federic. de Sen vbi ſupra, Franch.
dicto verſ. ſeptimo Lancel. dicta
limit. 14. num. 4. Scac. dicta q. 15.
num. 23. Infero quartò, quod po-
17 teſt iudex a quo appellatione
pendente reuocare grauamen at-
tentatiuum, quod ipſemet iudex in-
tulit. Scacc. de appel. q. 3. nu. 23.
& 24. & ibi ponit exemplum. In-
18 fero quintò, quod poteſt penden-
te appellatione examinare teſtes
ſenes, & valetudinarios ad per-
petuam rei memoriam. Et non di-
citur attentare. Marant. vbi ſupra
num. 195. ex Afflicto ab eo citato.

Scac.

Digitized by Google

Scac. de iudice ſuſpecto c. 8. nu. 107. vbi quod debent concurrere ali-
19 qua requiſita; de quibus ibi. Infero ſextò, quod appellatione pendente poteſt carceribus mancipare ſuſpectum de fuga. Angel. in l. nemo carcerem in fine C. de exam. tribu. lib. 10. Franch. in c. cum teneamur num. 13. de appel. Rota
20 diuerſ. deciſ. 1426. part. 3. lib. 3. Scac. de iudic. c. 37. num. 18. & de appel. quæſt. 3. num. 27. Infero ſeptimò, quòd poteſt pendente appellatione prouidere inhibendo, ne quis in ſua poſſeſſione turbetur. Franch. dicto c. cum teneamur n. 2. in fine, Veſtr. lib. 8. c. penult. vt lit. pend. num. 4. Lancel. de attent. par. 2. c. 12. de attent. appel. pend. limit. 4. num. 3. Scac. de appel. dicta quæſt. 3. num. 33. & n. 34. ampliat procedere etiam ſi eſſet inhibitus à iudice ad quem, & num. 35. ampliat in iudice delega-
21 to, & num. 36. & etiam ſi appellationi detuliſſet, ſi eſſet ordinarius, vt in num. 38. Infero octauò, quod appellatione pendente poteſt abſoluere excommunicatum ab excõmunicatione etiam ſi non ſtaret in articulo mortis, & etiam ſi appellationi detuliſſet, ſi eſſet ordinarius, c. venerabilis §. ſane de ſent. excom. in 6. Scac. dicta qu. 3. à num. 30. cum multis ſeqq. de alijs illationibus, vide eundem Scacc.
22 Poteſt etiam iudex à quo, quando appellatio eſt prohibita, aut quãdo appellatio eſt interpoſita cõtra leges, eam non admittendo procedere ad executionem, iuxta ſuperius dicta in c. 2. & ſic in omnibus caſibus, in quibus appellare non licet, gl. in c. non ſolum, in verbo caſibus de appel. in 6. Innoc. in c. Paſtoralis de offic. deleg. quia tunc appellatio non ſuſpendit effectum ſententiæ. Ita poſt Innoc. & gl. ſupradictam Maranta vbi ſupra nu. 172. vnde poteſt fieri executio ſententiæ, dicunt Couar. practic. c. 23. num. 7. Maſcard. vbi ſupra num. 32. & 33. & attentata non ſunt reuocanda, Bellacomba tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 21. n. 183. Mich. Graſſ. ibidem num. 192. niſi appellans allegaret aliquam iuſtam cauſam, propter quam debet admitti eius appellatio. Quia tunc iudex tenetur eius appellationi deferre, & non debet interim innouare, gl. in c. Romanæ §. ſi autem, ibi, Maranta vbi
23 ſupra. In notorijs etiam factis, in quibus quia non datur appellatio, tam in ciuilibus, quam criminalibus, non obſtante appellatione iudex poteſt ad executionem ſuæ ſententiæ deuenire. Dueñ. reg. 42. verſ. duodecimo fallit. Farin. qu. 21. nu. 17. & ſeqq. & quæſt. 101. & 164. & non dicitur attentare. Rota deciſ. 35. aliàs 234. de appel. quia in illis appellatio non ſuſpendit executionem: Oldrad. conſ. 18. Romano conſ. 324. Maranta vbi ſupra num. 275. Vbi, quod notoriè criminoſus non auditur appellans, & eius appellatio non ſuſpendit. Gomez tom. 3. var. c. 1. num. 47. Scac. de appel. quæſt. 17. limit. 4. a n. 13. c. conſuluit extra de appel. c. cum ſit Romana §. præterea eodem tit. Clar. quæſt. 54. verſ. ſolet etiam, Lan-

Lanc.de attent.c.12.limit.9.ex n.1. Saigad.de prot.Reg. tom.1. par.3. c.14.n.54.Scac.de iudic.c.97.n.119 licet admittatur appellatio quoad effectum deuolutiuum. Lancel.vbi ſupra,n.3.Farin.dicta q.101.nu.63. Scac.dicta q.17.limit.4.

24 Necnon idem poteſt facere quando iudex à quo, non dubitat cauſã appellationis eſſe falſam, poteſt exequi ſuam ſententiam.Card.Alex. n.91.in c.cum ſpeciali, §.porro,ſub n.16.de app.Franc.in c.conſtitutus, n.18.eodem tit. Rol.a Val.conſ.77. n.5.lib.2. Caputaq.deciſ.52. & dec. 328.n.2.par.1.Scac.de app.q.11.nu. 11.& q.17.limit.4.n.89. non obſtã-

25 te appellatione; idem,& contra adminiſtratorem alicuius loci pij; qui ſi fuit condemnatus ad reddendam rationem,& appellauit; poterit interim iudex à quo, ipſum cõſtringere,ad reddendam rationem, non obſtante appellatione. Ang. in §. œconomos in fine, in auth. de ſanc.Epiſc. Marant.vbi ſup. n.187.

26 idem etiam a ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti,c.paſtoralis,§.verum,c.is cui,& c.ad hæc quoniam,de app.nam appellatione a ſententia excommunicationis non obſtante poteſt iudex à quo, pronunciare, & publicare excommunicatum, vt ab omnibus euitetur,c.paſtoralis, §.verum,& ibi Abb. & Franc. ibidem,in primo notab.n.3.Maran.in ſpec.par.6.tit. de app.n.177. Couar.practic. c.23. nu.3.& licet Ant.Butr.Imol.& alij quos citat,& ſequitur Nauar.in c. cum conting it, de reſcript. remed. 6.num.7.Sanchez lib.3.conſ.moral. c.vnico,dub.32 num.246. & dubio 33.Pelliz.in man.tract.6. c.7. num. 27. exiſtiment, appellationem à ſententia excommunicationis,non ſolum deuoluere cauſam ad iudicẽ appellationis, ſed etiam ſuſpendere iuriſdictionem iudicis à quo, vt non poſſit contra appellantem cedulones affigere, vnde denunciatio,& alia executoria per viam attentati veniunt reuocanda. Tamen cõtraria opinio eſt verior, & communis,non ſolum quando eſt notorium appellationem eſſe friuolam, ſed etiam vbi non eſt notorium eſſe friuolam, ſi per iudicem à quo, non eſt delatum dictæ appellationi, neque facta inhibitio à iudice ad quem.Marant.vbi ſupra, n.167. Couar.in c.alma mater,par.1.§.10. nu.4. verſ.& eſſe hanc opinionem. Alter.de cenſur. diſput.6.lib.1. c.2. verſ. ſecundò confirmatur, tom.1. Duen.reg.42.n.8 Gutier.canonic. qq.lib.2.c.1.n.36.& 90.& lib.2.c.26 num.23. Campanil.in diuerſ. iur. canon.rubr.11.c.15. num.41. & ſequentibus. Cened. ad decret. collect.2.num.1.& 4. Genuen.in practic. Archiep.c.28.ſub n.2. March. Vulp.c.1. num.24. Suarez de cenſur. diſp.3. ſectione 15. ad finem. Layman lib.1.tract.5 ca.6. num. 2. verſic.verum. Ricciul.de iure perſonar.extr.Eccleſ.lib.4.c.64. numero 10.Lancellottus de atten. par. 2. cap.12. limit.21. Scaccia de app. quæſt.18.lim.21. Laur. in controuerſ inter regul.& Epiſc.quæſt.12. Corradus de offic. prætor. tit. de app.ſub n 21.Cap.Tholoſ.dec.300. Ricc.deciſ.Archiep.214.n.2. par.2.

Oooooo Char.

Cartar. deciſ. 34. n. 9. Farin. q. 101. nu. 66. & 68. Alex. Trentacinq. var. reſ. ſub tit. de appel. reſ. 5. Vnde iudex a quo non obſtãte appellatione poteſt denunciare; & non denũciando malè facit, dicunt Imola, & alij relati a Paſeth. conſ. 193. ſub n. 2. Lancel. dicta limit. 21. n. 17. etiam ſi appellaſſet a decreto denunciationis, vt ex Franc. in c. peruenit n. 4. de appel. Paſeth. vbi ſup. n. 3. in fine. Lancel. n. 18. ſiue iudex à quo eſſet ordinarius, ſiue delegatus. Franch. in dicto §. verùm q. 7. n. 28. Niſi delegatus detulerit appellationi, aut ſuperior appellationem receperit. Lancellot. vbi ſupra, n. 13. 14. 15. 33. 34. Et in affixione cedulonum non eſt neceſſaria citatio partis. Ricc. in praxi reſol. 19. par. 1. Vbi quod ſæpè in Cur. Archiep. Neap. citatur pars ad videndum ſe excommunicari, & affigi cedulones.

Non obſtat id, quod ex aduerſo ſupradicti Doctores contrariæ opinionis aſſerunt, ſcilicet, quod excommunicatus poſt extrauag. Martini V. quæ incipit; Ad euitandum ſcandala, excommunicatus plus ligatur poſt denunciationem, quia per denunciationem maximas vires recipit excommunicatio; Cum antea non eſſet euitandus à fidelibus, ſicut eſt hodie euitandus poſt affixionem cedulonum; Vnde dicunt appellatio ſuſpendit ſententiam excommunicationis, ita vt non poſſint affigi cedulones. Nam reſpondetur, quod extrauagans non intendit in aliquo releuare excommunicatum, ſi non denuncietur, ergo non in plus ligatur per denunciationem, & tantum extrauagans prohibet poſt denunciationem ne fideles cum excommunicato communicent; Vnde excommunicatus non poteſt appellare niſi propter præiudicium participantium, & ideo non poteſt appellando impedire denunciationem. Quia nemo poteſt opponere de iure tertij, gl. in verbo non pertinere in l. is conſequenter §. 1. ff. famil. herciſcund. & gl. vnica in l. 2. ff. ager. vectigal. vel emphit. & ſic non poteſt excommunicatus per appellationem impedire denunciationem, & affixionem cedulonum, idem etiam dicunt Alter. de cenſur. tom. 1. diſp. 5. lib. 3. verſ. quarto dubitari poteſt, Suar. de cenſur. diſp. 3. ſect. 11. n. 6. Barboſ. in collect. ad c. peruenit il 1. n. 6. in fine de appel.

27 Limitatur tamen quando excommunicatus per denunciationem verè plus ligaretur, quia in hoc caſu ſi denuncietur, denunciatio reuocatur per viam attentati; exemplum ponunt Doctores in c. tua de ſent. exc. vbi ſunt incendiarij, & alij, de quibus ibi, ante denunciationem eorum excommunicatio eſt reſeruata Epiſcopo, ſed poſt denũciationem eſt reſeruata Summo Pontifici, & ſic quia per denunciationem plus ligantur, ideo appellatio ſuſpendit, & poſt appellationem non poſſunt denũciari. Franch. in dicto §. verũ n. 25 q. 4. Lancel. d. limit. 21. n. 10. & 23. Mar. Ant. Genuenſ. d. c. 28. num. 2. & alij ſupra citati.

28 Li-

28 Limitatur ſecundò, ſi aliquis eſſet excommunicatus ignoranter. Quia appellatio à tali excõmunicatione à die notitiæ impedit denũtiationem, & ſuſpendit, & denunciatio via attentatorum eſſet reuocanda, & cedulones amouendi. Ita Io. Andr. Oſtienſ. Imol. Franch. & Præpoſ. in d. §. verum, Domin. Anchar: & Franch. in d. c. is, cui. Mar. Ant. Genuenſ. d. c. 28. n. 2. Lancel. dicta limit. 21. n. 24. & 25. Chartar. dicta deciſ. 34. n. 28.

29 Limitatur tertiò, in excommunicatione lata ſub conditione, quia ſi ante impletam conditionem appellatur, non poteſt deueniri ad denunciationem, & affixionem cedulonum, quia appellatio tunc ſuſpendit, c. præterea il 2. de appel. Alter. de cenſur. diſp. 5. lib. 3. c. 1. lit. C. Gutier. qq. pract. c. 4. Farinac. q. 101. nu. 70. & Doctores citati ibi à Barboſ. n. 4. Imò tempus appellandi à ſententia excommunicationis ſub conditione non incipit currere a die prolationis, ſed à die exiſtentis conditionis. Bald. in cap. Paſtoralis §. præterea numero 10. de offic. deleg. Lancel. dicta limit. 21. n. 40. Galganet. tr. de condit. & demonſt. par. 2. q. 90. Borel. in ſum. dec. to. 1. tit. 33. n. 80.

30 Limitatur quartò, in ſententia declaratoria incurſionis cenſurarum; quia ſuſpendit cenſuras, gl. in c. cupientes §. quod ſi, verbo priuatus de elect. in 6. Auila de cenſuris par. 2. c. 7. diſp. 5. dub. 11. concl. 2. Suar. tom. 5. diſp. 3. ſect. 6. num. 6. & ſect. 25. num. 20. Lancel. dicta limit. 21. n. 26. Bonac. diſp. 1. qu. 2. par. 2. nu. 6. quod procedit etiam in declaratione cenſuræ latæ ab homine; Vnde ingerens ſe in diuinis pendente appellatione non eſt irregularis. Ricc. deciſ. 214. p. 2. nempè ſi quis declaratur excommunicatus ab Epiſcopo ob contrauentionem præcepti ſibi iniuncti ſub pœna excommunicationis, & ab hac declaratione appellat. Genuenſ. d. c. 28. n. 2. & alij citati par. 7. cap. 5. §. 9. num. 10. Eius geſta ratione publici officij pendẽte appellatione valent, (licèt geſta ex priuato officio ſint nulla. Sanchez opuſc. lib. 3. c. vnico dub. 32. n. 216. & 34. Theſ. de pœnis Eccleſiaſt. par. 1. c. 24.) Et ſi affigantur cedulones ſunt amouendi, & omnia attentata reuocanda, & oportet vt poſt ſententiam declaratoriam tranſeant decem dies ſine appella-
31 tione, vt poſſit exequi, & affigi cedulones. Imò ſecundùm aliquos requiritur etiam ſententia declaratoria ſuper deſertione appellationis, ita Mar. Ant. var. reſol. lib. 1. reſ. 102. caſu 74. Ricc. deciſ. 83. par. 2. quæ declaratio pertinet ad iudicẽ à quo, ſi appellatio non eſt introducta ad iudicem ad quem. Si verò eſt introducta ad iudicem, ad ipſum pertinet. Marant. in ſpecul. par 6. actu 2. tit. de appel. nu. 189. poſt in c. ex ratione col. 19. de appel. Felin. in c. ex par. il 2. col. 6. in fine, & ſeq. & col. pen. de reſcript. Ric. dec. 506. in vna editione, aliàs 509. in alia editione par. 1. ſed vt dicit Marant. n. 190. Cautius eſt vt iudex a quo exequatur ſine alia pronuncia iudicis ad quem, & hoc

hoc ad euitandas appellationes, aut pronunciet appellationem eſſe deſertam ſine citatione, quæ citatio non requiritur, dum notoriè conſtat eſſe deſertam. Franch. in c. ſæpè col. 7. de appel. Maran. vbi ſupra n. 192. & appellatio a decla-
32 ratoria non admittitur. Quando factum, pro quo declaratur, quis incidiſſe in cenſuram eſt verè notorium, & quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, diximus ſupra par. 7. c. 16. num. 8. in fine, fol. ... Et licèt pars ſit citanda ad videndum factum eſſe notorium; Quia multa videntur notoria, quæ non ſunt. Et à ſententia declarante factum notorium detur appellatio; tamen cautela eſt, vt iudex ſuper notorio capiat informationes, & probato exceſſu notorio, quod nulla tergiuerſatione poteſt celari, abſq; citatione pronunciet factum de quo agitur eſſe notoriũ. Gram. deciſ. 65. n. 12. Quia quando notorium eſt tale, quod liquidò conſtat nullam defenſionem eſſe reo, non eſt neceſſaria citatio. Sylu. verb. cit. q. 2. Armilla ibi n. 8. Angel. n. 2. Tabien. n. 3. Leſſ. lib. 2. c. 19. lib. 11. nu. 101. & c. 19. n. 110. Morla empor. iur. par. 1. tit. 2. q. 2. n. 5. Diana p. 3. tract. 5. reſ. 98. Bald. deciſ. 238. vbi etiam dicit, quod nec eſt neceſſariũ iuramentum à teſtibus exigere, quia delicto notorio exiſtente, cauſæ cognitio non eſt neceſſaria. Lapus alleg. 1. n. 4. & ibi Mandoſ. verbo notorietas, Crauett. conſ. 232. n. 6. & quod iuris ordo, & ſententia in hoc caſu non ſunt neceſſaria, & defenſio etiã denegari poteſt Laurent. de iudice ſuſpecto c. 11. n. 7. vbi alios citat, & Rota apud Manticã deciſ. 352. n. 2. dixit, quod non tenetur iudex interloqui ſuper appellatione, vel recuſatione propoſita in facto notorio, ſed ſufficit ſi de facto reijciat, procedendo ad vlteriora. Et tunc iudex poteſt denegare appellationem, & ſuã exequi ſententiam ante inhibitionem iudicis ad quem, dum apparet in ſententia, quod iudex condemnauit reum vti de notorio crimine. Quia in notorijs nõ datur appellatio. Nec in ciuilibus, nec in criminalibus, vt dictum eſt ſupra, & aſſerunt Farin. q. 21. n. 117. & ſeqq. & q. 102. n. 164. Scac. de appel. q. 17. limit. 4. nu. 13. Barboſ. in col. ad c. cũ ſit Rom. n. 19 & in c. conſuluit de appel. quo ad effectum ſuſpenſiuum. Sed ſi ante executionem præceſſit inhibitio à iudice ad quem, non poteſt ſententia exequi à iudice à quo. Baiar. ad Clar. q. 9. n. 9. qui n. 5. circa probationem notorij dicit, quod non requiritur in notorijs probatio delicti; quia eſt magna differentia, an dicatur notoriè conſtare de crimine, vel dicatur conſtare de crimine
33 eſſe notoriè cõmiſſum; Nam in iudicio eſt probãda notorietas ipſius delicti, ſcilicet ipſum delictum, de quo agitur, notoriè commiſſum fuiſſe. Et ſi notoriè cõſtat de crimine, etiam per tres teſtes, & per confeſſionẽ ipſius rei, non per hoc poteſt procedi tamquã ſuper notorio, quia non conſtat notoriè fuiſſe cõmiſſum, nam non dicitur conſtare, quod crimen fuit notoriè commiſſum, ſi tantum appareat de delicto,

&

& adſint teſtes idonei probantes concludenter eſſe notorium, quod illud crimen Titius commiſit, non adſint teſtes deponentes de ſcientia delicti, & quod fuit commiſſum coram populo, aut maiori parte illius.

34 Limitatur quintò, quando iudex à quo detulit appellationi Lãcel.de attent.par.2. lim.22. nu.34.Sanch. opuſc.li.3. c.32. n.228. vel ſi iudex ad quem præcipiat illi non denunciare appellantem.Mar.Ant.Genu. in pract.Archiepiſc.cap.18.num.2. Lancellot. vbi ſupra Macerat. variar.reſ. cap.112. caſu 74. Ricciul. de iure perſonarum,lib.4. cap.64. num.17.

35 Limitatur ſextò, in ſententia ſuſpenſionis, & interdicti in temporalibus, vt diximus ſupra c.2. n.6. Franch. in dicto cap. ad hæc. Secus, quando in contumaciam, quia non ſuſpenditur. Abb. in cap. ſæpè de appel. Præpoſitus in dicto §. verum num.16. Felin. in dicto c. ad hæc num.18 Mar.Ant.Genuen. dicto c.28. num.2. Sanchez lib.3. opuſcul. cap. vnico dub.32. num. 251. Turrian. lib.4. diſp.42.dub.2. Faber. in 4. diſt.25.quæſt.1.diſp.6. c.1. num.47.

36 A mera interlocutoria appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, ſed ea non obſtante poteſt procedere; & procedendo non dicitur attentare, cap.non ſolum ver. illa verò de appellat. in 6. nec operatur deuolutionem cauſæ, & poteſt procedere vſque ad ſententiam diffinitiuam, ac poteſt etiam exequi ſententiam, ſi non eſt impeditus per inhibitionem. Marant. vbi ſupra num.161. Federic. de Sen. conſ.163. num.3. Lap.alleg.2.num.7.&8.Veral. deciſ.34.par.1. & licèt quando iudex à quo eſt inhibitus a ſuperiore, vlterius non poteſt procedere in illa cauſa, cap. non ſolum de appel. in 6. Angel. conſ.217. & ſi procedit, attentata poſt inhibitionem innouata reuocantur; Non tamen reuocantur ea, quæ facta ſunt ante inhibitionem. Bellacomb.tom.2.com.opin. li.7. tit.21. num.40. Cald. Pereir. de nomin. Emphyt. quæſt.5. num.25.Barboſ.

37 in collect. ad dict. c. non ſolum num.3. Quæ inhibitio debet eſſe legitimè interpoſita, & cum cauſæ cognitione, & parte citata; Communem dicit Couar. practicar. cap.78. num.3. Rota deciſ.58. num.2. de appel. in nouis, & in antiquis deciſ.75.Chacher.deciſ.5. num.7. Socc. Iun. conſ.47. vol.4. Roland. conſ.72. num.4. vol.2. Ruin. conſ.71. num.28. volum.1. Rimin. iun.conſ.149. numero 4. Lancellot. de attent. cap.20. de attentat. poſt inhibitionem. Riccius deciſ.37. num.3. parte 4. & deciſ.50. num.2. eadem parte 4. Nam quando eſt appellans in caſu, in quo non debuit appellari: vel quia cauſa eſt iniuſta; vel appellatio eſt friuola, & fruſtratoria; Tunc numquam debet iudex ad quem inhibere. Niſi prius adhibeat cauſæ cognitionem ſuper iuſtitia appellationis. Alias inhibitio non valet, vt infra dicam, c.ſeq. & poſt alios quos

citat

Digitized by Google

citat, aſſerit Maranta vbi ſupra, n.
196. Ricc. dec. 37. n. 7. p. 4. & Maran.
n. 197.
38 Et inhibitio contra ius facta non
inducit nullitatem actorum. Marã-
ta vbi ſupra, nec attentata facta à
iudice à quo, reuocantur à iudice
ad quem, antequã iuſtificetur cauſa
appellationis. Rota deciſ. 44. aliàs
344. num. 1. de app. in nouis. Franc.
in c. ſignificantibus, n. 7. & 9. de ap-
pel. niſi eſſent facta poſt legitimam
inhibitionem.
39 Et poteſt etiam iudex a quo reuo
care ipſam interlocutoriam; & re-
uocando eam annullat proceſsum,
qui medio tempore eſt factus a iu-
dice appellationis, & ſi appellans
ab interlocutoria poſt appellatio-
nem iudicem impetrauerit, & iu
dex impetratus procedat; talis
proceſſus ſubſecuta demum reuo-
catione interlocutoriæ, dicitur eſ-
ſe nullus, vt poſt Boer. deciſ. 256.
40 aſſerit Lancel. par. 2. c. 12. nu. 19. &
ſequ. de attent. & quòd iudex a quo
poteſt reuocare interlocutoriam,
& illatum grauamen quandocum-
que habetur, in ca. ceſſante, de app.
Alex. conſ. 84. nu. 9. & ſeq. lib. 4. Ma-
rant. d. p. 6. ibi, & demum fertur ſen-
tentia, n. 7. & 8. Surd. conſ. 167. per
tot. & conſ. 188. n. 12. & ſeq. vnde
poteſt abſoluere excommunica-
tum, qui a ſua ſententia excom-
41 municationis appellauit. Suarez,
Filliuc. & alij. Quia interlocuto-
ria reſpectu iudicis non tranſit in
iudicatũ, licet tranſeat in iudicatũ
reſpectu partium, ac illis præiudi-
cet. Caſtr. conſ. 62. n. 4. vol. 4. & re-
uocato grauamine a iudice ceſſa-
42
bit appellatio interpoſita, etiam ſi
fuerit ſuſpectus allegatus, ſicque
iudex in cauſa remanebit; & qui
non appellauit, reuocato grauami-
ne non poteſt appellare. Marant. di-
cto actu 2. vbi de app. n. 264. March.
43 vbi ſup. n. 149. Et non ſolum poteſt
reuocare ipſam interlocutoriam,
ſed poteſt etiam reuocare ipſam
reuocationem. Scac. d. qu. 17. limit.
47. membr. 1. ſed bis, & non vltra
reuocare eam poteſt. Ampliatur, vt
etiam iudex delegatus poſſit ſuam
interlocutoriam reuocare. Amplia-
tur 2. quod iudex etiam ſine cauſa,
& inuitis, ac renuentibus partibus
reuocare poteſt ſententiam inter-
locutoriam. Surd. conſ. 167. ſub n. 19
Ampliatur 3. quod appellatio in-
terpoſita non impedit ſententiam
interlocutoriam reuocari. Pereir.
vbi ſup. n. 4. & 5. Ampliatur 4. quod
etiam iudex ſucceſſor reuocare
eam poteſt. Bald. in c. noſti, in fine,
ver. porro, de elect. Limitatur tamẽ
primò, ſi iudex appellationi detule-
rit, quia cũ a ſe abdicauerit iuriſdi-
ctionem, *ſaltem quoad exercitium*
non poteſt ſuam ſententiam reuo-
care; quod intelligi debet quando
admittit appellationem ſimplici-
ter. Salg. ſup. nu. 37. ſecus ſi admiſit
appellationem cum clauſula, ſi, &
in quantum. Scac. n. n. 51. aut reuo-
caſſet interlocutoriam de conſenſu
appellantis. Card. Alex. in dicto ca.
cum ceſſante, n. 40. fall. 6. Scac. ſup.
n. 43. & 45. Franch. in dicto c. cum
ceſſante, n. 15. limit. 5. Salg. vbi ſup.
n. 39. vbi n. 41. intelligit etiam quã-
do iudex non debuit deferre, & mi-
nus legitimè detulit, ac ab huiuſ-
mo-

modi delatione fuerit appellatum, & ſequitur Barboſ. ſup. nu. 26. imò Franch. vbi ſup. n. 14. limit. 5. dicit, quod iudex ordinarius poteſt reuocare interlocutoriam poſtquam detulit appellationi, & ſequitur Scac. ſup. n. 50. in fine. Limitatur ſecundò, quod non poteſt reuocare ſententiam interlocutoriam poſtquam iudex ad quem inhibuerit. Salg. ſup. n. 42. Scac. nu. 69. quod intelligitur quando inhibitio eſt legitima, ſecus ſi illegitima. Quia tunc iudex à quo, non obſtante inhibitione, poteſt eam reuocare. Lanc. ſup n. 22. Scac. ſup. num. 71. & quando ſententia interlocutoria eſt nulla poteſt reuocari. Scac. n. 72 ex Franc d. ca. cum ceſſante, n. 17. & Lanc. d. n. 22. Limitatur tertiò, vbi fuerit interlocutoria executioni demandata, quia tunc amplius reuocari non poteſt Bart. in d. l. quod iuſſit, n. 16. ff. de re iudic. Alex. ibi n. 24. fal. 9. Soc. nu. 30. & 35. Iaſ. nu. 32. Rip. n. 29 fal. 10. Franc. in d. c. cum ceſſante, n. 20. Lanc. ſup. n. 23. Cald. Pereir. d. q. 9. n. 8. Salg. d. c. 5. n. 45. & n. 50. ſublimitat, vbi adeſſet partiũ conſenſus, ſiue interlocutoria executioni mandata eſſet nulla, & inualida. Barb. in d. c. ceſſante, nu. 28.

44 Quando iudex reuocat ſententiam interlocutoriam, debet eam reuocare ſub conditione, (iuxta formã traditam in fine, fol....) non expreſſe, alias videbitur confiteri de grauamine, & ſic redderet ſe ſuſpectum, c. ad hoc extra de app. De interlocutoria habente vim diffinitiuæ, quod non poteſt reuocari, dicit Triuiſ. dec. 4. n. 23. li. 1. ſed debet intelligi de interlocutoria, quæ aliam ſententiam diffinitiuam non ſpectat poſt ſe; ſecus ſi poſt ſe ſpectat aliam ſententiam diffinitiuam. Maran. in ſpec. p. 6. act. 1. vbi de ſententia, n. 46. Salg. d. t. 1. p. 1. c. 5. n. 28. Barb. in d. c. cum ceſſante, nu. 25. & idem eſt quando ab hac interlocutoria fuerit appellatum. Scacc. de iud. c. 97. n. 61. ex Rota dec. 12. alias 89. n. 2. de app. in nouiſſ. Abb. in d. c. cum ceſſante, n. 12. Capic. dec. 1. n. 17. 18. & 19. dicit, quod ſi ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, iuriſdictio non dicitur finita, ſed ſuſpenſa; ex quo iudex appellationis iudicando malè appellatum, & bene iudicatum, remitteret ei cauſam. Vnde non eſt incongruum quod exerceat iuriſdictionem, quæ à ſe abdicata non eſt, & per appellationem videtur remanere iudex, & nõ videtur expirata iuriſdictio; idem Scac. de app. q. 19. remed. 1. n. 35. & 36. ampliat procedere etiam in iudice delegato; vnde ſi à pronũcia ſuper deſertione fuerit appellatum, poteſt iudex à quo, eam reuocare. Rota dec. 12. alias 89. de app. in nouiſſ. Scacc. d. num. 35. & regula eſt, quod facultas reuocandi interlocutoriam non pendet ab habente, ſeu non habente vim diffinitiuæ; ſed an ea lata finiatur, ſeu non finiatur officium iudicis; quia ſi non finitur, poteſt eam reuocare. Scac. d. remed. 1. n. 30. ver. quarta, & vltima, qui per totum illum remedia è tractat de hac materia.

45 Iudex a quo, ordinarius licet non poſſit ſuam ſententiam diffinitiuã nullã reuocare, quando nullitas inten-

tentantur acceſſoriè ad appellationem, tamen quando intentatur principaliter coram eo, poteſt eam reuocare. Franc. in c. dilecto, nu. 65. de app. & ibi Car. Alex. n. 58. & poteſt tentari etiam coram ſucceſſore iudicis, qui ſententiam tulit. Franc. vbi ſup. & debet prius cognoſcere ſuper nullitate ſententiæ principaliter in iudicio deducta; & ſi eſt declarata nulla, cognoſcere poteſt poſtea ſuper meritis cauſæ principalis, parte inſtante, & non procedatur a negotio principali, niſi prius prius diffinitus articulus nullitatis. Veſt. in prax. lib 8. c. 1. nu. 11. quod intellige, niſi appellatus renunciaret ſententiæ nullæ latæ pro ſe; quę eſt nulla propter ſolemnitatem omiſſam, & iuris ordine non ſeruato, ac peteret ex eiſdem actis ſententiam iterum ferri per ipſum ordinarium, qui eam tulit; & appellans non poterit contradicere, quia habet, quod quærebat. Feder. de Sen. conſ. 237.

46 In appellatione extraiudiciali, valent geſta per iudicem a quo appellatur, & non ſunt nulla, aut attētata, & non reuocantur ante omnia, ſed pendente ex futuro euentu, quia reuocantur cùm probata fuerit vera cauſa appellandi. Couar. pract. c. 24. nu. 5. & non reuocantur niſi ea, quæ ſunt geſta contra ipſam appellationem; cætera autem non reuocantur. Franc. in c. 1. ſub nu. 4. ver. vltimo tene menti de app. & in dicto c. bonæ, nu. 29. cum ſeq.

CAPVT VII.

De his, quæ poteſt facere, ſeu non facere, Iudex appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione intentata contra iudicis ſententiam, ipſe iudex à quo, multa poteſt cognoſcere, ſed cauſa introducta ad iudicem appellationis, ad ipſum ſpectat cognoſcere an appellatio ſit recipienda, vel non.*

2 *Appellationis recipiendæ, vel non, articulus requirit plenam cognitionem, reſpectu probationis ſummariæ.*

3 *Iudex appellationis ſuccedit loco iudicis à quo, in cauſa tantum appellata, quia eſt iudex per deuolutionem, & non habet iuriſdictionem, niſi ſuper cauſa appellata.*

4 *Iudex appellationis in cauſis ſummarijs poteſt ferre ſententiā ſuper probatis.*

5 *Poteſt pronunciare ſuper articulis acceſſorijs, omiſſis à primo iudice.*

6 *Poteſt reuocare attentata poſt ſententiā diffinitiuam, ſi attentata tangant articulum appellationis, non autem attentata poſt ſententiam interlocutoriam, quia hoc pendet à futuro euentu.*

7 *Poteſt inhibere iudici à quo, ne vlterius procedat in cauſa poſt appellationem ab interlocutoria, ſed inhibitio debet eſſe legitimè interpoſita.*

8 *Inhibitio vt ſit legitimè interpoſita plura requiruntur.*

9 *Inhibitio non valet quando non eſt legitimè interpoſita, & non inducit nullita-*

tatem actus, nec eſt timenda, nec cauſat attentata, etiam ſi à decreto appellationis non ſuerit appellatum.

10 *Inhiberi non debent Epiſcopi ab Archiepiſcopis, niſi in tribus caſibus non appellatis.*

11 *Subditi non poſſunt ſine cauſa recedere à ſuo ordinario, & in eius præiudicium renunciare primæ inſtantiæ.*

12 *Legati de latere, & Nuncij auocare non poſſunt cauſas ordinariorum, vel aliorum inferiorum, niſi per viam legitimam appellationis.*

Iuriſdictiones non debent turbari, & quilibet inter ſuos limites conſiſtere debet.

13 *Appellatio ab interlocutoria non admiſſa cum clauſula, niſi, ſi, & in quantum, non grauat, atque non habet locum appellatio, & quid quando cum dicta clauſula admittit appellationem à diffinitiua.*

14 *Appellatus ſi puncto appellationis ab interlocutoria renunciat, an iudex appellationis prætermiſſo appellationis articulo, cognoſcere poſſit ſuper negotio principali.*

15 *Iudex appellationis ad quem eſt appellatum à diffinitiua, an poſſit reuocare grauamen illatum per interlocutoriam, quamuis tranſierit in rem iudicatam.*

16 *Iudex appellationis ſi pronunciat malè iudicatum, & bene appellatum, in appellatione ab interlocutoria, cauſa principalis remanet coram eo, ſecus ſi pronunciat benè iudicatum, & malè appellatum, quia cauſa remittitur ad iudicem à quo.*

17 *Appellatio interpoſita ab interlocutoria, non iuſtificatur, niſi probetur cauſam grauaminis eſſe veram.*

Limitatur in exceptione recuſationis, n. 18.

Limitatur 2. quando grauamen illatum non ſubiacet probationi, n. 19.

Limitatur 3. quando cauſa grauaminis detegitur per ſolas allegationes iuris, n. 20.

21 *Appellatio cenſetur iuſtificata, quando exceptio legitima proponitur coram iudice, & offertur probatio, & iudex non admiſit, ſi oblatio eſſet facta ante reiectionem appellationis.*

22 *Iudex oblata probatione exceptionis incontinenti debet aſſignare breuē terminum ad eam probandam, alias pars appellans releuatur ab onere probandi, & ſtatim cenſetur iuſtificata appellatio.*

23 *Limitatur in caſibus, in quibus iudex poteſt reſeruare exceptiones oppoſitas ad merita cauſæ.*

24 *Limitatur ſecundò, in arbitrarijs, quando non eſt à iure determinatum, an exceptio, vel probatio ſit admittenda.*

25 *Limitatur tertiò, quando oblatio probationis eſſet inutiliter facta, & ponuntur exempla.*

26 *Limitatur quartò, quando appellatur à diffinitiua, ſecus ſi primò appellaret ab interlocutoria, & poſtea à diffinitiua.*

27 *Limitatur quintò, quando grauamen ſi retractaretur res rediret ad priſtinum ſtatum.*

28 *Limitatur ſextò, in exceptione notoriè falſa, ſiue notoriè iniuſta*

LIcet poſt latam ſententiam a iudice ordinario contra aliquē, ſi elapſo termino decem dierū non appareat de appellatione, poſſit iudex eam exequi; & ſi appareat de appellatione, & iudex ad quem nondum cœperit cognoſcere de appellatione, iudex a quo, poſſit cognoſcere ad ſui inſtructionem an appellatio ſit facta infra decem dies, an poſt; an ſit facta in ſcriptis ex interuallo, an non; an appellatio ab interlocutoria in ſcriptis facta, contineat ſpecialem, & probabilem cauſam grauaminis, an non; an appellatio ſit à iure prohibita, ſeu non; an appellans ante, ſeu poſt ſententiam, appellationi renunciauerit, ſiue non; & ſic de ſimilibus; cùm ad ipſum ſpectet deferre appellationi legitimę, aut deferre appellationi friuolæ, & fruſtatoriæ, & ad ipſum etiam ſpectat, an appellatio ſit deſerta, ſeu non, quando appellatio non eſt introducta ad
1 iudicem ad quem. Tamen quando appellatio eſt iam introducta ad iudicem ad quem, ad ipſum iudicem ad quem, & non à quo, ſpectant ſupradictæ cognitiones, & an appellatio ſit recipienda, ſeu non.
2 Et debet in iſto articulo adhibere plenam cognitionem, reſpectu probationis ſummariæ. Scac. de app. qu. 11. à n. 12. & ſequ. & hæc pertinent non ad iuſtitiam cauſæ, ſed tantùm ad deuolutionē cauſæ; ex cuius euentu pendet vlterior progreſſus cauſæ; Scilicet, an hic iudex ad quem, negotium principale apud ſe retinere, hoc eſt vlterius in cauſa procedere; an verò ad iudicem à quo appellatum eſt, remittere debeat. Remittere quidem, ſi bene decretum, malè appellatum pronunciabit; Retinere verò, ſi bene appellatum, malè decretum declarabit.
3 Qui iudex appellationis ſuccedit in locum iudicis à quo. Put. deciſ. 166. n. 2. lib. 3. & deciſ. 184. n. 5. lib. 2 & non poteſt cognoſcere, niſi de eo, quod cognouit iudex à quo; Et ideò habet iudicare ſuper meritis primę cauſæ. Bart. in l. 1. in fine, ſub n. 3. C. ſi aduer. libe. Quia iudex appellationis habet iuriſdictionē per deuolutionem circa ea, quæ vertūtur in prima inſtantia, & non ſuper alijs. Afflict. de. 155. ſub n. 3. Put. deciſ. 184. n. 4. & 5. lib. 2. Quare coram eo non poteſt aliquid de nouo peti, & ſuper nouo capitulo non dependente à primo, *ſeu illud non* concernente, *iudex* appellationis cognoſcere non poteſt. Put. ibid. nam quod eſt omnino nouum non dicitur pronunciatum, & per conſequens nec appellatum, nec iuriſdictio deuoluta. Bald. in l. per hanc, n. 10. verſ. quæro ergo, de temp. app.
4 Poteſt tamen primò, iudex appellationis à diffinitiua, ſententiam latam ex falſa cauſa confirmare ex alia cauſa vera, quando noua cauſa comprehenditur in primo iudicio, ſeu ex actis, & proceſſu primę cauſę ſaltem implicitè. Franch. in c. cum in Eccleſia, n. 7. de app. Maran. ſpec. p. 2. act. 2. de app. n. 163. licet in cauſis ſummarijs poteſt ferre iudex ſententiam ſuper probatis, quamvis non petitis. Rot. diuerſ. deciſ. 256. n. 2. 3. & 7. p. 1. Scac. de iud. c. 13. n. 12

5 Po-

5 Poteſt ſecundò pronunciare ſuper articulis acceſſorijs omiſſis à primo iudice; quia appellatio deuoluit etiam acceſſoria. Rebuf. tr. de app. ar. vii. gl vna, n. 16. Franc. in c. dilectis, n. 13. de app. & in c. vt debitus, ſub n. 4 eodem tit.

6 Tertiò, poteſt iudex appellationis a ſententia diffinitiua reuocare attentata appellatione pendente, ſi attentata tangant articulum appellationis. (Secus ſi non tangant cauſam, & negotium appellationis, aut appellans renunciet appellationi,) aut attentata ſint notoriè iniuſta. Franch. in c. ſollicitudinem, n. 3. & 4. de app. & reuocantur ante omnia attentata, in caſibus, in quibus appellatio de iure non eſt admittenda. Bellacomba tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 21. n. 183. Mich. Graſſ. ibidem, n. 102. Barboſ. in coll. ad c. non ſolum, n. 8. de app. in 6. Sed in appellatione pendente ab interlocutoria, aut ab appellatione extraiudiciali attentata non reuocantur ante omnia, ſed pendet reuocatio a futuro euentu, ſcilicet a iuſtificatione veritatis cauſæ appellationis, vt dictum eſt ſupra, & docent Couar. pract. c. 24. in princip. Ricc. collect. 1745. Barboſ. in collect. ad c. non ſolum n. 7. de app. in 6. niſi factum fuiſſet a iudice a quo inhibitio.

7 Quartò, poteſt iudex appellationis inhibere iudici a quo, ne vlteriùs procedat in cauſa poſt appellationem ab interlocutoria, dicto c. non ſolum de app. in 6. quod debet intelligi quando inhibitio eſſet legitime interpoſita, iuxta ſuperius dicta c. 6. n. 37.

8 Plura autem requiruntur, vt inhibitio dicatur legitimè interpoſita; primò, vt lata ſit ſententia a iudice a quo, & ab ea ſit appellatum, quia ſi non præcedat appellatio a ſententia iudicis a quo, nunquam fit tranſitus cauſæ ad iudicem ad quē, cùm appellatio ſit fundamentum deuolutionis cauſæ, alias inhibitio eſſet nulla, c. Romanæ, §. ſi verò, & dicto c. non ſolum, de app. in 6. & appellans non debet audiri a iudice appellationis ſi prius non doceat de ſententia lata a iudice a quo, & de ſua appellatione. Secundò requiritur vt præcedat cauſæ cognitio; nam quando eſt appellatum in caſu, in quo non debuit appellari, ſeu quia cauſa eſt iniuſta, aut appellatio eſt friuola, & fruſtatoria, tunc nunquam iudex ad quem, debet inhibere, niſi prius adhibeat cauſæ cognitionem ſuper iuſtitia appellationis, alias inhibitio non valet, c. non ſolum in fine, ver. canonic. de app. & in ſpec. tit. de appel. §. de officio, ver. ſed quæritur. Lanc. de attent. p. 2. c. 30. n. 137. Et expreſsè habetur in dicto ca. non ſolum ad finem, ibi, poſtquam conſtiterit per appellationem omiſsā ex probabili cauſa negotiū ad ſe deuolutum, & idem Lanc. n. 138. & 139. ex Rota deciſ 68. alias 762. in antiq. & deciſ. 58. alias 412. de app. in nouis, dicit, quod in huiuſmodi inhibitione canonicè facienda, tria requiruntur; Primò, quod appellatio ſit ex probabili cauſa interiecta, & tali, quæ ſi fuerit probata, deberet legitima reputari. Secundò, quod per

talem appellationem negotium ſit
ad eum deuolutum. Et tertiò, quod
ipſe recepta appellatione incipiat
cognoſcere de veritate cauſæ, &
quod tunc, & non ante poteſt in
cauſa inhiberi, & alias inhibitio
nullius eſt efficaciæ, Mandoſ. de
9 inhibitione, quæſt. 25. & quamdiù
cognoſcitur, an cauſa ſit deuoluta,
an appellatio ſit recipienda, & an
iuriſdictio iudici appellationi cõ-
petat, necne, inhibitio non eſt de-
cernenda, quia cognitio an ſit iu-
dex competens necne, omne exer-
citium iuriſdictionis præcedere
debet, dicto c. Romanæ, §. ſi verò, c.
ſuper literis, c. dilectus. c. fin. de re-
ſcript. Miſſing. cent. 3. obſeru 87. nu.
7. cum ſeq. Gayl. lib. 1. obſer. 144. n. 4
nam inhibitio contra ius facta non
inducit nullitatem actus. Maranta
vbi ſupra, n. 197 Ricc. deciſ. 50. n. 4.
par. 4 & non eſt timenda, c. non ſo-
lum, §. illa verò. Rota dicta deciſ. 58
alias 412. de app. in nouis. Bero
conſ. 85 vbi quod inhibitio habet
in ſe tacitam conditionem ſi de iu-
re fieri poteſt, & dicitur iniuſta, &
non cauſat attentata, quando eſt e-
manata contra ius, etiam quod à
decreto inhibitionis non fuerit ap-
pellatum. Abb. in c. cum veniſſent,
in quarto notabili, de reſt. in integ.
Dec. conſ. 460. num. 20. lib. 3. Pariſ.
con. 108. n. 11. & ſeq. lib. 1. Felin. in
c. ſuper quæſtionem, §. fin. de offic.
deleg. Bellamer. deciſ. 239. Couar.
pract. c. 24. n. 3 Roland. conſ. 77. nu.
26. lib. 2. Corn. conſ. 35. lit. C, lib. 3.
Veſt. in prac. c. 8. q 4. n. 26. Riccius
deciſione 37. numero decimonono,
parte quarta; nec eſt timenda
excommunicationis pœna. Bald. in
l. conſulta, n. 1. C. de teſtam. & ibi
Salic. nu. 3. Borgnin. deciſ 9 num. 4.
Marta de iuriſd. par. 2 c 41. n. 12. &
par. 3. c. 7. Ricc. deciſ. 37. n. 9. & dec.
50. n. 3. par 4 vbi nu. 7. addit, quod
per quærelam partis non eſt ob-
temperandum inhibitioni, & eſt
notandum, quod Epiſcopi nõ poſ-
ſunt inhiberi ab Archiepiſcopo ſub
pœna excommunicationis Zerola
in praxi, verbo appellatio. Gauant.
in manual. Epiſcop. eodem ver. n. 3.
Et ſi de ſtylo Rotæ, ſiue iuſta, ſiue
iniuſta timenda ſit, & quod prius
debent reuocari attentata & poſtea
de validitate inhibitionis diſputa-
ri, dicant Lanc. de attent. p. 2. c. 12.
limit. 6. n. 24. Peguer. pract. rubr. 27
de app. in fine. Alfon. de Leon. de
cenſ. recol. 2. n. 177. tamen hoc de-
claratur tribus modis per Farin. in
fragm. lit. I, n. 321. primò, vt huiuſ-
modi ſtylus non extendatur extra
Rotam in alijs curijs, vt exiſtimat
Alfon. de Leon. & ita pluries deci-
ſum fuiſſe refert. Secundò, vt etiam
de ſtylo Rotæ non procedat, quã-
do nullitas, ſeu iniuſtitia inhibitio-
nis eſſet euidens, & notoria ex ijſ-
dem actis. Lanc. de atten. par. 2. ca.
20. ampl. 11. n. 28. Farin. ſupra n. 322
vbi etiam, quod neque de ſtylo Ro-
tæ timenda eſt inhibitio nimis ca-
lumnioſa, ex Pur. dec. 122. poſt me-
dium, lib. 1. Peregr. deciſione 135.
libro 2. Io. Paul. deciſione 197. Lan-
cel. vbi ſupra, numero 133. Tertiò,
quod nec etiam de ſtylo Curiæ in-
hibitio timenda eſt, quando com-
miſſio ſignatur cum clauſula prout
de iure. Lanc. vbi ſupra, num. 30. &

ex

ex Quarant. in ſumma Bullar. in
verbo Archiepiſcopi auctoritas.
n.18. ver.2. principaliter habetur;
10 quod Archiepiſcopus antequam
inhibeat ſuffraganeo, conſiderare
debet, an per appellationem ſit de-
uolutum negotium, & cauſa, &
an appellatio ſit legitimè interpo-
ſita, & Zerol. in verbo appellatio.
verſ. ad decimum, refert declara
tionem Cardin. in qua fuit dictum
non eſſe inhibendum Epiſcopis in
aliqua cauſa, quæ fuit coram eis in
prima inſtantia, nec deferendum
appellationibus; niſi in tribus caſi
bus, videlicet, quando appellatur
à diffinitiua, 2. quando appellatur
ab interlocutoria habente vim dif
finitiuæ, & 3. quando appellatur
à grauamine irreparabili per diffi
nitiuam, refert etiam Hieron. Ro-
deric. in compendio, qu.10. nu.21.
vbi citat etiam Bull. Greg. XIII
quæ eſt 24. nec primę inſtantiæ or-
dinarij poſſunt partes in eius præ-
iudicium renunciare; Concil. Trid.
11 ſeſſ.24. c.20. de reform. aut ſine
cauſa recedere a ſuo iudice ordi-
nario. Dec. in c. vt debitus n.80. in
fine de appellat. Suarez de pace in
pract. tom.2. præl. vltim. n.18. Lu-
douic. a Saruia de iuriſd. adiun-
12 ctorum qu.7. n.7. Barboſ. in coll.
ad dictum Conc. Trid. nu.2. & n.3.
addit. Nuncios, & legatos de la
tere ſpecificam poteſtatem maio-
ris non habentes, a ſe aduocare
non poſſe cauſas in curijs ordina-
riorum, vel aliorum inferiorum
iudicum pendentes, niſi per viam
legitimam appellationis ad ipſo-
rum tribunalia deferantur, refert
dec. ſum, Ricc. deciſ. 296. n.5. par.4.
13 Nam iuriſdictiones non debent
turbari, l. vltima, ff. de iuriſd. omn.
iudic. & quilibet inter iuriſdictio-
nis ſuæ limites conſiſtere debet, c.
nullus extra de iudic.

Et notandum eſt, quod quando
iudex à quo admittit appellatio-
nem ab interlocutoria, cum clau
ſula ſi, & in quantum, non habet lo-
cum appellatio. Tuſc. lit. A. concl.
397. n.5. ex Imol. in l. iudex in fine
verſ. quid autem, ff. de re iudic.
Natta conſ.52. nu.8. verſ. nec ob-
ſtat; ratio eſt, quia pars non po-
teſt dici grauata, quia per hanc
clauſulam intelligitur conceſſum
id, quod de iure conceditur. Barr.
in l. ſi quando in principio, & ibi
etiam Imol. ff. de legat. 1. Corn.
conſ.180. lib.1. Roman. conſ.501.
Tuſc. lit. A, concl.369. n.15. & con-
cl.370. n.5. vbi, quod iudices pra-
ctici incipiunt verba negatiua,
quando ab interlocutoria appella-
tur, ex Benint. deciſ.1. per tot. ſci-
licet, non admittatur, niſi, & in
quantum de iure debet admitti;
Card. Zabarel. in Clem. II. in fine,
verſ.3. quæro de appel. Franch. in
c. cum appellationibus §. ſi verò
n.11. verſ. ſed limita de appel. in 6.
& per conſequens inhibitio non
procedit, & quando appellatio ad-
mittitur à iudice, a quo a ſenten-
tia diffinitiua, cum dicta clauſula, ſi
iudex appellationis pronunciat
malè appellatum, & benè iudicatũ,
cauſa redit ad iudicẽ a quo abſq;
aliqua remiſſione cauſæ. Scacc. de
appel. q.17. lim.1.6. m.mb.7. n.100.
14 Quintò, ſi appellatus puncto ap-
pel-

pellationis ab interlocutoria renunciet, poteſt iudex appellationis prætermiſſo appellationis articulo cognoſcere ſuper cauſa, & negotio principali ſecundũ Bernard. Greuæ ad practic. Cameræ Imperialis lib.1. concl.136 conſider.1 num.1. quem citat, & ſequitur Barboſ. in coll. ad c.1. n.5. de appel. in 6. quia vt cognoſcatur ſuper articulo appellationis, verſetur ſolus fauor appellati, cui fauori renunciare poteſt. Sed Dec. in c. vt debitus nu.80. de appel. dicit, quod ſolus Papa ex quadam prærogatiua poteſt de voluntate partium cognoſcere ſuper negotio principali omiſſo articulo appellationis. Quia Papa poteſt cauſam auocare ab ordinario, idem dicunt Couar. pract. c.9. n.6. Steph. Gratian. diſcept. for. c.6. n.12. cum ſeqq. Barboſ. vbi ſup. n.4. & Petr. Barboſ. in l.1. ff. de iud. n.24. cum ſeq. vbi quod etiam permiſſum eſt iudici inferiori accedente Papæ confirmatione, ſiue approbatione. Alij dicunt, quod ſolus iudex, qui poteſt adiri via querelæ, & non habet iuriſdictionem limitatam, poteſt de conſenſu appellati procedere in cauſa, & negotio principali omiſſo articulo appellationis ab interlocutoria, ita Innoc. in d.c. vt debitus nu.4. Abb. n.35. Card. Alex. ſub num.28. Franc. in c. 1. §. poſt hæc ſub num.9. eod. tit. de appel. q.1 . lim.47. mẽbro 3. nu.9. Secus eſt in eo, qui eſt iudex tantũ appellationis, vt Archiepiſcopus; Aut in iudice delegato, qui iudices etiam de conſenſu appellati, & appellantis non poſſunt procedere in negotio principali niſi prius cognouerint articulum grauaminis, niſi iudex a quo detulerit appellationi ab interlocutoria vt ipſemet Scac. declarat, ibi n.13. ex ſcripto tamen Principis poteſt totius cauſæ cognitio ad appellationis iudicem deuolui, non cognito, neque pronunciato ſuper articulo appellationis, iuſta interueniẽte cauſa. Codex Fabrian. lib 7. tit.26. defin.5. & ex Surdo deciſ.175. n.10. habetur, quod quando appellatus impetrat cõmiſſionem, per quam totũ negotium demandatur, tunc tribunali, cui cauſa cõmiſſa eſt, cognoſcit de meritis, etiam ſi appellatio non deuolueretur, vel eſſet malè appellatum.

15 Sextò iudex ad quem eſt appellatũ à diffinitiua, poteſt reuocare etiam grauamen illatum per interlocutoriam, latam in prima inſtantia, quamuis illa interlocutoria tranſierit in rem iudicatam, quando interlocutoria reſpicit merita cauſæ. Quia in cauſa appellationis poſsũt opponi omnes exceptiones perẽptoriæ, quæ poſſunt fieri poſt litem conteſtatam. Et etiam poteſt reuocare grauamen illatum in exceptionibus dilatorijs, quæ reddũt proceſſum ipſo iure nullum, quia etiã hę poſſunt opponi poſt litem conteſtatam, etiã ſi fuiſſent oppoſitæ in prima inſtantia, & iudex eas reieciſſet, & a tali reiectione non fuiſſet appellatum, & tranſierit in rem iudicatam. Secus autem eſſet ſi exceptiones dilatoriæ eſſent eius naturæ, vt non redderent iudicium ipſo iure nullum, ſed ſolum ope exceptio-

ceptionis. Quia non poſſunt opponi in cauſa appellationis, niſi eſſēt prius oppoſitæ in prima inſtantia, & in ea ſi fuerint reiectæ eſſet appellatū. Aliàs ſi non eſſet appellatū tranſierint in rem iudicatam, & non poſſunt amplius opponi, aut reuocari, quamuis poſtea appellaſſet à diffinitiua, vt probatur in c. vlt. de app. in 6. ratio eſt, quia appellatio à diffinitiua reponit appellantem in eo ſtatu, in quo erat in cauſa principali poſt litē cōteſtatam, & ideo exceptiones declinatoriæ, quæ non poſſunt opponi in cauſa principali, poſt litē conteſtatam, nec poſſunt opponi in cauſa appellationis à diffinitiua, ita Franch. in c. cum ceſſante n. 29. per totum.

16 Septimò, quando iudex ad quem iuſtificato interlocutoriæ grauamine, pronunciat benè appellatū, & malè iudicatū, cauſa principalis remanet cognoſcenda coram eodem iudice, c. vt debitus, & ibi gl. in verbo alioquin, de appel. Abb. ibi num. 8. Dec. num. 21. Card. Alexan. num. 12. Scacc. de appel. quæſt. 17. limit. 47. membr. 3. num. 1. & 6. Peregr. tit. de iuriſ. ordin. & deleg. tit. de iuriſd. deleg. n. 51. & hoc procedit etiā in iudice delegat. Innoc. in d. c. vt debitus n. 5. Abb. ibi n. 34. Dec. n. 69. & 70. Franc. n. 49. Scac. d. n. 6. Secus ſi iudex appellation. pronunciet malè appellatum, & benè iudicatum. Quia tunc cauſa debet remitti ad iudicem à quo, à quo debet terminari in prima inſtantia. Cyn. in l. per hanc, quæ eſt vltima, num. 11. C. de tempor. & repar. ordi. Bart. in l. intra vtile in princ. ff. de min. 20. annor. Dec. in dicto c. vt debitus num. 18. & 19. Guid. Pap. tr. de appel. conc. 9. n. 7. Couar. pract. quæſt. c. 9. n. 5. Scac. vbi ſupra nu. 19. & nu. 20. extendit, etiam ſi cauſa appellationis eſſet delegata cum toto negotio principali, quia huius commiſſio intelligitur facta quatenus benè fuerit appellatum. Dec. vbi ſupra, & Veſtr. in praxi lib. 3. c. 9 ſub. n. 11. Nam appellatio datur propter grauamen, quod eſt cauſa appellationis, d. c. vt debitus. Abb. in c. interpoſita ſub n. 3. eod. tit. qua cauſa ceſſante, ceſſat appellatio, c. ceſſante eod. tit. Vnde qui non eſt grauatus non poteſt appellare. Bald. in l. vnica ſub n. 7. C. ne lic. vna eadem cauſa. Franch. in c. duobus de appel. Oſaſc. deciſ. 61. num. 3. Greg. Tholoſ. lib. 5. c. 1. num. 1. Cæſar. Bart. deciſ. Bononienſ. 52. num. 10. (licet idem Scac. quando cauſa committitur cum toto negotio principali, vel cum clauſula quam, & quas, dicat n. 31. quod tunc cauſa non redeat ad iudicem a quo,) & quando iudex a quo non detulit appellationi, tūc cauſa redit ſine alia remiſſione ad iudicem a quo, & nō eſt neceſſaria pronunciatio ſuper remiſſione, Franch. in dicto c. vt debitus ſub numero 47. & Cardinalis Alexan. ſub numero 28. addit ad Rotam deciſ. 3. verſus finem de appellat. in nouis, & poteſt ſine remiſſione procedere; etiam quod ei fuerit facta inhibitio pendente appellatione. Quia huiuſmodi inhibitio erat acceſſoria appellationi, qua ceſsāte

te ceſſat inhibitio. Card. Alex. vbi ſupra, additio ad Rotã vbi ſupra, & ad Rot. deciſ. 1. alias 138. nu. 3. de offic. deleg. in nouis, & ſatis cenſetur reuocata cum fuerit pronunciatum malè fuiſſe appellatũ. Franch. in dicto c. vt debitus ſub num. 47. verſ. quid autem, ſed ſi iudex a quo detulerit appellationi, non poteſt amplius procedere, niſi iudex ad quem per expreſſam pronunciationem cauſam ad eum remittat, dicto c. vt debitus, ibi, illam ad inferiorẽ remittat. Franc. dicto num. 47. verſ. tertiò quæritur, & Card. Alex. dicto nu. 28.

17 Et ſi quæris, quando appellatio interpoſita ab interlocutoria cenſetur iuſtificata, vt poſſit iudex appellationis pronunciare benè appellatum, & malè iudicatum; & cauſam ſuper negotiò principali remanere cognoſcendam coram eodem iudice appellationis? Et reſpondetur, quod appellatio non iuſtificatur coram iudice appellationis, ſi appellans probet ſolum ſe appellaſſe ex cauſa probabili; Sed debet etiam probare cauſam grauaminis eſſe veram, c. interpoſita de appel. Et licèt, quando appellans intendit ſolum admiſſionem ſuæ appellationis, & reddere eam aptam ad deuoluendum, ſufficiat probare appellaſſe infra legitima tempora; & in appellatione ab interlocutoria, de qua loquimur, ſufficiat inferere rationabilem cauſam in ſcriptis, quæ ſi eſſet probata conſtaret de grauamine, & deberet legitima reputari, c. vt debitus de appellat. alias appellatio eſſet nulla, Franch. ibidem ſub num. 1. verſ. tene menti, & q. 8. ſub nu. 17. Tamen quando appellans intendit conſequi deuolutionem cauſæ, quia iudex a quo grauauit eum, reijciendo, ſeu non admittendo eius exceptionem; ex hac ſola repulſione exceptionis quantumcũq; prima facie appareat legitima exceptio; non iuſtificatur appellatio, niſi poſtea coram iudice appellationis de veritate ipſius cauſæ appellationis probetur, vt expreſsè habetur in dicto c. interpoſita; Butr. ibi ſub nu. 1. & ſub num. 5. & 10. Abb. notab. 1. num. 2. Dec. nu. 1. Salgad. de Prot. Reg. tom. 1. par. 4. c. 7. nu. 15. Alias cauſa non deuoluitur ad iudicem ad quem, ſed remanet apud iudicem a quo. Aliter iuriſdictiones confunderentur voluntate appellantis, & iudex inferior priuaretur ſua iuriſdictione, quod ferendum non eſt, c. 1. & ibi gl. de foro comp. in 6. c. peruenit 11. quæſt. 1. c. ſolita extra de maior. & obed. ex quo infertur, quod iudex non dicitur grauare partem ex hoc ſolo, quod eius exceptionem non admiſit, quia potuit licitè eum expellere putando illam eſſe falſam. Et ideo ad hoc; vt iudex dicatur grauaſſe, requiritur poſtea, quod probetur de veritate cauſæ grauaminis ipſius appellationis. Alias non diceretur eſſe iuſtificata appellatio. Lap. alleg. 2. col. 2. Franch. vbi ſupra, vbi etiam in verſ. tertiò tene menti, dicit, quod in facultate iudicis a quo eſt admittere, vel repellere exceptiones

par-

partis. Quia licet ex ſola admiſſione, vel repulſione poſſit appellari; tamen ex hoc ſolo, quod iudex exceptiones reijcit, non infertur grauamen iuſtificatiuum ipſius appellationis. Niſi aliter de veritate ipſius exceptionis probetur, & ſubdit idem Franch. referens notabile dictum Innoc. in c. poſt electionem de conceſſ. præb. dicentis, quod licet prima facie appareat exceptio rationabilis, & legitima, tamen, quando iudex vehementer ſuſpicatur, quod non ſit vera, poterit huiuſmodi exceptione non admiſſa ſententiam proferre, nec debet iudex timere appellationem, quia propter hoc, quod exceptiones prima facie admittendas non admiſerit, non caſſabitur ſententia, niſi in cauſa appellationis probetur de veritate ipſius exceptionis, per tex. d. c. interpoſita. Quæ regula d. tex. c. interpoſita, ſcilicet, quod debet probari coram iudice appellationis veritas cauſæ grauaminis, vt poſſit appellatio haberi pro iuſtificata. Limitatur primò,
18 in exceptione recuſationis, quia ſi ea non obſtante iudex procedat in cauſa principali, & ex hoc appelletur, cenſetur ipſo facto iuſtificata appellatio, licet aliter poſtea in appellatione non probetur cauſas recuſationis eſſe veras, & non fuerit oblata probatio, quia recuſans iudicem non tenetur probationes facere coram eo. Franch. vbi ſupra num. 2. & Card. Alex. ſub
19 nu. 3. fallen. 2. Limitatur 2. in caſibus, in quibus grauamen illatum non ſubiacet probationi, puta, ſi denegentur induciæ deliberatoriæ, vel ſi denegetur copia ſententiæ, vel actorum, & in alijs ſimilibus caſibus, in quibus non
20 poteſt offerri probatio, ita Butr. Dec. & Franch. vbi ſupra. Limitatur tertiò, in omni caſu, quo cauſa grauaminis detegitur per ſolas allegationes iuris abſque alia probatione facti, aut ſi cauſa grauaminis appareat ex iuris præſumptione. Franch. dicto num. 2. verſ. tertiò limita. Dec. nu. 2. Card. Alex. ſub nu. 3. fallen. 4. exemplificant, quando iudex interloquitur aliquem eſſe torquendum, carcerandum, &c. quia iuris præſumptione conſtat de veritate grauaminis, niſi contrarium probetur. Vel vbicumque appellatur ex cauſa notoria, vel talis, quæ fundat intentionem appellantis de iure communi, quia notorium iuris, vel facti releuat ab onere probandi, licet non releuet ab onere allegandi, vbi ſuprà, eodem n. 2. & 3. ponit alias limitationes.
21 Quando autem exceptio, vel alia petitio prima facie legitima proponitur coram iudice, & offertur probatio incontinenti, ſi iudex tūc non admittit, ex eodē c. interpoſita ſtatim, & ipſo facto cenſetur iuſtificata appellatio, ita quod ſufficiat copulatiuè, hæc duo probare coram iudice appellationis, nempè; exceptionem legitimam fuiſſe propoſitā, & quod iudex exceptionem propoſitam, & probationem oblatam non admiſit, vt habetur in d. c. interpoſita. Abb. ibi notab. vltimo num. 3. Franch. nu. 1. notab. 4.

Lancel. de attent. par. 2. c. 12. limit. 1. princ. n. 40. & 41. Salgad. d. c. 7. n. 56. & hoc ſolum ſufficit probare ad iuſtificandum appellationem, dato, quod aliter non probetur veritas ipſius exceptionis, dummodo hæc oblatio facta eſſet ante reiectionem appellationis. Quia ſi eſſet facta poſt, non releuaret ab onere probandi veritatem cauſæ grauaminis. Franch. vt ſup. n. 1. in fine. Et oblata iudici probatione
22 exceptionis incontinenti; debet index requirere probationem, aſſignando breuem terminum ad probandum. Franch. ibidem; ſubdens quod optima cautela eſt, quod ſi pars velit releuari ab onere probandi, in cauſa appellationis, quod vltro ſe offerat ad probation. tunc enim ſi non admittitur per iudicem, ſiue eius exceptio fuerit vera, ſiue falſa ſtatim eſt iuſtificata appellatio, eo ipſo quod conſtat de exceptione propoſita, & de non admiſſa oblatione probationis. Franc. d. n. 1. & hoc procedit non ſolum in exceptionibus dilatorijs, ſed etiam in peremptorijs. Butr. in dicto c. interpoſita n. 10. & Franc. nu 4. licèt contrarium teneat Soc-
23 cin. reg. 386. Limitatur hæc regula d. c. interpoſita; primò, non habere locum in omni caſu, quo iudex poteſt reſeruare exceptiones oppoſitas ad merita cauſæ, vel in fine cauſæ, quia tunc licet opponens exceptionem offerat incontinenti illius probationem, & à reiectione appellet, tamen ex hoc ſolo non dicitur iuſtificata appellatio, ita Franc. vbi ſup. n. 4. in 2. & 3 Limitatione, & Card. Alexan. ſub n. 4. fallent. 2. & 3. qui ponunt exemplum, quando ponitur exceptio contra teſtem, quod ſit infamis, criminoſus, &c. & offertur probatio incontinenti, & ſequitur Scac. de appel. quæſt. 11. nu. 76. dicunt tamen, quod veritas iſtius exceptionis debet probari in cauſa appellationis, quia in hoc caſu non ſufficit obtuliſſe probationem, quod dictum non approbo, quia licet in hoc caſu non habeat locum d. c. interpoſita; non tamen in cauſa appellationis reſeruari debet probatio veritatis ipſius exceptionis; quia iudex non tenetur recipere à principio probationes contra perſonas teſtium, ſed reſeruare ad merita cauſæ, quando requirunt altiorem indaginem, & ideo non grauat; ſi ergo non grauat, non habet locum appellatio,
24 & cauſa debet manere apud iudicem à quo, cui in fine cauſæ competit probare veritatem exceptionis. Nam quando exceptio eſt intricata, aut requirit altiorem indaginem poteſt iudex reſeruare ad merita cauſæ, lib. 3. ff. ad exhibendum, & ſi pars de hoc appellat, non eſt appellatio admittenda, & arbitrio iudicis ſtatur circa hoc, Ricc. deciſ. 26. par. 1. & deciſ. 125. ead. p. 1. Limitatur ſecundò, in arbitrarijs, & omnib. caſib. in quibus exceptio, vel probatio an ſit admittenda, vel non à iure nō eſt determinatum, ſed iudicis arbitrio relinquitur; tunc ex ſola oblatione probationis non iuſtificatur ipſa appel latio, ſed debet probari veri-

tas

tas ipſius exceptionis, cum ex hoc detegatur an iudex malè, vel benè fuerit arbitratus in non admittendo exceptionem, & probationem
25 oblatã.Franc. d. n.4. lim.4.Card. Alex.ſub n.4 fall 4. Limitatur tertiò, quando oblatio probationis incontinenti faciendæ, eſt inutiliter facta. Quia tunc appellatio à reiecta exceptione non dicitur iuſtificata, ſed eſt probanda veritas ipſius exceptionis, exemplificatur in appellatione extraiudiciali, quia iudex in extraiudicialibus non neceſſitatur recipere probationes. Nec pars, quia non eſt iudex.Frãc. d.n.4. lim.5. Abb. in c. bonæ n.8. differ 3. Zabarel. n.54. diff. 6. de appel. Scac.d.q.11.n.73. exemplificatur ſecundò in mero executore, qui non tenetur recipere probationes.Franc. d.limit.5.& Dec dicto n 7. exempl. 2. exemplificatur tertiò, quando appellatur in abſentia iudicis, in caſibus à iure permiſſis, vt quãdo appellatur in præſentia honeſtorum virorum. Abb. in d.c. interpoſita ſub n. 5. fallent. 2. Franc. d.n.4. limit.6.Card.Alex. fall .7.ſub n 4. Dec.n.8. exemplo 3.
26 Limitatur quartò, ſi reus offerat exceptionem peremtoriam, & offerat illius probationem debito tẽpore, & iudex non admittat, ſed ſtatim proferat ſententiam diffinitiuam contra reũ, & reus appellet à diffinitiua, quia in hoc caſu illa ſola oblatio probationis non iuſtificat appellationem, ſed oportet, quod exceptio probetur, quia appellando à diffinitiua non intendit ſolum deuolutionem cauſæ, ſed intendit victoriam cauſæ. Secus ſi primò appellaret a grauamine, & poſtea a diffinitiua; tunc enim, ſi proſequitur cauſam appellationis ab interlocutoria, diceretur iuſtificata appellatio, & ipſa ſententia
27 diffinitiua veniret reuocanda per viam attẽtati.Franc. vbi ſup.lim.8. Card.Alex. ſub n.4.fallen.9. Limitatur quintò, quando grauamen ſi retractetur propter quod fuit appellatum, res rediret in priſtinum ſtatum ſi non probaretur veritas ipſius exceptionis; tunc enim vt euitetur circuitus requiritur, vt probetur veritas ipſius exceptionis, exemplum ponunt Doctores, quando ponitur exceptio contra teſtes, quia in omnem euentũ probari debent in cauſa appellationis, ita poſt Imol. in eod. c. interpoſita col.6.Franc. vbi ſup.lim.10. Card. Alex. ſub nu.4. fallen.12. Scac. vbi
28 ſup.n.81.Limitatur ſextò, quando opponeretur exceptio notoriè iniuſta, vel non vera, ſeu falſa per euidentiam rei, quia tunc non operatur oblatio probationis incontinenti. Franc.vbi ſupra in lim.11. Limitatur ſeptimò, quãdo oblatio probationis facienda, offeratur fieri incontinenti, in caſu, quo non debet admitti exceptio requirens altiorem indaginem.Secus ſi poſſit admitti exceptio requirens altiorẽ indaginem, quia iſto caſu ſufficeret oblatio ſimplex probationis. Franc.ſupra in vltima limitatione, vbi ſi iudex admiſit exceptionẽ illi qui obtulit ſe probaturum, & aſſignat ſibi terminum ad probandũ; ſed ipſe excipiens non vult recipe-

re: tunc non poteſt licitè appellare, nec habet locum tex. d. c. interpoſita, niſi forte aſſignaſſet valdè breuē dilationem, ideo cautela eſt, quod iudex aſſignet competentem dilationem, nam tunc ſi pars non probet, vel non velit dilationem acceptare, non habet locum diſpoſitio d. c. interpoſita, & idem eſt ſi excipiens obtulit ſe probaturum, acceptauit breuem terminum, & tamen non probaut, nam elapſo termino videtur excluſus. Franch. ibid. & ſufficit oblatio verbalis, & quod petat breuem terminū, quando oblatio probationis offertur incontinenti, & nō eſt neceſſaria oblatio realis, cum ſcripturis in ſacco & teſtibus ad latus. Ant. de Butr. in d. c. interpoſita ſub n. 10. col. 4. Abb n. 7. verſ. vlt. ſcias, F. a. c. vbi ſup. in 15. lim. de alijs limitationibus vidēdus eſt id. Frāc. Car. Alex. vb. ſup.

CAPVT VIII.

Soluuntur aliqua dubia.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis cauſa ſequitur naturam cauſæ principalis.*

2 *Citatio requiritur in cauſa appellationis, non tamen ſi iudex detulerit appellationi, & ſtatuerit appellanti terminum ad proſequendam appellationem.*

3 *Litis conteſtatio non eſt neceſſaria in cauſa appellationis, quando in prima inſtantia lis fuit conteſtata.*

4 *Exceptiones peremptoriæ opponi poſſunt in cauſa appellationis, non antem dilatoriæ.*

5 *Interlocutoria ſuſcipit naturam diffinitiuæ, quando iudex à quo non obſtante appellatione ab interlocutoria procedit ad ſententiam diffinitiuam.*

6 *Exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ non poſſunt opponi in cauſa appellationis, niſi fuerit ignoranter omiſſa, aut ortum habuerit de nouo, aut redderet proceſſum retro nullum ipſo iure.*

7 *Litteræ gratioſæ ſubreptitiæ poſſunt opponi in vim dilatoriæ, & in vim peremptoriæ.*

8 *Iudex appellationis non poteſt confirmare, nec infirmare ſententiam tranſactam in rem iudicatam, ſi pars de hoc ſe opponit.*

9 *Forma ſententiæ appellationis qualis eſſe debet?*

10 *Iudex appellationis ſi habet ſtatuta contraria à ſtatutis iudicis à quo, quæ ſtatuta ſeruare debet?*

11 *Iudicis deciſoria, differunt ab ordinatorijs, & quæ ſint.*

12 *Iudex appellationis in decidendo debet ſeruare leges, & ſtylum, quod primus iudex à quo ſeruare debuit, Delegatus debet ſeruare ſtatuta litigantium ibidem.*

13 *Appellationi an quis poſſit renūciare.*

14 *Appellatione deſerta iudex appellationis deſinit eſſe iudex.*

15 *Appellatione deſerta iudex à quo poteſt ſuam ſententiam exequi abſque eo, quod pronunciet ſuper deſertione.*

16 *Appellans quando cenſetur tacitè renūciare appellationi, & quando ſecus.*

17 *Appellationi renunciantiz tacitè, vel expreſsè poſt ſententiam non conceditur reuiſionis remedium, ſecus ſi ante ſententiam.*

1 Dub.

1 DVb. 1. cuius naturæ ſit cauſa appellationis? Reſp. quod cauſa appellationis ſequitur naturam cauſę principalis. Dec. in rubr. nu. 23. circa finem de appel. & dicitur eadē cauſa cum prima, Bald. in l. inuitus n. 6. C. de procur. quare ſi cauſa prima eſt ſummaria, cauſa appellationis etiā erit ſummaria. Bald. conſ. 272. in fine lib. 3. Bellam. deciſ. 41. Vant. de nullit. rub. de nullit. defectu proceſſ. n. 58

2 Dub. 2. an in cauſa, & proceſſu appellationis requiratur citatio? Reſpond. affirmatiuè. Franch. in cap. Romanæ §. ſi verò num. 1. & in §. fin. num. 4. de appel. in 6. Sed ſi iudex detulerit appellationi, & ſtatuerit appellanti terminum ad proſequēdum appellationem, non requiritur, item Franc. in c. ſæpe num. 7. & 12. de appel. reliqua circa hanc materiam ſunt per Scacc. de appel. q. 11. [illegible] n. 56. & ſeq. ad n. 58

3 Dub. 3. an requiratur in cauſa appellationis litis conteſtatio? Reſpond. quod non eſt neceſſaria, Bart. in l. vnica num. 3. C. ne l. c. in vna ea l. cauſ &c. Rota deciſ. 7. alias 167. de lit. conteſt. in nouis. Franch. in cap. per tuas num. 1. de appel. quod intellige altero litigantium abſente, & præſente iſta in primo litis examine conteſtatione in iudicio appellationis eam neceſſariam non eſſe. Franch. in c. interpoſita §. ſane n. 2. de appel. Couar. in c. Raynutius n. 1. de teſtam. de quo videndus eſt Miſing. cent. [illegible] Franch. Mar. deciſ. 1182. num. 22. par. 3. & deciſ. 706. par. 2. Bellacomb. com. opin. lib. 3. tit. 7. num. 22. Borrel. in ſum. deciſ. tit. 50. num. 29. de lit. conteſt. & in cauſa appellationis ab interlocutoria, quod non ſit neceſſaria. Franch. in c. ſæpè nu. 23. de appel. & in dicto cap. per tuas num. 9. & in cauſa appellationis à diffinitiua, quando vtraque pars eſt præſens fit litis conteſtatio in cauſa appellationis, quamuis fuerit conteſtata in prima inſtantia, Bart. in l. vltima §. illud C. de appel. tempor. Abb. in dicto c. per tuas num. 4. Franc. ibidem num. 9. verſ. quartus caſus. Couar. vbi ſupra, quod intelligit Franc. quando partes, ſeu alter earum facit inſtantiam pro conteſtatione litis, ſecus ſi neutra earum inſtat pro litis conteſtatione, & quando in prima inſtantia non fuit lis conteſtata, eſt neceſſaria in cauſa appellationis. Rota vbi ſupra, niſi cauſa de ſui natura nō requirat litis conteſtationem. Franch. dicto num. 9. verſ. ſecundus caſus.

4 Dub. 4. an in cauſa appellationis opponi poſſunt omnes exceptiones? Et reſp. cum diſtinctione, aut loquimur de exceptionibus peremptorijs, & poſſunt opponi, quia in cauſa appellationis, quod non eſt deductū deduci poteſt, & quod non eſt probatum probari poteſt, in his quæ reſpiciunt merita cauſæ. Sed exceptiones peremptoriæ reſpiciunt merita cauſæ, ergo poſſunt opponi, & probatur ex l. perēptor. l. cum reſc. non poſſ. l. per hanc C. de tempor. appel. l. eos §. ſi quis C. de appel. quæ iura procedunt tam in ciuilibus, quam in criminalibus,

La n-

Lancel. de attent. c. 12. limit. 27. n.4 Farin.conſ.16.n.3.& exceptiones peremptoriæ licet poſſint opponi, quandocumque, tam ante litem conteſtatam, quàm poſt, dicta l. peremptorias, de earum tamen natura opponũtur poſt litem conteſtatam. Dec. in rubric.n.6.C. de edend. Aſin.in prax.§.13.c.4.n.1. Et opponuntur, vt perimant ius agentis, & ſi fuerint oppoſitæ in prima inſtantia, & reiectæ à iudice per interlocutoriam, & non fuerit appellatum, ſi poſtea appelletur a diffinitiua, iudex appellationis grauamen illud poterit reuocare, c.vlt.de appel.in 6. Duen. reg.47. verſ.4. fallit, & ſi eſſet appellatum
5 ab interlocutoria, & iudex à quo appellatione non obſtante proceſſiſſet ad ſententiam diffinitiuam, tunc appellatio ab interlocutoria ſuſcipit naturam appellationis à diffinitiua, & poteſt iuſtificari ex nouiter deduct. Card. Alex. in c. vt debitus ſub n.51.de appel. fallent.5 etiam ſi exceptio ſuperuenerit reo pendente appellatione, quia ſufficit, quod ſuperueniat quandocum-
6 que. Bald. in l.per hanc n.12. verſ. ſed dubitatur C. de tempor. appel. Declinatoriæ autem, & dilatoriæ exceptiones non poſsũt opponi in cauſa appellationis à ſentẽtia diffinitiua lata poſt conteſtationem litis. Franc.in c. per tuas n.1. & 2. de appel. Aſin. d. §.13. c.2.ampliat.1. n.1.Greg.Tholoſ.tr.de appel.lib.6. c.15.ſub n.1.quia exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ non poſſunt opponi in prima inſtãtia poſt litis conteſtationem. Ergo neq; poſſunt opponi in cauſa appellationis; quia appellatio reponit appellantem ad ſtatum, in quo erat tempore litis conteſtatæ, & non ante, Rebuff. in tr.de app. ar. vlt. gl.vna nu.41. Et hoc habet locũ tã in cauſis tẽporal. quã in ſpiritual. Franc. vbi proximè n.1. Limitatur tamen, quando exceptio dilatoria fuit ignoranter miſſa, & non oppoſita ante litem conteſtatam. Franc. d.n.1. circa finem, & in c.cum ceſſante ſub n.29. eod.tit.de app.Aſin.d.§.13. c.2.lim. 4.nu.1. Dummodo fuit omiſſa per ignorantiam facti; Secus ſi eſſet omiſſa per ignorantiam iuris, Aſin. d.lim.4.n.3.& lim.14. & dummodo non poſſit ei imputari culpa dictæ ignorantiæ facti. Aſin.ibid.nu.4 & limit.14.n.1. Limitatur ſecundò, in declinatoria, & dilatoriâ, quæ ortum habuit poſt litem conteſtatam, & ſuperuenit de nouo, Marãt. in ſpecul.par.6. membr.9.n.8.Aſin. d.§.13.c.2.lim.1.n.1. Dũmodo opponatur cũ deuenerit ad notitiam, & nullus fiat ſcienter actus ante oppoſitionẽ. Secus ſi opponeretur poſt alium ſcienter factum. Franc. d.c.per ſuas n.2.Aſin. vbi ſup. ſub lim.4.nu.1. & dummodo non eſſet exceptio ſuſpicionis contra iudicem, & proueniret ex facto proprio; Aſin.d.cap.2.lim.1.ſub lim.2. Limitatur tertiò, in exceptione dilatoria, quę reddit proceſſum retro nullum, ipſo iure; Marant. vbi ſup. n.9. Aſin.d.c.2.lim.8.n.1.& 2.Frãc. in c. ceſſante ſub n.29. verſ. aduerte tamen de app. quod procedit, etiã ſi hæc exceptio fuiſſet oppoſita in prima inſtantia, & fuiſſet reiecta,

&

& à reiectione non fuiſſet appellatum, & per conſequens tranſierit in rem iudicatam; quia ſi poſtea appellaretur à diffinitiua, poterit opponi in cauſa appellationis, & iudex ad quem poterit reuocare illam reiectionem, ſeu interlocutoriam iudicis à quo, ſecus ſi non ſit eius naturæ, vt non reddat iudiciũ ipſo iure nullum, ſed ope exceptio-
7 nis, Scac. de app. q. 11. n. 55. Sed aduertendum eſt, quod litterę gratioſæ, ſi ſunt ſubreptitię, exceptio ſubreptionis, poteſt dupliciter opponi, primò, in vim dilatoriæ ad impediendum proceſſum, contra litteras, & tunc debet opponi ante litem conteſtatam; ſecundò, poteſt opponi contra gratiam, & illo caſu opponitur in vim peremptorię, ad perimendam gratiam ſubreptitiè obtentam, & poteſt opponi poſt litem cõteſtatã. Franc. in c. dilecto 63. ſub n. 1. de app. Scac. d. q. 11. n. 49 Limita quartò, vt non procedat in cauſa appellationis ab interlocutoria, lata ante litis conteſtationẽ.
8 Dub. 5. An iudex appellation. poſſit confirmare, vel infirmare ſententiam, quę per deſertionem cauſæ tranſiuit in rem iudicatam? Et reſp. quod ſi fuit exceptum, & probatum de re iudicata, ſeu deſertione cauſæ, iudex appellationis non poteſt. Nam ſententia lata contra rem iudicatam eſt nulla. Bald. in l. 1. n. 5. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & in cap. ſua nobis, & ibi Franc. n. 1. de app. Quando autem non fuit probatum, nec exceptum de deſertione cauſæ, ſeu de re iudicata, an etiam iudex appellationis poſſit hanc ſententiam cõfirmare, vel infirmare? Negant Franc. n. 10 de appel. Crauet. conſ. 103. n. 5. li. 1. quia iuriſdictio iudicis ad quẽ expirat poſt deſertionem cauſæ, & ſic defectu iuriſdictionis eſt nulla. Cæſ. de Graſſ. decif. 104. n. 1. & 2. de app. Rebuff. tr. de app. ar. 5. gl. vna n. 11. & ſeqq. tom. 3. Et eſt ipſo iure nulla etiam ſi partes conſenſerint; gl. fin. in l. diuerſa C. de tranſact. Caccialup. tr. de tranſact. qu. 9. n. 5. to. 6. p. 1. nam iudex appellationis eſt incõpetens, quando euidenter apparet de deſertione, & de re iudicata, Anchar. conſ. 345. Sed Scac. de appel. q. 11. n. 196. tenet cũ alijs citatis contrarium, & teſtatur de obſeruantia in praxi, eo quia dum pars non ſe opponit de re iudicata, videtur renũciare rei iudicatæ. Et quando iudex ſuperior fuit aditus via nullitatis, ſine dubio poteſt procedere, & pronũciare ſuper nullitate; & tũc ſi pars non opponit de re iudicata, poteſt etiam procedere, & pronũciare ſuper negotio principali. Scacc. vbi ſupra, num. 198.
9 Dub. 6. Qualiter iudex appellationis debeat ferre ſententiam? Reſp. quod forma tradita à gl. in l. eos, in verbo iniuſtam, C. de app. quem ſequuntur Bald. ibi n. 5. & Caſtr. n. 4. Abb. in c. ſicut n. 12. de ſent. & re iudic. Felin. in c. cum Ioan. n. 13. & 14 de fide inſtrum. Rebuff. tr. de app. ar. 12. gloſ. vna num. 32. tom. 3. Papienſ. in practic. forma ſententiæ in cauſa appel. eſt, ſententiamus fuiſſe iuſtè pronunciatum, vel ſententiamus fuiſſe iniuſtè pronunciatum; vel poteſt pronuncia-

re

re benè, ſeu malè appellatum, & horum alterum ſufficit; quia verbū abſoluo, ſeu condemno reſultat in conſequentiam. Card. Alex. in rubr. de app. num. 83. Cap. Tholoſ. quæſ. 224. & ibi Aufrer. Scac. de app. qu. 11. num. 112. Sed hæc forma non eſt ſubſtantialis; dicit cum alijs citatis Scac. ibidem, ſed quod ſatis eſt, quod iudex appellationis faciat mentionem de ſententia lata, & quod aperiat ſe eſſe iudicem appellationis illius ſententiæ, & in reliquis debet iudicare condemnādo, vel abſoluendo, aut reformando, aut declarando, prout iuſtitia, & iura partium exigunt, neque requiritur alia formalitas verborum; ſed ſufficiunt, quæcumque verba æquipollentia, & poteſt condemnare, & abſoluere etiam ex primis actibus, Scacc. ibidem, ex Rebuff. vbi ſupra num. 33. & ſi iudex appellationis non dicit benè, vel malè appellatum, neque iudicatum; ſed ſimpliciter condemnat reum, qui prius fuerat abſolutus; Vel ſimpliciter abſoluit reum, qui prius fuerat condemnatus; talis ſententia valet, Aufrer. ad Capel. Tholoſ. dicta quæſt. 224. Et ſi pars pluries appellauit, vel plura ſint grauamina, iudex appellationis non debet ſimpliciter pronunciare benè, vel malè appellatum. Sed debet pronunciare in omnibus, & per omnia benè, vel malè appellatum. Vel pronunciare ſigillatim ſuper qualibet appellatione. Scacc. vbi ſupra, & debet iudex appellationis conſulere honori iudicis, ac famæ, quando reuocat ſuam ſententiam, & dicit Farinac. conſ. 53. num. 33. quod quotidie iudices appellationis abſolutos à primo iudice condemnāt; Condemnatos abſoluunt, carceratos liberant, relaxatos carcerant, non tortos torquent, & omnia faciunt indiſtinctè, quæ potuit primus iudex facere; & num. 41. refert, quod quidam fuit primo abſolutus, deinde per iudicem appellationis fuit condemnatus ad triremes, & cum ipſe appellauerit à dicta condemnatione triremium, iudex tertiæ inſtantiæ fecit eum ſuſpēdere; Sed hoc procedit, quando iudex ex officio procedit augendo pœnam appellanti; Peguer. in pract. crim. rubr. 27. de appel. nu. 54. quando autem procedit ad inſtantiam partis, vel fiſci non poteſt pœnam augere niſi parte, vel fiſco petente, idem Peguer. n. 55.

10 Dub. 7. ſi ſtatuta iudicis à quo, & ſtatuta iudicis ad quem ſint diuerſa, vel contraria, iudex appellationis, quæ ſtatuta ſequi debeat?

11 Et reſpondetur, quod aliud dicendum eſt in ordinatorijs, & aliud in deciſorijs, pro cuius declaratione dico; quod ſtatutum dicitur ordinatorium, quando reſpicit ordinem procedendi, vt libelli oblatio, citatio, & ſimilia, & non tangit inſtantiam, neque deciſionem. Corn. conſ. 187. num. 18. lib 4. & quando reſpicit merum ordinem iudicij, ſecus ſi deciſionem cauſæ reſpiciat. Bald. conſ. 5. verſ. in contrarium lib 2. Tuſc. litt. S conc. 456. num. 1. & 2. declarat idem Tuſc. num. 10. quod ſtatutum dicitur

dicitur ordinatorium ſi mandat, quod iudex procedat vna cum certis alijs, vel cum conſilio certorum; ex Gemin. conſ.73. num.8. verſ. quo ad tertiam; & dicitur ordinatorium, ſi concedit,quod procedatur ſummariè. Tuſc. ibidem num.7. ex Alex. conſ.138. num.5. lib.1. Item dicitur ordinatorium ſtatutum reſpiciens appellationem,videlicet ad quem appelletur Tuſc.ibid.n.18. ex Alex. conſ.166. vol.2. & conſ.12. verſ. tertio præſuppono vol.6.idem dicit de ſtatuto,quod poſſit,vel non poſſit appellari.Tuſc.ibi.n.19.ex Alex.in l.1.ff. de legat.2.& Corn.conſ.187.vol.4. ſi agitur de interlocutoria, ſecus ſi de diffinitiua, idem Tuſc.nu.20. ex Gozadin. conſ.76. in fine, & idem Tuſc. ibidem num.26. vbi, quod quando ſtatutum reſpicit appellationem ab interlocutoria, eſt ordinatorium. Quando verò reſpicit appellationem à diffinitiua, vel ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ eſt deciſorium, ex Dec. in c.Eccleſiæ Sanctæ Mariæ n.48. de conſtit.Aret. in c. quod clericis de foro compet. col.3. Franc. in c. ſi duobus §. deniq; col.1. de appel. & in cap. vt debitus verſ.ſeptimo quæritur eodem tit.Gozadin.conſ. 86. in fine.Et ſtatutum deciſorium dicitur, quando reſpicit deciſionē cauſarum; & deciſorium dicitur quando concernit merita cauſæ, vel probationem, confeſſiones, & atteſtationes, & ſimilia, & deciſorium etiā dicitur ſtatutum concedens executionem, vel condemnationem.Tuſ. cum alijs citatis dicta lit.S. concl.458.n.1.6.13. & per totum. His ſic declaratis pro reſponſione eſt concluſio, quod reſpectu proceſſus facti coram iudice à quo & reſpectu omnium, quæ ſunt de illius proceſſu,iudex appellationis debet attendere ſtatuta iudicis à quo. Bald. in margarit.ad Innoc.in verbo iudex appellationis, Alex. conſ.164.n.8.lib.6.Natta conſ.553 n.10.Guid.Pap.tr.de appel. qu.52. n.46.Rebuff. eodem tr. art. vlt.gl. vna n.44.tom.3.vnde quando corā iudice aappellationis agitur de proceſſu facto coram iudice à quo, an bene,vel male proceſſerit,iudex appellationis debet ſolum conſiderare, an ſeruauerit ſtatuta, & ſtylū ſui tribunalis,etiā quo ad ordinatoria. Alex.vbi ſup.quia ordinatoria iudicij, ſemper ſunt ſeruanda per iudicem, coram quo litigatur, & ſemper in concernentibus ordinē iudicij, & modum procedendi,attenditur locus iudicii, ſicut iudex appellationis in ijs, quę concernūt ordinem procedendi debet ſequi ſtatuta,& ſtylum ſui tribunalis, ſecus autem in iis, quæ concernunt merita,gl. in c.licet canon.in verſ. de cætero de elect.in 6.gl.in c.illud 12. diſtinct. Alex.in l. à Diuo Pio, §. ſententiam col.4. de re iudic. & in conſ.96. col.2.vol.2. & conſ.12. & d.conſ.164.lib.6.Corn.conſ.114. lib.1. & conſ.123.& 187.li.4. Tuſc. d. lit. S.concl.457.n.16.Couar.var. lib.2. c.12. num.5. & in deciſoriis, Alex.dicto conſ.164.num.2.in fine, Bellamer. deciſ.68. Tuſc. vbi ſupra nu.17. vbi attenditur ſtatutum loci delicti. Alex. dicto conſ.164.

Rrrrrr num.6.

num.6. Tuſc. vbi ſupra, num.22.& in decidendo ſemper debet iudex appellationis decidere ſecundum leges, & ſtylum,quod primus iudex ſeruare debuit. Auth. vt cum de appel. cognoſc. in princi. Brun. conſ.20.col.2. Alex.dicto conſ.164. num.7. Et iudex delegatus debet ſeruare in deciſorijs ſtatuta litigantium. Roland. conſ.49. vol 3. Marcabr. ab Anguil. conſ. 87. nu. 12. & in annot. n.76.

13 Dub. 10. an appellationi renunciare quis poſſit? Reſpond. primò, quod in criminalibus renunciare appellationi reus non poteſt, vbi agitur de pœna capitali, de morte ciuili, vel naturali, vel de membri mutilatione; Bald. conſ. 382. num.2. lib.1. Marc. deciſ.60. num.7. par.2. Boer. deciſ.267. num.16. nec expreſsè, nec tacitè, & ideo ſi non appellat non cenſetur renunciare appellationi; Bald. in l. fin. §. fin. n.2. verſ. opponitur C. de tempor. appel. & ibi Salic. in principio, nec poteſt renunciare defenſionibus diminuentibus delictum. Laderch. Imol. conſ.184. num 9. Limitatur tamen in delictis, pro quibus non irrogatur pœna capitalis, vel corporalis, ſeu infamia. Marſil. in praxi §. examinanda nu.15. Foller. in pract. crim. in verbo, & ſi confitebitur, num.57. Gomez tit. de delict.c.13. nu.33. Farin.quæſt.39. num.65. Limitatur ſecundò in reo reperto in flagranti crimine. Marſil. vbi ſupra, num.13. & 14. & in l. vnius §. cognitorum, num.91. ff. de quæſtion. Foller. dicto num.57. Farinac. vbi ſupra, nu.61. Triuiſ. deciſ.1. num.24. par.2. Limitatur tertiò, in famoſo latrone. Foller. dicto num.57. Farinac. vbi ſupra, num.63. Baiard. quæſt.49. nu.59. Caualc. de Brach. reg. par.1. n.179. dummodo conſtet reum eſſe talem, Farinac. num.64. Limitatur quartò, in aſſaſſinio, quando conſtat reum eſſe aſſaſſinum. Farin. ibidem. Limitatur quintò, in confeſſo, & conuicto, Bald. in c. quoniam num.63. de probat. & in rubr. de pactis num.18. Triuiſ. vbi ſupra. Limitatur ſextò, quando defenſiones conſtāt tantum in apicibus iuris, quia ipſi nihil prodeſſe poſſunt. Bald. in c. cum veniſſet in fine de teſtib. & atteſtat. Triuiſ. vbi ſupra, Farin. dicta q.39. num.67.

In ciuilibus poteſt appellationi etiam futuræ expreſsè *renunciari*, tam cum *ſcriptura*, quam ſine ſcriptura, tam in iudicio, quàm extra iudicium. Scac. de appel. quæſt.17. limit.2. nu.1. 2. & 9. poteſt etiam appellans tacitè renunciare appellationi, non reddendo *pro Apoſtolis* infra terminum ſibi præfixum, & tunc ſententia tranſit in iudicatum. Clem. quamuis rigor de appel. c. ab eo de appel. in 6. Boer. conſ.43. num.3. & 17. Oſaſc. deciſ. Ped.7. num.3. & ſeq. Lancell. de attent. limit.50. num.19. & ſeqq.

14 Rota deciſ.144 num.1. par.2. in nouiſſ. Scacc. de appel. quæſt.13. num.44. 49. & 51. Nam appellatione deſerta, iudex appellationis deſinit eſſe iudex, & eius ſententia eſſet nulla. Rota deciſ.1. col.2. in nouiſſ. Surd. conſ.139. num.13. &

& ſi iudicaret ſententia eſſet ipſo
iure nulla, gl. Bart. & alij, in l.
proſperandum, C. de iudic. Iaſ. ibi
num 6. & in §. rurſus, num. 70. in-
ſtit. de action. Io. de Amic. conſ. 32.
num. 9. Bero conſ. 101. nu. 7. vol. 3.
Marant. in ſpecul. par. 5. num. 58.
Vant. de nullit. defect. iur. ord. nu.
115. verſ. vndecimo, quos citat, &
15 ſeq. Surd. dicto num. 13. qui n. 14.
addit, quod ipſe iudex a quo co-
gnoſcere poteſt ſuper appellatio
nis deſertione, ex Angel. in l. ſi
contra maiorem C. de appel. vbi
quod eo caſu poteſt victor adire
iudicem a quo, & petere ab eo
executionem ſententiæ, & citare
debet, qui appellauit, qui tenetur
comparere, & fidem facere de pro
ſecutione appellationis, & ſi eam
non probat, perficitur executio,
& non eſt opus, quod pronunciet
ſuper deſertione, & ita euitabitur
magnus circuitus. Scac. de appel.
quæſt. 11. num. 167. vbi citat Feli-
num, & poteſt pronunciare ſen
tentiam exequendam. Angel. &
Caſtr. in l. præſes, ff. de re iudic.
Surd. dicto num. 14. etiam ſi non
ſit pronunciatum ſuper deſertione
ex Guid. Pap. quæſt. 213. num. 5. &
Felin. in c. ex parte il 2. col. 5. &
16 ſeqq. de reſcript. Surd. ibidem, &
num. 15. Poteſt etiam appellans ta-
citè renunciare appellationi, com-
parendo coram iudice a quo, pro
ea ſem cauſa. Franch. in c. 17. cum
teneamur, num. 4. & in c. ſolicitu-
dinem ſub nu n. 10. de appel. Ma-
rant. in ſpecul. par 6. actu 2. prin
cipali l nu. 29. num. 331. Gabriel.
in concl. lib. 2. de appel. concl. 2. n. 1.

Lancel. de attent. par. 2. c. 12. n. 15. Scacc. qui alios citat dicta quæſt. 17. limit. 2. num. 14. Salgad. de prot. reg. par. 1. c. 5. num. 76. Et eodem modo inducitur renunciatio eo ipſo, quòd appellans poſt appellationem adit alium iudicem ſuperiorem, & non ad iudicem ad quem. Abb in c. ſolicitudinem col. 2. verſ. vltimo nota vnam regulam, de appellatione Marant. dicto numero 31. Et ampliatur etiam ſi iudex nihil fecerit, quia ſufficit, vt appellãs coram eo compareat, vt cenſeatur renunciare appellationi. Felin. in c. cum ſit Romana, num. 10. verſ. tertio conſidera de appe. Gabriel. vbi ſupra concl. 2. ampliat. 2. num. 3. & quod ſi appellans compareat coram alio ſuperiore iudicis a quo, ad quem non ſit appellatum; aut adit inferiorem à iudice ad quem appellauit, ſed ſuperiorem etiam iudici à quo; videtur renunciare appellationi. Capel. Tholoſ. deciſ. 194. num. 3. Scac. vbi ſupra, num. 16. Imò etiam ſi compareat coram iudice æquali illi, a quo appellauit. Qui ęqualis etiã potuiſſet cognoſcere de cauſa principali, cenſetur renunciare appellationi, ac ſi cõparuiſſet coram eodem iudice à quo; Dec. dict. c. ſolicitudinem in fine. Scacc. vbi ſupra, num. 17. & ſufficit, vt cõpareat per procuratorem. Scacc. ibidem nu. 18. Limitat tamen idem Scacc. multis modis, ſcilicet, vt non procedat ſi iudex poſtquam grauauit, & pars appellauit citet appellantem ad videndum ſe grauari, & appellans

Rrrrrr 2 com-

compareat,& petat prorogari terminum, tunc non cenſetur appellationi renunciare; quia iſte actus tendit ad remouendum grauamen, & eſt factus metu cenſurarum. Scac.ibidem nu.20.Achil.de Graff. deciſ.21.aliàs 247. de app.Lancel. de attent.par.2.c.12.nu.11.tom.5. Ricc.deciſ.161.num.6. nec procedit, quoties appellans comparet corã iudice pro reuocatione grauaminis, & ad docendum de grauamine, idem Scac. num.21.dummodo non compareat iudicialiter, petendo reuocare grauamen per interlocutoriam, acceptando dilationes, cum monitionibus, vt ibi num.22. Nec procedit in appellatione interponenda, ibidem num.26. Ricc.vbi ſupra, nu.8. vbi alios citat, nec procedit, quando cõparens coram iudice à quo proteſtatur, quod propterea non intendit renunciare appellationi, idem nu.43. quæ proteſtatio debet fieri in quolibet actu, vt in nu.50. niſi faciat actus contrarios proteſtationi, vt in n.47. Nec procedit ſi appellans compareat pro alia cauſa, Ricc. vbi ſupra in fine, nec procedit, quando iudex à quo reijcit comparitionem, idem Scacc. num.51. Vel eam non acceptauit, Barboſ.in c. gratum n.8.de offic.& poteſt iudic. deleg. nec procedit, quando iudex à quo doloſè induxiſſet appellantem ad comparendum, & faciendum actum; idem Scac. n.57. nec procedit, quando iudex à quo detulit appellationi ſi eſt delegatus; ſecus ſi eſt ordinarius.Idem n.51. & 55. ſunt aliæ limitationes, de quibus idem Scacc. in numeris ſeqq.& addendum eſt, quod appellationi renuncianti tacitè, vel expreſsè poſt latam ſen-
17 tentiam non conceditur reuiſionis remedium, ſecus in renunciatione ante ſententiã. Velaſc.& alii cit.à Barboſ.in l.qui licitum, C. vt lite penden.

CAPVT IX.

An in caſibus vbi prohibetur appellatio, reus excludatur à quibuſcumque alijs remedijs.

SVMMARIVM.

1 *Appellare prohibitus non eſt prohibitus dicere de nullitate.*

2 *Nullitatis cauſa pendente ſententia irretractabilis non eſt exequenda, ſecus in pœnis retractabilibus.*

3 *Nullitas prohibita, non cenſetur prohibita quãdo prouenit defectu iuriſdictionis, nec quando apparet ex actis.*

4 *Iudex ordinarius, ſententiam notoriè nullam, etiam à ſe latam poteſt reuocare etiam poſt lapſum decennij.*

5 *Nullitas etiam in ciuilibus impedit executionem, quando ſententiæ executio eſt irretractabilis.*

6 *Appellatione prohibita, competunt reo alia remedia aduerſus ſententiã, nempè recurſus, querela, reuiſio, reclamatio, & ſupplicatio, ſed attentata non reuocantur, ſine inhibitione.*

7 *Probibito recurſu, & reclamatione non cenſetur prohibita ſupplicatio ad Principem per viam gratiæ.*

8 *Supplicatione admiſſa proceditur in ca ſicut in cauſa appellationis, & eodem modo durat inſtantia.*

1 Et

1 ET reſp. quod poteſt competere remedium nullitatis; nam ſententia poteſt dici nulla, quando principaliter tentatur, cum appellare prohibitus non ſit prohibitus dicere de nullitate. Vant. cum alijs ab eo citatis, tit. quis poſſit dicere de nullitate, num. 33. & 36. Clar. quæſt. 94. num. 10. vbi dicit, quod pendente cauſa nullitatis,
2 ſententia criminalis, irretractabilem pœnam continens non eſt exequenda, ex Boſſ. tit. de nullit. aduerſus ſententiam num. 4. qui citat Baldum; etiam ſi cognitio nullitatis requireret altiorem indaginem, Clar. ibidem; Farinac. q. 101. num. 19. & reus non poteſt puniri, ſed iterato eſt inquirendus, ſi indicia contra eum exiſtentia non fuiſſent purgata, vt poſt Bertaz. conſ. 462. in principio aſſerit Baiard. dicta quæſtione 94. numero 64. Secus in pœnis, quæ reuocari, & retractari poſſunt, & tertia ſententia primis conformis, non obſtante exceptione nullitatis executioni demandari poteſt, idem Baiard. ex Couarr. practic. qq. c. 25. num. 3. & in ſpecie, quod condemnatus ad triremes, ſi excipit de nullitate ſententiæ non tranſmittitur ad triremes; quia eſt actus irretractabilis; Cartar. de execut. ſent. in præfat. num. 94. Secus ſi actus eſſet retractabilis, quia reijceretur exceptio. Cartar.
3 ibidem; Et ſi nullitas proueniat ex defectu iuriſdictionis, tunc etiã ſi expreſsè prohiberetur dicere de nullitate, ſeu quod ipſa nullitas per ſtatutum eſſet prohibita, adhuc poſſet dici de nullitate ex defectu poteſtatis, & iuriſdict. proueniente. Vant. vbi ſupra, num. 37. etiam contra tres ſententias conformes, Anchar. conſ. 62. n 3. Hippol. conſ. 81. num. 37. Couar. practic. cap. 25. num. 4. Franc. Marc. deciſ. 469. in fine par. 1. Gutier. pract. lib. 1. quæſt. 96. num. 8. & quando nullitas apparet ex inſpectione ipſius ſententiæ, vel ex eiſdem actis opponi poteſt etiam contra tres ſententias conformes. Franc. Marc. deciſ. 489. in fine, Hippol. conſ. 64. num. 26. Caſſian. conſ. 68. num. 70. Couar. practic. cap. 25. num. 1. in fine, Stephan.
4 Gratian. diſcept. forenſ. cap. 42. num. 2. cap. 118. num. 38. & iudex ordinarius ſententiã notoriè nullam etiam à ſe latam poteſt reuocare, tam ante lapſum decendij, quam poſtea quandocumque. Rota deciſ. 16. alias 341. num. 2 de re iud. in nouis, Marant. in ſpecul. part. 4. diſtinct. 5. num. 51. Vant. de nullitate tit. coram quo, &c. ſub num. 15. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 67. num. 2. & ſeq. etiam ſi iudex eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, Scacc. de
5 iudic. cap. 97. num. 187. & 188. & quando ſententiæ executio eſt irretractabilis, nullitas etiam in ciuilibus impedit executionem, Scacc. de appellatione. quæſt. 19. remedio primo, concluſione 4. num. 75.
6 Competunt etiam reo alia remedia, ſcilicet recurſus, quærela, & ſupplicatio. Carrer. in pract. in 1. tract. de appel. §. vltimus caſus eſt

eſt num.4. Gramm. deciſ. 35. nu.4. Decian. lib.8. c.9. num.17. & alij relati a Farinac. quæſt.101. n.105. refert deciſum Menad. deciſ. 27. Franch. deciſ.142. Sed pendente recurſu, ſeu reuiſione cauſæ per modum ſupplicationis, reclamationis, vel quærelæ, attentata non reuocantur; quia licet in multis conueniant cum appellatione, in hoc tamen differunt, l. ſi quis aduerſus C. de precib. imper. offer. & ibi Iaſ. num.2. verſ. quinto nota. Capic. deciſ. 28. num.11. Lancel. de attent. c.19. nu.17. & ſeqq. Limitatur tamen ſi iudex ad quem fuit habitus recurſus inhibuiſſet primo iudici. Magon. Rota Lucenſ.23. nu.10. & per totam. Lancel. vbi ſupra, num.34. quia ſtante inhibitione ſemper eſt ſuperſedendum ab executione, etiã quod condemnatus eſſet confeſſus, & conuictus. Auſt. deciſ. Tholoſ.176. Baiard. quæſt.94. num.13. Farin. dicta quæſt.101. num.109. de alijs limitationibus videndus eſt Lancel. vbi ſupra, & in cauſa reuiſionis iudicatur ex eiſdem actis, Ricc. deciſ.222. num.7. par.2. & prohibito etiã recurſu, & reclamatione,
7 non cenſetur prohibita ſupplicatio per viam gratię ad Principem. Contard. in l. vnica quæſt.8. nu.16. 17. 24. 28. & 41. C. ſi de moment. poſſeſſ. Scacc. de appel. quæſt.19.
8 remed.3. num.21. Quia ſupplicatione admiſſa, proceditur in ea ſicut in cauſa appellationis, quantum ad tempus exercitij, & determinationis cauſæ. Scacc. Guazzin. defenſ.36. c.20. num.5. Scacc. dicto remed.3. num.24. & num.25. infert quod poteſt in ſupplicatione non deducta deducere, & non probata probare, & inſtantia cauſæ ſupplicationis durat, quantum durat inſtantia cauſæ appellationis. Scacc. ibidem nu.26. Diana par.6. tract.1. reſ.30. verſ. vnde licet. Non tamen retardat executionem, idem num.27. nec licet, niſi ſemel ſupplicari, idem num.28.

C A P V T X.

Religioſis an liceat appellare.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſi ſub pœna excommunicationis non poſſunt appellare ad Tribunalia ſecularia.*

2 *Nec poſſunt appellare ad tribunalia Eccleſiaſtica, quibus non ſubduntur ſub pœna excommunicationis.*

3 *Nec poſſunt appellare ad Nuncios, & Legatos, neque ad ipſum Pontificem à correctionibus, & punitionibus iuſtè inflictis ſecundum regulam, & ſtatuta proprij ordinis, quæ ſunt in vſu, ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruata, & priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ.*

4 *Regularibus negant appellationem Doctores communiter.*

5 *Appellare in cauſa graui, & proceſſiua, quæ notabilem iniuriam infert concedunt Doctores appellationem ad Sacram Congregationem, & Summum Pontificem tribus concurrentibus, primùm, quod grauamen illatum*

tum ſit graue, vt ſupra, ſecundùm, quod non ſit dubium, ſed certum, euidens, & manifeſtum, & tertiùm, quod in appellatione exprimatur cauſa grauaminis.

6 *Appellare licet Religioſis à grauamine extraiudiciali in dictis caſibus.*

7 *Appellare licet regulariter non poſſint Religioſi, poſſunt tamen recurrrere ad ſuperiores per viam querelæ, recurſus, ſupplicationis, &c.*

1 ET primò, Religioſi etiam grauati, non poſſunt appellare ad Tribunalia Sæcularia, ſeu corã illis conuenire aliquem alium Religioſum, ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruata, ita ſtatuerunt Bonifac. IX. Leon. II. Sixt. IV. & Greg. XIII. refert Peyrin. de ſubdito quæſt. 1. c. 20. verſ. dico quarto. Lezana c. 9. num. 4. & in verbo appellare, n. 5.

2 Secundò, nec poſſunt appellare ad Tribunalia Eccleſiaſtica, quibus non ſubduntur, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ. Tam ab appellationibus; Tam à iudicis ad quos appellatur, ex conſtit. Bonifac. IX. & Leon. X. refert Confect. fol. 120. & 124. Valent. tr. 3. diſp. 5. p. nct. 3. in fine, Lezan. dicto verb. appellare, num. 6. & alij relati a Peyrino de ſubdito, quæſt. 1. c. 20. verſ. dico tertio.

3 Tertiò, nec poſſunt appellare ad Nuncios, & Legatos, imò neque ad ipſum Pontificem à correctionibus, & punitionibus ipſis iuſtè inflictis, hoc eſt ſecundùm regulam, & ſtatuta proprij ordinis, quæ ſunt in vſu, & non ſolum appellari poſſunt à Generali, & Viſitatoribus, prout ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruata fuit prohibitum Ciſtercienſibus, ſed abſolutè ab omnibus Prælatis ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruata. Et priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto, abſque alia declaratione incurrenda. Ita Clem. 8. pro Carmelitis, tom. 3. conſtit. 110. refert Pellizar. in manual. Prælat. tr. 6. c. 7. num. 45. & 50. Lezana dicto c. 9. num. 4. & 6. ſunt etiam nonnulla alia priuilegia prohibentia regularibus appellationem, quæ referuntur à Sanch. in decalog. lib. 6. c. 8. num. 106. à Lezan. c. 9. n. 4. Nauar. in ſumma Bullar. de appellatione prohibita regularibus, num. 5.

Extat etiam Priuileg. Bonif VIII. pro Franciſcanis, vt refert Sorb. in compendio Priuilegiorum mendicantium verbo appellare, num. 1. Sixti IV. pro Auguſtinianis, & Carmelitanis, vt refert, idem Sorb. verbo Generalis num. 11. & 12. quibus conceſſit, vt Generalis poſſit ſuum munus obire, reiecta quauis appellatione ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, mandatis, & decretis. Iul. II. Prohibuit ſub pœna excommunicationis fratribus, & ſororibus ordinis Prædicatorum appellare à mandatis, & ordinationibus Prælatorum dicti ordinis, idem Sorb. refert, verbo appellare, num. 3.

Quibus priuilegijs, & ſimilibus gaudent

dent Religioſi aliorum ordinum, qui communicant in priuilegijs Ciſtercienſium, Carmelitarum, & aliorum; quia ſunt fauorabilia Religioni. Ideoque cadunt ſub communicationē priuilegiorum, quantumuis alioqui ſint odioſa particularibus. Pellizar. dicto num. 45. & iure optimo ſupradicta priuilegia conceſſa ſunt; ſcilicet ob bonum, & tranquillitatem, ac honorem Religionum, quæ in ſimplici quadam obedientia conſiſtunt. Nec modicum detrimentum patiuntur quando religioſorum cauſæ extra Religionum mœnia tractantur, & ſi aliquis ſuperior (quod nō creditur) alicui ſubdito grauamen inferret, præponderat huic priuato damno tranquillitas, bonum, pax, & quies totius Religionis, & vt dicit Suarez tom. 4. de Relig. c. 11. num. 12. ſi permitteretur hæc appellatio, ſequeretur maxima perturbatio in Religionibus, & diſciplina religioſa ſine dubio corrueret, tùm quia reuerentialis timor ad ſuperiores facile contemneretur, & vix poſſent ſuperiores Prælati in expediendis ſingulorum religioſorum cauſis, & appellationibus vacare. Tùm etiam quia per huiuſmodi dilationes, per fraudes, vel negotiationes, quæ interim miſceri poſſunt, nulla fieret religioſa correctio. Ideo expedit bono cōmuni Religionum, vt appellatio non permittatur, ita etiam poſt Suarez Pelliz. man. reg. tract. 6. c. 7. num. 41.

Et ſi interueniret de raro aliquis extraordinarius caſus, vt aliquis particularis religioſus grauaretur, minus malum eſt, quod in raro caſu priuata perſona incommodum aliquod patiatur, quàm vt relaxatio Religionis per vſum appellandi à correctione introducatur, & bona exiſtimatio Religionis periclitetur. Nam ſecundum etiam ius naturale; recta, & bona exiſtimatio Religionis anteponi debet bono priuato alicuius. Baſſeus in verbo appellare.

Et probatur etiam ratione, nam appellatio fundatur in grauamine, & vbi non eſt grauamen, non poteſt eſſe appellatio, c. vt debitus de appel. Sed quando fertur ſententia ſecundum regulas, ſtatuta, & conſtitutiones Religionis, nullum fit Religioſo grauamen. Palaus tract. 26. tom. 3. diſp. 4. p. 15. num. 3. Fr. Ant. à Spir. Sanct. tr. 3. diſp. 6. ſect. 5. num. 783. Lezan. verbo appellare num. 3. ergo, &c. Quod procedit etiam ſi in ipſa regula, conſtitutiones, vel ſtatuta pœna committatur arbitrio Prælati; nam eo ipſo, quod illā imponat, & non conſtat eſſe iniuſtam; exiſtimatur prudentis arbitrio poſitam, & potius miſericorditer vt Patri, quàm vt iudici; atque adeo iuxta regulam; & quando pœna eſt in conſtitutionibus, & ſtatutis taxata, non poteſt apud religioſos dici, quod error contingere poteſt circa facti notitiam, & probationem; Sed præſumitur pro facto, & ſententia Prælati. Quia tùm propter conditionem ſtatus, tùm etiam quia inter religioſos proceditur ſummariè ſola facti veritate inſpecta,

cta, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, non eſt neceſse iudicialem ordinẽ exactè ſeruare, vt probauimus ſup. Et ideo regularibus appellationem negant. Sot. de iuſt. lib.5. q.6. ar.3. Couar. pract. c.23. nu.6. verſ. octauo, Rich. Salon. & Aragon. 2. 2. quæſt.66. ar.3. Victor. Manſ. de modo proced. c.7. nu.9. Miranda Manual. Prælat. q.30. ar.5. concl.3. Salgad. de prot. Reg. par.1. c.2. §.5. nu.16. Aldret. de religioſ. diſcipl. tuenda, lib.2. c.28. nu.6. cum ſeq. Ioſeph. de S. Maria in trib. relig. tr. 5. c.10. Suar. de relig. tom.4. lib.2. c.11. Peyrin. quæſt.1. c.20. verſ. dico ſecundo, Lezana in verbo appellare nu.3. Pellizar. in Manual. tr.6. c.7. n.45.

Et licet in raro, & graui caſu, in quo euidenter conſtaret religioſo fieri notabilem iniuriam in fama, honore, & reputatione à ſuis ſuperioribus, concedunt Doctores appellationem ad Sacram Congregationem, vel Summum Pontificem, vt aſſerit Lezana c.9. n.7. & verbo appellare num.4. Nauar. in Summa Bullar. de appellatione prohibita regularibus nu.6. vbi alios citat, vbi quod in tali caſu appellatio ſuſpendit executionẽ ſententiæ, tria tamen ad hoc neceſſario copulatiuè requiruntur, primum, quod grauamen ſit illatum in ſupradictis grauibus iniurijs, & non in alijs; ita Lezana d. c.9. n.7. ſecundum, quod grauamen ſit certum, & licet iuri communi attento appellatio conceditur etiam, quando grauamen eſt dubium, c. cum ſpeciali §. porro de appel. & nos ſupra, tamen ſtantibus priuilegijs ſupradictis, & ſtatutis Religionum à Pontifice approbatis, dum regularibus prohibetur appellatio, hæc expreſſa prohibitio debet aliquid operari vltra ius commune, ſcilicet, vt ipſis regularibus non ſit licitum appellare, niſi grauamen ſit euidens, manifeſtum, certum, & non dubium, Nauar. tom.3. de regular. num.51. Sanch. in decalogo li.6. c.8 n.110. Thom. à Ieſu de Viſit. regul. tr.3. c.17. n.6. Dian. de dub. regul. tr.2. reſ.54. Card. de Lugo tom.2. de iuſt. & iur. diſp.37. ſect.14. n.175. Palaus tr.16. tom.3. diſp.4. par.15. n.6. & 7. Lezana verbo appellare, n.4. Sayr. lib 12. c.17. n.38. Peyrin. de ſubdit. qu.1. c.20. verſ. dico 2. Hieron. Roderic. in compendio qq. regul. reſ.10. n.13. Pellizar. in manual. regu. tr.6. c.7. n.39. Fr. Anton. à Spir. Sãct. in direct. regu. tr.3. diſp. 6. ſect.5. n.791. & à grauamine dubio appellare nõ poſſunt. Sãch. vbi ſupra, tertium, quod in appellatione exprimatur cauſa grauaminis. Nam quoties appellatio à diffinitiua eſt prohibita, non eſt admittendà, niſi expreſſa cauſa grauaminis. Eo quia iura, & priuilegia ſupradicta reſiſtunt huiuſmodi appellationi. & non concedunt niſi in caſibus ſupradictis. Ideo oportet, vt aliquis caſus ex conceſſis exprimatur, vt appareat appellatum in caſu cõceſſo. Innoc. in c ad noſtram nu. vnico de appel. & ibi Io. Andr. n. vltim. Ant. n. vltim. Abb. n.8. & 9. Bald. nu.2. Dec. n.28. in noua edit. Felin. num. vltim. Franch. num.3.

& 4. cum. Abb. ibidem num. 9. Qui concludunt, quod ſiue ſuperior regularis procedat in iudicio, ſiue extra iudicium, ſiue appelletur ante ſententiam, ſiue poſt, ſemper eſt neceſſarium in appellatione exprimere cauſam grauaminis. Et in impetratione literarum talis appellationis, oportet etiam exprimere cauſam grauaminis. Aliàs ſunt ſubreptitiæ, & ſequitur Sanchez dicto lib. 6. cap. 8. num. 105. Thom. à Ieſu de Viſit. regul. tr. 3. cap. 17. num. 8. Lezana dicto cap. 9. num. 7. Belaſius verbo appellatio num. 9. Palaus vbi ſupra num. 8. Fr. Ant. à Spirit. Sanct. dicto num. 791. Et ſi appellans non exprimit cauſam, dicendo ſaltem, appello, quia modū exceſſiſti in me punien do, iudex poteſt exequi ſuam ſententiam, Sanchez dicto cap. 8. nu. 106. Donat. par. 2. cap. 10. quæſt. 9. & quod poteſt grauatus appellare, ſiue grauamen ſit iudiciale, ſiue extraiudiciale vltra citatos doctores dicunt etiam Abbas, Alexand. de Neuo, & Præpoſitus, quos citat, & ſequitur Sanch. vbi ſupra, num. 103.

6 In alijs caſibus, in quibus interdicitur appellatio, non tamen eſt interdicta defenſio per viam quærelæ, recurſus, vel ſupplicationis, aut precum, & obtineri a ſuperiore, vel iuſtitia, vel gratia, Suar. dicto cap. 11. num. 4. in fine, Aldrete de diſcipl. tuenda lib. 2. cap. 28. num. 31. Ioſeph. a Sanct. Mar. vbi ſupra tract. 5. c. 11. §. 2. Palaus vbi ſupra, n. 3. qui alios citat.

CAPVT XI.

Nullitas an poſſit cumulari cum appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, & nullitas quoad effectum non ſunt remedia contraria.*

2 *Appellatio, & nullitas ſunt remedia compatibilia in omni appellatione.*

3 *Nullitas cumulata cum appellatione impedit executionem ſententiæ, ſed ſeparata non impedit, niſi in aliquibus caſibus enumeratis.*

4 *Nulla ſi fuit ſententia iudicis à quo, ſed quo ad merita iuſta, iudex poteſt declarare ſententiam nullam, & ſententiam quo ad merita confirmare.*

ET videtur dicendum, quod nō, quia videntur remedia contraria; Nam appellatio præſupponit ſententiam aliquam, nullitas verò ſecus, c. ſolicitudinem de appel. vbi Innoc. & Hoſtienſ. Item appellatio ſuſpendit iudicatum, nullitas verò non poteſt ſuſpendere; Quia quod nullum eſt ſuſpendi non poteſt. Alex. conſ. 49. num. 3. & 4. lib. 7.

1 Cæterum communis opinio eſt in contrarium, & ita ſeruatur etiam de conſuetudine, quia quo ad effectum non ſunt remedia contraria. Fulg. conſ. 112. circa finem, Io. de Anan. conſ. 93. in fine, Abb. conſ. 97 in princip. li. 1. Et appellatio deducitur ſub conditione contraria nullitati. Videlicet quatenus ſenten-

2 tia aliqua ſit. Imol. in l. ſi expreſ- ſim,

ſim, ff. de appel. Et quod iſta duo remedia ſunt compatibilia, & poſſunt ſimul cumulari dicuat cum magis com. opin. Veſtr. in praxi lib. 8 n. 5. Vant. de nullit. tit. quot, & quib. mod. &c. n. 11. Tuſc. lit. A. concl. 394. a nu. 2. & ſeqq. Et hoc procedit, tam in appellatione à diffinitiua, quam ab interlocutoria

3 Bald. conſ. 4 1. n. 6 lib. 3. Tuſc. vbi ſupra, n. 14. & ſic dicendo, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello, quamuis nullitas dicatur principaliter deducta, impedit nihilominus executionem ſ n etiam diffinitiuæ. Vant. vbi ſupra, n. 14. verſ. prout etiam. Lancel. de atten. p. 2. c. 1 ... n. 6 ... Contar. in l. vnica limit 7 n. 53. & n. 54. C. ſi de moment. poſſeſ. & tunc attentata appellatione pendente reuocantur. Contar. d. nu. 53. Lancel. d. nu 68. Franc. in c. dilecto ſub n. 32. q. 10. de appel. Couar. practic. qq. c. 24. ſub n. 7. verſ. ſed & ſi verum. Vnde quando nullitas requirit altiorem indaginem vtilius, & tutius eſt appellare, & eam cumulare cum appellatione, quam dicere ſimpliciter de nullitate. Quia appellatio eſt priuilegiata, & impedit executionem, quam nullitas non impedit, niſi ſit euidens Cuman. conſ. 44. num. 3. verſ. vnde quamuis Fulgoſ. conſ. 112. circa finem, Tuſc. vbi ſupra, num. 11. & obſeruant practici non ſimpliciter appellare. Quia tunc nullitas, incidenter, & acceſſoriè cenſeretur tentata, & tamquam incluſa in ventre appellationis, deſerta, vel renunciata cauſa appellationis, cenſeretur etiam deſerta, & renunciata cauſa nullitatis, nec ſolent ſimpliciter nullitatem altiorem indaginem requirentem deducere, quia non ſuſpenderet executionem, ſed æque principaliter deducunt nullitatem, & appellationem; iuxta formam ſupra dictam, ſcilicet dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello. Vel vt alij volunt: dico principaliter ſententiã nullam, & ſi qua eſt appello, vt ad tollendam dubietatem conſulit Tuſc. vbi ſupra, nu. 7. Et tunc nullitas acquirendo vires ab ipſa appellatione, cũ qua eſt cumulata, ſuſpendit ſententiã, & quia eſt principaliter deducta, deſerta, vel renunciata cauſa appellationis remanet nullitas. Scac. de appel. q. 17. limit. 2. n. 126. Verum quod ſi cauſa eſt inappellabilis, nullitas non ſuſpendit ſententiam. Quia nullitas non ſuſpendit, vt nullitas, ſed vt appellatio. Scac. de appel. q. 19. remed. 1. concl. 4. n. 93. Nullitas autem etiam non cumulata cum appellatione, ſi eſt notoria; aut eſt deducta per modũ exceptionis aut procedit defectu iuriſdictionis, ſi eſt deducta ad iudicem ſuperiorem, & iſte inhibet inferiori, ne ſententiam exequatur, impedit executionem. Scac. d. q. 19. remed. 1. concl. 1. a nu. 86. vſque ad finem, vbi alios etiam modos refert, per quos nullitas impedit executionem.

4 Et quando nullitas principaliter tentatur, vel cumulata cum appellatione; ſi ſentẽtia primi iudicis apparet, quod nulliter prolata fuit, & ex altera parte conſtet,

quo ad merita cauſæ fuit iuſtè, & prout iuſtitia poſtulat pronunciata, poteſt iudex appellationis pronunciare, primò ſuper nullitate, declarando ſententiam nullam, et incontinenti, quo ad merita cauſæ confirmare in eadem ſententia primam ſententiam; condemnando eum qui in articulo nullitatis obtinuit, Vant. de nullitate, quot, et quibus modis, etc. nu. 112. nam fruſtra petit quis quod ſententia declaretur nulla, ſi conſtet alias ipſum iuſtitia carere, et quia de hac re ſermonem fecimus, ſupra par. 7. ideo ibi me remitto.

CAPVT XII.

Ad quem iudicem ſpectat executio ſententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ executio ſpectat ad vltimum iudicem, qui tulit ſententiam diffinitiuam, ſed quando ſententia tranſit in iudicatum, ad iudicem, qui eam tulit ſpectat executio.*

2 *Sententia interlocutoria confirmata à iudice appellationis, exequitur à iudice à quo.*

3 *Sententia condemnatoria in pœnam corporalem à iudice à quo exequitur.*

RESp. quod ſpectat ad illum iudicem, qui vltimam tulit ſententiam diffinitiuam. Et quando iudex appellationis cognouit de appellatione, et confirmauit, vel infirmauit ſententiam, vel aliquid immutauit, ad illum ſpectat executio. Rebuff. tract. de ſent. execut. ar. 7. gl. 9. num. 5. Scacc. de appel. qu. 11. n. 162. Sed ſi ſententia tranſit in rem iudicatam ob non interpoſitam appellationem infra decem dies, tunc iudex, qui ſententiam tulit, eam exequitur. Franc. in c. Romana §. fin. n. 3. verſ. an aliquando de appel. in 6. Idem dicitur, quando appellatio efficitur deſerta ob non proſecutionem interpoſitæ appellationis, vt dictum fuit ſupra c. 8. n. 19. Nam ſententia iure ipſo ex curſu temporis dierum fatalium cenſetur confirmata. Bart. in l. à Diuo Pio ſub n. 15. ff. de re iudic. Veſtr. in praxi lib. 8. c. vltimo n. 9. verſ. Sed dices, quod procedit etiā ſi iudex appellationis pronunciaret eam eſſe deſertam. Quia iudex à quo debet exequi ſententiam non appellationis, cum is ob deſertionem iuriſdictione careat, l. vltima C. de tempor. appel. Bart. Bald. et alij in l. ſi contra C. eodem tit. Abb. in c. Paſtoralis §. præterea de offic. deleg. et in c. cum Eccleſia de appel. Miſſing. obſeru. 94. Aſin. in pract. §. 31. c. 7. Flamin. Cartar. deciſ. 10. n. 8. Veſtr. lib. 8. cap. vltimo num. 9. Franc. in c. ex ratione num. 66. de appel. Rebuff. vbi ſupra n. 6. Quod procedit etiam ſi iudex appellationis non ſolùm pronunciauit appellationem eſſe deſertam; Sed etiam expreſsè ipſam primam ſententiam confirmauit. Nam adhuc non obſtante tali confirmatione executio pertinet ad primum iudicem à quo; quia talis confirmatio eſt ſuperflua, cum ipſa ſententia

ob

ob deſertionem iam à iure confirmata ſit, vt dictum eſt ſupra, & dicunt etiam, Bald. in l. pen. C. quorum appel. in fine, Franc. in c. ex ratione verſ. ſexto quæritur de appel. Non obſtat, quod quando confirmatur prima ſententia, agi debet ex confirmante, & non ex confirmata, l. præcipimus C. de appel. quia id procedit, quando cognoſcitur de iuſtitia ſententiæ. Secus ſi ſolum ſuper deſertione, & procedit etiam ſi iudex à quo detuliſſet appellationi. Quia adhuc appellatione deſerta poſt lapſum fatalium poteſt cauſam reaſſumere, & ſententiam exequi; Quia delatio appellationis non priuat iudicem habitu iuriſdictionis ipſius cauſæ, ſed ſolum exercitium transfertur ad ſuperiorem. Franch. in c. ad aures ſub nu. 1. de appel. & in c. cū appel. §. ſi verò n. 3. in fine de appel. in 6. Scac. de appel. q. 11. n. 168.

Et omnia ſupradicta, de executione ſententiæ diffinitiuæ accipienda ſunt. Quia ſi ab interlocutoria appellatum fuiſſet, & iudex appellationis eandem confirmaſſet, tunc ad primum iudicem, cuius officium nondum finitum eſt, pertinet executio, cum ipſe debeat in cauſa ad vlteriora procedere, c. in Eccl. de appel. Miſſing. d. obſer. q. 4

Et quo ad executionem pœnæ corporalis, iudex à quo exequitur eam; Quamuis fuerit infirmata à iudice ad quem, Angel. de malefic. in verbo præſente dicto Caio, num. 26. Guid. Pap. tract. de appel. num. 29. in fine tom. 5. Scacc. de appel. quæſt. 11. num. 183.

CAPVT XIII.

Formæ variæ appellationum.

Forma appellationis à ſententia diffinitiua cumulata cum nullitate.

1 Coram vobis R. P. Abbate N. &c. Ego Fr. N. ſententiam latam per vos die primo Iunij huius anni præſentis, &c. (ſi ſententia dici poteſt) contra me in cauſa, &c. qua me in talem pœnam condemnaſtis, dixi, & dico nullam, irritam, & caſſam, & ſi qua ex cauſa eſt, ſentiens me indebitè grauatum, his ſcriptis appello ad Admod. Reu. &c. & Apoſtolos ſemel, bis, & ter, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè peto, proteſtando cū omni humilitate, & reuerentia, vt eam recipiatis, & nihil deinceps contra me innouetis, quia intendo innocentiam meam oſtendere, & ita hoc, & omni alio meliori modo. In quorum fidem me propria manu ſubſcribo hodie die, &c.

Ego Fr. Fulanus, &c.

In hac appellatione à diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ non eſt neceſſarium exprimi cauſa grauaminis, vt diximus ſupra in hac par. 8. cap. 4. num. 26. Sed tantum quando appellatio à diffinitiua eſſet prohibita à lege, vel ab homine, vt in dicto cap. 4. num. 64. Et ideo cauſa appellationis non fuit expreſſa in hac forma, & hæc appellatio ſuſpendit ſententiam vt patet ex dictis ſupra in hac part. 8. cap. 11. Sed regulares quia ſunt prohibiti appellare regulariter, debent exprimere cauſam, vt dictū fuit ſupra, cap. 10.

Alia

Alia forma appellationis à diffinitiua.

Ego Fr. Fulanus coram vobis R. P. Abbate N. &c. propono, & dico, quod die primo menſis huius præſentis anni, &c. in cauſa, &c. quæ in iudicio coram vobis vertebatur, ſententiam (ſi ſententia iure dici meretur) contra me tuliſtis diffinitiuam, meque per eandem veſtram ſententiam ad pœnam, &c. condemnandum cenſuiſtis. Idcirco ab eadem prætenſa ſententia me grauante appello, ad Adm. R. P. nullitate tamen ſemper ſalua, & Apoſtolos peto, &c. vt ſupra.

Forma appellationis à ſententia interlocutoria.

Coram vobis R. P. N. Abbate, &c. ſentiens me grauatum per interlocutoriam veſtram prolatam die primo Iunij præſentis anni, &c. ſuper exceptionibus (hic ponuntur exceptiones non admiſſæ) non admiſſis, pronunciando eas non eſſe admittendas, vel procedendo ad vlteriora ad talem actum (hic ponitur actus contrarius exceptioni) in eadem cauſa meæ exceptioni contrarium. Idcirco his ſcriptis appello ad Adm. R. P. &c. & Apoſtolos peto, &c. vt ſupra.

Forma alia appellationis à grauamine.

Coram vobis R. P. N. Abbate, &c. Ego Fr. Fulanus, in eo, quod denegatis mihi copiam veſtræ iuriſdictionis (ſi iudex eſt delegatus) vel copiam integram actorum, ſentiens me per vos grauari, & grauatum eſſe, his ſcriptis appello ad Adm. R. P. &c. vt ſupra.

Alia forma appellationis à grauamine.

Coram vobis R. P. N. Abbate, &c. Ego Fr. Fulanus, in eo, quod denegatis mihi integram copiā proceſſus à me cum inſtantia petitam: vel in eo, quod denegatis mihi repetere teſtes contra me productos, cum meis interrogatorijs vobis à me præſentatis die, &c. eos non admittendo, vel reijciendo, &c. ob quod ſentiens me grauatum, & grauatum eſſe, his ſcriptis appello ad Ad. R. P. &c. & Apoſtolos peto, &c. vt ſupra.

Forma appellationis extraiudicialis, de grauamine futuro, à ſuperiore inferendo, iuxta dicta ſuperius, hac parte 8. c. 2. n. 2. 3. 4.

Ego P. N. &c. vnus ex electoribus in hoc capitulo à vobis R. P. N. Abbate, &c. congregato in hoc loco N. die, &c. ad effectum eligendi, &c. Appello ad Adm. R. P. N. his ſcriptis, ne fiat electio niſi canonica, vel ne eligatis P. N. cum laboret morbo Epilentico, vel quia eſt periurus, vel falſi teſtimonij reus, vel quia de tali crimine eſt infamatus, vel excommunicatus maiori excommunicatione; vel quia eſt dilapidator bonorum Eccleſiæ, quod probandum incontinenti offero, &c. vel quia

fuit

fuit per talem ſententiam priuatus voce actiua, & paſſiua; vel quia non eſt idoneus ad tale officium, vel quia ob tale delictum eſt ipſo iure priuatus, &c. vel quia requiſitus ante electionem electioni conſenſit, &c. vel propter talem, & talem cauſam, &c. & ideo appello ad P. Generalem ſi vos, qui eſtis præſes Capituli admittatis ad talem electionem, aut alij electores ad ipſius electionem procedant, & talem electionem dico eſſe nullam, irritam, & caſſam, & quatenus aliqua apparuerit, dico eſſe annullandam, irritandam, & caſſandam; & his ſcriptis iterum appello ad Adm. R. P. &c. in quorum fidem, &c. & Apoſtolos peto inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, &c. vt ſupra.

Alia forma appellationis extraiudicialis à præterito, vel futuro grauamine, iuxta dicta cap. 2. nu. 2. 3. & 4.

Coram vobis R. P. Abbate Præſidente huius Capituli a vobis in hoc loco congregato hodie die, &c. ad effectum celebrandi electionem, &c. Ego P. N. vnus ex electoribus huius Capituli, eo quod iniuſtè priuaſtis mea voce actiua, & paſſiua, quam habeo in hac electione; aut eo quod injuſtè, et inique vultis me de facto excludere à Capitulo, et ab hac electione; et per conſequens tacitè priuare à voce actiua, et paſſiua, et ſpoliare a mea poſſeſſione, quam pacificè poſſideo, propter non veram, et falſam cauſam, aut ſine aliqua cauſa vera; Et abſque eo, quod prius eſſem citatus, et auditus, cum debitis terminis, prout eſt neceſſarium non ſolum de iure poſitiuo, ſed etiam naturali. Idcirco ſentiens me per vos notabiliter grauari, et grauatum eſſe; ab hac injuſta excluſione, priuatione, et ſpoliatione, dixi, et dico Capitulum, electiones faciendas in hoc capitulo, cum omnibus inde ſequutis, et omnia facta, et facienda in eodem capitulo, nulla, irrita, et caſſa, et quatenus aliqua, apparuerint, dico omnia ſupradicta debere annullari, irritari, et caſſari. Ideo his ſcriptis, via nullitatis appellationis, cumulatè, ac etiam principaliter propoſitæ, et omni alio meliori modo recurro ad Adm. R. P. etc. Apoſtolos peto, etc. vt ſupra.

Alia forma appellationis extraiudicialis à futuro grauamine.

Coram vobis R. P. Abb. N. etc. præſid. huius capituli propono, atque proteſtor, qui cum velitis capitulum celebrare, et congregare in tali loco, etc. proteſtor, et via nullitatis, et ſi qua eſt appellationis dico, quod nullo modo in dicto loco celebrari debet (hic aſſignatur cauſa legitima quare non debet celebrari capitulum in dicto loco) idcirco cum hoc ſit contra bonum commune, vel particulare, etc. peto ne celebretis capitulum in tali loco, aliàs his ſcriptis appello, etc. vt ſupra.

Alia

Alia forma appellationis facienda ab electore contempto, ſcilicet non citato, & vocato ad electionem, iuxta
8 *cap. quod ſicut de elect.*

Coram vobis R. P. N. Abbate, &c. Ego P. N. &c. appello ab electione facta, &c. die, &c. In loco, &c. & dixi, & dico nullam, irritam, & caſſam, & quatenus aliqua apparuerit, quod debet annullari, reſcindi, & caſſari, eo quia non fuit canonicè celebrata, & maximè me contempto, non citato, nec vocato, & excluſo, qui de iure, debebam, volebam, & poteram intereſſe, & qui eram in poſſeſſione pacifica, vel quaſi poſſeſſione eligendi, tamquam Abbas talis Monaſterij, &c. & peto me reduci ad poſſeſſionem, vel quaſi eligendi, à qua iniuſtè fui ſpoliatus, annullata, vel caſſata electione ſupradicta iniuſta, & non canonica, & ita his ſcriptis iterum appello ad Adm. Reu. &c. hoc, & omni alio meliori modo, &c. & Apoſtolos peto ſemel, bis, & tertiò, &c. vt ſupra.

Quia grauamen poteſt à iudice reuocari, vt dictum fuit ſupra in hac par. 8. c. 6. à n. 47. & ſeq. traditur propterea hic forma reuocandi ſub conditione, ne videretur confiteri de grauamine.

Forma, ſecundùm quam poteſt iudex reuocare grauamen parte præſente.
9

Appellaſti, quia non admiſimus talem exceptionem, vel quia non dedimus tibi talem terminum, vel dilationem, vel quia fuit nimis breuis, vel quia non dedimus tibi integram copiam actorum, vel quia non admiſimus repetitionem teſtium cum interrogatorijs à te præſentatis, &c. Nos ergo non credimus ex hoc tibi aliquod grauamen intuliſſe, & hoc ſcimus; Sed quid tulimus parati ſumus illud reuocare, & ex tunc reuocamus quantum in nobis eſt: Sed quia vt dixi, non credo tibi grauamen aliquod intuliſſe, ſtatuo tibi terminum, vt cras poſt prandium compareas coram nobis, ad oſtendendum de grauamine, quod aſſeris tibi per nos illatum, & de hoc appareat per ſcripturam, in actis inſertam. Quod ſi non feceris, contra te procedemus, prout de iure debemus, tamquam contra non grauatum, & tua appellatio ipſo iure erit nulla tamquam facta à non grauato, ſi pars eſſet abſens poteſt fieri per literas.

Forma ſcribendi in actis appellationem interpoſitam.

10 Die, &c. in Monaſterio, &c.

Coram R. P. Abbate, & me actuario, & teſtibus ſubſcriptis perſonaliter conſtitutus Fr. Fulanus habens in manu ſua vnam papyri cedulam, quam iudici præſentauit, dicendo, continere in ea ſuam appellationem, quam cedulam incipit, &c. & deſinit, &c. Qua appellatione ſupraſcripta interpoſita

ta R. P. Abbas me ordinauit, vt inſeratur, & conſeruetur in actis, prout feci, & ad redendum pro Apoſtolis appellanti aſſignauit terminum, ad reddẽdum pro Apoſtolis, ſiue dimiſſorijs, ſiue reuerentialibus, ſiue refutatorijs; prout debent reddi de iure. Acta ſunt hæc die, &c. loco, &c.

Fr. N. teſtis,
Fr. N. teſtis,
Fr. N. Actuarius.

11 *Forma Apoſtolorum dimiſſorialium.*

Nos P. N. Abbas, &c.
Quoniam à ſententia diffinitiua, (vel interlocutoria) contra te lata die, &, in cauſa, & cauſis, de quibus in actis, appellaſti ad Adm. Reu. P. &c. Ideo ab obſeruatione mei iudicij, his Apoſtolis te expedio, & ad eius, ad quem appellaſti, examen dirigo, ac remitto, & ſtatuo, ac præfigo tibi terminum quadraginta dierum, (vel alium competentem) ad appellationem tuam proſequendam, et ad docendum de huiuſmodi proſecutione, ſeu ad faciendam mihi fidem de proſecutione appellationis. In quorum fidem, etc.

Datum in hoc Monaſterio, etc. die, etc.

P. N. Abbas,
P. N. Actuarius.

Forma alia Apoſtolorum dimiſſoriarum.

12 Die, etc. loco, etc.
Ex parte R. P. Abbatis reſpondetur, quod omnia in dicta appellatione contenta ſunt verba partis, & à veritate deuiant, & expreſsè negantur. Nihilominus quo ad ipſam appellationem, eam non defert, aut admittit, niſi ſi, & quatenus admitti debet, et non aliter, et hæc eſt pro modo eius reſponſio, et ſtatuit ipſi appellanti terminum quadraginta dierum, ad proſequendam ſuam appellationem, et ad docendum de huiuſmodi proſecutione. In quorum fidem, &c. ſubſcriptiones, vt ſupra.

13 *Forma Apoſtolorum reuerentialium.*

Die, &c. in Monaſterio, &c.
P. N. Abbas N. &c. tibi Fr. Fulano.
Quamuis appellatio tua à tali ſententia diffinitiua, (vel interlocutoria) friuola, et fruſtratoria viſa fuerit; Tamen ob noſtram in Adm. R. P. N. ad quem appellaſti reuerentiam, & venerationem, duximus illi deferendum ſi et quatenus, et non aliter, ſicut hoc modo detulimus; Et hoc ſibi reuerentiales Apoſtolos concedentes, ſtatuo tibi terminum quadraginta dierum ad proſequendam tuam appellationem, et ad docendum de huiuſmodi proſecutione. In quorum fidem, &c. vt ſupra.

Forma Apoſtolorum dimiſſorialium, & reuerentialium à iudice delegato facienda.

14 Die, &c. In Monaſterio, &c.
Paternitati Veſtræ Adm. Reu. tenore præſentium manifeſtũ facio, quod

cum per vos fuerit mihi delegata cauſa contra Fr. N. in hunc modum, (hic ponitur tenor delegationis) et volens ad executionem dicti mandati procedere, receptis probationibus, et teſtibus, cum delictum eſſet ſufficienter probatum, ipſum Fr. N. ad meam præſentiam legitimè euocaui, et poſt quam fuit conſtitutus, conceſſi ei terminum ad ſuas defenſiones faciendas, quo termino elapſo iuris ordine ſeruato ſententiam diffinitiuam contra eundem promulgaui tenoris ſequentis, &c. (hic in ſeritur ſententia) à qua ſententia idem Fr. appellauit, et Apoſtolos petijt ſibi dari. Et licet huiuſmodi appellatio eſſet friuola, nihilo minus propter reuerentiam P. V. Adm. R. ad eam detuli, ſi & quatenus, et præſentes literas reuerentiales mitto, meo ſigillo ad maiorem cautelam formatas. In quor. fidem, &c. ſubſcriptiones, vt ſup.

Forma Apoſtolorum refutatorialium.

Fr. N. Abbas N. &c. tibi Fr. Fulano.

Quoniam à diffinitiua ſententia, qua te ad talem pœnam die tali condemnaui, tu à me appellaſti. Et cum huiuſmodi appellatio friuola ſit, ac fruſtratoria, temerè quippè, & nulla ratione interpoſita, propterea ſuę appellationi nequaquam detulimus, & tantummodo Apoſtolos refutatorios tibi concedimus. In quorum fidem, &c. Sequuntur ſubſcriptiones, vt ſupra.

Forma Apoſtolorum teſtimonialium, ſcilicet quando appellatio facta eſt coram honeſtis viris.

Die, &c. in Monaſterio, &c.

Cum eſſet contra me formatus proceſſus de prætenſo delicto (hic ponitur delictum) à me numquam patrato, & nihilominus R. P. N. Abbas, me condemnaſſet in pœnam (hic ponitur pœna) ſentiens me notabiliter grauatum, & non valens appellare coram dicto R. P. Abbate propter eius abſentiam; vel propter timorem cadentem in virum conſtantem, appello coram vobis honeſtis viris, & teſtibus infraſcriptis, & peto inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè reſponderi de Apoſtolis, ita hoc, & omni alio meliori modo, &c.

Nos infraſcripti fratres, & teſtes indubitatam fidem facimus, & pro veritate requiſiti atteſtamur, qualiter ſupradicto die, & loco perſonaliter coram nobis comparuit F. Fulanus aſſerens quod a ſupradicta ſententia contra eundem lata à R. P. N. Abbate non poteſt corã eo appellare propter eius abſentiam, ſicut pro rei veritate eſt abſens, vel non poteſt coram eo appellare propter maximum timorem, quem habet, &c. & proptērea, appellauit coram nobis, & Apoſtolos petijt, vt latè apparet per ſupraſcriptam appellationem, idcirco hos teſtimoniales Apoſtolos damus, in quorum fidẽ propria manu ſubſcribimus hodie die, &c.

Ego Fr. N. de N. Ego Fr. N. de N.
Ego Fr. N. teſtis. Ego Fr. N. teſtis.

Iu-

Iudex appellationis poſtquam appellatio coram eo eſt introducta, antequam cognoſcat de meritis, & iuſtitia cauſæ, debet prius ſummaria cognitione cognoſcere an appellatio ſit legitima, vel non; Nam ſi quis appellauit ab interlocutoria, ob grauamen ſibi illatum à iudice à quo, debet cognoſcere an grauamen ſit verum, quod ſi non eſt verum, cauſa non deuoluitur, ſed remanet apud primum iudicem, ad quem iudex appellationis debet remittere appellantem. Et ſi quis appellauit à diffinitiua debet cognoſcere ſi in termino decem dierum appellauit, alias ſententia primi iudicis tranſiuit in rem iudicatam,& ipſe non poteſt cauſam cognoſcere, de quibus loquuti fuimus,p.8.c.7.per totum. Sed ſi iudex appellationis cognoſcit appellationẽ fuiſſe legitimè interpoſitam, tunc poteſt inhibere iudici à quo, ne procedat ad vlteriora ſi fuit appellatio interpoſita a ſententia interlocutoria. Aut ne exequatur ſententia, ſi fuit appellatio interpoſita a ſententia diffinitiua, iuxta ea, quæ diximus dicto c.7.

Forma ſententiæ interlocutoriæ à iudice appellationis ferendæ poſtquam cognoſcit appellationem legitimè, vel non legitimè fuiſſe interpoſitam, ab interlocutoria, vel grauamine.

17 In Chriſti nomine amen,die,&c. In Monaſterio, &c.

Nos, &c. in cauſa appellationis interpoſitæ a Fr. Fulano, quæ talis eſt (hic ponitur tenor appellationis,) viſo, & examinato proceſſu, & conſideratis conſiderandis, Deum præ oculis habentes, &c. pronunciamus, decernimus, & ſententiamus, dictum Fulanum benè, & legitimè appellaſſe, et dictum iudicem perperam, et malo modo proceſſiſſe; vel interlocutum fuiſſe, et ideo ad nos iuriſdictionem procedendi in cauſa deuolutam eſſe, in principali, (et tunc appellans petat ab eodem iudice,vt in principali procedat,) vel econtra, benè dictum iudicem proceſſiſſe, et Fr. Fulanum malè appellaſſe; et ideo ipſum remittendum eſſe, prout remittimus ad examen prioris iudicis, etc. *Vt in alijs formis ſententiarum poſitis in fine partis ſeptimæ. Quando appellatur à diffinitiua ſententia in cauſa appellabili, introducta appellatione coram iudice ad quem, iſte quamuis quo ad ordinatoria iudicij poteſt ſeruare ea, quæ in ſuo tribunali ſeruantur, tamen quo ad deciſoria in omnibus, & per omnia debet ſe conformare cum tribunali iudicis à quo, vt dictum fuit ſupra par.8. c.8. n.14. & poſtea formare ſententiam confirmando, vel infirmando ſententiam à primo iudice prolatam, iuxta formam traditam ſupra cap.8. num.13.*

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS

LOCVPLETISSIMVS

Rerum omnium, quæ in hoc volumine continentur.

ABbas in Capite cum in cunctis, §. final. de elect. num. 10. reijcitur in par. 7. c. 6. n. 10 920

Abortus fœminæ pregnantis procurans, qua pœna puniatur, par. 7. cap. 4. num. 1. 853

Abſoluendus eſt cum clauſula, Rebus ſic ſtantibus, &c. tortus, & negatiuus; & non poteſt moleſtari, niſi ſuperueniant noua indicia diuerſa à primis ſpecie, & ſubſtantia, p. 6. c. 5. n. 25 740

Abſoluentes à cenſuris Bullæ Cœnæ ex ignorantia craſſa an incurrant in excommunicationem in eadem Bulla impoſitã, p. 7. c. 2. n. 59 775

Abſoluens pœnitentem vigore Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi debet admonere illum, vt ſe gerat in publico, vti excommunicatum, quouſque abſoluatur in foro externo, par. 7. cap. 3. num. 218 847

Abſoluere ſubditos à caſibus Bullæ Cœnæ an poſſint ſuperiores abſque eo, quod incurrant in pœnas, par. 7. cap. 3. num. 46. 898

Abſoluitur de conſuetudine in iudicio regulari ab obſeruatione iudicij Reus, non probato contra eum delicto imputato, p. 7. c. 7. n. 1. 2. 921

Et abſoluitur eodem modo tortus, & negatiuus, ibid. n. 3. 6. 9. 10

Abſolui quando debeat in iudicio regulari reus cum clauſula, Ex hactenus deductis, ibid. n. 4. 923

Abſolutus à cauſa, pro qua fuit carceratus, etiam rebus ſic ſtantibus, celebrare poteſt, parte 3. capite 6. numero 8. 207

Abſolutus de aliquo delicto ex defectu probationum, poteſt condemnari ex confeſſione ſpontanea, par. 5. cap. 7. num. 4. 600

Abſolutus de aliquo delicto diffinitiuè, non poteſt pro eodem delicto amplius moleſtari, parte 6. capite 2. num. 106. 665

Abſolutus in foro conſcientiæ poteſt moleſtari in foro exteriori, parte 7. capite 3. num 208. vſque ad n. 218. 843

Abſolutus vigore Iubilæi, vel Bullæ Cruciatæ, tantùm in ſecretò poteſt miſſam ce-

ce-

Digitized by Google

celebrare, aut recipere Sacramenta, p.7. c.3.n.211. 844

Abſolutus ob non probatum crimen, & abſolutus cum clauſula, ex hactenus deductis, quod non debeat amplius moleſtari, eſt opinio iniqua contra practicam vniuerſalem, p.7.c.7.n.5 924

Abſolutus cum clauſula, rebus ſic ſtantibus, tortus, & negatiuus an poſſit iterum torqueri, ſi extraiudicialiter fateatur delictum, ibid.n.11 926

Abſolutus cum clauſula, rebus ſic ſtantibus, eò quod indicia non ſufficiebant ad torturam, tunc huiuſmodi indicia non dicuntur mortua, quia iunctis cum inditijs nouis ſuperuenientibus, poſſunt ſufficere ad torturam, ibid.n.12

Abſolutus cum dicta clauſula infra quantum temporis, poterit iterum torqueri, ibid.n.13

Abſolutus diffinitiuè non poteſt amplius moleſtari, etiam ſi ſuperuenerint noua inditia, & confeſſio extraiudicialis, & etiam ſi ſententia eſſet iniqua, ibid.n.14 & n.18.& 22.fol.972. Si permittit ſe iterum pro eodem delicto moleſtari, ſibi præiudicat, ibid.n.16. Per colluſionem, vel præuaricationem poteſt iterum moleſtari, n.19. vel ſi non ſeruatis ſeruādis fuerit abſolutus, n.20 928

Abſolutus à Prælato inferiori, qui non poterat eum punire pœna ordinaria delicti, poteſt puniri pœna debita à Prælato ſuperiori, ibid.n.21 928

Abſolutus ab vno iudice non poteſt excipere de re iudicata coram alio indice quādo iuriſdictiones ſunt ſeparatæ, ib.n.25

Abſtinere debet iudex à muneribus recipiendis, p.1.c.5.n.35 83

Acta Prælati, qui accipit Prælaturam in excommunicatione, vel alio impedimento occulto, ſunt valida, ſtante errore communi, p.1.c.1.n.129 46

Acta non valent in fauorem eius, qui ſcit innaliditatem facientis, ibid.n.132 47

Actus legitimi nomine in lege pænali qui veniant, p.7.c.3.n.166 825

Actus prohibitus quādo duplici lege diuina, & humana eſt prohibitus, licet tantū humanā legem quis ignoret, nō excuſatur à pęna quāuis excuſetur à cenſuris, 784

Actuarij electionis forma, 306

Actuario electo impedito, alius ſubrogari poteſt, ibid.

Actuarius debet ſcribere omnes admonitiones factas reo in tortura à iudice, & omnes reſpōſiones rei, ac omnia verba, quę ex ſeipſo reus dicit, p.6.c.5.n.4 697

Actuarij, Notarij, Iudices & Superiores manifeſtātes ea, quę in ſecreto tenere debēt, qua pęna puniātur, p.7.c.4.n.2. 855

Acceſſoria poteſtas, quæ ſit, p.1.c.1. nu.22. 24

Acclamatio, aut vociferatio alicuius ſimul cum fuga faciunt inditium cōtra fugientem, p.5.c 3.n.76 539

Accōmodans domū ad maleficium committendum, qua pœna puniri debeat, p.7.c.4 n.17 873

Accuſatio ardore vindictæ eſt ſuſpecta, p.1 c.7.n.13.f.87. accuſatio dupliciter conſideratur p.3.c.1. n.3. deſcribitur quid ſit, ibid.in n.4.fol.159. differt à querela, denunciatione, & inquiſitione, ibid.n.5.

Accuſatio, & vindicatio iniuriæ auctoritate publica eſt actus virtutis, p.3.c.2. n. 12 179

Accuſatio contra Superiores debet admitti, quando ſit legitima, aliàs ſubditi poſſunt appellare, p.3.c.2.n.17 180

Accuſationem renuncians, non poteſt amplius accuſare, p.3.c.1.n.37.f.172. ab accuſatione deſiſtens quando puniri debeat, ibid.n.40. 173

Accu-

Accuſatio, vt ſit licita, quæ circumſtantiæ requirantur, ibid. n.13. fol.189.

Accuſatio de maiori crimine facit ſupraſedere accuſationem de minori delicto, par.3. c.3. n.3. fol.182.

Accuſatio ſecunda, quando eſt præiudicialis primæ, facit vt ſuperſedeatur in prima, ibid. n.5. fol.183.

Accuſatio, vel denunciatio an ſufficiat ad excludendum aliquem à dignitatibus, par.3. c.4. n.1. & 4. fol.185. & 186. An ſufficiat ad infamiam facti, ibidem, num.2.

Accuſatio non valet ſi in accuſatione non ſit petitus locus, & tempus delicti, par.8. cap.8. fol.945. Nec poteſt fieri in vno libello de diuerſis perſonis, & diuerſis delictis ab illis commiſſis.

Accuſari quis poteſt in eodem libello de diuerſis delictis, ibid. num.6. fol.944. & quid quando eſt accuſatus de diuerſis criminibus, & aliqua probantur, & alia non, ibid. nu.7. Accuſari poſſunt plures in vno libello de vno maleficio ab illis commiſſo, ibid. num.10. fol.945. & accuſari quis poteſt in vno libello criminaliter, & ciuiliter, ibid. n.11.

Accuſator ſi deficit in accuſando, Prælatus debet ex officio procedere contra delinquentem, par.2. c.2. n.22. fol.107. Verus, vel fictus eſt neceſſarius, vt Iudex procedere poſſit, par.2. c.5. num.2. & 3. fol.123.

Accuſatore deficiente, proceſſus, & omnia in eo contenta ſunt nulla, par.3. cap.1. num.2. fol.158.

Accuſator, vel denuncians per veram calumniam à pœna talionis non poteſt excuſari, ibid. num.11. fol.162. Accuſans pro ſatisfactione propriæ iniuriæ, quando poſſit ab accuſatione deſiſtere, ib. n.36. f.172. Ad accuſationis inſtitiã tria ſunt ſeruanda, ibid. n.3?. fol.172. In quibus caſibus poſſit ab accuſatione deſiſtere, ibid. n.41. fol.173.

Accuſatores, & denunciatores ſunt vtiles Religionibus, par.3. c.2. n.10. fol.175. & debent premiari, num.11. Ad accuſandum quilibet admittitur, ſi non ſit prohibitus, ibid. num.8. fol.176.

Accuſator facilius admittitur, quam tt-ſtis, ibid. num.4. fol.177. Accuſator illegitimus, ſi non repellatur, proceſſus erit validus, par.3. cap.3. nu.10. fol.183.

Accuſator, ſi reaccuſatus tacet, ſibi præiudicat, ibid. num.9. fol.183. Si eſt contumax, non proceditur ad eius inſtantiam, ſed Iudex ex officio procedere poteſt, ibid. num.13. fol.184.

Accuſatus de aliquo crimine elapſo anno an poſſit ad prælaturam promoueri, ibid. num.8. fol.188.

Accuſatus, vel denunciatus an poſſit prorogare terminum Capituli ad oſtendendum ſe innocentem, ibid. n.12. fol.189.

Accuſatus de crimine commiſſo extra officium pendente iudicio retinet officium, par.?. cap.6. num.1. fol.205. Sed ei interdicitur adminiſtratio, num.2. Sed intellige, vt in num.4.

Accuſatus pendente lite, aut appellatione ab honoribus obtinendis abſtinere debet, par.3. cap.4. num.8. fol.188. Si apparet ex coniecturis, quod calumnioſè fuerit accuſatus, ac poſſit eligi ad dignitatem, ibid. num.10. fol.188. Et ſi fuit electus, & poſt electionem abſolutus, an valeat electio, ibid. n.11. fol.188.

Accuſatus, vel denunciatus ſuper delicto priuante officio, vel voce, poteſt proſequi ſuum officium, antequam ſit per ſententiam priuatus, ſaltem declara-

teriam

Digitized by Google

toriam criminis: & poteſt ferre excommunicationem, & ſuſpenſionem in ſuos ſubditos inobedientes, ſicut antea; & etiam poſt ſententiam ſi appellauerit, p. 3.c.5.n.12 199

Accuſatus purgare ſe debet innocentia, non relatione criminis, p.3.c.3.n.1. f.181. Antequam eius nomen ſit receptum inter reos, an poſſit accuſare, ibid. num.2. Poſtquam eius nomen fuerit receptum inter reos, de quo poſſit ſuum accuſatorem reaccuſare, ibid.n.14 182

Accuſatus criminaliter non poteſt reconuenire ciuiliter ſuum accuſatorem; ſecus è contra, quando cauſa criminalis prę iudicat ciuili, p.3.c.3. n.6 183

Accuſatus non poteſt reaccuſare ſuum accuſatorem poſt concluſum in cauſa, & quando ſecus, ibid.n.7 183

Accuſatus poſt cauſę expeditionem quando poſſit ſuum accuſatorem reaccuſare, ibi. n.11. Accuſatus an poſſit eſſe teſtis, p.4. c.3.n.16 305

Adminicula, quę cum teſte inhabili faciunt inditium ad torturam, quę ſint, p.4.c.3. n.21.f.327. Remittuntur arbitrio Iudicis, ibid.nu.36.f.333. Quę ſint, quę probant copulam carnalem, p.4. c.4. nu. 12. 366

Adminicula, quę ſolent eſſe in probatione copulę carnalis, p.5.c.4.n.37 564

Adminicula non probantur per conſanguineos, & affines, p.6.c.2. n.56.57. & 58. 653

Aduccatus peccat mortaliter conſulens reũ iuridicè interrogatum, vt veritatem neget, p.5.c.6.n.3 539

Adulter quis dicatur, p.5.c.4.n.8 552

Adulterij perfecta probatio, ibid.n.11. An cenſeatur adulterium probatum, ſi vir, & mulier viſi eſſent iacentes in lecto, ibid.n.17.f.554.& n.24. 556

Ætas minor an ſit cauſa minuendi pęnam in delictis, p.7.c.2.n.75.& 76 749

Affectus non ſequuto effectu non punitur de generali conſuetudine Italię; quod procedit etiam in pœnis ſpiritualibus, & ponitur regula cum ampliationibus, & limitationibus, p.7.c.3.n.146 811

Affectus aliqua cenſura, ſi exerceat aliquẽ ordinem, efficitur irregularis, etiam ſi non eſſet denunciatus, par.7.c.3. n.209. 843

Agens ex aliqua lege, vel ſtatuto debet probare qualitatem ab ipſa lege, vel ſtatuto requiſitam, p.1.c.1.n.32 16

Aggreſſio, & prouocatio probatur per vnum teſtem, p.6.c.2.n.62 854

Aggreſſor, & prouocator non poteſt vti beneficio defenſionis offendendo aduerſarium, & puniendus eſt de eo in quo deliquit prę ter intentionem, & calore iracundię, ibid.n.68

Aggreſſor quis fuerit ex duobus rixantibus coniecturis probatur, ibid.n.69

Aggreſſor ſi neſciatur quis fuerit ex duobus rixantibus, & vnus reperiatur mortuus, quid faciendum, ibid.n.70

Agreſſus quando poſſit aggreſſorem occidere, ibid.n.63.& 65. Poteſt ſe defendere diuerſo genere armorum, ibid. n.66. Poteſt ſe defendere etiam cum periculo innocentis, ſi aliter euadere non poſſit, p. 6.c.2.n.80. Ad nihilum tenetur, ſi aggreſſor occidat medium interpoſitum inter eos, ibid.n.81.

Alapam alicui manu vacua inferens, qua pœna puniri debeat, par.7. c.4. num.3. 855

Amoris cauſa delinquens quando excuſetur, p.7.c.2.n.63 742

Apoſtata à Religione quis propriè dicatur, & in quas pœnas incurrat tùm ipſe, tùm ipſum detinentes, vel occultantes, p.7.

p.7.c.4.n.4 856

Annus ſecundus ad finiendam cauſam appellationis, non conceditur, niſi quatuor concurrentibus, p.8.c.6.n.9 1021

Apoſtoli quid ſint: an debeant ab appellante peti: & Iudex quomodo teneatur eos dare, p.8.c.1.n.20.f.981. Quando poſſit Iudex eos non tradere, ibid.n.21.f.982 Appellans tenetur eos petere, & redire pro eis in termino ſibi aſſignato, aliàs appellatio efficitur deſerta, ibid. nu.22. & alia de apoſtolis vide in n.23.& 24

Appellatione pendente terminus non currit, p.1.c.1.n.43 18

Appellatio ab Epiſcopo, tamquam à Delegato ſit ad Papam, p.1.c.1. nu.44.f.18. A delegato fit ad delegantem: ſed appellatio à Iudice Ordinario fit ad Superiorem, ibid.n.83 31

Appellationem tollit clauſula, ſummariè, &c.p.2.c.3.n.18 124

Appellans à condemnatoria ſententia, aut declaratoria fictione iuris, non dicitur condemnatus; vndè ſi eſt Prælatus remanet in ſuo officio ſicut antea, p.3. c.5. n.32 204

Appellatio non datur à ſententia contra apprehenſum in flagranti delicto, p.3.c. 9.n.12.f.290. Nec admittitur à decreto carcerationis, p.4.c.17.nu.17.f.451. an detur à decreto torturæ, p.6.c.4.n.30 f.687

Appellatio datur à ſententia arbitri in cauſa recuſationis, p.5.c.1.n.45 480

Appellare poteſt reus, ſi Iudex non concedat integram copiam proceſſus, p.6. c.1. n.11 635

Appellatio datur à ſententia declaratoria, etiam à cenſuris, & appellatio ſuſpendit in foro exteriori, p.7.c.9.nu.8. & 9 938

Appellans à ſententia declaratoria excommunicationis exiſtimans ſe non eſſe excommunicatum, poteſt celebrare, nec incurrit in irregularitatem, ſi poſtea declaretur malè appellatum, ibid.n.10

Appellatione probibita, non eſt probibitũ dicere de nullitate ſententiæ, p.7. c.13 n.11 956

Appellationis cauſa deſerta, non eſt deſerta cauſa nullitatis, quando equè principaliter cum appellatione proponitur: ſecùs ſi in cauſa nullitatis incidenter eſſet deducta ſub verbo, appello, ibid.n.12.& n.16

Appellatio ſimpliciter facta deuoluit acceſſoriè cauſam nullitatis, quando nullitas eſt in ſententia etiam poſt recuſationem Iudicis à quo, ibid.nu.19.f.957 Limitatur quinque modis enumeratis, & expreſſis in n.20 958

Appellans ſi ſibi reſeruat ius dicendi de nullitate, iudex appellationis poteſt de ea cognoſcere, ibid.n.22 958

Appellatio in communi conſiderata quid ſit, p.8.c.1. n.1.f.973. Iudicialis quid ſit, ibid. n.2. Extraiudicialis quid ſit, ibid.n.3

Appellatio extraiudicialis fieri poteſt ob grauamen vertens contra bonum commune, ibid.n.4. Huius appellationis vſus in quibus caſibus eſſe ſoleat, ibid.num.5 Poteſt fieri contra electionem factam, & faciendam, ibid.nu.6.f.974. & traditur modus appellandi in num. ſequ.

Appellatio, & nullitas poſſunt cumulari in appellatione facta, ibid.nu.7. f.976 quomodo fieri poſſit in electione facienda, & quos effectus producat, ibid. n.8

Appellatio iudicialis requirit grauamen præſens, vel preteritum; extraiudicialis verò ſufficit cauſam eſſe veriſimilem, aut probabilem grauaminis, ibid. nu.10 f.977. prima poteſt iuſtificari per ſolam obla-

Digitized by Google

oblationem probationis, non ſic ſecunda, ibid. n. 11.

Appellatio iudicialis debet fieri ad ſuperiorem immediatum: extraiudicialis fit ad illum, qui adiri poteſt per viam querelæ, ibid. n. 12. f. 977. appellatione iudiciali deſerta, omnem audientiam abrumpit: ſecùs eſt in appellatione extraiudiciali, ibid. n. 13. f. 979. Ad appellãdum iudicialiter admittitur etiam excommunicatus, non autem in appellatione extraiudiciali, ibid. nu. 14. Item in appellatione iudiciali fatalia currunt à die appellationis, in extraiudiciali à die grauaminis, ibid. n. 15. Appellatio iudicialis dicitur propriè appellatio, extraiudicialis impropriè, ibid. num. 18 f. 981. quæ appellationes inter ſe conueniunt, & conuenientiæ recenſentur, ibid. n. 19

Appellans tenetur petere apoſtolos, & redire pro eis in termino ſibi aſſignato, aliàs appellatio efficitur deſerta, p. 8. c. 1 n. 20 981

Appellans ante ſententiam cenſuræ, vt cenſura non afficiat, debet probare appellationem præceſſiſſe, p. 8. c. 2. nu. 28. f. 991. & n. 29

Appellatio iudicialis à diffinitiua in omni caſu eſt permiſſa, niſi expreſsè reperiatur prohibita, p. 8. c. 2. n. 1 986

Appellatio à diffinitiua ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, itavt omnia ab eo in futurum geſta ſint attentata, & ante omnia reuocanda, & plura exempla ponuntur, ibid. n. 3

Appellatio ſuſpenſiua datur à ſententia condemnationis ad triremes, & à ſententia depoſitionis, & degradationis, ib. n. 9 987

Appellatio an detur à ſententijs arbitrarijs, ibi. n. 10. poteſt dari etiam à ſententia iuſta, ibid. n. 11 988

Appellationis in cauſa an poſſit addi qualitas omiſſa in primo iudicio, quæ auget pœnam, ibid. n. 12

Appellatio denegatur multis in caſibus, vt eſt videre in n. 17. 18. 19. 20. 21. & 22 f. 989

Appellatio, nec recuſatio admittitur, quãdo iudex procedit extraiudicialiter pro defenſione, & conſeruatione ſuorum iurium, & iuriſdictionis, nec eſt neceſſe, vt talis ſententia feratur in ſcriptis, ibid. n. 24. & 25 990

Appellatio non admittitur à ſententia cẽſuræ, ſed tantùm deuolutiua, n. 26

Appellatio ante ſententiam cenſuræ admittitur, quando eſt legitima, & ſuſpẽdit iudicis iuriſdictionem, itavt ſententia ſequentis cenſuræ ſit nulla, ibid. n. 27

Appellatio facta à præcepto ſub pœna excommunicationis ſuſpendit, ibid. nu. 31 992

Appellatio etiam extraiudicialis ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, ſicut appellatio iudicialis in materia cenſuræ, ibi. n. 35

Appellatio ante ſententiam cenſuræ non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, & cenſura ſequens eſt valida, quando crimen eſt verè notorium; & iudex in hoc caſu non tenetur interloqui ſuper appellatione, vel recuſatione propoſitis, ſed ſufficit ſi de facto reijciat, procedendo ad vlteriora, ibid. n. 37. & 38. Nec ſuſpendit ſi non eſt in ſcriptis, aut ſi eſt friuola appellatio, aut ſi non innoteſcat Iudici à quo, ibid. n. 4. & 41. nec ſuſpẽdit appellatio iuriſdictionem Iudicis, à quo, quoad alias cauſas, ibid. num. 42 993

Appellatione prohibita, non dantur atten-

tata,p.8.c.2.n.46 993
Appellatio quando non impediat ſententia executionem, ibid.n.47
Appellatio non datur à delegato Sedis Apoſtolicæ, ibid. n.48. nec à ſententia Inquiſitorum, ibid.n.50.f.994. Nec Religioſus appellat à ſententia Prælati, ibi. n.49 993
Appellatio quando eſt probibita reo, cenſetur etiam probibita fiſco, ibid. num.51 994
Appellatio ſi non eſt admittenda, & tamen à Iudice admittatur, cauſa deuoluitur ad ſuperiorem, ibid.n.53 995
Appellatio iudicialis à diffinitiua babet plures effectus, ibid. n.54 995
Appellatio à diffinitiua reducit cauſam ad tempus litis conteſtatæ, & admittuntur nouæ probationes, & nouorum teſtium productio, ibid.n.57
Appellatio friuola nullum producit effectum, ibid.n.61 996
Appellandi facultas à diffinitiua eſt de deciſorijs, ſed facultas appellandi ab interlocutoria eſt de ordinatorijs, p.8. c.3 n.1 998
Appellatio à diffinitiua ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo, ab interlocutoria non ſuſpendit ſine inbibitione, ibi. n.4 999
An in appellatione ab interlocutoria debeat inſeri cauſa, per quam appellatur.
Appellatio ab interlocutoria ex ſolis deductis, & probatis iuſtificatur: à diffinitiua ex deductis, & deducendis, ibid. nu.5
Appellatio admittitur à ſententia diffinitiua, ſed ab interlocutoria probibetur, ſi non contineat grauamen irreparabile à diffinitiua, vt babeat vim diffinitiuæ, ib. num.6
Appellatio non conceditur à citatione validæ, ſeu ad dicendam cauſam, quare, &c. & quando fieri poſſit declaratur, p.8.c.3 n.7.f.1000. nec à reiectione exceptionis peremptoriæ, n.8. nec à reiectione exceptionis dilatoriæ, n.9.f.1001. nec à mandato de cognoſcenda ſcriptura, n.10. nec ab abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quando poteſt reparari, nu.11. & nu.35 f.1005. nec à reiectione appellationis facta cum cauſa cognitione, n.12
Appellatio ab interlocutoria admittitur, quando grauamen eſt irreparabile à diffinitiua, etiam ſi non poſſit reparari ex toto, vel niſi cum magna difficultate, aut quando articulus interlocutoriæ eſt præiudicialis negotio principali; & quando probibetur appellatio à diffinitiua, ibi. n.13 1001
Appellandum eſt à non admiſſione appellationis, quando interlocutoria continet grauamen irreparabile, ibi.n.14.f.1002
Interlocutoria autem quando contineat grauamen irreparabile, vel babeat vim diffinitiuæ ex quatuor concluſionibus dignoſcitur, poſitis in n.15 1002
Appellatio ab interlocutoria admittitur in multis caſibus contentis in nu.16. & ſeqq. vſque ad nu.40.f.1002. vſque ad 1006
Appellatio coram Iudice à quo eſt proponenda, aliàs non valet, & nullum effectum operatur, excepto caſu neceſſitatis, videlicet metus, vel abſentia Iudicis, p. 8.c.4. n.1.f.1007. in abſentia Iudicis non valet, ibid. n.2.f.1008. nec ſi fiat coram Iudice ad quem, niſi quando non poſſit baberi præſentia Iudicis à quo: neque Iudex ad quem debet audire appellantem, ſi non conſtet ſibi coram Iudice à quo propoſitam fuiſſe appellationem, ibid. n.3. tamen proponi poteſt appellatio coram Iudice ad quem in defectu

Digitized by Google

An Iudicis à quo, vel coram honeſtis viris, ſi Iudex ad quem eſt abſens, ibid. n.4. fol. 1008. Etiam poteſt fieri appellatio coram honeſtis viris ob timorem, vel propter abſentiam Iudicis à quo, præmiſſa proteſtatione, ibid. n. 4. Et quę conditiones requirantur, vt poſſit fieri appellatio coram probis viris, ibid.

Appellatio à diffinitiua facta ſtatim poſt ſententiam, poteſt fieri viua voce, ſi eſt facta in præſentia iudicis ſedentis pro tribunali; ſecus ſi eſt ex interuallo, aut appellatio ſit prohibita, quia debet fieri in ſcriptis; idem dicitur de appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitiuę, ibid. n. 5. & n. 6.

Appellatio ab interlocutoria ſemper debet fieri in ſcriptis, & tunc incipiunt verè fatalia, quando infra decennium appellatur in ſcriptis, & ſufficit, quod Iudici, vel Actuario porrigatur, licèt non legatur, ibid. n. 8. fol. 1011. An verò hoc procedat etiam in cauſis ſummarijs, ibid.

Appellationi friuolæ non debet Iudex à quo deferre, & declaratur quando appellatio ab interlocutoria dicatur friuola, tamen ſi iudex detulerit, abdicat à ſe iuriſdictionem, ibidem numero 9. 1012.

Appellationis libellus debet continere nomen appellantis, Iudicis à quo, & ad quem, quando non eſt certus, ſententiam, à qua appellatur, petitionem Apoſtolorum, diem appellationis, & quod fiat infra decem dies à die ſententiæ, p. 8. c. 5. n. 1. 114

Appellatio à ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam debet etiam proponi infra decem dies, quibus tranſactis non poteſt proponi niſi per viam querelæ eorum ſuperiore non habente iuriſdictionem limitatam in cauſa appellationis, p. 8. c. 5. n. 8. f. 1016. & fol. 9. & 10. In ſententijs verò, quæ non tranſeunt in rem iudicatam poteſt proponi querela coram eodem iudice etiam poſt decem dies, & infra triginta annos, aut in perpetuum ſi agatur de animæ periculo, ibid. n. 11. & 12. 1017

Appellatio infra decem dies eſt facienda etiam in ſententia conditionali, excepta ſententia cenſuræ, ibid. n. 13.

Appellatio poteſt fieri etiam poſt decem dies in comminationibus, ibid. num. 16. etiam poſt decem dies poteſt fieri à legitimè impedito, ibidem numero 17. 1018.

Appellatione deſerta competunt alia remedia, n. 19.

Appellatio poteſt fieri etiam poſt decem dies in ſententia excommunicationis, ibid. n. 21.

Appellatio item poſt decem dies poteſt fieri ab actis factis à Iudice ſuſpecto, poſtquam eſt allegatus ſuſpectus, ibid. n. 2.

Appellatio redditur nulla, & Iudex ad quem incompetens, inſtantia appellationis deſerta, p. 8. c. 6. n. 14. 1023

Appellationis ad finiendam cauſam, annus ſecundus non conceditur, niſi quatuor concurrentibus, quæ, &c. ibid. n. 9. 1021.

Appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, in ſententijs interlocutorijs, ſi iudex ad quem non inhibuerit, ibid. n. 36.

Appellatio ceſſat ab interlocutoria reuocato grauamine, & iudex remanet, vt prius; Et qui non appellauit, appellare non poteſt poſt grauamem reuocatum, ibid. n. 42. 1030

Appellatione initiata contra Iudicis ſen-

tentiam, ipſe Iudex à quo, poteſt multa cognoſcere; ſed cauſa introducta ad iudicem appellationis, ad ipſum ſpectat cognoſcere, an appellatio ſit recipienda, vel non, p. 8. c. 7. n. 1. 1034

Appellationis recipiendæ, vel non, articulus requirit plenam cognitionem reſpectu probationis ſummariæ, ibid. n. 2.

Appellatio ab interlocutoria non admittitur niſi cum clauſula, ſi, & in quantum: & quid quando cum dicta clauſula admittitur appellatio à diffinitiua, ibid. n. 13. 1037

Appellatus ſi in puncto appellationis ab interlocutoria renunciat, an iudex appellationis, prætermiſſo appellationis articulo cognoſcere poſſit ſuper negotio principali, ibid. n. 14

Appellationis iudex ſi pronũciat, malè iudicatum, & benè appellatum, in appellatione ab interlocutoria, cauſa principalis remanet coram eo: ſecus ſi pronunciat, benè iudicatum, & malè appellatum, quia cauſa remittitur ad iudicem à quo, ibid. n. 16. 1039

Appellatio interpoſita ab interlocutoria nõ iuſtificatur, niſi probetur cauſam grauaminis eſſe veram, ibid. n. 17. fol. 1040. Limitatur in tribus caſibus; Primò in exceptione recuſationis, n. 18. Secundò quando grauamen illatum non ſubiacet probationi, n. 19. & Tertiò, quando cauſa grauaminis detegitur per ſolas allegationes iuris, n. 20.

Appellatio cenſetur iuſtificata, quando exceptio legitima proponitur coram iudice, & offertur probatio, & iudex non admiſit; ſi oblatio eſſet facta ante reiectionem appellationis, ibidem num. 21. 1041.

Appellationis cauſa ſequitur naturam cauſæ principalis, p. 8. c. 8. n. 1. 1045

Appellationis in cauſa non eſt neceſſaria litis conteſtatio, quando in prima inſtãtia lis fuit conteſtata, ibid. n. 3. 1045

Appellationi an quis poſſit renunciare, ibi. n. 13. 1050

Appellatione deſerta, Iudex appellationis deſinit eſſe Iudex, ibid. n. 14.

Appellatione deſerta, Iudex à quo poteſt ſuam ſententiam exequi abſque eo, quod pronunciet ſuper deſertione, ibid. n. 15. 1051.

Appellans quando cenſeatur tacitè renunciare appellationi, & quando ſecus, ibid. n. 16.

Appellationi renuncianti tacitè, vel expreſsè poſt ſententiam non conceditur reuiſionis remedium: ſecus ſi ante ſententiam, ibid. n. 17 1052

Appellare prohibitus, non eſt prohibitus dicere de nullitate, par. 8. c. 9. n. 1. 1053.

Appellatione prohibitâ, competunt reo alia remedia aduerſus ſententiam, nempè recurſus, querela, reuiſio, reclamatio, & ſupplicatio, ſed attentata non reuocantur ſine inhibitione, ibid. numero 6. 1053.

Appellare ad tribunalia ſecularia Religioſi non poſſunt ſub pœna excommunicationis, p. 8. c. 10. n. 1. fol. 1055. Nec poſſunt appellare ad tribunalia Eccleſiaſtica, quibus non ſubduntur ſub pœna excommunicationis, ibid. n. 2.

Appellare Religioſi non poſſunt ad Nuncios, & Legatos, neque ad ipſum Pontificem à correctionibus, & punitionibus iuſtè inflictis ſecundùm regulam, & ſtatuta proprij ordinis, quæ ſunt in vſu ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruata, & priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ibid. n. 3.

Ap-

Appellationem Regularibus negant communiter Doctores, ibidem numero 4. 1057

Appellare ad Sacram Congregationem, & ad Summum Pontificem in cauſa graui, & preceſſiua, qae notabilem iniuriam infert, concedunt Doctores Regularibus, ſed tribus concurrentibus. Primùm, quod grauamen illatum ſit graue. Secundùm, quòd non ſit dubium, ſed certum, euidens, & manifeſtum; & tertiùm, quòd in appellatione exprimatur cauſa grauaminis, ibid. n. 5.

Appellare licet Regularibus à grauamine extraiudiciali in dictis caſibus, ibi. n. 6. 1058

Appellare licèt regulariter non poſſint Religioſi, poſſunt tamen recurrere ad Superiorem per viam querelæ, recurſus, ſupplicationis, &c. ibid. n. 7.

Appellatio, & nullitas, quoad effectum, non ſunt remedia contraria, par. 8. c. 11. n. 1. fol. 158. Sunt remedia compatibilia in omni appellatione, ibid. n. 2.

Appellationum formæ. Vide Formæ appellationum.

Apprehenſio Rei in flagranti quando dicatur, p. 3. c. 9. n. 2. 287

Apprehenſio in flagranti quam viam aperiat iudici, ibid. n. 5. 288

Apprehenſo in flagranti non datur copia proceſſus quando eſt torquendus, ibid. n. 9. 290

Apprehenſoris dictum contra apprehenſum in flagranti eſt validum, etiamſi vnicũ ſit, ibid. n. 4. 288

Apprehenſus in flagranti ſi neget delictũ, an poſſit torqueri, ibid. n. 7. fol. 288. Si eſt conuictus poteſt condemnari, ibid. n. 10. fol. 289. Si interrogatus non reſpondet, habetur pro confeſſo, ibid. n. 13. 290

Arbitraria poteſtas quæ ſit, p. 1. c. 1. n. 21. 14

Arbitri à quo ſint eligendi, p. 5. c. 1. nu 30. 472. *Poſſunt compelli à Iudice recuſato, vt ſuſcipiant arbitriũ, ibi. n. 31.* 472. *Non poſſunt eſſe Laici in cauſis Regularium, nec Religioſi alterius ordinis, ibid. n. 32.* 473

Arbitri excommunicati non poſſunt validè ſententiam ferre, p. 5. c. 1. n. 83. fol. 490 *Non eliguntur ſuper exceptione incompetentiæ, ibid. n. 58* 484

Arbitrio iudicis derelinquitur, an inditia ſint ſufficientia ad interrogationem, & torturam, p. 5. c. 3. n. 1. 500

Arbitrium iudicis quomodo debeat regulari in tortura reo inferenda, p. 5. c. 3. nu. 121. 550

Arbitrium cui eſt intelligitur in ventilãdo, & in quantum ad ordinem procedendi, & non in quantum ad deciſionem, p. 2. c. 5. n. 46 138

Arbitrium quomodo poſſit extendi vſque ad mortem, p. 7. c. 3. n. 195. 838

Architectus, ſi non ligauit ſufficienter machinam, quæ cecidit ſuper caput eius, qui ſub ea exiſtebat, puniri debet pro culpa, p. 7. c. 2. n. 44. 733

Arma retinens monachus ſine Superioris licentia, qua pœna puniatur, p. 7. c. 4. n. 5 859

Armorum delatio contra eum, qui non ſolet arma deferre, facit eum adminiculis inditium ad torturam, p. 5. c. 3. num. 105. 544

Artem qui ignorat, non bene de artibus iudicat, p. 1. c. 3. n. 25 73

Articulus quid ſit, par. 2. cap. 2. nu. 20. 124

Aſſertio vulnerati aperit viam Iudici ad inquirendum, & nominatio à complice, p. 3. c. 9. n. 8. 299

Aſſer-

Aſſertio vulnerati in articulo mortis concurrentibus adminiculis facit indicium ad torturam contra inculpatum, p.5.c.3. n. 90. fol.537. Quæ adminicula qualia eſſe debeant, declaratur, ibid.

Aſſertio Raptæ contra Raptorem facit etiam indicium, ibid. n.91. patientis ſodomiam cum adminiculis facit etiam inditium, ibid. n.92. 538

Aſſiſtentia cum armis in loco, & tempore commiſſi delicti quando faciant inditium ad torturam, & quando non, p.5. c.3. n.100 542

Aſſiſtens armatus, quando excuſetur à delicto ſequuto, parte 7. cap. 2. num. 72. 747

Aſſociatio delinquentis extra locum, vel Ciuitatem, ne capiatur, quando faciat indicium p.5.c.3.n.100 542

Aſtrologiam iudiciariam exercentes in quas pœnas incurrant, par. 7. cap. 4. n.6. 859

Attentata à Iudice à quo, pendente appellatione iudiciali à diffinitiua ante omnia reuocantur: non ſic pendente appellatione extraiudiciali. Declaratur, & limitatur in parte 8. capite 1. num. 16. 979

Attentata omnia reuocantur: non autem quæ non ſunt attentata, quæ non reuocantur, etiam, &c. par. 8. cap. 2. nu. 58. 996

Attentatorum reuocatio fit ante conduſum in cauſa, ibid. n.55.

Attentata facta à iudice à quo poſt appellationem à ſententia interlocutoria non reuocantur à iudice ad quem, anteqam iuſtificetur cauſa appellationis, p.8. c.6. n.38 1030

Attentata non ſunt nulla, & geſta per Iudicem poſt appellat. extraiudicialem, nec reuocantur ante omnia, ſed reuocantur, cùm probata fuerit vera cauſa appellandi, & ea, quæ ſunt contra ipſam appellationem, ibid. n.46. 1032

Auxilium ſcienter delinquenti præſtans, qua pœna puniendus, par. 7. c. 4. nu. 7. 859

B

Barboſ. in collect. ad Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. n. 7. reijcitur p. 1. c. 1. n. 29. 15.

Benè, vnuſquiſque iudicat ea, quæ cognoſcit, p.1. c. 4. n. 17. 72

Beata dicitur reſpublica, cui ſapiens dominatur Princeps, par. 1. cap. 4. n. 13. 71

Bictus in ſua praxi inquiſitionis num. 12. reijcitur, p. 2. c. 5. n. 67. 143

Bona fama probata in genere pro reo non tollit indicium malæ famæ contra eum probatæ, p. 4. c. 2. n. 9. 319

Bonæ famæ probatio pro reo tollit inditiũ malæ famæ contra eum, ibidem num. 8. 319.

Boni, & graues viri qui dicantur, p. 3. c. 4. n.8. 183

C

Cadauer ſepultum poteſt exhumari, vt probetur corpus delicti, p. 2. c. 5. nu. 69. fol. 145. & licentia exhumandi non poteſt dari à Superiore regulari, ſed tantùm datur ab ordinario ex Bulla Gregorij XIV. qui nec poteſt dare licentiam recognoſcendi cadauer intra Eccleſiam, vel Cœmeterium, ibid.

Calor iracundiæ excuſat à pœna ordinaria, quando non cauſatur facto proprio, p. 7. c. 2. n. 56. fol. 739. Ampliatur, & limitatur aſſertum multis modis, ibidem, &

& numero ſequenti.

Calumnia vera quæ ſit, p.3.c.1.n.11.fol. 162. *Et quæ præſumpta, ibidem nu.*13. 164

Capitalis inimicitia. Vide Inimicitia.

Carcer ad cuſtodiam debet eſſe humanus, p.4.c.17.n.35. 455

*Carcer iniuſtus poteſt eſſe quatuor modis, ibid.n.*33 455

*Carcerare ſubditos non poteſt Superior localis regulariter, ſed hoc intelligitur in ordine ad procedendum, & quando ordinatur carceratio ad pœnam infligendam per viam proceſſus, non autem quãdo carceratur ad mortificandum, & ad aliquod malum euitandum, ibid.nu.*30. *fol.*454. *Et adde ibi Farinac. q.*27. *nu.* 28. *Bordon. in praxi crimin. capite* 94. *n.*98.

Carcerari quis non poteſt, niſi quando pro delicto patrato venit imponenda pœna corporalis, p.4.c.17. n.3. f.448. & niſi prius ſit conſtitutus, ibid.n.4.& 14. *fol.* 450. *fallit, ſi eſt ſuſpectus de fuga, ibid. n.5.* 448

Carcerari poteſt ſuſpectus de fuga ex ſola informatione extraiudiciali, & quando crimen eſt atrox, p.4.c.7.n.6 449

Carcerari non debet Regularis à Superiore, niſi de conſilio Patrum ſeniorum, ibi. n.12 450

Carcerari non poteſt non ſuſpectus de fuga, niſi prius conſtituatur, ibidem, num. 14.

Carcerari debet reus quando delictum eſt de grauioribus, & pœna eſt arbitraria, nec poteſt habilitari, ibidem num. 20. 451

Carcerato in dubio præſumitur iuſta, p.4. c.17.n.7 449

*Carceratio, & ſi ad cuſtodiam, debet auferri habitus, & corona, ibid.n.*21 452

*Carcerati in pœnam, ſi aufugiant, qua pœna puniri debeant, ibi.n.*24

*Carceratio longa ad cuſtodiam nu cedat in pœnam, ibid.n.*25.

Carcerans iniuſtè religioſum incurrit in excommunicationem, ibidem num. 32. 454

*Carceratus an dici poſſit Religioſus miſſus à Prælato in cellam cum ordine ne exeat ab ea, par.4.cap.17.nu.*18.& 19. 451

*Carceratus remanet ſuſpenſus donec fuerit habilitatus, & miſſam celebrare non poteſt, ibid.n.*21. *fol.*452. *An, & quando poſſit eſſe teſtis, par.4. cap.3. num.*14. 325

Carceratus aufugiens, præſumitur aufugiſſe ex mala cura cuſtodis, p.4.c.17.nu. 22. 452

Carceratus mortuus, præſumitur mortuus ex mala cuſtodia Cuſtodis, ibid.nu. 26. 453

*Carceratus ſecularis, ſi aufugiat, gaudet Eccleſiæ immunitate, non autem Religioſus, ibid.n.*28. 453

*Carceratus ad cuſtodiam ſi eſt ſuſpectus de fractione carceris debet vinculis conſtringi, ibid.n.*29

*Carceratus ad cuſtodiam an vocandus ſit ad capitulum, ibid.n.*31. 454

*Carceris genus quotuplex ſit, ibid. nu.*30. 453

*Carceratus pro crimine ſi ob negligentiam Cuſtodis fugiat, ad quam pœnam teneatur cuſtos, ibid.n.*37. 455

Carceratus dicitur qui eſt habilitatus, & habet domum pro carcere.

*Carceratus, qui fregit carceres, & iam exibat, fuit captus, & punitur tamquam ſi fugiſſet, ibid. n.*47. *fol.*457. *qua pœna veniat puniendus, ſi fracto carcere fugit, p.7.c.4.n.8.* 861

Car-

*Carceris cuſtos debet puniri, ſi vt aliquis cum carcerato loquatur permittat, aut ſi deferat Epiſtolas ſine licentia, aut non faciat carceratum ieiunare tempore debito, ibid.n.*37.38.39.40. *fol.*455. 456. *Contra cuſtodes carcerum quatuor ſpecialia notantur,n.*42 456

*Carceris cuſtos quando carceratus aufugit, & ignoratur modus, debet torqueri, vt indicet modum,ibid.n.*43. 456

*Carcerum effractor pro confeſſo habetur; & poteſt condemnari etiam in abſentia, ibid.n.*45

*Carcerum effractores ad effectum fugiendi, qua pœna fuerunt puniti,ibidem nu.*46. 457

*Cardinalium declarationes an, & quando obligent,p.*7.*c.*3.*n.*222 850

Carnalis copula. Vide Copula carnalis.

*Cartula peccatorum reperta apud aliquem non facit indicium ad torturam contra illum,p.*5.*c.*3.*n.*116. 549

*Caſtigatio Monachi, & Regularis pertinet ad ſuum Superiorem,p.*1.*cap.*1.*n.*8. 10.

*Caſualiter qui interuenit rixæ, non punitur, ſi nihil fecerit; Et an hoc in dubio præſumatur,p.*7.*c.*2.*n.*42 735

*Caſus qui ſint, in quibus Regulares ſubduntur Epiſcopis, par.*1.*cap.*1.*n.*70. 28.

*Caſus, in quibus ſubditi poſſunt accuſare ſuum Superiorem, par.*3.*c.*2.*nu.*16. 180.

*Caſus fortuitus differt à caſu improuiſo, p.*7.*c.*2.*n.*39 734

*Caſus multi, in quibus ab interlocutoria admittitur appellatio, enumerantur in p.*8.*c.*3.*n.*16.*vſque ad* 40.*fol.*1002.*vſque ad* 1006

*Caſus multi damni irreparabilis remiſſiuè,ibid.num.*41 1006

*Cauſa effecta ſemel delegabilis, ſemper manet delegabilis, par.*1.*cap.*1.*nu.*91. 33.

*Cauſa efficiens in iudicio quæ ſit, p.*2.*c.*3. *n.*16.*fol.*119.*Et quæ cauſa materialis, quæ finalis,& quæ formalis,n.*18.& 19 *fol.*19.& 20

Cauſæ conſiderandæ in iudicio quæ ſint, p. 2.*c.*3.*n.*15 19

Cauſæ cognitio eſt de ſubſtantia iudicij, p. 2.*c.*5.*n.*31 135

*Cauſa quando de ſui natura eſt ſummaria tantùm ex priuilegio, erit ſummaria quoad ordinem,non quoad probationem, ibid.n.*35 136

Cauſa, quæ requiritur ad priuandum Prælatura Superiorem regularem, duplex eſſe poteſt, par. 3. *cap.* 5. *num.* 5. 196

*Cauſa odij ſufficit ad inimicum repellendum, licèt ipſe dicat non habere odium, p.*4.*c.*9.*n.*7 374

*Cauſa iniuſta, & fatua excuſat à dolo vero, non autem à dolo præſumpto, p.*6. *c.* 17.*n.*41. 456

*Cauſa delicti aliquo alio concurrente facit indicium ad torturam,p.*5.*c.*3. *nu.*108. 545

*Cauſa ſemper eſt attendenda in delictis, p.*6.*c.*2.*n.*3. 546

*Cauſa iniuſtà non excuſat à dolo præſumpto,par.*7.*c.*3.*n.*172 827

Cauſa mutationis pœnæ quomodo exprimi debeat, par. 7. *cap.* 12. *num.* 19. 952

*Cauſa appellationis deſerta non eſt deſerta cauſa nullitatis,quando æquè principaliter cum appellatione proponitur; ſecus ſi in cauſa nullitatis incidenter eſſet deducta ſub verbo,appello,p.*7.*cap.* 13.*n.*12 956

Cauſæ ſuſpicionis de Iudice recenſentur in p.5.c.1.n.18.& 19.f.465.& ſeq.

Cautela pro teſte, ne puniatur de falſo, quando iterum examinari conſtringitur p.4.c.10.n.24 392

Cautela pro teſte ad effugiendam torturam in caſu variationis,p.4.c.11.nu.21 400

Cautela facienda à Iudice ante Rei confrontationem,vel recognitionem,p.5.c.8 n.16.f.620. In qua confrontatione ſeruanda ſunt cum teſtibus ea omnia, quæ in primo examine fuerunt ſeruata, ac numquam fuiſſent examinati,ibid.n.18 621

Cenſuræ latæ ad tempus determinatum an finito tempore indigeant abſolutione, p.7.c.3.n.126 799

Certitudo euidentiæ non requiritur in probandis rebus humanis,cùm ſufficiat certitudo fidei,p.6.c.3.n.16 679

Circumſtantiæ, vt accuſatio ſit licita, quæ ſint,p.3.c.2.n.13 179

Citationes tres ſunt neceſſariæ, & de ſubſtantia iudicij,p.7.c.12.n.5.6.f.950.& p.2.c.5.n.10

Citatio debet fieri ad audiendam ſententiam nominatim, & debet eo die, & hora,qua cadit citatio,ibid.n.7 951

Citatio non requiritur in foro regulari ad iuramenta teſtium,p.2.c.5.n.12 131

Citatio vna ſufficit de conſuetudine contra contumacem,p.4.c.17.n.50 457

Citari debet perſonaliter delinquens, vt compareat coram Iudice,p.5.c.1.num.1 462

Citatio non eſt neceſſaria, quando Iudex poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta,p.6.c.1.n.17.& 18 673

Citationes tantùm tres ſunt de ſubſtantia proceſſus, quæ ſunt de iure naturæ, & tolli non poſſunt,ibid. 637

Citatio non requiritur in cauſa appellationis,non tamen ſi index detul rit appellationi, & ſtatuerit appellanti terminum ad proſequendam appellationem,p.8.c.8.n.2 1045

Ciuitas non poteſt eſſe fælix, ſi in ea ſine prudentia, & iuſtitia viuitur, p.1.c.7. n.4. 80

Clauſula, ſummariè procedens, non facit iudicem Ordinarium,Delegatum,p.1.c.1.n.73 28

Clauſula iubemus,vel præcipimus,non facit iudicem Ordinarium,Delegatum, p.1.c.1.n.72 28

Clauſula, auctoritate noſtra facies; vel auctoritate noſtra, & tua, facit iudicem Ordinarium,Delegatum,ibidem nu.78. f.30

Clauſula,ſola veritate inſpecta, quid operetur,p.2.c.4. n.15.f.123.cuius vigore poteſt Iudex iudicare ſuper cauſa probata non deducta in libello,n.16.& poteſt admittere probationes non concludentes,ſed perſuaſiuas,ibid. n.117.fol. 129

Clauſula,ſummariè, &c. tollit appellationem,p.2.c.4.n.18 124

Clauſula,omni appellatione remota, remouet ſolùm appellationes friuolas, & effectum ſuſpenſum,p.8.c.2.n.52 994

Clauſula,ad nutum,quid importet,p.3.c.5 n.32 203

Clauſuram violantes Regulares per introductionem mulierum in monaſterium, quibus pœnis ſubiaceant, p.7.c.4.n.10. 862

Clementia Iudicis debet eſſe virilis,p.1.c. 5.n.31 83

Clerici poſſunt eſſe teſtes contra Religioſos p.4.c.3.n.7 324

Clerici, & Eccleſiaſtici an torqueantur eodem modo ſicut laici,p.5.c.2.n.18. 495

Xxxxxx Cle-

Clericus excedens moderamen inculpatæ tutelę in ſe defendendo, in irregularitatem, & excommunicationem non incurrit p.6.c.2 .n.84

Clerici per ſimplicem fornicationem qua pœna puniantur, p.7.c.4 865

Clericus vulnerans laicum mediante pecunia, qua pœna punitus fuerit, p.7. c.4. n.12 865

Clericus pro aliquo delicto ſuſpenſus, ſi durante tempore primę ſuſpenſionis incidat in aliam ſuſpenſionem, an ſecunda pœna incipiat incurrere ſtatim, vel potius finita prima pœna, p.7. c.6.num.9. 919

Clericus volens percutere, ſi percutiat laicum, non eſt excommunicatus, nec è contra: ſecus ſi percutiat alium Clericum, *p.7.c.2.n.49* 738

Cognitio cauſæ eſt de ſubſtantia iudicij, p. 2.c.5.n.31 135

Commiſſarius generalis poſt publicatam commiſſionem debet expedire litteras per omnes Conuentus ſuæ commiſſionis, vt ſuum aduentum notificet, p.1.c.1.nu. 118 43

Commiſſio in dubio cenſetur facta nomine perſonæ, p.1.c.1. n.88 32

Commiſſio facta Iudici ordinario intelligitur excitatiua iuriſdictionis, p.1. c.1. n.70 28

Communis error ſine titulo an quoad Deū ſufficere poſſit ad ſalutem pœnitentis, p. 1.c.1.n.140 48

Commutatio pœnæ quando fieri poſſit, p.7. c.3.n.4 760

Complicis in crimine nominatio non adminiculata non facit indicium contra nominatum: ſecus ſi eſſet adminiculata: Et recenſentur adminicula, p.5.c.3.num.6 527

Complices. V. Socij, ſecius.

Condemnato innocente de aliquo delicto per errorem, aut malitiam, non liberatur nocens, p.7.c.3.n.145 799

Conditio inter agentem, & patientem debet eſſe oppoſita, p.2.c.5. n.12 80

Confeſſio facta in tortura quando dicatur debilior, vel validior confeſſione ſpontanea, p.4.c.3.n.49 340

Confeſſio ſacramentalis probatur per teſtes ſingulares, p.4.c.5.n.46 355

Confeſſio extraiudicialis an, & quando faciat inditium ad torturam, ponitur cum pluribus amplificationibus, & limitationibus, p.5.c.3.n.20.f.505. ſi confirmetur in tortura, adhuc indiget confirmatione, ibid.n.20.f.506. ſi eſt reuccata in iudicio non prodeſt: ſecus ſi ante iudicium, ibid.

Confeſſio rei, aut depoſitio teſtis facta per Iudicis ſuggeſtionem eſt nulla, p.5. c.5. n.52.f.583. ſub promiſſione impunitatis eſt ſuggeſtiua; & quando fieri poſſit, & quando ſufficiat ad reum condemnandum, ibid.n.58 584

Confeſſione rei crimina comprobantur, & hæc confeſſio ſufficit ad comprobandum, p.5.c.7.n.1 600

Confeſſio ſpontanea non indiget ratificatione, vt confitens condemnari poſſit, ibid. n.2. ſufficit ad condemnationem, etiam ſi confitens de eodem delicto defectu probationum fuerit prius abſolutus, ibid.n. 4. facta ſuper preceſſu an, & quando ſufficiat ad condemnandum, ibid.n.6 601

Confeſſio facta in vno iudicio præiudicat inter eaſdem perſonas, etiam in alio iudicio, ibid. n.5

Confeſſio facta Iudici interroganti ſine legitimis indicijs eſt nulla. ibi.n.8 602

Confeſſio quando non eſt probabilis, aut veriſimilis, ibid.n.9. & 10. Nec quando eſt de impoſſibili, n.11. nec quando non con-

conſtat de corpore delicti in ijs, quæ relinquunt poſt ſe veſtigium, & non ſunt difficilis probationis, n. 12. Nec quando non eſt res clara, & lucida; & ponuntur exempla, ibid. n. 13 603

Confeſſio, quæ poteſt importare maius, & minus delictum, debet interpretari in minus. Incerta, & dubia ſufficit ad torquendum, ibid. n. 15 conditionata nõ nocet, ibid. n. 16. f. 604. delicti, quod non habet cauſam, non nocet, ibid. n. 17. criminis, de quo non agitur principaliter, an ſufficiat ad condemnandum, ibi. n. 18. facta ſub ſpe impunitatis an ſufficiat ad condemnandum, ibid. n. 19. de re, quæ non habuit dependentiam à facto, & voluntate confitentis, non nocet, ibid. n. 20. f. 605 & n. 25. f. 606. Non poteſt facere delictum leue, quod eſt graue, nec graue, quod eſt leue, ibid. n. 21. f. 605. facta coram duobus ex tribus Iudicibus quando noceat, n. 22. de ſimplici delicto non nocet ſuper qualitatibus, n. 23. de delicto præſcripto an noceat, ibid. nu. 24. f. 606 qualificata an, & quando ſuffici[illegible] condemnandum, ibid. n. 26

Confeſſio erronea reuocata an, & quando noceat, ibid. n. 27 607

Confeſſio erronea ſemper reuocari poteſt, ibid. n. 28. Quomodo reuocetur, & probari debeat error, & cauſa erroris, ibid. n. 29. probata erronea in parte, tota præſumitur erronea, n. 30. f. 608. Iudicialis an poſſit reuocari, quando præceſſit confeſſio extraiudicialis, n. 31. poteſt reuocari ab ignorante, etiam ſi error conſiſtat in iure, ibid. n. 32 609

Confeſſio reuocata per relationem ad ſcripturam, ſi in ſcriptura apparet de errore, error ſatis dicitur probatus. Si eſt reuocata ſtatim, non eſt neceſſe probare errorem, ibid. nu. 35. Spontanea minus punitur; & declaratur, quando dicatur ſpontanea, aut metu probationum, ibid. n. 36 610

Confeſſio domini dicentis, rem fuiſſe ſubtractam voluntate ſua, an excuſet furẽ, & quando ſecus, p. 6. c. 2. n. 100

Confeſſio non requiritur, quando reus de delicto eſt conuictus, p. 6. c. 4. n. 7 683

Confeſſio in tortura non valet, ſi confitens non erat torquendus, ibid. nu. 25. f. 686. & c. 5. n. 30 706

Confeſſio facta in tortura non ſufficit ad condemnandum, niſi fuerit ratificata, p. 6. c. 6. n. 1. f. 710. facta etiam metu tormentorum indiget ratificatione: Et an idem ſit de confeſſione ſpontanea, ibi. n. 3 711

Confeſſio etiam facta in tormentis, & ratificata debet eſſe poſſibilis, probabilis, & veriſimilis, ibid. n. 11. f. 712. Extorta in tortura, non præcedentibus indicijs, non valet, etiam ſuperuenientibus indicijs, ſed tunc formari poteſt nouus proceſſus, ibid. n. 13

Confeſſionem factam in tortura, ſi reus recuſet ratificare, erit repetenda tortura, & repeti poteſt vſque ad tertiam vicem, ſi indicia ſint vrgentia, ibid. n. 17 714

Confeſſio non nocet confitenti, quando ſuper illa fuit ſententiatum; ſecùs ſi non fuit ſententiatum, p. 7. c. 7. n. 17. f. 927. Quid ſi fuerit extorta per torturam, num. 18. 928

Confeſſus ſponte in iudicio condemnari poteſt, etiam quod in tortura contrarium deponat, p. 5. c. 7. n. 3 600

Confeſſus in iudicio non poteſt condemnari non dato ei termino congruo ad ſe defendendum aduersùs confeſſionem, ibid. n. 9. & 10 602

Confeſſus ſi in caſu dubio reuocationis torqueatur, & confiteatur, & ratificet con-

 feſ-

feſſionem, an poſſit iterum reuocare confeſſione, ibi. n. 33. f. 609. Confitens in caſu dubiæ reuocationis ſi torqueatur, & iter confiteatur, & ſtatim iter neget in eadem tortura, quid faciendum, ibid. n. 34.

Confeſſus reus in tortura, vt poſſit condemnari, requiritur, vt vltra ratificationem extra torturam detur terminus defenſionis aduerſus confeſſionem, & quòd nihil in eo probauerit ad ſui defenſionem, p. 6. c. 6. n. 15 713

Confeſſus, & conuictus non appellat, p. 8. c. 2. n. 14. fol. 988. & confeſſus tantùm non appellat, ibid. Declaratur in n. 15. 16. 30. Conuictus tantum, & non confeſſus appellat, ibid. 989

Confitens ſpontè in Tribunali S. Officij recipitur ad miſericordiam, p. 5. c. 7. nu. 37. 610

Confeſſarius Regularis audiens confeſſiones ſecularium non probatus ab Ordinario, vel probatus ab Ordinario, ſed non à proprio ſuperiore, qua pœna ſit puniendus, & an confeſſiones ſint validæ, p. 7. c. 4. n. 14. 866. 867

Confeſſarius frangens ſigillum confeſſionis qua pœna puniri debeat, & quando dicatur frangere ſigillum, p. 7. c. 4. n. 15. 868 *Reuelans aliquid in confeſſione auditum, an faciat fidem, par. 4. c. 3. num. 30.* 329

Confirmatio electionis quando requiratur, p. 3. c. 5. n. 22. & 23 201

Confrontatio differt à recognitione, p. 5. c. 8. n. 1 617

Confrontatio fieri non debet in iudicio regulari, ibid. n. 2 niſi quando teſtes ſunt ſeculares, ibid. n. 6.

Confrontatio non conceditur reo cum teſtibus, quando habuit teſtes pro ritè examinatis, ibid. n. 4. fol. 618. & n. 24

Confrontatio rei cum teſtibus non eſt neceſſaria, nec de ſubſtantia proceſſus, etiam ſi reus eam petat, ſed arbitraria Iudici, qui quando eſt vtilis ad conuincendum reum, facere eam poteſt; ſed quando eſt periculoſa, facere eam non debet. ibid. n. 6. 7. Quomodo fieri debeat, n. 14. & 16 & quando, n. 19 622

Confrontandi ſunt etiam teſtes ad inuicem quando ſunt contrarij in ſubſtantialibus, ibid. n. 9 619

Coniecturæ probantes ignorantiam iuris, quæ ſint, p. 7. c. 3. n. 86 742

Coniecturæ, & veriſimilitudines concurrẽtes cũ exculpatione offenſi ad exculpãdũ inculpatum, quæ ſint. p. 6. c. 2. n. 101

Conſcientia Iudicis debet eſſe inſtructa allegationibus, & probationibus, p. 1. c. 3 n. 18 64

Conſentit in Iudicem qui illum elegit, & qui coram illo comparet, & qui non ſe opponit de ſuſpicione, p. 5. c. 1. n. 9 465

Conſilio non adhibito in aliquo actu, aut petito poſt factum, eſt nullum, p. 1. c. 2. n. 19 57

Conſilium quando eſt petendum pro forma, aut à Collega, eſt etiam ſequendum, p. 1 c. 2. n. 20. f. 57. Et conſilium prætermiſſum vitiat actum, quando ſimul cum conſilio datur facultas agendi. Angel. verb. Conſilium, n. 3. q. 4. Tabiena q. 6. Bonac. p. 7. de leg. §. 5. n. 17

Conſortium. V. Suſpectum conſortium.

Conſpiratio quomodo probetur, p. 4. c. 9. nu. 39 381

Conſuetudo delinquendi, & mala fama cum adminiculis facit indicium ad torturã, p. 5. c. 3. n. 78. f. 532. Ponitur praxis circa hoc, ibid.

Conſuetus delinquere, vt poſſit acriùs puniri, quæ requirãtur, p. 5. c. 3. n. 74 534

Conteſtatio litis non eſt neceſſaria in cauſa appellationis, quando in prima inſtan-

tia

tia lis fuit conteſtata, p. 8. c. 8. num. 3 1045

Conteſtes dicuntur qui concordant in ſubſtantialibus, licèt diſcordent in accidentalibus, p. 4. c. 4. n. 2. f. 343. Conteſtes. V. Teſtes conteſtes.

Contumax non debet condemnari, ſi contra eum non extat ſemiplena probatio, p. 2. c. 3. n. 14 119

Conuerſatio cum malis, cum adminiculis facit indicium ad torturam, p. 5. c. 3. nu. 101 549

Conuictus delictum negare poteſt in bona conſcientia in multis caſibus, p. 5. c. 6. n. 13 598

Conuictus torqueri poteſt ad ſocios detegendos, p. 6. c. 4. n. 1 682

Conuicti, Condemnati, & Confeſſi, ſi torquentur ad manifeſtandos ſocios, torquendi ſunt cum proteſtatione, ibi. n. 3. Et ſi torqueantur ſine proteſtatione, & ſint negatiui, an ſint abſoluendi, vel condemnandi, ib. n. 4. Et ſi torqueantur cum proteſtatione, & ex ſemetipſis non interrogati negarent delictū, quid agendū, ib. nu. 6.

Conuictus reus tortus pro ſocijs cū proteſtatione, ſi interrogatus à Iudice ſuper delicto negaret, an poſſit puniri, ibid. n. 10 683

Conuictum eſſe, & eſſe confeſſum differunt ſecundùm aliquos: ſed alij contrarium ſuſtinent, p. 7. c. 2. n. 7 723

Cōuictus per teſtes, etiā ſi neget, cōdemnari poteſt; & nō requiritur, quòd ſit cōfeſſus: ſed hoc fallit in regno Frāc. ib. n. 8. 724

Conuictus, ex iure Canonico, Iudicis arbitrio punitur, quando proceditur per viā inquiſitionis. ſed hoc, de conſuetudine, non ſeruatur, ibid. n. 20 726

Cōuictus quis dicatur per indicia indubitata, ib. n. 21. Et quis per inſtrum. n. 22

Conuicto ſemel de crimine quando parcendum, p. 7. c. 3. n. 171 827

Conuictus. V. Reus conuictus. Torqueri.

Copia proceſſus neceſſariò dari debet reo petenti, aliàs proceſſus eſt nullus, p. 2. c. 5. n. 43 137

Copia proceſſus debet omninò offerri reo in termino dato ad ſe defendendū, p. 6. c. 1. n. 10. f. 635. in multis tamen caſibus non debet dari, aut non dari integra, ibi. n. 12. & 13

Copia proceſſus quādo ſolet dari ſine clauſula, habitis teſtib. pro, &c. reus ſemper poteſt inſtare, vt repetātur teſtes cū ſuis interrogatorijs, p. 6. c. 1. n. 25 639

Copula carnalis eſt difficilis probationis, p. 5. c. 4. n. 1. f. 551. Probatur per coniecturas, & præſumptiones, ibid. n. 2. 3. 6. 7. 9. 10. Per teſtes familiares, & ex effectu ſequuto, ib. n. 19. Et per teſtes ſingulares, ib. n. 20. f. 554. punitur etiam non probato corpore delicti, ib. n. 20. f. 555. probatur per teſtes dicentes vidiſſe per foramen vnum poſt aliū, ibi. n. 22. an puniri debeat pœna ordinaria, ſi ſemen non fuit poſitum intra vas, ibid. n. 25 556

Copulæ carnalis ſuſpectū conſortiū quādo ſit indiciū proximū, & quādo remotū, & quādo plena probatio, ib. n. 27. f. 557. indicia proxima, & indicia remota quæ ſint, ib. n. 30. 31. f. 558. Duo ſocij in copula carnali faciunt indiciū ad torturā, ibid. n. 32. f. 651. in probatione quæ ſint adminicula, ibid. n. 37 564

Copula carnalis de iure canonico qua pœna puniatur, p. 7. c. 4. n. 9 861

Corpus delicti debet conſtare de ſubſtantia iudicij, aliàs Iudex procedere nō poteſt, nō obſtāte rei cōfeſſ. p. 2. c. 5. n. 55 140

Corpus delicti quomodo probetur in crimine veneni, ib. n. 59. f. 141. Et quando reperitur cadauer in puteo, vel ſuffocatū, ibid. n. 60 141

Digitized by Google

Corporis delicti probatio regulariter debet eſſe ſeparata à probatione delinquentis, ibid.num.64.f.142. Quomodo probetur corpus delicti, quando non inuenitur corpus mortuum,ibid.n.68.f.144.& n.70 145

Corpus delicti in delictis innominatis non probatur,niſi probata qualitate, ibid. n.73 f.147. In delictis facti tranſeuntis non eſt neceſſe,vt priùs conſtet de corpore delicti,quàm de delinquente,ibid. n.73.74. 145.146

Corpus delicti non ſufficit probare, vt Index poſſit inquirere,ſed neceſſariò oportet probare, quòd ſcelere fuit commiſſum,ibid.n.60.& 61 141.142

Corrigere,& caſtigare alios quibus ſit licitum,p.7.c.2.n.62 742

Correctio fraterna an debeat praecedere accuſationem, vel denunciationem, ſunt varij modi dicendi,p.3.c.1. n.16. vſque ad 23.qui conciliantur,n.24.25 167

Correctio fraterna non eſt neceſſaria, quando crimen eſt publicum, vel contra bonũ publicum,vel contra tertium,ibid. n.27 f.162.an ſit neceſſaria,quando accuſatio ſit in cauſa propria,ibid.n.26 168

Credere aliquid firmiter quid ſit, p.5. c.4. n.16 550

Crimen non habens annexam infamiam, illam non generat,quamuis ſit publicum, p.3.c.4.n.15 190

Crimen incidenter patefactum in iudicio, ſi eſt ſeparatum à crimine principali de quo agitur, poteſt Index ſine infamia nouo proceſſu fabricato, ſuper eo inquirere. Et quando poſſit inquirere in eodem proceſſu,p.3.c.c.num.2.f.260. Et quid quando agitur ciuiliter,ibid. nu.2 273

Crimen via exceptionis duobus modis deducitur in iudicio,p.3.c.9 303

Crimen probatum per confeſſionem in iudicio ciuili, an poſſit puniri in eodem iudicio,ibid.n.3 303

Crimen quando eſt euidens,& patrator occultus,an poſſit Index interrogare teſtes de delinquente in genere,p.3.c.9 263

Crimen ſi tantùm conſtet per famam,Index poteſt etiam generaliter inquirere,ibid. num.3 264

Crimen. V. Delictum,delicta.

Crimina difficilis probationis quæ ſint,p.4 c.3.n.25.f.328. Excepta quæ,ibid.nu. 24 327

Crimina, & delicta comprobantur ex confeſſione Rei,p.5.c.7.n.1 600

Criminibus grauatus alios iudicare non valet,p.1.c.5.n.9 79

Culpa leuiſſima quæ ſit.p.2.c.2 n.54 115

Culpa in dubio excluditur,p.7.c.2. nu.38. f.734. Culpa caret qui facit ea,quæ neceſſariò ſunt facienda,ibid. n.40

Culpa lata in multis caſibus comparatur dolo,p.7.c.3.n.127 827

Culpa lata. V. Lata culpa.

Culpæ ſubditorum refunduntur in Prelatos negligentes,p.2.c.2.n.30 109

Culpæ gradus tres tantùm ſunt, & non vltra,ibid.n.39 111

Culpoſa homicidia quæ ſint. Et ponuntur exempla multa,p.7.c.2.n.42 375

Culpoſum homicidium non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria pro modo culpæ,ibid. n.41

Curiæ ſtylus eſt obſeruandus ſiue ad ordinationem, ſiue ad deciſionem cauſarum, p.6.c.1.n.19 638

Cuſtodes, & Guardiani quando poſſint formare proceſſum contra delinquentes,p.1 c.2. nu.4.f.51. Quando debeant, aut non debeant requirere conſilium ſeniorum.

Cuſtodes carcerum. V. Carcerum cuſtodes.

Cuſtos carceris ad quam pœnam teneatur, ſi aufugiat carceratus, par.4. cap. 17.n.37 455

D

DAmnum irreparabile multifariam contingere poteſt, p.8. c.3. num.41. 1006

Dans operã rei illicitæ ſi adhibuit diligentiam, & ſequatur delictum, non punitur, ſecus de eo, qui dat operam rei illicitæ; quia non obſtante diligentia punitur pro modo culpe, par.7.c.2.n.36. fol. 734. & ponuntur exempla, n.43

Data paritate probationum in dubio pro nunciandum eſt pro reo, p.6.c.2.n.27.& 28 649

Dauid non ferebat ſententiam, niſi poſt orationem, & pœnitentiam, p.1.c.5.nu.4. 27

Decem dierum ſpatium non expectatur in illis criminalibus, in quibus non datur appellatio, p.8.c.2.n.45 993

Decem dierum tempus reſtringitur ad appellandum in omni ſententia, p.8.c.5.n. 6.& ſequent. 1016

Declaratio ſuper notorietate an requiratur, p.3.c.9.n.14 283

Declaratio non poteſt fieri, niſi parte citata, p.7.c.9.n.7 938

Declarationis natura eſt nihil de nouo diſponere, parte 7. capite 3. numero 16. 764

Declarationes Cardinalium an, & quando obligent, par. 7.cap. 3. num. 222. 850

Declaratoria ſententia requiritur, etiam ſi in lege ſit clauſula, vt incurſus cenſeatur in pœnam abſque declaratoria; quia intelligitur de declaratoria pœnæ, non autem delicti, p. 7.c.9.n.5. fol.938.

ab iſta etiam datur appellatio, ibidem n.8.

Decretum de inferenda tortura an poſſit reuocari à iudice par.6. cap.4. num.31. 688

Decretum torturæ quomodo, & quando interponi debeat, par.6.cap 5.num.2. 696

Decretum ſecundæ torturæ, & de eius illatione, ibid.n.28 705

Defenſio perſonæ probatur etiam præſumptiuè, parte 6. cap.2. numero 11. 647

Defenſio eſt magis fauorabilis, quàm offenſio, ibid.n.42.fol.651. Ad defenſionem admittuntur etiam probationes dubiæ, ibid.n.50 652

Defenſio probatur coniecturis, & præſumptionibus etiam minus concludentibus, & minus legitimè probatis, ibid.nu.52. Eſt ita fauorabilis reo, vt coniecturis arbitrio iudicis probetur, p. 7.c.1 n.14 719

Defenſio nullo dato termino, vel ex officio valet, p.7.c.1.n.10 718

Defenſionis fauore dicendum, quod ſi principium eſt licitum, & finis illicitus, vel è contra, attenditur id, quod eſt licitum, ſiue ſit principium, ſiue finis, ibidem num.51

Defenſiones ſuas reus poteſt facere etiam poſt terminum, & dandus eſt nouus terminus ſuper nouiter repertis, ibidem n.9

Defenſor rei quæ debeat conſiderare pro articulorum formatione, p.6.cap.2.nu.1 646

Degradatio actualis, quæ ſit, p. 7.c.3. num. 200. fol.840. Solus Epiſcopus facere eam poteſt, ibid.n.201

Degradatio actualis an poſſit fieri à lege ipſa, & an Iudex ſecularis poſſit contra ta-

talem degradatum procedere ſine declaratoria ſententia Iudicis Eccleſiaſtici, ibid.n.205.& 206. 842

Degradatio actualis ab Epiſcopo facienda, à quibus priuet degradatum,&pro quibus delictis ſit facienda, p.7.c.4.nu.16. 870

Degradatus à lege quando ſine declaratoria poſſit condemnari à Iudice ſeculari, ibid.n.207 843

Degradatio. V. Depoſitio.

Delegata poteſtas quæ ſit,p.1.c.1.n.18.fol. 12. Non extenditur de caſu expreſſo ad non expreſſum,ibid.n.96 34

Delegatio ceſſat per mortem,aut per mutationem, vel depoſitionem delegantis re integra,p.1.c.1,n.86.f.32. Quando facta eſt ex officio,tranſit ad ſucceſſorē,ibi. n.111 41

Delegati in Religionibus qui ſint, p.1.c.1. n.19 12

Delegatus delinquens punitur ab Ordinario,ibid. n.20 13

Delegatus an efficiatur Ordinarius, quando ipſi Ordinario committitur cauſa, quæ non cadit ſub eius iuriſdictione, ibid.n.74 28

Delegatus repræſentat perſonam delegantis,ibid.n.95.f.34. & geſta per delegatum poſt mortem delegantis re integra, ſunt nulla,ibid. n.87 32

Delegatus ad vnam cauſam, cenſetur delegatus ad omnia acceſſoria, & dependentia,ſine quibus negotium commiſſum expediri non poteſt,ibid.n.97 34

Delegatus poteſt rebelles,& contumaces in carcerem detrudere,& excommunicationem contra eos fulminare, & multa alia facere pro cauſæ expeditione,ibid.n.98. f.34. Poteſt cognoſcere de iniuria facta ſuo officiali ex cauſa officij, teſtes falſos coram eo punire, & alia ſimilia facere, ibid. n.99.f.37. articulos cauſæ ſubdelegare poteſt,ibid.n.102.fol.39.ad recipiendum examen teſtium an poſſit ſubdelegare,ibid.

Delegatus ſupremi Principis poteſt ſubdelegare,ibid.n.104

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare cauſas particulares, ibid.n.105. 40

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quis ſit,ibid. n.106. An ſufficiat inchoare vnam cauſam,ibid.n.107

Delegans ſi accedat ad locum delegati quādo faciat ceſſare delegationem, ibidem n.108

Delegatus tantùm ad viſitandum, & non celebrandum capitulum, mortuo delegante non poteſt celebrare capitulum, ibid.n.109

Delegatus Papæ extra diœceſim non poteſt ius dicere inuitis partibus,p.5.c.1. nu. 63. 485

Delegatus non habet iuriſdictionem ante litterarum præſentationem,p.1.c.1. nu. 112.fol. 41. Cui nemo tenetur obedire, niſi conſtet de delegatione, ibid. n.113. fol.42.debet in principio proceſſus inſerere tenorem commiſſionis, ibid. n. 114. debet commiſſionem ſuam ſuperioribus loci, vbi debet aſſumere informationes, oſtendere,ibid.n.116.debet tenorem integrum ſuæ commiſſionis publicè legi facere,ibid.n.117.fol. 43. Si ante cœptum iudicium habet moralem certitudinem de morte delegantis, expirat delegatio, & non poteſt litteras publicare; ſecus ſi ſolum rumorem audiat, ibidem n.126 45

Delegatus poteſt delictum coram ipſo commiſſum punire, par.3.cap.9. nu.6. 274

Delegatus debet ſeruare ſtatuta litigantium

Digitized by Google

tium in decidendo,p.8.c.8.n.11 1048

Delicta omnia ſunt publica de iure canonico,p.2.c.1.n.5 91

Delictorum ſpecies cognoſcere debent Prælati,vt poſſint inquirere,p.2.c.1.n.3 91

Delictorum varia diuiſio,p.2.c.1,n.4.f.91 Quædam ſunt merè Eccleſiaſtica, quædam merè ſecularia, & quædam mixta, n.6.f.92. Quædam nominata,& quędam innominata,n.7.f.92. Delicta excepta recenſentur,n.9 93

Delicta leuia,grauia,grauiora, & grauiſſima quæ dicantur apud regulares,ibid.n.12.f.94.Et quæ apud ſeculares,nu.13.f.95.Et quæ de iure canonico,ibid.n.14 Leuia poſſunt eſſe grauia ex dignitate perſonæ,n.16.f.95. In leuibus,& grauibus qui procedere poſſunt,n.17.f.96. Et qui in grauioribus, & grauiſſimis, ibid.n.20 96

Delicta dicuntur grauia,vel leuia ex more regionis,ibid.n.10 93

Delicta debent conſiderari ſecundùm grauitatem fori externi,non interni, nu.28 99

Delictum non cenſetur, quod fit illicitè, ſi pœnam non meretur interpretatione iuris,ibid.n.29. Eius grauitas an cognoſcatur ex qualitate pœnæ,n.30 100

Delictum commiſſionis regulariter maius eſt,quàm delictum omiſſionis. Limitatur in multis caſibus,p.2.c.2.n.1 102

Delicta omiſſionis quando dicantur eſſe perfecta,ibid.n.16 105

Delicto permanente probato, debet Iudex poſteà inquirere de perſona delinquente,p.2.c.5.n.65 143

Delicti cognitio in genere confunditur cũ Delicti probatione in ſpecie, in delictis facti tranſeuntis,ibid.n.73.f.145. De delicto ſufficit conſtare per querelam ad effectũ inquirẽdi,ſed ad effectũ torquẽdi requiruntur indicia ſufficientia, ibi. n.74 146

Delicta meliùs probantur per teſtes regulares eiuſdẽ Ordinis, quàm per ſeculares,aut regulares alterius Ordinis,p.3.c.2,n.6 177

Delictum denunciatum Prælato,tamquam Patri, non poteſt puniri iudicialiter,p.3.c.8.n.26 221

Delictum quando eſt probabile, & monitio paterna nõ iuuat,poteſt Prælatus trãſire ad iudicialẽ punitionẽ,ibid.n.29 222

Delictũ omninò occultum,etiã contra bonũ publicũ,non tenetur quis denunciare ſuperiori,vt Iudici,ſed vt Patri,ibi. n.30

Delicta occulta, ſed probabilia quomodo differant à delictis occultis, & improbabilibus,ibid. n.31

Delictum priuatũ ſub ſecreto acceptum nõ eſt denunciandum, ibid. n.35 223

Delictũ quando malitioſè eſt detectum, an poſſit Iudex cõtra delinquẽtẽ procedere, ib,n.52.f.228.Nec Iudex poteſt recipere querelã de delicto, quod vnus tãtũ ſcit, ſcilicet qui querelat, nec etiã in viſitatione,quia tale delictũ nõ eſt probabile. Bord.in pract.crim.c.87.n.15.& p.4.c.14.n.20.vbi aſſerit,quòd peccat Prælatus,ſi recipit talẽ denunciationem, 423

Delictum in dubio non præſumitur, niſi appareat,quòd ſcelere fuerit commiſſum p.2.c.5.n.6.& 61 141

Delicti auctor ſi in generali inquiſitione prodatur,ac Iudex abſq; pręcedẽti infamia poſſit procedere,p.3.c.9.n.1 257

Delicti corpore non probato, torqueri quis non poteſt,p.4.c.17.n.1 448

Delicti corpus debet eſſe probatum antequã quis conſtituatur.p.5.c.2.n.3.f.493. an aliquando indicia delicti in genere ſufficiant,n.4.& an probari aliquando poſſit per coniecturas,& indicia,n.6 493

Delicti proditorij indicium quando oriatur,p.5.c.3.n.119 649

Delictum non præſumitur malo animo factum, quando tantùm conſtat per confeſſionem rei, p. 5. c. 7. n. 40. 614
Delicti corpus. Vide: Corpus delicti.
Delictum plenè probatur per conuictionem, vel confeſſionem, par. 7. c. 2. num. 2. 723
Delictum cauſa honoris tuendi commiſſum an ſit punibile, ibid. n. 31 731
Delictum debet euidenter probari, quando lex petit ſcientiam, & delictum non eſt in ſe delictum, niſi in quantum prohibitum, p. 7. c. 3. n. 68. 778
Delictum ſine dolo, aut ſaltem ſine culpa non punitur formato contra tranſgreſſorem proceſſu, par. 7. c. 3. n. 121 797
Delictum non eſt omne illicitum, ſed tantùm illud, quod in foro externo eſt dignum accuſatione, ſiue inquiſitione, & pœna, ibid. n. 122
Delicta diuerſimodè puniuntur à Deo, & ab hominibus, ibid. n. 124 798
Delicta plura diuerſi generis commiſſa eodem tempore pluribus pœnis ſunt puniendo, quando non ſunt conſecutiua; ampliatur etiam ſi ſint eiuſdem generis, vt ſi quis eadem rixa occidat duos, & an contrahat plures excommunicationes, ſi vno ictu occidat plures clericos, ibid. n. 129. 800
Delicta etiam diuerſi generis eodem tempore, & impetu patrata, vnica pœna puniuntur; ſecùs non eodem impetu, & ponitur exemplum; ſed quid ſi ad eundem finem, ibid. num. 130. fol. 802. & num. 135
Delicta plura ſucceſſiua, & continuata eiuſdem generis etiam ex interuallo commiſſa, vnica pœna puniuntur, ibid. n. 132. fol. 804. Ponuntur exempla n. 133 134. Limitatur n. 137.
Delicta plura ad eumdem finem tendentia diuerſis temporibus patrata, an vnica, vel pluribus pœnis ſint punienda, ibi. n. 134. 805
Delicta plura etiam eiuſdem generis ex interuallo commiſſa, quando ſunt conſecutiua, pluribus pœnis ſunt punienda, ibid. n. 138 807
Delicta omnia prima commiſſa, & informationes etiam diuerſæ ſpeciei, combinantur contra proſequutum ad pœnam agendam, ibid. n. 141. fol. 809. Limitatur tribus modis, ibid. & n. 154.
Delicta in foro ſeri quanto temporis ſpatio præſcribantur; & an præſcribantur quando proceditur via inquiſitionis, & an de iure Eccleſiaſtico, p. 7. c. 3. n. 149. fol. 819. Vt præſcribantur, non ſufficit decennium, ſed ſufficit ad minuendam pœnam, & quantum temporis ſpatium requiratur, ibid. n. 151. fol. 821. Etiam præſcripta poſſunt in iudicium adduci ad aggrauandam pœnam maleficij, ibid. n. 154
Delicta inferiora, aut maiora adulterio, quæ ſint, p. 7. c. 3. n. 190 833
Delicta iudicantur grauia, vel leuia à pœnæ grauitate, ibid.
Delictum duorum ſe inuicem percutientium quomodo puniatur, p. 7. c. 4. nu. 19. 875
Delictum. Vide: Crimen, Crimina.
Delinquens debet reputari reus, quouſque non abſoluatur, p. 3. c 6 n. 3 206
Delinquens coram iudice, ſi ſe abſentat, proceditur contra eum, vt contra contumacem, p. 3 c. 9. n. 2. 275
Delinquens in aliena Prouincia ab Ordinario illius loci punitur, vbi deliquit, p. 1 c. 1. n. 23. 14
Delinquens, ſi poſt delictum aufugiat, probato delicto poteſt condemnari in contumacia, p. 4. c. 17. n. 49 457

De-

Delinquentis diffamatio debet præcedere, vt poſſit carcerari, quando proceditur per viam inquiſitionis, p.4.c.17.n.34. 455

Delinquens, antequam conſtituatur, & inter reos ponatur, citari debet, & poteſt ſe defendere, & proponere exceptiones dilatorias, & declinatorias, p.5.c.1.n.2. 463

Delinquens ſine animo delinquendi excuſatur à pœna ordinaria, p.7.c.2. nu.77. f.751. pariterq; excuſantur à pœna ordinaria delinquentes ſine dolo, ibi.n.80. Et regulariter non puniuntur capitaliter, & quando ſecùs, p.7.c.3.n.172 827

Delinquens non eſt abſoluendus, eo quòd per errorrem, vel per malitiam innocens condemnatus fuit de delicto, p.7.c.3.nu. 145 811

Delinquentes puniri poſſunt pœna extraordinaria à Prælatis Regularibus, apud quos non eſt in vſu tortura, per quam purgari poſſunt indicia, & ſemiplenæ probationes, p.6.c.3.n.5 675

Dementia, & furor probatur per teſtes ſingulares, p.4.c.5.n.40 355

Denunciatio non debet admitti contra Patres graues, niſi cum ſubſcriptione ad pœnam talionis, p.3.e.1.n.55. 175

Denunciatio quid, & quotuplex ſit, p.3.c.8. n.1 213

Denunciatio iudicialis deſcribitur, ibid. n.2 214

Denunciator an habeat obligationem probandi crimen, ibid.n.3 214

Denunciator, ſi eſt inſtigator, debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, p.3.c.1.n.9. 162

Denunciator debet exprimere crimen cum ſuis qualitatibus, p.3.c.8. n.5. 215. & exprimere proprium nomen, & nomen teſtium, p.3.c.8.n.7.& 8. 215

Denunciatio debet eſſe ſcripta, p.3.c.8. nu. 4.fol.214. Fieri poteſt per litteras, n.9. fol.215. Non requirit infamiam contra delinquentem, ibid.n.10. fol. 216. Ad eam non tenetur, qui non habet certam cognitionem peccati ſui proximi, ibid n. 10. Nec quod ab alijs audiuit, n.11.fol. 216. Ad denunciandum qui debeant admitti, ibid.n.13.fol.216. Denunciatio contra viros eminentes in Religione quando debeat admitti, ibid.n.15 217

Denunciandus an ſit emendatus de ſuo peccato, ibid. n. 16. fol.217. an qui caſualiter, & non data opera incidit in peccatum, ibid.n.17 218

Denunciationem præcedere debet ſecreta monitio, ſi probabiliter exiſtimetur profutura, ibid.n.20 219

Denunciare an quis teneatur quando dubitat, vtrum correctio ſit profutura, ibid. n.23 220

Denunciatio in delictis priuatis quando ſit prætermittenda, ibid.n.24.25.& 26. 221

Denunciari delictum Prælato poteſt, quando per ipſum melius corrigitur, ibidem n.27 221

Denunciare nemo tenetur ſuperiori, vt Iudici, ſed vt Patri, delictum, quod eſt omninò occultum, p.3.c.8.n.30. 222

Denunciare an quis teneatur, ſi probabiliter timeat aliquod damnum ſibi euenturum, ibid.n.32.fol.223. vel quando ex denunciatione maius ſcandalum oritur, & n.42.43.fol.225. An quando probabiliter creditur, quòd Prælatus remedium non ſit adhibiturus, n.33. vel quando Prælatus factus eſt certus per alios n. 34. fol. 223. Denunciandus non eſt peccator, eò quod crimen vergat in damnum tertij, quando firmiter creditur per correctionem profuturum, nec quando

Yyyyyy 2 dam-

Digitized by Google

damnum denunciati eſt maius, quàm damnum tertij ibid.n.36.& 37 224

Dinunciari poſſunt delinquentes in viſitatione generali abſque præuia monitione, ibid.n.38 224

Denunciare crimen contra bonum publicũ, aut in damnum tertij, quando quis teneatur,ibid.n.45 226

Denũciator an poſſit eſſe teſtis in cauſa denunciata,ibi.n.46.& ſeq.f.226.& ſeq.

Denunciatores ſi ſint plures, Iudex eligat magis idoneum,ibi.n.46 226

Depoſitio teſtis in termĩtis facta an indigeat confirmatione,p.4.c.2.n.47 339

Deponendi poteſtatem an habeant Prælati Regulares,p.7.c.3.n.119 839

Depoſitio,& degradatio in quibus differãt, p.7.c.3.n.19.f.838. Depoſitionis pœna in quib.caſib.infligatur,ib.n.197.& ſeq. f.839.& ſeq. Depoſitio in quo differat ab alijs pœnis,ibid.n.199 840

Deprehenſio in loco delicti, accedente inimicitia cum offenſo, facit indicium ad torturam,p.5.c.3.n.103 543

Deſerta inſtantia appellationis,appellatio redditur nulla, & Iudex ad quem incompetens,p.8.c.6.n.14 1023

Deſiſtens ab accuſatione quando puniri debeat,p.3.c.1.n.40 175

Deus permittit Prouincialem, & Diffinitores ignorantes in pœnam ſubditorum, p.1.c.2.n.23.f.60.Dei auxiliũ inuocare debet Iudex ante interrogationẽ reorũ, p.2.c.2. n.10 104

Dicto mulieris,vel pueri dicẽtis ſe ſtupratũ an credatur,p.5.c.4.n.34. 562.563

Dictio,ita iuncta dictioni,vt,modũ determinatũ cũ expreſſis qualitatibus includit,& conditionem inducit,p.1.c.1. nu. 36 17

Diei expreſſio an ſit neceſſaria in accuſatione,p.2.c.5.n.7 130

Dies delicti patrati ſi eſt expreſſus ab accuſatore,& non probatus, an reus abſolui debeat,ibid.n.9 130

Dies dicitur ab ortu Solis vſque ad occaſum,p.6.c.2.n.76 650

Diffamatio quando de delicto,& delinquẽte precedit, debet Prælatus ſtatim inquirere contra perſonam diffamatam, p. 2.c.2.n.25 58

Diffinitores alij habent votum conſultiuũ, alij deciſiuum,p.1.cap.2.nu.18.fol.56. Quando habent votum deciſiuum, Prælati non poſſunt ſententiam ferre ſine conſenſu maioris partis eorum, ibidem num.21.fol.57. Habentes votum deciſiuum ſunt Congenerales, vel Conprouinciales,ibidem num.22.fol.57. Diffinitores quando propter eminentem neceſſitatem non poſſunt ſimul conuenire ad diffinitorium, an acta Prælati, & aliorum Diffinitorum valeant, p.1.c.2. nu.25 58

Diffinitor non debet ſtare opinioni probabili,nec opinioni aliorum Diffinitorum, ſed debet clarè, & apertè ſuum ſenſum exprimere,n.27.f.58. Quando teneatur ſe ſubſcribere, vel nõ ſe ſubſcribere ſententiæ latæ à maiori parte,ibid. nu.28. f.58.Si reuelat ſecreta Diffinitionis,eſt grauiter puniendus,ibi.n.29.f.59. Vocatus ad Diffinitorium à Prælato Superiori,tenetur accedere,ibid.n.30 59

Diffinitores Generales, vel Prouinciales debent habere eandem ſcientiam, quàm ipſe Generalis, vel Prouincialis, ibid. nu.31 59

Diſpenſare non licet bis pro eodem delicto. Et ſi Princeps reiteranti delictum indulſit, non facta mentione reiterationis, indultum non valet, p.7. c.3.num.140. 808

Diuerſitas temporis non reddit teſtes ſingu-

Digitized by Google

gulares, quando non eſt vis i n tempore, p.4.c.5.n.38 355

Dolor iuſtus excuſat à pœna homicidij, & à cenſuris, p.7.c.2.n.65 743

Dolus quando à pœna legis includitur, & excluditur expreſsè culpa, intelligitur de leui, & leuiſſima. p.2.c.2.n.40 111

Dolus eſt anima pœnæ ordinariæ, & vbi deficit dolus, deficit pœna ordinaria, p.7 c.2.n.24.fol.728.& n.80 751

Dolus. Vid. Cauſa.

Domeſtici an poſſint eſſe teſtes, p.4.c.3. nu. 15.fol.325.& n.31

Domeſtici, familiares, & conſanguinei admittuntur in teſtes ad defenſionem, p.6. c.2.n.53. 653

Domeſtici poſſunt torqueri ad eruendam veritatem pro delicto commiſſo in domo, p.4.c.16.n.1 442

Dominus domus torqueri poteſt, prout ſupra, ibid.n.2.& 5 443

Dominus domus ſi non denunciat delictum in eius domo commiſſum, præſumitur contra eum, & eſt indicium ad torturam, par.5.cap.3. num. 107 545

Dominus domus quando poſſit torqueri tamquam teſtis, & quando tamquam reus, p.4.c.16.n.5 443

Donationes, ſeu largitiones munerum facientes Religioſi qua pœna puniri debeant, p.7.c.4.n.18. 873

Dormientes ſi delinquant, an poſſint puniri, p.7.c.2.n.29 730

Duo ſocij in crimine ſufficiunt ad torturam contra nominatum, p.4.c.3. nu.38. fol.333. non autem ad condemnandum, n.40 334

Duo ſocij faciunt indicium ad torturam in copula carnali, par.5.cap.4. nu.32. 561

Duo teſtes omni exceptione maiores ſufficiunt ad condemnandum, par.4.cap.2. num.15. 320

Duo teſtes minores faciunt inditium ad torturam contra nominatum, p.4.cap.3. nu.4 323

Duo teſtes inhabiles faciunt inditium ad torturam, & habentur loco vnius integri, ibid.n.39 334

Duo teſtes ſi deponunt de veritate, & fama, vtrumque eſt probatum, p.4.c.4.n.8. fol.344. deponenters ſuper diuerſis factis, ſi ſunt concordes, faciunt plenam probationem ſuper omnibus, ibi.n.9. Si deponunt de cõmercio carnali inter Titium, & Bertam, & alij duo deponunt de conſanguinitate, probant plenè inceſtũ, ibi.n.10. deponentes de ijs, quæ viderũt in minori ætate, conueniunt, ib.n.16.fol. 346. deponentes de eadem iterabili delicti ſpecie, faciunt pluſquam ſemiplenam probationem, & ſufficiunt ad torturam, & tres ad pœnam extraordinariam, & quatuor ad pœnam ordinariam, p.4. c.5.n.9 349

Duo teſtes ſingulares, quorum vnus tantùm eſt omni exceptione maior, an cum alio ſufficiat ad aliquam pœnam, ibid.n.10. & 11.f.340. Duo teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua an, & quando probent, ibid.n.11. 350.& 355

Duo teſtes dicentes ſe fuiſſe ſollicitatos, ſufficiunt ad torturam, ibid. 355

Duo teſtes corrupti faciunt indicium ad torturam contra corrumpetem, p.4.c.13 n.7.fol.415. etiam ſingulares circa locum, & tempus, ibid.n.10

Duo teſtes oculares, vel auriculares ſufficiunt ad plenam probationem, & tunc reus dicitur conuictus, p.7.c.2.n.3.& 4. 723

Duo teſtes deponentes non interfuiſſe confectioni inſtrumenti, plenè probant

haut

bant, etiam ſi ſint ſingulares, ibid. nu. 9. f. 724. deponentes vidiſſe duos rixantes, probant vulnera ſequuta in rixa, n. 10. deponentes vidiſſe Titium vulnerâtem Caium, probant; quamvis vnus dicat cũ enſe, alter cum pugione, n. 11. & qui cõueniunt in menſe, licèt non conueniant in die, probant, n. 12

Duo teſtes de viſu ſi non ſint idonei, non conuincunt, ibid. n. 14 725

Duplex vitæ puritas requiritur in Prælato, ſcilicet interior, & exterior, p. 1. c. 5. n. 5. 79

E

EBrietas quando excuſet à pœna, p. 7. c. 2. n. 28 73

Eccleſiaſtici eximentes delinquentes è manibus Iuſtitiæ qua pœna ſint puniendi, p. 7. c. 4. n. 22. f. 881. An torqueantur eodem modo ſicut laici, p. 5. c. 2. n. 18 495

Eccleſiæ immunitate gaudet carceratus ſæcularis, ſi aufugiat ad Eccleſiam, non autem Religioſus, p. 4. c. 17. n. 28 453

Effectus deuolutiuus tantùm nõ ligat manus Iudicis à quo, p. 8. c. 2. n. 55 595

Effectus ſuſpenſiuus eximit appellationẽ à iuriſdictione Iudicis à quo ad illam cauſam, & ſuſpendit pronunciatum, ibi. n. 56 995

Electio alicuius ad dignitatem Eccleſiaſticam non valet, quamvis non babeat malam famam ſufficientem ad veram, & propriam infamiam, p. 3. c. 4. n. 21 192

Electio, & confirmatio ſunt actus diſtincti, p. 3. c. 5. n. 22 201

Electionis confirmatio quandò requiratur, ibid. n. 22. & 23

Electio annullatur excluſo qui debet admitti, p. 3. c. 5. n. 29 202

Electio erit ipſo iure nulla poſt declaratoriam, ſi eligat ante, qui erat priuatus ipſo iure voce actiua, p. 7. c. 3. num. 25. 767

Electio quoad ſingulares electores dicitur actus poteſtatis priuatæ, ſeu officij priuati, non publici, ibid. n. 26

Electori ſi in actu electionis opponatur inhabilitas, quid faciendum, p. 3. c. 5. nu. 34. f. 204. De electionis iuſtitia eſt vocare eos, ad quos pertinet electio; & non vocati poſſunt irritare electionem, p. 3. c. 5. n. 30 203

Electores cauere debent, ne imperitos eligant, p. 1. c. 4. n. 36 75

Eligendi in Prelatos debent eſſe probati, & non probandi, & debent babere ſcientiã in actu, p. 1. c. 4. n. 40 76

Emendatus quando quis præſumatur, p. 3. c. 8. n. 18 218

Epiſcopi, & Prælati maiores Religionum debent eſſe peritiſſimi, p. 1. c. 4. num. 38. 75

Epiſcopus non poteſt acceptare querelam Regularis, p. 1. c. 1. n. 9. f. 10. Non poteſt exercere iuriſdictionem contentioſam in ſuos ſubditos in monaſterijs regularium, ibid. n. 15. f. 12. Non poteſt extrahere Clericum delinquentem ab Eccleſijs Regularium, ibid. n. 16. f. 12. Prohibetur in monaſterijs Regulariũ exercere iuriſdictionem, n. 17. Quãdo poſſit punire Religioſos delinquentes extra clauſtra, p. 1. c. 1. nu. 27. f. 15. Nulliter procedit contra Regulares, non probato priùs delicto notoriè commiſſo, & cum populi ſcandalo, ibid. n. 39. f. 18. Si differt capere informationem, & Regularẽ petentem nolit remittere, non euitabit excommunicationem, ibid. n. 40. f. 18. In caſibus, in quibus non poteſt compellere Regulares, non poteſt cenſuris multare, n. 54. f. 20. An, & quando poſſit exercere ſuam

ſuam iuriſdictionem contentioſam extra ſuam diœceſim cum ſuis ſubditis, p.5.c.1.n.60 485

Epiſcopi regulariter non poſſunt compellere regulares per cenſuras; ſed tantùm alijs pœnis, quando eſt eis conceſſum punire Regulares, p.1.c.1.n.58.f.21. Non poſſunt denunciare excommunicatos Regulares, n.60.f.22. Non poſſunt abſoluere Regulares excommunicatos, ibid.n.62.f.23. An poſſint extrahere delinquẽtes à monaſterijs Regularium, ibid.n.63 23

Error communis cum titulo coloratus ſufficit ad validitatem actuum, etiam ſi delegatus ſciret delegantem expiratum fuiſſe, p.1.c.1.n.127 146

Error communis ſine titulo nihil operatur, & idem eſt ſi eſſet data ab eo facultas, qui non eſt legitimus Superior, & non poteſt dare talem facultatem; & hoc habet locum non ſolùm in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ, & ſacramentali, p.1.c.1.n.130.& 134.f.47. debet eſſe probabilis, & non ſupinus, vt ſufficiat ad validitatem actuum, ibid. n.132.f.47. Non ſufficit, ſi ſit vnius, aut alterius, ſed debet eſſe communis, & ſufficit, vt ſit communis in eo loco, vbi confeſſio facta ſit, licèt in alio loco notoria eſſet inhabilitas confeſſarij, n.135.f.47. An quo ad Deum ſufficere poſſit ad ſalutem confitentis, p.1.c.1.n.140 48

Error excuſat ab omni pœna, quando errat quis ſe defendendo: ſed quando errat quis offendendo, excuſatur à pœna ordinaria, & punitur pœna arbitraria, p.7.c.2.n.50 738

Euidentiæ certitudo non requiritur in probandis rebus humanis, cùm ſufficiat certitudo fidei, p.6.c.3.n.16 679

Euidentia patrati criminis gerit vicem accuſatoris, p.3.c.9.§.4.n.2 264

Examinari quomodo debeat reus ſuper delicto notorio, p.3.c.9.§.8.n.12 282

Examinandus reus ſi petat copiam indiciorum ſibi dari, non eſt concedenda, p.5.c.5.n.8 568

Examen Rei quare appelletur conſtitutũ, p.5.c.5.n.64 586

Exceptio non obſtat, vt quis eligi non poſſit, p.3.c.4.n.13 189

Exceptio falſitatis retardat cauſam principalem, p.3.c.9 §.6.n.5 274

Exceptio parit viam Iudici ad inquiſitionem ſpecialem, p.3.c.14.per totum. Et quomodo proceditur, quando agitur criminaliter, ibid.n.5.f.303 & 304

Exceptio rei iudicatæ impedit litis ingreſſum, p.7.c.8.n.2 981

Exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ ſunt in triplici differentia, p.5.c.1.num.3. 464

Exceptio recuſationis debet proponi ante litem conteſtatam, & ante omnes alias exceptiones dilatorias, & declinatorias, p.5.c.1.n.7.f.464. Coram Iudice eſt alleganda, & probanda, ibid.nu.12.f.465. Incompetentiæ eſt duplex, n.54.f.483. Ea non obſtante, poteſt Iudex procedere in cauſa, ſi pars nõ appellat, n.55.f.484. Excommunicationis eſt anoloma, n.79. 849

Exceptiones peremptoriæ opponi poſſunt in cauſa appellationis, non autem dilatoriæ, p.8.c.8.n.4. 1045

Exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ non poſſunt opponi in cauſa appellationis, niſi tribus in caſibus, par.8.ca.8.num.6. 1046

Excommunicare non poſſunt Guardiani reſpectu fori externi; ſecùs reſpectu fori pœnitentialis, par.2.cap.2.num.6. 52

Excommunicationem, & irregularitatem non incurrit Clericus excedens moderamen inculpatæ tutelæ in ſe defendendo, p.6.c.2.n.84

Excommunicationis ſententiam ferentes non præmiſſa monitione, qua pœna ſint puniendi, & quando validè fieri poſſit, p.7.c.4.n.20 875

Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis, p.4.c.3.n.17 325

Excommunicatus vitandus priuatur vſu iuriſdictionis, & eius ſententia eſt nulla, etiamſi cum alijs non excommuniatis iudicet, p.5.c.1.num.80.fol.489. Si ſe conferat in locum, vbi non habetur pro excommunicato, eius dicta valent, ibid. n.81.fol.490. Toleratus poteſt exercere iuriſdictionem, ſi ſubditi volunt, ibi. n.82. 490

Exculpans aliquem inculpando ſeipſum de eodem delicto, ſi eſt in carceribus prodeſt inculpato; aliàs non prodeſt, p.6.c.2 n.102

Exculpatio complicis an, & quando proſit ſocio inculpato, ibid.n.103

Exculpatio offenſi. Vide: Offenſi.

Executio ſententiæ. Vide: ſententiæ executio.

Exemplar interrogatoriorum, ſuper quibus repetendi ſunt teſtes. par.6.ca.1.n.37. 641

Exemplum pro articulorum formatione ad rei defenſionem, par. 6. c.2.n.2. 647

Exilij pœnam frangens, qua pœna regulariter puniri debeat, par.7.cap.4.nu.21. 881

F

FAcere non facienda, & non facere facienda, paria ſunt, quando aliquid incumbit alicui ratione officij, par.2.cap. 2. num. 4. 103

Falſarius poteſt puniri à iudice, coram quo commiſit falſitatem, & etiam coram alio competenti, par.3.cap.9.§.6.num.7. 274

Falſarij pœna puniendus venit, qui vtitur falſis dimiſſorijs ad ordines recipiendos, p.7.c.4.n.23 882

Falſitas tria eſſentialia requirit, p.4.c.10 n.7.fol.387. Quomodo probetur, ibid. n. 17 389

Falſitate in vno teſte reperta, præſumitur falſitas in omnibus pro exculpatione delicti, ibidem numero 9. 388

Falſitatis ſuſpicio ſi in confrontatione teſtis cum reo fuerit detecta, poteſt Iudex teſti denegare in repetitione lecturam prioris examinis, par.5.ca.8.n.22. 624

Falſi pœna non tenetur, qui ignoranter falſos teſtes producit; ſecùs ſi ſcienter, p.3.c.9.§.6.n.8 274

Falſi pœna tenetur, qui recipit pecuniam, vt teſtimonium dicat, par.4.c.10. n.4. 386

Falſi teſtis pœna quæ ſit, par.7. c.4. n.24. 882

Falſi pœna ad offenſionem, eſt talionis, p.4. c.9.n.11 388

Falſum deponens coram delegato, ab eo puniri poteſt, ibid.n.13 389

Falſum deponens ſine iuramento, an ſit punibilis, ibid.n.12

Falſum committens quibus modis excuſari poſſit, p.7.c.2.n.77 751

Falſus teſtis quis ſit, & quis dicatur, par.4.cap.10.num.2.fol.385.& nu.26. 392

Falſus teſtis. Vide: Teſtis falſus.

Falſus Iudex non eſt Iudex, p.1.c.5.n.20. fol. 81. Et falsò profert ſententiam

in Dei nomine,ibid.n.21

Falſus in vno facto principali totam depoſitionem vitiat,p.4.c.10.n.8 387

Falſus in ſubſtantialibus an, & quando probet,ibid.n.10 388

Fama cum indicijs ſufficit ad probandum corpus delicti,quando aliter probari non poſſit,p.2.c.5.n.70 145

Fama ſola non ſufficit ad torquendum infamatum,ibid.n.71

Fama mala an, & quando faciat indicium ad torturam,p.5.c.3.n.23.vſque ad 39. f.514.& n.78 533

Fama vehemens facit indicium ad torturā, p.5.c.3.n.23.f.511. Quæ ipſa ſit,declaratur,nu.24.f.512. Orta ex auditis in confeſſione nullum facit indicium,n.25. Benè probata facit indiciū ad torturam in ijs,quæ ſunt difficilis probationis,& cum adminiculis plenā probationem,ib. n.26. In dubio cenſetur orta à fide dignis,niſi contrariū probetur,ibid. n.27. Facit ſemiplenā probationē contra infamatū,quando habet ortū à veriſimilibus coniecturis,ib.n.28. Cum adminiculis facit indiciū ad torturā, ib. n.29. In ſpecie contra aliquē iuncta cum mala fama in genere facit indiciū ad torturā, ibid.n.30.f.513. Sola de iure canonico facit indicium ad torturam ſecundùm aliquos,ibid.n.31. Non eſt contemnenda, licèt habeat ortum à turpibus perſonis, quando in loco non poſſunt haberi alij teſtes,ibid.n.32.Contra valdè diffamatum probatur per teſtes inhabiles, ibid. n.33.Quæ habet ortum ex aliqua coniectura,& cauſa rationabili,probat,abſq; eo,quod teſtes nominent, à quibus audierint,ibid n.34. In genere de delicto,de quo quis inquiritur, iuncta cum teſte de auditu, aut alio adminiculo,facit indicium ad torturam,ibid.n.35.f.514. Orta poſt carcerationem,vel inquiſitionem, non nocet,niſi cauſa,vndè oritur,ſuperueniat,ibid.n.36. In genere tollit indicium malæ famæ in genere,ſed non indicium malæ famæ in ſpecie,neq; aliquod aliud indicium ſuper delicto, ibid. nu. 37. In ſpecie probatur per teſtes ſingulares,ibid.n.38. In genere multa operatur contra delinquentem,& plura exempla ponuntur,ibid.n.39 514

Fama bona probata prodeſt ad Rei defenſionem,p.6.c.2.n.8 647

Fama bona præualet malæ in defenſione rei ibid.n.44 651

Famoſa cauſa quænam dicatur,p.7.c.3.nu. 185 832

Farinac.conſ.15.reijcitur, p.1.c.1.nu.11. f.10.Eiuſdem opinio in q.38.n.96.reprobatur in p.6.c.6.n.21 715

Fatui non admittuntur in teſtes ,p.4.c.3. n.29 329

Fides non facit fidem.p.4.c.1.n.15 312

Finis officij tēporalis nō eſt expectādus,vt interdicatur adminiſtr.p.3.c.6.n.5.206

Finis excommunicationis teſtium qualis eſſe debeat,p.4.c.1.n.1 308

Fælix non poteſt eſſe ciuitas , ſi in ea ſine prudentia,& iuſtitia viuitur,p.1.c.7.n. 4.f.85

Forma incipiendi proceſſum in ſpeciali inquiſitione quoad delictum, & generaliter quoad perſonam,ſeu perſonas delinquentes,p.2.c.5.n.78 148

Forma viſitationis vulnerati , & probandi corpus delicti,p.2.c.5.n.79. 149.150

Forma decreti inquirendi de delinquente generaliter,ibi.n.80.Interrogādi vulneratum, ib.n.81. Interrogandi teſtes nominatos à vulnerato , & alios veriſimiliter informatos,nu.82.f.151. Decreti ſpecialis inquiſitionis contra delinquētem inuentū in generali inquiſit.ib.152

Viſitationis occiſi,ibid.n.84. Inquiſitionis de corpore delicti dubij,ibid.nu.85. Interrogandi medicos, cùm de veneno dubitatur,ibid.n.86.f.153. Examinandi teſtes in cauſa veneni,ibid. n.87. fol. 154. Examinandi obſtetrices, cùm de ſtupro dubitatur,ibid.n.88.f.155. Probandi corpus delicti in furto, ibidem n.89

Forma proceſſus faciendi à Cuſtodibus, Guardianis,aut Vicarijs locorum,p.1.c. 2.n.7.f.52. Accuſationis facti tranſeuntis, quando Accuſator propriam iniuriam proſequitur coram Iudice ordinario,p.3.c.7.n.1.f.208. Accuſationis facti tranſeuntis pro bono communi facta Iudici Ordinario,ibid.n.2.f.208. Accuſationis delicti tranſeuntis quando non conſtat de delinquente coram Iudice Ordinario,ibid.n.3.f.209. Accuſationis facti permanentis coram Iudice Ordinario,ibid.n.4. Præſentationis,accuſationis,& decreti inquirendi de corpore delicti,& electionis Actuarij,ibid.n. 5.f.209. Præſentationis,accuſationis, & decreti de procedendo in delictis facti tranſeuntis,ibid.n.6.f.210. Continuandi proceſſum in accuſatione delicti facti permanentis, quando conſtat de corpore delicti,ibid.n.7.Incipiendi proceſſum per viam accuſationis à Iudice delegato,ibid.n.8

Forma denunciationis iudicialis, quando non conſtat de delicto, neque de delinquente, cum forma acceptationis huiuſmodi denunciationis, & continuatione proceſſus,p.3.c.9. n.53.f.228. Forma denunciationis Euangelicæ,ibid.nu.54. f.229. Formæ variæ denunciationis iudicialis ibid.n.55.f.230.& ſeq. Forma denunciationis de delicto non relinquẽte poſt ſe veſtigia,ibi.n.56.f.232. Forma incipiendi proceſſum contra denunciatum in viſitatione generali, & continuandi proceſſum,ibi.n.58.f.232. Forma incipiendi proceſſum,& continuandi in delictis facti permanentis, num.59. f.233. Forma incipiendi proceſſum in delictis facti tranſeuntis, & etiam continuandi,ibid.n.60.f.233. Forma examinandi denunciatum,ibid.n.61 233

Forma incipiendi inquiſitionem ſpecialem contra infamatum in viſitatione,p.3.c.9 §.2.n.30 f.250. Incipiendi inquiſitionem ſpecialem contra infamatum extra viſitationem,ibid.n.31.f.251. Decreti examinandi teſtes ad probandam infamiam pro ſpeciali inquiſitione formãda, ibid.n.32.f.252.Examinandi teſtes ſuper infamia,ibid.n.33.f.254. Decreti formandi proceſſum in ſpeciali inquiſitione poſt probatam infamiam, ibid. nu. 34.f.255. Incipiendi proceſſum contra Apoſtatam,ibid.n.35.f.256 Incipiendi proceſſum ſuper epiſtolam ſcriptam contra ſcribentem,ibid. n.36 256

Forma incipiendi proceſſum,& examinandi teſtes in ſpeciali inquiſitione dependente à generali,p.3.c.9.§.3.n.9.f.259 Incipiendi proceſſum contra denunciatũ in generali viſitatione, ibid.11.f.260. Incipiendi proceſſum contra diffamatum in generali inquiſitione,ibid.n.12 262

Forma, qua Iudex uti poteſt in formanda inquiſitione,quando delictum eſt certũ, & perſona occulta,p.3.c.9.§.4.nu.7.fol. 267. & par.2.c.5.n.78. & ſ qu.

Formæ variæ incipiendi nouum proceſſum pro delicto incidẽter detecto in iudicio. p.3.c.9.§.5.n.5.f.271. Forma,quando crimen detectum incidenter in cauſa ciuili, Iudex ex officio vult deducere cauſam ad forum criminale ibid.n.6.f.272 Forma incipiendi proceſſum informatiuum

*uum contra nominatum à ſocio in crimine in iudicio,ibid.nu.5.f.*271. *Forma, qua falſitate in iudicio commiſſa, proceditur ex officio à Iudice, coram quo fuit commiſſa,ibid.n.*6 272

*Forma procedendi,quando crimen commiſſum in iudicio contingit cauſam principal.m,p.*3.*c.*9.*§.*6.*n.*3 273

*Formæ variæ incipiendi proceſſum per viã notorij,p.*3.*c.*9.*§.*8.*n.*15 283

*Forma ſententiæ declaratoriæ de delicto notoriè commiſſo,ibid.n.*16 285

*Forma appellationis à notorio, quando eſt dubium,ibid.n.*17 285

*Forma Apoſtolorum dimiſſorialium, & Apoſtolorum Refutatoriorum,ibid.nu.*18 *f.*285. *Forma citationis abſentis per edictum in delictis notorijs ibid. nu.*19. *f.*286. *Forma ſententiæ condemnatoriæ pro delictis notorijs reo abſente, ibidem nu.*20 286

*Forma denunciationis paternæ,p.*3. *cap.*9. *§.*10.*n.*10.*f.*292. *Inquiſitionis ſpecialis ex rebellione,ibid.n.*11 292

*Formæ, quibus incipi poteſt proceſſus pro delicto in domo commiſſo,p.*3.*c.*9. *§.*11. *nu.*5 294

*Forma denunciationis ad excipiendum aliquem à dignitatibus, & acceptationis denunciationis,& decreti de procedẽdo, p.*3.*c* 9.*§.*12.*n.*3.*f.*296.*Forma ſententiæ ad excipiendum aliquem à dignitatibus,ibid.n.*5

*Forma appellationis extraiudicialis facta Prelato in caſu, quo aliquem indignum vult eligere in Prelatum,ibi.n.*5.*f.*297

*Forma appellationis factæ pro mala electione,ibid.n.*7 297

*Forma querelæ percuſſi contra percuſſorẽ, vel vulnerantem,p.*3.*c.*9. *§.*13.*n.*9.*fol.* 300. *Forma Inquiſitionis contra nominatum à vulnerato, nulla querela ab eo propoſita,ibid.n.*16,*f.*301. *Formæ inquiſitionis, quando ſine infamia præcedente proceditur,ibid.n.*17.*f.*301 *Forma Inquiſitionis ſpecialis contra Apoſtatam,ibid.n.*18 *f.*302. *Forma incipiendi proceſſum ſuper epiſtolam ſcriptam contra ſcribentem,ibid.n.*19 302

*Forma excipiendi contra falſos accuſatores,& falſos teſtes,p.*3.*c.*9. *§.*14. *nu.*6. *fol.* 304. & 305. *Forma electionis Actuarij,ibid.* 306

*Forma decreti de torquendo teſtem inhabilem,p.*4.*c.*3.*n.*55 341

*Forma libelli ad repellendos teſtes, vel accuſatorem inhabilem,ibid.n.*56 *f.*341

*Forma ſententiæ ad repellendos teſtes, vel accuſatorem inhabilem,ibid. nu.*57. 342

*Forma, & modus generalis interrogandi teſtes,p.*4.*c.*16.*n.*1 429

*Forma examinandi teſtes in ſpeciali inquiſitione,p.*4.*c.*16.*n.*2.*f.*340.*Alia forma examinandi teſtes ad probãdam inimicitiam,ibid.n.*3.*f.*431. *Item ad probandam Apoſtaſiam,ibid.n.*4.*f.*432.*Itẽ in cauſa vulneris,ibid.n.*5.*Item in cauſa furti,ibid. n.*6 *f.*433. *Item ad confeſſionem extraiudicialem probandam, ibid.n.*7.*f.*434.*Item quando crimen eſt euidens,& patrator occultus,ibid.nu.*8. *Forma torquendi teſtem nolentem reſpondere Iudici,aut præcisè non reſpondenti,ibid n.*9 435

*Forma torquendi principalem offenſum recuſantem manifeſtare offendentem,p.*4 *c.*16.*§.*2.*n.*13 440

*Forma torquẽdi teſtes negantes interfuiſſe facto,p.*4.*c.*16.*§.*2.*n* 14 *f.*441. *Forma torquendi teſtes, qui facto interfuerunt, & negant ſe vidiſſe,aut audiuiſſe, ibid.n.*15.*f.*442.*Forma decreti torquẽdi domeſticum tamquam teſtem pro de-*

licto domi commiſſo,ibid.§.3.n.7 443
Forma torquendi teſtem varium,p.4.c.16.§.4.n.4.f.444.Forma decreti ad teſtem varium torquendum ob præſumptionem ſubornationis, ib.n.5.f. 45.Forma decreti ad teſtem varium torquendum,qui quod iudicialiter cum iuramento depoſuit,extraiudicialiter negauit,ibid.n.6
Forma decreti carcerationis,quando delinquens eſt ſuſpectus de fuga,p.4.c.17.n.13.f.450. Forma decreti ad reum carcerandum,ibid.n.15. Forma relationis de Rei carceratione facta, ibid. nu.16.f.451.Forma,qua reus contumax eſt citandus,ibid.n.51.f.457. Forma relationis citationis rei contumacis,ibid. n.52.f.458. Forma decreti comparitionis,& carcerationis Rei cõparentis poſt citationem in contumacia,ibid.num.53.f.458. Forma citationis contumacis ad ſententiam audiendam,ibid.n.54. Forma sẽtẽtiæ cõtra cõtumacẽ,ib.n.54.459
Forma conſtituti,in quo Iudex recuſatur, vt ſuſpectus,p.5.c.1.n.49.f.481. Forma recuſationis Iudicis ſuſpecti, ib. n.50.f.482. Forma præfigendi terminum Arbitris à Iudice recuſato ad cauſã ſuſpicionis finiẽdã,ib.n.51.f.483. Forma appellationis à reiectione recuſationis, ib.n.52. Forma ſẽtẽtiæ Arbitrorum in cauſa recuſationis,ib.n.53.Except.contra Iudicẽ excõmunicatũ,ib.n.86. 491
Forma ſcribendi ab Actuario variationem rei vel ante torturam,vel in tortura,p.5 c.3.n.59 527
Forma monendi reum à Iudice nolentẽ reſpondere, & ſcribendæ admonitionis.ab Actuario,p.5.c.5.n.13.f.571. Forma ſcribendi ab Actuario ſigna facta à Reo in actu interrogationis, ib.n.56.f.584. Forma monendi reũ in primo cõſtituto, ib.n.67.f.586. Forma ſecundi,tertij,& aliorum conſtitutorum,ibi. n.68 586
Forma,& modus faciendi recognitionẽ,p.5 c.8.n.12.13.f.619. & n.27. Forma cõfrontandi teſtes cũ reo,ibi.n.25.f.625.
Forma recognition.Rei,ibi.n.27 630
Forma vltimi conſtituti cum termino dãdo reo ad ſe defendendũ ante torturã,p.6.c.1.n.2.f.633. Forma alia dandi reo dictũ terminũ ſeparatim à cõſtituto,ib.n.3.f.634.Forma relationis termini intimati reo ab Actuario,ibid.n.4.Forma renunciãdi terminum,quãdo reus poteſt illũ renũciare,ib.n.5.30.f.640. Forma prorogationis termini, ſi reus petat illũ prorogari,ib.n.6. Forma renunciationis termini in criminalibus, ib.n.32.f.640 Forma petendi à reo teſtium repetitionem cum interrogatorijs proprijs, ib. n.36.f.641. Forma præſentationis interrogatoriorum factæ à reo,ib. Forma repetendi teſtes ſuper interrogatorijs, ib. n.38 642
Forma ſeruanda in defenſione Rei facienda ante torturam in termino ipſi reo dato ad ſe defendendũ,p.6.c.2.n.122.f.669. Forma præſentationis articulorũ,& eorum admiſſionis, ib.n.123.f.670. Forma decreti prorogandi terminũ defenſionis,ib.n.125.f.671 Forma petendi interrogationẽ teſtiũ ſuper interrogatorijs Rei, ib.n.128.f.671. Forma interrogatoriorũ, ib.n.129.f.671. Forma repetendi teſtes ſuper interrogatorijs, ibid. n.130.Forma decreti oſtendendi proceſſum parti, ib.n.131.f.672. Forma petendi copiam proceſſus defenſiui, cum conceſſione dictæ copiæ, ibid. num. 132. 672
Forma decreti de torquendo reo per funem, p.6.c. 4.n.38. 691
Forma conſtituendi reum de crimine pro inferenda tortura,p.6.c.5. nu.1. f.693.

Forma

Forma decreti torturæ pro alijs delictis à reo malæ famæ commiſſis, ib. n. 15 f. 700. Forma alia decreti torturæ pro complicibus, & ſocijs, ib. n. 16. Decretum huiuſmodi reo non intimatur, ib. nu. 17. f. 701. Forma tormenti taxillorum, ib. n. 18 702

Forma ratificationis poſt torturam, p. 6. c. 6 n. 16 713

Forma aſſignandi reo terminum ad ſuas deffenſiones faciendas, p. 7. c. 1. n. 16. fol. 719. Forma prorogationis termini, ib. n. 17 720

Forma monitorij pro delicto præterito, vel præſenti pendente in futurum, p. 7. c. 4. n. 20. f. 879. Forma ferendi cenſuras contra contumacem, vel denunciandi excommunicatum, ibid. Forma faciendi præceptum alicui ſub pœna cenſuræ, ibi. n. 20. f. 880. Forma monendi ſubditos à Iudice delegato ad cauſas particulares, ibid. n. 20 881

Forma citationis ad ſententiam cum relatione citationis, p. 7. c. 14. n. 1. 2. 3. & 4. f. 962. Forma ſententiæ condemnatoriæ contra reum, qui eſt ſemiplenè conuictus, ib. n. 5. Forma ſententiæ condemnatoriæ contra conuictum, ib. n. 6. f. 963. & n. 7. fol. 964. Forma ſententiæ abſolutoriæ pro reperto innocente, ib. n. 8. Forma ſententiæ abſolutoriæ pro reperto innocente, & condemnatoriæ contra calumniatorem, ib. n. 9. Forma ſententiæ abſolutoriæ Rei innocentis, & condemnatoriæ teſtium, iuxtà theoricam, in p. 7 c. 5. §. 5. n. 16. ib. num. 10. f. 965. Forma ſententiæ abſolutoriæ pro non reperto culpabili, ib. n. 11. Forma ſententiæ abſolutoriæ pro torto, qui ſe purgauit per torturam, ib. nu. 12. f. 966. Forma ſententiæ partim abſolutoriæ, & partim condemnatoriæ, n. 13. & 14. Forma ſententiæ declaratoriæ fauorabilis, ib. n. 15 f. 967. Alia forma ſententiæ contrariæ, ib. n. 16. f. 968. Forma ſententiæ declaratoriæ pro incurſu pœnarum, ib. n. 17. & 18. Forma ſententiæ condemnatoriæ via articulorum, ib. n. 20. f. 969. Forma ſententiæ condemnatoriæ in contumacia cũ citationibus, & monitionibus, ib. nu. 21. Forma ſententiæ diffinitiuæ contra eijciendum à Religione, ib. num. 22. f. 971. Forma litterarum concedendarum expulſis ab ordine, ib. n. 23. f. 972. Forma, qua Generalis debet mouere Epiſcopum de ſupradicta expulſione, ib. n. 24 972

Forma ſententiæ appellationis qualis eſſe debeat, p. 8. c. 8. n. 9 1047

Formæ variæ appellationum, p. 8. c. 13. fol. 1061. & ſequ.

Forma appellationis à ſententia diffinitiua cumulata cum nullitate, p. 8. c. 13. n. 1. f. 1047. A diffinitiua ſententia, ib. n. 2. f. 1062. Ab interlocutoria, ib. n. 3. A grauamine, ib. n. 4. Forma appellationis extraiudicialis à grauamine futuro à Superiore inferẽdo, iuxtà dicta p. 8. &c. ib. n. 5. A præterito, vel futuro grauamine, ib. n. 6. f. 1063. Alia à futuro grauamine, ib. n. 7. Forma alia appellationis facienda ab Electore contempto, ſcilicet non citato, aut vocato ad electionem, ib. n. 8 1064

Forma, ſecundùm quam poteſt Iudex reuocare grauamen parte præſente, p. 8. c. 13. n. 9. f. 1064. ſcribendi in actibus appellationem interpoſitam, ib. n. 10. Apoſtolorum dimiſſorialium, ib. n. 11. f. 1065. Item alia Apoſtolorum dimiſſorialium, ib. n. 12. Apoſtolorum reuerentialium, ib. n. 13. Apoſtolorum dimiſſorialium, & reuerentialium à Iudice delegato facienda, ib. nu. 14. f. 1066. Apoſtolorum refutatorialium, ibid. num. 15. Apoſto-

lo-

lorum teſtimonialium, ſcilicet, quando appellatio facta eſt coram boneſtis viris, ibid. n. 16. Sententiæ interlocutoriæ à Iudice appellationis ferendæ poſtquã cognouit appellationem legitimè, vel nõ legitimè fuiſſe interpoſitam ab interlocutoria, vel grauamine, ibi. n. 17 1067

Formula, qua Prælatus Regularis debet monere Epiſcopum de punitione Regularis delinquentis, p. 1. c. 1. n. 49 19

Frater ſi occidat rixantem cum fratre, excuſatur à pœna ordinaria, & frater ipſe, qui rixat, ad nihilum tenetur, ſi fuit inſultatus; ſed ſi fuit aggreſſor, tenetur ad pœnam ordinariam, p. 7. c. 2. n. 73 748

Frater defendens fratrem inſultatum poteſt offendere Clericum aggreſſorem abſque incurſu in excommunicationem. Idẽ dicitur de ſeruo, qui poteſt defendere dominum ſuum: & de ſocio in itinere; & quid de extraneo, ibid. n. 74

Fratres vnius Monaſterij an prætextu ſuſpicionis poſſint impedire Superiorem, ne viſitet Monaſterium, p. 5. c. 1. nu. 42. 479

Frequentatio loci delicti non neceſſaria facit indicium ad torturam cum adminiculis. p. 5. c. 3. n. 1 2 542

Fuga an, & quando faciat indicium ad torturam: ponitur regula cum ampliationibus & limitationibus p. 5. c. 3. num. 41. f. 51. Fugæ præſtans auxilium, præſumitur particeps delicti, ibid. n. 42 519

Fugæ ſuſpicio, ex qua quis poſſit carcerari, ex quibus oriatur. p. 4. c. 1. n. 9. f. 449.

Fugæ ſuſpicio eſt arbitraria ibid. n. 10.

Fugitiuus in delictis notorijs poteſt condemnari in contumacia, & traditur modus, p. 2. c. 6. §. 3. n. 13 282

Fur, ſi per tranſitum reperiatur in aliqua Prouincia cum re ſublata, debet ibi carcerari, p. 5. c. 1. n. 78 489

Fur non excuſatur, etiam ſi dominus dicat, rem fuiſſe ſublatam voluntate ſua, & quando ſecùs, p. 6. c. 2. n. 100 655

Fur quibus modis excuſetur, p. 7. c. 2. n. 78. 751

Furem ſi quis occidat pro recuperatione rerum ſuarum, etiam quod nullum adſit vitæ periculum, ad nullam pœnam tenetur. Et quid de fure nocturno, & quid quando res eſt modici valoris, p. 6. n. 75. 650

Furum pœna quæ ſit, p. 7. c. 4. n. 24. f. 883. & ſequ. vbi etiam de furtis ſacrilegis, & n. 25

Furtum apud aliquem inuentum an, & quando faciat indicium ad torturam, p. 5. c. 3. n. 54. f. 523. Et qui ſcienter acceptat, ad quam pœnam teneatur, ibi. n. 55. 524

Furioſi, & mentecapti non admittuntur in teſtes, p. 4. c. 3. n. 29 329

Fuſtigationis, & catenæ pœna quando imponatur, p. 7. c. 4. n. 26 886

G

Generales, & Prouinciales debent expedire cauſas cum conſenſu Diffinitorum, p. 1. c. 2. n. 24. f. 57. An eorũ acta valeant ſine Diffinitorum conſenſu, quãdo propter eminentem neceſſitatem non poſſunt ſimul conuenire, ibid. n. 25. f. 58. Non ſunt Superiores Diffinitorio ſimul congregato, ibid. nu. 26. V. Iudex. V. Prælati.

Generi per ſpecies derogatur, p. 1. c. 1. n. 57 f. 21

Geſta per delegatum poſt mortem delegantis re integra, ſunt nulla; & quando ſecùs, p. 1. c. 1. n. 37 32

Geſta per Iudicem recuſatum ante recuſationem ſunt valida, p. 5. c. 1. n. 41 479

Gloſſa

Gloſſa,quæ aſſerit,mediocrem ſcientiam in Prælatis ſufficere,reijcitur,p.1.c.4.n.37 f.75
Grauamen dat ius appellandi,p.3.c.1.n.9. 956
Grauia,grauiora,& grauiſſima delicta quæ dicantur apud Regulares p.2.c.1.n.12. f.94. Et quæ apud ſeculares,n.13.f.95 Et quæ de iure canonico,ibid.n.15
Guardianatus Prælatura ſi non eſſet electiua,ſequeretur abſurdum,p.3.c.5.nu.25 201
Guardiani electi quam auctoritatem habeant,p.1.c.2. n.1.f.51. Habent poteſtatem ordinariam procedēdi in leuibus, & grauibus,etiam in præſentia Prouincialis,p.2.n.2.& 3.f.51.Poſſunt proceſſum formare contra delinquentem,& illum carcerare in abſentia Prouincialis, n. 4.f.51. Debent requirere conſilium ſeniorum,& aliquando non,ibid. num.5. Excommunicare non poſſunt reſpectu fori contentioſi:ſecùs reſpectu fori penitentialis,ibid.n.6.f.52.Quid facere debeant,quando ipſis,vt Patribus,reuelatum eſt delictum ſubditorum,ibid.nu.7 Quando grauiter poſſint punire ſubditos,ibid.n.8. Quando poſſint præcipere ſubditis, vt ſe exponant periculo vitæ, ibid.n.10.f 53. An habeant ius applicandi omnia ſubditorum ſacrificia,n.11 f.53. Tenentur punire ſubditos tranſgreſſores ſub mortali, & procurare obſeruantiam Regulæ, & Conſtitutionum Ordinis, etiam non obligantium ad peccatum,ibid.n.12.f.54.Non poſſunt ſubditis concedere regulariter licentiam exeundi à Monaſterio ſine neceſſitate, & vtilitate,ibid.n.13 55
Guardianus. V. Prælatus: Superior.

H

Habilitatus ad celebrandum an cenſeatur carceratus,p.3.c.6.n.7 207
Homicidium commiſſum ad defenſionē non punitur,& quando cenſeatur commiſſum ad defenſionem,p.6.c.2.n.9.& 10 647
Homicidium quando fuit caſuale, vel in pura rixa, vel contra voluntatem percuſſoris, percuſſor non tenetur de homicidio,ibid.n.23.24.25.26
Homicidium faciens cum moderamine inculpatæ tutelæ ad nullam pœnam tenetur: ſed ſi moderamen excedat, arbitrariè pro qualitate exceſſus puniendus, ibid.n. 71. & 73
Homicidium caſuale nulla pœna punitur, p.7.c.2.n.25.f.728. Plura exempla ponuntur homicidij caſualis,n.26. Homicidium commiſſum à furi ſ non punitur,ibid.n.27.f 730. Homicidia culpabilia quæ ſint,ibid.n.42.f.735. Homicidium in dubio præſumitur caſu fortuito factum,& non data opera,ibid.nu. 37.f.734. Homicidia excuſabilia quæ ſint,ibid.n.45.& ſeq.f.737.& ſeq.
Horologium pulueris debet Iudex tenere, quando infert reo torturam, & quomodo illud tenere debeat,p.6.c 5.n.3 696
Hoſpes,& eius familiares torqueri poſſunt pro furto facto in hoſpitio,p.4.c.16.n.3 443
Hoſpes poteſt puniri à Superiore Prouinciæ,vbi deliquit. Et quid,ſi ſtatim aufugiat,p.5.c.1. n.75 488
Humilitas nimia frangit Iudicis auctoritatem,p.1.c.5.n.30 83

I

Iactatio an faciat indicium ad torturam contra iactantem,p.5.c.3.n.50 521

Ido-

n ei qui non ſunt ad ſtudium, & magiſterium, ſi curant premoueri, mortaliter peccant, ſicut peccant qui eos promouent, p.1.c.4.n.41 76

Ignorans, qui obtinuit officium Iudicis, non poteſt abſolui, ſi non renunciat, p.1.c.4.n.20 72

Ignorantia Iudicis eſt calamitas innocentis, p.1.c.3.n.11 71

Ignorantia de delinquente in Iudice non præſumitur, p.2.c.2.n.12 104

Ignorantia, & inaduertentia an excuſent à pœna, p.7.c.2.n.30 731

Ignorantia, vel inaduertentia an per iuramentum parti exhibitum probetur, p.7.c.3.n.24.f.767.& n.85.f.780.& n.86.& 87.f.781.& n.88.89.90.& 91.fol. 782. Ignorantia craſſa, & ſupina quę ſit, ibid.n.51.f.773. Ignorantia affectata quæ ſit, ibid. n.53. Ignorantia craſſa, & ſupina quomodo differat ab affectata, ibid.n.54 f.774. Craſſa, & ſupina excuſat à pœna ordinaria impoſita illis, qui ſcienter aliquid faciunt, quia non procedit ex dolo, ibid.n.55. Ampliatur, ſiue ignorantia ſit iuris ſiue facti, nu.56.fol. 775. Ampliatur ſecundò. Etiam ſi quis daret operam rei illicitæ, ibid. num.57. Ampliatur tertiò: Etiam quando pœna non imponitur expreſsè ſcienter contrafacientibus, ſed contra præſumentes, vel contemnentes, aut audentes, & ſimiles, ibid.n.58. Hinc eſt, quòd ex ignorantia craſſa multi excuſantur ab excommunicatione, & cenſuris, n.59.60.61.62.63. 775

Ignorantia affectata non excuſat à pœnis illatis contra illos, qui ſcienter contrafaciunt legi, p.7.c.3.num.64.f.776. nec ignorantia, quando eſt ingens temeritas, ibid.n.66.f.778. Ingens temeritas quæ ſit, ibid.nu.67. Ignorantia an excuſet, quando lex, quæ ſub aliqua pœna prohibet, non requirit ſcientiam, ibid.n.69

Ignorantia inuincibilis quæ ſit, p.7.c.3.n. 70.f.778. Quæ ſit vincibilis, ibid.n.70 & 71. Reſpectu rei ignoratæ alia iuris, alia facti, & quæ vtraque ſit, declaratur, ibid.n.72.f.779. Iuris an, & quando excuſet quoad forum conſcientiæ, n.74. Et quando quoad forum externum, n.75 & ſequ. Iuris, quando habet admixtam ignorantiam facti, excuſat, ibid.num.88 f.780. Et quando ius eſt dubium, obſcurum, difficile, & arduum excuſat, ibid.n. 83. Aut quando probatur coniecturis, ibid.n.84. Et an probetur iuramento, n.85. Coniecturæ probantes ignorantiam iuris quæ ſint, n.86 f.781. Probata iuramento admittit probationem in contrarium, ibid. n.87

Ignorantia excuſat à cenſuris inflictis in ſtatutis particularibus, etiam in factis iure communi damnatis, p.7.c.3.nu.94 f.783. Sed ignorantia poſt duos menſes non præſumitur, quoad abſentes, ſed ſcientia: Et hęc ſtatim præſumitur quoad præſentes in foro externo; ſecùs in foro interno, niſi ignorantia eſſet craſſa, & ſupina. Ignorantia inuincibilis pœnæ per ſtatutum inflictæ, in factis nō damnatis lege Diuina, vel humana, excuſat à pœna, ibid.n.95.f.783. Iuris, & facti, quando excuſat à culpa mortali, excuſat ab omni pœna graui, & à cenſuris, ibid. n.96 784

Ignorantia pœnæ annexæ legi non ignoratæ non excuſat à pœna, exceptis cenſuris, niſi ignorantia ſit craſſa, & exceptis pœnis improportionatis, & excedentibus, p.7.c.3.n.98.f.785. Ampliatur, vt non excuſet ignorantia ſolius pœnæ, vt procedat etiam quoad pœnam irregularitatis; nec excuſat dubitantem de prohibitione

tione iuris poſitiui,n.99

Ignorantia tamen inuincibilis ſolius cenſuræ, ſemper excuſat à cenſura incurrẽda,n.100. Item excuſat ignorantia,quãdo prouenit ex eo, quod quis arbitratur talem caſum in iure non comprehendi, ſiue in ipſo non concludi, n.101. fol.786. Craſſa, & ſupina non excuſat à pœnis, nec à cenſura, quando lex ſimpliciter aliquid prohibet, non petendo expreſsè ſcientiam,n.102. Inuincibilis,quæ non ſit craſſa,& ſupina, nec ad mortale ſufficiat,excuſat à cenſura,n.103.fol.784. Vincibilis culpabilis mortaliter an detur,quæ non ſit craſſa,& ſupina, nec affectata,n.104.& 105. Facti,quæ non eſt craſſa, & ſupina excuſat à cenſura,& ab omni pena latæ ſententiæ,ib.n.106.fol. 788.& infra,&c. Inuincibilis facti concomitans an excuſet à cenſura, ib.n.110 f.789. Vbi declaratur etiam quid ſit ignorantia concomitans.

Ignorantibus Iudicibus minatur Deus,p.1 c.4.n.6 70

Illiteratus,quicunq; ille ſit, in Prælatum aſſumi non debet,ib.n.22 73

Incertitudo delinquentis principalis excuſat à pœna ordinaria,p.7.c.2.n.69.fol. 744.& n.70 745

Indicia an, & quando ſufficiant ad inquiſitionem ſpecialem,p 3.c.9.§.2.nu.4.6.7. fol.240. & ſequent. An,& quando ſint fortiora quàm fama, ibidem num.4. 241

Indicia poſſunt probari per teſtes ſingulares ad effectũ torquendi,p.4.c.5.n.30 354

Iudicium vnum remotum probatum per teſtes ſingulares ſufficit ad torturam, ib.n. 32. Indicia an, & quando iungantur ad plenam probationem,ib.n.36 355

Indicia, & præſumptiones delicti in genere aliquando ſufficiunt ad reum interrogandum,p.5.c.2.n.4.fol.493. Ad reum interrogandum debent præcedere interrogat.ib. n.7.f l.494. Non ſunt eiuſdẽ valoris,ib.n.8. Quid ſit indicium,nu.9. Leue ad quid ſufficiat,ib.nu 10. Graue an ſufficiat ad torquendum, & interrogandum reum, etiam quod non inducat ſemiplenam probationem, ib.n.11. Aliqui affirmant,ſ.d hæc opinio reijcitur,n. 12.& 13. Probatur,quòd indicium ad interrogandum non debet eſſe minus, quàm ſemiplena probatio, ib. num. 14. 495

Indicia an ſint ſufficientia ad interrogationem, & ad torturam iudicio Iudicis relinquitur,p.5.c.3.n.1 fol.500. Indiciũ vnum proximum, & immediatum benè probatum ſufficit ad torturam, ib.n.13. fol. 504. Vnum remotum probatum per duos teſtes cum adminiculis ſufficit ad torturam,ib.n.14.& etiam ſine adminiculis, ſi valdè confert ad delictũ,quamuis illud non attingat, n.15. Vnum aliquando valet pro ſemiplena probatione, quod Iudicis arbitrio relinquitur,n.16. Vnum remotum ſine adminiculis nõ ſufficit ad torturam, n. 17.f 505. At duo remota probata per duos teſtes ſufficiunt ad torturã,n.18. Indiciũ de fornicatione eſt ſuſpectũ conſortiũ ib.n.40. fol.515. Fuga quando faciat indiciũ ad torturã, ponitur regula cum ampliationibus, & limitationibus,in n.41.f l.515.516.& 518. Indicium ad torturam eſt inimicitia capitalis iuncta cum alio adminiculo,& quãdo ſine adminiculis ſufficiat, n.43.& 46.f.519.520. Indiciũ ad torturã non facit inimicitia in multis caſibus,qui recenſentur in n.47.f.520. Indiciũ ad torturã deſumitur etiã ex minis,cũ adminiculis, n.48.f.521. Ampl. aſſertum, ib.num.49.& 50. Limitatur

in n.51.f.522. Indicium etiam ad torturam eſt furtum apud aliquem inuentum, ib. n.54.f.523. Indicia plura furti recenſentur n.56.f.524. Indicium pariter ad torturam facit mendacium circa factum principale, vel circumſtantias ſubſtantiales, ib. n.57.f.525. Item variatio Rei aliquando, ib. nu.58.f.526. Pariterque vacillatio aliquando, ib. nu.60.f.527. Sic etiam nominatio complicis in delicto adminiculata facit indicium ad torturam, ib. n.61. & recenſentur adminicula, à n.62. vſque ad n.77. Necnon etiam facit indicium ad torturam conſuetudo delinquendi, & mala fama cum adminiculis, & ponitur praxis circa hæc, ib. n.78.f.532. Aliquando etiam mandatarij dictum contra mandantem: & declaratur nu.80.81. & 82. f.534. & ſequ. Etiam teſtis vnus idoneus de mandato, ib. num.88.f.536. Et plura indicia numerantur, & recenſentur in eodem cap. à n.90. vſque ad num. 119. Indicia leniora ſufficiunt ad torturam in delictis de nocte commiſſis, ib. n.117.f.549. Indicia quando dicantur legitima ad torturam, ib. n.120 549

Indicium indubitatum quid ſit, p.5.c.4.n.13. & 15.f.552. Conuincit reum ſicut teſtes, ib. n.14.f.553. Non tamen ſufficiunt indicia indubitata ad pœnam ordinariam, ib. n.23.f.555. Remota, & indicia proxima copulæ carnalis quæ ſint, ib. n.30. & 31 558

Indicium ad torturam contra ſe facit reus, ſi in examine dicit mendacium in facto principali, p.5.c.5.n.29.f.576. Indicia debent eſſe vrgentia, vt poſſit Iudex interrogare reum in ſpecie in tortura, ib. n.46 582

Indicium inimicitiæ eliditur, quando interfectus habebat alios inimicos maiores, p.6.c.2.n.4.f.646. Aut quando inquiſitus pro iniuria ſibi facta elegit viã iuris, ib. n.5. aut quando confeſſus fuerit peccata ſua Sacerdoti, ib. n.6.f.647. Indicium vnum elidit aliud, & præſumptio vna elidit aliam, ib. nu.29.f.650. & n.110.111.112 666

Indicia, quando ſint arbitraria Iudici, declaratur p.6.c.3.n.7.f.676. Approbata à Iure, ſeu Iuris, & de Iure ſufficiunt ad pœnam ordinariam: ſecùs ſi ſint Iuris tantùm, ib. n.11.f.677. Indicia Iuris, & de Iure an dicantur indicia indubitata, ib. n.12. Quæ adaptantur ad præſumptionem hominis, an poſſint dici indicia indubitata, ib. n.13. & 15.f.678. Indubitata quæ ſint, ib. nu.14. An ſufficiant ad condemnationem, n.17.f.679. Indubitata non ſufficiunt ad ferendam ſententiam excommunicationis, ib. nu.18. f.680. Indicia etiam indubitata in quatuor caſibus ſufficiunt ad condemnationem, ib. n.19

Indicium vnum remotum non ſufficit ad torturam, ſed duo requiruntur, probato vnoquoque per duos teſtes, p.6.c.4.n.13 f.683. Indicia probata per teſtes ſingulares an ſufficiant ad torturam, ib. n.14. Indicium vnum remotum probatum per duos teſtes cum adminiculis ſufficit ad torturam, ib. n.16.f.684. Indicium vnũ remotum, quod valdè infert delictum, probatum per duos teſtes ſufficit ad torturam, ibid. n.17. Indicia quando ſunt plura, & vnumquodque per ſe ſufficiens ad torturam contra delinquentem, non poteſt tortura inferri pro quolibet indicio, ſed pro omnibus coniunctim torquendus eſt delinquens, ib. n.20. Indicia imperfecta non cumulantur ad inferendam torturam, ib. n.22 685

Indicia non ſolùm debent eſſe ſufficientia

Digitized by Google

ad torturã, ſed debẽt eã præcedere; aliàs confeſſio dicitur extorta, & nulla etiam in delictis difficilis probationis, p.6.c.4 n.33.f.689. Limitatur hæc regula multis modis n.34. Indicia contra reum debet Iudex exprimere ſummatim in decreto torturæ, ib.n.35.f.691. Et quando non ſunt vrgentiſſima, ſed tantùm ſufficientia ad torturam, tortura non eſt repetenda, p.6.c.5.n.24 704

Indiciati ad torturam, ſi habiles ſunt, debẽt torqueri, p.6.c.3.n.6.f.675. Si inhabiles, puniendi ſunt pœna extraordinaria, ib.n.8 676

Infames repelluntur à teſtimonio, p.4.c.3. n.22.f.327. Infames infamia facti remouendi ſunt à gradibus magiſterij, doctoratus, &c. p.3.c.4.n.9.f.19. Infamis infamia facti dicitur condemnatus de crimine graui, propter quod fama condemnati remanet læſa, etiam quòd de iure non habeat annexam infamiam, p.3.c. 4.n.15.f.190. Infamis infamia facti ſi eſſet electus ad Prælaturam, & proponit emendare vitam, non tenetur in foro interno reſignare officium, ib. n.19.f.191. Infamis effectus à iure ciuili intelligitur etiam infamis à iure canonico, & eius acta irritantur, p.7.c.3. num.178. f.831

Infames. V. Teſtes infames.

Infamia ſola facti ſine accuſatione, vel denunciatione an ſufficiat ad excludendum aliquem à conſequendis Prælaturis, p.3 c.4.n.14.f.190. Et an à munere Abbatiſſæ, ib.n.19.f.191. Infamia iuris quæ ſit, & quæ infamia facti, ib.n.14.f.190. Infamia an generetur ob crimen non habens annexam infamiam, nu.15. f.190. Infamia iuris impedit, ne quis promoueri poſſit ad Prælaturas, & etiam priuat dignitatibus habitis, nu.16. f.190. Infamia facti nõ remouet à dignitatibus obtentis, n.17.f.190. nõ irritat beneficij collationẽ ipſo iure, ib. n.18.19.f.190. nec excludit infamatum ab electione actiua, ib.n.23.24.25.& 26 192.193

Infamia in quibus caſibus contrahitur inter regulares, p.3.c.5.n.7 197

Infamia neceſſariò requiritur in ſpeciali inquiſitione, etiam in iudicio regulari, p.3.c.9.§.2.n.1.8. & 9.f.239. & 242. Aſſertio limitatur n.40.f.243. An cenſeatur probata ex Iudicis aſſertione, ib. nu.2 240

Infamia qualis eſſe debeat, vt aperiat viam inquiſitioni, ib. n.20 246

Infamia contra Prælatum quomodo ſit probanda, ib. num.23. 248

Infamia, quando præcedit, non requiritur, quòd ſit probata, vt teſtis teneatur reſpondere, par.3.cap.9.§.2. num.26.fol. 249

Infamiæ pœna reputatur pœna corporalis, p.7.c.3.num.130.fol.287. Infamia reddit infamem irregularem, & per conſequens impeditur infamis ab executione Ordinum obtentorum, & repellitur ab Ordinibus obtinendis, ib.nu.179.f.831 Infamiæ pœna incurritur ex lata culpa, quando ipſo iure incurritur: ſecùs ſi requiratur ſententia Iudicis, quia non incurritur ſine dolo, num.180. Et ſi Iudex ex cauſa intrinſeca minuit pœnam, non incurritur, ib.num.181.f.831. In infamiam, quando incurritur ipſo iure, requiritur ſententia declaratoria, vel notorium iuris, aut facti, ib.num.182. Et non incurritur niſi in caſibus expreſſis à iure, ib.num.183.f.832. Incurritur ipſo facto per ſententiam condemnatoriam in cauſa famoſa, ib. num.184. Etiam per ſententiam interlocutoriam, n.186. Infamia irrogatur per carcerationem in pæ-

pœnam facti, ib. num. 187. fol. 833. Infamiæ loco quando ſubrogetur ſeueritas pœnæ, ib. num. 188. Infamia an ſit perpetua, quando in actione famoſa imponitur delinquenti pœna temporalis, ib. n. 189. Infamia Iuris à quo tolli poſſit, n. 190

Infamibus facti non prohibentur omnes actus legitimi, par. 3. cap. 4. num. 29. fol. 198

Infamatus de vno crimine an poſſit interrogari de alijs criminibus occultis, de quibus non eſt infamatus, p. 3. c. 9. §. 2. n. 13. 14. 15 244

Infantes, & impuberes delinquentes an excuſentur à pœna, par. 7. cap. 2. num. 33. 732

Ingens temeritas quæ ſit, p. 7. c. 3. n. 66. 67. 778

Inhabiles teſtes enumerantur, p. 4. c. 3. n. 20 f. 326. 327. In criminalibus exceptis, & difficilis probationis admittuntur, ib. n. 23 f. 327. Quando veritas aliter haberi non poteſt, admittuntur in teſtes, ib. nu. 26. f. 328. Quando ſint admittendi cum tortura, & quando ſine ea, ib.

Inhabiles teſtes. V. Teſtes inhabiles.

Inhibitio an, & quando ſit decernenda in cauſa nullitatis, p. 7. c. 13. nu. 33. f. 690. Debet eſſe legitima, facta cum cauſæ cognitione, aliàs non valet, nec inducit nullitatem actuum, p. 8. c. 6. nu. 37. fol. 1029. Vt ſit legitimè interpoſita plura requiruntur ib. nu. 3. f. 1035. Nec valet quando non eſt legitimè interpoſita, & non inducit nullitatem actus, nec eſt timenda, nec caſſat attentata, etiam ſi à decreto appellationis non fuerit appellatum ib. n. 9 1036

Inhibendum non eſt Epiſcopis ab Archiepiſcopis in aliqua cauſa, quæ fuit coram eis in prima inſtantia, niſi in tribus caſibus, p. 8. c. 7. n. 10 1037

Inimici. V. Teſtes inimici.

Inimicitiæ probatio debet eſſe manifeſta, par. 4. cap. 9. num. 11. fol. 375. Inimicitiæ cauſa ſufficit, vt quis repellatur à teſtimonio, etiam ſi non appareat de inimicitia, ib. nu. 12. Sed an hoc procedat, quando cauſa inimicitiæ eſt incognita, ib. n. 13

Inimicitia capitalis non expurgatur per torturam, p. 4. c. 9. n. 15. f. 376. Inimicitia an ſit grauis, vel leuis Iudicis arbitrio remittitur, ib. n. 16. f. 376. Inimicitiæ reconciliatio quomodo probetur, ib. num. 23. f. 378. Inimicitia capitalis ex quibus inducatur, ib. num. 25. vſque ad 39. f. 378. & ſequ. Impedit examen teſtium: non autem inimicitia non capitalis, ib. num. 43. & 44. f. 383. Inimicitia non præſumitur, niſi probetur, ib. nu. 45. Inimicitia capitali probata, ſi Iudex procederet, omnia eſſent nulla, ib. nu. 46. 384

Inimicitiæ indicium. V. Indicium.

Inimicus repellitur à teſtimonio, p. 4. cap. 9 nu. 1. f. 373. Et probata inimicitia, ſtatim facit differre examen, ib. nu. 2. f. 374 Et impedit, ne reus conſtituatur, ib. nu. 2. 3. f. 374. & n. 42. 43. f. 382. & 383. Inimicus repellitur à teſtimonio, etiam ſi cauſata fuerit inimicitia ab eo, contra quem producitur, niſi fuerit ab eo ſtudioſè procurata, ib. num. 4. f. 374. Etiam ſi ortum habuerit à cauſa minùs probabili, ib. num. 5. Etiam ſi aſſerat ſe amicum, ib. num. 6. Etiam ſi ſit præſumptus, aut occultus repellitur, num. 9. & 10. f. 375. Etiam ſuſpectus de odio, ib. num. 14. fol. 376. Inimicorum conſanguinei repelluntur, & inimicorum amici, & inimici reconciliati de recenti, ib. num. 18. 19. & 20. f. 377. & ſequ. Inimicus reconcilia-

tus

Digitized by Google

tus quando admittitur, non eſt teſtis integer, ib. num. 24. f. 378. Inimicus admittitur ad teſtificandum, parte non opponente, ib. n. 41 382

Initium attenditur in delictis ad eorum excluſionem, par. 7. cap. 2. num. 60. fol. 741

Iniurians aliquem, dicendo: Tu mentiris, quando puniri debeat, p. 7. cap. 3. n. 161. 823

In irregularitatem, & excommunicationem non incurrit Clericus excedens moderamen inculpatæ tutelæ in ſe defendendo, p. 6 c. 2. n. 84

In iudicio regulari non eſt neceſſe, vt reus declaret teſtes ritè, & rectè examinatos, par. 5. cap. 8. num. 26. fol. 629

Innocentia Rei quomodo probetur, p. 7. c. 7. nu. 15 927

Inſtantia appellationis deſerta, appellatio redditur nulla, & Iudex ad quem incompetens, par. 8. cap. 6. num. 14. fol. 1023

Interpretatio ſemper fieri debet in benigniorem partem pro excluſione delicti: plura ponuntur exempla p. 6. c. 2. à n. 30 vſque ad 41 650

Interlocutoria ſententia ſi habet vim diffinitiuæ, poteſt etiam reuocari, quando poſt ſe ſpectat aliam ſententiam diffinitiuã, p. 8. c. 6. n. 44 1031

Interlocutoria ſententia ſuſcipit naturam diffinitiuæ, quando Iudex à quo, non obſtante appellatione ab interlocutoria, procedit ad ſententiam diffinitiuam, p. 8 c. 8. n. 5 1046

Interlocutoriam ſententiam confirmatam à Iudice appellationis, exequitur Iudex à quo, p. 8. c. 12. n. 1 1060

Interrogari an quis poſſit de ſocijs conuictus de aliquo crimine, p. 3. cap. 9. §. 2. num. 17. 18. 19 245

Interrogatus, ſi neget reſpondere, quale indicium faciat, par. 5. cap. 3. num. 109. 546

Interrogatoria debet Iudex formare in figuris ſyllogiſmorum, & traduntur exempla in parte 5. cap. 5. num. 37. fol. 578

Interrogationes debent fieri ordinatè, & primò fieri de qualitate Rei, & de remotis à delicto in genere, & traditur exemplum, ib. n. 38

Interrogari ſemper debet reus de cauſa delicti, de occaſione, de tempore, & loco, & ſemper à longè, & in genere, & traduntur multa exempla, ib. n. 39 579

Interrogatio fieri poteſt pluribus vicibus, ib. n. 40 580

Interrogare poteſt reum Iudex etiam poſt concluſum in cauſa, ib. n. 43 581

Interrogari vt poſſit reus in ſpecie in tortura, requiritur pluſquam ſemiplena probatio, ib. n. 47

Interrogatio de conſuetudine ſemper facienda eſt in genere, & per circuitum ſuper circumſtantijs, & qualitatibus delicti ſiue in genere, ſiue in ſpecie, dicitur facta ſuggeſtiuè, ib. nu. 49. Interrogando de complicibus, debet Iudex interrogare cum proteſtatione tradita, n. 51 583

Interrogatio an cenſeatur facta ſuggeſtiuè in dubio, ib. n. 51. Non debet fieri de ijs, quæ conſiſtunt in iure, ſed tantùm ſuper facto, ib. n. 59 585

Interrogatus reus ſi petat dilationem ad reſpondendum, non eſt ei concedenda, p. 5. c. 5. n. 11 570

Interrogationes debent eſſe extenſæ, vt reus dicat complices, & fautores, p. 6. c. 5. nu. 10 699

Interrogatoriorum exemplar, ſuper quibus repetendi ſunt teſtes, parte ſexta, c. 1.

Digitized by Google

cap.1.nu.37. 641

Interrogatoria impertinentia à reo preſentata debent deleri,ibid. 642

Interrogatus de delicto, ſi illud neget, & poſtea timere probationum cum qualitate fateatur,debet qualitatem probare,p.5.c.7.n.38 611

Interrogatus,ſi cum qualitate delictum fateatur, an debeat torqueri, vel extraordinariè puniri,ib.n.39.& 41

Imprudentia excuſat delinquentem à pœna ordinaria, par... cap.... numero 68 743

Impunitas eſt inſolentiæ mater, impudicitiæ radix,& tranſgreſſionis auctrix,p.2 c.2.n.8 103

Inquiſitio quid ſit,par.3.cap.9.§.1.num.1. 235

Inquiſitionis tria ſunt genera,ib.n.2

Inquiſitio generalis quid ſit, & quid ſpecialis,ib.n.3.& 4. Mixta duobus modis contingit fieri,ib.n 5 235

Inquiſitio an poſſit probari ex indicijs ſine infamia,p.3.c.9.§.2.nu.3.4.6.& 7.fol.240.241.242.Eſt nulla, non præcedente infamia, ib.n.11.fol.243. Sine infamia parte tacente,an valeat, ib.n.12.& 29 243.&250

In Inquiſitione generali non inquiritur ſpecialiter, ſed generaliter,p.3.c.9.§.2.n.6.fol.235. Si in generali inquiſitione inſurgit contra aliquem infamia, poteſt procedi ad inquiſitionem ſpecialem, ib.n.12 237

Inquiſitio ſpecialis de omnibus delictis fieri poteſt de iure Canonico, quoties infamia præcedit.ib.n.12.fol 237 Ad ſpecialem inquiſitionem formandam ſufficit ſuſpicio communis Populi,ib.n.5 & 28 242.& 250

Inquiſitio generalis quoad delicta, & ſpecialis quoad perſonas, quando fieri poſſit,par.3.cap.9.§.4.nu.8. 267

Inquiſitio ſpecialis ſuper annexis, & connexis emergentibus, & dependentibus, fieri poteſt ſine infamia præcedente,p.3.c.9.§.5.n.1 269

Inquiſitio formari poteſt contra ſeruos domini,quando dominus in illa inuenitur occiſus,p.3.c.9.§.11.n.2.fol 294.Formari poteſt de mandato Principis infamia non præcedente, par.3.cap.9.§.13.n.1 299

Inquiſitus,pendente inquiſitione, eligi non poteſt ad aliquam dignitatem, p.3.ca.4.n.3 186

Inueriſimilia deponens eſt ſuſpectus,p.4.c.14.n.8 420

Inueriſimilia quæ dicantur,ib.n.9

Interfector. Vide: Occiſor.

Interficere. Vide: Occidere.

Index Ordinarius remanet Ordinarius, quando in reſcripto nihil additur, aut minuitur ſuæ iuriſdictioni ordinariæ, p.1.c.1.n.69 27

Iudicis legitima poteſtas quadruplex, ib.n.2 8

Iudices appellationis extra religionem, qui ſint,ib.n.26 15

Iudices ſeculares an habeant iuriſdictionem in Regulares,ib.n.64.fol.24. Non poſſunt procedere contra regularem etiã in fraudem factum poſt delictum; & quid ſi eſſet carceratus, vel habilitatus, aut degradatione dignus,ibid.n.65.fol.24. vbi multa exempla traduntur circa hoc, an poſſint procedere contra Tertiarium factum poſt delictum commiſſum, ib.n.66.fol.26.An poſſint procedere contra Neuitium factum poſt delictũ commiſſum,ib.n.67 27

Iudex Ordinarius procedit contra non ſubditum delinquentem in ſuo Monaſterio, p.1.c.1.n.92 33

Iu-

Digitized by Google

Iudex tenetur inquirere veritatem etiam pro innocẽtia rei,p.1.c.3.n.4.f.61.debet indicium proferre, vt de vultu Dei exeat,ibid.n.5.fol.61. Debet ſequi legem fori,non legem poli,ib.n.8. In iudicando debet attendere ad veritatem notitiæ,ib.n.9.fol.62. Quæ non cognoſcit, vt Iudex,ignorat,ib.n.12. Debet ſequi veritatem ſibi notam,ib.n.13. Iudicans contra priuatam ſcientiam, & ſecundùm allegata, & probata, iudicat ſecundùm veritatem,ib.n.15. In iudicando fungitur auctoritate publica, ib. n. 16 fol. 63. Si non iudicaſſet ſecundùm allegata, & probata, bonum commune deſtrueretur, ib. num.17. Non facit contra conſcientiam, quando iudicando facit contra conſcientiam ſpeculatiuam, ib. n. 18.fol.64. Tenetur inuenire remedium liberãdi innocentẽ ſibi cognitum ſcientia priuata,& quæ meliora ſunt, recenſentur in num.20. & ſequent.fol.64.& ſequent.

Iudex ſupremus poteſt iudicare ſecundùm propriam conſcientiam, & qui gerit vicem Principis, p.1.c.3.n.25.& 26.fol. 67. Inferior poteſt vti ſcientia priuata in ijs,quæ ſunt modici præiudicij, n.27. fol.67. Qui poteſt procedere ſola veritate inſpecta, an poſſit iudicare ſecundùm priuatam ſcientiam,ib.n.29

Iudex eſt lex animata, par.1.cap.4.nu.6. 70

Iudicibus ignorantibus minatur Deus, ib. n.6

Iudices non curantes habere ſcientiam ad ſuum officium benè exercendum grauiſſimum iudicium in ſeipſos accerſant, ib. n.12 71

Iudex debet operam dare, vt legum conſtitutiones ante omnia benè diſcat, & firmiter in mente teneat, ib.nu.16. fol.72. Debet habere duplicem ſalem, ſcilicet ſcientiæ,& conſcientiæ, ibid. n.23. fol. 73. Debet habere ſcientiam boni,& æqui, ib.n.24

Iudices illiterati appellantur cæci,ib.n.29 74

Iudex miniſter Dei eſt in terris,p.1.c.5. n. 1.fol.78. Debet Deo aſſimilari,n.7 f.79 Debet eſſe bonus ib.n.8

Iudici bono Deus ſuggerit bona conſilia,ib. n.9

Iudicis bonitas qualis eſſe debeat, n.13.f. 80. Non debet ſuperari o[…] aſſectionib.ib.n. 15.fol.81. Debet ius ſuum æqua lance vnicuiq; tribuere,ib.n.16 f.81 Debet ſtateram iuſtitiæ in manu tenere, ib.n.17. Nõ debet obedire propriæ voluntati,ib. n. 18. Si iudicaret iniuſtè ſequerẽtur tria mala,ib.n.19. Falſus Iudex non eſt Iudex,ib.n.20. Falsò proferret ſententiam in Dei nomine, ib. n. 21. Tenetur ferre ſententiam,non ſolum iuſtam, ſed etiam iuſtè,ib.n.23.f.82. Debet aſſimilari legibus,ib.n.24. Qui ſuo arbitrio iudicat, eſt iniuſtus,ib.n.25. Iniuſtus doloſa ſtatera vtitur, ib.n.26. Debet eſſe manſuetus,ib.n.27.fol.83. Non debet ſtatuere aliquid duriùs,aut remiſſiùs, ib.nu.28. Nimia humilitas frangit eius auctoritatem,ib.n.30. Debet in iudicando procedere cum benignitatis,& miſericordiæ temperamento,ib.n.32.fol.83. In interrogando, & inquirendo debet oſtendere vultum terribilem,ib.n.34.fol.84. Debet abſtinere à muneribus,ibid.num.35. 85

Iudicis nomine eſt indignus, qui cum iuſtitia bonitatem non coniungit,ib.num.36. 85

Iudex imprudens eſt ſicut Simia in banco, p.1.c.7.n.7.fol.86. Quando pronunciat ſuper delicto nominato, pœna venit in

con-

conſequentiam; ſecùs quando pronunciet ſuper delicto innominato, ib. numero 8. 92
Iudex debet ſpecialiter inquirere de delicto, ſuper quo praeceſſit inquiſitio generalis, p.2.c 2.n.11 104
Iudex non inquirens tenetur de negligentia ib.n.15 105
Iudex, Accuſator, Accuſatus, & teſtes in vnoquoq; iudicio criminali requiruntur, p.2.c.3.n.4 117
Iudex quando poſſit incipere ab articulis, p.2.c.4.n.19.fol.124. Incipiens procedere ordinariè contra ſubditos delinquentes ad extraordinarium ordinem redire poteſt, ib.n.21 124
Iudex ex officio poteſt ſupplere ea, quae deficiunt in accuſatione, par. 1.cap.5.nu.5. 129
Iudicij ſubſtantialia in ſummario iudicio ſunt ſeruanda, ib.n.1 128
Iudicis arbitrio relinquitur, an reus poſſit ſe defendere ſine expreſſione diei, ib.n.8. 130
Iudex poteſt procedere ex officio contra calumniatorem, parte 3. cap. 1. num. 15. 165
Iudex inferior quando poſſit non acceptare accuſationem, vel acceptatam reſcindere, ib.n.46.fol.173. Quando peccet mortaliter admittendo accuſationem, vel denunciationem, ib.n.53 175
Iudex poteſt ſpecialiter inquirere contra delinquentem, quando delictum eſt euidens, & patrator occultus, ſi adſint indicia ſufficientia contra aliquem, p.3.ca. 9.§.4.n.5 266
Iudex ex officio poteſt punire delinquentem coram eo nulla infamia praecedente, & iuris ordine ſeruato, p.3.c.9.§.7. n.1. 275
Iudex quomodo procedere poſſit ſuper facto notorio, p.3.c.9.§.8.n.5.f.278.279. & 280.nu.7.& 9
Iudex in delicto commiſſo in flagranti procedere poteſt ex abrupto, ſicut in delicto notorio, p.3.c.9.§.9.n.1.& 6.fol.287.& 288
Iudex ex officio poteſt procedere contra producentem ſcripturam falſam, p.3.c.9. §. 13. n.10. fol. 300. Et contra cuſtodem carceris, ſi carceratus fugit, ib. num. 11. Et contra accuſatum exculpatum ab iniuriato, ib.n.12. & contra ſponte confeſſum in iudicio, ib.n.13. & contra nominatum à complice in delicto, ib.n.15. fol.301. & contra extraiudicialiter confeſſum, ib.n.14
Iudex, vt poſſit bene officium ſuum exercere in teſtium interrogatione, quae neceſſaria ſint, p.4.c.1.n.15.fol.38. Poteſt teſtes examinare de certa hora rei geſtae infra biennium, ib.n.6.f.l.309. Debet admonere teſtes de veritate dicenda, ib. n.8. Quando examinando teſtem aduertit eſſe ſuſpectum, quid facere debeat, ib. n.12.f.l.310. Debet interrogare teſtes iuris ordine ſeruato, ib. n.20. Interrogando teſtes quas reſponſiones debeat admittere, vel non admittere, ib. nu.21. fol.314. Debet examinare teſtes per ſeipſum, ib.n.26. Quomodo debeat examinare teſtes, & de quibus declaratur, ib. n.27 315
In examine teſtis quid debeat praecipere Actuario, & teſti, ibid.n.29 316
Iudicis arbitrio remittitur circa fidem adhibendam teſtibus, & ſi ſint probatae fidei poteſt eis fidem adhibere, p.4.c.5.nu. 22 352
Iudex ex cauſa poteſt teſtibus plenè deponentibus fidem non adhibere, p.4.c.14.n. 9.f.l.420. Poteſt interrogare teſtem ſuſpectum de qualitatibus extrinſecis, ib. n.15 422
Iudex ſi recuſatur vt ſit legitima recuſatio ali-

aliqua requiruntur de iure ciuili, ſed aliter proceditur de iure canonico, p.5.c.1.n.25.& 26.f.468.& 469. Index recuſatus quid facere poſſit, & debeat cum ipſo recuſante, & cum arbitris, ib.n.29.33.& 49. Quando poſſit reaſſumere ſuã iuriſdictionem, & quando non, ib. nu.34 f.474. Quando poſſit cauſam alteri delegare, ib.nu.35. An poſſit recuſari poſt concluſum in cauſa, aut poſtquam ſententia ſit ſubſcripta, ib. num.39.& 40. f.478.& 479. Offenſus cauſa officij poteſt ipſemet cognoſcere de offenſione, ib. num.46.f.480. Si tacitè, vel expreſsè ſe declarat competens, an, & quando pars poſſit appellare, ib.nu.56.f.484.& nu.57

Index antequam interroget reum, debet habere notitiam ipſius naturæ, qualitatis, & morum, ac omnium indiciorum, ac circumſtantiarũ delicti, p.5.c.2.n.2 492

Index poteſt credere teſtibus ſingularibus, ſi ex eis reducitur ad credulitatem, p.5.c.3.n.12.f.503. Indicis arbitrium quomodo debeat regulari in inferendo tortura reo, ib.n.121 549

Index ante interrogationem debet reũ admonere, vt ſimpliciter veritatem dicat, p.5.c.5 nu.1.f.567. Non debet contra reum excandeſcere, ib.n.2. Nec debet cũ reo familiaritatẽ contrahere, ib.n.3. Debet cõſiderare qualitatẽ rei, & aſſignatur ratio, ib.n.4. Debet reo dare iuramentum de veritate dicenda, ib.n.5. An, & quãdo poſſit torquere reũ nolentem reſpondere, ib.n.14.f.571. An debeat potius reum reſpondere nolentem torquere, vel in contumacia condemnare, vel aliud facere, ib.n.16.& 18.f.572. Torquendo reum nolentem reſpondere, debet proteſtare, ibi.n.17. Interrogando reum, non debet illi auferre ſuas defenſiones, ib.n.19.f.573. Non poteſt interrogare reum de alio delicto, de quo non laborat infamia, ib.nu.20. Nec poteſt reum regulariter interrogare de complicibus, ib.n.21.f.574. Et quando poteſt debet eum interrogare tãtum in genere, ib.n.22.23.fol.574.575. Quando poteſt in ſpecie interrogare reũ confeſſum, poteſt etiam eum torquere ſi neget, ib.n.24. Pro eruenda à reo veritate, poteſt eum fame, & vigilia afficere; ſed non poteſt vti ſimulationibus, & cautelis deceptorijs, ib.nu.25.& 26. Quid poſſit facere, vt veritatem à reo extorqueat, ib.n.27. Indicis, & Actuarij exceſſus in examine per præſumptiones probari poſſunt, ibidem numero 28. fol. 576

Index debet examinare reum ſecundùm qualitatem perſonæ, & quando reus eſt ſuſpectus, & malitioſus, poteſt eum inuoluere, & interrogare de rebus etiã impertinentibus, p.5.c.5.nu.34.fol.577. Debet in memoria cuſtodire omnia indicia, quæ militant contra examinandum, ex quibus poſſit conſtruere interrogatoria, & reũ conuincere, ib.nu.35.fol.578 Non debet dimittere examen ſi reus incipiat dicere veritatem, ſed illud debet continuare, & non interrumpere, etiam ſi miſceat aliena, ib.n.36. Debet formare interrogatoria in figuris ſyllogiſmorum, & traduntur exempla, ib.nu.37. Poteſt reum interrogare, etiam poſt concluſum in cauſa, ib.n.43.fol.581. Interrogando per ſuggeſtionẽ perdit animam propriã, & proceſſus per ſuggeſtionem factus eſt nullus, n.44. Si facta interrogatione præuenit reũ in reſpõſione, dicitur ſuggerere, ib.n.50.f.583. debet mãdere a[illegible] vt omnia ſcribat in actis, v[illegible] interrogatus mutat colore[illegible] f.584. Non debet e[illegible]

Bbbbbb rei

rei: Quod non eſt culpabilis,ib.n.60. Nō debet interrogare reum de ijs,quę ad iudicium peritorum ſpectant,ib. num.61. f.585. Quomodo reum negatiuum interrogare debeat, & quomodo confeſſum, ib. num.62. & 63. Secundùm varietatem reſponſionum debet variare interrogationes,ib.n.65.f.586. Quomodo debeat formare interrogatoria, quando reus eſt verſutus,ib.n.66

Iudex an teneatur facere confrontationem Rei cum teſtibus, & quando eam facere poſſit,p.5.c.8.nu.7.f.618. Si vult torquere reum in actu confrontationis,quid ſeruare debeat,ib. n.20 622

Iudex copiam proceſſus omnino offerre debet reo in termino dato ad ſe defendendum p.6.c.1.n.10.f.635. In multis caſibus non debet dare reo copiam proceſſus,aut non dare integram,ib. n.12.13. f.636. Non debet admittere interrogatoria omnia,ſed aliqua, & qualia ſint, ib. n.79 640

Iudex quando poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta,citatio non eſt neceſſaria.p.6.c.1.n.17.& 18 673

Iudex in ſyndicatu debet puniri,ſi terxerit conuictum pro ſocijs manifeſtandis ſine proteſtatione: aut terxerit indiciatum ſine declaratione,quòd torqueat, quia aliter veritas haberi non poteſt,p.6.c.4. n.11.f.683. In tortura inferenda debet conſiderare qualitatem,& complexionem inquiſiti,ib.n.24.f.685. Nam multi nō poſſunt torqueri, qui recenſentur nu.25. f.686. Iudex quam cautelam debeat adhibere, ſi fiat appellatio à decreto torturæ,ib.nu.30.687. An poſſit reuocare decretum de inferenda tortura,ib. n.31. f.688. Indicia contra reum debet exprimere ſummatim in decreto torturæ, ib n.35.f.691. Antequam faciat decretum torturæ, debet reum monere, & in epilogo, de omnibus indicijs, & præſumptionibus,ib.n.36.f.691. Et ratio adducitur,ib. n.37

Iudex horologium pulueris debet tenere, quando infert reo torturam; & quomodo illud tenere debeat,p.6.c.5.nu.3.f.696. Quid agere debeat, ſi reus in tortura incipiat dicere veritatem, ib. nu.5.f.698. Quid agere debeat, ſi reus in tortura manifeſtet aliqua delicta,de quibus non extant indicia,ib. n.6. Torquere poteſt reum conuictum pro complicibus,aut alijs delictis, de quibus eſt tantùm indiciatus, ib. nu.9.f.699. An poſſit reum torquere pro alijs delictis, vel pro complicibus,ſi delictum poterat complere ſine ſocijs, nec habeat indicia de alijs delictis,ib.n.21.f.703. Interrogare debet reum de alijs delictis, vel de complicibus in genere,& non in ſpecie, niſi extarent indicia in ſpecie, ib. n.22. Conuictum, & confeſſum non debet interrogare dubitatiuè, an tale delictum commiſerit: ſed aſſertiuè: Quare ita feciſti? ib. n.23. Tria debet conſiderare in repetitione,atque diuiſione torturæ,ib. nu.27. f.704. Iudex, & Actuarius quid facere debeant reo in tortura deficiente, ib. nu. 39 f.707. Et quomodo à tortura debet deponere reum,ib.n.40. & 41.f.707.& 708. Iudicis arbitrio remittitur quantum temporis ſpatium debeat reus detineri in tortura, inſpecta qualitate perſonæ delicti,& indiciorum,ib.n.42.fol. 708. Index ſuggeſtionem maximè in tortura euitare debet,ib.n.44.f.709. Et quomodo poſſit reum de ſe, & de ſocijs interrogare,ib.n.45

Iudex quomodo poſt torturā, ante ratificationē,debeat reū reponere,p.6.c.6.n.2.f. 711. Proteſtare debet,quādo dimittit,& vult

vult poſteà repetere torturã,ib. n.19.f.714. Quòd habeat liberum arbitrium adhibendi fidẽ teſtibus, debet intelligi quòad perſonas,non quòad dicta,ib.n.17 f.726. Iudicis arbitrio de iure canonico punitur conuictus,quãdo proceditur per viam inquiſitionis: ſed hoc de conſuetudine non ſeruatur,ib. n.20 726

Iudicis arbitrio punitur contrauenięs legi, vel ſtatuto,quod aliquid prohibet, & nõ adijcit pœnam,p.7.c.3.n.169 827

Iudex ſecularis,cui degradatus fuit traditus, poteſt cognoſcere ſuper qualitate delicti,ob quod fuit degradatus,p.7.c.3 n.204 841

Iudex laicus quãdo preuenit in cauſa mixti fori,nõ impedit Iudicẽ Eccleſiaſticũ, vt procedere poſſit etiam eodem tempore ad pœnas ſpirituales, & excommunicationem,p.7.c.8.n.23 960

Iudices ſi ſunt tres, & diuerſimodè iudicant,ſententia,quæ eſt in minori numero eſt exequenda,p.7.c.11.n.2 f.946. Quia in maiori numero ineſt minor,ib.n.4. Iudices ſi ſunt tres, & vnus abſoluit deffinitiuè reum, alius ab inſtantia iudicij & alius condemnat,cui ſtandum ſit,ib.n.5. Iudex ſi vnus, & idem protulit duas ſententias contrarias, ſtandum eſt primæ,& quando ſecus,ib.n.6

Iudicis annotatio ſuper proceſſu non valet pro ſententia,p.7.c.12.n.3.f.950. Iudex ſi ſine cauſa minuit,aut mutat pœnam in plures pœnas incurrit, ib. nu.15 f.952. Non debet eſſe clementior lege,ib.n.16. Quãdo poſſit reo minuere pœnã,ib.n.17. Si non exprimat cauſam mutationis pœnæ à iure ſtatutæ, nec appareat cauſa in actibus,ſententia eſt nulla,ib. n.18

Iudex nullitatis nõ acquirit iuriſdictionẽ ſuper negocio principali,p.7.c.13.n.25. f.959. Iudex appellationis,qui non poteſt adiri per viam querelæ, non poteſt renouare acta nulla, ſed tantùm poteſt caſſare ſententiam,reſeruato iure meliùs agendi,ib. n.32 960

Iudex quando teneatur Apoſtolos tradere appellanti,p.8.c.1.nu.21.f.982. Iudex tribus modis poteſt appellanti præfigere terminum ad redeundum pro Apoſtolis,ib.n.23.f.982. Iudex ſi in termino aſſignato nõ reſpondet pro Apoſtolis,appellans cenſetur remiſſus,ib.n.24 983

Iudex à quo poteſt procedere contra appellantẽ in omni cauſa noua,p.8.c.2. n.43. f.993. Iudex Eccleſiaſticus ſi præcipiat Iudici laico, vt reſtituat extractum ex Eccleſia,& Iudex laicus appellat,& pẽdẽte appellatione,condemnat reũ, poteſt illũ excõmunicare,ib.n.44.f.997. Iudex ad quem,iuſtificata cauſa appellationis, reuocat ſententiam Iudicis, à quo fuit appellatum,ib. n.60 996

Iudex,ad quem fit appellatio,attendere debet, ſi Iudex à quo ſeruauit ea, quæ ſeruare debebat, ſecundũ ſua ſtatuta,& ſtylum ſui fori,p.8.c.3.n.3 998

Iudex ad quem non debet adire appellantẽ, niſi ſibi conſtet,corã Iudice à quo propoſitã fuiſſe appellationem,p.8.c.4 n.3.f.1008. Iudices ſi ſint plures,an corã omnibus proponi debeat appellatio,ib.n.4. Iudex à quo nõ debet deferre appellationi friuolæ,& declaratur quando appellatio ab interlocutoria dicatur friuola, ib.n.9 1012

Iudex à quo poſt appellationẽ à ſententia diffinitiua habet manus ligatas,p.8.c.6. n.1.f.1021. Nihilominus poteſt multa facere, ib. n.2. Poteſt cognoſcere, an ſit appellationi deferendũ vel non, ib. n.3. Poteſt appellanti præfigere terminum ad redeundum pro Apoſtolis,ib.n.4. Et ad proſequendã appellationẽ,& ad docendũ

de proſecutione appellationis,ib.n.5. & 15. Poteſt abbreuiare tempus primi anni,ib.n.10.f.1022. Elapſo anno,ad finiendã appellationẽ,poteſt procedere ad executionẽ ſuæ ſententiæ diffinitiuæ, vel procedere ad vlteriora,ſi eſt ſentẽtia interlocutoria,ib.n.11. Poteſt præfigere appellãti terminũ ad proſequẽdã appellatiõnẽ,& præcipere,vt fidẽ faciat de proſecutione appellationis,ib.n.15.f.1023 Dũ ei non conſtat de proſecutione appellationis, elapſo termino ab eo aſſignato, poteſt ſine pęna, & reprehenſione exequi ſuã ſentẽtiã,ib.n.16. Poteſt,appellatione pendente,reuocare grauamen,quod ipſemet intulit parti,ib.n.17. Poteſt etiã examinare teſtes ſenes,&valetudinarios ad perpetuã rei memoriã,ib.n.18. Poteſt mancipare carceribus ſuſpectũ de fuga, ib.n.19.f.1024. poteſt prouidere inhibẽdo,ne quis in ſua poſſeſſione turbetur,ib. n.20. Poteſt abſoluere excõmunicatũ,ib. n.21. Quando appellatio eſt prohibita, poteſt eã non admittere, & procedere ad executionẽ ſuæ ſententiæ,ib.n.22. Idem facere poteſt in notorijs,ib.n.23. Idẽ facere poteſt,quando dubitat cauſã appellationis eſſe falsã,poteſt exequi ſuã ſententiã,ib.n 24.f.1025. Idẽ facere poteſt in appellatione à ſententia contra adminiſtratorem loci pij,ib.n.25. Poteſt reuocare ſententiam interlocutoriam,& eam reuocãdo,annullat proceſſũ factũ medio tempore à Iudice appellationis,ac etiam ab alio Iudice impetrato ab appellante, ib.n.39.f.1030. Poteſt reuocare interlocutoriã,& illatũ grauamẽ,quandocũq; ib.n.40. Non ſolũ poteſt reuocare interlocutoriã,ſed etiã ipſam reuocationẽ,ib. n.43.cũ multis ampliationibus,& limitation. Poteſt aliquando etiã ſuã ſentẽtiã diffinitiuã reuocare.V.n.35. 1031

Index appellationis ſuccedit loco Iudici quo,in cauſa tantùm appellata, quia Index per deuolutionẽ, & non habet iuriſdictionẽ, niſi ſuper cauſa appellata p.8.c.7.n.3.f.1034. Poteſt ſententiã e cauſa falſa,confirmare ex cauſa vera noua ſuperueniente:Et poteſt in cauſis ſũmarijs ferre ſententiã ſuper probatis,ib. n.4.f.1034. Poteſt pronũciare ſuper articulis acceſſorijs,omiſſis à primo Iudice ib.n.5.f.1035. Poteſt reuocare attentata poſt ſentẽtiã diffinitiuã,ſi attentata tãgant articulũ appellationis, non autem attentata poſt ſententiã interlocutoriã, quia hoc pendet à futuro euentu,ib. n.6. Poteſt inhibere Iudici à quo,ne vlteriùs procedat in cauſa poſt appellationem ab interlocutoria, ſed inhibitio debet eſſe legitimè interpoſita, ib. n.7. Index appellationis, ad quẽ eſt appellatũ à diffinitiua,an poſſit reuocare grauamẽ illatũ per interlocutoriã, quamvis trãſierit in rem iudicatã,ib.n.15.f.138. Si pronunciat malè iudicatũ,& benè appellatũ in appellatione ab interlocutoria, cauſa principalis remanet coram eo. Si autem pronunciat,benè iudicatum,& malè appellatum, cauſa remittitur ad Iudicem à quo,ib.n.16 1039

Index,oblata probatione exceptionis,ſtatim debet aſſignare breuẽ terminũ ad eã probandã; aliàs pars appellãs releuatur ab onere probandi,& ſtatim cenſetur iuſtificata appellatio, p.8.c.7. nu.22.f.142. Limitatur tamen multifariam aſſertio in n.23. vſque ad 29

Index appellationis nõ poteſt cõfirmare,nec infirmare ſententiã, quæ per deſertionẽ cauſæ tranſiuit in rẽ iudicatã,p.7 c.S.n. 8.f.1047. Si habet ſtatuta contraria ſtatutis Iudicis à quo, quæ ſtatuta ſeruare debeat,ib.n.10.11.f.1048. In deci-

cidendo debet ſeruare leges, & ſtylũ, quẽ primus Iudex à quo ſeruare debuit, ib. nu.11. Dſinit eſſe Iudex, appellatione deſerta, ib.n.14 1050

Iudex à quo, appellatione deſerta, poteſt ſuã ſententiã exequi, abſq; eo quòd pronunciet ſuper deſertione, p.8.c.8.n.15. f.1051. & poteſt cognoſcere ſuper deſertione appellationis, ib.

Iudex ordinarius ſentẽtiã notoriè nullam, etiã à ſe latã, poteſt reuocare, etiam poſt lapſum x. dierum, p.8.c.9.n.4 1053

Iudex à quo exequitur ſententiam condemnatoriam in pęnam corporalem, p.8.c.12 nu.3 1061

Iudex. V. Prælatus: Prouincialis: Superior: & in ver. Punitus.

Iudicis nimia humilitas frangit eius auctoritatem, p.1.c.5.n.30 83

Iudicis proteſtatio. V. Proteſtare: Proteſtatio: Conuicti.

Iudicis à quo ſententia ſi fuit nulla, ſed iuſta quoad merita, Iudex poteſt declarare ſententiam nullam, & ſententiam quoad merita confirmare, par.8.cap.11.num.4. 1060

Iudicare non eſt aliud, quàm ius dicere, p.1 c.4.n.15 71

Iudicandum eſt in dubio pro reo, & quando indicia non ſufficiunt ad torturam, p.6. c.2.n.108.f.665. Et contra fiſcum, & ponuntur exempla, n.144. & 145

Iudicium quid ſit, deſcribitur, p.2.c.3.n.1. f.116. Quod incipiat à citatione, quomodo intelligi debeat, ib.n.5.f.117. ſtrictè ſumptum incipit à litis conteſtatione, ib.n.9 118

Iudicium regulare ex triplici capite ſumit exordium, p.3.c.1.n.1 158

Iuramenta teſtium ſunt de ſubſtantia iudicij, p.2.c.5.n.14.f.131. Iuramentũ nõ præſumitur, niſi de eo appareat, ib.n.16 f.132. Iuramentum in criminalibus an teſtibus remitti poſſit, ib. nu.23.f.133. Iuramentum debet interpretari ſecundùm mentem Iudicis, ib.n.25

Iuramentum reo deferri non debet in criminalibus, niſi præcedat ſemiplena probatio, p.5.c.2.n.15 495

Iurare debet teſtis antequam deponat, & quoties examinatur, p.2.c.5.n.15.& 18 f.132. Et etiam in dignitate conſtitutus, n.24. Et debet iurare manu, non cubito, vel pede, ib.n.18 132

Iuraſſe priùs teſtis præſumitur in dubio, ib.n.20 132

Iure quæſito non poteſt quis priuari non citatus, & auditus, par.3.cap.15.nu.11. 199

Iuris ſola ſcientia habet nomen iuriſprudentiæ, p.1.c.7 n.6 86

Iuris præſumptio eliditur per iuramentum in contrarium, par.7.cap.3.num.25 767

Iuriſdictio conceſſa Prælatis Regularibus. intelligitur conceſſa priuatiuè ad Epiſcopos, p.1.c.1.n.12 11

Iuriſdictio Epiſcopi contra Regulares eſt contra iuris præſumptionem, ideò in caſu particulari conceſſa debet concludenter probari, p.1.c.1.n.34 17

Iuriſdictio data Ordinario contra Regulares exemptos non facit Ordinariũ delegatũ ſecundũ aliquos: ſed contrarium verius, p.1.c.1.nu.75.f.29. Iuriſdictio Ordinarij quãdo alteratur in procedẽdo, erit delegatus in procedẽdo, ſed Ordinarius quoad ſententiandum, ib.n.82 31

Iuriſdictio Iudicis Ordinarij nõ ceſſat per mortẽ eius, qui eũ conſtituit, ib. n.85.f. 32. Iuriſdictio delegati non expirat, re nõ integra, morte delegãtis, ib.n.89.f.33 Iuriſd. per mortẽ Iudicis Ordin. tranſit ad ſucceſſorem. Sed iuriſdictio per mortem

tem

tem Delegantis expirat, ib. numero 90. 33

*Iuriſdictio Ordinaria, & Delegata differunt in ſubſtantia, & quomodo, p.*1.*c.*1. *n.*94 34

*Iuriſdictionem Ordinarij, vel Delegati impedientes, quæ pœna puniri poſſint, p.*1. *c.*1.*n.*98 34

*Iuriſdictio Iudicis delegati ad hoc, vt perpetuetur, etiam poſt mortem delegantis, quid requiratur, ib.n.*120 43

Iuriſdictio Delegati vniuerſalis quando dicatur cœpta, & res non integra, ib. nu. 124 44

*Iuriſdictio Diffinitorum non competit cuilibet ſeorſum, ſed collegialiter, p.*1.*c.*2. *n.*23 57

Iuriſdictio Iudicis à quo, non ſuſpenditur per appellationem in ſententijs interlocutorijs, ſi Iudex ad quem, non inhibuerit, par. 8. *capite* 6. *num.* 36. 1029

Iuriſdictiones non debent turbari, & quilibet inter ſuos limites conſiſtere debet, p. 8.*c.*7.*n.*13 1037

*Ius nemo dicere poteſt, niſi poteſtatem habeat iudicandi, par.*1. *cap.*1. *num.*1. 8

*Ius omne, quod prohibet appellationem, eſt odioſum, & ſtrictè intelligendum, p.*8.*c.* 2. 986

*Iuſtitiam de criminoſis facere, Sanctiſſimũ eſt, in Pref.n.*2 1

*Iuſtitiæ punitiuæ ſcopus eſt, vt delinquentes puniantur, & corrigantur, p.*1.*c.*7. *n.*2 91

*Ius ciuile ſeruatur etiam in foro Eccleſiaſtico, quando per ius Canonicum non eſt correctum, par.*7.*cap.*3.*nu.*150 820

L

*Laici an poſſint accuſare Regulares, p.*3. *c.*2.*n.*2. *fol.*176. *Et an admittantur ad teſtificandum contra regulares, ib.n.*3 *&* 5

*Laici contra Clericos, & Religioſos an poſſint eſſe teſtes in criminalibus, p.*4.*c.*3. *n.*6.*&* 10. 304.305

Lata culpa in iure varijs nominibus vocatur, parte 2. *capite* 2. *numero* 38. 110

*Lata culpa, & dolus numquam cenſentur remiſſa, ib.n.*41 111

*Lata culpa deſcribitur, ibid. & p.*7.*c.*3.*n.* 52 773

*Largitiones munerum facientes Religioſi, quæ pœna puniri debeant, p.*7.*c.*4.*nu.*18. 443

*Legati de latere, & Nuncij auocare non poſſunt cauſas Ordinariorum, ſiue aliorum inferiorum, niſi per viam legitimam appellationis, par.*8.*ca.*7.*nu.*12. 1037

*Leges ciuiles ſeruandæ ſunt etiam contra Clericos, & Religioſos, etiam de iure canonico, quando lex Pontificia non obſtat, aut quando caſus de iure canonico eſt dubius, vel ſtatuit æquitatem, p.*7.*c.*3.*n.* 10 761

*Legitimæ appellationes, exceptiones, defenſiones ſunt admittendæ in cauſa ſummaria, p.*2.*c.*5.*n.*38 136

*Lenocinium qua pœna puniri debeat, p.*7.*c.*4. *n.*17 873

*Leuiſſima culpa quæ ſit, par.*2.*ca.*2.*nu.* 54. 115

Lex noua recipit interpretationem à lege veteri, parte 1. *capite* 1. *num.* 56. 21

Lex contra naturam eſt, quempiam artem exer-

exercere, quam ignorat, p.1.c.4.n.19. 72

Lex, vel ſtatutum duplicem pœnam imponens, ſi vna commutetur, vel minuatur, altera cenſetur remiſſa, p.7.c.3 n.13.fol. 762. Pœnam imponens non extenditur ad delicta commiſſa ante ipſam legem, ib. Ampliatur: Limitatur tamen multis modis, vt in n.14.15 763

Lex declaratoria trahitur ad præterita, ib. n.15

Lex, vel ſtatutum vigens tempore delicti attenditur in pœnis imponendis, ib.n.18 764

Lex quando non determinat ſpacium temporis, quo pœna durare debeat, quomodo intelligatur, par.7.cap.3.n.116 794

Lex humana non punit omnia vitia, ib.nu. 123 797

Lex, vel ſtatutum, quando prohibet aliquid, & non adijcit pœnam, contrauenieus punitur Iudicis arbitrio, nu.169. 827

Lex pœnalis tam ciuilis, quam Eccleſiaſtica, quando obliget pro vtroque foro, declaratur, ib.n.220 848

Lex in dubio an præſumatur acceptata, & vſu recepta, par.7.cap.3.num.221. 849

Lex. V. Statutum.

Libellus debet eſſe porrectus in ſcriptis, p.2 c.4.n.9 123

Libellus appellationis debet continere nomen appellantis, Iudicis à quo, & ad quem, quando eſt certus, ſententiam, à qua appellatur, petitionem Apoſtolorum, diem appellationis, & quod fiat infra decem dies, à die ſententiæ, p.8.c.5. n.1 114

Liberum arbitrium, vbi eſt datum, intelligitur quoad perſonas, non quoad dicta teſtium, p.2.c.5.n.36 136

Licentia exhumandi corpus occiſi ad probandum corpus delicti, non poteſt dari à Superiore regulari, ſed tantùm ab Ordinario, p.2.c.5.n.56 739

Litteras ſcienter portans ad perficiendum mandatum, tenetur de mandato, p.5.c.3. n.87 536

Litteræ gratioſæ ſubreptitiæ poſſunt opponi in vim dilatoriæ, & in vim peremptoriæ, p.8.c.8.n.7 1047

Lis ſi nolit reus conteſtari, pro confeſſo habetur, par.2.cap.5.numero 30. 134

Litis conteſtatio quando dicatur facta, p.2. c.3.n.7.fol.148.& ſeq.& c.4.n.6.7.fol. 122.& c.5.n.29 134

Litis conteſtatio eſt fundamentum iudicij, p.2.c.3.n.9.fol.118.& de ſubſtantia, p. 2.c 5.n.28 134

Litis conteſtatio impedit viam exceptionibus dilatorijs, & declinatorijs, p.5.c.1 n.5 464

Litis conteſtatio non eſt neceſſaria in cauſa appellationis, quando in prima inſtantia lis fuit conteſtata, p.8.c.8.nu.3. 1045

Locus, & tempus commiſſi criminis debet neceſſariò poni in accuſatione, p.2.c.5.n. 4. 129

M

MAcula etiam minima impedit, vt teſtis ſit omni exceptione maior, p.4 c.2.n.14 320

Mandans non incidit in cenſuras, ſi mandatarius erat iam facturus, p.5.c.3.nu. 85.fol.536. Duo faciunt indicium ad torturam contra mandantem, ib.n.81. 535

Mandans aliquem vulnerare, regularis y

Digitized by Google

puniendus pœna ordinaria ſecuto homicidio: ſecùs ſi mandauit tantùm percuti ligno, p.7.c.3.n.157.f.823. Si re integra reuocauit mandatum, non tenetur de effectu ſequuto, ib.n.158 823
Mandatarij dictum quando faciat indiciū ad torturam contra mandantem, p.5.c.3 n.80 534
Mandatum in dubio non præſumitur, etiā ſi delictum factum ſit à famulo, ſeruo, vel filio, p.5.c.3.nu.83.f.536. Quando præſumatur, ib.n.86 536
Mediator, ſi ſine dolo occidat vnum ex corrixantibus, extraordinariè puniendus eſt: Si cum dolo, pœna ordinaria, p.7.c.2. n.48 738
Medici ſi deponunt de credulitate, ſufficit, p.2.c.5.n.59 141
Medicus, ſi dicat aliquem mortuum ex veneno, non ſufficit ad torturam; quia poterat ex ſe venenum ſumere, p.2.c.5. nu. 72 145
Melius eſt, vt pro multorum ſalute vnus condemnetur, quàm per vnius licentiam multi periclitentur, p.1.c.1.n.8 2
Mendacium an, & quando faciat indicium ad torturam, p.5.c.3.n.57 525
Mendicare aliundè indicandi honeſtatem, maximum vitium eſt, p.1.c.4. num.27. f.74
Metus inſtantis periculi an excuſet delinquentem, p.7.c.2.n.32 731
Mille teſtes tantum probant, quantū vnus ſi ſint ſingulares, p.4.c.5.n.7 349
Minans in actu minarum an, & quando impunè occidatur, p.5.c.3.nu.53.f.523. & p.6.c.2.n.61
Minæ cum adminiculis quando faciant indicium ad torturam, p.5.c.3.n.48.f.521 Et ponuntur ampliationes, & limitationes in numeris, & ſeq.ſeq. Sunt probandæ per duos teſtes ſaltem ſingulares, ibi.num.52 523
Miniſterium nudum non poteſt ſubdelegari, p.1.c.1.n.103 39
Minor an, & quando poſſit eſſe teſtis in criminalibus p.4.c.3.n.1 & 2.f.323. Excedens annum xiv. examinatur in criminalibus ſine curatore, p.5.c.7. num.7. 601
Minor ætas an ſit cauſa minuendi pœnam in delictis, p.7.c.2.n.75.& 76 749
Miſſarum celebratio pro ſtipendio habet rationem contractus, & iuſtitiæ commutatiuæ, p.7.c.5.n.6 914
Moderamen inculpatæ tutelæ circa tria cōſiſtit, quæ omnia ſi non interueniunt, ſed tantùm vnum, delinquens non punitur pœna ordinaria: Et Iudicis arbitrio remittitur, quando tutela moderata dicatur, p.6.c.2.n.72.& 73. Moderamen inculpatæ tutelæ non conſideratur in rixa, ib.n.73. Excedens Clericus in ſe defendendo, in irregularitatem, & excommunicationem non incurrit, p.6.c.2.n.84
Modus generalis interrogandi teſtes traditur, p.4.c.16.n.1 429
Monaci caſtigatio pertinet ad ſuum Superiorem, p.1.c.1. n.8 10
Monacus poteſt accuſare ſuum Abbatem, p. 3.c.2.n.15 180
Monacus retinens arma ſine Superioris licentia qua pœna puniatur, p.7.c.4. nu.5. 859
Monaſteria Regularium ſunt exempta à iuriſdictione Ordinarij, p.1.c.1.nu.14. f.11
Monetam falſificantes, aut tondentes Eccleſiaſtici, & Regulares in Italia traduntur brachio ſeculari, p.7.c.4. nu.36. 891
Moniales an, & quando poſſint eſſe teſtes, p.4.c.3.n.6 324
Monitio ſeuera præcedere debet denuncia-

tio-

Digitized by Google

timem, ſi credatur profutura, p.3.c.8.n.20.fol.218. Secùs ſi credatur probabiliter non profutura, ib n.21.22.fol.219. Non requiritur in viſitatione generali, p.3.c.9.§.3.n.5 259

Mulieris, vel pueri dictum, dicentis ſe ſtupratum, an credatur, p.5.c.4.n.34.& 35 562.& 563

Mulieres in ſtatu Eccleſiaſtico an cenſeantur teſtes integræ fidei, p.4.c.2.n.13.fol.320.& c.3.n.5 323

Mulierum teſtimoniũ ad defenſionem præfertur teſtimonio virorum ad offenſionẽ, p.6.c.2.n.49

Munus principale Prelatorum eſt, expurgare Congregationem à malis, in Præf. n.7 2

N

NEceſſitas inevitabilis excuſat à pœna, p.7.c.2.n.35 433

Negligentia Prælatorum in corrigendis ſubditis, delictum grauiſſimum eſt, p.2.c.2.n.?.f.103. Ex ea Prælati habẽt indiciũ participationis de delicto, ib.n.[illegible]

Negligentia eſt peccatum mortale in eo, qui eſt obligatus ex officio aliquid facere, maximè in Prælatis, p.2.c.2. n.21.fol.106. In corrigendo vocatur iniquitas, ib. n.24.fol 107. In iudice punitur, vt delictum, ib.n.32. Diſſoluta, & dolo proxima eſt illa, quæ prouenit ex lata culpâ, ib.n.37.fol.110. Quæ eſt magna, deſcribitur, ib.n.41.fol.111. Tripliciter conſideratur, ib. n.48. f.113. Quando prouenit ex lata culpa Prælati, ipſe debet puniri pœna depoſitionis, n.50.f.114 Quando verò prouenit ex leui culpa, punitur Prælatus negligens pœna ordinaria, ib.n.52 115

Nimia humilitas Iudicis frangit eius auctoritatem, p.1.c.5.n.30 83

Nomen ſibi mutans fraudulenter, & ad malum finem, qua pœna ſit puniendus, p.7.c.4.n.37 893

Nominans ſocios in tortura, ſi reuocat ſuã depoſitionem, an proſit nominatis, p.5.c.3.n.73 532

Notario dicenti, quòd teſtis iurauit, an credatur, p.2.c.5.n.21 132

Notario, an teſtibus magis credatur, quando teſtes examinati dicunt, non ita ſe depoſuiſſe, p.4.c.10.n.21 390

Notarius, qui dicit, ſe falſum inſtrumentum confeciſſe, non nocet alijs, ſed ſibi ipſi, ib.n.23 392

Notoriè conſtare de crimine aliud eſt, & aliud conſtare crimen eſſe notoriè commiſſum, p.8.c.6.n.33 1028

Notorium eſt duplex iuris, & facti, & vtrumque quid ſit, p.3.c.9.§.8.n.1.f.277 Facti ex quibus cauſetur, ib.n.2. Facti eſt triplex, ib. nu.3. Quomodo Iudex in notorijs procedere poſſit, ib.n.7.fol.279. & n.9. fol. 280. Aperit viam Iudici ad procedendum ex officio, ib.n.8. Probatur per duos teſtes, & traditur forma, quomodo deponere debeant, ib. n.11.f.282. De notoriè patrato delicto, vide plura in parte tertia, capite nono, & per totum Paragrafum octauum.

Nouitius factus in fraudem Iudicis ſecularis, aut habens debitum cum creditore an ſit remittendus ſuo foro, parte 1. capite 1. n.66.& 67.fol.26.& 27

Nouitij pro delictis factis in nouitiatu poſſunt puniri à Prælatis Religionis, etiam ſi diſcedere velint à religione, p.2 c.1.n.22.f.97.& latè in p.7.c.3.n.114. f.792 & poſſunt Prælati imponere pœnam exequendã poſt egreſſionem à Religione, p.2.c.1. n.24.f 98. Nouitij laici, poſt delictũ factũ in Religione ſi aufugiant,

giant, vel expellantur, puniri ab Epiſcopo debent, & non à Iudice ſeculari, ib. nu.25.f.98. Poſſunt torqueri, ac pœna perpetui carceris puniri, ib.n.26 99
Nouitij an poſſint eſſe teſtes contra profeſſos, p.4.c.3.n.9 324
Nudum miniſterium non poteſt ſubdelegari, p.1.c.1.n.103 39
Nulla redditur executio, ſi ſententia eſt nulla, p.7.c.13.n.17 956
Nulla ſi fuit ſententia Iudicis à quo, ſed quoad merita iuſta, poteſt Iudex ad quē declarare ſententiam nullam, & quoad merita confirmare ſententiam, p.8.c.11.n.4 f.1060. Nulla eſt ſententia cenſuræ facta poſt appellationem, p.8.c.2.nu.36 992
Nullitas proceſſus prodeſt ad rei defenſionem, p.6.c.2 107
Nullitas propoſita principaliter cum appellatione impedit executionem ſententiæ, p.7.c.13.n.9.f.956. Nullitate prohibita, non cenſetur prohibita nullitas notoria ex actibus, ib.n.14.f.956. Nec quando prouenit ex defectu iuriſdictionis, p.8.c.9.n.3 1053
Nullitas proponi poteſt coram eodem Iudice Ordinario, qui ſententiam tulit, qui poteſt eam reformare, ſeu de nouo pronunciare, p.7.c.13.n.15.f.956. De nullitate dici poteſt vſque ad triginta annos, ib.n.16. Nullitate ſimul cum appellatione diſiunctiuè propoſita, vel principaliter, verificata nullitate, aboletur appellatio, & ſub nullitate tantùm debet Iudex pronunciare, maximè parte opponente, ib.n.23.f.959. Principaliter tentata non habet locum, niſi coram Superiore, qui poteſt adiri per viam querelæ, ib.n.24. Qui ſi confirmat ſententiā nullam, facit notoriā iniuſtitiā, & ſententia eſt nulla ex actis, ib.n.26. & 30. Nullitatis cauſa eſt præiudicialis, ib. n. 27. Nullitas ſi opponitur ante litē conteſtatam, impedit litis ingreſſum, ib. n. 28. Nullitatis cauſa pendente non currunt fatalia, ib.n.29. Nullitate cognita poteſt Iudex cognoſcere de negotio principali, dummodò renouentur acta nulla, quæ acta non poſſunt renouari, niſi à Iudice, qui poteſt adiri per viam querelæ, ib.n.36. Et plura de nullitate videantur per totum ſupradict.cap.13. in p.7.
Nullitas ſententiæ acceſſoriæ ad appellationem debet proponi etiam infra decem dies, p.8.c.5.n.7 1016
Nullitatis cauſa pendente, ſententia irretractabilis non eſt exequenda: ſecùs in pœnis retractabilibus, p.8.c.9.nu.2.fol. 1053. Nullitas etiam in ciuilibus impedit executionem, quando ſententiæ executio eſt irretractabilis, ib.n.5 1053
Nullitas, & appellatio quoad effectum non ſunt remedia contraria, par.8.cap. 11.num.1.fol.1058. Sunt remedia compatibilia, ibid. num.2. Cumulata cum appellatione impedit executionē ſententiæ, ſed ſeparata non impedit, niſi in aliquibus caſibus enumeratis, ib.num.3. 1059
Numerus pluralis an comprehendat ſingularem in odioſis, par.7.cap.3. num.191. 834
Nuncij, & Legati à latere auocare non poſſunt cauſas Ordinariorum, & aliorum inferiorum, niſi per viam legitimam appellationis, p.8.c.7.n.12 1037

O

OCcidat ſi quis furem pro recuperatione rerum ſuarum, etiam quòd nullum adſit vitæ periculum, ad nullam pœnam tenetur. Et quid de fure nocturno, &

& quid quando res eſt modicí valoris, p. 6. c. 2. n. 75

Occidat ſi quis iniuriatus iniuria verbali iniuriantem, non punitur pœna ordinaria, ib. n. 77. Sed quid, ſi iniuria ſit realis, ib.

Occidens prohibentem ſedere in loco ſolito, non punitur pœna ordinaria, ib. num. 78. Occidens aliquem licitè, non poteſt puniri, ib. n. 106

Occidere quis poteſt tentantem violare ſuā pudicitiam, ib. n. 79

Occidere licitum eſt inuaſorem, etiam ſi aggreſſus fuerit in culpa priùs, ibidem, nu. 83

Occiſor, ſi erat inimicus occiſi, homicidium præſumitur affectatum ex propria inimicitia, par. 5. cap. 3. numero 84. folio 536

Oculus non poteſt de coloribus iudicare, ſi aliquem colorem habeat innatum, p. 1. c. 5. nu. 11 80

Odij cauſa ſufficit, vt quis repellatur à teſtimonio, licèt ipſe dicat ſe non habere odium, p. 4. c. 9. n. 7 374

Odioſus quando à teſtimonio repellatur, ib. n. 14 376

Offenſi principales recuſantes propalare delinquentes, poſſunt carcerari, & torqueri, par. 4. cap. 16. §. 2. num. 12. f. 440

Offenſi exculpatio an, & quando ſufficiat ad liberandum inculpatum de delicto ab eo commiſſo, par. 6. cap. 2. n. 92. vſque ad n. 99

Offenſio, aut apprehenſio quando eſt iuſta, defenſio eſt iniuſta, p. 7. c. 2. n. 60. f. 741. & n. 61 742

Officia, à quibus quis priuari non poteſt, niſi formato proceſſu, & parte citata, & audita, quæ ſint, p. 7. c. 5. n 11

Officia electiua quæ ſint, & quæ manualia, ib. n. 18. 19. & 20 200

Officia electiua non ſolùm cenſentur illa, quæ conferuntur in capitulo per communem electionem, ſed etiam poſſunt eſſe illa, quæ conferuntur à ſolo Superiore in aliquibus caſibus enumeratis in p. 8. c. 2. n. 23 989

Officiales debent ſyndicari de commiſſis in Officio, & de neglectis, p. 2. c. 2. n. 35. f. 110. Syndicantur de negligentia diſſoluta, & dolo proxima, ib. n. 36

Officiales temporales ob grauiora delicta debent deponi; & non debet expectari tempus ſyndicatus, p. 3. c. 9. §. 4. n. 14. f. 263. pro minoribus culpis puniuntur tempore ſyndicatus, ib.

Officiales Monaſterij diſpenſando res cōmunitatis ſecundùm eorum beneplacitū, peccant mortaliter, p. 7. c. 4. n. 18 874

Officialis quando eligitur, habet tacitam conditionem de officio fideliter, & diligenter adminiſtrando, p. 2. c. 2. n. 20. f l. 106. Ad officium Prælaturæ promoueri non poteſt, ſi cōtra eum extant teſtes ſingulares, p. 3. c. 5. n. 13. f. 190. Confirmādus in officio debet ſyndicari ante confirmationem, p. 3. c. 9. §. 4. nu. 11 f. 363. De ſpectantibus ad officium poſt ſyndicatum moleſtari non poteſt, p. 7. c. 3. num. 153 821

Officium poteſt eſſe electiuum, quamvis ad illud exercendum non requiratur Superioris confirmatio, p. 3. c. 5. n. 21 201

Officiorum, dignitatum, graduum, & adminiſtrationum nomine in lege pœnali quæ veniant, p. 7. c. 3. n. 167 825

Onus probandi alleuiatur in negotio, quod liquidò probari non poteſt p. 5. c. 4. nu. 4 552

Operam rei licitæ dans, ſi adhibuit diligētiam, & ſequatur delictum, non punitur: ſecùs de eo, qui dat operam rei illicitæ,

quia, non obſtante diligẽtia, punitur pro modo culpæ, p. 7. c. 2. nu. 36. f. 734. Ponuntur exempla, n. 43

Opinio probabilis Doctorum idẽ operatur, quod error cõmunis, p. 1. c. 1. n. 131 37

Opinio illorum non eſt in praxi ponenda, aſſerentium, quòd conuictus debeat torqueri, vt confiet de eodem delicto etiam per confeſſionem, p. 6. c. 6. n. 7

Opinio Farinac. in q. 38. n. 96. reijcitur, p. 6. c. 6. n. 21 715

Opinio Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 89. n. 8. & dub. 63. n. 11. reijcitur, p. 7. c. 3. n. 26 768

Opinio Peyrin. in formul. litt. S. c. 2. n. 14. reijcitur, p. 7. c. 7. n. 25 929

Ordinaria poteſtas quæ ſit, par. 1. cap. 1. n. 3 fol. 8

Ordinariam poteſtatem habentes enumerantur p. 1. c. 1. n. 4 9

Ordinarius non poteſt punire Regulares, qui viuunt extra Clauſtra, p. 1. c. 1. n. 50 fol. 19

Ordinarius Iudex, an ſemper cenſeatur procedere, vt Ordinarius, p. 1. c. 1. n. 68. fol. 25

Ordinarius Iudex poteſt delegare, ſed non delegatus, p. 1. c. 1. n. 84 32

Ordinarius. V. Iudex ordinarius.

Ordinatus furtiuè qua pœna puniendus, p. 7. c. 4. n. 38 803

Ordines maiores ſuſcipientes ante legitimam ætatem qua pœna puniantur, p. 7. c. 4. n. 39 803

Oſculans mulierem, aut puerum, vel Monialem qua pœna puniendus, p. 7. c. 4. nu. 40 805

P

Pacem qui fecerunt, an poſſint admitti ad accuſandum, n. 56 175

Papa ſi concedit Ordinario, vt in crimine hæreſis procedat contra exemptos, Ordinarius efficitur delegatus. Idem ſi concedat Ordinario, vt procedat contra Regulares exemptos, p. 1. c. 1. n. 71 29

Paſtorale magiſterium eſt ars artium, p. 1. c. 4. n. 30 74

Pauperes an, & quando poſſint eſſe teſtes, par. 4. c. 3. num. 11. f. 325. Et an viles, nu. 12

Pauperes, & viles qui cenſeantur, ibidem nu. 13

Peccata manifeſta non ſunt correctione occulta purganda, in præf. n. 10 2

Peccata nocentium nota eſſe oportet, p. 3. c. 1. n. 9 179

Peccata in publicam perniciem quæ ſint, p. 3. c. 1. n. 30 170

Peccata occulta non tenentur ſubditi manifeſtare Prælato vt Iudici, ſi non præcedat Infamia, par. 3. c. 9. §. 1. num. 10. 137

Peccatum Prælati negligentis quantum ſit graue, oſtenditur, p. 2. c. 2. n. 26 108

Pelliz. in man. regul. tr. 9. c. 4. n. 133. reprobatur, p. 4. c. 17. n. 8 449

Percuſſor, qui citra animum occidendi offendit aliquem, ſi offenſus ex percuſſione moriatur, percuſſor non punitur pœna ordinaria, p. 7. c. 2. n. 47 783

Percuſſus, vel vulneratus, ſi ſtatim inſequitur percuſſorem, vel vulnerantem, & occidit, excuſatur à pœna ordinaria: ſecùs ſi interponatur tantum temporis ſpatium, in quo deliberare poterat, p. 6. c. 2. n. 74

Percuſſus. V. Vulneratus.

Percutere volens Clericũ, ſi percutiat laicum, non eſt excommunicatus; nec è contra: ſecùs ſi percutiat alium Clericum, p. 7. c. 2. n. 49 738

Percutere, vel occidere ſi quis vult Ioannem

nem Clericum, ſciens eſſe Clericum, & percuſſit, vel occidit Petrum etiam Clericum exiſtimans eſſe Ioannem, incidit in excōmunicationē, p.7.c.3.n.107 789

Percutere intendens Clericum, ſi laicū tantùm percutiat, excommunicatus non eſt. Et quid ſi ille laicus tonſuram ferebat, ib.n.109 780

Percutiens Clericum ex ignorantia craſſa an incidat in excommunicationem canonis, p.7.c.3.n.63 776

Percutiens, vel occidens plures Clericos eodem ictu, an contrahat plures excommunicationes, p.7.c.3.n.129 801

Percutiens, vel percuſſor. V. Vulnerans.

Peritiſſimi eligendi ſunt in omni arte, p.1.c.4.n.8.& 9 70.& 71

Peritus in ſua arte, & non alius, poteſt in ea eſſe Index, aliàs mortaliter peccat, p.1.c.4.n.17 72

Periuri an, & quando poſſint eſſe teſtes, p.4 c.3.n.13 325

Periurium qua pœna puniatur, p.7.c.4.nu. 41 805

Perſonarum quantitas quanta eſſe debeat, vt faciat notorium facti, p.3.c.9.§.8.n. 3 227

Peyrini opin.in formul.lit.S. c.1.n.4. reijcitur, p.7 c.7.n.25 929

Pietas ſumma eſt in delinquentes ſeuire, in præf.n.6 2

Pietas inordinata nutrit impietatem, p.2. c.2.n.29 110

Pitigian.in pract.crim.in 2.ſubſt.c.6. reijcitur p.4.c.10.n.20 380

Plura vulnera ſi vno actu quis fecerit, an puniri debeat vnica pœna, vel pluribus, p.7.c.3.n.131 802

Plura furta continuata tota vna nocte, vel tota vna die, cenſentur vnum furtum, ib. n.133 804

Plura delicta ad eumdem finem tendentia, diuerſis temporibus patrata, an vnica, vel pluribus pœnis ſint punienda, ib.nu. 135 805

Plura delicta etiam eiuſdem generis ex interuallo commiſſa, quando ſunt conſecutiua, pluribus pœnis ſunt punienda, ib.n.138 807

Plures in rixa ſi percuſſerint, & vnus tantùm vulnerauerit, ſi conſtat de vulnerante, ſolus ille punitur: Et ſi non conſtat, omnes abſoluuntur pœna corporali, p.6.c.2.n.45

Plures delinquentes præcedente tractatu, licèt omnes ad eamdem pœnam teneātur, tamen propter multitudinem pœna minoratur; ſed non contra Auctores, & principales delinquentes, ib.n.143. Limitatur, ib.

Plures ſi ſint Iudices, & in ſententia ferenda diſcordent, ſtandum eſt ſententiæ plurium, p.7.c.11.n.1 946

Plures ſi ſint Iudices Ordinarij, & diſcordent in ſententia, ſi ſint numero pares, ſtandum eſt ſententiæ fauorabili, aut pro reo. ſi ſint delegati, recurrendum eſt ad delegantem; ſi verò ſint arbitri, nulla ſententia habet vigorem, ib.n.2

Plures ſi ſint Iudices, an corā omnibus proponi debeat appell. p.8.c.4.n.4. 1008

Pluribus auxilium, ſeu opem præſtans ad vnum maleficium committendum, vnica pœna punitur, p.7.c.3.n.142 809

Pluribus ex Iudicibus ſi vnus ſit corruptus, ſententia valet reſpectu aliorum, p. 7.c.11.n.11 949

*Pluries ſi quis contrafaciat proclamati, conducendo res è locis prohibitis; vel pluries teſtes corrūpat, etiam ex interuallo, el tirende victoriā in eadē lite, vnica pœna caſtigatur p.7.c.3.n.134.*804

Pœnæ imperendæ à Iudice loci Originis delinquenti extra Prouinciam, qualis eſſe

Digitized by Google

eſſe debeat, p.1.c.1.n.24.fol.14. Imponenda à Iudice loci delicti qualis eſſe debeat, ib. n.25. Contra Superiores non punientes ſubditos delinquentes, non incurritur abſque declaratoria, ib.nu.46. 19

Pœna æqualis eſſe debet delicto, p.2.c.5. n. 49 139

Pœna Talionis hodie à Pio V. eſt reuocata, p.3.c.1.n.7.fol.161. Imponi debet ſecundùm analogiam, ib.n.10 162

Pœna priuationis non habet locum, niſi expreſſo iure caueatur, & quando ſecùs, p.3 c.5.n.6.fol.197. Et tantùm contra confeſſum, vel conuictum, ib.n.9. 198

Pœna extraordinaria puniri poſſunt delinquentes à Prælatis regularibus, apud quos non eſt in vſu tortura, per quam purgari poſſunt indicia, & ſemiplenæ probationes, parte 6. cap. 7. numero 5. 675

Pœna contra dilapidatorem bonorum Monaſterij qualis ſit, par.3.cap.6.num.9. 207

Pœna ordinaria non poteſt puniri reus, ſi non eſt confeſſus, nec conuictus, p.7.c.2. n.1. & 6 723

Pœna quid ſit, par. 7. cap.3. numero 1. 759

Pœnæ infligendæ Regularibus vbi ſumendæ, ib.n.2 760

Pœna Statuti tollit pœnam iuris communis, ib. n.3. Commutatio pœnæ quando fieri poſſit, ib.n.4

Pœnæ infligendæ, quando per ſtatuta ordinis non ſunt taxatæ, vbi recurrendum ſit, p.7.c.3.n.6.& ſequ.f l.760.& ſequ. Inflictæ de iure Canonico contra Clericos an habeant locum contra Regulares, ib. n.7.& ſequent.f l.761. Quando non ſunt determinatæ à iure contra delinquentes, Iudicis arbitrio cenſentur relictæ, ib.n.12.fol.762. Non habent locū, niſi à iure expreſſæ; quia in pœnalibus non fit extenſio; tamen excipiuntur multi caſus, ib.à n.27. vſque ad 49

Pœnas poſitiuas requirentes actionem externam nemo tenetur ſubire ante iudicis ſententiam ſaltem declaratoriam, p.7 c.3.n.19.fol.765. Et quid quando caſus eſt manifeſtus, ib.nu.20

Pœna latæ ſententiæ priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis ad illam, &c. an obliget in conſcientia ante declaratoriam ſententiam, p.7.c.3. n.22.fol. 766. In pœnam latæ ſententiæ non incurrunt violatores bona fide, aut per ignorantiam, aut per inaduertentiam inuincibilem, ib.n.23.fol.767.& num.79. 780

Pœnæ impoſitæ contra agentes actum prohibitum, ſcienter, an comprehendant eos, qui etiam per ignorantiam craſſam, vel affectatam illud committunt, p.7.c.3.n. 50.f l.772. Inflictæ per Statutum non excuſant in factis damnatis à iure communi; ſecùs in factis non damnatis ab eodem iure communi, ib.n.78.& n 95.f. 783. Imponendæ à Iudice an poſſint augeri, aut minui; & quid quando pœnæ ſunt inflictæ ab ipſo iure, ib.n.111.112 & 113 790

Pœnæ tempus quando non eſt determinatum à lege, an & quando ſit perpetuum, p.7. c.3.n.116 794

Pœna fuſtigationis eſt corporalis, & irrogat infamiam, ib.n 118 795

Pœnæ tempus, impoſitæ reo condemnato, quando non eſt determinatum, finito tempore finitur pœna, ibidem num.125 798

Pœna impoſita ab vno Iudice non ſecundùm qualitatem criminis ob defectum iuriſdictionis, poteſt ab alio Iudice augeri vſque

vſque ad debitam pœnam,p.7.c.3.n.127 800

Pœna leui punitus pro delicto graui à Prælato inferiori ob defectum iuriſdictionis, poteſt iterum puniri à Prælato Superiori vſque ad integram pœnam; quod etiam procedit in pœnis corporalibus, ibid.

Pœna portationis armorum an confundatur cum delicto ſequuto, ib.n.136.f.l.806. Augetur reiterato delicto,ib.n.139.fol.807 Vnica pœna punitur auxilium, aut opem præſtans pluribus ad vnum maleficium committendum, ib.n.142.f.809. Corporalis ſoluta ab vno ex delinquentibus, qui deliberatè deliquerunt, alios non liberat,ib.n.144.fol.810. Ordinaria de iure Canonico, an,& quando puniatur Reus, quando proceditur per viã inquiſitionis, ib.n.155.f.821. Detruſionis in Monaſterium ſolita imponi à iure Canonico fuit ex conſuetudine mutata in pœnam triremium, aut carceris, ib.n.159 823

Pœna priuationis non habet locum niſi expreſſo iure caueatur; & quando eſt directa in partem inducit priuationem ipſo iure,ib.n.165.fol.824. Latæ ſententiæ requirit actum conſummatum, & non comprehendit cooperantes ad delictum, ib.n.168 826

Pœna infamiæ reputatur corporalis, ib.nu.170 827

Pœna pro vulnere non habet locum in vulnuſculo,ib.n.173.f.l.829. Priuationis vocis intelligitur de voce actiua; quia nemo priuari poteſt per legem pœnalem ante Iudicis ſententiam; ſecùs de ſuffragio paſſiuo,ib.n.174.fol.829.Priuationis ipſo iure numquam incurritur, niſi in iure ſit expreſſa,ib.n.192.fol.834 Priuationis officij quando habeat locum ipſo iure,ib.n.194.fol.836. Depoſitionis in quibus caſibus infligatur, ib. nu.197.& ſequ. In pœnas graues Spirituales latas à lege nemo incurrit, niſi pro mortali, & an idem dicendum ſit de excommunicatione lata ab homine, ib.nu.223 850

Pœna falſarij puniendus eſt,qui vtitur falſis dimiſſorijs ad ordines recipiendos, p.7.c.4.n.23 882

Pœna falſi teſtis quæ ſit,ib.nu.24. Furum quæ ſit,ib. fol.883.& ſequ. vbi etiam de furtis ſacrilegis,& n.25.Fuſtigationis, & catenæ quando imponatur, ib.n.26.f.886.Inceſtus quæ,ib.n.28. Iniuriantiũ quæ,ib.n.29.f.887.Libelli famoſi quæ, ib.n.30.f.888. Lacerantium litteras, ſeu obedientias ſuperiorum quæ,ib.n.31 fol.889.Aperientium alterius litteras, ib.n.32. Cæcas litteras, & accuſatorias ad ſuperiores mittentium,ib.nu.33.fol.889. Celebrantium miſſas cùm non ſint Sacerdotes, aut confeſſionem audientiũ, ib.n.34.& 35. 890

Pœna pro diuerſis alijs criminibus,ib. vſq; ad finem cap.4.

Pœnæ corporales indiuiſibiles,vt mors,mutilatio,& ſimiles,ſi commutentur, commutandæ ſunt in aliam ſpeciem,p.7.c.6.n.1 916

Pœna quælibet, quando ponitur, vt ſpecies, ſi ex cauſa eſt commutanda, non commutatur infra eamdem ſpeciem, ib. nu.2. 917

Pœnæ verò diuiſibiles, ſi ex cauſa commutantur,poſſunt commutari infra eamdem ſpeciem,ib.n.3

Pœna quando dicatur indiuiſibilis, & quãdo diuiſibilis,ib.n.4. Quæ recipit quantitatem,vel tempus, dicitur diuiſibilis, ib.n.5.f.918.Et ponuntur exempla in n.6.& 7

Pœna

Digitized by Google

Pœna carceris, vel exilij impoſita à lege per aliquod tempus, an ſi delinquens, finita prima pœna, iterum delinquat, ſecunda pœna incipiat currere ſtatim poſt condemnationem, an verò finita prima pœna? ib.n.8 919

Pœna, quæ à iure eſt ſtatuta, non eſt arbitraria, niſi habeat qualitatem aggrauantem, aliàs diceretur notoriè iniuſta, p.7. c.8.n.21.f.936.& n.22. Quæ impoſita eſt à iure non habet locum ante Iudicis ſententiam declaratoriam, etiam in foro conſcientiæ, p.7.c.9.n.6.fol.938. A lege impoſita, non ipſo iure requirit ſententiam declaratoriam non tantùm de crimine, ſed etiam de incurſione in pœnam, ib.n.11 939

Pœnitens ſciens Confeſſarium priuatum iuriſdictione, ſi petat ab eo abſolutionem, an ſit valida, par.1.c.1.n.141. 49

Pœnitentiati à Sancto Officio ſunt inhabiles eò ipſo ad omnes gradus, p.7.c.4. nu. 42. fol.895. & ſi promoueantur ad aliquod officium, qua pœna promotores ſint puniendi, ibid.

Potentes, verbum, idem ſignificat, quod ſapientes, p.1.c.4.n.5 70

Poteſtas ſubdelegandi fundatur in perſona delegantis, & non delegati, p.1.c.1.num. 101 38

Poteſtas ordinaria. Vide: Ordinaria poteſtas.

Praxis generalis probandi corpus delicti, traditur in par.2.cap.5. num.75. 146

Praxis obſeruanda in condemnatione calumniatoris, parte 3. cap. 1. num.14. 164

Praxis circa modum procedendi contra Prælatum inquiſitum de dilapidatione bonorum Monaſterij, par.3.c.6.num.10. fol. 207.

Praxis procedendi in notorio facti, par. 3. cap.9.§.8. num.7.9.& 10. fol. 279.& ſequ.

Praxis procedendi contra apprehenſum in flagranti, & ſententia in hoc crimine quomodo feratur, par.3.c.9.§.9.n.11. 289

Praxis traditur circa Iudicis recuſationem in criminalibus, par.5.ca.1.nu.27 469

Prælaturam oblatam acceptare, eſt ſe exponere periculo damnationis; ſed eam quærere, eſt animam occidere, n.17.f.56. Eam obtinentes ſine debita ſcientia, non debent abſolui, ſi eam non renunciant, ib.n.20

Prælatura regularis eſt dignitas, p.3.c.5.n. 26 202

Prælatura quando ſit manualis, & quando non. V. Officia.

Prælati Regulares poſſunt ſuos ſubditos ab Eccleſia extrahere, p.1.c.1.n.6.fol.10 Cum ſolo proceſſu Epiſcopi poſſunt, ſi volunt ſuos ſubditos delinquentes punire, ib.n.38.fol.18. Tenentur ſub mortali corrigere peccata venialia ſubditorum, quando minuitur diſciplina ex tolerantia, aut diſſimulatione culparum, p. 1. c.2.n.15.f.55. Si non adimplent eorum miniſterium ſunt in ſtatu damnationis, ib.n.16.f.56. Non debent ab alijs ſcientiam mendicore, par.1.c.4.num.26. 73

Prælati imperiti increpantur à Deo; & Onagri dicuntur, & Idola, p.1.c.4.nu.32. 74

Prælatum imperitum habere, eſt maximum flagellum, ib.n.35. Imprudentes occulta vitia ſubditorum manifeſtant, & publica celant, & alia multa mala faciunt, p.2 c.2.n.14.f.87. & n.15. Quomodo vulne-

nera ſubditorũ curare debeãt, ib. n. 16 88

Prælati locales debent habere ſcientiam neceſſariam ad curam animarum, p. 1. c. 4. n. 43. f. 76. 77. Eligendi ſunt probati, & non probandi p. 1. c. 5. n. 2 79

Prælati Regulares ſunt etiam Iudices, p. 2. c. 1. n. 1. f. 95. poſſunt procedere contra profeſſos, et nouitios, etiam ſi velint diſcedere à Religione, ibid. n. 22. f. 97. & p. 7. c. 3. n. 114. & 115. f. 792. & 793.

Præficiuntur non vt dormiant, ſed vt vigilent, & corrigant, p. 2. c. 2. n. 13. fol. 104. Negligentes publicè, & grauiter puniri debent, ib. n. 19. fol. 106. Tenentur ſub mortali corrigere ſubditos etiam cum periculo vitæ, n. 23. fol. 107. Negligentes in corrigendo dupliciter peccant, & triplicem rationem reddere debent, ib. n. 25. f. 108. & n. 34. f. 111. Negligentes deſtruunt Religionem, ib. n. 27. fol. 108 & fiunt peruerſi, & ſunt participes criminum, ib. n. 31. f. 111. Negligentes, quando negligentia prouenit ex dolo, criminaliter puniuntur, p. 2. c. 2. nu. 49. fol. 113. & quid, quando prouenit ex lata culpa, ib. n. 50. f. 114. & quando ex leuiſſima, ib. n. 54 115

Prælati Religionum procedunt ſummariè, & de plano apicibus iuris poſtpoſitis, p. 2. c. 3. n. 20. f. 120. & c. 4. n. 1. & 2. f. 122. Tenentur tamen ſeruare ea, quæ tangunt veritatem negotij, p. 2. c. 5. nu. 3. f. 122. Poſſunt expedire cauſas manu regia, ib. n. 4. Poſſunt remouere deleſas dilationes, & inanes exceptiones ib. n. 7 Poſſunt iudicare ſecundùm propriam conſcientiã, attendendo potiùs ad veritatem, quàm ad iurium ſubtilitatem ib. n. 8. Poſſunt procedere in diebus feriatis, ib. n. 8 Poſſunt procedere ad ſententiam ſine termino peremptorio, ib. num. 10. f. 123. Non concedunt teſtium iuramenta videre, ib. n. 12. Infames admittere poſſunt ad teſtificandum. Et alia facere poſſunt, vt in toto prędicto cap. 4. Apud quos non eſt in vſu tortura, per quam purgari poſſunt indicia, & ſemiplenæ probationes, punire poſſunt pœna extraordinaria delinquentes, p. 6. c. 3. n. 5 675

Pręlatorum negligentia in corrigendo ſubditos, grauiſſimum peccatum eſt, p. 2. c. 2. n. 3. f. 103. Prudentia qualis eſſe debeat, ib. n. 12 87

Prçlatus non debet de facili admittere omnem accuſationem, p. 3. c. 1. nu. 48. f. 174. Quas exceptiones ex officio. contra accuſatorem proponere poſſit, ib. n. 49

Prçlatus non poteſt priuari Prçlatura ſine graui cauſa, p. 3. c. 5. n. 2. 5. 8. f. 196. 197 Accuſatus, denũciatus, ac etiã cõſtitutus an priuari debeat prçlatura, ib. n. 16. fol. 200. Si priuetur eo non audito, priuatio eſt nulla, ib. n. 27 f. 202. Si malè priuetur à Prçlato ſuperiore, poteſt appellare & interim proſequi ſuum officium, ib. n. 28. 29. Nec Prçlatus manualis poteſt ſine cauſa prçlatura priuari, ib. nu. 31. f. 203. Prçlatus Prçſes capituli poteſt ex officio inquirere de delictis occultis eligendorum ad malum futurum impediendum, p. 3. c. 4. n. 5 186

Prælatus poteſt præcipere in viſitatione generali ſub præcepto Sanctæ obedientiæ, vt omnes fratrum exceſſus ſibi manifeſtentur, p. 3. c. 9. §. 1. n. 10. f. 137. An teneatur in dicta viſitatione monere ſubditos, ne reuelent peccata occulta, ib. Ei aperitur via ſpecialiter inquirendi contra nominatum in viſitatione generali, p. 3. c. 9. §. 3. n. 2. f. 257. Iuſtè interrogans in viſitatione generali poteſt procedere contra nominatum, ſiue benè, vel malè ſit deductum in iudicium, ibidem nu. 3. fol. 258. Non debet extorque-

re à ſubditis in generali inquiſitione delicta occulta per metum, aut per iniuſtas interrogationes, ib. n. 6. f. 259. Quando, & quomodo poſſit ſpecialiter procedere contra delinquentem nominatum in viſitatione generali, ib. n. 8

Prælatus contra rebellem quid facere debeat, p. 3. c. 9. §. 10. n. 3. f. 291. Quando poſſit cogere delatorem ad denunciandũ iuridicè, ib. n. 8. f. 292. Ex officio inquirere debet, quando agitur de aliquo delicto commiſſo in aliquo monaſterio, & ignoratur auctor, p. 3. c. 9. §. 9. n. 1. f. 294. Poteſt ex officio inquirere, & inueſtigare merita eligendorum, p. 3. c. 9. §. 12. n. 1. f. 295. Quando reputandus homicida carcerati, p. 4. c. 17. n. 27 453

Prælatus regularis poteſt cogere ſubditũ ad teſtificandum, non autem ad confrontandum cum reo, p. 5. c. 8. n. 3. f. 617. Poteſt punire nouitios delinquentes etiam extra clauſtra, p. 7. c. 3. n. 114. f. 792. Imponendo pœnam nouitio, pro aliquo delicto, poteſt ei præcipere, vt pęnam illam ſubeat ſub pęna excommunicationis, ibi. n. 115. f. 793. Sic in alijs caſibus ſub eadem pęna præcipere poteſt, ib. num. ſupra cit. Et imponere pœnam Nouitio exequendam poſt egreſſum à Religione, p. 2. c. 1. n. 24 98

Prælatus regularis non poteſt punire ſubditos delinquentes pęna graui, & iuridica mediante proceſſu pro delicto ſine dolo, aut ſaltem ſine culpa commiſſo, p. 7 c. 3. n. 121 f. 797. Priuare non poteſt voce actiua, & paſſiua capitulari Religioſos, abſq; eo, quòd priùs citentur, & audiantur, ib. n. 164 f. 824. An habeat poteſtatem in ſuos ſubditos deponẽdos, ib. n. 198. f. 830. An poſſit punire ſuos ſubditos monetam, ſeu nummos falſificãtes, aut tondentes in Inſulis Italiæ, p. 7. c. 4. num. 36 892

Prælatus regularis dans dimiſſorias ſubditis ad ſacros Ordines recipiendos ab alieno Epiſcopo, qua pęna puniri debeat, p. 7. c. 4. n. 43. f. 896. Quando deponi poſſit, ib. n. 44. f. 897. Recipiens ad Religionem criminoſos, decoctores, & debitores, qua pęna puniendus ſit, ib. n. 45. Abſoluere poteſt ſubditos à caſibus in bulla cęnę, ib. n. 46 f. 898. Non poteſt ſine legitima cauſa onerare ſubditos, iniungendo ipſis miſſas celebrandas ad ſuum libitum, p. 7. c. 5. n. 2. f. 913. Non poteſt præcipere ſubditis, quæ ſunt præter, extra, aut ſupra regulam, ſed tantùm ea, quæ ſunt in regula explicitè, vel implicitè, & virtualiter, ib. n. 4. f. 913. Prælati, & alij officiales priuati, vel depoſiti, ſi appellant à ſententia, poſſunt pendente appellatione, ſuum officium exercere, p. 8 c. 2. n. 4 986

Prælatus localis nõ poteſt carcerare ſubditos regulariter: ſed hoc intelligitur in ordine ad proceſſandum, & quando ordinatur carceratio ad pœnam infligendam per viam proceſſus; non autem quando carceratur ad mortificandum, & ad aliquod malum euitandum, p. 4. c. 17. nu. 30 454

Pręlatus localis. V. Guardiani.

Pręlatus Prouincialis. V. Prouincialis Superior.

Prælatus. V. Index, Superior, Generales.

Præſcriptio contra ſententiam non datur, p. 7. c. 3. n. 153 821

Præſumptio vna elidit aliam, & indicium vnum elidit aliud, p. 6. c. 2. n. 20. & nu. 110. 111. & 112 666

Præuaricatio quid ſit, & qua pœna punienda, p. 3. c. 1. n. 35 172

Præuenire, & occidere an quis poſſit inimicum impunè, & in quo caſu, p. 6. c. 2. n. 82

Prin-

Princeps non poteſt diſpenſare, vt teſti non iurato credatur, p.2.c.5.n.15 f.132. An poſſit abolere accuſationem, p.3.c.1.n.45 173

Priuare aliquem ab officio, & priuare eumdem ab adminiſtratione officij, differunt, p.3.c.5.n.32 204

Priuari quis non poteſt à iure quæſito, niſi ſit confeſſus, vel conuictus, p.3.c.4.n.24. 192

Priuari quis non poteſt ab officio electiuo, ſi contra ſe habeat tantùm vnum teſtem cum fama, par.3.cap.4. num.25. f.193. quia debet eſſe confeſſus, vel conuictus, ibid.

Priuari quis non poteſt iure ad rem per ſemiplenam probationem, p.3.c.4.num.9. f.189. aut per teſtes ſingulares, c.5.n.13 f.199. Si priuant Prælati Superiores Prælatos inferiores prelatura ſine cauſa, peccant mortaliter, ib.n.27 202

Priuari quòd faciliùs poſſint Regulares, quàm ſeculares Prælati, non tollit hæc facilitas formationem proceſſus quoad ſubſtantialia, ſed tantùm apices iuris, p.3.c.5.n.28 202

Priuari non poſſunt Regulares à Præſide capituli voce actiua, & paſſiua capitulari abſque eo, quòd priùs citentur, & audiantur, p.7.c.3. n.164

Priuatio vocis actiuæ, & priuatio vocis paſſiuæ differunt, par.3.cap.4.num.26. f. 193

Priuatio iuris quæſiti, aut inchoati eſt pœna, p.3.c.5.n.11. f.198. non autem priuatio iuris ad rem, par.7.cap.3.nu.162. f.823

Priuatio. V. Pœna.

Priuationis pœna impoſita hoſpiti delinquenti, debet exequi in propria prouincia, p.5.c.1.n.77 489

Priuatus quis non intelligitur ab actibus legitimis, niſi poſt ſententiam, licèt committat delictum, per quod efficitur infamis de iure, par.4.cap.4.num.28. f. 198

Priuatus voce actiua, & paſſiua, de quibus priuatus cenſeatur, par.7.cap.3. n.175. 829

Probandi onus alleuiatur in negotio, quod liquidò probari non poteſt, p.5.c.4. n.4. 552

Probati, & non probandi eligendi ſunt ad prælaturam, par.1.cap.5.num.2. fol. 79

Probatio, quæ de iure gentium eſt ſufficiens, vel perſuaſiua, ſufficit in cauſa ſummaria, p.2.c.5 n.37 136

Probatio ſummaria non excludit plenam, & concludentem probationem, p.1. c.1.nu.35. f.17. Semiplena debet præcedere citationem, p.2.c.3.n.14. f.119. Semiplena ſufficit etiam ſine infamia ad excludendum aliquem à dignitatibus Eccleſiaſticis, p.3.c.4.n.19. f.188. Semiplena requiritur ad reum citandum, interrogandum, carcerandum, & torquendum in foro regulari, p.4.c.17.num.1. f.448. Semiplena quæ ſit, & quot modis fiat, p.5.c.2.n.16. f.405. Maior quã ſemiplena non eſt neceſſaria ad reum interrogandum, & torquendum, ib. n.17

Probatio inimicitiæ debet eſſe manifeſta, p.4.c.9.n.11 375

Probatio perfecta adulterij, p.5.c.4.num.4. f.552

Probatio etiam incerta prodeſt inquiſito, p.2.c.2.n.43 651

Probatio innocentiæ euidentiſſima, & tutiſſima, par.6.cap.2. num.86. vſque ad num.90

Probatio imperfecta Rei an aliquid operetur contra perfectam probationem fiſci, ib.n.109

Probatio debet concludere per neceſſe, & non per poſſibile, aut ex ſallibili, p. 7. c. 2 n. 16. f. 725. & maximè quando agitur de puniendo delinquentem pœna priuationis, p. 7. c. 3. n. 163 824

Probationes ſunt de neceſſitate iudicij, & nō media cauſæ, p. 2. c. 5. n. 33. f. 135. Leuiores ſufficiunt ad excludendum aliquem à beneficio obtinendo, p. 3. c. 4. n. 20 f. 119. Dubiæ admittuntur ad defenſionem, p. 6. c. 2. n. 50. f. 652. In criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores, p. 7. c. 2. nu. 15. f. 725. In criminalibus ſunt de ordine ſubſtantiali iudicij, p. 7. c. 10. n. 5 944

Probatur per vnum teſtem aggreſſio, & prouccatio, ib. n. 52 654

Proceſſus quid ſit, deſcribitur, p. 2. c. 3. n. 12 f. 118. Proceſſum nouum poteſt Iudex fabricare pro delicto commiſſo in iudicio, ſiue contingat, ſiue nō contingat cauſam principalem, p. 3. c. 9. §. 6. n. 4

Proceſſus copia quomodo danda, p. 5. c. 7. nu. 24. f. 624. Debet omninò offerri reo in termino dato ad ſe defendendum, p. 6. c. 1. n. 10. f. 635. In multis caſibus non debet dari reo, aut dari re nō integra, ibi. n 12. 13. Quando ſolet dari reo ſine clauſula: Habitis teſtibus pro, &c. Reus ſemper poteſt inſtare, vt repetantur teſtes cū ſuis interrogatorijs, ib. n. 25 639

Proceſſus cenſetur publicatus, data copia reo, p. 6. c. 1. n. 10. f. 635. Proceſſus nullitas prodeſt ad Rei defenſionem, p. 6. c. 2 n. 107

Proceſſus quomodo initientur, quando quis eſt conuictus per inſtrumenta, p. 7. c. 2. n. 23. f. 728. Si eſt perditus, & fabricatur nouus proceſſus, Iudex debet iudicare ſecundùm primum proceſſum, ſi ante ſententiam reperiatur, ſed ſi poſt ſententiā, ſtandum eſt ſententiæ ſecundùm nouum proceſſum, p. 7. c. 11. n. 9. f. 949. Factus à Iudice à quo, pendente termino Apoſtolorum, eſt validus in appellatione ab interlocutoria; ſecùs in appellatione à diffinitiua, in qua attentata reuocantur, p. 8. c. 1. n. 25 983

Proceſſus. V. Copia proceſſus.

Proditor non eſt occidens inimicum reconciliatum, parte 4. cap. 9. num. 21. 377

Proprietarius Religioſus in quas pœnas incurrat, p. 7. c. 4. n. 48 901

Protectores, & alij Iudices Appellationis debent iudicare ſecundùm ſtatuta ordinis particularis, p. 7. c. 3. n. 5 760

Proteſtare quomodo poſſit reus in ſecundo conſtituto, & ſe referre ad ea, quę depoſuit in primo, & ſic de cæteris conſtitutis, p. 5. c. 5. n. 42 580

Proteſtare debet Iudex, quando dimittit torturam, & habet animum illam poſtea repetendi, p. 6. c. 5. n. 19. 714

Proteſtatio rei, quod ſi in ſecunda depoſitione aliter dicat, ſe remittit ad primū, an ſit admittenda, p. 5. c. 4. n. 42. f. 580.

Proteſtatio, quam poteſt facere reus in acceptatione copiæ proceſſus, parte 6. capite 1. numero 22. fol. 633. Super repetitione teſtium, &c. reo eſt admittenda, ib.

Proteſtatio Iudicis ſaluat ius Curiæ, par. 6 c. 4. n. 8 683

Proteſtatio Iudicis. Vide: Conuicti, Proteſtare.

Proteſtatio reo confeſſo facienda in tortura inferenda, quando ſunt plures complices, parte 6. cap. 5. numero 34 706

Prouincialis ratione officij tenetur purgare Prouinciam à malis ſubditis, par. 2. c. 2 nu. 6. fol. 103. Statim, vt conſtat de delicto, ſine mora aliqua inquirere debet,

bet, ib. n. 9. fol. 103. Debet cauſam expedire cùm primùm poteſt, ib. n. 18. f. 105 A quo debeat ſyndicari, p. 3. c. 9. §. 6. nu. 12. f. 267. Extra ſuam Prouinciam an poſſit exercere iuriſdictionem cum ſuis ſubditis contentioſam, p. 5. c. 1. n. 58. fol. 485. & nu. 65. fol. 486. Habet iuriſdictionem cum ſuis, ſicut Epiſcopus, ib. n. 61. fol. 485. Extra ſuam Prouinciam poteſt ferre ſententiam contra ſubditos exiſtentes in Prouincia, ib. n. 68. fol. 486 Poteſt extra ſuam Prouinciam multa facere, quæ recenſentur in n. 70. fol. 487. Poteſt punire ſubditum reuertentem in propriam Prouinciam pro delicto commiſſo extra Prouinciam, ib. nu. 71. An poſſit ferre ſententiam cenſuræ contra ſuum ſubditum, qui deliquit in ſua Prouincia, ſed reperitur extra illam, ib. n. 72. f. 487. Poteſt ferre cenſuras contra ſuos ſubditos exiſtentes extra Prouinciam per ſententiam generalem, ib. n. 73. f. 488. Poteſt præcipere ſubdito peregrinaturo ſub aliqua pœna, vel cenſura, ne in prouincia, quam petit, aliqua faciat à ſe probibita, ib. nu. 74. 488

Prouincialis. V. Prelatus, Iudex, Superior.

Prouinciæ ſalus procuratur per punitionem delinquentium, p. 2. c. 2. n. 7 — 103

Prouiſio eſt nomen pluribus adaptabile, & quandoque ſapit electionem, p. 3. c. 5. nu. 27 — 202

Prouocans non poteſt vti beneficio defenſionis offendendo aduerſarium, & puniendus eſt de eo, in quo deliquit præter intentionem, & calore iracundiæ, p. 6. c. 2. n. 68

Prouocatus, quando non poteſt excuſari, ſemper excuſatur à pœna ordinaria, par. 6. cap. 2. num. 67. Qui verberauit Clericum prouocantem, non eſt excommunicatus, ib. Mitiùs punitur, ib. n. 55. & ſeq. f. 739. & ſeq.

Prudentia eſt virtus propria præſidentis, p. 1. c. 7. n. 2. f. 86. Eius encomia recenſentur, ib. n. 4. Eius munus eſt regere, & imperare, ib. n. 5. Eius ope boneſta, & iuſta, à contrarijs decernimus, ib. nu. 8. fol. 87. Circa quæ verſetur, & à quibus virtutibus differat, & cum quibus conueniat, declaratur, ibidem numero 10. 11. 12. 87

Puberis teſtimonium cum alijs adminiculis facit indicium ad torturam, p. 5. c. 3. n. 7 — 701

Publicatio proceſſus inducitur per confrontationem in ea parte, qua ſequitur confrontatio, p. 5. c. 8. n. 17 — 621

Puer vim paſſus in crimine ſodomiæ quando faciat indicium ad torturam, p. 4. c. 3 n. 3 — 323

Puniri poſſunt pœna extraordinaria delinquentes à Prælatis regularibus, apud quos non eſt in vſu tortura, per quam purgari poſſunt indicia, & ſemiplenæ probationes, p. 6. c. 3. n. 5 — 675

Puniri ex præſumptionibus quando quis poſſit, p. 7. c. 3. n. 148. f. 817. Puniri quãdo debeat, qui iniuriat aliquem, dicendo, tu mentiris, ib. n. 161 — 823

Punitus ſemel non debet pro eodem delicto iterum moleſtari, p. 7. c. 8. n. 1 — 930

Punitus ſufficienter quando quis dicatur, ib. n. 3. f. 931. Minori pœna, quã requirebat qualitas criminis, an poſſit amplius moleſtari, ib. nu. 4. Per viam inquiſitionis pœna extraordinaria punitus, non poteſt amplius moleſtari, ib. n. 5. Punitus de delicto deducto in iudicium ſine qualitate, an poſſit moleſtari iterum de eodem delicto cum qualitate, ib. numero 6. Pro vno delicto punitus, an pro alio

pro alio poſſit puniri, quando ex vno facto oriuntur plura delicta ſpecie diuerſa, ib. n. 7. f. 932. & quid quando delicta ſe habeat vt genus, & ſpecies, ibid. num. 8.

Punitus in loco delicti an poſſit puniri pro eodem delicto in loco originis, ſeu domicilij, ib. n. 9. Sufficienter punitus à iudice laico in caſu mixti fori, an poſſit iterum puniri à Iudice Eccleſiaſtico, ib. nu. 10 933

Punitus minori pœna, non poteſt ab alio iudice iterum puniri, quando pena eſt alternatiua, ib. n. 11 934

Punitus ſufficienter à iudice Eccleſiaſtico ſecundùm legem canonicam in caſu mixti fori, non poteſt iterum puniri à iudice ſeculari ſecundùm ius ciuile, ſi pœna nō eſt ſanguinis, ib. n. 12. Secùs dicendum, ſi pœna eſſet ſanguinis, ib. n. 13. Punitus inſufficienter à iudice Eccleſiaſtico, an poſſit puniri ad ſupplementum à Iudice ſeculari, ib. n. 14 935

Punitus à iudice minori pœna ignorante eo, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam paſſus eſt, poteſt eo inſtante iterum accuſari, & puniri, ib. n. 15. Punitus extraordinariè per viam exceptionis, poteſt iterum puniri ordinariè, ib. n. 16. Punitus ciuiliter poteſt iterum puniri criminaliter, ib. n. 17. Punitus tantùm ad emendationē per denunciationē euangel. poteſt iterum accuſari, & puniri pœna ordinaria, ib. n. 18. Minori pena punitus à Iudice inferiori ex defectu iuriſdictionis, poteſt iterum puniri à Iudice ſuperiori pœna debita, ib. n. 19. Minori pena punitus à Iudice, qui malè iudicauit, poteſt puniri ab alio Iudice pena debita, ib. nu. 20 936

Punitio. V. Pœna.

Puritas vitæ neceſſaria eſt in Iudice, p. 1. c. 5. n. 3. f. 79. Duplex requiritur in Prælato, ibid. n. 5. Interior eſt duplex, ibid. num. 6

Q

QValitas tribuens iuriſdictionem non præſumptiuè, & per indicia, ſed concludenter eſt probanda, p. 1. c. 1. n. 30. fol. 16. Quando eſt fundamentum intentionis, debet præcisè probari, ib. num. 31. 16

Qualitas, quòd teſtis ſit omni exceptione maior, an debeat probari, par. 4. c. 2. n. 3. 303

Qualitatem debet probare à lege requiſitam agens ex aliqua lege, vel Statuto, p. 1 c. 1. n. 32 16

Qualitates requiſitæ à S. Conc. Trid. vt Epiſcopus poſſit punire Regulares delinquentes extra Clauſtra, ſunt probandæ, p. 1. c. 1. n. 28 15

Qualitates occultæ non poſſunt probari, niſi per confeſſionem rei, par. 5. cap. 4. n. 26 577

Quando aliter veritas haberi non poteſt inhabiles admittuntur in teſtes, p. 4. c. 3. n. 26 328

Quando ſint admittendi cum tortura, & quando ſine ea, ibid.

Quando torquendi ſunt plures, priùs torqueantur qui ſunt malæ famæ, & magis ſuſpecti, par. 4. cap. 16. §. 3. num. 4. 443

Quantitas perſonarum quanta eſſe debeat, vt faciat notorium facti, p. 3. c. 9. §. 4. n. 3 277

Quæ ſunt ante litem conteſtatam, ante iudicium fieri dicuntur, par. 2. ca. 3. nu. 8. 118

Querela vulnerati an poſſit ſufficere ad capturam, par. 4. c. 17. n. 11 449

Qui artem ignorat, non benè de artibus iudicat, par. 1. cap. 3. num. 25. 73

Quilibet ad accuſandum admittitur in delictis publicis, ſi expreſsè non ſit prohibitus, p. 3. c. 2. n. 1 176

Qui obijcit crimen contra teſtes, ſi non probat, poteſt puniri, p. 3. c. 9. §. 14. n. 3 303

Quouſque non abſ. luatur reus, debet reputari d linquens, par. 3. c. 4. num. 9. f l. 183. & c. 6. n. 2. fol. 205. & p. 4. c. 17. nu. 21 452

R

Raptæ aſſertio contra raptorem facit indicium ad torturam, p. 5. c. 3. n. 91. 537

Ratificatione non indiget confeſſio ſpontanea, vt confitens condemnari poſſit, p. 5. c. 7. n. 2 600

Ratificatio confeſſionis an debeat fieri coram teſtibus, p. 6. c. 6. n. 5. f. 711. Requirit rei ſubſcriptionem, ib. n. 6. Quando debeat fieri, ib. nu. 7. Non requiritur in reo reperto in flagranti crimine, ib. nu. 8. Quando facienda ſit in faciem nominati, ib. n. 9

Reclamatio. V. Recurſus.

Recognitio differt à confrontatione, p. 3. c. 8. n. 1. fol. 617. Fieri debet etiam in iudicio regulari, non autem confrontatio, nec tempore quo, &c. ib. n. 8. fol. 618. Et quando neceſſaria quando teſtes cognoſcunt reum tantùm de viſu, & non de nomine; & tūc quid fieri debeat à iudice, ib. nu. 10. fol. 619. & n. 27. fol. 621. In recognitione, & confrontatione non debent omnes teſtes ſimul adduci, ſed vnus poſt alium, ib. n. 14

Recognitio in cauſis Regularium quomodo ſit facienda, ib. n. 15

Reconciliatio inimicitiæ quomodo probetur, p. 4. c. 9. n. 23 378

Reconuentio non habet locum coram Iudice delegato, parte 3. cap. 3. num. 8. 183

Recurſu, & reclamatione prohibita, non cenſetur prohibita ſupplicatio ad Principem per viam gratiæ, par. 8. cap. 9. n. 7. 1054

Recuſatio quando ſit à Iudice admittenda, vel reijcienda, p. 5. c. 1. nu. 28. fol. 469. Cauſa recuſationis qualis eſſe debeat, ib. n. 44 480

Recuſato vno ex iudicibus coram alijs, quomodo ſoleat interloqui, ibid. num. 48. 481

Recuſationis forma, ib. num. 50. fol. 481. & 482

Regulares ſunt exempti à iuriſdictione Epiſcoporum etiam de iure communi priuatiuè ad Epiſcopos, p. 1. c. 1. n. 7. f. 10. Non poſſunt renunciare priuilegium exemptionis, ib. n. 13. fol. 11. An poſſint ab Epiſcopo cenſuris multari, ib. nu. 53. fol. 20. An poſſint accuſari à Laicis, p. 3 c. 2. n. 2. fol. 176. An poſſint alios Religioſos accuſare, p. 3. c. 2. nu. 7. 8. 14. fol. 177. 180. & p. 3. c. 4. n. 27. fol. 198. Eorum caſtigatio pertinet ad ipſorum ſuperiorem, p. 1. c. 1. n. 8 10

Regulares non habentes in vſu torturam, per quam purgari poſſunt indicia, condemnari poſſunt in pœnam extraordinariam, p. 6. c. 3. n. 5. fol. 675. Clauſuram violantes per introductionem mulierum in monaſterium quibus pęnis ſubiaceāt, p. 7. c. 4. n. 10 862

Regulares. V. Religioſi.

Regulare iudicium ex triplici capite ſumit exordium, par. 3. cap. 1. num. 1. 158

Regularis manens in aliquo membro, vel grancia ſui Monaſterij de Superioris licentia non poteſt puniri ab Ordinario, ſi delinquat, p.1.c.1.n.51.fol.20. Carcerari non debet à Superiore, niſi de conſilio Patrum ſeniorum p.4.c.17.n.12.f.450. Miſſus à Prælato in cellam cum ordine, ne exeat ab ea, an carceratus dici poſſit, p.4.c.17.n.18.19.fol.451. Poteſt cogi à ſuo Superiore ad teſtificandum, non autem ad confrontandum cum reo, p.5. c.8. n.3 617

Regularis. V. Religioſus, Sacerdos.

Rei confeſſio non valet, quæ extorta eſt per repetitionem torturæ, quæ repeti non debebat, p.6.c.5.n.30 607

Rei defenſor quæ debeat conſiderare pro articulorum formatione, par.6.cap.2. n.1

Rei imperfecta probatio an aliquid operetur contra perfectam probationem fiſci, p.6.c.2.n.109 665

Rei innocentia poteſt deduci à quolibet, p.7 c.1.n.11.f.719. Quomodo probetur, p.7. c.7.n.4 923

Reipublicę intereſt, delicta puniri, in Pręf. n.4 1

Relatio apprehenſorum an ſufficiat ad torquendum, par.3.cap.9.§.9. num.8. 288

Religiones per rectum vſum iudiciorũ bonum nomen conſeruant, in Præf. nu.11. 2

Religionis bonum à diligentia Prælati maximè pendet, par.2.cap.2.num.5. 103

Religioſus iuſtè carceratus non poteſt fugere abſque apoſtatæ nota, p.4.c.17.n.23. fol.452. In pœnam delicti de ſtatu clericali poteſt tranſire ad ſtatum laicalem, p.7.c.3.n.176.f.829. Admiſſus ad habitum pro laico, non poteſt promoueri ad ordines, ib.n.177.f.380. Profeſſus nulliter quam pœnam incurrat, ſi ordines Sacros recipiat ſciens nullitatem ſuæ profeſſionis, p.7.c.4.n.47.fol.900. Proprietarius in quas pœnas incurrat, ib.n. 48.f.901. Profeſſus ſi de facto matrimonium contrahat, qua pœna ſit puniendus, p.7.c.4.nu.55.fol.908. Carnaliter monialem cognoſcens, qua pœna plecti debeat, ib.n.56.fol.909. Recurrens ad perſonas extra Religionem pro gratijs infra Religionem obtinendis, qua pœna debeat puniri, ib.n.57

Reliquias Sanctorum vendens, qua pœna ſit plectendus, ibidem numero 58

Religioſus Sacerdos an veniat puniendus ſi celebrat miſſas mediante ſtipendio donando alicui conſanguineo pauperi, p.7. c.5.per totum, f.913.& ſequ. Negatiua opinio proponitur, ib.n.1.& 2. Contraria tenenda, ib.n.5.fol.914. Et declaratur n.9. 915

Religioſus, quod non habeat ius ad pecuniam, ad votum paupertatis pertinet, ib. n.7.f.914. Si abſque Superioris licentia ſtipendium pro miſſis transferat in alium, peccat, ac ſi bona Monaſterij ſine licentia donaret, ib.n.8. Facultas ei cõceſſa à Religione celebrandi aliquas miſſas, quomodo intelligatur conceſſa, ib. n.10.11.12.fol.915. V. Sacerdos, Regularis.

Religioſi, ſiue Regulares delinquentes in adminiſtratione Sacramentorũ an poſſint puniri ab Epiſcopo, p.7.c.4. nu.50. fol.902. Receptantes bannitos, fallitos, & decoctores in eorum Monaſterijs quas pœnas incurrant, ib.nu.51. Non poſſunt dare licentiã extrahendi reos ab Eccleſia ſine incurſu in pœnas, de quibus in Bulla Greg.XIV.ib.nu.52.fol.903. Laceran-

rantes cedulones affixos per Epiſcopos in quas pœnas incidant, ib.n.53.f.904. Incorrigibiles quando poſſint eijci à religione,ib.n.54. Et de pœnis eorum,qui Decretum Sacræ Congregationis in hac materia transgrediuntur, ibidem.

Religioſi ſub pœna excommunicationis non poſſunt appellare ad tribunalia ſecularia,p.8.c.10.n.1.fol.1055. Nec poſſunt appellare ad tribunalia Eccleſiaſtica, quibus non ſubduntur, ſub pœna excommunicationis,ib.n.2.Nec poſſunt appellare ad Nuncios,& Legatos, neq; ad ipſum Pontificem à correctionibus, & punitionibus iuſtè inflictis ſecundùm regulam,& ſtatuta proprij ordinis, quæ ſunt in vſu ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruata, & priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, ac priuationis vocis actiuæ & paſſiuæ, ib. n.3. Ipſis non licet appellare communiter ſecundùm Doctores,ib.n.4.f.1057.Poſſunt tamen appellare à grauamine extraiudiciali in caſibus recenſitis in nu.5.fol. 1057.1058. Quamvis appellare non poſſint regulariter,poſſunt tamen recurrere ad ſuperiores per viam querelæ,recurſus, ſupplicationis, &c. ib. num.6. 1058

Religioſi. V.Regulares.

Reo ante interrogationem debet aperiri ſtatus ſuæ cauſæ; Et dantur remedia, vt poſſit ſe defendere, non data ſibi copia indiciorum, par.5.cap.5.nu.9. & 10. 560.570

Reo ad ſe defendendum Iudex copiam proceſſus dare debet,& quando non, p 6 c.1. n.12.13 635.& ſeq.

Reo non dato termino defenſionis, ſententia lata eſt nulla, par.7.cap.1.nu.8. 718

Reo defenſio eſt ita fauorabilis,vt coniecturis arbitrio Iudicis probetur,p.7.c.1.n. 14 719

Repetitio teſtium facienda eſt priùs ſuper interrogatorijs,& poſtea ſuper primo examine,p.6.c.1.n.27 639

Requiſita neceſſaria ad accuſationem enumerantur, parte 3.cap.1. numero 6. 159

Res ad ſuam naturam facile reuertitur,p.1 c.1.n.76 29

Res alienius inuenta in loco, vel circa locũ delicti facit regulariter indicium ad torturam contra illum, cuius probatur eſſe rem illam,p.5.c.3.n.95 538

Reſponſio indefinita intelligi debet ſecundùm præcedentem interrogationem, p.5. c.5.n.57. 584

Reſpublica dicitur beata,cui ſapiens Princeps dominatur,p.1.c.4.n.13 71

Reuelans delinquentem in viſitatione generali, ſe habet vt teſtis,p.3.c.9.§.3.n.7 259

Reus poteſt exigere à delegato reſcriptum originale,p.1.c.1.n.115.fol.42. Nemo dici poteſt, niſi poſt litem conteſtatam, p.2.c.3.n.5.fol.117. Si nolit litem conteſtari,pro confeſſo habetur,p.2.c.5.n.30 f.134. In criminalibus an poſſit renunciare terminum ſuæ defenſionis, p.2.c.5. n.40.f.137. Quouſque non abſoluatur, debet reputari delinquens,p.3.c.4.n.9.f. 188.& c.6.n.2.f.205.& p.4.c.17.n.21. fol.452. Quomodo examinari debeat ſuper delicto notorio,par.3.c.9.§.8.nu.12. fol. 282. In delictis notorijs ſi eſt fugitiuus, poteſt condemnari in contumacia; Et traditur modus,ib.n.13.f.282 In flagranti delicto à qualibet perſona capi poteſt, par.3.cap.9. §.9. num.3. 283

Reus interrogatus tenetur reſpondere ad

mentem Iudicis,p.5.c.5.n.6.f.658. Examinandus ſi petat copiam indiciorum ſibi dari,non eſt concedenda,ib. n.8. Interrogatus ſi petat dilationem ad reſpõdendum,non eſt ei concedenda,ib.nu.11. f.570. Si interrogatus non vult Iudici reſpondere,eſt admonendus, ib. num.12. Quando poſſit iuſtè non reſpondere Iudici,ib.n.15.f.571. Si in examine dicit mendacium in facto principali,facit cõtra ſe indicium ad torturam,ib.num.29 f.576. Si in examine falſum dicit, non poteſt in foro exteriori puniri. An poſſit in examine teneri ligatus,ib.n.31.f 577 In quo loco debeat examinari,ib.n.32.In ſecundo, tertio, & ſequentibus conſtitutis an poſſit ſe referre ad præcedentes, ib.num.41.f.580. In ſecundo conſtituto quomodo ſe poſſit proteſtare, & referre ad ea, quæ depoſuit in primo, & ſic de cæteris conſtitutis,ib.n.42. Etiam conuictus debet examinari cum clauſula,ſine preiudicio conuictorũ,ib.n.54.f 584. Si interrogatus mutet colorem, & alia ſigna faciat,debet Iudex mandare Actuario, vt omnia ſcribat in actis, ibidem n.55

Reus interrogatus à Iudice ſtatim veritatem fateri tenetur ſub pœna peccati mortalis,par.5.cap.6.n.1 f.592. An teneatur veritatem fateri, quando eſt ſpes euadendi,ib.nu.5.& ſ.q.f.593.& ſequ. Conuictus ſi negauerit delictum, ductus ad ſupplicium, non tenetur illud fateri in publico, niſi aliquod damnum ſequatur,ib.n.12.f.597. Conuictus in multis caſibus poteſt in bona conſcientia negare delictum,ib.n.13.f.598. Interrogatus de delicto ſi illud neget, & poſtea timore probationum cum qualitate fateatur, debet qualitatem probare,p.5.c.7. n.38. f.611. Si interrogatus cum qualitate delictum fateatur, an debeat torqueri, vel extraordinariè puniri,ib.num.39.f. 612

Reus poteſt appellare,ſi Iudex non concedit integram copiam,par.6.cap.1.num.11.f. 635. Si recipit teſtes pro ritè,& rectè examinatis, habentur pro repetitis, ib. num.16.fol.637. Poteſt ſemper inſtare,vt repetantur teſtes cum ſuis interrogatorijs, quando copia proceſſus ſoleat dari ſine clauſula: Habitis teſtibus pro, &c. ibidem num.25.f l.639. In criminalibus non poteſt ſuas defenſiones renunciare,& quando ſecùs,ibid. num.31. f.640

Reus conuictus quibus alijs modis poſſit ſe defendere à probationibus, quæ adducuntur contra ipſum,par.6. cap.2. num. 85. Poteſt ſe defendere, quòd non conſtat de corpore delicti, ibidem num.104 Poteſt ſe defendere opponendo exceptionem præſcriptionis; & quòd præſcripto delicto non poteſt ampliùs quis moleſtari,ib. num.105. Et dicendo de nullitate proceſſus,num.107. Biennio elapſo poſt litem conteſtatam, non poteſt pro eodem delicto ampliùs moleſtari, ib. num.106. Abſolutus de aliquo delicto diffinitiuè non poteſt pro eodem delicto ampliùs moleſtari,ib.n.106.Si offuſcat intentionem fiſci,torqueri non poteſt,ib.nu.113. Poteſt ſe defendere contra Iudicem ratione incompetentiæ, ſuſpicionis, & alijs modis,ib n.117.Poteſt ſe defendere contra perſonas,& dicta teſtium, ib. n.118. Vel quòd contra ipſum non ſint indicia ſufficientia,ideſt, ſemiplena probatio,ad torturam,ib. n.119. Vel quòd factũ fuit commiſſum tempore furoris, & alijs de cauſis,de quibus,&c.n.120. Vel quòd ſit minoris ætatis,& priuilegiatus,qui torqueri non poſſit,ib. n.121. Si euacuauit

in-

indicia contra ipſum per alios teſtes, debet diffinitiuè abſolui, p.6.c.3.num.1.f.673. Si ita debilitauit indicia, vt non poſſit torqueri, quid agẽdum, ib.n.2.3.4. f.674. Torqueri grauiter debet, quando indicia ſunt vrgentia, & faciunt pluſquàm ſemiplenam probationem, ib.n.8.f.676. Quando eſt conuictus non eſt neceſſaria eius confeſſio de delicto, p.6.c.4.n.7 683

Reus ſi in tortura incipiat dicere veritatẽ, quid faciendum Iudici: Et ſi manifeſtet aliqua delicta, de quibus non extant indicia, quid faciendum ſit, p.6.c.5.n.5.& 6.f.698. Conuictus torqueri poteſt pro complicibus, aut alijs delictis, de quibus eſt tantùm indiciatus, ib.n.9.f.699. Si in tortura neget delictum principale, an poſſit puniri pęna ordinaria, ib.num.11. Reus conuictus, vel confeſſus, ſi poteſt interrogari de alijs ſocijs, vel alijs delictis, iterum debet conſtitui, & ſi neget, torqueri: Et ſi in tortura negaret delictum non interrogatus, Iudex quid facere debeat, ne attenta retractatio præiudicet probationi, ib.n.13.& 14

Reus regulariter non poteſt torqueri ſuper alijs delictis, nec tortus interrogari debet de ſocijs, & mandante, & quando ſecùs, p.6.c.5.n.20.f.702. Reus ſuper cõplicibus, & qualitatibus non torquendus eſt, niſi ſit confeſſus, aut conuictus, aut condemnatus; aliàs negatiuus purgat indicia principalis delicti, ib.n.21.f.703 Quando torquendus ſit tertia vice, ib. n.28 f.705. Reus de diuerſis delictis, pro quibus pluries torquendus erat, & tortus prima vice confeſſus eſt omnia crimina, etiam de quibus erat torquendus alia vice, ſi recuſat ratificare, & poſitus in ſecunda tortura negat, non poteſt ampliùs torqueri, ib.n.36.f.706

Reus poſt ratificationem debet ſe ſubſcribere, p.6.c.6.n.6.f.711. In tortura negatiuus quomodo ſit abſoluendus, ib. nu.14.f.712. In tortura confeſſus, vt poſſi. condemnari, requiritur, vt vltra ratificationem extra torturam, detur terminus defenſionis aduersùs confeſſionem, & quòd nihil in eo probauerit ad ſui defenſionem, ib.nu.15.f.713. Qui in tortura per tres vices ſemper eſt confeſſus, & numquam voluit ratificare confeſſionem, an ſit abſoluendus, ib.n.20.f.715. Poteſt facere ſuas defenſiones etiam poſt terminum, & dandus eſt nouus terminus ſuper nouiter repertis, ib.n.9. Poſt ſententiam poteſt etiam facere ſuas defenſiones, ib.n.11.f.719. Non poteſt renunciare terminum defenſionis; & ſi renunciet, Iudex talem renunciationem admittere non debet, ib. n.12

Reus ſi non eſt confeſſus, nec conuictus, non poteſt pœna ordinaria condemnari, p.7.c.2.n.1.& 6.f.723. Multis modis poteſt ſe defendere contra teſtes, ib. num.19.f.796. Torqueri poteſt, quando pro delicto venit imponenda pœna carceris, p.7.c.3.nu.119.f.796. An poſſit torqueri, quando pœna non eſt corporalis, ſed ex cauſa debet augeri, aut quando pœna eſt arbitraria, ponitur regula cum limitationibus, ib.n.120.fol.796. Poteſt puniri pœna ſpirituali à Iudice Eccleſiaſtico, & pœna corporali à Iudice Laico, & ſententia lata in vno foro non parit exceptionem rei iudicatæ in alio foro, niſi Iudex Eccleſiaſticus præueniens puniat reum etiam pœna corporali, ib.num.128.fol.800. Pęna ordinaria an, & quãdo puniatur, cùm proceditur per viam inquiſitionis, ib. n.155.fol.821. Non probato contra eum delicto imputato, de conſuetudine abſoluitur ab obſeruatione

Iudicij, p. 7. c. 7. n. 1. & 2. f. 291. Eodem modo abſoluitur tortus, & negatiuus, ib. n. 3. & ſeq. Quãdo in iudicio abſolui debeat cũ clauſula, ex hactenus deductis, ib. n. 4 923

Ruſticus minuit pęnam: hoc eſt, ſimplicitas eſt cauſa minuendi pœnã, p. 7. c. 2. n. 67. 743

S

S*Acerdos reuelans aliquid in confeſſione auditum, an faciat fidem, p. 4. c. 3. n. 30.* 329. *Qui fornicatus eſt cum filia ſpirituali, qua pœna veniat puniendus, p. 7. c. 4. n. 59. f. 909. Celebrans, & Sacramentum non conficiens qua pœna puniri debeat ib. n. 60. Si celebrare incipit, & ſine cauſa recedit, qua pœna puniendus eſt, ib. n. 61. Celebrans in Eccleſia polluta ante reconciliationem, an puniri debeat, ib. n. 62. f. 910. Sacramentalia irreuerenter tractans, qua pœna puniatur, ib. n. 63. Sacerdos ſi antequam ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus per ſententiã, à cenſura appellet, & poſtea celebret, non eſt irregularis, etiam ſi appellatio non eſſet valida, ſi bona fide celebret; geſta tamen ex officio priuato ſunt nulla, p. 8. c. 2 n. 7* 901

Sacerdos regularis. V. Religioſus ſacerdos.

Sacrilegium perſonale qua pœna puniatur, p. 7. c. 4. n. 64 900. & 901.

Sacrilegium perſonale qua pœna puniatur, p. 7. c. 4. n. 64 900. 901

Salomon iudicauit ita ad regimen neceſſariam eſſe ſapientiam, quod illam ſolam à Deo poſtulauit, p. 1. c. 4. n. 7 70

Salus prouinciæ procuratur per punitionem delinquentium, p. 2. c. 2. n. 7 103

Sanguis profluens ex vulnere interfecti præſente ſuſpecto cum adminiculis facit indicium ad torturam, p. 5. c. 3. nu. 106. 545

Sanctorum reliquias vendens qua pęna puniri debeat, p. 7. c. 4. n. 58 909

Sapientia ſine timore Dei eſſe non debet, p. 1. c. 6. n. 2 85

Scientia priuata poteſt vti index in ijs, quę ſunt medici præiudicij, & in officijs cõferendis, p. 1. c. 3. n. 26 67

Scientia eſt neceſſaria ad iudicandum, ſine qua à Iudicibus, & Prælatis boni aliquid ſperari non poteſt, p. 5. c. 4. n. 1. f. 69 Sine ſcientia actitatum iudicium temerarium eſt, ib. n. 2. Eſt de ſubſtantia Pręlaturæ, n. 4. f. 70. Scientia, & litterarum peritia quantum neceſſaria in iudice ſit, probatur, ib. n. 80 70

Scientia præſumpta Statuti probibentis ſufficit ad incurrendam pœnam, quando non eſt corporalis; ſecùs ſi corporalis, p. 7 c. 3. n. 93 783

Scriptura, ex qua delictum colligitur facit indicium ad torturam, contra ſcribẽtem, p. 5, c. 3. n. 97. f. 540. Et quomodo probetur, n. 98 540

Scipturam falſam fabricans qua pœna veniat puniendus, par. 7. cap. 4. num. 65. 910

Semiplena probatio debet præcedere citationem, p. 2. c. 3. nu. 13. fol. 119. Sufficit etiam ſine infamia ad excludendum aliquem à dignitatibus Eccleſiaſticis obtinendis, p. 3. c. 4. n. 9 fol. 188. Sufficit ad delinquentem interrogandum, carceri mancipandum, & torquendum, p. 4. ca. 5. n. 8 349

Senectus minuit pœnam, nam ſenes mitius puniuntur, p. 7. c. 2. n. 66 743

Sententia præcipitanter lata, eſt nulla, p. 2. c. 5. n. 32. f. 125. Debet prius ſcribi, & poſtea legi, ib. n. 48. fol. 139. In qua non dicitur, quod fuit lecta, eſt nul-

la,

la,ib.n.49 139

Sententia Vicarij eſt nulla,ſi Epiſcopus eſt excommunicatus,c.1.n.85 485

Sententia tum depoſitionis, tum degradationis actualis ſuſpenditur per appellationem.

Sententiæ forma ad excipiendum aliquem à dignitatibus,p.3.c.9.§.12.n.4 296

Sententia quando eſt ſimpliciter lata, itavt nõ poſſit colligi ex qua cauſa fuerit quis abſolutus, recurri debet ad acta; & in dubio præſumitur abſolutus, quia crimen non fuit probatum,p.7.c.7.n.23.& 24.f.929. Sententia quid ſit,p.7.c.9.n.1.f.937. Quid continere debeat,ib.n.2. Punitionem precedere debet,ib.n.3. Sententia declaratoria requiritur,etiã quod in ſententia adſit clauſula, vt incurſa cenſeatur abſque declaratoria, quia intelligitur de declaratoria pęnæ, non autem delicti,ib.n.5 938

Sententia interlocutoria quid ſit, & in quo differat à diffinitiua, & ponuntur differentiæ,p.7.c.9.num.12.f.940. Lata in vno iudicio an noceat in alio,ibi. nu.13. f.941. Diffinitiua reuocari non poteſt, quando tranſit in iudicatum: ſecùs quãdo non tranſit, & ponitur quando non tranſeat in iudicatum,ib.n.14. Sententia an ſit ſtricti iuris, ib. nu.15. An in dubio præſumatur ritè,& iuſtè lata, ibi. n.16 942

Sententia debet eſſe conformis libello: ſed limitatur tripliciter aſſertum, p.7.cap.10.n.1.& 2.f.942.& 943. Non debet excedere limites proceſſus,ib.n.2.f.994. Super nouiter deductis, & probatis in proceſſu non poteſt fieri,niſi priùs lis cõteſtetur, & reo detur terminus ad ſe defendendum,ib. n.4

Sententia lata à Iudice Eccleſiaſtico an pariat exceptionem rei iudicatæ in foro ſeculari,p.7.c.11.n.7.f.947. Sententia vnius Iudicis quando facit tranſitum in rem iudicatam, ſecunda ſententia eſt nulla. Et quando ſecùs, ibid. num.8. Interlocutoria quando poſſit ferri ab vno Iudice ſine alio,ibidem num.10.fol. 948. Valet etiam, ſi vnus ex pluribus Iudicibus ſit corruptus,ibidem num.11. 949

Sententia debet redigi in ſcriptis,& proferenda poſteà eſt legendo ſcripturam: aliàs non valet; & debet promulgari publicè,par.7.cap.12.num.1.& 2.f.449. & num.8.f.951. Continere debet nomen Iudicis, & ſociorum, quando plures, ac delictum,& cauſam, ſuper quam eſt fũdata,& ponitur exemplum,ib. nu.4.fol. 950. Debet publicari præſente reo publicè, ſi eius præſentia haberi poteſt, & coram teſtibus audientibus, ac ſubſcribentibus,ibid.num.8.f.951. Debet eſſe certa,aliàs non valet,ibid.num.9. Debet continere abſolutionem, aut condemnationem,ib.nu.10. Debet ſubſequi cauſæ cognitionem,ib. n.11. Debet eſſe prolata infra inſtantiam iuris communis, vel ſtatutarij,ib.n.12.Contra legem,vel ſtatutum non valet,ib.n.14 952

Sententia impugnari poteſt per viam nullitatis,p.7.c.13.n.1.f 954. Condemnatoria eſt nulla, quando non conſtat de delicto commiſſo,ib.n.2.Pariter eſt nulla,quando eſt inepta inquiſitio quę pluribus modis poteſt eſſe inepta, & recenſentur decem cauſæ ineptitudinis inquiſitionis.ib.n.3.Quæ euidẽter eſt nulla,nullum parit effectum,ib. n.4.f.955. Continens plura delicta poteſt in vna parte valere,& in alia nõ,ib.n.5.Nõ tamen ſic,quando delicta ſunt connexa, & inſeparabilia, ibid. numero 6. Poteſt pro parte valere, atque pro parte

non

non, tum reſpectu Iudicis, tùm reſpectu reorum, ib. nu. 7. Sententia ſi eſt nulla, nulla redditur executio, ib. n. 17. f. 956. Sententia ſi fuit lata ſuper validitate ſententiæ, quæ dicebatur nulla, & pars non appellauit, non poteſt amplius dicere de nullitate, ib. nu. 34. fol. 961. Nec poteſt amplius impugnari ſententia nulla à parte approbata expreſsè, vel tacitè, ib. n. 35. Sentẽtia cenſuræ lata poſt appellationem eſt nulla, par. 8. c. 1. nu. 17 980

Sententia cenſuræ poſt appellationem eſt nulla, etiam ſi Iudex non admiſiſſet appellationem, & hoc eſt neceſſe in hoc caſu, vt quis appellet à non admiſſione appellationis, & idem eſt ſi appellationi fuerit renunciatum, aut terminus ad proſequendam appellationem fuerit dilatatus, aut appellans non fuerit proſequutus appellationem, & appellatio fuerit deſerta, p. 8. c. 2. n. 30. 31. 32. fol. 911. Sententia cenſuræ ſi eſſet lata ſub conditione, appellatio ante euentum cõditionis ſuſpendit, ib. n. 33. fol. 992. Facta poſt appellationem eſt nulla, etiam ſine inhibitione, ib. n. 36. f. 992. In ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam poteſt proponi querela coram eodem Iudice etiam poſt decem dies, & infra triginta annos, aut in perpetuum, ſi agatur de animæ periculo, p. 8. c. 5. n. 11. & 12. f. l. 1017. Sentẽtia interlocutoria quoad iudicem non tranſit in rem iudicatam, & poteſt reuocari etiam poſt decem dies, ib. n. 13. Ampliatur interlocutoria ſine cauſæ cognitione, vt non trãſeat neque quoad partes, ib. num. 15

Sententia cenſuræ non ſuſpenditur per appellationem, & non obſtante appellatione poſſunt affigi cedulones, in qua affixione non eſt neceſſaria citatio, par. 8. c. 6 num. 26. fol. 125. Limitatur in multis caſibus expreſſis in nu. 27. vſque ad 31. Suſpenditur, ſi Iudex detulit appellationi, nec poteſt exequi, ſi Iudex ad quẽ inhibuerit, ib. n. 34. f. l. 1029. Suſpenditur etiam in temporalibus per appellationem ſententia interdicti, & ſuſpenſionis, ib. n. 35. Sententia interlocutoria reſpectu iudicis non tranſit in indicatũ, ib. n. 41. f. 1030. Interlocutoria ſententia, ſi habet vim diffinitiuæ, poteſt etiã reuocari, quando poſt ſe ſpectat aliam ſententiam diffinitiuam, ib. num. 44 1030

Sententia interlocutoria ſuſcipit naturam diffinitiuæ, quando Iudex à quo, non obſtante appellatione ab interlocutoria procedit ad ſententiam diffinitiuam, p. 8 c. 8. n. 5 1046

Sententia Iudicis à quo ſi fuit nulla, ſed quoad merita iuſta, Iudex poteſt declarare ſententiam nullam, & ſententiam quoad merita confirmare, pa. 8. c. 11. n. 4 1060

Sententiæ executio ſpectat ad vltimum Iudicem, qui tulit ſententiam diffinitiuã; ſed quando ſententia tranſit in rem iudicatam, ad Iudicem, qui eam tulit, ſpectat executio, parte 8. cap. 12. numero 1. 1060

Sententiam interlocutoriam confirmatam à Iudice appellationis, exequitur Iudex à quo, ib. nu. 2 Sententiam condemnatoriam in pœnam corporalem etiam exequitur Iudex à quo, ibidem numero 3. 1061

Sententia nulla. V. Nullitas.

Sententiæ forma. V. Forma ſententiæ.

Sigiſmundi opinio de electione, dubio 60. aliàs 63. reijcitur, p. 1. cap. 4. num. 39. 75

Simonia probatur per teſtes ſingulares, p. 4 cap. 5.

Digitized by Google

cap.5.num.44 355

Simoniacus qua pœna puniendus ſit,p.7.c.4 n.66 911

Singulares in cauſa dicti, ſi ſunt concordes in dicto,probant,par.4.c.5.num.37. 355

Singulares deponentes de frequentia actus probant,ib.n.39

Singulares teſtes ſunt coadiuuandi, vt efficiantur concordes, ibid. numero 49. 356

Singulares Teſtes. Vide: Teſtes ſingulares.

Singularis teſtis quando probet,p.4.c.5.per totum.

Singularitas teſtium eſt triplex,par.4.c.5. n.2 348

Singularitas obſtatiua quæ ſit, ib.nu.3. & quæ ſit ſingularitas adminiculatiua, ib. n.4. Et quæ ſingularitas diuerſificatiua, ib.n.5 348

Singularitas non attenditur quando teſtes ſunt multum notabiles,& magnæ authoritatis,ib.n.33.f.354.In dubio non præſumitur, ib.n.52 355

Singuli tenentur ſcire,quæ ad eorum ſtatũ, & officia pertinent, par.1. c.4.nu.14. 71

Socius delinquens an, & quando poſſit de conſocijs interrogari,p.3.c.9.§.2. nu.16 17.19 244.245

Socius in teſtem vocatus non tenetur manifeſtare delinquentem occultum, etiam ſi delictum ſit manifeſtum,p.3.c.9.§.4.n.6 266

Socius itineris non poteſt teſtificare pro ſocio offenſo, parte 4.cap. 9. num.14. 376

Socij in crimine nominatio non adminiculata non facit indicium contra nominatum; ſecùs adminiculata, & recenſentur adminicula, p.5.c.3. n.61.& 72. fol.527. Debet torqueri ad purgandam infamiam,ib.n.63.fol.529. Quæ requirantur vt faciat indicium ad torturam contra nominatum, ib.num.65.fol 530. Crimina excepta, de quibus poteſt interrogari,quæ ſint,ib.n.66.Quomodo debeat interrogari, ib.n.68.& ſeq.f.531. Si ſua ſponte nominat ſocium, an faciat indicium, ib. n.70. Nominans ſocios in tortura ſi reuocat ſuam depoſitionem, an proſit nominatis, ib.n.73.fol.532. Interrogatus à Iudice de ſe, & alijs, ſi nihil dicit de alijs, & poſtea ſi in tortura nominat alios,an eis noceat,ib.n.74. Indicium reſultans ex nominatione ſocij facta in tortura an elidatur per bonam famam nominati,ib.n.76.Conſilium circa reum torquendum pro ſociorum nominatione,ib.n.77. Socius iniuriati in itinere an faciat indicium contra iniuriantem,ib.n.94 538

Socij duo faciunt indicium ad torturam in copula carnali, p.5.c.4.n.32. folio 561. Socius in crimine non admittitur ad defenſionem,p.[illegible]n.80

Socij in crimine exculpatio, an, & quando proſit ſocio inculpato, par.6.ca.2.nu. 103

Socios in crimine ad manifeſtandos torqueri poteſt conuictus, par.6. cap.4. nu.1. 682

Sociorum in crimine nominatio adminiculata grauat nominatos ad torturam, ib. n.2

Sodomia an committatur cum fœmina præpoſtera Venere, par.5.cap.4. num.39. 564

Sodomiam exercens in quas pœnas incurrat,p.7.c.4.n.67 911

Solonis Philoſophi dictum notabile, in Præf.n.1 1

Solus communis error ſine titulo an quoad Deum

Digitized by Google

Deum ſufficiunt ad ſalutem confitentis, p.1.c.1.n.140 48

Spacium decem dierum non expectatur in illis criminalibus, in quibus non datur appellatio,p.8.c.2.n.45 993

Statutum ordinatorium, & ſtatutum deciſorium quodnam ſit,p.8.c.8.num.11.fol. 1048

Statutum, vel lex noua iuri præiudicans tertij,ſtrictè,& propriè intelligi debet, p.1.c.1. n.33 17

Statutum dum duplicem pœnam imponit, ſi vna commutetur, vel minuatur, altera cenſetur remiſſa,p.7.c.3.n.9.f.762. Pœnam imponens, non extenditur ad delicta commiſſa ante ipſum ſtatutum, ib. n. 14. Limitatur tamen multis modis,nu. 15.16.17.f.763.& ſequ. Statutum,vel lex vigens tempore delicti attenditur in pœnis imponendis,ib.n.19 765

Statutum pœnale ex rationis identitate extenditur ad caſus etiam fictos, vbi caſus verus,& fictus æquiparātur per ius commune,ib.n.65.f.778. Statuti prohibentis ſcientia præſumpta ſufficit ad incurrendam pœnam, quando non eſt corporalis; ſecùs ſi corporalis,p.7.c.3.nu. 93 783

Statutum puniens committentem delictum an comprehendat mandantem; & quid in cenſuris;& quid quando loquitur per verba communia,n.156 821

Statutum,vel lex quando prohibet aliquid, & non adijcit pœnam,contraueniens punitur Iudicis arbitrio, ibid. num. 169 827

Statutum. V. Lex.

Stellionatus quid ſit, & quomodo probetur,& qua pœna puniri debeat, p.7. c.3. n.147 817

Stuprans virginem quam pœnam ſubire teneatur,p.7.c.4.n.68 911

Stuprum puellæ per obſtetrices probatur,n. 63 142

Stylus Curiæ eſt obſeruandus, ſiue ad ordinationem, ſiue ad deciſionem cauſarū, p.6.c.1.n.19 638

Subditi in quibus caſibus poſſint accuſare ſuum Superiorem, par.3.cap.2. n.16 120

Subditi an teneantur manifeſtare Prælato, vt Iudici, peccata occulta, ſi non præcedat infamia, par.3.c.9.§.1.n.10 137

Subditi an teneantur obedire Prælato incurrenti in pœnam priuationis officij ipſo iure,p.7.c.3.n.21 766

Subditi non poſſunt ſine cauſa recedere à iudicio Prælati Ordinarij, & in eius præiudicium renunciare primæ inſtantiæ,p.8.c.7.n.11 1037

Subornatio, & corruptio Iudicis ex coniecturis probatur, par.4.ca.13.n.4. 416

Subornatio teſtis ad falſum dicendum præſumitur ex attentata ſubornatione,ib.n. 20 47

Subſcriptio eſt neceſſaria in accuſatione, p. 3.c.1.n.8 161

Subſtantialia iudicij ordinatè, & in compendio recenſentur, par.2.c.5.nu.77. 147

Suffocatus, vel præcipicitatus, in dubio præſumitur per vim, par... cap... n. 62 142

Suggeſtio eſt duplex, aperta ſcil & palliata,& quæ vtraque ſit, p.5.c 5.nu.55. Oritur ex mendacio, & premiſſione impunitatis,ib. In tortura maximè euitāda,p.6.c 5.n.44 709

Summa pietas eſt in delinquentes ſæuire, in Pref.n.6 2

Summaria probatio non excludit pœnam, & concludentem probationem,p.1.cap.1. num.

num.35.f.17

Summariè procedere ſola facti veritate inſpecta, non excludit ea, quæ ſpectant ad ius naturale, vt eſt citatio, & vocatio, ſiue qualitates probationis, n.12 198

Superior ſine prudentia non poteſt finem boni regiminis attingere, p.1.c.7.nu.1. 86

Superior regularis vt Prælatura priuetur, duplex cauſa requiritur, p.3.c.5.n.5.f. 196. *Non poteſt allegari ſuſpectus, niſi quando precedit formato proceſſu, p.5.c.1. numero 49. fol. 479. Et quando poſſit, vt ſuſpectus recuſari, ib.nu.44.* 480

Superior localis non poteſt carcerare ſubditos regulariter: ſed hoc intelligitur in ordine ad procedendum, & quando ordinatur carceratio ad pœnam infligendã per viam proceſſus; non autem quando carceratur ad mortificandum, & ad aliquod malum euitandum, p.4.c.17.n.30. 454

Superior non poteſt ſine legitima cauſa onerare ſubditos iniungendo [illegible] celebrandas ad ſuum libitum, p.7.c.5.n.3. fol.913. Non poteſt præcipere ſubditis, quæ ſunt extra, præter, aut ſupra regulam, ſed tantùm ea, quæ ſunt in regulà explicitè, vel implicitè, & virtualiter, ib.n.4

Superior. V. Prælatus, Generalis, Prouincialis, Guardianus.

Superiores regulares omnia poſſunt exercere in ſubditos, quæ Epiſcopi in ſuos, p.1.c.1.n.5. fol.9. Si non infligunt delinquenti condignam pœnam, Ordinarius vel condignam pœnam denuò infligere poteſt, vel iterum inſtare, vt ſuperior cõdignam pœnam imponat, p.1.c.1.n.47.f.19. Inſufficientes dantur à Deo in pœnã ſubditorum, p.1.c.5.n.44.f.77. Locales non poſſunt procedere in grauioribus formato proceſſu, niſi in caſu vrgenti, p.2.c.1.n.18.19 96

Superiores regulares. V. Prælati regulares.

Supplicatione admiſſa, proceditur in ea, ſicut in cauſa appellationis, & eodem modo durat inſtantia, p.8.c.9. num.8. 1054

Suſpecta conſortia, quæ ſint, p.5.c.4.nu.28. 557

Suſpectum conſortium eſt delictum de per ſe; & facit etiam indicium de peccato ipſo contra caſtitatem, p.5.c.3.n.40. fol. 515. *Suſpectum conſortium quando ſit indicium remotum copulæ carnalis, & quando proximum, & quando plena probatio, declaratur, p.5.c.4.n.27.f.557. Item quando inducat plenam probationẽ, ib.n.29.f.558. Suſpecto conſortio plenè probato, quomodo procedendũ, n.33* 562

Suſpectus de fuga ex ſola informatione extraiudiciali carcerari poteſt, p.4.c.7.n.6 fol.449. Non tamen, niſi priùs conſtituatur, ib.n.14 450

Suſpectus [illegible] inueriſimilia deponit, p.3.c.4.n.9 186

Suſpectus. V. Suſpicionis cauſæ.

Suſpenſus remanet carceratus donec fuerit habilitatus, & miſſam celebrare non poteſt, p.4.c.17.n.21 452

Suſpenſus ſimpliciter, & generaliter ab officio à quo cenſeatur ſuſpenſus, p.8.c.2.n.7 987

Suſpenſi, & interdicti in puram pœnam, poſſunt appellare, & appellatio ſuſpendit, p.8.c.2.n.6 986

Suſpenſiones omnes per ſententiam contra aliquem latæ, præter ſuſpenſiones ab officio, & ab ingreſſu Eccleſiæ, ſuſpenduntur per appellationem, p.8.c.2.n.7 987

Suſpenſiones, & interdicta, ſi ab Epiſcopo tolluntur ob reincidentiam, per ap-

Fffffff pel-

pellationem ſuſpenduntur, p.7.c.2. nu.8 987

Suſpicio communis populi ſufficit ad ſpecialem inquiſitionem formandam, p.3. c.9.§.2. numero 5 fol.242. & numero 28. f.250

Suſpicionis cauſæ recenſentur, p.5.c.1.n.18 & 10.f.465.466.467. Suſpicionis cauſa ſufficit, vt veniat culpa recuſantis, dummodò veniat ante litem conteſtatā, aut conſenſum in Iudicē, ib.n.20.f.469 Debent eſſe iuſtæ, legitimæ, & rationabiles, ib.n.21. An quis poſſit Iudicē recuſare ſuſpectū in notorijs criminibus, ib. n.22.f.470. Suſpicionis allegatio quādo præſumatur calumnioſa, ib. n.23.f.468. Suſpicionis cauſa in tribus caſibus corā arbitris nō tractatur, ib.n.36 f.474. Suſpecto ſuperiore, omnes miniſtri sūt ſuſpecti ib.n.37. Suſpectus nō poteſt allegari ſuperior regularis, niſi quando procedit formato proceſſu, ib.n.45.f.479. Et quando poſſit vt ſuſpectus recuſari, ib. n.44 480

Syndicari quando debeant Prouinciales, & Guardiani, p.3.c.9.§.4.n.9 267

Syndicatus Prelatorum eſt de iure communi, & etiam Diuino, & tolli non poteſt per Principem, par.3.cap.9.§.4. nu.10. f.267

Syndicatores, & Viſitatores debent etiam ſyndicari, p.3.c.9.§.4.n.13.f.268. De quibus debeant interrogare teſtes contra officiales ſyndicandos, ib.n.16

T

Taciturnitas an, & quando faciat indicium ad torturam, par.5.c.3.n.99. f.541

Tempus, & locus commiſſi criminis debet neceſſariò poni in accuſatione, p.2.cap.5 n.4 129

Tempus pœnæ, quando non eſt determinatū à lege, an, & quando ſit perpetuum, p.7. c.3.n.116 794

Tempus pœnæ impoſitæ reo condemnato, quando non eſt determinatum, finito tempore, finitur pœna, ibidem num.125. 798

Tempus carceris poſt ſententiam quando computetur in tempore exilij, p.7.cap.3. nu.160.f.823. Tempore decem dierum ad appellandum elapſo, ſententia trāſit in rem iudicatam, & non reuoluitur iuriſdictio ad Iudicem ad quem, p.8. c.5. n.4.& 5 1015

Tempus decem dierum ad appellandum à principio eſt vtile, ſed poſtquam incipit currere, eſt continuum, p.8.c.5.n.2. & 3. f.1015

Tempus decem dierum reſtringitur ad appellandum in omni ſententia, ſiue iudiciali, ſiue extraiudiciali, ſiue ab interlocutoria, ſiue à diffinitiua, ſiue coram Iudice à quo, ſiue coram Iudice ad quem in abſentia Iudicis à quo, ſiue coram boneſtis viris, p.8.c.5.n.6 1016

Tempus decem dierum ad appellandum nō currit pendente cauſa nullitatis principaliter tentata, p.8.c.5. nu.18.f.1018. Neque tranſit in grauamine ſucceſſiuo, quandiu illud durat. Et quomodo illud intelligendum ſit, declaratur, ibidem num.20

Tergiuerſatio quid ſit, p.3.c.1.n.29

Terminus non currit, appellatione pendente, p.1.c.1.n.43 18

Terminus datus Superiori Regulari ab Epiſcopo, vt puniat delinquentem, non currit, eo impedito, p.1.c.1.nu.41.f.18. Non debet eſſe breuis, ſed conueniens, & competens, ib.n.42. Termino congruo elapſo, ius puniendi delinquentem Regula-

larem reuoluitur ad Ordinarium,ib. nu. 45 19

Terminus neceſſariò dandus eſt reo ad ſuas defenſiones ante torturam faciendas,p.6 cap.1. num.7. f.634. Termini plures poſſunt concedi reo ad ſe defendendum, ib.n.8 635

Terminus dādus eſt reo ad ſuas defenſiones faciendas ante diffinitiuā ſententiā,p.7. c.1.n.1.& 2.f.717.Etiā ſpontè confeſſo & reperto in flagranti crimine,ib.n.3.4. & reo conuicto, ib. n.5. Et damnato in contumacia,ib.n.6. Et etiam notorio delinquēti,ib.n.7.Termino defenſionis non dato reo,ſententia inde lata eſt nulla,ib. n.8.f.718. Terminus nouus dandus eſt ad ſe defendendum ſuper nouiter repertis,p.7.c.1.n.10.f.718. Terminus defenſionis non poteſt à reo renunciari; & ſi renuncietur, Iudex talem renunciationem admittere non debet,ib.n.12.f.719 Termini dies non computantur in termino,ib.n.15

Terminum ad redeundum pro Apoſtolis poteſt Iudex præfigere [illegible] 1.n.23 982

Terminus iuris ad proſequendam, & finiendam appellationem eſt vnus annus, & ex cauſa impedimēti bienniū,qui terminus appellatur fatalis, quia eius lapſu cauſa efficitur mortua,p.8.c.6.n.6.1021

Teſtes an pertineāt ad eſſentiā iudicij,p.2. f.116.Teſtes infames admittūtur,quādo proceditur sūmariè,&ſine ſtrepitu.& figura iudicij,p.2.c.4.n.13.f.123. Teſtes ſingulares plures numero deponentes de eadem delicti ſpecie contra aliquem, an ſufficiant ad condemnandum,p.3.c.5. n.14.15.16.f.199.203.204

Teſtes vt probent infamiā, quomodo deponere debeāt,p.3.c.9.§.2.n.21.f.241.Interrogati quid ſit fama,quomodo debeant reſpondere,ib.n.22.f.248. Interrogati à Iudice contra delinquentem an,& quādo reſpondere debeant,ſi non præcedat infamia,ib.n.24. An teneatur teſtis veritatem fateri,ſi ſolus nouerit delinquentem quando proceditur via accuſationis, vel denunciationis,ib.n.27 249

Teſtes tenentur manifeſtare delinquentem occultum,quoties delictū eſt manifeſtū, p.3.c.9.§.8.n.4.f.265. Quomodo deponere debeant,vt probent notorium,p.3.c. 9.§.8.n.4.f.278. Finis examinis teſtiū qualis eſſe debeat,p.4.c.1.num.1.f.308. Eorum examen requirit mentem purgatam,ib.n.2.Eorum munus eſt publicum, & neceſſarium,ib.n.3.Teſtimonium ferre eſt dignitas,ib. n.4. Teſtis debet eſſe vocatus,& non vltroneus,ib. n.7.f.309. Teſtes examinandi, ſi ſunt alterius Religionis,quomodo debeant examinari,ib. n.10.f.310. Debent repeti parte citata in foro ſeculari,ib.n.12. Non autem in foro regulari,ib.nu.13.f.311. Notanda quæ ſint in principio eorum examinis, [illegible] Deponere debent vniuocè,ib.n. 15. Teſtium depoſitio debet ſcribi integra,ib.n.16 312

Teſtes deponere debent ſingillatim,ib.n.17 f.313. Debent interrogari generaliter, ib.n.18.Debent deponere de certa ſcientia per ſenſum corporeum,ib.nu.22. Et in multis caſibus etiam non interrogati, ib.nu.23.f.314. Debent examinari per extenſum,ib.n.24. Examinati in ſecundo examine poſſunt ſe referre ad primū, ib.n.28 315

Teſtes inhabiles admittuntur in foro regulari,p.4.c.2.nu.1.f.317. Non tamen ſunt omni exceptione maiores, ib. nu.2. Omni exceptione maiores qui ſint,ib.n.3 An talis qualitas ſit probanda,ib. n.4.f. 318. Teſtis vnus omni exceptio ne ma-

ior facit indicium ad torturam, ib. nu. 5. An faciat indicium ad torturam, quando ille, contra quem deponit, eſt bonæ famæ, ib. n. 6. & 8. f. 319. Teſtis inhabilis facit indicium ad torturam contra hominē leuis vitæ, ib. n. 10. Teſtis non integer cum adminiculis facit indicium ad torturā, ib. nu. 11. f. 320. Et quando Iudex habet liberum arbitriū tam in procedendo, quā in ſententiando, vel poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta, ib. n. 12. Teſtimonium mulierum in Statu Eccleſiaſtico an cenſeatur integræ fidei, ib. n. 13. Teſtis vt ſit omni exceptione maior, omnis minima macula impedit, ib. num. 14. Teſtes duo omni exceptione maiores immediatè de delicto deponentes ſufficiunt in criminalibus ad condemnationem, ib. n. 15. Teſtis ſemel approbatus ampliùs reprobari non poteſt, ib. n. 16. f. 321. & c. 3. n. 52. f. 340. Teſtes requiruntur omni exceptione maiores in multis caſibus, ib. n. 17

Teſtes inhabiles enumerantur in p. 4. cap. 3. n. 20. f. 326. & 327. In criminalibus exceptis, & difficilis probationis admittūtur, ib. num. 23. f. 327. Teſtes inhabiles, quando veritas aliter haberi non poteſt, an admittantur, ib. n. 25. f. 328. Et quādo cenſeatur, quòd veritas aliter haberi non poſſit, ib. n. 31. f. 329. Teſtibus inhabilibus creditur, quando veriſimilia deponunt, ib. n. 32. f. 331. Teſtes inhabiles vt admittantur, quæ requiſita ſint neceſſaria, ib. n. 33. An admiſſi, poſſint dici omni exceptione maiores. ib. n. 34. Quādo faciant indicium ad torturam, ib. nu. 35. f. 332. An iuncti cum teſtibus habilibus faciant probationem plenam, ibid. num. 42. f. 336. Teſtis prorſus inhabilis non recipit ſupplementum, ib. nu. 43. fol. 337. Teſtis patiens plures defectus, an poſſit admitti cum tortura, ib. num. 46. f. 338. Teſtis depoſitio in tormentis facta an indigeat confirmatione, ib. n. 47. f. 339 Teſtis inhabilis an poſſit torqueri, ſi non adſint alia indicia contra reum, ibid. num. 53. fol. 340. Et an poſſit torqueri antequam examinetur Reus, ibidem numero 54. Plura de teſtibus inhabilibus videantur per totum ſupradictum caput tertium.

Teſtes infames repelluntur à teſtimonio, p. 4. c. 3. n. 22. f. 327. Tamen admittuntur in caſibus exceptis, ib. nu. 23. f. 327. Et quando veritas aliter haberi non poteſt, ib. n. 25. f. 328. Admitti poſſunt in omnibus curijs ſine tortura, quando à Principe ſunt ad famam reſtituti, aut diſpenſati, ib. n. 27. f. 328. Infames infamia facti cum tortura admittuntur, etiam ſi veritas aliter haberi poſſit, ib. nu. 28. fol. 329

Teſtes conteſtes qui dicantur, p. 4. c. 4. n. 1. f. 343. Duo ſi ſunt omni exceptione maiores plenè probant, ib. n. 2. Conteſtes dicuntur qui concordant in ſubſtātialibus, licèt diſcordent in accidentalibus, ib. n. 3. Teſtis vnus ſi deponat de die præciſo, & alius dicat non recordari, ſunt conteſtes: ſecùs ſi deponat de alio die præciſo, ib. nu. 4. f. 344. Deponentes de loco, & tempore ſunt conteſtes, ib. nu. 5. Concordantes in facto, etſi diſcordent in genere armorum, ſunt conteſtes, ibid. n. 6. Teſtis vnus ſi deponit de veritate, & fama, & alter de ſola fama, ſunt conteſtes quoad famam, ib. n. 7. Duo teſtes deponentes de diuerſis factis, ſi ſunt concordes, faciunt plenam probationem, ibid. num. 9. Si duo teſtes deponant de copula carnali, & alij duo de conſanguinitate, plenè probant inceſtum, ibid. num. 10. fol. 345. Quando agitur de actu ſucceſſiuo, ſeu con-

*continuo, licèt teſtes non concordent de loco, & tempore, ſunt tamen conteſtes, ibid. num.*11. *Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes,& non ſingulares,ibid. n.*12.*& ponuntur plura exempla,f.*345. *&* 346. *Teſtes in facto concordes,ſi diſcordent in tempore,ſunt conteſtes, quando tempus non eſt de ſubſtantia,ib.n.*14. *Diſcordantes in tempore, quando redigendi ſint ad concordiam,ib.nu.*15. *Duo deponentes de illis, quæ viderunt in minori ætate,conueniunt,ib.nu.*16 346

*Teſtes ſingulares qui ſint,p.*4.*c.*5.*nu.*1.*fol.*348.*Singularitas teſtium triplex,ib. n.*2. *Teſtes mille ſingulares ſingularitate obſtatiua minùs probant, quàm vnus,ib. num.*6.*f.*349. *Teſtes mille tantum probant, quantum vnus, ſi ſunt ſingulares ſingularitate diuerſificatiua, ib. num.*7. *Singulares ſingularitate adminiculatiua probant plenè in pluribus caſibus,ibi. num.*11.*& ſequ.f.*350.*& ſequent. Teſtes ſi deponunt de tempore dubitatiuè, non ſunt ſingulares,ib.num.*24.*fol.*352. *Teſtes ſingulares, iunctis adminiculis, an probent quoad pœnam ordinariam, ib.num.*20.*fol.*351. *Teſtibus ſingularibus an poſſit Iudex plenam fidem adhibere,ib.num.*21. *& num.*12. *Teſtes ſingulares probant delictum in genere,ibid. nu.*25.*f.*352.*Non ſunt ſingulares,quando diſcordant tantùm in non ſubſtantialibus,ib. num.*26.*f.*353.*& n.*41.*f.*355. *Singulares probant actus continuos, ibi. n.*25.*f.*353.*Deponentes pro reo probant, ib. n.*28. *Deponentes de pluribus indicijs coniunguntur ad faciendum vnum indicium ad torturam,ib.num.*29. *Probant quando diſcordant in modico, ibid. num.*47.*fol.*355. *Teſtium dicta intelligenda ſunt ſecundùm communem vſum loquendi,ib.num.*50.*fol.*356. *Teſtes vt non contradicant inter ſe, facienda eſt interpretatio, vt loquantur de diuerſo tempore, ibid. num.*51.*fol.*356. *Plura de teſtibus ſingularibus videnda ſunt in dicto cap.*5.*& in c.*13.*n.*12.*f.*416. *& p.*5.*c.*3.*n.*11 503

*Teſtis vnicus an,& quando probet,p.*4.*c.*6. *f.*357. *per tot.*

*Teſtes deponentes de auditu alieno non probant,p.*4.*c.*7.*nu.*1.*f.*361. *Fallit in crimine aſſaſſinij quatuor concurrentibus,ib.n.*2. *Teſtibus nominantibus aliquos in conteſtes, non creditur, ſi teſtes nominati contrarium dicant,ibid.num.*3 *Teſtes de auditu in ijs, quæ ſunt difficilis probationis concurrente fama, & adminiculis probant,ib. n.*4. *Teſtes de auditu probant contra producentem, ibid. num.*5. *De auditu proprio deponentes probant etiam ſi negatiuè deponant, & quando,ib. num.*6. *Vt probent, requiritur, vt agatur de perceptibili per auditum,ib. n.*7. *Teſtis de auditu probat,etiam de re perceptibili per viſum,quãdo auditus non eſt* [illegible] *improportionabilis,c.*6.*nu.*8.*f.*363. *Teſtes de auditu proprio ex cortina,vel pariete an,& quãdo probẽt in criminalibus,ib.n.*9.*f.*364. *Quomodo deponere debeant, vt probent, ib.n.*10.*f.*365.*Probant copulã carnalem iuncta fama,& adminiculis,ib.n.*11.*fol.*366.*deponens per vnũ ſenſum in ijs,quę duplici ſenſu percipiuntur,an probet,ib. n.*13. *Non probat dicendo: ſcio, quia vidi,quando deponit de re, quæ propriè eſt obiectum aurium,ib.n.*14 367

*Teſtis de credulitate quid eſt,& an probet, p.*4.*c.*8.*n.*1.*f.*368. *Teſti de credulitate deponenti nõ eſt dandũ tẽpus ad deliberandũ,ib. Teſtes iudicantes non probãt, niſi reddant bonam cauſam,ibid. num.*4. *Teſtis ſi primò deponit de credulitate,*

teſ,& poſtea certitudinaliter, probat. ib. n.5.f.370. Teſtis de credulitate probat contra producentem, ib.n.6. Probat fauore defenſionis, ib.n.7. Teſtes periti deponentes de credulitate, probant, ib.n.8. Si ſe referant ad primum examen, in quo depoſuerũt de viſu, probãt, ib.n.9.f.371 Probant ſi deponunt ſuper præſumptione appropriata actui, ib.n.10. Probant in ijs, quæ directò probari non poſſunt, & in multis alijs, quæ referuntur à nu.11. vſque ad 19.f.371. & ſequ. Quid requiratur, vt teſtis de credulitate probet, ib. n.20 372

Teſtis inimicus capitalis repellitur à teſtificando, p.4.c.9.n.1.f.373. Repellitur etiam ſi inimicitia cauſata ſit ab eo, contra quem producitur, niſi ſtudioſè ſit ab eo procurata, ib.n.4 f.374. Teſti dicenti ſe inimicum, ad hoc, vt à teſtimonio repellatur, quando eſt credendum, ib.n.8.f. 375. Inimicus præſumptus repellitur à teſtimonio, ib.n.9. & inimicus occultus. ib.n.10. & ſuſpectus de odio, ib.n.14.f. 376. Inimicus non capitalis non repellitur à teſtificando, tamen non eſt teſtis integer, ib.n.17.fol.377. Conſanguineus, & amicus inimici repellitur à teſtificando, ib.n.18. & 19. & inimicus reconciliatus de recenti, ib.n.20. Inimicus reconciliatus non eſt teſtis integer. ib.n.24 fol.378. Teſtis inimicus probat contra producentem, ib.n.40.fol.382. Inimicus admittitur ad teſtificandum parte non opponente, ib.n.41. Teſtes inimici cum adminiculis, quando veritas aliter haberi non poteſt, an admittantur, ib.n.47. 384

Teſtis falſus non probat, p.4.c.10.n.1.fol. 385. Teſtis falſus quis ſit, & quis dicatur, ib. Teſtis ſi iurauit dicere veritatẽ & poſt ſuſceptum iuramentum ſe ſubtrabit, pœna falſi punitur, ib. num.386. Contrarius confeſſioni partis, dicitur falſus, ib.n.4. Qui in primo examine dixit ſe neſcire, & poſtea contrarium dicit, quando poſſit puniri de falſo, ib.n.5. fol.387. Quando de falſo conuictus dicatur, ib.n.6. Falſus in vno circa factum principale ſi quis eſt, tota eius depoſitio vitiatur, ib.n.8. Falſus in non ſubſtantialibus non dicitur falſus; & an, & quando probet, vel non, ib.n.10.fol.388. Deponens falſum ſine iuramento pœna extraordinaria punitur, ib.n.12.f.389. Deponens falſum coram Delegato, ab eo puniri poteſt, ib.n.13. Teſtis reuelans parti, quod teſtatus eſt, de falſo tenetur, ib.n.15. Teſtis falſus, quando teneatur reuocare dictum ſuum, ib.n.16. Deponẽs verum ignorans eſſe verum, dicitur falſus, ib.n.18.f.390. Teſtis falſus an teneatur ad reſtitutionem, quando reus per alios teſtes eſt conuictus, ib.n.19. Teſtis ſi contradicat Notario, cui magis credendum ſit, ib.n.21. Teſtis deponens falſum ex ignorantia, vel inaduertentia, an teneatur ad reſtitutionem, ſi contingat aliquem ex tali teſtificatione damnari, ib. n.22.fol.391. Teſtis qui in vno examine dicit verum, & in alio examine dicit aliud, punitur de falſo, ib.nu.23. Teſti non creditur, ſi poſt eius depoſitionem ſolemniter factam, in articulo mortis aſſerat, ſe falſum dixiſſe, ib.n.25.f.392. Præſumitur falſus, quando de eadem re iterum interrogatus, contraria, & repugnantia atteſtatur, ib.n.26. Qui depoſuit falſum contra aliquem, ſi moriturus aſſerat ſe falſum depoſuiſſe, prodeſt inculpato, ib.n.27

Teſtis falſus. V. Falſus.

Teſtis varius in quo differat à teſte vacillante, & contradicente, & in quo conueniat,

Digitized by Google

niat, p.4.c.11.n.1.fol.393. Varius, aut vacillans in ſubſtantialibus non probat, nec quando variat in coherentibus, ib.n.2.fol.394. Varius in non ſubſtantialibus probat, & quando ſecus, ib.n.3. Varius in modico, dicendo plus, vel minus, quàm in primo examine, probat, ib.nu.6. & 7.fol.395. Varius poteſt ſtatim ſe corrigere, ib.n.8. Quando dicatur ſe ſtatim corrigere, declaratur, in n.9 fol.396. Varius in ſubſtantialibus punitur de falſo, ib.n.10. Teſtis varius an, & quando, & quoties, & in quibus caſibus ſit torquendus, aut puniendus, & interrogandus, ib.à nu.11. vſque ad finem dicti capitis, fol.496. & ſeq & c.16.§.4.n.1.2.3 444

Teſtes inter ſe contrarij non probant, par.4 c.12.n.1.fol.408. Contrarij in non ſubſtantialibus probant, ib.n.3. Teſtimonia quando preſumantur falſa, ib.n.4. Teſtes quando dicantur, & ſint contrarij, & quando non, ib.à n.5.vſque ad 17.f.409 & 410. Depoſitioni plurium teſtium ſtandum eſt magis, quàm depoſitioni paucorum, ib.n.18.fol.411. Sed hæc regula limitatur multis modis à n.19.vſque ad 25.f.411.412. Quibus teſtibus magis, quàm alijs ſit credendum, à n.26. vſque ad 31 413

Teſtis corruptus non probat, p.4.c.13.n.1. fol.414. Teſtis corruptus poteſt accuſari de falſo, & torqueri ſuper falſitate, & poteſt condemnari pro corruptione, ib.n.2. Et punitur etiam ſi non fuit examinatus, ib.n.3.fol.415. Corrumpens teſtes punitur, etiam ſi poſtea illis vſus non fuerit, vel quia teſtes falſum deponere recuſauerunt, ib.n.4. & 5. Teſtis corruptus an probet contra producentem, ib.n.6 Teſtes duo corrupti faciunt indicium ad torturam contra corrumpentem, n.8. & 9 Teſtes duo etiam ſingulares circa locũ, & tempus faciunt indicium ad torturam contra corrumpentem, ib.num.10.f.415. Teſtem falſum producens tenetur de falſo, etiam ſine interrogatione, an velit vti in criminalibus, ib.num.12.fol.416. Teſtis vnus ſi reperiatur corruptus, omnes corrupti preſumuntur, ib.n.13. Teſtis vocatus ad teſtificandum ſi renuat teſtificare, preſumitur corruptus, ib.nu.18.fol.417. Teſtis vt poſſit puniri, tanquam corruptus, & etiam tamquam falſarius, vtrumque probari debet, ib.n.19. Subornans teſtes ad falſum deponendũ, puniri debet eadem pœna, qua teſtis corruptus, ib.n.21. Teſtis, qui ante depoſitionem accepit pecuniam, vel cui eſt promiſſa, preſumitur corruptus, & torqueri poteſt, ib.f.418. plura de teſtibus corruptis, & de ſubornante per totum caput 13. ſupradictum.

Teſtes ſuſpecti ſunt omnes affectionati, & id ò repelluntur, p.5.c.14 n.1.fol.419. Teſtis animosè deponens eſt ſuſpectus, ib.n.2. Affirmans id, quod ſcire non poteſt, eſt ſuſpectus, ib.n.3. Item verboſus, ib.n.4. Nimis citò reſpondens eſt ſuſpectus, ib.n.5. Qui ante lectum articulum, vel antequam interrogetur, reſpondet, eſt ſuſpectus, ib.n.6. Necnon moroſus in reſpondendo, ib n.7.fol.420. Paritérque inuerisimilia deponens, ib.n.8. Teſtis ſi dicit ſe non recordari id, quod veriſimiliter recordari poteſt, eſt ſuſpectus, ib.n.10.f 420. Teſtes ſuſpecti quinam ſint, ib. à n. 12. vſque ad 30.fol.421. & ſequent.

Teſtis officium eſt publicum, & neceſſariũ, p.4.c.15.n.1.f.424. Teſtes omnes etiã priuilegiati cogi poſſunt ad veritatem dicendam, quando veritas aliter haberi non poteſt; & non priuilegiati indiſtin-

ſiinctè ſemper cogi poſſunt, ib.n.1. Teſtes in aliquibus caſibus cogi non poſſunt ad teſtificandum: ſicut etiam multi priuilegiati cogi non poſſunt, ib. à num. 2. vſque ad 16. folio 425. & ſequentibus.

Teſtis veriſimiliter informatus, ſi negat veritatem fateri, pro ſuſpecto habetur p. 4.c.16.§.2.n.1.fol. 437. Et poteſt torqueri ſi probetur, quòd ſciat veriſimiliter factum, & veritatem occultat, ib.n.2. & 3. Teſtis, qui fuit præſens, poteſt rationabilem excuſationem allegare, & probare ad euitandam torturam, ib.n. 4. Teſtis, qui fuit præſens non poteſt torqueri, quando adſunt alij teſtes, qui veritatem deponunt, ib.n.5. Teſtis veriſimiliter informatus, ſi negat deponere veritatem, poteſt torqueri, etiam ſi ſit religioſus, ib.n.6.fol.438. Teſtis an poſſit torqueri non data copia indiciorum cõtra eum, ib.n.7.fol.438. Teſtis, qui interfuit delicto, & negat, conuincitur de mendacio per vnum teſtem omni exceptione maiorem, & digniorem ipſo teſte, ib.n.8.fol.439. Teſtis conuictus, quòd fuit præſens delicto, ſi negat cum iuramento, poteſt puniri de periurio; & quomodo practicetur inter regulares, & ſeculares, ib.n.9. Teſtes veriſimiliter informati ſi ſunt plures, & negant, an omnes debeant torqueri, ib. numero 10. 440

Teſtis non omni exceptione maior, etiam cum tortura, non ſufficit ad interrogationem, & torturam, niſi in Iudice habente arbitrium, p.5.c.3.n.3.f.500. Non omni exceptione maior cum adminiculo ſufficit ad torturam, ib.n.4.f.501. Et ſine adminiculo, quando deponit contra hominem malæ famæ, ib.n.5. Teſtes minores duo faciunt indicium ad torturam, ib.nu.6. Item teſtimonium puberis cum adminiculis, ib.n.7. Teſtes duo non omni exceptione maiores faciunt indicium ad torturam, ib.n.8.& 9.f.502. Teſtes duo ſingulares deponentes contra vnam, eamdemque perſonam de eadem delicti ſpecie, quę reiterari poteſt, faciunt pluſquam ſemiplenam probationem: & ſi non ſunt integri, ſufficiunt ad torturam, ib.n. 10.fol.503. Teſtes ſingulares deponentes de diuerſis indicijs ad eumdem rei finem tendentibus ſufficiunt ad torturã, ib.n.11. Teſtes plures probantes indicia remota, non eſt neceſſe, quòd ſint omni exceptione maiores, ib.n.19.f.505. Teſtis vnus idoneus deponens de mandato facit indicium ad torturam contra mandantem, ib.n.88.fol.536. Teſtis falſus facit indicium contra corrumpentem, cum adminiculis, ibidem num. 115. 549

Teſtes, quando ſunt complices cogi poſſunt ad teſtificandum cum reo etiam in iudicio regulari p.5.c.8.nu.5.f.618. Sunt confrontandi ad inuicem, quando ſunt contrarij in ſubſtantialibus, ib.n.9. fol. 619. Si in actu recognitionis reum non cognoſcunt, vel tangunt alium, tunc Iudex quid facere debeat, & quid quando reum cognoſcunt, ib.nu.14.fol.620. In confrontatione, & recognitione non debẽt omnes ſimul adduci, ſed vnus poſt aliũ, ib.nu.14. Qui fuerunt confrontati cum reo, an poſſint repeti cum interrogatorijs inquiſiti, ib.n.21.fol.622. Si dicant ſe non recordari de cauſa ſcientiæ aliter, quàm in prima depoſitione, ſuſpecti ſunt de falſo, ib.n.23.f.624. Teſtium nomina in iudicio regulari non ſunt publicanda, parte 6. cap. 1. num. 14. 636

Teſtes in indicio regulari pro informatione

ne curiæ recepti non ſunt repetendi parte citata; ſecùs in iudicio ſæculari regulariter,p.6.c.1.n.15.fol.636. Si recipiuntur à reo pro ritè, & rectè examinatis,habentur pro repetitis, ib.n.16.f. 637. Pro informatione curiæ recepti in quo foro habeantur pro ritè,& rectè examinatis abſque alia declaratione, ib.nu. 21.fol.638.Quando repeti debeant,ib.n. 24. Si in repetitione nolint reſpondere habentur pro ſuſpectis,ib.nu.26.f.639. Teſtium repetitio facienda eſt priùs ſuper interrogatorijs, & poſtea ſuper examine,ib.n.27

Teſtibus ad defenſionem,etiam paucioribus magis credendum eſt, p.6.c.2. n.46.fol. 652.Teſtes de credulitate præualent teſtibus de viſu, ib.nu.49. Teſtimonium mulierum ad defenſionem præfertur teſtimonio maſculorum ad offenſionem, ib. n.49. Teſtium verba ſunt approprianda potius ad deſtruendum delictum,quàm, &c.ib.n.47.Teſtibus dicentibus homicidium commiſſum fuiſſe caſu, magis credendum eſt, quàm dicentibus contrariū, ib. n.51. Teſtis ad defenſionem non requiritur, quòd ſit idoneus, quia admittuntur domeſtici, familiares,& conſanguinei,&c. ib. n.52. & declaratur in nu. 55.vſque ad 58. Teſtes ad defenſionem, quamvis non reddant cauſam ſufficientem,probant. Item etiam ſi non reddant bonam rationem, vel deponant de credulitate,& auditu,ib.n.61. Teſtes ad defenſionem deponētes de bera debent comprehēdere tempus commiſſi delicti,n.91

Teſtes duo oculares, aut auriculares ſufficiunt ad plenam probationem; & tunc reus dicitur conuictus,p.7.c.2.n.3.& 4. f.723. Teſtes duo deponentes non interfuiſſe confeſſioni inſtrumenti, plenè probant,etiā ſi ſint ſingulares, ib.n.9.f.724.

Deponentes vidiſſe Titium vulnerantē Caium, probant; quamvis vnus dicat cum enſe, alter cum pugione, ib. n.11.& qui conueniunt in menſe, licèt non conueniant in die, probant,ib.n.12. Teſtes in criminalibus debent deponere ea, quæ neceſſariò inferunt delictum,ib.num.18. 726

Teſtis vnus integer cum adminiculis ſufficit ad torturam, p.6.c.3. n.18.f.684. Sine adminiculis an ſufficiat,& quando, ib.Teſtis vnus de viſu cum adminiculis an probet ad effectum condemnandi, p.7. c.2.n.13 725

Titulus officij exerciti, etiam ſi ſit inualidus propter inhabilitatem recipientis,ſi inualiditas ſit occulta ſufficit ad validitatem actoris,p.1.c.1.n.136 48

Titulum non dicitur hab. re,qui eſt electus ante confirmationem, & quid quando in electione non ſeruatur forma præſcripta, ib.n.143 49

Titulus ſententiæ,p.7.c.14.n.19 969

Tormenta in quibus caſibus poſſint mutari, p.6.c.5.n.41 708

Torquendi, quando ſunt plures, priùs torqueantur qui ſunt malæ famæ, & magis ſuſpecti,p.4.c.16.§.3.n.4.f.443. A quo ſit incipiendum,p.6.c.4.n.26 688

Torquendus eſt grauiter reus,quando indicia ſunt vrgentia, & faciunt pluſquàm ſemiplenam probationem, p.6.c.3.nu.8. 676

Torqueri poſſunt omnes de domo, quando delictum in domo eſt commiſſum, & neſcitur à quo;ſed à quo incipiendum ſit, p.3.c.11.n.3.fol.294. Sed torqueri non poteſt, qui tempore patrati delicti non erat in domo, vbi delictum commiſſum fuit,p.4.c.16.§.3.n.6.f.443. Torqueri à Iudice qui non poſſint,p.6.c.2.n.121

Torqueri poteſt conuictus ad ſocios dete-

gendos, p.6.c.4.n.1.f.682. Et etiam pro alijs delictis, de quibus eſt tantùm indiciatus, p.6.c.5.n.9.f.699. Torqueri pro complicibus an poſſit, qui eſt gratiatus à Principe, p.6.c.4.n.27 686

Torqueri quis non poteſt ſine præcedente ſemiplena probatione, ib. num.12.f.683. Nec torqueri poteſt quis ſecunda vice, niſi poſt decurſum 40. dierum à prima tortura, quãdo pro diuerſis delictis pluries eſſet torquendus, p.6.c.5.n.35 706

Torqueri reus poteſt, quando pro delicto venit imponenda pœna carceris, p.7.c.3.n.119.f.795. An poſſit, quando pęna nõ eſt corporalis, ſed ex cauſa debet augeri, aut quando pęna eſt arbitraria. Ponitur regula cum limitation. ib.n.120 796

Tortura in teſte debet eſſe moderata, & quomodo, p.4.c.15.n.17.18 428

Tortura illata reo pro complicibus ſi eſt immoderata, prodeſt ei ſuper negotio principali, ib.n.19 429

Tortura non adhibetur puero ſodomito, ſi fuerit illata vis, p.5.c.4.n.26 564

Tortura aliquando adhibetur, quamvis delictum pœna extraordinaria puniendum eſſet, ib. n.38 564

Tortura quid ſit, p.6.c.1.n.1 632

Tortura immoderata data reis conuictis pro ſocijs prodeſt ipſis, vt non puniantur pœna ordinaria, par.6.cap.4. num.9. fol. 683

Tortura non eſt inferenda ex delictorum cumulatione, quando nullum ipſorum eſt tale, vt per eum habeat locum tortura, ibid.num.21.fol.684. Nec eſt danda ex indicijs, licèt pluribus, ſed imperfectis, ibid.nu.22.f.685. Nec infertur, vbi pro delicto non imponitur pœna corporalis, ibid.num.23. & par.7.cap.3.num.117. 795

Torturam præcedere debet decretum de torquendo, ib.nu.28.f.687. Et non infertur reo poſt confeſſionem, ib.n.29. Nec eſt repetenda, quando indicia non ſint vrgentiſſima, ſed tantùm ſufficientia ad torturam, ib. n.24 704

Tortura diuidi poteſt, & tunc quid ſit addendum in decreto torturæ, ib.nu.26.27. Non eſt eadem die repetenda, ibid n.31. 706

Tortura illata reo pro complicibus, quando poſſit repeti, ib. n.32. & 33

Tortura illata per vnum Iudicem, etiam incompetentem, computanda eſt per ſucceſſorem, ib. n.37.f.707. Tortura vigiliæ an ſit repetenda, ib. n.38

Tortura in quinque gradibus diuiditur, ib. nu.43 708

Tortus ex dicto complicis, & negatiuus, ſi ſuperueniãt duo complices, an poſſit iterum torqueri, p.4.c.3.n.37.f.333. Tortus in ſe, & in alios, ſi confitetur, an talis confeſſio requirat ratificationem, ibi. n.48 339

Tortus reus conuictus pro ſocijs cum proteſtatione, ſi interrogatus à Iudice ſuper delicto, negaret, an poſſit puniri, p.6.c.4. n.10 683

Tortus, & negatiuus eſt abſoluendus cum clauſula: rebus ſic ſtantibus. Et non poteſt moleſtari, niſi ſuperueniant noua indicia diuerſa à primis ſpecie, & ſubſtantia, p.6.c.5.n.25 704

Tortus vſque ad tertiam vicem, ſi in tortura ſemper eſt confeſſus, & nunquam vult ratificare, an debeat abſolui, p.6. c.6. nu. 20 715

Tortus, & negatiuus, & abſolutus cũ clauſula: Rebus ſic ſtantibus: an poſſit iterum torqueri, ſi extraiudicialiter fateatur delictum, p.7.c.7.n.11 f.926. Intellige vt in n.18 928

Tranſitus poteſt fieri à foro paterno ad indi-

dicialem, quando non ſperatur emendatio delinquentis, p.3.c.9. §.10.nu.6.f.292. Qui dupliciter fieri poteſt, ib.n.8.9

Tres complices in crimine an ſufficiant ad condemnationem, p.4.c.3.num.41.f.335. Et quid, ſi ſunt quatuor, ibidem, & fol. 336

Triuiſan.par.1.deciſ.1.reijcitur in p.1.c.1.n.71 28

V

Vacillatio an, & quando faciat indicium ad torturam, p.5.cap.3.nu.60. 527

Variatio Rei, quando faciat indicium ad torturam, par.5.cap.3.numero 58.folio 526

Variatio quando non tollat fidem in teſte, p.4.c.11.n.5.6 395.396

Varius teſtis quis dicatur, & quando, & an differat à teſte vacillante; & ſibi contradicente, p.4.c.11.n.1 392

Varius in ſubſtantialibus, [illegible] non probat, par.4.cap.11.nu.2.f.394. In non ſubſtantialibus probat, & quando ſecùs, ibid.n.3. & fidem non minuit, ibi. f.394

Varius, qui facto interfuit, torqueri poteſt, p.4.c.11.n.14 397

Varius coram Delegato, ab eo torqueri poteſt, ib.n.15 397

Varius teſtis. V. Teſtis varius.

Verba dubia, & obſcura teſtis quæ ſoleant eſſe, & quomodo declarentur, p.4.c.11.n.26.f.406.& n.27 407

Verbum, delegamus, vel committimus, facit Ordinarium, Delegatum, p.1.c.1.nu.80. fol.31

Verbum, ſummariè procedens, quando faciat Ordinarium Delegatum, p.1.c.1.nu.81. fol.3[illegible]

Verbum, pro prima vice, poſitum in Bullis Pontificijs, quomodo intelligi debeat, p.7 c.3.n.219 847

Verbum, declaro, importat idem, quod condemno, p.7.c.9.n.4 938

Verecundum eſt ex aliorum manibus quærere, quod apud ſe inueniri debet, p.1.c.4. nu.28 78

Veriſimilitudines, & coniecturæ concurrentes cum exculpatione offenſi ad exculpandum inculpatum quæ ſint, par.6.cap. 2.n.101

Veritatem Iudex ſeruare debet in iudicando, p.1.c.3.n.1.f.61. Sine ea iuſtitia non ambulat, ib.nu.2. Vtilius eſt ſcandalum naſci, quàm quòd veritas relinquatur, ibid.num.3. Veritas quid ſit oſtenditur, nu.6. & ſeq. Vna eſt rei, altera notitiæ, ib.nu.7. Cognita in Sacramentali confeſſione non eſt attendenda à Iudice, ibid. nu.10. fol.62. Nec cognita à Iudice, vt priuato, ib. nu.11. In Iudice duplex eſſe poteſt, ib. n.29 67.68

Veritas, cui ius patrocinatur, eſt attendenda, quando [illegible], ſola facti veritate inſpecta, par.2, cap.5. numero 34.fol. 136

Veritas quando aliter haberi non poteſt, inhabiles admittuntur in teſtes, p.4.c.3. n. 26 328

Veritas ne periret, iura fauent, p.5. cap.4. nu.5 552

Via exceptionis, quando agitur criminaliter de crimine deducto in iudicio, quomodo procedatur, par.3.cap.9. §.14. num.5.f. 304

Vicarij ſententia eſt nulla, ſi Epiſcopus eſt excommunicatus, par.5 cap.1.num.85.f 485

Vicini quando pro eruenda veritate poſſint torqueri, par.4.cap.16.§.2. num.11. f.440

Viles an, & quando poſſint eſſe teſtes, p.4.c.13.n.12.f.325. Qui cenſeantur viles, ib. n.13

Viſitatio poteſt fieri per delegatum, & ſubdelegatum, p.3.c.9.§.1.n.8.f.236. Quomodo ſit facienda, ib.n.9 236

Viſitato Monaſterio non poteſt ſine cauſa iterum viſitari infra tempus ſtatutum, p.3.c.9.§.1.n.7 236

Viſitator ad cauſam non poteſt procedere cōtra non ſubditum delinquentem, ſed ad Prouincialem ſpectat procedere, p.1.c.1.n.93 33

Viſitator viſitans generaliter habet ius procedendi ſuper omnia delicta, etiam occulta ſubditorum, p.3.c.9.§.3. num.4. 258

Vnus ſcelus facineroſus incorrectus maculat totam Religionem, in Præf.n.9 2

Vocalis an debeat excludi ab electione actiua ſub prætextu inhabilitatis, aut cenſuræ, p.3.c.5.n.33 204

Voce paſſiua, aut ab executione officij repelli quis poteſt per leuiores probationes, p.3.c.5.n.10 302

Vox paſſiua non eſt propriè vox, nam vocis appellatio intelligitur de actiua, p.3.c.5.n.14 303

Voce actiua, & paſſiua priuati per ſententiam diffinitiuam, pendente appellatione à ſententia, an poſſint eligere, & eligi, p.8.c.2.n.5 986

Vſurarij an poſſint eſſe teſtes, p.4.c.3.n.19 326

Vtilius eſt ſcandalum naſci, quàm quod veritas relinquatur, par.1.cap.3.nu.3. 61

Vulnerans non mortaliter, non eſt reus de homicidio, p.6.c.2.n.12.fol.647. & nu.14. vſque ad 17.fol.648. Quando percuſſit cum inſtrumento non apto ad mortem, aut in loco non periculoſo, non eſt reus de homicidio, ib.num.20.21.& 22 648

Vulnera plura ſi vno actu quis fecerit, an puniri debeat vnica pœna, vel pluribus, p.7.c.3.n.131 802

Vulneratus, aut percuſſus ſi ſtatim inſequitur percuſſorem, vel vulnerantem, & occidit excuſatur à pœna ordinaria; ſecùs ſi interponatur tantum ſpatium temporis, in quo deliberare poterat, p.6.c.2.n.74. Si calore iracundiæ ſequendo vulnerantem, illum occidat, excuſatur à dolo, & pro culpa tenetur, p.7.c.2.num.45. 737

Vulnus quando dicatur mortale, vel non mortale, p.5.c.2.n.12. & probari poteſt per medicos, ib.n.13.

Vulnus quando non eſt omninò mortale, vulnerans non tenetur de occiſo; nec quando vulneratus moritur ex malo regimine, par.6.cap.2.nu.18.& 19 648

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Alios

Digitized by Google

Alios etiam, preter infraſcriptos errores, qui incidenter ſunt inuenti, tua, ò Lector, beni-gnitas feret, quòd Liber Auctorem ſuum non viderit, licèt poſtremam eius manum deſiderauerit.

Fol.	*col.*	*lin.*	*Errata*	*Corrige*
9	1	10	Aur. inſtit. mor. p.3.l.13.c.13	deleatur.
20	1	41	Borzon.	Bordon.
10	2	18	Coiter.	Cochier.
10	2	19	Ceſpēd. de excep.	Ceſped, de exēpt.
21	2	17	Aur.	Azzor.
12	1	32	Nauar.	Nouar.
12	1	34	de except.	de exempt.
16	2	20	Priſtin iun.	Socin. iun.
17	1	6	cedit ius	lędit ius.
18	2	5	ſufficiente	ſuffi it.
26	2	34	debitum	delictum.
31	1	28	Carcius	Curcius.
32	1	21	Martat	Maranta.
39	2	20	Aur.	Azzor.
42	1	2	Grancia.	Garcia.
51	2	20	& ſi eſſet	vel ſi eſſet.
12	2	8	per totā, vbi hoc modo cōciliat Doctores, quib. adde Pelizzar. tr. 9. c. 3. n. 55. qui prima facie videtur cōtrarij.	Per totā, qui prima facie vidētur cōtrarij, quibus adde Pelizzar. tr. 9 c. 3. n. 55 Sed, &c.
73	1	10	aliquod peccatū	aliquod damnū.
92	2	15	non diceret	non diceretur.
101	2	9	in committendo	in omittendo.
134	2	1	iuſtus teſtis	iuſſus teſtis.
266	1	16	vederet ſequutu-rum	crederet non ſe- [illegible]
169	1	26	nulla prętermiſſa	nulla pręmiſſa.
171	1	29	Nec tenetur.	Nō tamen tenetur.
181	2	9	Accuſatus	accuſator.
283	2	7	ab accuſatore	ab accuſato.
283	2	11	nō ſe cognoſcūt	non ſe oppoſuit.
184	1	7	accuſatus	accuſator.
189	2	40	nec ſufficiat	an ſufficiat.
190	2	4	remouere	remoueri.
193	2	28	aut vndè noua bona acquirātur	aut vt inde noua bona nō acquir.
206	2	33	generaret, eſſet:	generaret ſi nō eſſet
208	1	4	notorium	Notarium
211	2	10	non viuant	non iuuat.
211	2	26	debitum	delictum
224	2	6	quando eſt	quando non eſt
231	1	7	& actus pietatis	deleatur
233	2	34	indicauit quod	indicauit ſe
235	2	5	accuſare	recuſare
240	2	24	quos	quem
251	1	25	tactis	tactibus
251	1	29	Ampliatur ſextò	deleatur
251	1	32	Eſt probanda in probatione declarationis voluntatis,	Eſt probāda. Ampliatur ſextò in probatione declarationis volūtatis
251	2	10	à probris	à probis

Fol.	*col.*	*lin.*	*Errata*	*Corrige*
152	1	1	à probris	à probis
254	2	5	offenſibilibus	offenſiuis
255	2	32	probros viros	probos viros
256	2	13	de iure ſint	de iure ſumi poſſint
276	2	29	motum	notum
276	2	30	tantū ad populo	tantum populo
288	2	30	circa	citra
288	2	32	indicia	indicia (poteſt
293	1	2	(vt dictū eſt) poteſt	(vt dictū eſt) probari
297	1	17	monaſterio	monaſterij
297	2	30	vel querelantem	vel vulnerantem
317	2	36	iurandum	curandum
317	1	6	non ille	tum ille
340	2	37	poſt quod	poſtquam
350	2	4	ſunt	ſed
351	2	37	Sed Petteg.	Sed Pereg.
392	1	28	quo ratificantur	quo parificantur
405	1	3	Nam dicit.	Vna dicit
416	2	38	extraordinariè.	extraordinariè punitur
418	2	26	negatiua coarctata	negatiua nō coarct.
418	2	36	nullus ſit	nullus ſcit
458	1	18	ita ſe	ita te
460	2	25	Iudicis recuſatio inter ius ciuile, & ius canonicum differunt	Iudicis recuſationis in cauſa, aliter proceditur de iure ciuili, & aliter de iure canonico.
474	2	6	iudicem ordinariū pronuncient	iudicē ordinarū ſuſpectum pronuncient
482	2	17	non debet iurare	non debet curare
[illegible]	[illegible]	[illegible]	iuriſdict. turbatur	iuriſdict. nō turbatur
5[illegible]2	1	22	etiam fuerit.	etiam ſi fuerit.
511	1	41	& ſi confectus	& ſi confeſſus
511	2	40	quæ ſunt	quæ non ſunt
565	2	4	referre	deferre
565	2	30	contumaciam	contumacia
565	2	34	differre	auferre
599	2	26	dependentis	confitentis
644	1	22	declara ut	declaratur
646	2		teſtibus	teſtes
645	2	26	indicia quod nō	indicia quando non
715	1	11	placet	non placet
716	2	7	frater, conuictus	frater, coniunctus
720	2	38	clariore	clariores
756	2	38	comminantium	combinantur
757	1	21	percutere	percuti
953	2	15	intentata	tentata
956	2	10	intentatur	tentatur
962	1	2	contumaciam	contumacia
997	2	6	appellatione ab	appellatio ab
997	2	12	nec quando	& quando
1007	2	41	propter iuſtum	propter metum
1012	2	40	& nulla geſta	nulla, & geſta
1025	1	9	non dubitat	dubitat
1034	2	42	non Indicit	non inducit
1033	1	2	nec cauſat	nec caſſat
1036	1	31	non cauſat	non caſſat

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google